SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONVM
RECENTIORVM

Maximè ab Anno MDCXXXI. vsq. ad Annum MDCXXXIV.

PARS SEXTA

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO

Secundo loco selectarum, & nunquam aliàs impressarum.

Opus sanè perquàm vtile, & in Foro versantibus summè necessarium.

CVM ADDITIONE NONNVLLARVM DECISIONVM; QVÆ IN IPSIS DECISIONIBVS ALLEGANTVR, IN EISDEM CAVSIS, FACTARVM.

Cum Argumentis, Summarijs, & Indicibus Locupletissimis.




ROMÆ, Typis Vaticanis. MDCXL.

Superiorum auctoritate, & Priuilegijs.

N O T A
RR. PP. DD. AVDITORVM
SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram quibus Decisiones in hac Parte contentæ prodierunt.



REV.MVS P. D. IOANNES BAPTISTA COCCINVS ROTÆ DECANVS;

R. P. D. PHILIPPVS PIROVANVS.

R. P. D. CLEMENS MERLINVS.

R. P. D. BENEDICTVS VBALDVS, deinde S.R.E. CARDINALIS;

R: P. D. AMATVS DVNOZETTVS.

R. P. D. FRANCISCVS MARIA GHISILERIVS.

R. P. D. HIERONYMVS VEROSPIVS.


R. P. D. bo. mem. CORNELIVS HENRICVS MOTMANNVS.

R. P. D. IOANNES QVEIPO.

R. P. D. IOANNES IACOBVS PANZIROLVS.


R. P. D. bo. me. ALEXANDER BVCCABELLA.

R. P. D bo. me. IOANNES BAPTISTA REMBOLDVS.



PRI-

PRIVILEGII SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali, & Vaticano.






LEMENS Papa VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana Impressoris, sacram Bibliam Concilia Generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Id idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipsius Gregorij Papæ, datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die 12. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Quæ omnia Sanctiss. D. N. Vrbanus Papa VIII. in fauorem Andreæ Brugiotti Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 23, Martij 1628. Pontificatus sui anno quinto.

Signat. M.A. Maraldus.

Iterum imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostolici.

Io. B. Episc. Camerinen. Vicesg.



Iterum imprimatur.

Fr. Hyacinthus Lupus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Gregorij Donati Sac. Pal. Apost. Mag. Ordinis Prædicatorum.

INDEX

INDEX CAVSAR
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISION
SACRÆ ROTÆ ROMAN
IN PRÆSENTI VOLVMINE POSITÆ
Alphabetica serie dispositus,


Et Primo per Diocœses: Secundo per Materias: Tertio per singulos RR. PP. DD. Auditores.

A

B

Bur-

PRIVILEGII SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali, & Vaticano.






LEMENS Papa VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana Impressoris, sacram Bibliam Concilia Generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I.V.D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Id idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S.R.E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipsius Gregorij Papæ, datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die 12. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Quæ omnia Sanctiss. D. N. Vrbanus Papa VIII. in fauorem Andreæ Brugiotti Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 23, Martij 1628. Pontificatus sui anno quinto.

Signat. M.A. Maraldus.

Iterum imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostolici.

Io. B. Episc. Camerinen. Vicesg.



Iterum imprimatur.

Fr. Hyacinthus Lupus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Gregorij Donati Sac. Pal. Apost. Mag. Ordinis Prædicatorum.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
IN PRÆSENTI VOLVMINE POSITÆ

Alphabetica serie dispositus,

Et Primo per Diocœses: Secundo per Materias: Tertio per singulos RR. PP. DD. Auditores.

A

B

Bur-

Ge-

Index Decisionum per Diœceses.

Pla-

Romana

INDEX CAVSARVM DECISIONVM

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Per Materias.

Bono-

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

Leo-

T

V

INDEX CAVSARVM DECISIONVM PER SINGVLOS S. ROTÆ ROM. AVDITORES,

Alphabetico ordine compositus.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. bo. me. BVCCABELLA.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram Reuerendiss. COCCINO Decano.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R.P.D. DVNOZETTO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R.P.D. GHISILERIO.

Inte-

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R.P.D. MERLINO.

Spo-

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. bo. me. MOTMANNO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. PANZIROLO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. PIROVANO.

Ciui-

Index Decisionum coram R.P.D. Queipo.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R.P.D. QVEIPO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. bo.me. REMBOLDO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Card. VBALDO.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ Coram R. P. D. Verospio.

Romana



INDEX

INDEX VERBORVM

Sub quibus extenſus reperitur ſequens Index Materiarum.

deno-

mode-

INDEX

DECLARATIONVM.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO SELECTÆ.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.
Bononien. Pecuniaria de Blanchettis.
Die Merc. 15. Ianuar. 1631.

ARGVMENTVM.

Restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam petens, cum ille, qui hoc petit, dicatur actor, ideò ipse tenetur fundare intentionem suam, & quid probare grauetur, vt audiatur. Liber scribentis, licet pro scribente nequaquàm probet, tamen concurrentibus quibusdam adminiculis pro eo probat, & quando non obstantibus dictis adminiculis, talis illi fides non adhibeatur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum datur, constito de iniustitia rei iudicatæ.*
2 *Sententia, si sit nulla ex defectu mandati procuratoris, tunc multo magis danda est restitutio in integrum, constito de eius iniustitia.*
3 *Restitutionem in integrum petens aduersus rem iudicatam, vt audiatur debet docere de fumo iniustitiæ rei iudicatæ.*
4 *Et ista est communis opinio.*
5 *Restitutionem in integrum petens, cum in hoc ille, qui petit sit actor, propterea ipse tenetur probare hanc suam intentionem, scilicet ex qua causa ei competat restitutio in integrum.*
6 *Ad instantiæ restaurationis effectum pars non est audienda, si nihil releuans ad hunc effectum deducat.*
7 *Liber scribentis non probat pro scribente, & hæc est certa conclusio.*
8 *Liber scribentis pro scribente probat concurrentibus adminiculis, veluti.*
Legalitas scribentis.
Mors illius.
Iustificatio maioris partis descriptorum in dicto libro, & similia.
9 *Liber scribentis non probat pro scribente, licet adsint adminicula, quæ suadeant, vt illi pro eo credatur, quando probatur, quod est defectuosus.*
10 *Liber quando probatur, quod continet partitas duplicatas, in cæteris etiam partitis fidem amittit, etiam quod defectus per errorem imputetur, & num. 11.*
12 *Sententiæ nullitas ex defectu mandati opposita non obstat, quando concurrunt diuersæ præsumptiones, & coniecturæ ad effectum illud præsumendi.*
13 *Post rem iudicatam non potest opponi amplius de nullitate primæ, vel secundæ sententiæ confirmatæ.*

DECISIO I.



AGITVR de secunda locatione Ferrarijs facta per DD. de Blanchettis cum facultate, quod dd. Conductores retinerent quolibet anno apud se lir. 4300. ad effectũ faciendi certam affrancationem bonorum, & ideò cum dicta affrancatio esset vtilis Ferrarijs, Rota resoluit præsumendum esse dictas pecunias apud se eosdem Ferrarios retinuisse, ac proindè cum lata fuerit sententia Rotalis, quæ fuit confirmata per secundam, fueritque responsum quod semel liceat appellare, adest res iudicata, interim verò Domini de Blanchettis prosequuti sint iudicium super damnis & interesse. Ad hoc iudicium euitandũ Ferrarij obtinuerunt committi causam restitutionis in integrum aduersus dictam rem iudicatam, prætendentes nõ constare de dicta retentione, sed examinandas esse partitas, quas in suspenso reliquit Calculator, duas enim restrictiones fecit in prima, sic inquit, *Se sarà giudicato, che alli Ferrari se le debbano fare buone le partite sudette, che pretendono per la parte de Signori Bianchetti douersi giustificare, restaranno Creditori detti Ferrari delli sudetti Signori Bianchetti nella somma delle sudette lire 2354. 4. 4. di quella moneta.* In secunda verò restrictione sic ait, *Se sarà giudicato, che alli Ferrari non se li debba far buone le partite, che si pretendono per la parte delli Signori Bianchetti douersi giustificare, restano debitori detti Ferrari delli Signori Bianchetti nella somma di lire 7270. 12. & 4. di questa moneta.*

Ex quibus inferebant Ferrarij, quod cũ prædictæ partitæ non fuerint discussæ satis constabat de causis restitutionis in integrũ, cũ enim partitæ essent iustificatæ satis constabat de
1 iniustitia † rei iudicata ex qua datur restitutio. *Rota decis. 1. de restit. in integr. cũ cumulatis per Add. ad decis. 459. san. me. Greg.* eoq; magis, quia prima sentẽtia † fuit, nulla ex de-
2 fectu mandati procurationis, vel saltem datur talis fumus in-
3 iustitiæ † dictæ rei iudicatæ, vt Ferrarij sint audiẽdi eligẽdo

Calculatorem *Imol. in cap. ex litteris col. penult. ante n. 18. versic. & si dicatur de restitut. in integr. Aegidius Bossius*
4 *in tit. 2. aduersus rem iudicatam nume. 4.* vbi dicit hanc † esse communem opinionem *in l. nam & postea, ff. si minor, §. de iur. iur. Acchill. decis. 9 de restitut. in integr. Aym. consil. 685. num. 16. lib. 4. & de antiq. tempor. par. 1. num. 323. latè Giurba, qui multos cumulat decis. 18. in fine. Adden. ad dictam decis. san. me. Greg. 459. pariter in fine.*

Cæterum per Dominos contrarium fuit resolutum, quia cum versemur in causa restitutionis in integrum Ferrarii
5 sunt actores, & propterea ipsi † tenentur probare hanc suam intentionem videlicet, ex qua causa eis competat restitutio in integrum *Rot. decis. 1. de restitut. in integr. in nou. Put. decis. 278. lib. 3. in correct. Gab. de exequut. rei iudicatæ num. 8. & 10 Benintend. decis. 85. num. 1. & 2. Milis in repert. verb. Restitutionem petens, & fuit dictum in causa Romana Bonorum de Ceulis. 21. Maij 1606. coram bon. mem. Card. Marcomontio.* In proposito autem quoad iniu-
6 stitiam neque ad effectum † restitutionis instantiæ, vt pars audiatur nihil releuans deducitur, cum non doceatur quod non fuerit habita ratio dictarum partitarum in aliis instantiis, eoquè magis quia dictæ partitæ sunt extractæ ex libris
7 dictorum de Ferrariis, & certa est conclusio, † quod liber scribentis non probat pro scribente *l. exemplo, C. de probat. sa. me. Greg. decis. 79. num. 1.* & licet ab hac regula receda-
8 tur † concurrentibus adminiculis, prout est legalitas scribẽtis, mors illius, iustificatio maioris partis descriptorum in dicto libro, & similia, de quibus *Guidop. decis. 441. Rolan. consil. 92. num. 6. lib. 3. Adden. ad dictam decis. sa. me. Gregorij 79. num. 5.* tamen prædicta non sunt in casu isto discutien-
9 da, sed standum est Regulæ, cum † huiusmodi libri sunt defectuosi, fuit enim inter alia responsum continere partitas
10 † duplicatas, prout fuit firmatum *coram R. P. D. meo Piro-*
11 *uano,* Vnde etiam in cæteris partitis fidem † amittũt, etiam quod defectus per errorem imputetur, *vt pluries Rota resoluit, vt in decisionibus allegatis per Adden. ad præcit. decis. 79. sa. me. Greg. num. 6.*

Non obstat nullitas primæ sententiæ, ex prætenso defe-
12 ctu mandati, † quia intrat mandatum Procuratoris præsumptum, cum diuersæ præsumptiones, & coniecturæ concurrant *sa. me. Gregor. decis. 34. num. 1.* & cessat omnis diffi-
13 cultas, quia post rem iudicatam † non potest opponi amplius, de nullitate primæ, vel secundæ sententiæ confirmatæ. *Felin. in cap. ea quæ num. 2. vers. sed si secundus. de sent. & re iudic. Alex. consil. 111. num. 3. Franc. in c. dilecto num. 107. vers. tunc si à tali sententia, & vers. aliquando, & nu. 108. vers. nam si est pronunciatum. de appell. Mant. decis. 301. num. 2.*

Et ita conclusum &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana separationis Bonorum.

Die Veneris 24. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui confecit inuentarium validè, & ritè, & sufficienter reddidit rationem de omnibus bonis inuentarij, non potest molestari, nec grauari vltra vires hæreditarias, nec in bonis, nec in persona.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ad hoc, vt dicatur validè confectũ, quid requiratur, & num. 2.*

3 *Hæredes præseruantur à confusione bonorum propriorum, & à quocunque damno, data inuentarij validitate.*

4 *Hæredibus semper suffragatur inuentarium, vbi contigit tractari de damno eorumdem.*

5 *Hæredes cum beneficio inuentarij, si omittant reddere rationem, vel si eam sufficienter non reddant, non iuuantur inuentario.*

6 *Peritis iudicialiter electis credendum est, donec de errore non doceatur.*

7 *Hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, non sunt grauandi neque in bonis, nec in persona.*

8 *Fructus ex bonis stabilibus fructiferis præsumuntur percepti.*

9 *Hæres cum beneficio Inuentarij, non facit fructus suos, quando scit adesse creditores.*

10 *Fructus constituunt duplicatam sortem in viginti annis.*

11 *Hæres cum beneficio lege, & Inuentarij, adeundo hæreditatem, per imaginariam solutionem præsumitur sibi ipsi satisfecisse de corporibus hæreditarijs.*

12 *Et fructus facit suos ratione dominij.*

13 *Solutio ficta, per quam hæres præsumitur sibi satisfecisse habet vim iudicialis solutionis cum auctoritate Iudicis.*

14 *Creditores posteriores differunt à fideicommissarijs, quò ad acquisitionem dominij per hæredes in ipsa aditione hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij.*

15 *Hæredum creditum, si superat statum hæreditatis, non possunt hæredes in dictis bonis, nec in persona molestari.*

16 *Aes alienum semper minuit hæreditatem.*

17 *Hæredes cum beneficio leg. & inuentarijs, vltra vires hæreditarias grauari, aut conueniri non possunt.*

18 *Hæres, sit creditor testatoris, potest personam creditoris repræsentare.*

19 *Obligatio personalis, per aditionem hæreditatis stante inuentario, non contrahitur vltra vires hæreditarias.*

DECISIO II.

IN hac causa separationis bonorum, quæ per filios, & hæredes Valerij Scarricij cum beneficio inuentarii contra creditores patris prosequitur; dubitatum fuit, an inuentarium, & redditio rationis contentorum in eodem inuentario eisdem suffragetur, & affirmatiuè per Dominos fuit resolutum.

Quia quoad inuentarium de validitate dubitari non po-
1 test dum in illius † confectione creditores certi personaliter citati fuerunt; incerti autem per edictum, omniaque bona stabilia cum confinibus, & mobilia cum æstimatione fuerũt exactè descripta; & vlterius testes bonæ conditionis, & famæ loco creditorum absentium adhibiti leguntur, & concurrunt signum Crucis, aditio hæreditatis, Decretum Iudicis, tam in principio super admissione ad inuentarium conficiendum, quàm in fine super validitate, & beneficio in-
2 uentarii consequendo, † quæ omnia ad sustinendam inuẽtarii validitatem desiderantur in *l. fin. C. de iure delib.* & ponuntur per *Roland. consil. 73. num. 4. & seq. volum. 2. Bald. consil. 383. num. 6. lib. 1. Ias. in ead. l. finali num. 3. & 4. Dec. consil. 633. Aegid. decis. 279. Rot. decis. 508. coram bo. mem.*
3 *Card. Caualerio,* data autem validitate, hæredes † proculdubio præseruantur à confusione propriorum bonorum, & à quocunque damno; Itaut non teneantur vltra vires hæreditarias, *l. vltima, §. & si præfatam, C. de iure delib. Ruin. consil. 1. num. 16. & consil. 48. num. 21. lib. 1. Gozad.*

consil. 94.

conſ.94. num.19. Rub.conſ.74.num.7. Surd.conſ.7.num.31.
& conſ.143.num.40. Menoch.conſ. 203.nnm. 27.& 28.
4 & conſequenter hæredibus prædictis † ſemper inuenta-
riũ ſuffragabitur, vbi cõtinget de damno eorumdẽ tractari.
Quò verò ad redditionem rationis, ſi illa per hæredes
beneficiatos committatur, vel ſufficienter non reddatur; ve-
5 rum eſt non poſſe iuuari inuentario : † quia ſemper intrat
præſumptio conſumptionis, & vſurpationis bonorum hæ-
reditariorum, & de ſtylo Curiarum relaxantur mandata
contra bona, & perſonas proprias; in caſu tamen de quo
agitur, viſum fuit conſtare de ſufficiẽti redditione rationis,
quæ poſſit ſuffragari hæredibus, nè teneantur aduerſus cre-
ditores de proprio vltra vires hæreditarias.
Quia æſtimatis bonis ſtabilibus dicti Valerij in inuenta-
rio deſcriptis, ſeruatis ſeruandis, citatis creditoribus, vt ex
proceſſu authentico, quod datur reperta fuere valoris ſcut.
9523. Mobilia verò ex alia æſtimatione per peritos iudicia-
liter electos de tempore inuentarij, fuiſſe valoris 998. b. 10.
quæ pariter datur inſerta in inſtrumento authentico inuen-
tarij, & aditionis; itaut patrimonium Valerij patris in totum
aſcendat ad ſcuta 10921. & non vltra.
Ex aduerſo pro filijs hæredibus probantur credita pro-
pria aduerſus Valerium patrem ante illius obitum contra-
cta in ſumma ſcut. 8411.b.16. & deindè poſt aditam hære-
ditatem oſtendunt ſe creditores hæreditatis eiuſdem Vale-
rij pro debitis ſolutis in alijs ſcut. 7270.b.62. quæ in totum
conſtituunt ſummam ſcut. 15681.b.78. de quibus in relatio-
6 ne † Periti iudicialiter electi, cui donec de erroribus do-
ceatur ſemper ſtandum eſt. *Bart. in l.3.ad fin. C.de pignor.*
Pariſ.conſ.96.num.32.lib.1. Neuiz.conſ.94.num.10. Rot.
deciſ.354.num.1.& 540.n.1.par.1.rec. ex quibus cum cre-
dita hæredus, & ceſſiones pecuniarum per ipſos ſolutarum
pro hæreditate ſuperent ſtatum patrimonij Valerij, non
7 erunt † grauandi hæredes, neque in bonis proprijs, neque
in perſona, tãquam à lege, & Iudice indemnes præſeruati.
Non obſtat, quod inſtrumenta ſuper quibus ſe fundat
Peritus in ſua relatione, ad docendum de creditis hæredũ
nõ ſint de actis: quia cum ageretur de magna impenſa, tàm
in extractione, quàm in regiſtri confectione; Sanctiſſimus
mandauit per particulare Reſcriptum, vt ſtaretur indica-
tioni arbitrio Rotæ, & dubio poſito 4. Decembris præteri-
ti, reſponſum fuit ſtandum eſſe indicationi, & copiæ ſim-
plici; quas cum hæredes paratos ſe obtulerint exhibere
creditoribus, ceſſat exceptio non productionis, & remanet
fundamentum relationis.
Non obſtat, quod iudicium ſeparationis bonorum fuerit
8 cęptum poſt 20. annos à die confecti inuentarij; † interim
autem hæredes ex ſtabilibus fructiferis præſumuntur fru-
ctus percepiſſe: quia poſſiderunt. *Rot. deciſ.25.de præben.*
in nou. Seraph. deciſ.1245.num.6. ac de illis teneantur ra-
tionem reddere, cum non fecerint ſuos per aditionem hæ-
9 reditatis, † ſtante quod de eo tempore iam erant detecti,
ex eodem inuentario creditores ſecũdum veriorem, quam
Rota ex Surdo deciſ.92.num.5. Laderch. conſ.8. Franc.
deciſ.613. & alijs, articulo diſcuſſo approbauit in *Firmana,*
ſeu Maceratẽ Dotis 18.Iunij 1629.corã me, qui fructus
10 † cum conſtituant duplicatam ſortem in 20. annis per *gloſ.*
in Auth.perpetua in verbo iuſta, C.de ſacroſ. Eccleſ. Iaſ. in
l.ſi fundum per fideicommiſſum nu.5.ff. de legat. 1. Tiraqu.
de retract.conſang.§.1.gloſ.6.num.19. Couarruu. variarum
lib.3.cap.9.num.5. Surd.conſ.451.num.39.volum.3. diceba-
tur duplicata ſumma ſcut. 9523. valorem hæreditatis Vale-
rij aſcendere ad ſcuta 19046. & addito ſimplici valore mo-
bilium, ſcilicet ſcut. 998.b. 10. vti rerum non fructiferarum
in totum eſſe valore ſcut. 20044. ex qua ſumma hæredes
potuerunt ſatisfieri de eorum credito ſcut. 15681. b. 78. &
creditores extranei de eo, quod prætendunt aduerſus hære-
ditatem opulentam, & hæredes propterea obligatos re-
manere.
Ad prædicta enim fuit reſponſum, quod aut creditores
hæreditarij detecti, & nunc agẽtes ſunt poſteriores creditis
hæredum; & tunc iſta ſortis duplicatio ex fructuum perce-
11 ptione ſuſtineri nõ poteſt: quia † hæredes adeundo etiam
cum beneficio legis, & inuẽtarij per imaginariam ſolutio-
nem præſumuntur ſibi ipſis ſatisfeciſſe de corporibus hæ-
12 reditarijs in extinctionem creditorum, & fructus ab eo †
die ſuos feciſſe ratione dominij. *Bart. in l.ſi ei cui, §.primo,*
ff. de euict. vbi ad litteram inquit, quod ficta hæc ſolutio
13 per legem inducta † habet vim iudicialis ſolutionis, cum
auctoritate Iudicis, idem firmat *Caſtren. in l.peculium au-*
tem, ff.de pecul. & ſequuti ſunt *Menoch.conſ.183.num.35.*
vol.2. Peregr. de fideicomm. art.35.num.5. Surd.deciſ.92.
num.2.170.num.1.224.num.7.& conſ.7.num.31. Morot.
conſ.81.num.10. Magon. deciſ.Florent. 59.num.6. Rota
diuerſ.par.1.deciſ.680.num.1. & hoc caſu non differunt
14 poſteriores † creditores à fideicommiſſarijs quoad acqui-
ſitionem dominij per hæredes in ipſa aditione hæreditatis
cum beneficio legis, & iuuentarij: quia nihil poſſunt prætẽ-
dere, vt in his terminis fuit ponderatũ in *Romana de Mag-*
dalenis 25.Iunij 1610.coram D.meo Decano, & in Mono-
politana bonorum 24.Ianuarij 1621.coram bo.me.Patriar-
cha Manzanedo; atque ita ceſſante fructuum multiplica-
15 tione, † ſemper creditum hæredum ſuperat ſtatum hære-
ditatis Valerij, nec poterunt grauari in bonis, quæ in eorũ
dominium tranſierunt, neque in perſona: quia nihil penitus
hæres, qui inuentarium fecit, amittere poteſt de ſua ſubſtã-
tia, *l.finali, §.& ſi præfatam, C.de iure delib. Surd plures ad-*
ducens conſ.7.num.31.vol.1.
Aut creditores ſunt anteriores ipſis hæredibus, & tunc
in præiudicium anteriorum non intrat ſolutio imaginaria,
pro rata crediti, in eo autem quod excedit fictio legis, ſem-
per operatur eundem effectum, ad minuendam hæredita-
16 tem in æſtimatione à die aditionis illius propter † æs alie-
num, quod ſemper minuit æſtimationem hæreditatis, l. *mi-*
ctius cum gloſ. ff pro ſocio, Ruin.conſ.57.num.7. vol.2. Pere-
grin.eodem art.35.num.17.& ſeq. vnde nunquam erit lo-
17 cus multiplicationi fructuum; nec per conſequens vltra †
vires hæreditarias poterunt conueniri, aut grauari hæredes.
Quæſtio igitur erit inter creditores, & hæredes ſuper an-
terioritate, & potioritate creditorum reſpectiuè prætendẽ-
tium, non autem inter creditores, & hæredes: vti hæredes
cum beneficio inuentarij: quia per æſtimationem ſtabiliũ,
& mobilium, & docendo de proprijs creditis aduerſus Va-
lerium, & eius bona hæreditaria, ſufficienter rationem cõ-
tentorum in inuentario reddiderunt, & ex eo poſſunt iuua-
ri, quo verò ad aliam perſonam, quam ræpręſentant vti cre-
18 ditores, † & illam poſſe repræſentare, dixerit *Rolan. in*
tract. de Inuent. par.4. in 10. vtilit. in principio, Becc.conſ.
113.num.37. Surd. d.conſ.7.num.32. non erunt grauandi
in proprijs bonis: quia deficit hypotheca ex parte credito-
19 rum, neque in perſona; quia vltra vires † hæreditatis non
eſt contracta perſonalis obligatio, per aditionem hæredi-
tatis ſtante inuentario, per eandem *l. finalem, §. ſi præfa-*
tam, C.de iure delib. Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 24. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Tutor finita tutela, conueniri poteſt actione administratæ tutelę, ad reddendas rationes, & hoc procedit etiam in eo, qui de facto tutorio nomine adminiſtrauit, nulla pręcedente confirmatione Iudicis, quæ videtur nečeſſaria, ad hoc vt validè adminiſtret, & qualiter hoc intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor finita tutela, adminiſtrationis ſuæ tenetur reddere rationem.*

2 *Tutor, vt validè tutelam gerat, requiritur quod confirmetur per Decretum Iudicis.*

3 *Actiones administratæ tutelæ sunt dirigendæ contra verum tutorem.*

4 *Actiones administratæ tutelæ dirigendæ sunt contra eum, qui de facto administrauit tutorio nomine.*

5 *Pro Tutore, si quis se gesserit, præsumitur ipse tutelam acceptasse, & confirmatum fuisse à Iudice, licet de confirmatione non constet.*

6 *Pro Tutore, ille qui se gessit, compelli potest ad reddendam rationem administrationis.*

7 *Decis.* 470. *part.* 1. *recent. declaratur.*

8 *Tutor assertus, quoties non simpliciter vti administrator, seu negotiorum gestor, sed tanquàm tutor se gessit, licet non constet de confirmatione Prætoris, nihilominus tutelæ iudicio tenetur.*

9 *Pro Tutore, ille, qui negotia gerit, licet tutor esse non possit, eamdem fidem, & diligentiam præstare tenetur, quam tutor præstaret.*

10 *Tutelæ administrationem ille, qui suscepit absque decreto Iudicis, si eximeretur ab onere reddendi rationem, sequeretur vitiosum, & intrusum administratorem melioris esse conditionis, quam esset legitimus administrator.*

11 *Tutor, cui à Iudice non fuit decreta administratio, quod validè administrare non possit.*

12 *Hoc intelligi debet, quo ad damnum pupilli, sed quo ad ipsum gesta valent, licet potuisset vti suspectus remoueri.*

13 *Tutor, postquam sciuit se tutorem datum, si negligat petere confirmationem tutelæ à Iudice, & administrationem pupilli suscipiat, dicitur esse in culpa, & tenetur indemnem præstare pupillum.*

14 *Tutor, quando postquam sciuit se esse tutorem datum, si quam habeat excusationem proponere negligat, dicitur esse in culpa, & tenetur indemnem præstare pupillum.*

15 *Tutores plures, quando sunt dati, si vnus tantum administrauerit ille primò excutiendus est.*

16 *Tutores, si inter se diuiserint administrationem, adhuc tamen pupillus alterum ex illis solummodo vrgere potest.*

17 *Tutores omnes & singulis tenentur in solidum, eorumque obligatio est indiuidua.*

18 *Inter Tutores diuisio administrationis si non fuerit facta, nec à Iudice, vel à Testatore, sed ab ijsdem Tutoribus non valet in præiudicium pupilli.*

19 *Nec operatur, quin vnusquisque teneatur insolidum ad totum damnum.*

20 *Tutores plures, quando fuerint electi, si vnus ex his soluat solidum potest beneficio cessionis, vel vtili actione tutelæ tutores collegas conuenire pro eorum rata.*

21 *Tutores plures, quando fuerunt dati, si vnus ex his conueniatur in solidum, antequàm soluat, si alij contutores administrauerint, & sint soluendo beneficium diuisionis opponere potest.*

DECISIO III.

RESOLVTUM fuit Ioannem Baptistam teneri reddere rationem, quia ex testamento Sebastiani, de quo in Summario illorum de Stuppinis num. 1. apparet eundem Io. Baptistam deputatum fuisse Tutorem, & Curatorem filijs eiusdem Testatoris, & administrationem gessisse bonorum ad pupillos spectantium deprehenditur ex pluribus actibus calculorum, locationis, quietantiarum tutorio nomine gestis, vt in Summario num. 2. 3. 4. 5. Vn-
1 de intrat regula, † quod Tutor finita tutela, administrationis suæ rationem reddere tenetur actione tutelæ §. *fin. instit. de Attilian. Tutor. l.* 1. §. *officio, ff. de tutel. & ration. distrahen. Dec. cons.* 178. *num.* 1. *Paris. cons.* 41. *numer.* 55. *lib.* 2. *Montan. de tutel. cap.* 39. *num.* 1. *& seqq. Guttier. eod. tract. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. *& seqq.*

Non obstat Io. Baptistam per Iudicis decretum non fuis-
2 se confirmatum, prout † requirebatur, ad hoc, vt tutelam validè posset administrare, *l. & si pluribus, ff. de auct. tutor. Guttier. de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *& fuit dictum in Signina administrationis coram bo. me. Sacrato, quæ est* 470. *par.* 1. *recent.* nec illi demãdatam esse administrationem, sed Martiæ tantum in testamento pariter Sebastiani Tutri-
3 ci designatæ fuisse à Iudice confirmatam tutelam, † ideoque contra Martiam, non autem contra Ioannem Baptistam dirigendas esse actiones.

Quoniam cum appareat ipsum Ioannem Baptistam, non autem Martiam de facto administrasse, & ex pluribus acti-
4 bus per longum temporis spatium † tutorio nomine factis se pro tutore gessisse, ex his præsumitur ipse tutelam acce-
5 ptasse, & confirmatam † fuisse à Iudice, licet de confirmatione non constet, *l. si filius familias §. agnouisse, ff. de tutel.* vbi *Bald. num.* 1. *vers. in textu agnouisse, & vers.* 2. *nota. Boer. decis.* 124. *num.* 13. *vers. & pro hac conclusione, Menoch. præsump.* 149. *num.* 17. *Rota decis.* 89. *num.* 8. *&* 9. *par.* 2. *diuers. & fuit dictum in Nepesina Tutelæ* 6. *Iunij* 1606. *coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio,* & sic vti
6 tutor ad reddendum rationem administrationis † compellendus est, vt in præallegata *Nepesina Tutelæ,* vbi declara-
7 tur decisionem *illam in Signina administrationis* † 470. *part.* 1. *recent.* non procedere quotiescunque apparet tutorem, vel curatorem non simpliciter vti administratorem, seu negociorum gestorem, sed tanquam verum tutorem, &
8 curatorem se gessisse, & quod † Tutor licet Prętoris decreto confirmatus non fuerit, tamen tutelæ iudicio teneatur, est *tex. in l. Tutores qui, § Curatores testamento, ff. de administr. tutor.* quia qui pro tutore negocia gerit, licet tutor esse
9 non possit, eandem fidem, ac diligentiam præstare † tenetur, quam tutor præstaret, sunt verba *l. qui pro Tutore, ff. de eo qui pro tutor. l.* 1. §. *cum eo, vers. sed, & si, ff. eodem, & l.* 1. *C. eodem. quos textus ad hoc ponderat Montan. de tutel. dicto cap.* 39. *num.* 24. 62. 120. *&* 245. alias si is qui absque Iu-
10 dicis decreto † administrationem susceperit, eximeretur ab onere reddendi rationem, sequeretur vitiosum, & intrusum administratorem melioris esse conditionis, quam esset legitimu, quod tanquã absurdum considerat *Crauet. cons.* 18. *num.* 15. *Montan. de tutel. d. cap.* 39. *num.* 38. & cõclusio
11 illa, quod Tutor, qui à † Iudice decreta nõ fuit administra-
12 tio, validè administrare non possit, intelligi debet quoad † damnum pupilli, sed quoad ipsum gesta valẽt, licet potuisset vti suspectus remoueri *Bart. in l. Tutor. qui repertorium num.* 7 *ff. de administr. tut. Alex. cons.* 86. *num.* 8. *lib.* 2. *Rota decis.* 89. *num.* 8. *part.* 2. *diuers. & coram san. mem. Gregorio XV. decis.* 31. *num.* 4. *&* 5. Immo tutor postquam sciuit se
13 tutorem datum si negligat † petere confirmationem tutelæ à Iudice, & administrationem bonorum pupilli suscipere,
14 vel si quam habet excusationem proponere, † dicitur esse in culpa, & tenetur indemnem pręstare pupillum; dumque ab administratione cessat damno suo cessat, & tutelæ periculum ad eum pertinet, *l.* 1. §. 1. *ff. de administr. tut. l. quidam decedens, §. fin. ff. eadem Ruin. cons.* 89. *num.* 8. *libr.* 5. *& cons.* 108. *num.* 15. *lib.* 1. *Guttier. de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *numero* 102. *Montan. eod. tract. cap.* 39. *num.* 3. *& sequentibus.*

Martia autem Tutrix actione tutelæ conueniri non po-
15 test, nisi prius excusso administratore, quãdo enim † plures sunt dati Tutores, si vnus tantum administrauerit ille primo excutiendus est *l.* 1. *C. si tutor, vel curat. l. tutores qui post, §. in eum, ff. de administr. Tutor. Boer. decis.* 59. *numer.* 5.

plenè

plenè Surd.conſ.170.num.13. Montan. de tutel. d.cap. 39. num.203.& fuit dictum in Romana tutelæ de Boncompagnis 13. Nouemb.1615.coram bo.me. Vbaldo, quin etiam
16 quamuis appareret ab ipſa Martia,& Ioãne Baptiſta † Tutoribus inter ſe diuiſam fuiſſe adminiſtrationem, adhuc tamen pupilli poſſunt alterum ex illis ſolummodo vrgere,
17 quia regulariter omnes, † & ſinguli tutores tenentur in ſolidum, eorumq; obligatio eſt indiuidua, & diuiſio admini-
18 ſtrationis, quando † facta non fuit à Iudice, vel à Teſtatore, ſed ab iiſdem Tutoribus, non valet in præiudicium pu-
19 pilli, nec operatur quin vnuſquiſque † teneatur inſolidum ad totum damnum *l.1.C.ſi ex pluribus Tutoribus, l. Diui, l. tres Tutores, ff. de adminiſtr.tut.l.2.C.de diuid.tutel.Bar. in l.1.§. ſi plures, ff. de exercit.act. Montan. de tutel. d. cap. 39.num.93.& ſeqq. Surd.dicto conſ.170. num. 11.& ſeqq.*
20 licet poſtea is † qui ſolidum ſoluit poſſit beneficio ceſſionis, vel vtili actione tutelæ Tutores collegas conuenire, vel antequam ſoluat, ſi illi adminiſtrauerint, & ſint ſoluendo
21 † beneficiũ diuiſionis opponere *l 2. in fin. C. de contr. iud. tutel. l. cum tutor, ff. de tutel.& ration. diſtrah. Montan.d. c.39.n.137.& ſeqq.& 149. Surd.d.conſ.170. n. 16.& ſeqq.* Et ita vtraque parte informante reſolutum &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Tullen. Reformationis.

Die Veneris 10. Ianuar. 1631.

ARGVMENTVM.

Referuntur tres ſpecies profeſſionum, & tractatur quam ex dictis tribus ſpeciebus profeſſionum dicatur emitti per reformatos Communitatis Ordinis Præmonſtratenſium.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio aliqua eſt, quando quis Deo vouet in manibus Epiſcopi, aut alterius ſuperioris, ſe obſeruaturum religionem, quod ad tria vota ſubſtantialia.*
2 *Text.in cap. ſuper eo,& in cap.conſulti de regul.in quibus terminis loquantur.*
3 *Profeſſio alia eſt, per quam, quis profitetur non quidem in genere, ſed in ſpecie promittendo, ſe obſeruaturum certam aliquam regulam.*
4 *Profeſſio non nulla eſt, quæ fit in indiuiduo ideſt quoad certam Regulam, & certum Monaſterium.*
6 *Profeſsio, quando fit de certa Regula, & certo Monaſterio, iſta profeſsio implicat ſtabilitatẽ in loco præciſo Monaſterij, cui Religioſus adſcribitur in limine profeſsionis.*
7 *Verba intelligi debent, iuxta naturã materiæ ſubiectæ.*
8 *Religioſus, quod non ſit magis vnius Monaſterij, quam alterius, hoc repugnat ſtabilitati in loco, cuius vigore Religioſus adſcribitur vni præciſo Monaſterio priuatiuè, quo ad aliud.*
9 *Clauſula, non obſtantibus quibuſcunque Conſtitutionibus, quid importet.*
10 *Princeps iubens, quod ſtatuta aliqua obſeruentur, hoc intelligitur præterquam in iis, quorum contrarium fuit ſpecificè expreſſum.*
11 *Corrigere quis ſe incontinenti non præſumitur.*

DECISIO IV.

DOMINI ſteterunt in vltimo loco deciſis * licet enim Informantes pro Abbate,& Capitulo generali obijcerent profeſſionem emittendam per Reformatos Communitatis antiqui rigoris diſcrepare à primo Inſtituto Præmonſtratenſium, qui antiquitus vouebant ſtabilitatem in loco, & proinde etiam repugnare Bullæ ſan.mem. Gregorij XV. in qua inhereñ. decreto Sacræ Congregationis Regulariũ. Idem Pontifex adiecit clauſulam: Dummodo in Iuramento per Religioſos in eorum profeſſione præſtando ſeruetur formula ſolita cum additione antiqui rigoris, ſeu primitiuæ Regulæ.

Tamen obiectum viſum eſt DD. facilè remoueri præmiſſa diſtinctione, *Calder.conſ.23. verſ. ad quod probandum cum ſeq.de Regular.* qui triplicem modum profeſſionis recenſet.

1 Primus quo aliquis Deo vouet in manibus † Epiſcopi, aut alterius Superioris ſe obſeruaturũ Religionem quoad tria ſubſtantialia vota Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, & ſic profitetur Religionem (vt inquit Calder. vbi ſu-
2 pra) in genere generaliſſimo, † de quibus videtur loqui *Text.in cap. ſuper eo,& in cap.conſulti de regul.*

Secunda ſpecies profeſſionis eſt illa per quam quis profitetur non quidem in genere,& in abſtracto prout faciunt profeſſi primo modo, ſed in ſpecie promittendo, & vouẽdo ſe ſeruaturum certam aliquam regulam, Prædicatorum nimirum, Minorum, aut Ciſtercenſium,& hi dicuntur profeſſi in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno qui debent perpetuò in eo Ordine Deo famulari.

3 Tertiò verò modo alij profitentur in indiuiduo, † ideſt certam Regulam, & certum Monaſterium, vt ſi quis profiteretur Regulam Sancti Benedicti in Monaſterio S.Procu-
4 li, quo caſu † eius profeſſio implicaret ſtabilitatem in illo preciſo Monaſterio cui Religioſus aſcribitur in limine profeſſionis; quæ diſtinctio deſumitur ex *c. in ſingulis, & c.ea, quæ de ſtat. Monach.& c. cum deportati de iudic. c. cum*
5 *plantare de priuil.& Clement. attendentes* † *de ſtatu Monach.* prout pulchrè declarat idem *Calder. dicto conſ. 23. de regular. verſ. Profeſſi in genere, cum ſeq. Butr. in c. in præſentia num.64. verſ. puto tamen,* vbi *Abb. n.65. de probat.*

6 Suppoſita autem hac diſtinctione clarum † eſt Reformatos Communitatis antiqui rigoris comprehendi ſub ſecundo membro diſtinctionis. Non enim profitentur Religionem in genere generaliſſimo, prout faciunt profeſſi primo modo, neque profitentur ſe ſeruaturos Regulam Ordinis Premõſtratẽſis in certo aliquo Monaſterio, in qua conſiſtit formalitas ſtabilitatis in loco, prout faciunt profeſſi Tertio modo, ſed profitentur Regulam Præmonſtratẽſ ſimpliciter in manibus ſui Superioris; vnde meritò dici poſſunt profeſſi in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno, iuxta ſecundum membrum diſtinctionis Calder. vnde quatenus ex diſpoſitione Conſtitutionis Gregorij XV. debeant ſeruare ſtabilitatem, hæc quidem non eſt intelligenda in ordine ad aliquod certum, & indiuiduum Monaſterium, quæ diceretur ſtabilitas in loco, ſed de ſtabilitate in ſpecie, quatenus importat permanentiam in eadem Religione quam
7 profitentur, † cum verba intelligi debeant, iuxta naturam materiæ ſubiectæ ad *l. inſulam, ff. qui pot. in pignor. hab. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. Decian. conſ. 45. in 2. vol. n.27.*

Quod quidem clarius eluceſcit ponderando tenorem dd. litterarum Gregorij, in quibus Papa, nedum ſtatuit, quod Religioſi Communitatis antiqui rigoris non ſint magis vnius Monaſterij quam alterius, quæ verba repugnant
8 ſtabilitati in loco † cuius vigore Monachus aſcribitur vti præciſo Monaſterio priuatiuè quoad aliud, vt colligitur ex *Calder. præfat. conſ.23. verſ. alij ſunt profitentur.*

Verum etiam ad remouẽdum omnem ſcrupulum adie-
9 cit † clauſulam *Non obſtantibus Conſtitutionibus quibuſcunque, & ſpeciali ſtabilitate promiſſa in profeſſione,* per quæ verba fuit expreſsè derogatum ſtabilitati in loco, ex prægnantia, & efficacia derogatoriarum, *cap. 1. de conſtitut. in 6. clement. eos in fine de ſepult. Rot. deciſ. 506. num. 5. par. 1. recent.*

Neque obſtat, quod Papa voluerit ſeruari formulam ſolitã cũ additione antiqui rigoris: nã vltra quod hoc debet intelligi, vt fuit deductũ in alijs deciſionibus in ſubſtãtialibus, non autem in accidentalibus, ceſſat etiam difficultas, quia

10 hoc intelligitur † in omnibus prærerquam in ijs quorum contrarium fuit specificè dispositum. *Paris.cons.70.num. 12. Put.decis.183.lib.3.* alias enim Papa voluisset inconti-
11 nenti † se corrigere, quod nō est dicendum. *l.præcipimus, C.de appellat.l.non ad ea, vbi glos.& Doctores, ff. de cond. & demonstr. Surd.cons.33.num.107.*

Et ita vtraque, &c.

* Idest sub die 22. Aprilis 1630. quam decisionem habes infra prout in Indice posito in fine decisionum.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana de Guidis.

Die Lunæ 13. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Legitima, quando semel fuit soluta, non potest iterum prætendi. Trebellianica etiam filijs primi gradus potest prohiberi, & quādo censeatur interdicta per prohibitionem alienationis, & alia circa representationis ius in materia successionis.

SVMMARIVM.

1 *Exactum semel, quod iterum exigatur bona fides non patitur.*

2 *Bonorum separatio ob legitimam, si fuerit facta per sententiam, præsumitur facta pro integra legitima.*

3 *Bonorum separatio ex causa legitimę, si non expleat integrum eiusdem legitimæ creditum, illius supplementum, tantum peti potest condictione ex lege.*

4 *Retentio non datur pro actione personali, & ex ea non potest impediri immissio alteri.*

5 *Trebellianica etiam filijs primi gradus prohiberi potest.*

6 *Trebellianica filijs primi gradus non solum expressè, sed etiam tacitè prohiberi potest, & num. 7. vbi de communi.*

8 *Testator censetur prohibuisse detractionem Trebellianicæ, si iusserit quod eius bona perpetuo fideicommisso subiecta sint, addita prohibitione alienationis ex quacunque etiam vrgentissima causa, tàm à suis hæredibus, quàm ab eorum successoribus, &c.*

9 *Trebellianicæ detractio censetur interdicta, stante enixa Testatoris prohibitione circa alienationē bonorū.*

10 *De Falcidia ad Trebellianicam, quando valeat argumentum.*

11 *Fideicommißarius, cui est facta prohibitio alienationis, permittendo detractionem Trebellianicæ, alienando censetur alienare in ipsum hæredem.*

12 *Solutio est quid facti, ideo cum non præsumatur, venit probanda.*

13 *Auctoris factum successor tenetur sequi.*

14 *In Dotis credito, quando veniant imputandi fructus bonorum hæreditariorum.*

15 *Funeris impensas hæres grauatus non potest detrahere, si de eis non constet in actis.*

16 *Creditum, quis non potest prætendere quod ad eum spectet, si ex propria eius confessione appareat ad se non spectare.*

17 *Bonorum fideicommissariorum cessio, ratione commoditatis validè fieri potest, non obstante alienationis prohibitione.*

18 *Successor plus ius consequi non potest, quam suus auctor obtinere potuisset.*

19 *Filius in fideicommisso, cuius dies cessit viuente patre, iura quo admittatur ad commoditatem fructuum, qui in vita eius patris decurrerunt.*

20 *Repræsentationis ius admittitur semper in hæreditate ascendentis, quocunque modo illa ex dispositione legis, aut hominis deferatur.*

21 *Repræsentationis ius, super quo sit fundata.*

22 *Filij fratrum defuncti repræsentare debent in successione personam patris.*

23 *Repræsentationis effectus est, vt dum filius personam patris ingreditur ex eiusdem quoque persona succedere videtur, vt præseruetur gradus, & non corrumpatur.*

24 *Proximitas, præter gradus prærogatiuam, spectari oportet in successionibus, & fideicommissis.*

25 *Successionis prima causa de Iure communi, est descendentium reiecta omni sexus differentia.*

26 *Ex Testamenti vna parte desumitur alterius partis interpratatio.*

27 *Testamenti vna pars non potest alteri interpratationem dare si aliqua liceat diuersitatis rationem inter vtraque constituere.*

DECISIO V.

CVM in vltima Decisione, quæ facta fuit coram me in hac causa sub die 28. Iunij præteriti * post firmatum fideicommissum, illius purificationem, & identitatem bonorum, resolutum fuisset, vt Ioanni Matthæo Bussio, & Consortibus dāda esset immissio pro indiuiso, & saluo iure detractionum, quæ competi jdent Francisco de Alexandris hæredi Antonij Iunioris, & vltimi grauati; Qua præter eas detractiones, quarum aliquæ dicebantur etiam consistere in quantitate ad impediendam immissionem, opposuit idē Franciscus de cessione, quam obtinuerat ab altero eorum, quorum fauore declaratum fuit, purificatum fuisse idem fideicommissum. Dedi dubium, pro qua rata concedi deberet hæc immissio: Et cum illud hodie proposuerim, Domini reseruata ea portione, quam Franciscus obtinuerat ex ea cessione. Dixerunt in reliqua hæreditate dandam esse immissionem fideicommissarijs, cum nulla ex detractionibus oppositis illam impedire posset, dum vel nō competebant, vel probabantur soluta.

Nam quoad legitimam probabatur illius solutio ex fide Secretarij Montis Farnesi, qui resignationem admiserat viginti sex locorum eiusdem Montis ad fauorem pluriū creditorum Ioannis Baptistæ alterius ex filiis Testatoris, cum ijdem Creditores egissent in Curia Capitolina pro separatione legitimę illi debitæ, à reliquo fideicōmisso, & obtinuissent sibi consignari ea loca ab hæreditate Antonij pro satisfactione eiusdem legitimæ. Vnde quamuis illa dici posset debita ex persona eiusdem Ioannis Baptistæ, Antonio Iuniori, qui se negauerat illius hæredem, tamen non poterat
1 iterum peti, dum probabatur semel soluta, cum † non patiatur id bona fides, vt semel exactum iterum exigatur *l. bona fides, ff. depositi, l. locum, §. condemnatio, ff. de Tab. exhiben. l. bona fides, ff. de regul. iur. & in terminis legitimæ idem notarunt Natt. cons. 321. num. 4. Cephal. cons. 189. num. 24. Rota coram Greg. decis. 580. num. 4.* Et hæc separatio cū facta
2 fuisset, per sententiam Iudicis præsumi debebat, † pro integra legitima, *iuxta glos. in l. si in rem 6. in verbo totam, & ibi Bart. ff. de rei vindicat. idem Bart. in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de oper. nou. nunciat. Dec. consil. 146. numero 13. & 15. in fin.* Et quatenus etiam dici posset, vt ea loca Montium non potuissent satis esse pro integro cre-
3 dito eiusdem legitimæ, tamen † illius supplementum solum

solum peti poterat condictione ex lege *iuxta gloss. in lege omnimodam in verbo exigere l. scimus §. repletionem, C. de*
4 *inoffic. test.* atque ita actione personali, pro qua † non competebat retentio, aut impediri poterat immissio, vt pluribus Doctorum auctoritatibus firmat *Peregr. de fideicom. art. 36. num. 143.* & hanc esse opinionem Rotæ *testantur Addent. ad decis. 489. Ludouis. num. 24. & fuit dictum in Romana Saluiani Interdicti 3. Iulij 1606. coram Card. Lancell. & coram Card. Caual. decis. 459. num. 3.*
5 Trebellianicam, quæ etiam in filiis † primi gradus prohiberi potest ex opinione, quam tenet Rota *vt per Cassad. decis. 4. de Testam. Crescen. decis. 2. eod. tit. Card. Seraph. decis. 553. num. 8. & decis. 580. num. 1. & testantur etiam Ad-*
6 *dent. ad decis. Ludouis. 421. num. 16.* & † non solum expressè, sed etiam tacitè *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt.*
7 *lib. 2. tit. 12. qui, & plures refert, & † communem dicit, Rot. coram Ludouis. decis. 421. num. 11. decis. 555. num. 2. par. 2. recent. & in Bononien. de Poetis 18. Martii 1619. coram bo. mem. Vbaldo* satis putarunt DD. hoc casu esse prohibitam ex dispositione testatoris, & precepto ab eo facto in te-
8 stamento, vt † eius bona perpetuo fideicommisso subiecta esse deberent, addita prohibitione, vt ex quacumque causa etiam vrgentissima, tàm à suis hæredibus, quàm illorum successoribus, & descendentibus nullo vnquàm tempore
9 eadem bona alienari possent: ex ea † enim alienationis prohibitione tàm enixa, non solum censebatur interdicta detractio huius quartæ, *Auth. sed & in ea, & ibi Bald. C. ad l. falcid. Gabr. post alios qui & de communi attestatur, concl. 3. de Trebell. num. 1. Odd. conf. 65. num. 64. Menoch consil. 272. num. 45. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 19. Peregr. de fideicom. art 3. num. 91. & fuit sæpius etiam resolutum, vt coram Card. Caual. decis. 540 num. 5. & in decis. 155 nu. 1. & decis. 575. num. 3. par. 2. recent.* Sed cum eadem prohibitio facta esset non magis primis hæredibus, quàm omnibus eorum successoribus, & descendentibus, non videbatur
10 dubitari posse de hac testatoris voluntate, † cum tunc benè procedat argumentum de Falcidia ad Trebellianicam, & ratio *Auth. sed & in ea C. ad l. falcid.* dum fideicommissarius, cui facta est etiam prohibitio alienationis permitten-
11 do detractionem eiusdem † Trebellianicæ, censetur alienare in ipsum hæredem, sicut considerarunt *Soccin. Iun. cons. 170 num. 41. & seq. lib. 2. & consil. 49. nu. 21. lib. 3. Corn. consil. 160. nu. 12. Decian. cons. 120. n. 24. in fin. lib. 3. Mant. eod. tit. 12. num. 20. in fin. & 21. Menoch præsumpt. 198. nu. 28. vers. Tertia fuit opinio lib. 4. Mangil. de imput q. 115. num. 33. Rot. decis. 313. num. 2. par. 2. diuers. & decis. 155. nu. 1. par. 2 recent.*

Quartum dotale Portiæ Matris Antonii, quod etiam detrahendum dicebatur per scribentes pro Francisco, neque debitum dici poterat, dum non probata fuit in actis aliqua dotis promissio, aut solutio, quam probare debuissent, non
12 solùm tanquam fundamentum huius detractionis, † dum illa non poterat præsumi, tanquam in facto consistens, *vt dixit Rota in Bononien. de Poetis 31. Ianuar. 1614. coram bo. me. Vbaldo inter recent decis. 516. par. 2. Card. Caual. decis. 453. num. 5. Pereg. de fideicom. art. 35. num. 9.* & licet ex parte Francisci data fuerit fides, ex qua apparebat, vt Portię cōsignata fuerint in causam suæ dotis loca 11. Montis Sixti secūdæ erectionis; vnde dicebatur probata solutio huius dotis, tamen constabat ex ea fide, quod Portia habuerat ea loca Montium sub conditione, vt reuerti deberent post suam mortem, ad Antonium filium: eumdemque Antonium defuncta matre, obtinuisse se ad eadem bona associari, eaquè recepisse sub alia conditione, vt essent subiecta fideicommisso Antonii Aui, ex quibus & respectu matris sequebatur, vt hoc quartum, quod semel probabatur, fuisse restitutum, peti amplius non posset: respectu verò Antonii eius filii, vt cum ille consensisset, quod eadem loca, quæ post mortem matris ad se reuersa fuerant, fuerint fideicommisso re-
13 stituta, † eiusdem factum tanquam sui Authoris Franciscus sequi teneretur *vulgat. l. cum à matre C. de rei vendic. l. vēdicantem ff. de euict.* Et imputandi erant etiam in hoc credito omnes fructus, qui tàm ab eodem Antonio, quàm à Frācisco, qui nunc agit, probabantur fuisse percepti, cū hęc dos
14 ex † cuius causa non se obligauerat Testator, solū peti posset à fideicommisso in subsidiū, *vt bene post alios distinguit Pereg. de fidei. eodem art. 35. nu. 10. Menoch cons. 183. nu. 51. Gabr. cons. 124. num. 6 lib. 2. Ant. Gabr. de Trebel. concl. 12. nu. 9.* imò ex hac eadem ratione, quod bona fideicommissi solum poterant dici obligata in subsidium, excutiēda prius fuisset hæreditas Ioannis Baptistæ Patris Antonii Iunioris, cuius erat hæc obligatio, & in cuius hæreditate certum erat, saltem fuisse loca viginti sex Montium, quæ illi fuerunt in causam suæ legitimæ assignata.

De num neque impensam funeris. Dixerunt Domini detrahi posse, ex eadem ratione, quod neque aliqua illius
15 probatio † ex actis ostendebatur, & præterea quia illa facta fuerat à filiis, & hæredibus Testatoris, quorum negauit Franciscus Antonium authorem suum, fuisse hæredem, vt ostensum fuit ex repetitis protestationibus eiusdem Francisci; dum tanquam Tutor ipsius Antonij comparuit contra creditores eorumdem filiorum, & hæredum, vnde non po-
16 terat hoc creditum ab eo retinere, quod vel ex † propria confessione apparebat ad eum non pertinere, cum solum ad ipsum spectare potuisset, si illud peteret ex persona Antonij ab hæreditate illius Patris, aut Patrui, *l. in rem suam ff. de compens. l. si duo, & ibi Bart. ff. de duob. reis. Natt. consil. 121. num. 4.*

Et hæc super detractionibus; Quo verò ad cessionem, quam habebat Franciscus ab altero ex tribus vocatis, non dubitarunt Domini, quin ex eius causa competere deberet illi retentio, saltem ratione commoditatis, ad quā se restrin-
17 gebat, † cum potuerit ea commoditas validè cedi, non obstante prohibitione alienationis, *§. nec vlli, vbi glos. & Doct. Instit. de vsu, & habitat. l. si vsusfructus 67. ff. de iur. dot. l. fin. §. si autem sub conditione, C. commun. de legat. l. seruo legato, §. 1. de leg. 1. Castr. in l filius familias, §. Diui num. 7. Rip num. 47. ff. de leg. 1. Menoc cons. 777. num. 7. & seq.*

Sola superat difficultas, quanta est hæc portio, quia ex parte fideicommissariorum negabatur illū excedere Sextam partem totius hæreditatis, & è contra scribentes pro Francisco contendebant illam esse dimidiam eiusdem hæreditatis: Huius verò diuersitatis ratio pendebat à duplici fundamento, quod cōstituebant Scribentes pro Francisco. Primùm quod integra hæreditas à principio ad tres pertinuisset; qui post omnes vocatos in hoc fideicommisso succedere debebant: Alterum quod cum ex eisdem vocatis vnus decessisset, duo in eadē hæreditate successerint, à quorum altero habebat ipse Franciscus cessionem. Verùm vtrumq. hoc fundamentum visum fuit Dominus tolli, & solùm sextam totius hæreditatis partem. Responderunt posse à Francisco retineri, cum non probaretur, vt in integra hæreditate successerint, qui olim, & initio huius causæ agebant ad hoc fideicommissum, neq; subsisteret, vt ex morte alterius deuoluta fuerit illius portio ad alios duos superstites: Cū enim in hoc fideicommisso descendentes ex filiabus fœminis Testatoris, sicut sunt, qui nunc agunt ius aliquod non habeant, nisi ex renunciatione sibi facta à descendentibus ex masculis, & qui se ipsis erant anteriores in gradu; eamdem verò renunciationem solū obtinuerint pro dimidia, nō po-
18 terat Franciscus, qui cessionem † habuerat ab altero, qui cū ijsdem masculis transegerat, plus iuris consequi, quàm suus author obtinere potuisset. *l. nemo plus Iuris. 55. l. in ijs officijs 136. §. non debeo, ff. de reg. iur. Natt. cons. 398. n. 3.* Quod verò per mortem alterius ius successionis solū ad alios duos qui reliqui sunt, pertineri hodie debeat, neq; visum fuit Dominis subsistere, cum in hoc fideicommisso, cuius dies cesserat, viuente Ioāne Luca de Fabiis, post eiusdem Lucæ mor-
19 tem † successerit Mauritius illius filius, siuè ex iure sibi à Patre transmisso ad commoditatem fructuum, qui in vita illius decurrerunt *ex notat. in l. si post diem, ff. quand. dies leg. ced. l. 1. §. cum igitur, C. de Caduc. toll. l. à Testatore, ff. de condit. demonst. Bar. & alij in l. cum filio famil. ff. de leg. 1. Rolan. consil. 46. num. 4. lib. 3. Gabr. concl. 121. num. 21. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 3. & 5.* siuè etiam iure repræsenta-
20 tionis, quæ admittitur semper † in hæreditate ascendentis, quocunque modo illa ex dispositione legis, aut hominis deferatur. *§. cum filius instit. de hæred. quæ ab intestato defer.*

Auth.

Auth. post fratres, C. de legit. hæred. glo. in l. cum ita, §. in fideicommisso in verb. primo gradu, ff. de legat. 2. Ias. in leg. 2. num. 4. Curt. Iun. num. 9. C. de success. edict. Corn. in l. vlt. num. 9. C. de verborum significat. Decian. consil. 9. num. 58. lib. 2.

Et licet hanc repræsentationem negarent Scribentes, pro Francisco admitti posse hoc casu, in quo ostendebatur Testatoris voluntas minimè conformis cum dispositione iuris
21 communis, super qua ratione videtur potissimum † fundatum ius istud repræsentationis, sicut considerauit *Peregr. de fideicommiss. art. 21. num. 5. Decian. consil. 100. num. 8. vol. 3. Rot. in Romana fideicommissi de Serlupis 23. Februarii 1601. coram Iusto.* Non tamen visum fuit Dominis, constare de hac contraria Testatoris voluntate, cum non id concluderent coniecturæ, quæ deducebantur. Quod enim vocauerit proximiores in suo Testamento, non inde argui poterat, vt nepotibus voluerit patruos præferri, qui non erant
22 proximiores, quàm essent † filii fratrum suorum, si ijdem filii in successione repræsentare debebant personam Patris *d. §. cum filius iostit. de hæred. quæ ab intest. defer. Ias. consil. 159. num. 2. vol. 4. Soccin. sen. consil. 152. num. 7. in fin. Corn. consil. 131. num. 10. vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 21. num. 7. Intrigl. de substit. Cent. 3. q. 87. num. 17. & 19.* cum hic sit ef-
23 fectus huius repræsentationis, † vt dum filius personam patris ingreditur, ex eiusdem quoque persona succedere videatur, & præseruetur gradus, nõ corrumpatur, vt considerauit *Hond. cons. 70. num. 49. lib. 1. Gabr. cons. 130. nu. 32. lib. 2. Tiraq. de iure primog. q. 40. num. 34. Menoch. qui de communi, & veriori opinione testatur cons. 357. num. 27. Rot. in eadem Romana fideicom. de Serlupis 23. Februarij 1601. coram Iusto*, & quatenus non possent dici proximiores iure sanguinis adhuc dici poterant proximiores iure successionis, quam etiam proximitatem præter gradus prærogatiuã
24 † spectari oportere in successionibus, & fideicommissi notarunt in his terminis *Corn. cons. 22. num. 15. vol. 2. Gab. cons. 86. num. 3 vol. 1. Hond. cons. 70. num. 44. lib. 1. Menoch. cons. 124. num. 104. cons. 211. num. 87. & cons. 357. num. 34. Pereg. de fideicomm. art. 21. num. 9. & 12. Rot. decis. 426. num. 6.* sic etiam tollebatur altera coniectura ex substitutione cippi, & familiæ, quam fecerat Testator in casu, quo Ioannes Baptista, & Benedictus sui filii, & hæredes sine filiis decessissent exclusis filiabus fœminis, & earum descendentibus, quasi in hoc visum fuerit recessisse à dispositione iuris communis,
25 ex quo prima causa † successionis debebat esse descendẽtium, reiecta omni sexu differentia, *vt in §. 1 in fin. & in §. si verò neque fratres, Auth. de hæred. ab intest. venien. Auth. in successione, C. de suis, & legit. hær.* ex vna parte testamen-
26 ti desumeretur † alterius interpretatio, vt visus fuit ratiocinari *Menoch. cons. 215. num. 240. & præsumpt. 95. num. 26. vol. 4.* Possent enim hęc procedere si probaretur ex toto testamento noluisse Testatorem in sua dispositione sequi formam à iure communi traditam; sicut accidit in consilio Menochii, cum in casibus, in quibus id non disposuit, non
27 censeatur † recessisse à dispositione iuris, neque possit vna pars testamenti alteri interpretationem dare, si liceat aliquam rationem diuersitatis inter vtramquè constituere.

Et ita, &c.

* Vide hanc decisionem infra prout in indice posito in fine decisionum alteram decisionem, in hac causa sub die 29. Maii 1628. habes supra decis. 180. par. 5. recent. coram eodem R. P. D. Verospio.

R. P. D. VEROSPIO.

Ginnen. Beneficij.

Die Lunæ 13. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

De causis restitutionis in integrum, quando dicatur constare, Narratiua, quando egeat pleniori iustificatione. Vnio qualiter probetur. Erectio noui Beneficij, quãdo non sit necessaria, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *De causis restitutionis in integrum, quando constet.*
2 *Narratiua est plenè iustificanda, quandò ab ea pendet tota gratia, & validitas concessionis.*
3 *De Ecclesiæ perpetuo præiudicio agitur, dum bona vnius beneficij applicantur nouo beneficio erecto.*
4 *Qualitas narrata est omnino iustificanda.*
5 *Testis, vt cõcludere possit super immemorabili, vel quadragenaria, debet habere ætatem requisitam à iure.*
6 *Vnio, qualiter probetur, & num. 8.*
7 *Testium depositiones corruunt, si non subsistat causa, & ratio ab eisdem adducta.*
9 *Episcopo debetur quarta ex omnibus decimis, & oblationibus.*
10 *Beneficiati duo satis sunt in Ecclesia Parochiali.*
11 *Ad erectionem noui beneficij sola causa augendi numerum vnius beneficiati satis non est, nisi fuisset hic numerus præcisè necessarius ad seruitium eiusdem Ecclesiæ.*
12 *Deus, neque multitudine sacrificiorum propitiatur, neq; semper expedit plures habere ministros.*
13 *Subreptio cadit etiam in causa impulsiua.*
14 *Narratiua facta per dictionem, forsan, est etiam iustificanda, & quando id procedat num. 15.*

DECISIO VI.

Coram R. P. D. meo Pirouano decisum fuerat, esse iustificatam gratiam Bartholomæi, in qua illi conferebatur Beneficium in Ecclesia Parochiali Sancti Saluatoris Ciuitatis de Baeza erectum antea in titulum ad instantiam eiusdem Bartholomæi; & eiusdem decisionis vigore lata fuit sententia, quæ transitum fecit in iudicatum: Cum verò commissa mihi fuisset causa restitutionis in integrum ex parte Eminentissimi Cardinalis Sandoual Episcopi Giennen., cuius Mensę idem Beneficium dicebatur vnitum. Proposui dubium. An cõstaret de causis restitutionis, quod Domini affirmatiuè, & ad fauorem Mensæ resoluerunt.

Sententia enim Rotalis fundabatur in iustificatione gratiæ prouisionis, quàm obtinuerat Bartholomæus, non habita consideratione, aut examinata iustificatione primæ gratiæ erectionis ad eiusdem Bartholomæi instantiam impetratæ; Et cum ab ea penderet validitas prouisionis, quæ erat à primæua erectione, sicut non subsistebat prima gratia, quę in multis dicebatur non iustificata; Ita etiam corruebat altera, & secunda gratia Collationis, & apparebat de in iusti-
1 tia sententiæ Rotalis, † & de causis restitutionis. *Rot. decis. 1. de restit. in integr. in nou. Mohed. decis. 2. num. 2. de appell. Cæsar. de Gras. decis. 2. nu. 12. de sentent. & re iud. Rot. decis. 307. num. 1 p. 2. & decis. 492. num. 1. par. 1. recent.*

Quod verò gratia erectionis nõ esset iustificata ex eo patebat, quia cum fuisset Papę narratum, quod esset seruitoriũ, & collatiuũ Beneficium, cuius noua erectio petebatur, quod fuisset postea vnitum Mensæ Episcopali Giennen., & demũ quod ex causa eius vnionis priuata fuisset Ecclesia seruitio, quod sibi per intitulatum in eodem beneficio præstabatur, nihil horum probatum fuit; hoc est siue existentia Beneficii ante vnionẽ, & quidem cum ea qualitate, vt esset seruitoriũ, & collatiuũ, siue eiusdẽ Beneficii vnio canonicè facta, quæ etiã qualitas fuit narrata; siue demũ deficiẽtia seruitii, & obsequii ex causa eiusdẽ vnionis, cũ tamen opus fuisset plenio-
2 ri iustificatione, non solum quia ex ea † narratiua pendebat tota gratia, & validitas concessionis, dum fuit in illa Papę repræsentatum præiudiciũ, quod ratione vnionis inferebatur Ecclesiæ. *Rot. diuers. decis. 268. n. 4. par. 1. & decis. 444. n. 2. p.*
3 *2. recent.* Verùm quia agebatur de perpetuo † præiudicio Eccle-

Ecclesiæ, dum bona vnius beneficii applicabantur nouo beneficio erecto. *Rot.decis.208.num.2.par.1.diuers. Card. Seraphin.decis.989.num.2. Rot. in Bononien Prioratus 15. May 1609.coram Lancelloto, & in Angaren Dismembrationis 11.Ianuarij 1619.coram Remboldo.*

Neque poterat dici probata vnio, vel de iure, vt necessa-
4 rium erat, dum fuit † narrata cum ea qualitate, vt fuerit canonicè facta. *ex not.per Fel.in c.licet causam nu.40.de probat.& in c.ex par.12.num.25.*&|ibi *Rip.num.65. de rescrip. Greg.decis.242.num.5.* vel etiam de facto, vt videbatur cõcludere decisio facta in hac causa coram R. P. D. meo Pirouano sub die 28. Iunii anni 1627. cum totius probationis
5 vis penderet à dicto testium, qui præterquam non † habebant ætatem requisitam, vt concludere possent super im-
6 memorabili, vel quadragenaria, quæ iuncta cum titulo † satis esse posset ad probandum, non qualitatem, aut statum, sed substantiam ipsius beneficii *Put.decis.8 de vnion.& decis.252.num.2.lib.1.in nou.Cæsar de Graff.decis.13.num.12. de præbend.Fel.consi.2.num.12.& 15.Rot.decis.233.num.5.par.1.rec.& coram Ludouis.decis.51.num.1.* Non etiam concludebant in dicto, dum non reddebant aliam causam suæ scientiæ, quam ex perceptione fructuum huius benefi-
7 cii, vt propterea † corrueret eorum depositio, si non subsistebat causa, & ratio ab illis adducta, *c.cum Ecclesia Sutrina de caus.pos.& propriet.Bald.in l.solam.num.26.C. de testib.& in l.conuenticulum num.6.C.de Episc.& Cleric.Papien.in form.libell.in tit.de oppos.test.in glos. reddunt rationem num.21.* Et licet ad iustificationem eius vnionis satis esse possent, vt eadem decisio admittebatur, probationes, &
8 coniecturæ; non tamen † potuerunt concludere hanc solam probationem ex perceptione fructuum, dum iidem fructus ex alio titulo, quàm vnionis, percipi potuerunt ab Episcopis pro tempore, nimirum, vel ex dispositione iuris com-
9 munis in causam quartæ † eis debitæ ex omnibus decimis, & oblationibus, *vt in can. concessa 12.q.2.c. conquerente. de offic.ord.cap. de quarta.de præscrip.* vel etiam ratione præscriptionis.

Sic etiam non visa fuit iustificata alia narratiua, vt ex causa eius vnionis fuerit Ecclesia destituta suo seruitio, licet enim probata dici posset vnio, non tamen absolutè verùm erat, vt ex eadem vnione cessauerit seruitium ipsius Ecclesiæ, dum reperiebantur adhuc alii tresdecim Beneficiati, à quibus idem seruitium præstabatur, quique poterant Diuina Officia cum decore celebrare, vnde non concludebat deficientiam seruitii huiusmodi vnio facta huius solius Beneficii, vt necessariò debuisset, cum ex dispositione iuris
10 communis duo Beneficiati † satis essent in Ecclesia Parochiali, vt notatur *in cap.vt quisque.de vit.& honest. Cler.gl. in c.cum sicut in verb. consecranda de Consecr. Eccles. vel Altar.Cassad.decis.19.num.1. de præbend.* neque sola causa
11 augendi numerum vnius † Beneficiati satis esse potuisset ad erectionem noui Beneficii, nisi fuisset hic numerus præcisè necessarius ad seruitium Ecclesiæ. *cap. vacante cum ibi notat. de præben. Rot.in Calaguritina Beneficii 18. Iunii 1593.& in Tirasonen congrui seruitii 19. Decemb. 1594. coram Giptio,& decis.578 lib.3.par.3.diuers.* quia, vt inquit, *glos.in c.vnic.in verb.nimiam de Relig.domib.lib.6.* neque
12 multitudine † sacrificiorum propitiatur Deus, neque semper expedit plures habere ministros.

Demum deficiebat alia narratiua, quod hoc seruitium, siue obsequium istius Beneficii fuerit de facto, & forsan pluries collatum ab Ordinario, & quod haberet idem Beneficium fructus incertos, quos Episcopi Giennen ab immemorabili tempore arrendarunt, & in proprios vsus conuerterunt. Ex quibus omnibus sicut videbatur Papa potissimum motus, vt erectionem concederet, dum non considerauit præiudicium alicuius occasione dotis, quam huic nouo Beneficio assignauit de fructibus incertis, ita etiam erat iustificanda, cum satis sit, vt ex iis, quæ narrata fuerunt fa-
13 cilius Papa moueri potuerit, & etiam in causa † impulsiua cadat subreptio *cap. super litteris, capit. postulasti de rescript. Cassad decis.2.num 14. de præben. Crescent. decis.8. num.7. eodem tit. Card. Seraph. decis.19.num 2. & decis. 870.num.4.Rot.decis.24.num.3.par.2.recen.* Neque à iustificatione huius narratiuæ, vt hoc Beneficium pluries collatum fuerit, excusare poterat, si non pro certo, sed cum aliqua dubitatione id fuit narratum propter dictionem illam,
14 forsan, quia † nihilominus iustificandum erat, vt aliquando idem Beneficium collatum fuerit, cum eadem dictio, for-
15 san, † non ad factum ipsum collationis referatur, sed ad eiusdem facti qualitatem, vt scilicet collatum fuerit hoc Beneficium forsan pluries, vt fuit dictum in *Oriolen Canonicatus 10.Iunii 1620.coram bon. mem. Remboldo.*

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Cæsaraugustana Dismembrationis.

Die Veneris 24. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Gratia sub conditione concessa, ea non adimpleta, gratia euanescit. Vnio facta pro augmento cultus diuini non subiacet regulæ reuocatoriæ Vnionum. Erectiones Beneficiorum, quando sint suppositæ regulis reuocatoris &c.

1 *Ex actorum reuolutione probatur, an in sententia interuenerint omnia requisita, & ex quo appareat iustitia eiusdem sententiæ, num. 2.*
3 *Dictio, postquam, inducit conditionem.*
4 *Actus conditionalis fieri non potest ante euentum conditionis.*
5 *Sententiæ quando sunt validæ, & iustæ sunt confirmandæ.*
6 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, transfundit tempus præsens in futurum.*
7 *Vnio facta pro augmento cultus diuini non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionum.*
8 *Erectio beneficiorum, vbi non est necessaria; semper intrant Regulæ reuocatoriæ, vide num.9.& num.15.*
10 *Iudicij viam inutilem, si quis elegerit sibi imputet.*
11 *Illatio à diuersis, & separatis non fit.*
12 *In dispositione noua; quoties aliquid substantialiter additur, vel detrahitur primæ dispositioni, illa vltima dispositio dicitur noua, & distincta à prima.*
13 *Paria sunt aliquid non fuisse factum, vel non habuisse effectum.*
14 *Immissionem petens insurgit præsumptio, quod antea non possideret.*

DECISIO VII.

INita concordia inter Iacobum Rectorem, Ecclesiæ Parochialis loci de Bello, vt eo viuente integri fructus dictæ Parochialis ad ipsum spectarent, eo verò mortuo dimidia pars pertineret ad Capitulum de Daroca, & alia dimidia diuideretur in duas partes, quarum vna esset Rectoris pro tempore existẽtis, & altera applicaretur pro dote duorum Beneficiorum, erigendorum in dicta Ecclesia pro maiori commoditate Populi, postquàm dismembratio prædicta sortita fuisset effectum: Huius concordiæ confirmationem san.me. Paulus Quintus commisit Officialis Cæsaraugustano, qui per sententiam diffinitiuam eam confirmauit, & per alteram prędicta duo beneficia erexit. Mortuo dicto Iacobo Rectore; Petrus de Molina Officialis Cæsaraugu-

stanus

stanus in vim confirmatæ concordiæ immisit Capitulum in possessionem medietatis dictorum fructuum, & contulit Beneficia duobus Clericis, naturalibus dicti loci de Bello, Interposita verò appellatione à dictis sententijs. Rota censuit eas ex capite nullitatis, & iniustitiæ esse infirmandas, vt ex decisionibus in hac causa factis coram bo.me. Vbaldo, & coram R.P.D. meo Pirouano: Et successiuè fuit lata sententia, quæ demum in alia instantia fuit confirmata. Ab vltima Beneficiati appellarunt. Et commissa mihi causa, Domini post plures propositiones, re maturè discussa, sententias Ro-
1 tales confirmandas dixerunt: Quia ex † reuolutione actorum probatur interuenisse requisita per *Caputaq. deci. 260.*
2 *par. 2.* & sic constare de validitate. Iustitia verò † patet ex pluribus decisionibus, factis in hac causa, tàm coram bon. mem. Vbaldo 16. Ianuar. 1623. & 18. Aprilis 1625. quàm coram R. P. D. meo Pirouano 19. Nouembris 1627. 31. Martij 1628. 21. Iunij 1628. & in pluribus alijs coram bo.me. Cardinali Sacrato.

Fundamentum autem consistit in eo, quòd dismembratio non fuerat sortita effectum. Quia iuxta formam præscriptam à sanct. mem. Paulo Quinto in confirmatione concordiæ, erectio beneficiorum non poterat fieri, nisi post impletam conditionem, quam importabat clausula: *si & postquam, dismembratio medietatis fructuum ad fauorem Col-*
3 *legiatæ sortita fuisset effectum*: cùm in ea sit dictio, † *postquam*, quæ inducit conditionem, *Bart. in l. quibus, §. Termilius num. 5. ff. de cond. & demonstr. l. ab hostibus in fin. ff. ex quib. caus. maior. Rot. decis. 46. num. 2. par. 2. recent.* Vnde cum dicta dismembratio nunquam sortita fuisset effectum, euanuit gratia erectionis beneficiorum, dependens sub cõditione ab illa, ad fauorem Collegiatæ: ita resoluit Rota in hac causa 18. Aprilis 1625. coram bon. mem. Vbaldo. Licet enim executor erexerit beneficia, non tamen validè erexit: quia tam illorum creatio, quàm applicatio dotis cadebant sub eadem conditione, *si & postquam*, & vtrunque fuit reuocatum, tam ob non effectuatam dismembrationem ad fauorem Collegiatæ, quàm ob regulam reuocatoriam sanct. mem. Gregorij XV. quæ inuenit erectionem nulliter factam, & applicationem non factam. Et quamuis erectio esset demandata ex nunc, & prout quando diuisio, & dismembratio sortita esset effectum per obitum Iacobi Rectoris: erat tamen conditionalis, & dependens ab euentu diuisionis, & dismembrationis huiusmodi, vt sunt verba clara literarum Pauli V. ibi, *postquam dismembratio fauorem Capituli sortita fuerit effectum*. Et ideo cum dicta dismembratio antequàm sortiretur effectum, fuisset reuocata per regulam Gregorij Decimiquinti, vt sæpè decisum fuit, & emanauerit super hoc res Iudicata, cum acquiescentia Capituli: sequitur erectionem, & dotationem prædictorum beneficiorum nullatenus posse sustineri: cum non po-
4 tuerit fieri ante † euentũ conditionis; & facta, remanet ventosa, nõ secuta dismembratione, quæ erat requisita pro forma, *sanct. mem. Gregorij XV. decis. 1.* cum alijs in decisioni-
5 bus in hac causa factis. Ac proinde sententiæ † Rotales desuper latę, tanquam validæ, & iustę veniunt confirmãdæ.

Clausula, *ex nunc, prout ex tunc*, non facit, quòd erectio
6 conditionalis sit pura: sed † transfundit tempus præsens in futurum, itaut tempore suo conditione adueniente, actus nõ sit inchoandus sed perficiatur. Dempto autem termino ad quem, & sic tempore futuro requisito ad perfectionem actus, clausula, *ex nunc*, remanet sine effectu, & operatione. Ideoq. deducta per scribentes pro Beneficiatis Oppidi de Bello quæ omnia fundantur in perfecta, & valida erectione, non infringunt tot decisiones Rotales, quæ fundantur in non existentia, & nullitatis erectionis à principio.

Nec poterat procedi ad exequutionem concordiæ super dismembratione fructuum, iam reuocata per dictam Regulam reuocatoriam san. me. Greg. XV. Non enim poterat vnio suum habere effectum, nisi mortuo Rectore, cuius obitus contingit 16. Ian. 1621. mandatum verò de immittendo fuit relaxatum 27. Martij. Vnde cum medio tempore emanauerit supradicta Regula reuocatoria, videlicet 9. Februarij nulliter, & iniustè fuit processum ad executionem concordiæ, per regulam reuocatæ.

7 Non obstat, quòd vnio facta pro † augmento cultus diuini, non subiaceat regulæ reuocatoriæ vnionum, iuxta *decis. Crescent. prima, & tertia de Paroch. Achill. decis. 388. num. 6. Seraphin. decis. 982.* cum aliis allegatis per *Adden. de sanct. mem. Gregor. XV. decis. 419. num. 6.* Quia allegata procedunt, data valida, & non reuocata erectione. At sic erectio beneficiorum non fuit valida; quia Papa mandat illam fieri, si, & postquam dismembratio ad fauorem Collegiatæ suum fuisset sortita effectum, vt consideratur *in decisionibus bo. mem. Vbaldi, & R.P.D. mei Pirouani.* Et sic non applicantur, cum erectio deficiat, & sit nulla, forma non seruata, sicut etiam tollitur ex hoc eodem fundamento, quòd dismembratio sit facta causa maioris cultus diuini ob indigentiam: cum Concilium Tridentinum loquatur in erectione valida, non autem in erectione nulla, & inualida, vt est hæc. Nec fuit probata necessitas, itaut possit dici erectionem fuisse necessariam; sed fuit voluntaria, & pro maiori commoditate Populi, vt erigerentur duo beneficia seruito-
8 ria Curiæ Animarum Ecclesiæ de Bello. Et † vbi erectio nõ est necessaria, semper Regulæ reuocatoriæ intrant, *Achill. decis. 1. super regula reuocatoria, Put. decis. 37. lib. 1.* & Rota declarauit in *Toletana Capellaniæ 23. Iunij 1608. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, latè Adden. ad dictam decisionem vbi supra.

Nec potest fieri fundamentum super obitu Rectoris, secuto ante regulam, viuente adhuc sanct. mem. Paulo Quin-
9 to concedente, Quia possessio, † per quam effectuatur dismembratio, & nõ antea, nec alias ad latè tradita per *Mandos. ad Regulam 12. q. 5. num. 3. & 4.* non fuit capta, nisi 27. Martij sequentis, & sic post regulam reuocatoriam: ita fuit resolutum *16. Ianuarij 1623. coram bon. mem. Vbaldo in causa contra Capitulum, & in hac causa 18. Aprilis 1625. coram eodem, & 19. Nouembris 1627. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Possessio capta per Capitulum 8. Februarii, & sic per diẽ ante regulam sanct. me. Gregorii Decimiquinti non suffragatur: siquidem iste actus possessionis, tanquam nullus, fuit per Rotam reiectus in decisionibus in hac causa factis cũ talis possessio fuerit nulliter capta: siue data Procuratori Capituli à quodam Marco, de cuius facultate non constat, cum in litteris Pauli Quinti non sit nominatus.

Neque potest sustineri eo sub prætextu, quòd Capitulum posset propria auctoritate ingredi possessionem ex confirmatione concordiæ. Quia talis facultas legitur in litteris data rectori, & beneficiatis, non autem Capitulo. Et quatenus
10 † fuisset data Capitulo, ea nõ est vsus: & sibi imputet, si elegit viam Iudicij inutilem, recurrendo ad Marcum Presbyterum, Iurisdictione carentem.

Tollitur tamen omnis difficultas ex eo, quòd in litteris Pauli V. non solum non confirmatur litteræ Sixti, & Clem. in quibus dabatur facultas capiendi possessionem propria authoritate; Verum reuocantur, moderantur, & reducũtur, vt constat ex Summario. Et præterea in litteris Pauli V. noua, & distincta gratia cõtinetur. Ideo ex nullo capite potest induci, clausulam primarum litterarum esse repetitam in
11 his posterioribus Pauli; cum à † diuersis, & separatis non fiat illatio, *l. fin. & ibi not. ff. de calumniat. l. neque natales, C. de probat. Rot. decis. 427. num. 3. par. 2. recent.*

Quòd autem gratia Pauli V. sit diuersa, & distincta à gratia Sixti, & Clementis, constat ex eo quòd in prima gratia omnes fructus applicabantur Ecclesiæ Collegiatæ, demptis scutis 100. pro Rectore: In vltima verò gratia, dimidia pars duntaxat fructuum applicabatur dictæ Ecclesiæ Collegiatæ: & altera dimidia diuiditur in duas partes, vna applicatur Rectori, altera duobus beneficiatis de nouo creãdis: Vnde non reualidat, aut confirmat, sed nouam gratiam facit, cõti-
12 nẽtem diuersitatem. Et quoties in noua gratia, † vel dispositione aliquid substãtialiter additur, vel detrahitur primę gratiæ, vel dispositioni: illa vltima gratia, vel dispositio dicitur noua, & distincta, à prima, *l. Ius ciuile, ff. de iust. & iur. vbi glo. & Doct. communiter Mol de primog. lib. 1. c. 8 num. 25.*

Quare cum de executione huius vltimæ gratiæ duntaxat agatur, & in ea non detur facultas capiendi possessionem propria auctoritate, neque fuerit commissa œconomo dictæ

dictæ Ecclesiæ: non potuit, nec propria auctoritate, neque de manu œconomi capi ex defectu Iurisdictionis. Et per consequens possessio illa capta die 8. Februarij fuit nulla, &
13 per eam dismembratio non potest dici effectuata: † quia perinde est, ac si capta non fuisset, *l. nihil interest, ff. de reg. iur.* Et cum sequenti die interuenerit regula reuocatoria, atque ita illa gratia fuerit extincta: meritò sententiæ Rotales sunt confirmandæ.
14 Et cum de mense Martij Capitulum † petierit immissionem, insurgit confessio, quòd antea non possideret, *Manti. decis. 20. nu. 2. Rot. decis. 174 num. 5. par. 4. diuers. sanct. me. Gregor. XV. decis. 46. num. 3.* & semper ita fuit conclusum in decisionibus in hac causa factis.

Et quæ dicuntur de insufficientia mandati Procuratoris ad confitendum, Capitulum non possidere, ea nō obstant: quia non confessio Procuratoris, sed petitio facta pro traditione possessionis, & Iudicium desuper motum nocet Capitulo.

Et ex his, & alijs latiùs deductis in decisionibus in hac
15 causa factis, Domini firmarunt, non fuisse locum † erectioni propter clausulam: *si & postquam dismembratio ad fauorem Capituli fuit effectum sortita:* & fuisse reuocatam per regulam reuocatoriam, vtraque parte informante &c.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Dotis, seu Saluiani.

Die Veneris 24. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, cuius firmaturæ, Executor quando dicatur excedere in executione.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, sine præiudicio legitimæ executionis præseruat iurisdictionem Iudicis, à quo, & num. 13.*
2 *Et ad illum spectat cognitio, an fuerit modus excessus in exequendo.*
3 *Probationes sunt faciendæ coram eo Iudice, qui causam cognoscit.*
4 *Rotæ omnes Auditores faciunt vnum corpus, & vnus dicitur alterius subrogatus.*
5 *Excessus commissus ab executore, si probetur ab eo, datur appellatio.*
6 *Executor dicitur modum in exequendo excedere, quando in alia re in sententia non comprehensa executionem fecit.*
7 *Excessus in executione sententiæ non percutit sententiam, sed ipsam executionem.*
8 *Executionis moderatio in ea parte, in qua fuit excessum, debet fieri.*
9 *Clausula, sine præiudicio, an tollat iurisdictionem Iudicis, ad quem.*
10 *Decis. Card. Seraph. 845. num. 7. declaratur.*
11 *Appellatio regulariter vtrumque effectum habet, deuolutiuum scilicet, & suspensiuum.*
12 *Appellatio in iudicijs executiuis non adimit iurisdictionem Iudicis à quo, circa executionē ipsius sententiæ.*
14 *Exceptio irreleuans non debet retardare expeditionem causæ.*
15 *Creditor immissus ex Saluiano, postquam ex fructibus satisfactum fuit, tenetur rem restituere.*
16 *Creditor immissus vigore Saluiani, anteà quàm restituat, debet creditū vsquè ad obolum sibi satisfacere.*

DECISIO VIII.

PROPOSITO dubio die 20. Decembris proximi præteriti. * An causa esset expedienda & quomodo, vel potius articuli pro parte D. Iuliæ præsentati essent admittēdi cum retardatione, vel sine, & capta resolutione pro causæ expeditione, ac articulorum admissione, nō retardata tamen causæ expeditione, & cum solita clausula, *si, & in quantum, & S. I. impertinen. & non admitten.* hodie ad instantiam eiusdem D. Iuliæ renouata disputatione placuit DD. in decisis persistere, cum de iustitia sententiæ D. mei Durani plenè constet, tàm ex decisionibus corā dicto D. meo, quàm coram me factis, quarum fundamenta, cum non tollerentur ab informantibus pro D. Iulia DD. placuerunt.

Cui expeditioni, tàm respectu confirmationis immissionis datæ à D. meo Durano, quàm retentionis D. Domitillæ competentis, iuxta resolutiones coram me factas, visum fuerit DD. non obstare articulos pro parte D. Iuliæ præsentatos, & à me admissos, quia cum secundus, & tertius articulus super quorum reuelantia maximè insistebant Informantes pro D. Iulia, contineant prætensum excessum commissum ab Executore in exequen sententiam dicti D. mei, non videntur releuantes ad effectum impedien expeditio-
1 nem causæ, quia cum causa † mihi reperiatur commissa, cū clausula, *sine praiudicio legitima executionis*, quæ præseruat iurisdictionē dicti D. mei Durani Iudicis à quo ex traditis à *Cæsar. de Graff. decis. 3. num. 4. de sententia, & re iud. cum alijs relatis in Decisione facta 20. Decembris proximi*
2 *præteriti coram me*, & ad illum spectet † cognitio an fuerit modus excessus in exequendo, vt consuluit *Berou. cons. 52. nu. 18. lib. 3.* & firmat *Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. limit. 53. num 33.* propterea probationes super prætenso excessu coram eo, & non coram me Iudice, ad quem sunt faciēdæ,
3 quia esset absurdum, † quod vnus esset Iudex in cōcernen. executionem, & coram alio fierent probationes, vt cōsiderat *Berou d. cons. 52. num. 19.* nec est inconueniens, quod à me admittantur articuli prout fuerunt admissi cum clausulis, *Si, & in quantum, & Saluo Iure impertinen. & non admitten. ac non retardata causa expeditione*, & nihilominus probatio fiat coram dicto D. meo Durano, quia cum adsint clausulæ præseruatiuæ iurisdictionis alterius Iudicis simul stare potest, quod coram me fuerint admissi articuli, & probationes coram suo Iudice fiant, & in hac parte non deficit
4 Iurisdictio, cum omnes Auditores † faciāt vnum Tribunal, & vnus dicitur alterius subrogatus, vt apud *Put. decis. 339. num. 2. lib. 3. in correctis, Rota decis. 16. num. 4. par. 4. diuers. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 369. num. 2.* & ibi *Adden cum alijs deductis, coram D. meo Pirouano in Cordubeñ Decimarum 9. Decembris 1626.*
5 Ideoquè quàmuis iste allegatus excessus † commissus ab Executore probaretur à quo concedi appellationem admiserunt DD. ex textu *in l. ab executione, C. quorum appell. non recep. c. quoad consult. 15. in fin.* vbi *glos. final.* docet modum executionis excedere Executorem, quando in alia re
6 in sententia non compræhensa † executio fit, & ibi sequuntur *Abbas num. 24. & Felin. nu. 15. de sententia, & re iud.* & eleganter tradit *Bart. in d. l. ab executione n. 2. ff. de appellat. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap fin. par. 2. §. 3.* poterit D. Iulia excutionem excessiuam, facta huius excessus probatione, & ab eo appellatione interposita coram D. meo Durano obtinere reuocationem, aut moderationem ex iuribus proximè traditis.

Præsertim, quia in opposito casu non agitur de excessu sententiæ dicti D. mei, sed de excessu executionis commis-
7 so ab Executore, quod non percutit † sententiam D. Durani, sed illius executionem ex deductis, ex quo patet D. Iuliā tantò minus posse prætendere retardationem confirmationis sententiæ dicti D. mei Durani, & cōcessionem retētionis bonorum in sententia compræhensorum, iuxta Decisio-
8 nes coram me factas sed † ad summū moderationem executionis in ea parte in qua fuit excessum, vt alias tenuit

Rota

Rota in rec. decis. 543. *num.* 6. *p.* 2. cum alijs relatis per *Adden. ad decis.* 198. *coram sa. me. Greg. XV.*

Nec obstare visum fuit DD. deducta per Informantes
pro D. Iulia ex *decis. Seraphin.* 845. *num.* 2. vbi firmatur
9 † clausulam, *sine præiudicio*, non tollere iurisdictionem
Iudicis, ad quem, nam licet non operetur effectum suspen-
siuum operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognosci pos-
sit, quæ sunt verba formalia eiusdem Decisionis, in quibus
expresſè traditur per illam clausulam, appellationem ha-
bere dumtaxat effectum deuolutiuum, & Iudicem appel-
lationis posse cognoscere de iustitia, vel iniustitia senten-
10 tiæ, † loquitur enim decisio in terminis clausulæ, *sine præ-
iudicio*, trium conformium, quam præsupponit cognitio-
nem super contentis in sententijs fuisse deuolutam à Iudi-
cem ad quem, nos verò versamur in cognitione excessus
non quidem sententiæ, sed executionis illius, de quo cogno-
scere debet Iudex à quo, cum quoad istum effectum eius
iurisdictio per appellationem sublata non existat, licet e-
11 nim regulariter appellatio vtrumque effectum † habeat,
deuolutiuum, & suspensiuum, & quoad vtrumque, Iudi-
cis à quo iurisdictionem suspendat, *cap. super eo, cap. vt de-
bitus honor, cap ad hæc il primo de appell. l.* 1. *§. vltim. ff. ad
Turpill. l. si causa cognita, C. de transact.* & ibi compluri-
bus relatis, *Padill Couar. pract. cap.* 23. *num.* 1. in Iudiciis
12 † tamen executiuis appellatio non adimit iurisdictionem
Iudicis, à quo circa executionem ipsius sententiæ, vt not.
Phil. Franc. & Imol. in cap. Pastor. *in princ. de appell. per
text. in cap. Pastor, §. præterea de offic. & potestate* Iud. deleg.
& ibi *Panorm. & Couarru. in cap.* 23. *num.* 7. *Menoch. de
adipiscen. possessione remed.* 4. *ex num.* 827. & hoc importat
13 clausula † *sine præiudicio*, quæ præseruat Iurisdictionem
Iudicis à quo ex supra traditis, & secundum iuris regulas
procedit *d. decisio Seraphin.*

Cæteri verò articuli concernentes, maiorem quantita-
tem fructuum præceptorum à D. Dimitilla, & solita per-
cipi, ex dicto Castro, & aliis etiam si veritati niterentur, &
essent probati tamen, cum creditum D. Dimitillæ longè
14 excedat summam articulatam † tanquàm irreleuan non
debent retardare expeditionem causæ, iuxta regulam *tex-
tus in l. ad probationem sexto de probat.* cum aliis relatis in
decisione, quæ reuidetur, præsertim quia vt DD. conside-
rarunt non sunt huius Iudicii, quia cum D. Dimitilla fru-
ctus ex Castro perceptos debeat in creditum imputare,
iuxta resoluta in hac causa prima Iulii anni præteriti 1630.
15 coram me * & extincto credito † per dictam imputatio-
nem liceat eidem D. Iuliæ Castri possessionem recupera-
re, vt per *Rot. coram sa. me. Gregor. XV. decis.* 254. *num.* 1.
Ruin. consil. 265. *num.* 5. *lib.* 5. *Roland. consil* 6. *num.* 37. *Sur-
dus consil.* 160. *num.* 7. *Menoch. de recup. poss. remed.* 1. *num.*
148. *Pacif. de Salu. inspect.* 4. *cap* 2. *num.* 220. fructuum per-
ceptorum liquidatio ad illud Iudicium pertinet, quia cum
summa articulata per D. Iuliam non comprehendat inte-
grum creditum D. Dimitillæ ex deductis certum est quod
16 pro parte D. Iuliæ non potest prætendi reintegratio † cum
creditum debeat prius sibi vsque ad obolum satisfacere,
vt per *Rot. coram sa. m. Gregor. XV. decis.* 254 *num.* 1. & ibi
Addentes.

Neq; expeditionem causæ potest retardare clausula, *ap-
pellatione remota*, apposita in cōmissione directa d. D. meo
Durano, quia ea non obstante poterit D. Iulia factis pro-
bationibus super excessu, & quantitate fructuum, vel in iu-
dicio liquidationis, dum volet possessionem Castri recupe-
rare, vel coram D. meo Durano Iudice executionis factæ
obtinere reintegrationem, & reuocationem, aut modera-
tionem ex superius traditis.

Ex quibus DD. vtraq; parte informante steterunt in de-
cisis sub die 20. Decembris proximi præteriti, nulla habita
ratione calculi fructuum perceptorum à D. Dimitilla fir-
mati in Decisione sub prima Iulij anni præteriti, cum DD.
à tunc resolutis in hac parte recedant.

Et ita vtraque, &c.

* Est decisio 416. supra par. 5. recent.

* Est Decisio 403. supra par. 5. recent.

R. P. D. VEROSPIO.

Spoletana Legitimæ.

Die Veneris 24. *Ianuarij* 1631.

ARGVMENTVM.

Exclusus ab intestato ille, qui est, nequaquàm poterit legitimam aliquam pretendere, cum legitima sit portio successionis ab intestato. Testator si relinquerit filiæ dotem, quando ipsa nupsisset, & vsumfructum, quando remansisset innupta, certè non est dicendum, copulatiuè ea voluerit relinquere, sed alterum ex eis secundum electionem status.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, cum sit portio successionis ab intestato, cessat, cessante intestati successione.*

2 *Filia exclusa à statuto, à successione patris ob existentia filiorum, non potest in eius bonis prætendere legitimam.*

3 *Statutum, si excludat omninò fœminas non solum à successione ab intestata, sed etiam ab ipsa legitima, & omni illius supplemento; non potest dici quod illius loco succedat.*

Quam idem statutum dari volebat filiabus ita exclusis. num. 4.

5 *Dos, sine matrimonio non debetur.*

6 *Vsusfructus potest extinguere debitum legitimæ, dum perceptus fuit in executionem voluntatis ipsius Testatoris.*

7 *Actio merè personalis non potest impedire immissione fideicommissarijs.*

8 *Testator ex quibus pateat, quod voluerit, vt filia eius contenta esset, aut dote, aut vsufructu eidem relicto.*

9 *Filia an conferre teneatur suam dotem commodo sororis, dum habuit vsumfructum à Testatore titulo particularis legati, non autem tamquàm illius hæres.*

10 *Filia exclusa à statuto habet suam dotem loco legitimæ.*

11 *Interpretatio ea videtur capienda, ne Testator videatur incontinenti se correxisse.*

DECISIO IX.

CVm occasione fideicommissi Francisci Bonauuisij, ex quo successerant Leo, & fratres de Syllanis, peteretur ab illis immissio; excipiebatur pro parte Nicolæ Laurentinæ hæredis Ludouici grauati de detractione duplicis legitimæ eiusdem, scilicet Ludouici, qui mortuo Bernardino Patre dicebat debitam sibi esse eamdem legitimam ex hæreditate Francisci Aui, in cuius potestatem reciderat: & alterius legitimæ ex persona Cæsareæ filiæ Francisci, cui idem Ludouicus ex fratre nepos ab intestato successerat: Et cum detractio legitimæ Ludouici exclusa fuisset tam in decis. facta coram bo. me Buratto sub die 29. Aprilis anni 1626. quàm coram me. *sub die* 29. *Aprilis anni præteriti*, eo quia consumpta fuisset ex illius solutione, quam Franciscus fecerat Fisco propter delictum Bernardini Patris Ludouici.

Ludouici. Proposui hodie dubium super legitima Cęsareæ, quam neque esse detrahendam Domini responderunt.

Etenim ex peculiari statuto, & Constitutione Ciuitatis Spoleti, cuius validitas controuerti non poterat propter confirmationem Summorum Pontificum Pij V. & Gregorii XIII. excludebantur fœminæ propter masculos à quacumque successione, constituta illis certa portione in causam dotis, non poterat dubitari, quin etiam excluderentur à petitione legitimæ, quæ tanquam portio successionis ab
1 intestato † cessabat, cessante intestati successione, vt notant DD. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth.* & ibi *Alex. num. 16. Aretin num. 21. ff. de liber. & posth. Aym. cons. 11. num. 13. Rot. decis. 64. num. 3. par. 1. recent.* Et in his terminis de filia exclusa à successione Patris ob existētiam
2 † filiorum, præter relatos tradit *Peregr. de fideicom. art. 38. num. 16 Bero. cons. 51. num. 21. vol. 1. Rot. in Romana supplimenti legitimæ 8. Februarij 1593. coram Arigonio.*

Solum dubitatum fuit, an cum exclusio non fieret à statuto simpliciter propter masculos, sed cum constitutione dotis, quæ aut tradita esset, aut tradi deberet, & diceretur dos succedere loco legitimæ, atque ita retineri posset, aut
3 detrahi ab hærede: Verum † Statutum excludebat omnino fœminas non solum à successione ab intestato, sed etiam ab ipsa legitima, & omni illius supplemento, vnde non pote-
4 rat dici, quod illius loco succederet dos, † quàm idem statutum dari volebat filiabus ita exclusis iuxta distinctionem *Castreñ in l. Titio centum, §. Titio genero. num. 8. in fin. ff. de condit. & demon. quam repetiit in cons. 25. num. 27. par. 3. & secuta fuit Rota pluries, vt in decis. 540. par. 1. diuers. apud Card. Seraph. decis. 959. num. 5 & in aliis relatis per Adden. ad decis. Ludouis. 565. num. 11. & in Perusina fideicomm. de Alphanis, 17. Martii 1621. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Prætetea non poterat eadem dos detrahi neque vt legitima, neque vt dos, quia quocumque modo illa consideraretur semper cōstabat eam fuisse consumptam. Etenim dos quæ legata fuit Cæsareæ à Francisco eius patre fuit illi alternatiuè, collata electione in arbitrium eiusdem Cæsareæ, quia si nuberet, aut Monasterium ingrederetur, dos ei tradi debebat iuxta pragmaticam Ciuitatis Spoleti; si verò nec nuberet, neque ingrederetur Monasterium, reliquit illi Testator vsumfructum omnium suorum bonorum simul cum Hieronyma sua sorore, & ita sicuti legatum dotis subrogatum fuit loco legitimæ in primo casu nuptiarum siue temporalium, siue spiritualium, ita vsusfructus, qui in secundo casu subrogatus erat loco dotis, successit & ipse loco legitimæ. Hinc verò sequebatur, vt ea dos non possit dici debita
5 tanquam dos, cum Cæsarea decessisset innupta, & dos † sine matrimonio non debeatur, vt verò legitima neq; etiam peti poterat, quia cum illius loco successisset vsusfructus bonorum tàm ex dispositione Testatoris, quàm ex electione
6 ipsius Cæsareæ; potuit idem † vsusfructus extinguere hoc debitum, dum perceptus fuit in executionem voluntatis ipsius Testatoris, vt notatur *in l. omnimodo, & in l. scimus, C. de inoff. test* tradit *Bart. in l. in quartam, num. 10. Ripa num. 140. ff. ad leg falc. Card. Seraph. decis. 1365. num. 6. Rota in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Martii 1616. coram bo. me. Manzanedo, & 23. Ianuarii 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*, aut quando idem vsusfructus satis esse non posset pro extinctione huius debiti, competebat
7 sola actio ad supplementum, quæ tamquam merè † personalis nō poterat impedire immissionem fideicommissariis, secundum *glo. in d. l. omnimodo. in verbo exigere, & in l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam.* notat *Bald. in l. si quis filium, num. 6. C. eodem tit.* & tenuit *Rota in Romana Saluiani Interdicti. 3. Iunij 1606. coram Cardinal. Lancellot. in Romana hæreditatis 18. Maij 1618. coram Cardinal. Caual.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Guidis. 13. Ianuarij proximè præteriti coram me.*

Neque contrarium colligi poterit ex testamento Francisci, vt voluerit relinquere Cæsareæ præter dotem etiam vsusfructum, dum mandauit, vt Hieronyma, & Cæsarea conferre deberent proprias dotes, quibus etiam vsumfructum reliquerat; Quia, quod voluerit Cæsaream esse
8 contentam † aut dote, aut vsufructu, patebat ex eo, dum vtrique dispositioni adiecit particularem, immo contrariam conditionem, & dotem reliquit Cæsareæ si nuberet, legatum vero, vsusfructus contrario casu si non nuberet: Quod verò illa, & Hieronyma conferre deberent suas dotes, non concludit, vt Cæsarea præter propriam dotem habere deberet etiam vsumfructum, sed solum, vt idem vsusfructus constare, & constitui deberet tàm ex bonis ipsius Testatoris, quàm ex dote Hieronymæ iam nuptæ, & ex ea portione, quam habitura fuisset Cæsarea in casu nuptiarum. Quia poterat dubitari, an Hieronyma confer-
9 re teneretur † suam dotem commodo Cæsareæ, dum habuit vsumfructum à Testatore titulo particularis legati, non autem tanquam illius hæres, vt notatur *in l. vlt. ff. de collat dot.* & tradit *Bald. in l. non est ambiguum, C. familiæ hercisc.* Sicut etiam dubitari poterat an eadem Hieronyma participare posset de portione Cæsareæ, dum tan-
10 quam exclusa † ex dispositione statuti, habuerat suam dotem loco legitimæ, *vt post alios tradit Bolognet. in l. si emancipati, num. 29 C. de collat. Bald consil. 49. lib. 2. Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 1392. num. 2.* quas dubitationes, vt remoueret Testator ideo iussit, vt Hieronyma, & Cæsarea conferre insimul deberent proprias dotes, & hæc interpretatio, videtur capienda, ne alias videatur Testator statim se correxisse, dum reliquit eidem Cæsareæ dotem, quando ipsa nupsisset, & vsumfructum sub contraria dispositione quando remansisset innupta: *argument. text. in leg. quod traditum, ff de condit. & demonstr.* & notant *ibi DD. & in cap. inter dilectos, §. cæterum, de fide instrument. Aretin. consil. 9. num. 1. Paris. consil. 3. num. 25. lib. 3.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Expensarum.

Die Veneris 31. Ianuarij 1631.

ARGVMENTVM.

Procuratori, constito de mandato principalis æquum, & honestum est, vt à principali reficiantur omnes expensæ, quas occasione litis necessariò fecit, & quando dicatur de illis constare.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum datum alicui ad aliquid per agendum, bene dicitur constare ex instrumento publico.*
2 *De Approbatione, & ratificatione gestorum per procuratorem, probari potest ex literis principalis.*
3 *Literæ plenè probant intentionem scribentis.*
4 *Mandans regulariter tenetur ad refectionem expensarum mandatario.*
5 *Mandatarius, qui suscepit, & adimpleuit mandatum nō est honestum, vt damno afficiatur.*
6 *Principalis, quando non possit controuertere, quin eius procurator necessarias expensas facere potuerit.*
7 *Procurator vt possit prætendere sibi deberi expensas factas occasione litis, vel de ordine principalis, id concludenter debet probari.*
8 *Procuratori debentur expensæ factæ occasione litis, quæ super defensione iurium sui principalis pendebat.*
9 *Procurator quando non potest omnia adimplere per se ipsum, quæ erant necessaria pro seruitio litis.*

Ita vt opus fuit id adimplere per interpositas personas, id sufficit pro iustificatione expensarum occasione illarum personarum factarum.

10 *Expensæ litis debentur procuratori, si respiciant interesse causæ.*

11 *Peritus an probet, si se remittat arbitrio Iudicis.*

12 *Perito electo à Iudice, & in quem partes consensum præstarunt, standum est.*

13 *Negotia duo, quando quis gerit duo salaria consequi debet.*

14 *Negotia duo, quando sunt inter se distincta, indeq; tamquam duo officia, quæ ad vnum finem tendunt, non prohibetur vnus simul exercere.*

15 *Solidum in constitutione salarij est attendendum.*

16 *Religionis Hierosolymitanæ solitum est, quod vnicuiq; exercenti plura, distincta, & separata officia, diuersa assignantur salaria.*

Nec Religio miscet propria cum negotijs particularium Equitum.

17 *Compensatio non intrat, quando adhuc non constat de liquidatione facta.*

18 *Creditor, quando probauit suum creditum, licet illud veniret compensandum, non ex hoc est dicendũ, quod non sit creditor.*

DECISIO X.

REpropofita causa super iisdem, iterum fuit dictum Commendatori Taurello deberi expensas liquidas, easque ascendere ad summam in relatione Periti contentam iuxta resolutionem 13. Nouembris præteriti, * Cùm in præteritis fuerit firmatum Priorem Mazzingum teneri ad expensas factas occasione defensionis Iurisdictionis sui Prioratus; nam partitæ constituentes dictam summam apparent factæ occasione perturbatæ Iurisdictionis spectantis ad Priorem ratione Bauliuatus, cum sint expensæ pro controuersiis excitatis super Iurisdictione cum Episcopis, ac illius defensione, tàm in Curia, quàm extra, & pro itineribus ad Vrbem, & pro residentia ibidem facta causa litis, ac occasione reuersionis Commendatarii ad Baiuliuatum, & carcerationis eorum, qui perturbauerant ipsam iurisdictionem, ac aliorum emergentium; quæ quidem fuerunt factæ de mandato Prioris, & approbatæ, ac pluries ratificatæ; con-
1 stat enim † de mandato ex instrumento publico alias dato *Speculat. in tit. de procur. §. vt autem. Mascard. de probat.*
2 *conclus. 107. num. 1.* Constat de † approbatione, & ratificatione ex litteris Prioris, *clem. 1. & ibi glos. de procur. Bald. in cap. causam numer. 7. de offic. deleg.* quæ plenè probant
3 † intentionem scribentis. *l. Publia §. fin. ff. deposit. Ruin. consil. 121. num. 11. lib. 4. Caputaq. decis. 183. & 185. num 8. par. 2.* Quibus stantibus consequenter Prior tenetur ad illas, cum
4 mandans regulariter † teneatur ad refectionem expensarum, *l. si vero non remunerandi, §. si mihi mandaueris, leg. si quis alicui, §. impendia, & l. qui mutuam, § fin. ff. mand. Paris. consil. 90. num. 38. lib. 1. Seraphin. decis. 6.* non enim est
5 honestum, † quod mandatarius afficiatur damno, qui suscepit, & adimpleuit mandatum, facit *text. in l. si mandassem, leg. ex mandato, leg. inter causas, §. non omnia, ff. mand. Alexand. consil. 52. nu. 1. vol. 6.* Ideoque ex supradictis con-
6 stat Priorem non posse controuertere, † quin Commendator necessarias expensas facere potuerit.

Non obstant quæ dicuntur de expensis factis pro carce-
7 ratione Fr. Sancti Troni, quod non probentur † factę occasione litis, vel de ordine Prioris, prout esset concludenter probañ. Quia cum idem coadiuuaret Commendatorem, & in defendenda iurisdictione Prioratus fuerit carceratus,
8 bene † debentur expensæ factæ occasione litis, quæ super defensione eiusdem iurisdictionis pendebat & dum Commendator non poterat omnia facere, & explere per se ip-
9 sum, quæ erant necessaria pro seruitio Baiuliuatus, † sed opus erat, quod adimpleret per interpositas personas, id sufficit pro iustificatione expensarum, *l. vbi. §. qui in distrahendis, §. qui pot. in pig. hab. Gratian. consil. 9. num. 17. Peregrin. de fideicommiss. artic. 50 numer. 11.* Vnde cum respi-
10 ciant † interesse causæ Prioris, Commendatori debentur.

Nec obstat, quod peritus in discursu, quem facit de his
11 expensis † remittat arbitrio Iudicis, *se poi dette spese l'habbi potuto fare ò nò &c.* quia remissio facta per Peritum, non est de pertinentibus ad suum officium, & Peritiam, sed de articulo principali; an expensæ debeantur nec ne, qui articulus, cum fuerit iam decisus, vt in decis. 20. Decembris 1628. in hac causa, quæ refertur etiam in decisione, de cuius reuisione agitur, & cum fuerit dictum quod Prior Mazzingus teneatur ad omnes expensas factas pro defensione iurisdictionis Baiuliuatus, satisfactum fuit relationi Periti factæ ad Iudicem, & ex ea relatiua iam impleta non redditur turbida calculatio periti, itaut ei non sit standum, immo
12 vt in decisione concluditur, standum † est Perito electo à Rota, in quem partes consenserunt, *Seraphin. decis. 656. num. 2 cum aliis alleg. in decis.* Idemque dicendum videtur de expensis Commissarii, cum illas etiam habuerit Peritus pro liquidis, constituentes summam ducatorum 885. quæ summa hac de causa erogata fuit, easque posuit inter summas liquidas in tertio capite suæ relationis, & quamuis easdem impensas dixerit potuisse fieri minori summa, prout in Summario Prioris, nu. 3. tamen sat est, quod eam summam habuerit pro liquida; immo neque negauit expensas illas factas fuisse, sed dixit fuisse verisimiles, & in secunda parte considerauit eas expensas potuisse esse minores, id dixit referendo prætensiones partis, vt indicant illa verba. *Che quãdo si douesse osseruare questo stile di scudi due, che il Signor Priore pretende douer osseruarsi importariano &c.* Sum. d. num. 3.

Confirmarunt etiam DD. quod iam resoluerunt in decisione quæ reuidetur Commendatori deberi salarium scutorum 50. quolibet mense, dum moratus fuit in partibus, quando verò in Vrbe 60. quolibet mense, nec censuerunt esse diminuenda scuta 25. solita assignari per Religionem, & soluta Commendatori ex causa vacantis mortuarij, quo tempore ipsa fructus percepit, quia eodem tempore gerebat duo negocia diuersa, primum Religionis, aliud verò
13 Prioris, † ideo etiam duo salaria consequi debet, *Felin. in cap. cum olim, num. 1. de re iudic. Becc. consil. 27. num. 2 Roman consil 26. Surd. consil. 66. num. 1. lib. 1. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 223. numer. 7. & seqq. Rota in Romana Mercedis 14. Nouembris 1611. coram bon. mem. Vbaldo,*
14 & licet essent † duo negocia inter se distincta, indequè tanquam duo officia, quæ ad vnum finem tendebant, non prohibebatur Commendator simul exercere, *Dec. in c. ex litteris, num. 52. Bero. num. 54. de probat.*

Et cum in hac materia attendatur solitum, DD. magni
15 fecerunt † fidem Oratoris Religionis, qua attestatur, sibi gerenti duplex officium, duplex dari salarium, & ita esse solitum Religionis, quod vnicuique exercenti plura
16 distincta, † & separata officia, diuersa assignantur salaria, nec Religionem miscere propria cum negocijs particularium Equitum.

Non obstat, quod teneatur reddere rationem emolu-
17 mentorum iurisdictionis, & sic intret compensatio, † quia non fuerunt liquidata, & de eis poterit haberi ratio dum
18 examinabuntur reseruata in decisione, nec ex quo † probaretur debitor eorundem emolumentorum eaque essent compensanda dici potest, vt non sit creditor salarii, quod eidem debitum esse firmatum fuit, vt supra, vtraque parte &c.

* Vide hanc decisionem infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO.

Neapolitana Legati.

Die Veneris 1. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Papæ intentio, qualis sit, si Iudici delegato rescribat, quod suam moderetur inhibitionem, &c. Sententia nulla, & iniusta nequaquàm in iudicatum transire potest. Et aliqua circa commutationem vltimarum voluntatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, & iniusta non potest transire in rem iudicatam.*

2 *Sententia ob lapsum fatalium à desertione excusari non potest adeo vt intrare videtur res iudicata.*

3 *Sententia lata, quando est nulla, vel iniusta numquam transit in rem iudicatam.*

4 *De Sententiæ nullitate ex defectu iurisdictionis, quando dicatur constare.*

5 *Iudici delegato, quando fuit rescriptum vt suam moderetur inhibitionem, perinde ac si primum rescriptum non emanasset.*

Propterea deinde gesta ab eo sunt nulla.

6 *Causa aliqua, quando suum plenarium effectum habuit, nulla superest executio facienda.*

7 *Inhibitionem moderari, quando Pontifex Iudici delegato ordinauit perinde ac si priores litteræ, & commissio non emanaret.*

Inde colligitur intentio Pontificis fuisse tollendi in totum iurisdictionem, in primis litteris demandatam.

8 *Iudicibus delegatis de stylo solet committi, ne impediatur executio, quod moderentur Inhibitiones, quoad effectum suspensiuum.*

Atque tunc remanet iurisdictio quò ad petitorium.

9 *Sententiæ duæ conformes habent vim trium.*

10 *Breue aliquod, quod fuerit productum ex quibus benedicatur constare.*

11 *Sententia, si reuocet commutationem aliquam testamentariam, est nulla, si fuerit facta vigore Breuis Apostolici.*

12 *Voluntas testatoris, si non possit adimpleri in certo casu bene per Papam commutatur, & num. 13.*

14 *Testatoris voluntatem non dicitur Papa alterasse, sed potius fauisse eius dispositioni, in accelerando ordinata ab eo.*

15 *Taciturnitas, quando non sit habenda in consideratione, ad effectum inducendi subreptionem.*

16 *Subreptio non inducitur ex taciturnitate earum rerum, quæ si narrata fuissent, facilius gratiam concessisset.*

17 *In gratia non est facienda mentio de ea lite, quæ agitur inter diuersas personas, & de re diuersa.*

18 *Executor merus de subreptione allegata cognoscere minime potest.*

19 *Executor excedendo fines suæ delegationis dicitur nulliter processisse.*

20 *Iudex, si non habeat iurisdictionem per processum ad vlteriora, ex inualido processu non potest sequi, tacitá valida pronunciatio.*

21 *Iudex, quando non habet iurisdictionem, si aliquid statuat, pars debet ab eo appellare, & quando id locum habeat.*

22 *In Iurisdictionem Iudicis non dicitur quis consensisse, si semper institerit pro moderatione Inhibitionis.*

23 *Pro Cappella fabricanda, si testator aliquid reliquerit hoc præsupponit existentiam Ecclesiæ, & numero 24.*

25 *Derogatio Regulæ de Iure quæsito non est necessaria, quando versamur in gratia de sui natura præiudiciali.*

Voluntatis commutationis materia est de sui natura præiudicialis, num. 25.

26 *De Subreptione, vel de Papæ ignorantia dari non potest, vbi Papa procedit per viam gratiæ, & scit per similes actus alicui semper præiudicari.*

27 *Papa, si per viam gratiæ disponat, vt legatum relictum à Testatore vni Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ tribuatur, dicitur optimè scire præiudicium, quod fit dictæ Ecclesiæ.*

28 *Sententia lata non vocatis, nec citatis interesse habentibus eis non nocet.*

29 *Executor merus non tenetur assumere partes Iudicis, nec aliquem citare.*

30 *Sententia nulla, & iniusta non potest transire in rem iudicatam, nec meretur à Rota executionem.*

DECISIO XI.

INtroducta causa appellationis in Rota à sententia Nuncij Apostolici Neapolitani vna tantum parte informante 15. Aprilis præteriti * fuit resolutum constare de re iudicata exequenda iuxta formam executorialium: verum causa pluries super eisdem proposita, DD. recedendo à decisis dixerunt exceptionem rei iudicatæ non obstare Fratribus
1 S. Mariæ de Sperantia † cum sententia nulla, & iniusta non potuerit transire in iudicatum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur.* & quam-
2 uis sententia † ob lapsum fatalium à desertione excusari nõ possit, adeo videatur intrare res iudicata, *Cassad. decis. 6. nume. 8. de appellat. Crescent. decis. 8. eod. tit.* Si tamen senten-
3 tia lata sit nulla, vel iniusta, † numquam transit in iudicatum, *vt notant Doct. in alleg. l. 4 Felin. in cap. super litteris, num. 15. de rescript. Abb. cons. 61. per tot. lib. 1. Anchar. cons. 36. num. 1. & seqq. Rota in recent. decis. 574. par. 1. Seraph. decis. 1123. num. 6.*

In proposito autem constat de nullitate sententiæ
4 Nuntii † ex defectu iurisdictionis, quia Nuntius erat Iudex delegatus in causa commutationis voluntatis Iacobi Casalis per Breue felic. recordat. Clementis Octaui, cui per nouum Breue eiusdem Clementis fuit rescriptum, vt suam moderetur inhibitionem, perinde ac si primum
5 Breue non emanasset, & † propterea deinde gesta per ipsum sunt nulla, cum à Pontifice concedente fuerit reuocata iurisdictio, *leg. iudicium soluitur, ff. de iudic. Baldus in l. 1. sub numero 6. ff. de constitut. Princip. & in leg. rescript. numero 13. Cod. de precib. Imper. offer. Bartol. in leg. omnes populi, in 3. quæst. circa fin. de iustitia, & iure Gabriel. de iur. quæstio. non toll. conclus. 7. numero 7.*

Nec subsistit, quod Papa in secundo Breui mandauerit Nuncio, vt suam moderetur inhibitionem ad effectum, ne

impediretur executio duarum sententiarum in Curia Fabricæ latarum, non autem vt iurisdictio semel Nuntio concessa quoad causam nullitatis Breuis Sixti Quinti ab eodem
6 censeretur abdicata; quia cum iam ipsa gratia † commutationis voluntatis suum plenarium habuisset effectum, nulla supererat executio facien; & dum Pontifex mandauit inhi-
7 bitionem moderari perinde ac si priores litteræ; † & commissio non emanasset, inde colligitur Pontificis intentionem fuisse tollen in totum iurisdictionem in primis litteris demandatam, maximè cum de stylo ne impediatur executio,
8 soleat Iudicibus committi, † quod moderentur inhibitiones quoad effectum suspensiuum, & tunc remanet iurisdictio quoad petitorium.

Similiter non subsistit quod Fratres de Sperantia in dicto secundo Breui Clementis Octaui narrauerint habuisse
9 duas † sententias conformes, quæ habent vim trium, quia ex verbis dicti Breuis, ibi, Sed contradicentibus Priore, & Fratribus, &c. clarè colligitur expositum fuisse reportatam sententiam fauorabilem, non verò obtentas duas sententias, & dum in dicto Breui fit mentio de duabus conformibus; fuit intellectum de sententijs latis pro Fabrica respectu illius interesse, non autem Fratrum de Sperantia, quod apertè dignoscitur ex supradicta narratiua, in qua fit mentio de vnica tantum sententia executioni demandata. Nec obstat
10 dicere dictum Breue reuocatorium † non fuisse productum, quia ex datis in Summ. constat de contrario, cum probetur non solum parte citata productum, sed per Nuntium admissum, & decreta citatio cum inhibitione vigore dicti Breuis.

Iniusta quoque Dominis visa est sententia, de qua agitur, quia per eam tanquam nulla reuocatur commutatio vo-
11 luntatis Iacobi testatoris facta † ab Archiepiscopo Neapolitano vigore Breuis Sixti Quinti, & sic validè, *clem. quia contingit, vbi Doct. de relig. domib. Lap. alleg. 78. nu. 6. Barbat. in cap. nos quidem, num. 11. de testam. Rota decis. 544. num. 3. par. 1. recent.* Stante negligentia Trinitariorum in fabricanda eorum Ecclesia; vnde Papa potuit, & voluit per huiusmodi commutationem peruenire, cum voluntas te-
12 statoris non posset executionem † habere in Ecclesia, quæ nondum erat perfecta, cum voluntas testatoris, & loci non
13 posset impleri, vel saltem † in longum protraheretur *ad tradita per Lambertin. de iurepatr. lib. 3. art. 7. q. 6. num. 1.*
14 & sic apparet Papam nedum non alterasse voluntatem, † sed potius fauisse dispositioni Testatoris in accelerando expeditionem Cappellæ.

Non obstant opposita Breui Sixti Quinti ob non factam mentionem litis prius pendentis coram Officialibus Fabricæ super consecutione legati, quia in illo iudicio agebatur de exequutione legati, cum fabrica ex officio iuxta eius solitum conuenerit Briandam generaliter ad adimplendum omnia legata pia, in Breui verò agebatur de commutatione voluntatis, quæ cum fuerit facta quoad locum tantum, non
15 † autem quoad constructionem Cappellæ per Testatorem ordinatæ, & cum effectu constructæ in Ecclesiæ de Sperantia, talis taciturnitas non est habenda in consideratione, quinimò cum Archiepiscopo Neapolitano fuerit attributa facultas sub narratiua, quod voluntas testatoris non poterat adimpleri, ex quo non perficiebatur Ecclesia Trinita-
16 riorum, vtique patet Breue emanasse † ex iusta, & fauorabili causa, & consequenter dicta lis etiam narrata non retraxisset Pontificem à concessione, immo facilius concessisset, *ad not. per Doct. in cap. fin. de testam. in 6. & in cap. super litteris, & in cap. ad audientiam. de rescript. Lancel. de attent. in præfat. ampliat. 1. par. 2. cap. 4. num. 758.* Et propte-
17 rea cum ageretur inter diuersas personas, † & de re diuersa, non super solutione legati, sed tantum super commutatione loci, de tali lite nulla erat facienda mentio.

Sed cum Nuntius esset merus executor deputatus pro moderatione inhibitionis ab ipso concessæ, & Trinitarii in impetratione rescripti, causa proposita in Signatura fuerint
18 auditi; Ideo Nuntius de subreptione † allegata cognoscere non poterat, *glo. & Doct. in cap. pastoralis, §. qui verò. de offic. deleg. cum alijs per Adden. ad Cappellam Tholosanam.*
19 *q. 345.* & propterea excedendo fines, † suæ delegationis dicitur nulliter processisse, *cap. cum dilecta, de rescript. cap. venerabilis, de offic. deleg. gloss. in cap. cum olim, il primo. eod. & in terminis executoris, glo. fin. in princ. in cap. quoad consultationem, vbi Doct. omnes de rescript. Caputaq. decis. 153. num. 2. par. 1. & 250. num. 3 par. 3.*

Præfixo termini vtrique parti ad proban suam incumbentiam, non facit, quod per processum ad vlteriora cen-
20 seatur reiecta exceptio declinatoria, quia si Iudex † non habet iurisdictionem, per processum ad vlteriora ex inualido processu non potest sequi tacita valida pronunciatio, *Butr. in cap. super litteris, num. 57. versic. sed aduerte. de rescript. ita limitat Felin. in cap. suborta, num. 6. de sent. & re iud.* Prout non obstat, quod Fratres de Sperantia debuissent appellare ab huiusmodi præfixione; Quia procederet si fuisset plenè cognitum super exceptione, quo casu si Iu-
21 dex deinde procedit † ad vlteriora, censetur tacitè exceptionem reiecisse, & si pars non appellat, sibi præiudicat, *Roma. cōs. 410. n. 2. Put. decis. 388. lib. 3.* sed cum in hoc casu licet fuerit exceptum de subreptione, numquam tamen
22 de ea fuerit cognitum, & Fratres de Sperantia † inhærendo Breui semper institerint pro moderatione, vt probatur in facto, inde patet eos non consensisse in iurisdictionem.

Prout non obstat quod fuerit narratum Pontifici, legatum fuisse relictum Ecclesiæ Trinitariorum postquam fuisset ædificata, & tamen ex testamento contrarium probatur. cum constet ducatos 400. fuisse relictos ad Altare maius faciendum, & alios 400. nullam habere dilationem; nam placuit responsio non fuisse factum legatum pro fabrican-
23 da Ecclesia, † sed pro fabricando Altari maiori, vel Cappella, quæ supponunt existentiam Ecclesiæ, *vt per Mandos. in reg. de Annal. quæst. 17. num. 1. cum seqq. Rebuff. in prax. tit sæculare beneficium quotuplex. sub num. 14.* Ideo sufficit in hoc casu, quod ista Ecclesia tunc temporis non esset perfecta, & licet testator solutionem legati in dictum tempus
24 non contulerit † verbis expressis, attamen relinquendo Ecclesiæ nondum constructæ, sed construendæ, & cœptæ ædificari id virtualiter ordinauit.

Demum non obstat, quod in dicto Breui Sixti Quinti commutationis voluntatis non sit derogatum Regulæ de iure quæsito non tollen, cum fuerit expeditum in forma com-
25 muni, † quia Regula non procedit in gratia de sui natura præiudiciali, prout est materia commutationis voluntatis, in qua non potest dici de ignorantia Papæ, aut de subreptio-
26 ne, † quia vbi Papa procedit per viam gratiæ scit per similes actus alicui semper præiudicari, & in proposito Papa optimè nouit præiudicium, quod inferebatur Trinitarijs
27 † ex translatione huius legati debiti Ecclesiæ Trinitariorum ad Ecclesiam Fratrum de Sperantia, *Moder. Rom. discept. for. c. 992. num. 7. & seqq. Ferret. cons. 247. n. 4. & seqq. Seraph. decis. 1445. num. 5.*

Non obstat quod sententia Archiepiscopi in vim dicti
28 Breuis fuerit lata non vocatis, † nec citatis Trinitariis, vt propterea ipsis obesse non possit, quia cum esset commissum Archiepiscopo quod commutaret voluntatem Testa-
29 toris tanquam merus executor † non tenebatur partem Iudicis assumere, nec aliquem citare, *Imol. in clem. vnic. ad med. de offic. deleg. & in c. fi. num. 9 vbi Abb. nu. 13. & seqq. de præsumpt. Henric. Boic. in cap. de cætero, num. 9. & 20. de sent. & re iudic.*

Ideoq; stante iustitia cōmutationis, & sententiæ Archiepiscopi Neapolitani, sententiæ Nuntij quæ commutatio-
30 nem reuocauit, remanet nulla, & iniusta, † & transire non potuit in iudicatum, nec meretur à Rota executionem, *Cæsar. de Grass decis. 10 num. 11. & seqq. de sent. & re iudic. Seraphin. decis. 381. num. 12. bo. me. Card. Caualer. decis. 270. num. 11. & decis. 588. num. 2.*

Ex ex his vtraque parte informante à decisis recesserunt Domini &c.

* Vide hanc decisionem infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R E-

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Signina Castrorum.

Die Veneris 4. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum nondum purificatum, si quis ex nunc prout ex tūc, postquam delatum esset, cum iuramento repudiauerit, nequaquàm poterit eius hæres ad illud aspirare, & latè tractatur de validitate istius renunciationis. Singularis est ista decisio, prout cæteræ aliæ, huius Reuerendissimi, Doctissimi, & Eruditissimi, Romani Areopagi, Decani, & Splendoris. cuius nobilissimum ingenium ita ad summum peruenit, vt mirabile sit dictu, in tantum, quod non minus iste obstupescere facit, quàm antea acutissimus ille Papinianus faciebat.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis finis, seu effectus est priuatio.*
Priuatio nihil in renunciatione relinquit. num. 1.
2 *A priuatione ad habitum non datur regressus.*
3 *Renuncianti ad ius remissum non datur regressus.*
4 *Ius nondum delatum repudiari non potest.*
Renunciatio Iuris ex fideicommisso conditionali quærendi, substinetur. num. 4.
5 *Iuri nondum delato pendente conditione potest renunciari, & super eo pacisci. amplia. num. 7.*
6 *In Fideicommisso, seu legato conditionali per fideicommissum, non superstiti, sed defuncto succeditur.*
7 *Pactum de non succedendo in fideicommisso valet. & quare.*
9 *Repudiatur tantum id, quod nostrum est, vel nobis delatum, vel acquisitum est de præsenti, cum repudiatio in iure consistat.*
10 *Renunciatur, vel paciscitur quoquo modo de rebus futuris, quæ nondum nobis delata sunt.*
11 *Renunciatio, si habeat vim donationis, non tenet, si caret insinuatione.*
12 *Renunciatio Iuris sub conditione quærendi valet, nec est, nec potest esse donatio.*
13 *Donatio inter virum, & vxorem, licet sit prohibita, id tamen procedit in iure quæsito, non autem in iure quærendo.*
Pauperior non fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo disposuit. num. 13.
14 *Inter Ius quæsitum, & quærendum iura constituunt differentiam.*
15 *Renunciatio iuris quæsiti est talis donatio, quæ indiget insinuatione.*
16 *Renunciatio iuris quærendi, cum non sit donatio, non eget insinuatione cum per renunciationem iuris quærendi cum solum obuietur acquisitioni iuris, ideo non est donatio. num. 16.*
17 *Filia dotata, si renunciet in manibus patris futuræ illius successioni cum iuramento, hæredes patris non tenentur istam renunciationem insinuare.*
18 *Cum dicta renunciatio obuiet principio renunciationis, & non est donatio.*
19 *Renunciatio iuris quærendi, non potest reuocari per superuenientiam liberorum.*
20 *Text. in l. si sponsus, §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. procedit in simplici renunciatione non autē in renunciatione facta ad fauorem tertij, & an hoc sit verum.*
21 *L. 3. & l. 4. ff. de donat. inter virum, & vxor. qualiter procedant, & num. 22.*
23 *Donatio pura, seu directa inter maritos non valet.*
24 *Donatio causa mortis inter virum, & vxorem tenet.*
25 *Donatio inter virum, & vxorem valet si is, qui donat non efficiatur pauperior. idest, si nihil diminuat de bonis suis. vide num. 26. & 27.*
28 *Donatio, quæ purè à marito collata est in vxorem ipso iure non valet.*
Diminuere aliud est, & aliud nōn augeri, siue non acquirere. num. 28.
29 *Tacendo, quis in suum commodum assentisse, & acceptasse videtur.*
30 *Acceptatio expressa ex quibus verbis dicatur facta.*
31 *Spes etiam donari potest.*
32 *Prouidere, quis præsumitur velle sibi & hæredibus suis.*
33 *Stipulatio omnis tam ad hæredes quàm contra hæredes transit.*
34 *Hæredum expressio in contractibus non importat, nisi quamdam mentionem eius, quod tacite inest.*
35 *Expressio eius, quod tacitè inest non alterat dispositionem.*
36 *Repudiatio mixta cum donatione indiget insinuatione.*
37 *Dictio, quatenus, conditionem importat.*
38 *Dictio, quatenus, est modificatiua & intelligitur in quantum sit opus.*
39 *Donatio conditionalis, quando censeatur sublata. & num. 40.*
41 *Repudiatio mixta cum donatione ex pacto de non petendo operatur, vt renunciatio transeat in donationem.*
42 *Clausula, quatenus opus sit, est salutaris.*
43 *Donatio, si non sit ob liberalitatem, sed correspectiua ad aliquid à donante receptum, non est insinuanda.*
44 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, si sit addita actui conditionali quid operetur.*
45 *Repudiatio fideicommissi facta tempore inhabili scilicet antequàm illud fuerit delatum, si eius effectus fuerit collatus in tempus habile substinetur.*
46 *Institutio illius, qui tempore testamenti est incapax, est nulla.*
47 *Institutio incapacis, licet sit nulla, si ille non reperiatur capax de tempore testamenti, tamen si fuerit collata in tempus, quo erit capax substinetur.*
48 *Institutio posthumi alieni quamuis media Iuris prudentia non esset permissa, attamen Gallus Aquillius formulam induxit, per quam posthumi alieni institutio collata*

collata in tempus, quo posthumus nasceretur valida esset.

49 *Dispositio in tempus collata substinetur, cum dictione, tunc.*

50 *Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.*

51 *In dispositionibus, quæ diem, & conditionem continent propter diem non admittitur retrotractio, secus tamẽ, quando vna cum die adest conditio.*

52 *Camill. Medic. cons. 156. num. 17. & seqq. refellitur.*

53 *Repudiatio nulla adest, ante purificationem conditionis.*

54 *Fideicommissi renunciatio non potest dari, antequàm illud deferatur, intellige, vt hic.*

55 *Verba præsentis temporis, relata ad id, quod de præsenti verum non est, resoluuntur, & quando id non procedat. num. 56.*

DECISIO XII.

ITerum dubitaui, an sententia Rotalis esset confirmanda, & Domini persistentes in resolutis coram me sub die 13. Nouembris 1623.* affirmatiuè responderunt, quia licet Excellentis. D. Dux Camillus de Comitibus esset substitutus bo. mem. Card. Saluiato in Castris, de quibus agitur, nihilominus cum adhuc viuente eodem Cardinale ex nunc, prout ex tunc d. substitutionem, seu legatum postquam delatum esset, cum iuramento refutauerit, atque repudiauerit nõ potuit idem D. Dux sequuto præfati Cardinalis obitu ha-
1 bere regressum ad prædicta Castra, quia finis, siuè † effectus renunciationis est priuatio, quæ nihil in renunciatione relinquit *Bart. in l. 1. col. 2. vers. quæro, quæ est ratio, ff. de ac-*
2 *quir. hær.* quemadmodum † enim à priuatione ad habitum non datur regressus, *l. homo liber, ff. de stat. hom.* ita conse-
3 quens est, vt renuncianti ad Ius remissum regressus † minimè detur, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de edil. edict. l. Herennius, in princ. ff. de euict.*

4 Neque obstat, quod ius nondum delatum † repudiari nõ possit, *l. is, qui hæres, l. is potest 18. de acq. hæred.* quia id non procedit in casu isto, in quo non agitur de simplici repudiatione iuris, nondum delati, sed de renunciatione Iuris ex fideicommisso conditionali quærendi, quæ quidem renun-
5 ciatio substinetur, cum iuri nondum † delato pendente conditione possit renunciari, & super eo pacisci, *l. 1. C. de pact. l. hæredi 21. §. filiusfam. l. pactum 46. in fine de pactis*, & ra-
6 tio est, quia in fideicommisso, seu legato conditionali † per fideicommissum non superstiti, sed defuncto succeditur, *l. cohæredi 41. §. cum filiæ, de vulg. & pupill.* & non de viuen-
7 tis, sed defuncti hæreditate † paciscitur, ideo in dictis legibus tale pactum de non succedendo valuit, vt dicunt in *d. l. 1. Ias. num. 18. Rip. num. 27. Zuccar. num. 162. Cuman. in §. 1. in fin.* Petr. *Augustinus Morla in 1. par. empory tit. 3. q. 5. num. fin. Robledus de repræsentatione lib. 2. c. 16. num. 73. &*
8 74. quæ eo magis procedunt, † quando renunciatio fuit cum iuramento, vt per *Sicard. in d. l. 1. num. 21.* vbi allegat *DD. in c. quamuis pactum, de pactis in 6.* Et ratio differentiæ est, quia repudiamus tantum id quod est nostrum, vel nobis de-
9 latum, vel acquisitum est de præsenti, † cum repudiatio in iure consistat, *d. l. is potest, l. repudianda 23. ff. de acq. hæred.* Renunciamus autem vel paciscimur quoquomodo de re-
10 bus † futuris quæ nondum nobis delata sunt *Franc. Duarenus ad tit. ff. de acq. hæred. c. 9. quæ necessaria sunt ad repud. hæred. pag. 1081. in fin. Cuiac. & Ant. Faber. in d. §. filiusfam. Hubertus Giffanius in tract. de renunciat. ante ca. 1. pag. 15. post med. Bisonius lib. 3. de solut. pag. 453. Iulius Pauc. disp. 5. ad Pandectas Iuris Ciuilis thesi 32. Robledus de repræsent. loco cit. num. 73.*

Nec est verum, quod prædicta renunciatio tanquàm ha-
11 bens † vim donationis sit nullà, ex quo caret insinuatione requisita à *Statuto Vrbis cap. 149. & 150. lib. 1.* quia cum prædicta renunciatio facta fuerit Cardinale instituto adhuc viuente, non potest dici renunciatio iuris iam quæsiti, & sic
12 donatio, sed † renunciatio iuris sub conditione quærendi, quæ valet, vt dictum est, nec est, nec potest esse donatio, vt probatur in *l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi licet donatio inter virum, & vxorem sit prohibita, id tamen procedit in iure quæsito. nõ autem in iure quę-
13 rendo, † & reddit rationem *Tex.* ibi, *Neque enim pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo disposuit,* prout ad idem est *Tex. in l. quia autem, & l. Iulianus, ff. si*
14 *quis omissa causa testam.* & sic iura † constituunt differentiam inter ius quæsitum, & quærendum. Itaut renunciatio
15 iuris † quæsiti sit talis donatio, quæ egeat insinuatione, secus autem renunciatio iuris quærendi, quia tunc solùm ob-
16 uiatur acquisitioni iuris, itaut † non sit donatio, vt ex prædictis iuribus. Ita respondet *Bal. in l. Illud 17. num. 11. C. de sacrosan. Eccles.* vbi quod si filia dotata renunciat in manibus
17 † patris futuræ illius successioni cum iuramento, vt in *cap. 2. de pact. in 6.* hæredes patris non tenentur istam renunciationem insinuare, quia renunciatio obuiat principio acqui-
18 sitionis, & non est donatio, & † per eandem rationem generaliter loquuntur Doctores in nostris terminis *Corn. consil. 26. num. 17. volum. 3,* vbi testatur per doctr. Bald. se vidisse consultum, quod dispositio, *l. si vnquam, C. de reuoc. do-*
19 *nat.* non habet locum † in donatione, quæ obuiat acquisitioni, *Rip. in dicta l. si vnquàm. num. 20. versic. vnde putarem, Anton. de Canario in tract. insinuat. quæst. 16. par. 2. Soccin. Sen consil. 114. num. 8. lib. 1. Crot. consil. 78. num. 42. lib. 1. Alexan. consil. 29. num. 7. lib. 3. Ruin. consil. 170. nume. 11. lib. 1. Rolan. de lucro dot. qu. 29. num. 24. Phanuc. eodem tract. quæst. 8 num. 17. & seqq. Tiraq. in d. l. si vnquam, in versic. donatione largitus, num. 180. Gabr. de donat. concl. 1. numer. 82. in 23. limit. Abbas consil. 751. num. 18. volum. 4. Barbat. consil. 41. per tot. & præsertim ante med. versic. & accedit elegans. text. vol. 1. Camillus de Medicis consil. 20. num. 18. Galerat. de renunc. lib. 2. cap. 4. num. 19. lib. 2. Marcabr. consi. 30. num. 299. cum pluribus seqq. Galuan. consi. 38. in fine, versic. secus esset. Carpanus ad statuta Mediolan. cap. 324. num. 25. & seqq. Gomez. var. tom. 2. cap. 4. num. 10. per tot. & præsertim in versi 2. infero,* qui etiam Doct. con-
20 cludunt, quod † nec ista renunciatio potest reuocari per superuenientiam filiorum, & benè *Ruin. in consil. 89. num. 19. versic. non obstat igitur primum, lib. 1. Alexan. d. consil. 29. num. 16. lib. 3.*

Neque obstant in contrarium põderata aduersus *tex. in dicta l. si sponsus, §. maritus*, per quam mouentur Doctores prædicti ex *tex. in l. 3. in fin.* & ex *l. 4. ff. de donat. inter vir. & vxor.* videlicet quod *text. in dicto §. si maritus*, pro-
21 cedat † in simplici renunciatione, non autem in renunciatione ad fauorem certæ personæ, prout fuit factum in casu isto, quia hæc distinctio non est vera, nec probatur ex iuribus allegatis, nam si in casu isto requiritur acceptatio, vt statim dicetur, vis non stat in repudiatione ad fauorem certæ personæ acceptantis, sed in acquisitione prius, & cessione posteà facta, quæ habet vim donationis, & ita loquuntur iura in contrarium ponderata; Nam & si *in l. 3.* dicatur. Si Lutium Titium donaturum mihi iussero vxori meæ dare: breui manu Lutius Titius mihi, & mox vxori meæ donasse videtur, ac proinde donatio non valet, tamen non applicatur dispositio illius text. ad casum nostrum, quia & si res videatur transire in manum vxoris recta via, non in manum viri, tamen, & in manũ mariti prius peruenisse videtur, & consequenter de manu mariti in manum vxoris peruenisse intelligitur.

Denique studio celeriter transigendi negotii iussu mariti, dum cupienti animo eius non satis festinauit Lutius Titius, maritum transijsse videtur, & protinus dedisse vxori omisso circuitu illo. Cum ergo Lutius Titius donasse marito videatur, & porrò maritus vxori: euidens est posteriorem à marito vxori donationem non valere, & idem
22 est, quod dicitur in † *dict. leg. 4. sequenti,* vbi si ægrotum donaturum marito mortis causa iusserit dari vxori suæ: nam, & hoc casu æger marito, vt voluit mortis causa donare videtur, maritus verò protinus purè, & directò, non mortis causa donasse videtur, & proinde donatio non valet;

23 let; donatio enim pura,† ſiue directa inter maritos non
24 valet, donatio † mortis cauſa valet, neque verò dici poteſt
in hac ſpecie donationem valere, quæ à marito perfecta
intelligitur in vxorem, quod ex ea donatione maritus pau-
perior non fiat, & certum eſt inter maritos donationes và-
25 lere, ſi is † qui donat ex eo non fiat pauperior, ideſt ſi nihil
diminuat de ſuis bonis, *l. ſed & ſi conſtante matrimonio 25. ff. de donat. inter vir, & vxor*: id tamen in facti ſpecie *d. l. 4.*
dici non poteſt, quia maritus ex ea donatione pauperior fit,
quatenus infirmata, & reuocata donatione mortis cauſa,
quam ſibi æger, vel infirmus fuit reuocata, in quam ea do-
26 natione conualeſcentia donatoris, † tenetur maritus do-
natori conditione ob cauſam, vt reddat id quod accepit, *l. non omnis 19. ff. ſi cert. pet.* confirmata autem ea donatio-
27 ne morte donatoris, quæ contigerit ſuperſtite, & † viuo
marito, maritus non habet in bonis, quod habiturus eſſet
ſi vxori non donaſſet, *l. ſi quid mihi mortis cauſa 56. ff. de donat. inter vir, & vxor.* quamobrem donatio, quæ purè à
28 marito collata eſt in vxorem ipſo iure † non valet in caſu
d. l. 4. & ſic aliud eſt diminuere, vt in *d. l. 3.* & 4. aliud non
augeri, ſiue non acquirere, vt in *d. l. ſi ſponſus, §. maritus*,
& ita his verbis elegantiſſimè declarat *Cuiacc. in d. l. 3. & 4. & in d. l. ſi ſponſus, quæſt. 5. § maritus, tom. 3. ſecundum nouum impreſſionem fol. 124. cum ſeqq.*

Quod autem adſit acceptatio Cardinalis inficiari nō po-
teſt, cum renunciatio fuerit facta ipſo præſente, & ſufficiat,
29 quod tacuerit, † tacendo enim in ſui ipſius commodum
aſſentiſſe, & acceptaſſe cenſetur, *l. tale pactum, in princ ff. de pact. l. qui patitur, ff. mandat. Bart. in d. l. 1 num. 4. C. de pact. poſt Iacob. de Arena, Cyn. num. 5. ad med. verſ. quid dicemus, C. de pact. Salic. num. 5. in 4. oppoſit. Alex. num. 5. Iaſ. num. 15. Seyſer. num. 13. Iacobinus de S. Georgio nu. 17. Curt. Iun. num. 35. Vbertin. Zuccard. num. 134. cum ſeqq. Cagnol. num. 69. Alciat. nu. 18. Iaſ. in l. cum proponas, n. 11. C. eodem tit. de pact. Peregr. de fideicom. d. art. 52. num. 11. Surd. conſ. 398 num. 3. & ſeqq.* & quàmuis *Imol. in d. l. 1. §. ſi quis ante, ff. à quibus appell. non licet Purpur. num. 61. Sicard. num. 20. Camillus Medius conſ. 156. num. 23.* teneāt
requiri acceptationem expreſſam, tamen loquuntur contra
communem ſentētiam, vt patet ex prædictis, ſed ceſſat om-
nis difficultas ex acceptatione expreſſa facta per Cardina-
30 lem, ibi, † remittit & repudiat (ſ. D. Dux) ac pactum, vt
ſupra de non petendo in perpetuum medio iuramento d.
D. Cardinali, prout ſupra, & ſuis hæredibus, & ſucceſſori-
bus quibuſcunque quorum nunc intereſt, interſit, intererit,
& intereſſe poterit quomodolibet in futurum &c.

Non obſtat, quod negocium non ſtetit in terminis ſim-
plicis renunciationis, cum dicta renunciatio fuerit facta, ne
dum Cardinali, ſed etiam hæredibus, & ſucceſſoribus, &
31 propterea cenſeatur donatio, † cum etiam ſpes poſſit do-
nari, *l. ſpem, C. de donat.* per quem *tex.* ita reſpondet *Bart. in l. fin. ante finem, verſ. certè, ff. de adminiſtr. tut. Socc. Iun. conſ. 82. num. 38. verſ. facit, l. ſpem, lib. 4. Ruin. conſ. 204. nu. 4. lib. 1. Galer. de renunciat. lib. 2. cap. 4. num. 19. in fine*, quia
obiectum procederet, ſi Dux egreſſus fuiſſet fines renun-
ciationis, vt ſimpliciter tertio, vel hæredibus Cardinalis
ceſſiſſet ſpem ſuccedendi, vt loquuntur prædicti Doctores,
& benè declarat Ruin. ſed D. Dux renunciauit ad fauorem
Cardinalium, qui tenebatur reſtituere ideoque licet acce-
ptauerit dictam renunciationem pro ſe, hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, tamen renunciatio cenſetur facta Cardinali, &
acceptatio pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus non alterat
renunciationem, itaut dicatur facta ad fauorem tertij, quia
quamuis non fuiſſet dictum, quod Cardinalis acceptabat
pro ſe, hæredibus, &c. attamen cenſeretur acceptaſſe no-
32 mine etiam ſuorum hæredum, † quia in dubio quis cenſe-
tur, velle ſibi, & hæredibus ſuis prouidere *l. ſi pactum, in fin. ff. de prbat. l. neceſſarius, §. pen ff. de pign. act.* & ſic om-
33 nis ſtipulatio † tàm ad hæredes, quàm contra hæredes trā-
ſit *l. veteris, C. de contrah. & committ. ſtipulat.* & propte-
34 rea in hoc caſu expreſſio hæredum non importat, † niſi
quàndam mentionē eius, quod tacitè inerat *Anchar. conſ. 409. num. 7. Caſtr. conſ. 338. ad 1. num. 2. lib. 2.* & dicta ex-
35 preſſio illius, † quod tacitè inerat, non alterauit diſpoſitio-
nem *Anchar. conſ. 147. num. 4.* & hoc in effectu eſt, quod
dicit *Bald. in d. l. illud*, & alij Doctores ſupra allegati.

36 Neq; eſt verum, quod iſta ſit repudiatio † mixta cum do-
natione, & ideò indiget inſinuatione, *Corn. conſ. 11. nu. 25. lib. 3. Calcan. conſ. 25. num. 23. verſ. ſed poteſt dici vſquè ad num. 25. Cagnol. in l. ſi quis in obligationem 116. num. 3. & 4. ff. de reg. iur. Maſcabr. conſ. 30. num. 248. vſque ad 261.*
Nam dùm hoc deducitur ex eo quod dicitur in inſtrumēto
donatione pura, & irreuocabili inter viuos &c. eſt aduer-
tendum, quod repudiatio ſtat omnino de per ſe, & eſt ſe-
parata, & licet poſteà ſubdatur, & quatenus opus ſit donat.
&c. clauſula, quatenus opus ſit operatur, quod ſimpliciter
37 non fuerit donatum, ſed ſub conditione, † dictio enim,
quatenus, conditionem importat, *l. ſtichium, qui meus erit*,
& ibi, *DD. ff. de verb. obl. Bart. in l. 1. num. 20. ff. de cond. & demonſtr. Rimin. Iun. conſ. 129. num. 20. lib. 2.* & eſt modifi-
38 catiua, & intelligitur in † quantum ſit opus *l. ſi vnus, §. ſi pactum, ff. de pact. Dec. in l. quatenus, 24. in princ.* & ibi,
Cagnol. num. 2. ff. de reg. iur. Rim. iun. conſ. 335. numer. 49. lib. 4. Rebuff in l locos col. penul. in ver. quatenus, ff. de verb. oblig. ſed quia Cardinalis non egebat dicta donatione,
39 quia repudiatio ſubſtinetur, † vt ſupra probatum eſt con-
traria conditione iſta donatio conditionalis cenſetur ſubla-
ta, *l. aliquando, in fine, ff. de cond. & demonſtr. l. ſi legatum purè, & l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat. Bart. in l. pater familias teſtamento num. 1. ff. de hæredib. inſtit. Ce-*
40 *phal. conſ. 649. num. 30. lib. 5.* & proinde eſt, † ac ſi facta nō
fuiſſet, *ſan. me. Greg. deciſ. 555. num. 2. & 3.* Dum verò de-
41 ducitur repudiatio mixta cum donatione † ex pacto de nō
petendo, quod operatur, vt renunciatio tranſeat in dona-
tionem, *Zuccar. in l. 1. num. 141. verſ. & in teſtamento, C. de pact. ſan. me. Greg. deciſ. 15. num. 5. & ſeqq.* eadem mili-
tat reſponſio videlicet, quod repudiatio ſtat de per ſe, &
42 pactum de non petendo pari modo fuit additum † cum
prædicta clauſula ſalutari, quatenus opus ſit.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum videlicet,
quod quatenus ſine veri præiudicio iſta eſſet donatio, non
tamen ſubiacet diſpoſitioni dd. Statutorum, cum non ſit
ob liberalitatem, ſed correſpectiua ad ſummam ſcutorum
20000. quam Cardinalis ſequenti die, quo fuit celebratum
43 primum inſtrumentum, dedit † Excellentiſſimo D. Duci,
prout abundè fuit conſideratum in vtraq; deciſione.

Vlterius fuit principaliter conſideratum, quod in caſu
iſto fuit renunciatum dictæ ſubſtitutioni, poſtquàm ius ſuc-
cedendi fuerit delatum cum clauſula, ex nùnc, prout ex
44 tùnc, † quæ cū fuerit addita actui conditionali ſcilicet poſt-
quam delatum fuerit fideicommiſſum, repudiatio cenſetur
facta tempore purificati fideicommiſſi, ex cumulatis in alia
deciſione facta die 13. Nouembris 1623. quibus poteſt ad-
di *Tiraq. de retract. condition. & de conſtituto par. 3. limit. 2. num. 16.* & iſta concluſio corroboratur ex eo, quod, & ſi
repudiatio fuerit facta tempore inhabili, ſcilicet ante dela-
45 tum fideicommiſſum, tamen cum † effectus fuerit collatus
in tempus habile ſuſtinetur, *l. in tempus, ff. de hæred. inſtit.*
46 nam etſi inſtitutio illius, † qui tempore teſtamenti inca-
pax reperitur ſit nulla, *l. 1. C. de hæred. inſtit. l. ſi alienum, §.*
47 *in extraneum, ff. de eod. tit.* Inſtitutio tamen incapacis †
collata in tempus, quo fuerit capax ſuſtinetur, *d. l. in tempus*,
& quamuis inſtitutio poſthumi alieni media Iuris pruden-
48 tia non eſſet † permiſſa; Attamen Gallus Aquillius formu-
lam induxit, per quam poſthumi alieni inſtitutio collata in
tempus quo ſuus naſceretur, valida eſſet, vt in *l. Gallus, in princ ff de liber. & poſthum.* notant ibi DD. nam ſuſtinetur
49 diſpoſitio in tempus collata cum dictione tunc, † quæ tem-
50 poris extremitatem † indicat, vt notant *Doct. in d. l. Gallus*,
ibi, *tunc ſi quis mihi nepos Fortunius, num. 25. Marius Salamonius num. 28. Torniell. num. 44. Bolognett. num. 91.* &
alij, & notant etiam in *l. ſi is, 4. § vlt.* ibi, *quia hic articulus, tunc extremum quinquennij tempore ſignificat, ff. de condi. & demonſtr. l. tutoribus 33. ff. de teſtamen. tutel. Coſta in §. & quid ſi tantum, 5. par. num. 99. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 15. Fuſar. de ſubſtit. q. 460. num. 10.* nam in his di-
51 ſpoſitionibus, † quæ diem, & conditionem continent pro-
pter diem non admittitur retrotractio, ſecus tamen quādo
vna

vna cum die adest conditio, *l. si ergo, ff. de iur. dot. Fabr. lib. 8. coniectur. cap. 9. & de erroribus pragmaticorum to. 2. decad. 47. errore 4. l. in illa stipulatione 8. ibi, tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est; & licet ad conditionem committi videatur dies, tamen superest, ff. de verb. oblig.*

Neque huic fideicommisso obstat, quod in puncto con-
52 trarium tenet † *Camillus Medices conf. 156. num. 17. & seq.* quia mouetur ex tribus rationibus, quæ de facilè refelluntur; Mouetur enim primò, quia iura generaliter loquũtur de repudiatione facienda post aditam hæreditatem, quę ratio nihil facit, cum non renuncietur de præsenti, sed pu-
53 rificato fideicommisso, † nam ante purificationem conditionis, nulla adest repudiatio, vt benè per *Cassad. decis. 3. num. 5. de præb.* & patet ex rationibus supra ponderatis; Secundò mouetur ex eo quod iura, quæ probant renunciationem non dari ante delatum fideicommissum negant potẽ-
54 tiam † repudiandi, quod motiuum nihil facit, cum agatur de repudiatione, quæ proindè est, ac si fuisset facta post delatum fideicommissum; Tertiò mouetur ex eo quod verba
55 præsentis temporis relata ad id, quod † de præsenti verũ non est, resoluuntur, itaut sensus sit repudiabo tunc, quod non facit; posset enim considerari in simplici repudiatione,
56 purè facta ante delatam hæreditatem, † non autem in cõditionali ex supra allegatis, & bene *Cassad. d. decis. 3. n. 14. in fine vers. cui conclusioni & n. 15. per tot.*

Et ita vtraque parte informante conclusum, &c.

* Hanc decisionem cum alia decisione coram bo. mem. Remboldo facta in hac causa die 24. Ianuarij 1622. habes infra prout in Indice posito in fine decisionũ, & in eadem causa. Vide alteram decisionem coram R. P. D. Panzirolo sub die 19. Iunij 1634. infra suo loco.

R. P. D. MERLINO.

Elnen. Eremitorij.

Die Veneris 7. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Mors alicuius ex quo remaneat iustificata. Beneficium Ecclesiasticum, vt quis validè impetret, quid probare grauetur, Beneficij vltimus status, quando semper veniat attendendus, & quando id fallat.

SVMMARIVM.

1 *Obitus alicuius probari potest per librum Confratrum, si ad eos spectet opus sepeliendi mortuos, & num. 3.*
2 *Parrocho adnotanti mortem Parrochiani creditur, quia ad illum spectat adnotatio.*
4 *Libro Hospitalis consuetum est adhiberi fides, ad effectum probandi mortem alicuius.*
5 *Testis consanguineus plenè probat mortem sui consanguinei, si pro ratione assignet, quod propter illius mortem pulla veste fuit indutus.*
6 *Liber priuatus, quando cum eo concurrunt adminicula, bene probat.*
7 *Beneficium, vt possit impetrari, & cadat sub reseruatione, probandum est quod sit vacabile, & conferibile Clerico, & erectum in titulum Beneficij.*
8 *Capellaniæ, quæ fundantur in Hispania ad celebrandas Missas, non cadunt sub regula reseruatoria.*
9 *Quia non sunt tituli beneficiales, nisi probetur, quod sint erecti in titulum Beneficij.*
10 *Capellania in dubio præsumitur Beneficium Ecclesiasticum.*
11 *Resignatio indicat Beneficium esse conferibile.*
12 *Regula de valore non habet locum, nisi in Beneficijs.*
13 *Capellaniæ, quod sit conferibile ex quo arguatur, & num. 15.*
14 *Ordinarij præsumuntur benè informati de statu, & qualitate Beneficiorum suæ Diœcesis.*
16 *Ad Beneficij collationem substinendam sufficit vltimus status.*
17 *Et prouisus non est remouendus etiam si postea detegatur Beneficium non esse conferibile.*
Neque collatio infringitur, aut retractatur ex superuenienti probatione veræ qualitatis, & proprietatis Beneficij.
18 *Prouisio de Beneficio suffragatur quasi possessio Collatoris, cum bona fide conferendi.*
19 *In qua quasi possessione est confouendus, nec attenditur præcedens status contrarius, quatenus adesset, quia collatio interim spectat ad possessorem tanquam fructus Iuris conferendi.*
20 *In Præsentatione, licet loquatur c. consultationibus de Iurepatr. habet tamen etiam locum in collatione, & in quasi possessione conferendi.*
21 *Status vltimus, quando non attendatur, etiam ad effectum substinendi collationem Beneficij.*
22 *Beneficij vltimus status semper attenditur, quando agitur inter ipsos prouisos, vel præsentatos.*
23 *Verumtamen est, si detegatur contrarius status, itaut ad alium pertineat ius conferendi, in posterum reseruatur tale ius vero Collatori, & num. 24.*
25 *Capellania, quod sit Beneficium Ecclesiasticum probari potest ex multis simul iunctis.*
26 *Beneficij vltimus status, vt non veniat attendendus ad effectum substinendi collationem, opus est probatione incontinenti, & liquidissima, scilicet per rem iudicatam, vel per confessionem partis.*
27 *Proprietas, quando absorbeat quasi possessionem.*
28 *De Testium examinis validitate, quando meritò dubitari possit.*
29 *Laicorum appellatione apud Idiotas in Lusitania, veniunt etiam Clerici, qui in sacris Ordinibus non sunt constituti, & num. 31.*
30 *Clerici, qui non sunt in sacris Ordinibus constituti sunt capaces Beneficiorum simplicium.*
32 *Pro bonis Ecclesiasticis in Lusitania etiam soluuntur decimæ.*

DECISIO XIII.

OBIIT Sebastianus Mundez Barbosa de mense Iulij, qui perpetuo est reseruatus, & de hac Capella, siue Eremitorio fuit prouisus D. Gaspar, super cuius gratia cum disputaretur in Rota. Informantes pro D. Didaco solum impugnabant probationem circa obitum dicti Sebastiani de mense Iulij, & controuertebant hanc Capellã, seu Eremitorium esse Beneficium conferibile, in cæteris vero dabant manus pro iustificatione, prout re vera omnia vndequaq; erant ex testibus iustificata, quoad Clericatum Gasparis, illius originem, valorem tàm huius Beneficij, quàm obtentorum, & alia narrata in dicta gratia. Verùm in omnibus gratiam Gasparis iustificatam esse Domini responderunt.

Et quoad obitum Sebastiani in mense Iulij datur partita libri Confratrum Misericordiæ, in qua est adnotata mors, & funus dicti Sebastiani, & quamuis non sit hic liber Parrochi,

1 rochi,† tamen cum in Ciuitate Elnen, & ferè in tota Lusitania ad Confraternitatem Misericordiæ pertineat hoc o-
2 pus sepeliendi defunctos, qua ratione creditur † Parrocho adnotati mortem Parrochiani, quia ad illum spectat adnotatio, vt per *Crauett. de antiq. tempor. par. 1. §. vidimus, & abundè num. 1. Ioseph. Ludouic. conclus. 29. ampliat. 24. & decis. Perusin. 12. num. 17. par. 1. cum alys.* Ita & credendum est libro societatis, si Confraternitas habet pro instituto hoc officium generale sepelliendi, & quod credatur
3 Scribis deputatis † ab istis Archiconfraternitatibus in Regno Lusitaniæ est *decis. Valaschi 10. num. 1.* prout etiam in
4 libro Hospitalis cui cō sueuit fides adhiberi † probari mortem dixit *Surd. cons. 530 num. 36.* & de hac consuetudine etiam deponunt testes, & quatenus posset dubitari de concludenti probatione dictæ adnotationis tanquam libri priuati, in præsenti cessaret difficultas, dum hæc adnotatio fulcita est depositione testium inter quos, vnus est consan-
5 guineus, qui etiam assignat rationem, quia, † ob mortem d. Sebastiani pulla veste fuit indutus, & D. Didacus venit ex
6 eadem vacatione, liber † autem priuatus, quando cum eo concurrunt alia adminicula benè probat *Bart. in l. admonendi num. 27. & alij communiter, ff. de iure iur. Boer. decis. 105. num. 5. Rota decis. 751. num. 2. & 3. & decis. vlt. num. 2. part. 1. diuers.*

Quo verò ad alterum, objiciebatur à D. Didaco nō probari existentiam Beneficij erecti in titulum, & quod sit va-
7 cabile, & conferibile Clerico, † quod est requisitum necessarium, vt possit impetrari, & cadat sub reseruatione, *Dec. cons. 148. num. 1. Ferrett. cons. 143. num. 7. Vestr. in praxi lib. 5. cap. 14. in fine, Cardin. Seraphin. decis. 1095. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. in princ. num. 20. & 34. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 102. & seqq.* vbi quod Capella-
8 niæ, quæ fundantur in Hispania ad celebrandas † Missas, non cadunt sub regula reseruatoria, quia non sunt tituli
9 Beneficiales, nisi probetur fuisse erectos in titulum † Beneficiorum. Hic autem nedum deficere videatur probatio erectionis in titulum istius Capellaniæ, sed immò testes dicunt istud Eremitorium solitum esse dari Laicis in administrationem.

Verùm animaduertendum est pro responsione, quod
10 in dubio Capellania † præsumitur Beneficium Ecclesiasticum, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. num. 50. Lara de anniuersar. & Capellan. lib. 2. num. 59.* hæcquè præsumptio in casu præsenti est fulcita pluribus signis, & argumentis, fuit enim olim resignata hæc Capellania, seu Eremitorium ab Emanuele Gomez de anno 1570. in manibus felic. rec. Grego-
11 rij XIII. quæ † resignatio indicat esse Beneficium conferibile, ad tradita per *Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 1. nu. 118. cum seqq.* & postea fuit expedita gratia perinde valere su-
12 per valore, vt satisfacerent regulæ de valore quæ † non habet locum, nisi in Beneficijs, & ideò benè arguit Capel-
13 laniam hanc esse Beneficium † conferibile, *Rot. decis. 182. num. 1. & seqq. par. 1. & decis. 264. par. 2. diuers. Gonzal. dic. glos. 5. num. 65.* & Ordinarij in relationibus factis dum sacra Apostolorum limina visitarunt de ista Capellania tanquàm de Beneficio meminerunt, quibus multum deferen-
14 dum est, cum † ex eorum officio sint informati de statu, & qualitate Beneficiorum Diœcesis *Rota coram sa. me. Greg. XV. decis. 482. num. 6. & 483. nu. 7.* & demùm dantur etiam testes de publica voce, & fama deponentes istud Eremitorium esse Abbatiam, & titulum Beneficialem collatiuum,
15 summarij Gasparis num 4. ex quibus † omnibus saltem simul iunctis visum fuit sufficientem insurgere probationem, quod istud Eremitorium re vera sit conferibile.

Sed quicquid sit de præmissis sufficit Gaspari, quod modo non agitur inter ipsos Collatores, nec super statu principaliter Capellaniæ, vel illius status mutatione, sed agitur tantùm inter prouisos; vnde ad sustinendam prouisionem
16 ipsius Gasparis † sufficit vltimus status, qui est collatiuus, & prouisus non est amouendus, etiam si postea detegatur hanc Capellaniam non esse Beneficium, neque collatio
17 infringitur, † aut retractatur ex superuenienti probatione veræ qualitatis, & proprietatis Beneficij. *Bart. cons. 82. n. 1. vers. sed posito lib. 1. Rota decis. 14. de Iurepatr. in antiq. Aym. cons. 322. num. 5. vers. nec vitiatur collatio,* suffragatur enim prouiso quasi possessio Collatoris cum bona fide
18 conferendi, † in qua quasi possessione est confouendus, nec attenditur præcedens status contrarius quatenus adesset,
19 quia collatio interim spectat † ad possessorem tanquàm fructus iuris conferendi, *c. querelam de elect. c. cum olim de caus. possess. & proprietat. c. consultat. de Iurepatr. & benè per Gonzal. ad reg. 8. glos. 45. §. 2. num. 8. & seqq.* & licet tex.
20 † *in c. consultationibus* loquatur in præsentatione tamen habet locum etiam in collatione, & in quasi possessione conferendi. *Bald. cons. 437. num. 1. lib. 2. Felin. in cap. in nostra. num. 44. de prabend. Rota decis. 2. num. 2. de prabend. in nou. & decis. 308. num. 6 par. 1. recent.*

Decisiones verò quæ videntur innuere contrarium sta-
21 tum † præferri vltimo statui etiam ad sustinendam collationem, procedunt quando agitur inter ipsos Collatores, vel agitur super statu Beneficij principaliter habito respectu ad veram ipsius Beneficij qualitatem, & proprietatem secus autem vt hic, vbi solum agitur de quasi possessione, & solum inter prouisos, & sic de statu habito respectu ad istam quasi possessionem existentem penes collatores, præ-
22 sentantes, vel eligentes, quo casu semper † attenditur vltimus status originem habens ab illa simplici quasi possessione, & nudo exercitio conferendi, sique postea aliquando euincitur, aut detegitur contrarius status Beneficij, firma manente collatione facta vigore quasi possessionis, & se-
23 quuta vacatione ex persona illius prouisi ab existente † in dicta quasi possessione, Beneficium assumit suum propriū
24 statum, adeout in posterum exercitium iuris conferendi † reseruetur verò Collatori, quemadmodum dicitur in materia præsentationis, *ex cap. consultationibus de iurepatr.* ita benè distinguit *Rot. decis. 737. num. 3. 4. 5. par. 2. recent. & notant Adden. ad san. me. Greg. XV. decis. 77. num. 12. vers. si verò agatur, & decis. 112. num. 5. vers. status vltimus, & modern. de re benef. lib. 1. quæst. 34. num. 25. 26. & seqq.* Et proinde in casu præsenti, cum de bona fide huiusmodi quasi possessionis dubitari non possit, & habeat præ-
25 sumptionem † pro se, quod Capellania in dubio censetur Beneficium Ecclesiasticum, & concurrunt tot alia argumēta idem suadentia superius ponderata, vtiquè prouisio Gasparis irreuocabiliter sustinetur, & ad effectum, vt hæc quasi possessio non attenderetur, opus fuisset probatione con-
26 trarij status † incontinenti facta vndequaquè liquidissima, nempè vel per rem iudicatam, vel per confessionem partis,
27 tunc enim proprietas absorberet † quasi possessionem *Rota apud Card. Seraph. decis. 555. num. 8. & decis. 269. nu. 4. & 5. par. 2. diuers.* & benè obseruant *Addent. ad san. me. Gregor. XV. d. decis. 77. num. 12. vers. si tamen ante factam Modern. de re benefic. d. quæst. 34. num. 29. & 32.* quam probationem hic omnino deficere visum fuit.

Non igitur obstant testes pro D. Didaco deponētes hoc Eremitorium datum fuisse in administrationem Laicis;
28 Quoniam vltra quod dubitatur † de validitate examinis ex defectu iurisdictionis Iudicis, atquè etiam citationis ad videndum iurare testes, quia attento communi vsu loquendi,
29 præsertim apud Idiotas in Lusitania, † appellatione Laicorum veniunt etiam Clerici, qui non sunt in sacris Ordini-
30 bus constituti, † & tamen sunt capaces Beneficiorum simplicium, & de hac consuetudine luculenter deponunt testes pro Gaspare, & deducitur ex ijsdem testibus D. Didaci, dum appellant Laicum, quem tamen postea præsupponūt,
31 vel prima tonsura insignitum, † vel in minoribus constitutum, & demum cum vltimus status per longum tempus cōtinuatus concurrat, quod scilicet hæc Capellania sit Beneficium, cum de hac vsquè de anno 1579. à Gregorio XIII. tanquàm de Beneficio fuit prouisus Sebastianus Mundez
32 per cuius obitū Gaspar fuit prouisus illi, sufficit † hæc quasi possessio, vt supra dictum, siquè canonizabitur Capellaniā non esse Beneficium, hoc suffragabitur in posterum pro futuris vacationibus.

Minus obstat solutio decimarum, quia ex hac non sequitur Capellaniam non esse Beneficium Ecclesiasticum,
33 † cum etiam pro bonis Ecclesiasticis in Lusitania, & in Diœ-

Diœcesi Elnen soluì decimas deponant testes in summario Gasparis num. 10. sub littera E.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Laudemij.

Die Lunæ 10. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione latè discutitur, & firmatur, quod quādo contractus non est emphyteuticus, sed locatio ad longum tempus, Laudemium non debetur ob illius alienationem, cum Laudemium soluatur ex ipsa natura contractus emphyteutici, & aliud est emphyteusis, & aliud locatio ad longum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium sine dubio debetur, quando sumus in concessione emphyteutica.*

2 *Laudemium non debetur, quando concessio non est emphyteutica, sed ad longum tempus.*

3 *Inquilinus propriè ille dicitur, qui inhabitat mediante contractu locationis, & conductionis.*

4 *Contractus talis debet censeri qualis à partibus nominatur, & non diuersus.*

5 *Verba clara, & pluries repetita præsumptiuam interpretationem non admittunt.*

6 *Contractus denominatur, secundum qualitatem pactorum quæ magis inferunt vnum, quàm alium contractum.*

Concessio ad tertiam generationem magis conuenit emphyteusi, quàm locationi, num. 6.

7 *Locatio, si potest fieri in perpetuum, multò magis poterit fieri ad tempus, scilicet ad tertiam, & quartam generationem.*

8 *Locatio, licet aliqua concessio reputetur, tamen est emphyteusis, si locatio fuerit facta pro modica pensione.*

9 *Et hoc, vt sit verum, debet probari dicta modica pensio.*

10 *Locatio censetur facta pro pensione corrispondente fructibus, & sic præsumendum est, dum contrarium non probatur.*

11 *Et tunc intrat præsumptio pro contractu locationis, non autem emphyteutici.*

12 *Emphyteusim, licet partes nominent concessionem aliquam, cuius pensio corrispondet fructibus rei concessæ, nihilominus reputatur locatio.*

13 *Locationis in perpetuum contractus habet magnam similitudinem, cum contractu emphyteutico, adeout de vtroquè promiscuè loquantur iuris Conditores.*

14 *Et id procedit, quia vtriusquè eadem est ratio.*

15 *Locatio est quædam concessio in emphyteusim viribus, & effectu.*

16 *Ex locatione in perpetuum transfertur possessio, & vtile dominium, sicuti accidit in emphyteusi, num. 17.*

18 *Contractus locationis in perpetuum, & emphyteusis ad modum inter se differunt.*

19 *Contractus locationis in perpetuum habet naturam distinctam, & separatam à contractu emphyteutico.*

20 *Locationis contractum, si partes conficere voluerint, minimè contractus ille emphyteuticus erit, neque eius legibus subijcietur.*

21 *Emphyteutici contractus propriam habent naturam, nequè ad locationem, nequè ad venditionem inclinant, sed suis pactionibus fulciti sunt.*

22 *In Locatione perpetua non habet locum l. fin. C. de iur. emphyt.*

23 *L. fin. C. de iur. emphyt. non habet locum in contractibus nostri temporis, cum tales contractus non sint emphyteutici, sed locationes perpetuæ.*

24 *Locatio in perpetuum, & emphyteusis ex pretio annuo, seu annua pensione differunt, & cognoscuntur.*

25 *Emphyteusis cognoscitur ex modica pensione, ex magna verò præsumitur locatio.*

26 *In Contractu emphyteusis disposita, non debet trahi ad contractum locationis perpetuæ.*

27 *Emphyteuticus contractus, licet in multis conueniat cum contractu locationis perpetuæ, non tamen in omnibus, & per omnia sunt similes.*

28 *Reseruatio directi dominij an repugnet naturæ locationi.*

29 *Dominij vtilis translatio repugnat naturæ locationi, in qua illud non transfertur.*

30 *Locationi perpetuæ conuenit reseruatio dominij directi, in qua non transfertur directum, sed vtile tantum dominium.*

31 *In Censu transfertur vtrumquè dominium.*

32 *Census nomen est genericum, & comprehendit quicquid alicui soluitur in recognitionem pristini dominij.*

33 *Ex Census appellatione non potest inferri contractum esse emphyteuticum.*

34 *Contractus censualis, & emphyteuticus valdè inter se differunt.*

35 *In Locatione ad longum tempus semper vtile dominium transfertur.*

36 *In confessionibus nullum omninò est faciendum fundamentum, quando constat, quod sunt erroneæ.*

37 *Locationi naturæ, optimè congruit promissio faciendi in domo reparationes, & necessaria melioramenta, & vide num. 38. & 39.*

40 *Contractus iam celebrati natura non potest per alterius assertionem alterari, aut immutari.*

41 *Productio ab aliquo facta ei, & non tertio debet præiudicare.*

42 *In Alienatione rerum Ecclesiæ ex lapsu temporis omnia præsumuntur ritè, & legitimè gesta.*

43 *Clausula, quorum tenores, operatur, vt non ipsa narratiua attendatur, sed id, ad quod fit relatio.*

44 *Sententia declaratur ex actis, ad quę refertur.*

45 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

46 *Laudemium soluitur ex ipsa natura contractus emphyteutici.*

47 *Cum emphyteutico contractu non concordat locatio perpetua.*

48 *Dec. in cons. 204. num. 2. & alij hic relati loquuntur in locatione perpetua rei emphyteuticæ facta per emphyteutam.*

Non autem de venditione rei in perpetuum locatæ facta per conductorem num. 49.

30 Mo-

30 *Molin. de contract. disput. 459. num. 25. & alij, in quo casu loquantur.*

51 *Emphyteusis si locetur ad longum tempus, debetur Laudemium, eo quia locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*

52 *Cum per eam dominium transferatur, & propterea ex ea locatione debetur Laudemium.*

DECISIO XIV.

GABRIEL Fascianellus per sententiam A. C. fuit condemnatus ad soluendum Laudemium ob emptionem domus, quæ est sub directo dominio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Vallicella, à qua commissa causa appellationis, Dubitaui, An esset confirmañ, vel infirmañ, & Domini ex capite iniustitiæ reuocandam censuerunt, cuius dubij resolutio pendet ab eo, an concessio, de qua agitur sit emphyteutica, vel locatio ad longum tempus, quia si est emphy-
1 teutica, † absquè dubio ex alienatione prædicta debetur Laudemium, ex dispositione *text. l fin. C. de iur. emphyt.* Si verò non est emphyteotica, sed concessio ad longum
2 tempus, Laudemium non † debetur ob illius alienationem, *Menoch. præsumpt. 105. num. 8 lib. 3. & cons. 444. num. 16. Burg. de laud. par. 1. inspect. 5. num. 17. & par. 2. inspect. vlt. num. 1. Alex. cons. 23 num. 7. lib. 5. Seraph. decis. 288 nu. 11.* Et cum Domini censuerunt domum fuisse à principio datam in locationem, non autem in emphyteusim, sententiam reuocandam dixerunt.

Siquidem tam verba Instrumenti anni 1530. quā 1544. sonant in locationem, primum, ibi locauit, & titulo locationis dedit, cessit, & concessit Margaritæ vnam dictæ Ecclesiæ domum ad tertiam dictæ Margaritæ generationem, & in defectu generationum ad secundam nominationem, secundum verò Instrumentum pleniùs se explicat in locationem perpetuam ibi, in perpetuam locationem dedit, & ibi, simili locationis titulo dedit, & cessit, & denique ibi, promisit habitare domum more boni inquilini, quæ promissio in contractibus locationum, non autem emphyteu-
3 sis communiter apponitur, cum † Inquilinus propriè dicatur ille, qui inhabitat mediante contractu locationis, & conductionis *Rota decis. 540. num. 4. par. 2. recent.* ex quibus verbis, & proprietate illorum, cum concludatur locatio, &
4 non emphyteusis, † talis debet censeri contractus, & non diuersus, qualis à partibus nuncupatur. *l qui fundum, §. fundi de contrahend. empt. Menoch. d. præsumpt. 105. num. 1. Surd. cons. 164. num. 11. hoc ipsum fuit firmatum in Narnieñ locationis 17. Maij 1613. & 16. Februarij 1615. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Tiburtina prætensæ deuolutionis. 18. Decembris 1615. coram Eminentissimo Cardin. Verospio, & in Romana Casalis Sanctæ Crucis 8. Iuny 1618. coram bo. me. Buratto*, cum verba adeò clara
5 pluries repetita † præsumptiuam interpretationem non admittant *Rota in Romana Casalis Turris vergatæ 19. Ianuary 1624. coram R. P. D. meo Pirouano*, & contractus determinantur secundum qualitatem pactorum, quæ ma-
6 gis † inferunt vnum, quàm alium contractum. Et licet concessio ad tertiam generationem, de qua in primo Instrumento magis conueniat emphyteusi, quàm locationi, attamen si locatio potest fieri in perpetuum, multò magis
7 † ad tempus, nempè tertiam, & quartam generationem, & ita fuit *responsum in allegata Narnieñ locationis 16. Februarij 1615.*

Non obstat, quod etiamsi nuncupetur locatio, nihilomi-
8 nus reputetur † emphyteusis, si locatio fuerit facta pro modica pensione ex adductis per *Neuiz. cons. 92. per tot.* quia esto quod hæc conclusio sit vera, non applicatur, dum non
9 probatur, † quod domus prædicta fuerit locata pro modica pensione, imò pro Gabriele prætenditur contrarium, quod scilicet fuerit locata pro pensione correspondente fructibus attento tempore concessionis, & statu, in quo do-
10 mus concessa tunc reperiebatur, & † sic præsumendum est, dum contrarium non probatur, & tunc intrat præsum-
11 ptio pro contractu † locationis, non autem emphyteotico ex traditis per *Surd. decis. 198. nu. 1. & seqq.* quo casu etiāsi in Instrumento partes vocassent contractum emphyteu-
12 sim, † nihilominus reputaretur locatio, vt latè per *Neuiz. d. cons. 92. per tot. & in dicta Romana Casalis Sanctæ Crucis coram bo. me. Buratto.*

Nec facit, quod contractus locationis in perpetuum ha-
13 beat magnam † similitudinem cum contractu emphyteusis, adeout de vtroquè contractu promiscuè loquantur iuris Conditores *in auth. qui rem*, ibi, *qui rem huiusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam, C. de sacros. Eccles.*
14 vbi, *Dec. nu. 1.* dicit id procedere, † quia vtriusquè est eadem ratio, *l. omnes, C. de fund. patrimonial. lib. 11.* & quod
15 viribus, & effectu locatio sit † quædam concessio in emphyteusim, & idem de vtroquè sit iudicandum *tradunt Angel. in §. scire autem in princ. in auth. de non alienan. Bald. in cap. quarelam in fin. de iure iur. idem concludit Abb. in c. propter sterilitatem in vlt. notab. de locat.* vbi etiam *Imol. Fulgos. cons. 240. Ruin, cons. 156. num. 6. lib. 1.*
16 Nam ex locatione † in perpetuum transfertur possessio, *l. sciendum in princ. vers. sed etiam, ff. qui satisd. cog.* vbi no-
17 tant *Bald. & Alex.* & vtile dominium † quemadmodum in emphyteusi *l. 1. ff. si ager. vectigal. & l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus* vbi not. *Bart. l. penult. § instituto ff. de leg. 2.* & ibi docet *Bald. ex rubr. C. de iur. emphyt.* Attamen
18 isti contractus admodum, † inter se differunt, vt latè prosequitur *Natt. cons. 49. num. 32. Mant de tacit. lib. 22. tit. 2. num. 1. & seqq. Seraph. decis. 286. num. 8. & seqq. & dec. 288. num. 2. & seqq. Rota decis. 544. num. 3. par. 2. recent.*
19 cum cōtractus locationis † in perpetuum habeat naturam distinctam, & separatam à contractu emphyteotico; nam
20 si contrahentes contractum locationis † conficere voluerint, minimè contractus ille emphyteoticus erit neq; eius legibus subijcietur *l. 1. C. de iur. emph. §. adeò autem, vers. sed tali contractus*, ibi, lex Zenoniana lata est, quæ emphy-
21 teoseos contractus propriam statuit † naturam, neque ad locationem, neque venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam. *Instit. de locat. & conduct. not. glos. in verb. emphyteuta in cap. 1. eod. tit. & in specie* de locatio-
22 ne † in perpetuum, quod in ea non habeat locum dispositio textus *in l. fin. C. de iur. emphyt. not. eleganter Alber. in d. l. vers. sed nunquid hæc lex*, vbi firmat dictam legem nō
23 habere locum in contractibus † nostri temporis, cum tales contractus non sint emphyteotici; sed locationes perpetuæ, *eundem Ablericum refert, & sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num 84.* Et quod in dubio loca-
24 tio † in perpetuum, & emphyteusis ex pretio annuo, seu
25 annua pensione differant, & cognoscantur, vt ex † modica emphyteusis, ex magna verò, locatio præsumatur, tradit *Bald. in c. litteræ num. 5. vers. modo ergo quæro de dilat. Ias. in l. 1. num. 35. C. eod. tit. Barbat. in rubr. de locat. nu. 8. ad fin. Velasc. de iur. emphyt. quæst. 1. num. 9.* Ideo disposita in contractu emphyteusis non debent trahi ad contractum
26 locationis † perpetuæ, cum hi contractus licet multis con-
27 ueniant, non tamen in omnibus, & per † omnia sint similes, & æquiparati, vt ex multis differentijs quæ deducuntur à Doctoribus.

Neque potest prætendi quod repugnent naturæ locatio-
28 nis † reseruatio directi dominij, & quod in eodem Instrumento Margarita promiserit soluere ducat. 16. de Carole-
29 nis pro censu, & canone, nec demum quod † trāslatio vtilis dominij repugnet locationi, in qua dominium non trāf-
30 fertur: Nam † reseruatio directi dominij æquè conuenit locationi perpetuæ, in qua non transfertur directum, sed vtile dominium tantùm, *glos. Bart & alij in l. Codicillis, §. instituto, de leg. 2. Aret. cons. 51. num. 110. vers. in contrarium, Bellon. cens. 21. num. 11. in fin. & idem fuit firmatū in supradictis Narnieñ locationis 17. Maij 1613. coram Reuerendissimo D. meo Decano, Tiburtina deuolutionis 18. Decembris 1615. coram Eminentissimo Card. Verospio, & in Romana Casalis Sanctæ Crucis 8. Iuny 1618. coram bo. me. Buratto.* Ad illud quod responsio fuerit nuncupata
31 census placuit, quod propter naturam cēsus, in qua † transfertur vtrumquè dominium, *vt fuit dictum in Romana*

Casa-

Casalis Vergatæ 29. Ianuarij 1624. coram R.P.D. meo
32 *Pirouano*, ista promissio remaneat æquiuoca, nomen † enim census est genericum, & compræhendit quicquid alicui soluitur in recognitionem pristini dominij, vt post alios declarat *Felician. de censib. in prohem. num. 8. & 9.*
33 Vnde ex hac appellatione census non † potest inferri contractum esse emphyteoticum, imò totum contrarium, cū
34 contractus censualis, & † emphyteoticus valdè differant, *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 34. numer. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22 tit. 4. num. 11. cum seqq. idem Mant. decis. 134.* Nec translatio vtilis dominij obstat,
35 quia omnes conueniunt, quod in † locatione ad longum tempus semper vtile dominium transferatur ex deductis *in supra allegata Tiburtina deuolutionis.*

Confessio facta per Suardinum maritum Margaritæ de anno 1571. quod domus, de qua agitur sit emphyteotica, nihil operatur, cum ex ipsomet Instrumento concessionis clarè pateat confessionem quoad contractus qualitatem
36 esse erroneam, & propterea in tali † confessione nullum omnino fundamentum fieri potest, *vt fuit dictum in Romana domorum 9. Iunii 1617. coram bo. me. Andrea.*

Promissio faciendi in domo reparationes, & necessaria
37 melioramenta † non repugnat locationi, sed illi optimè conuenit, *vt tenuit Rota in allegata Narnien. locationis 17. Maij 1613. & 13. Februarij 1615. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Prout nec etiam repugnat pactum,
38 quod concedens † teneretur præstare consensum, quia oppositum fuisse apparet, ex eo quod facta concessione ad tertiam generationem videbatur posse dubitari an con-
39 cedens teneretur consentire conductori volenti † alienare in extraneos, & propterea in secunda concessione, de qua agitur, eo quia erat perpetua, & transitoria ad quoscūque, tale pactum non fuit adiectum.

Non obstat, quod ex narratiua supplicationis porrectæ pro obtinendo Beneplacito Apostolico probetur contractum fuisse emphyteoticum, non autem locationis perpetuæ, quia illa est narratiua solius Rectoris Ecclesiæ, qui
40 † non potuit alterare, aut immutare naturam contractus iā
41 celebrati, & supplicatio prędicta non fuit producta † à Gabriele, sed à moderno Rectore Ecclesiæ, & ideò non excluditur possibilitas alterius Beneplaciti, & validè cōfirmationis conformis Instrumento concessionis, quinimmo stā-
42 te lapsu tanti temporis omnia † præsumuntur ritè, & legitimè gesta *Seraph. decis. 1070. num. 2. 1080. num. 5. & alibi sæpius.* Præterea cum Papa in dicta supplicatione cōfirmet Instrumētum cum relatione ad illud, & cum clausula, quo-
43 rum tenores, † quæ operatur, vt non attendatur narratiua, sed Instrumentum ad quod habita est relatio *Marta clausula 123. num. 1. & 8. Rota in Pampilonen. Matrimonij 4. Maij 1583. coram Lancellotto, & in Romana de Maximis 24. Ianuar. 1596. coram bo. me. Cardinali Pamphilio,* Inde sequitur Instrumentum relatum, non narratiuam supplicationis referentis, quatenus ab Instrumento differat, esse attendendam: & ideò dicta supplicatio ab eodem In-
44 strumento debet declarari, prout † sententia declaratur ex actis, ad quæ refertur, *ex trad. à Couar. lib. 1. var. resol. cap.*
45 *1. num. 9.* cum relatum sit in referente † cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hæred. instit. vbi glos. Bart. & Doctor. idem Bart. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. Ruin. cons. 127. num. 4. in fin. lib. 2. san. me. Gregor. XV. decis. 522. num. 10.*

Quare retenta natura locationis perpetuæ nulli dubium, secundum veriorem, quod Laudemium non debetur, eo
46 quia † soluitur ex ipsa natura contractus emphyteutici, cū
47 qua ex supradictis non † concordat locatio perpetua, vt firmant *Couarr. lib. 2. resolut. cap. 16. col. 3. Ant. Gomez 2. tom. de contract. lib. cap. 3. locat. num. 11. Valasch. de iur. emphit. q. 29. num. 15. vers. 11. infertur. Menoch. præsumpt.*
48 *105. num. 8. lib. 2.* Nec obstant allegati pro † contraria opinione nempè *Dec. cons. 204. num. 2. Boer. decis. 234. num. 1. & 2. Amadeus de Ponte in quæstione Laudemii 34. num. 1. & seqq. in tract. nouissimo tom. 10 par. 2. Burg. de Laudem. par. 2. inspect. 58 num. 16. & seqq.* quia loquuntur de loca-
49 tione perpetua rei emphyteuticæ † facta per emphyteutā, non autem de venditione rei in perpetuo locatæ facta per conductorem, ideo non applicantur; Neque obstant tradita *per Molin. de contract. disputat. 459. num. 25. cum aliis allegatis per Caldas.* quia non firmat, quod ex alienatione
50 rei † in locatione datæ debeatur Laudemium, sed quod si locetur ad longum tempus, res in emphyteusim data, debe-
51 tur Laudemium, eo quia locatio ad longum † tempus dicitur alienatio *l. 1. §. quod ait, ff. de superficiebus, l. 1. ff. si ager vectigalis Din. in l. codicillis, §. instituto filio, ff. de leg. 2.*
52 cum per eam dominium † transferatur, & propterea ex ea locatione debetur Laudemium, *ita tenet Bart. in l. solent, ff. locati circa fin. Io. Andr. in cap. 1. super verbo, locatione de reb. Eccles. nō alien. Peguer. in tract. de Laudem. vers. 1. num. 78.*

Et ita vtraquè parte informante contra sententiam fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Cæsarauguſtana Præeminentiarum.

Die Veneris 14. Febrarуarij 1631.

ARGVMENTVM.

Connexitatis natura, quæ sit, Obligatus aliquem recipere honorificè, qualiter ista receptio sit facienda. In præeminentiarum materia valdè attenditur cōsuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia omnia compræhendunt.*
2 *Compræhensum per verba generalia dicitur expreßum.*
3 *Connexitatis ratione idem debet esse iudicium, de vno connexorum, quam de alio.*
4 *Monstruositas inducitur ex deformium membrorum confusione.*
5 *Connexitatis ratio non intrat, quotiescunquè per consuetudinem aliqua dissimilitudo inter connexa militat.*
6 *Capitula duo, si simul conueniant, tamquam vnum corpus, non tamquàm duo corpora considerantur. & num. 19.*
7 *Receptio honorifica vtrùm necessariò importet concessionem manus dextræ.*
8 *Recipere honorificè Capitulum, si debeat aliud Capitulum, quid facere debet.*
9 *Specierum enumeratio declarat, & restringit rem, de qua agitur.*
10 *Contrarietas euitanda est.*
11 *Obseruantia plurimum confert ad aliquid interpretandum.*
12 *Obseruantia non præsumitur excessiua, sed restricta ad limites mandati, quando ad illud obseruandum, quis fuit compulsus per censuras.*
13 *Manutentio datur ad limites possessionis.*
14 *Consuetudo plurimùm attenditur in materia præeminentiarum.*
15 *Testis vnicus sufficit in his, quæ manutentionem respiciunt.*
16 *Confessio adminiculata probat etiam in præiudicium Ecclesiæ.*
17 *Confessio Prælati de actu gesto à se ipso, præiudicat Ecclesiæ.*
18 *Testium depositiones eliduntur à contrarijs testibus numero maioribus.*

DECISIO XV.

VT aliàs dictum fuit, consulti Domini super interpretatione, & forma exequutionis mandati de manutenendo, aliàs de anno 1557. coram bo. me. D. de Rubeis relaxati; quàmuis sub die 26. Aprilis, & 29. Nouembris anni 1627. * inter cætera respondissent: Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ dandam esse manum dexteram à Priore, & Capitulo Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari in eadem Ecclesia, quoties Metropolitani certis diebus ad illam accedunt: Hodie tamen, suscepta iterum super eodem dubio disputatione, resolutum fuit, dictum mãdatum de manutenendo ita esse intelligendum, vt idem Prior Sanctæ Mariæ in propria Ecclesia de Pilari sedeat in sua Sede Priorali, accedente Capitulo Sancti Saluatoris: & in hoc à decisis recedendum.

Id autem deducebant Domini. Primò ex verbis generalibus eiusdem mandati, dum in concursu vtriusque Ecclesiæ, in quibuscunque actibus concedit præcedentiam Priori, & Capitulo S. Mariæ ibi: *Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Saluatoris Metropolitanæ, &c. teneantur, &c. illos (Priorem scilicet, & Canonicos Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris de Pilari) tàm in prædictis, quam alijs quibuscunque actibus, in quibus in simul conuenire, aut interesse contigerit, ad dexteram partem, seu manum, tàm in Choro, quàm extra etiam in processionibus prædictos collocare, &c.*

1 Quæ verba † tanquàm vniuersalia omnem locũ comprehendunt, & consequenter Ecclesiam de Pilari ad tradita, latè per *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 20. & seqq. Surd. cons. 453. num. 8. Crauett. cons. 926. numer. 7.*

2 ac si specificè eadem Ecclesia † fuisset expressa, *Oldrad. cons. 322. num. 2. Surd. cons. 181. num. 42. & cons. 358. nu. 2. Ruin. cons. 40. num. 12. lib. 2.* Itaut Prior ipse de Pilari in hoc satis videatur habere fundatam intentionem pro retentione suæ Sedis Prioralis.

Nec dicatur, quòd quemadmodum per Canonicos & Capitulũ Beatę Marię cõceditur manus dextera Canonicis

3 & Capitulo Metropolitanæ: † ita etiam concedi debet per Priorem de Pilari Decano S. Saluatoris, vel ratione connexitatis ad *text. in cap. translato. cum ibi not. de constit.* & ad latè tradita *per Cassañ. in Cathal. glor. mund. par. 4. consider. 32. vers. Sed ratione connexitatis*: vel vt euitetur mon-

4 struositas, ex deformium † membrorum confusione resultans iuxta *text. in cap. 1. 12. dist. Cassan. loco præcitato. vers. tamen hæ responsiones*: vel deniquè ratione illius honorificentiæ, qua Prior, Canonici, & Capitulum Metropolitanæ in Ecclesia B. Mariæ recipi debent per Priorem, Canonicos, & Capitulum de Pilari, vt ponderatum fuit in præfatis decisionibus sub die 26. Aprilis, & 29. Nouemb. anni 1627.

5 Nam quoad rationem † connexitatis, illa nõ intrat, quotiescunque, vt in casu isto, per consuetudinem militat aliqua dissimilitudo inter connexa, vt fusè explicat *Euerard. in argumento à simili, in secunda col. ante fin. vers. quando autem duo sunt similia.* Ratio autem vitandæ monstruositatis, quę ex membrorum confusione oritur, non potest in hac facti specie considerari: cum vtrumquè Capitulum simul cõue-

6 niat † tanquàm vnicus corpus, non autem tãquàm duo corpora separata, vt ad propositum considerant, *Felin. in cap. Pastoralis, num. 9. vers. vbi duo corpora, Abb. §. 1. num. 7. Imol. num. 12. de rescript.* & faciunt notata *in c. scriptũ, vbi Abb. num. 6. Imol. pariter num. 6. vers. nota quod vbi, de elec.*

7 Honorificam deniquè receptionem, visum fuit, † necessariò non inferre in casu isto concessionem manus dexteræ, sed esse intelligendam secundum subiectam materiam: vt scilicet Decano, atque Capitulo Metropolitanæ ad Ecclesiam B. Mariæ venienti Prior de Pilari assurgat, obuius procedat, ad ostium vsque humaniter excipiat, mandet pulsari campanas, & chorum dexterum, excepta Priorali sede, vacuum ijsdem dimittat, ad tradita per *Felin. in rubr. de maior. & obed. sub num. 8.* & conferunt notata per *Vitalin. in Clemen. si summus, num. 34. & seq. de sent. excomm.* Ratio-

8 ne enim subiectæ † materiæ & qualitatis personarum dicitur etiam æqualitas seruari, licet vnus honoretur magis quàm alter ex aliqua ratione, vel circunstantia ad *text. in l. 3. §. Præses, vbi glos. in 5. discrimine, ff. de muner. & honor.*

Pauli Rubei. Decis.

Hisq. conformem fuisse mẽtem Iudicis, qui dictum mãdatum de manutenendo concessit, satis etiam colligitur ex eo, dum idem mandatum loquens de Ecclesia Sanctæ Mariæ, eunte ad Ecclesiam Sancti Saluatoris, postquam iubet, vt honorificè recipiatur, expressè addidit etiã, vt latus dexterum eidem assignaretur: signum euidens, quòd sub simplici honorifica receptione ex mente Iudicis non contine-

9 batur † præcisè latus dexterum, cùm de vtroquè discretiuè loquutus fuerit, *l. hæc verba ff. de verb. signif. Seraph. decis. 674. num. 3.* qui loquitur in his terminis.

Secundò id deducebant Domini ex verbis etiam specialibus eiusdem mandati: in quo postquàm vtriusquè Capituli ad vtramquè Ecclesiam mutuus accessus, necnon in ipsarum qualibet functiones recensentur, tandem disponitur: Quòd in prędictis Ecclesijs, tàm in Choro scilicet quàm extra, Prior & Capitulum Sancti Saluatoris teneantur dare manum dexteram, seù Chorum dexterum Priori, & Capitulo de Pilari. Ex his enim verbis clarè patet, idem mandatum expressam continere præcedẽtiam Prioris Beatæ Mariæ in propria etiam Ecclesia: cùm de vtraquè generaliter, & indistinctè loquatur ex iuribus supra allegatis: & consequenter tantò euidentius excludi interpretationem illam, quòd honorifica receptio superius ponderata importet cõcessionem manus dexteræ. Ne dicamus mandatum quod prius in vtraque Ecclesia indistinctè concedit præcedentiã Priori Beatæ Mariæ, continere repugnantiam: si respectu Metropolitanorum, iniungendo postea Priori & Capitulo

10 de Pilari honorificam receptionem, † eàmdem manum dexteram ipsimet Priori incontinenti auferret. contra *reg. tex. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. cap. inter dilectos, de fid. instrumen. Bart. in l fin. § item quæsitum. ff. de cond. & demonstr.* cum alijs per *Aym. cons. 70. nu. 5.*

Tertiò hanc ipsam interpretationem Domini etiam eli-

11 ciebant ex obseruantia, † quæ ad eamdem interpretationẽ plurimùm confert, *Honded. cons. 13. num. 35. & cons. 89. num. 46. lib. 2.* quando etiam verba essent dubia, *Rot. decis. 256. in fin. par. 2. diuers. Mantic. decis. 296 num. 6.* Ac præcipuè in casu isto, in quo cùm ad exequutionem eiusdem mandati Metropolitani compulsi fuerint per censuras, ea-

12 dem obseruantia tanto † minus præsumitur excessiua, sed restricta ad limites ipsius mandati, vt ad propositum, considerat *Rot. decis. 45. sub num. 11. de appell. in nou.* & apud *Seraph. decis. 1189. num. 1. & 2.* Maximè cùm non solùm

13 in huiusmodi † summarijssimis possessorijs retinendæ detur manutentio ad limites possessionis, *vulg. § retinendæ inst. de interd.* & ad terminos status, *Ruin. cons. 155. num. 5. lib. 4. Rota decis. 4 nu. 2. & 3. de delat. in nouis. & decis. 522.*

14 *num. 2. & 3. par. 1. diuers.* sed versemur etiam in † materia præeminentiarum, in qua plurimùm defertur consuetudini, *Bald. in cap. cum olim in 1. not. de consuet.* qui loquitur in puncto circa locum sedendi, *Ruin. cons. 19. nu. 6. lib. 1. Cassan. in Cathal. glor. mund. par. 4. consid 37. ver. de his dignitatibus*, vbi in his terminis loquitur de præcedentia inter dignitates inferiores, *Rota decis. 4. num. 2. ad fin. de elect. in nou. Seraph. decis. 964. num. 1 & 2.* & ponderatum *fuit in Colonieñ præcedẽtiæ 9. Iunij 1627. corã R. P. D. meo Vbaldo.*

Obseruantiam verò satis concludere videbantur quàmplurimi testes, qui dantur in Summario prò Ecclesia Beatæ Mariæ à *num. 3.* vsquè ad *6.* ritè deponentes de ista quasi possessione Prioris sedendi in prima Sede Chori dexteri, qui Capitulo, & Canonicis Sancti Saluatoris assignatur. Quos inter, primus deponit de annis septuaginta, itaut percutiat annum decreti manutentionis immediatè præcedentem, & sic concludit obseruantiam anteriorem, ad cuius limites præsumendum est concessam

15 fuisse manutentionem ex deductis. Quàmuis enim sit † vnicus, sufficit tamen in his, quæ manutentionem respiciunt, *Rot. decis. 196. par. 1. diuers. & decis. 624. num. 5. & 1326. nu. 1. apud Seraph.* Præsertim verò cùm per alios testes abundè adminiculetur. Nam ex octo testibus de visu, qui dantur in eodem summario Beatæ Mariæ sub numero 3. alius percutit annum 1561. duo verò annum 1566. & 1567. quo Capitulum Sancti Saluatoris compulsum fuit ad paritionem huius mandati Rotalis sub cen-

suris,

suris, ac pœna ducat. 10000. & post præstitam obedientiam ab iisdem censuris absolutum, Reliqui autem quatuor deponunt de annis 1571. 1576. 1581. & 1583. Cum quibus concordant alij septem, qui pariter dantur sub num. 4. de auditu, voce, & fama publica deponentes, Necnon alij 11. sub num 5. ad perpetuam rei memoriam recepti, qui immemorabilem cum suis qualitatibus concludunt, Ac denique alij octo aduersus depositiones trium testium Sancti Saluatoris examinati: qui de visu, voceq; & fama publica testantur.

Ad cuius obseruantiæ robur multum etiam conferre arbitrabantur Domini confessionem ipsiusmet Decani Sancti Saluatoris, pleno & non contradicente Capitulo, declarantis; Decanum semper sedisse in prima Sede Chori sini-
16 stri in vtraque Ecclesia. Quæ † quidem confessio, vt patet, adminiculata probat etiam in præiudicium Ecclesiæ, *Mantic. decis. 39. num. 1.* cum alijs per *Adden. ad san. me. Greg.*
17 *decis.* 375. *num.* 11. Præsertim in casu isto, † in quo confessio prædicta concernit actum gestum à confitente, *glos. in c. vlt. in fin. vbi Abb num.* 44. *vers. ego soluendo, de præsumpt. Tiraq. in tract. lignag.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 48. & notant *Adden. ad dict. decis.* 375. *sanct. mem. Greg loco citato.*

Non obstant testes Metropolitanæ in contrarium ponderati in decisionibus, quæ reuidentur. Quia ex declarationibus per eosdem nouiter factis reducuntur ad concordiã;
18 vel † in omnem euentum eliduntur à contrarijs testibus, numero maioribus, ad tradita per *Gabr. de testib. conclus.* 4. *num.* 50.

Non obstat assistentia iuris communis fundata in præsenti statu Cathedralitatis, quo quingentis abhinc, & amplius annis gaudet Ecclesia Metropolitana Sancti Saluatoris. Quia cum iam fuerit resolutum constare Ecclesiam B. Mariæ fuisse antiquitus Cathedralem: potest hodie dubitari: An Ecclesia Metropolitana possit in hoc vti assistentia iuris communis contra præfatam Ecclesiam Beatæ Mariæ, quæ videtur retinuisse iura antiquæ Cathedralitatis, vt latè deductum fuit in decisione coram me facta sub die prima Martij, anni præteriti. Vel saltem cùm vtrùmque
19 † Capitulum dicatur conuenire ad faciendum vnum Corpus, assistentia iuris remanet valdè turbida, *Cassaneus vbi supra consider.* 32. *per totam,* & aduertit *Rota in dicta Colonien præcadentiæ 9. Iunij* 1627. *coram R. P. D. meo Vbaldo.* Aut in omnem euentum id respicit petitorium: prout etiam sententia Sancij de anno 1221. laudum Alphonsi de anno 1513. & Concordia Ferdinandi de anno 1539. Quæ vlterius loquuntur solùm de Canonicis, & Capitulo, non autem de Priore, &c.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

* Sunt decisiones 57. & 111. supra par. 5. recent.

R. P. D. GHISILERIO.

Cesaraugustana Vicariæ.

Die Veneris 14. *Februarij* 1631.

ARGVMENTVM.

Vnio, qualiter sufficienter possit probari, Ecclesia Parochialis, si vniatur cum alia Ecclesia, quando prouidenda est de Rectore, non est locus concursui, sed Prælatus Ecclesiæ vnitæ debet nominare, & instituere d. Rectorem absquè alio concursu.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica indubitanter faciunt probationem probatam, & manifestam.*

2 *Vnio ipsa sufficienter probatur ex enunciatiuis antiquissimis vltra centum annos.*

3 *Vnio sufficienter probatur per assertiones eorum, qui habent vniendi potestatem cum posessione subsecuta.*

4 *Vnio probari potest ex collationibus, & institutionibus factis ab eo, cui beneficium fuit vnitum.*

5 *Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

6 *Beneficij vltimus status, ex quo doceatur. & num.* 7.

8 *Ecclesia, quod sit vnita ex quo bene deducatur. & n.* 9.

10 *De Vnionis validitate non est dubitandum, si constet de potestate Vnientis, & de causa legitima.*

11 *Vnio, quod emanauerit ob iustam, & rationabilem causam, ex quibus appareat.*

12 *In Vicarijs vnitis, licet adsit cura animarum actualis, non exigitur concursus, sed Vicarij perpetui deputandi sunt ad electionem, & nominationem eorum, quorum Ecclesijs sunt factæ Vniones. & num.* 15.

13 *Constitutio aliqua omnino debet seruari, si contineat decretum irritans, cum clausula sublata.*

14 *Ecclesia vnita omninò suppressa remanet, & efficitur prædium Ecclesiæ, cum qua est vnita.*

16 *Obseruantia erronea veritati non potest præiudicare.*

17 *Constitutio aliqua, si habeat irritans decretum valens est, nedum inficere titulum, sed etiam ipsam possessionem.*

18 *Error non potest constituere in quasi possessione aliquem ad aliquid faciendum.*

DECISIO XVI.

PRÆTENDENTE Archiepiscopo Cæsaraugustano Ecclesiam Parrochialem loci de Carinena esse prouiden. per concursum, ad sui fauorem reportauit ad sententiam à Vicario Generali, quàmuis de anno 1277. per quon. Petrum Episcopum Cæsaraugustanum fuerit vnita Prioratui eiusdem Ecclesiæ de consensu illius tunc Rectoris, & Capituli, quam deinde confirmauit anno 1289. Hugo Episcopus successor, & quatenus opus esset de nouo fuit vnita similiter cum consensu, de quo supra; Interposita verò appellatione à dicta sententia per Decanum suffectum Prioris cum dubitassem, An constaret de vnione, itaut Parrochialis esset prouidenda ad nominationem Decani, & non per concursum; DD. ad fauorem Decani informantis responderunt: Quia ex Instrumẽto publico rogato de anno 1277. quod datur in Summ. Decani num. 1. clarè constat Parrochialem de qua agitur fuisse ex causa permutationis, vnitam Dignitati Prioratus, dictamq; vnionem fuisse postea confirmatam de consensu Prioris, & Capituli ex alio Instru-
1 mento rogato de anno 1289. in eodem Sum. num. 2. quæ † indubitanter faciunt probationem probatam, & manifestã. *Bald. in l. quoties, in fin. C. de iudic. Becc. cons.* 36. *num.* 2. *Rol. cons.* 9. *num.* 26 *lib.* 1. *Caputaq. decis.* 421. *nu.* 1. *par.* 2. *& fuit dictum in Terracinen dotis* 1. *Decemb.* 1614. *coram Eminentiss. Cardin. Verospio, & in Bonon pecuniaria* 3. *Aprilis* 1615. *coram bo. me. Vbaldo. Rota in Barchinonen Vicaria* 9. *Februarij* 1624. *coram R. P. D. meo Merlino,* & licet dicta Instrumenta continerent simplices enunciatiuas, ex illis ta-
2 men vti antiquissimis longè vltra centum † annos vnio ipsa sufficienter probatur, *Caputaq. decis.* 344. *num.* 2. *par.* 3. *Put. decis.* 209 *num.* 1. *lib.* 2. *Seraphin. decis.* 626. *num.* 2. *&* 1272. *in prin. Rota decis.* 724. *num.* 3. *par.* 2. *recent. bo. mem. Card. Caualer. decis.* 599. *Rota coram R. P. D. meo Merlino in allegata Barchinonen Vicariæ.* Et huiusmodi assertiones
3 præsertim factæ ab ijs, qui habebant vniendi facultatem † cum possessione subsecuta sufficienter vnionem probant, *Mantic. decis.* 355. *num.* 6. *&* 359. *num.* 7. Comprobatur etiam prædicta vnio nedum ex duabus sententijs latis in partibus super illius canonizatione de anno 1581. &

1616.

1616. vt in Summ.num.5.&7. Verum etiam ex longissi-
4 ma temporis obseruantia † desumpta ex collationibus, & institutionibus factis ad nominationem Decani. Et quod plus est, bene probatur vltimus status, cum Ecclesia, de qua agitur vacauerit per obitum Francisci Alcagna, qui fuerat
5 institutus ad præsentationem Decani, Sum.num.8. † qui est attendendus secundum *tex. in cap. consultationibus. de iu-*
6 *repatr.* quod † autem sit vltimus status, constat ex duabus sententijs latis ad fauorem Decani anno 1581. Sum.num.5.
7 & 1616. num.7. & ex † prouisionibus eiusdem effectuatis, vt ex Sum.num.6.& 8.

Concurrunt etiam testes examinati inter Archiepiscopum, & Priorem de anno 1581. deponentes dictum Priorem esse Dominum, & patronum dictæ Ecclesiæ de Carinena, & præcipuè omnes illius fructus, & decimas, ex quibus certam panis, & vini quantitatem assignat Vicario eius-
8 dem Ecclesiæ, Sum num.9. signum † euidens quod Ecclesia sit vnita Prioratui, *Card. in clem. 1. num.7. quæst.15. vbi Imol. num. 23. de iurepatr. Crensent. decis.2. de decim. Mohed. decis.5. eod tit. Rot. recent decis.626. num.3. par. 1.* &
9 cum † in visitatione dictæ Ecclesiæ Decanus soluat Archiepiscopo lib.32. Sum.num. 10. bene intrat præsumptio quod dicta Ecclesia sit vnita Decanatui, *Rota decis.724. num.3. par.2. recent.*

De validitate autem dictæ vnionis non est dubitan-
10 dum, cum pro ea concurrant † potestas Episcopi vnientis, *cap. sicut vnire. de excess. Prelat.* & causa legitima scilicet in recompensam aliarum Ecclesiarum ab ipso Prioratu dismembratarum, ex qua dismembratione redditus Deca-
11 ni remanserant valdè tenues, & exiles, & sic apparet, † vnionem ipsam ob iustam, & rationabilem causam emanasse, *cap. cum inferior. de maior. & obed. in fin. Rota in d. Barchinonen.*

Constito igitur de vnione valida prouisio istius Ecclesiæ non debet fieri per concursum, sed ad electionem, & nominationem Decani cum approbatione ordinarij, *iuxta Constit. san. me. Pij Quinti in ord.* 47. §. 4. quæ non exigit
12 concursum in his Vicarijs, licet habeant † curam actualem animarum, sed mandat Vicarios huiusmodi perpetuos deputari ad electionem, & nominationem illorum, quorum Ecclesijs factæ sunt vniones, cum approbatione tamen Ordinarij, & pretio examine, & cum ea sit posterior per 4. annos Sac. Conc. Trid. vt notat *Gonz. super reg. 8. glos.5. §. 4. num.53.* debet omnino seruari, maximè cum contineat de-
13 cretum † irritans cum clausula sublata, cum enim Ecclesia
14 vnita omninò suppressa remaneat, & efficiatur † Prædium illius Ecclesiæ, & Prælatus est etiam Rector, & Prælatus Ecclesiæ vnitæ, ad cuius nominationem, seu præsentatio-
15 nem deputari, † & institui debet Vicarius absquè alio concursu, *Rota decis.102. num.1. par. 1. & decis. 579. numer.4. & decis.710. num.2. par.2. recen. Rota in Dertusen Vicariæ 28. Nouemb. 1616. coram bo. me. Vbaldo, & in Barchinonen Vicariæ 9. Decembris 1616. coram bo me. Buratto, in Dertusen Vicariæ 22. Aprilis 1624. alleg. Barchinonen Beneficij 9. Februarij 1624. confirmata 19. Maij eiusdem anni coram R.P.D. meo Merlino, & ita censuit Sacra Congregatio, vt in pluribus declarationibus relatis à Garz. de benef. par.9 cap.2. num.294. & seqq.*

Nec obstare visæ fuerunt aliquæ collationes factæ per concursum ad nominationem Decani, quia tales collationes manifestè deteguntur erroneæ, cum non constet de tali
16 Iurepat. Sed de simplici vnione facta Prioratui, † & sic nō potest desumi aliqua obseruantia, quæ veritati rei præiudicare possit, *Crescent. decis.4. in fin. de priuil. Rot. decis.710. num.6. par.1. recent. bo. me. Card. Cauaier. decis.589. num.5. & 599. num.7.* Ex quo prouisiones sunt faciendæ ad formā Constitutionis Pij V. quæ cum contineat decretum irritans,
17 † inficit nedum titulum, sed etiam possessionem, *cap. si eo tempore, de elect. in 6. Gabr. tit. de restit. spol. conclus.5. num. 94. Caputaq. decis.325. num.2. par.1. & 345. num.2. par. 3. Bellamer. decis.355. Rota decis.3. per tot. de restit. spol. in nouis. & decis.17. num.2. eod. tit. in antiq. & decis.613. num. 7. par.2. rec.* Quare non potuit hic error cōstituere Episcopum in legitima possessione conferendi Vicariam prædictā
18 † per concursum liberè, & sine nominatione Decani suffecti Priori gaudentis priuilegio nominandi, *vt fuit resolutum in allegatis Dertusen, & Barchinonen coram R.P.D. meo Merlino.* Et ita &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Simulationis Contractus.

Die Veneris 14. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Contractus, quando dicatur simulatus, Pactum de retrouendendo, quando minuat valorem rei venditæ in tertia parte, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Periti æstimatio non releuat, si sit facta à Perito electo à parte, absquè decreto Iudicis, & citatione partis.*
2 *Soluisse non dicitur is, qui ita soluit, vt statim recuperet, absquè eo, quod venditori commodum obueniat.*
3 *Contractus dicitur simulatus, stante paucitate pretij, & pactum de retrouendendo.*
4 *Pactum de retrouendendo minuit valorem rei venditæ in tertia parte.*
5 *Pactum de retrouendendo minuit valorem rei venditæ in tertia parte, quando est perpetuum, & liberum quandocunquè ad libitum venditoris.*
6 *Pactum de retrouendendo temporale, minuit etiam valorem rei in tertia parte, habita ratione temporis.*
7 *Pactum de retrouendendo temporale, non minuit valorem rei in tertia parte, quando est limitatum in damnum venditoris.*
8 *Pactum redimendi, est onus imponens seruitutem rei, Et facit eā minus valere, quā si libera vendita esset. n. 8.*
9 *In pacto de retrouendendo, pro tempore, quo res vendita non potest redimi, nullū potest considerari onus, & cōsequenter nulla potest fieri diminutio veri valoris.*
10 *Simulatio detegitur stantibus pactis insolitis, contra naturam contractus, & num. 11.*

DECISIO XVII.

In alia decisione emanata coram me in hac causa sub die 1. Iulij præteriti * firmarunt Domini Contractum venditionis Domus, initum inter D. Bartholomæum Quadriū, & Claudium Maonem esse rescinden. ex capite iniustitiæ pretij hodie repropostia causa super ijsdem, Domini steterunt in decisis, & dixerunt constare de Simulatione.

Nam quò ad iniustitiam pretij in alia decisione firmatam mouebātur Domini ex ijsdem fundamentis Decisionis, & præcipuè ex eo quod cum dicta domus esset vendita pretio scutorum 1300. illiusq. verus valor ascenderet ad scuta 3000. excessus apparebat nedùm vltrà tertiam partem à statuto requisitam pro rescissione contractus: verum etiam vltrà medietatem.

Non obstat, quod domus fuerit à Perito æstimata valoris scutorum 950. Quia vltra quod in dicta æstimatione non comprehenduntur fundamenta, Cella vinaria, Grutta, & Tabulata, quæ si æstimata essent, absquè dubio pretium au-
1 gerent. Respondetur etiam dictam æstimationem † non releuare, quia fuit facta à Perito electo à Quadrio absquè decreto Iudicis, & citatione partis, *Bart. in l. Theopompus, num.9. vers. quandoquè statur, ff de dot. prælegat. Rota decis.554. num.1. par.2. recent.*

Et dato etiam quod dicta æstimatio releuaret, adhuc tamen iniustitia pretij vltrà medietatem euitari non po-

test, quia ex pacto inito in dicto instrumento venditionis, ibi, *Alia verò scuta ducenta similia dictus Claudius teneatur, prout promisit, exponere in reducendo ad vsum habitabilem supradictam domum,&c. & altri scudi 840. per resto delli detti scudi 1300. per prezzo di detta casa il detto Bartolomeo compratore s'obliga hauerli depositati per tutto il mese di Luglio prossimo, li quali detto Claudio venditore sia obligato spenderli per la fabrica di detta casa come sopra venduta, & che detto denaro depositato come sopra per far le dette fabriche, si paghi per mandato dell'vno, & dell'altro alli muratori, & altri artisti, che faranno lauori in detta fabrica.* Clarè patet domum fuisse venditam solum pro scutis 260. quia reliqua scuta 1040. cùm in executionem dicti pacti fuerint erogata in vtilitatem rei
2 venditæ non possunt dici soluta pro pretio illius, † cùm non dicatur soluisse, qui ita soluit, vt statim recuperet absque eo quod venditori commodum obueniat, *l. qui sic soluit, 55. ff. de sol. Rimin. Sen. cons. 407. num. 7. lib. 3. Honded. cons. 35. num. 14. & seq. lib. 2. Neuiz. cons. 50. num. 47.*

Quò verò ad Simulationem ex eo Domini eam deducebant, Quia vltrà iniustitiam dicti pretij concurrit etiam
3 pactum de retrouendendo. Quæ duo † simul iuncta reddunt contractum simulatum, *Cagnol. in l. 2. num. 50 de pact. inter empt. & vendit. Aym. cons. 156. num. 7. Roland. cons. 40. num. 21. & seq lib. 2.* & hanc opinionem sequuta fuit *Rota decis. 99. num. 1. post secundum vol. cons. Farinac. & in Romana Simulationis contractus 24. Februarij 1620. coram bo. mem. Remboldo.*

4 Neque obstat quod pactum † de retrouẽdendo minuat valorem rei venditæ in tertia parte, & propterea pactum prædictum potiùs deseruire debeat pro minuenda iniustitia pretij, vt supra firmata, quàm pro inducenda simulatione. Quia fuit responsum conclusionem procedere in pacto
5 perpetuo, † & libero de retrouendendo quandocumque ad libitum venditoris, quod solet minuere pretium in tertia parte, *Soc. cons. 13. nu. 55. in fin. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 20. Rolan. cons. 96. num. 40. lib. 2. Ioseph. Ludou. decis. 97. num. 4. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 20. num. 41. Rota decis. 746. num. 5. vers. ita quod, par. 4. diuers.*
6 Vel etiam in pacto temporali, † quod pariter minuit valorem, non in tertia parte, prout minuit pactum perpetuum, sed habita ratione temporis, prout alias fuit decisum in Romana Domus de Mentegatijs, *Ven. 29. Nouembris 1591. coram Orano.* Secus verò quando pactum de retro-
7 uendendo est † limitatum in damnum venditoris, vt scilicet ipse non possit redimere, nisi elapso tanto tempore, prout in præsenti casu, quia tùnc pro tẽpore, quo redimi nequit, pactum nihil minuit de vero valore; & ratio est, quia pa-
8 ctum † redimẽdi est onus imponens seruitutem rei, & facit eam minùs valere, quàm si libera vendita esset, *Rip. in l. 1. §.*
9 *si hæres, num. 26. ad Trebell.* Et propterea pro tempore, † quo res vendita non potest redimi, nullũ potest considerari onus; & cõsequẽter nulla potest fieri diminutio veri valoris, *Burg. in repet. cap. ad nostram, num. 45. vers. pono exemplũ, de empt. & vend. Tiraq. de retract. conuen. in præfat. n. 26. Rota in d. Romana de Mentegatijs coram Orano.*
10 Vlteriùs stantibus his, & † alijs pactis etiam contra naturam emptionis in instrumento contẽtis, nempe quod Claudius venditor teneatur in dicta domo facere omnes expẽsas, & non possit illam redimere, nisi post certum tempus, ac etiã in casu redemptionis teneatur D. Bartholomæo pro annua pensione scutorum 70. locare dictam domum; quæ est solita locari scutis 150. annuis, & alijs de quibus in in-
11 strumento, multò magis † detegitur simulatio & apparet dictum Bartholomeum fictum emptorem animũ habuisse simpliciter lucrandi vsumfructum domus illius temporis, & per quemcunque modum illum consequi voluisse, *Abb. in dicto cap. ad nostram, num. 10. de empt. & vend. Aym. cons. 156. num. 5. Rota in d. Romana simulationis contractus coram bo. mem. Remboldo.*

Et ita vtraque &c.

* Vide hanc decisionem infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. QVEIPO.

Taruisina Feudi.

Die Veneris 14. Febraruarij 1631.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur, quando articuli omnes sunt irreleuantes, prout etiam denegatur in alijs casibus, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Probationum copia non est restringenda.*
Remissoria conceditur stante releuantia vnius articuli num. 1.
2 *Vir nihil interest an sit malæ famæ, si petat extractionem iurium, cum hoc totũ pendeat à fide prothocolli.*
3 *Notarius, an quis sit, probatur ex matricula Notariorũ.*
4 *Remissoriam Rota solet denegare, in materia, quæ sapit delictum.*
5 *Remissoria denegatur, quando aliquid potest probari per scripturas, & num. 6. & num. 16.*
7 *Scripturæ existentia probatur ex assertione Notarij, qui illam extraxit.*
8 *Scriptura, in qua continetur aliqua enunciatiua, si sit ad litem accidentalis, & incidenter deducta, non requirit exactam probationem.*
9 *Remissoria denegatur, quando probatio fieri potest per attestationem officialium.*
10 *Remissoria non conceditur, ad probandum quod aliquid ita fuit decisum in Rota, cum hoc probari possit per exhibitionem Decisionum Rotalium.*
11 *Probatio, si respiciat tempus, quod hominum memoria existere non potest, est improbabilis.*
Factum excedens centum annos, improbabile est per testes num. 11.
12 *Fama debet habere originem à personis fide dignis.*
13 *Fama affirmatiua, vel præualet negatiuæ, vel illam conquassat.*
14 *Remissoria non conceditur ad probandum id, quod postquam fuit probatum, non releuat.*
15 *Remissoria denegatur ad probandum, id quod per historias, vel similia documenta probari potest.*

DECISIO XVIII.

CVM super successione feudi de Rustica de anno 1259. ab Episcopo Taruisino Guercio seniori concessi, lis verteretur, & ad fauorem fẽminarum per tres sententias Rotales, ac exequutioni demandatas, esset terminata, restitutio in integrum, pro parte masculorum fuit petita, & ad illam obtinendam pro eorum parte producta fuit quædam scriptura feudalis, ab eodem Episcopo de anno 1343. facta ad fauorem cuiusdam Frigerini de Capite vacca, in qua ènunciari videtur Henricum fuisse filium Guercij, & patrem Vberti, & Guercij in illis verbis, ibi iuxta formam qua inuestitus fuit q. Henricus filius q. D. Guercij de Vicoageris pater Vberti & Guercij. Causaque mihi commissa, vti subrogato Eminentiss. D. Card. Pamphilij, cum primò de eiusdem scripturę fide dubitatum esset, Rota sub die 11. Maij 1629. coram me respondit, eam esse in forma probãti, sed cum pro parte fœminarũ adhùc insisteretur super illius inualiditate, & ad hũc effectũ remissoria peteretur, exhibitis articulis in actis, hodie proposui dubium, An ea esset cõcedenda, quam Domini denegandam esse responderunt.

1 Et

1 Et quàmuis probationum † copia non sit restringenda *iux.reg.tex.in l.2.in fin. C. de hæretic.* ac propterea pro illius concessione vnius tantum articuli releuantia sufficiat ex deductis à *Rota in decis.677. nu.1. par.1. & decis. 661. num.4. par.2. recent. cum aliis coram san.me. Gregor.XV. decis.124. num.3.*

Nihilominus visum fuit DD. quod nullus ex articulis exhibitis sit releuans; nam primus, secundus, & tertius continentes, quod Canonicus de Magistris, qui extractionem petijt, esse suspectæ fidei, & quod Cancellarius, qui illam extraxit non esset Notarius, & priuatus officio ob delicta,
2 non videtur admittenda, quia quoad Canonicum quod † esset malæ famæ, nihil facit, quin possit petere pro se, & pro alio extractionem, cum totum pendeat ex veritate prothocolli, ex quo fuit facta extractio; & quoad Cancellarium, quod non esset Notarius, potest probari ex matri-
3 cula Notariorum, † & sic per scripturas, prout etiam probari potest, quod esset diffamatus, & condemnatus per exhibitionem processus, & sententiæ; ideoque dicendum est, quod vel sumus in materia obiectiua, vel quę potest probari per scripturam ex matricula Notariorum, quod Salamo-
4 nius non esset talis, & † in materia quæ sapit delictum. Rota non solet concedere remissoriam, vt testatur *Cassad. decis.4. de dilat. Caputaq. decis.60.62. & 63. par.3. Rota in recent. decis.503. num.4. par.2. & coram san.me. Greg. decis.414. num.* 10. prout nec pariter quando aliquid potest
5 † probari per scripturas *decis.589. num. 2. par. 2. & decis. 314. num. 1. par. 1. recent.* & coram *eodem san.me. Gregor. decis. 253. & ibi Add.* maximè dum bo.me. Cardinalis Valerius tunc Episcopus Patauinus attestatur de legalitate eiusdem Salamonij, & quatenus articulatur, quod pro prætenso crimine fuit iudicialiter condemnatus, probari potest
6 per exhibitionem actorum † criminalium, & sententiæ subsequutæ, & propterea remissoria non datur, vt testatur *Aegid. decis.9. num.1. Rota decis.46. de testib. in antiq. & decis.196. num.8 par.1. recent.*

Et ex proximè traditis excluditur releuantia quarti articuli super diligentijs factis pro indagatione libelli, ex quo prædicta scriptura asseritur extracta, cum possit ex
7 eisdem diligentijs iudicialiter factis, plenè constare, vltra † quod de illius existentia constat ex assertione Cancellarij, qui extraxit. *Seraphin decis. 1334. num. 3.* coadiuuata ex depositione moderni Cancellarij facta de anno 1629. deponendum extitisse d. prothocollum in Cancellaria, & quod fuerit visum per maritos, & procuratores fœminarum, ac ostensum illorum Aduocatis, vt in regist. fol. 432.

Quintus verò articulus super eo, quod in factoria Episcopali non reperitur scriptura facta ad fauorem dicti Frigerini de Capite vacca, quàmuis eiusdem Episcopi Ildebrandini illius feudi authoris, & aliæ plures feudales scripturæ existant, visum pariter fuit non releuare; nam cum in præsenti non agatur de illius feudi successione, nec ad eius probationem prædicta scriptura exhibeatur, sed ea partes dumtaxat vtantur propter enunciatiuam ibi expressam, quæ in qualibet scriptura authentica fieri potuit, atquè ità non est necessè, quod in factoria Episcopi Patauini reperiatur, aut conseruetur, præcipuè cum principaliter
8 agatur de ipsa enunciatiua: Scriptura † verò, in qua illa cōtinetur ad hanc litem est accidentalis, & incidenter deducitur, & propterea exactam probationem non requirit, *ex trad. à Bart. in l. si prius, num.16. Castr. num.5. Ias. n.36. ff. de nou oper. nunc. Rota decis.351. num.1. par.1. diuers.*

Sextus verò, & septimus articuli non videntur releuare, quia quatenus prætenditur probare, quod in factoria, & Cancellaria Episcopali Patauina nūquàm fuerit habita notitia libri, seu prothocolli ex quo fuit extracta scriptura à
9 Salamonio, non eget remissoria, cum hæc probatio fieri † possit per attestationes officialium d. Cancellariæ, quo casu Rota remissoria non concedit ex suprà deductis, quatenus verò prætenditur probare per Rotam coram bo.me. Remboldo fuisse resolutum super infirmitate huius scripturæ, re-
10 missoria concedi non debet, † cum possit probari per exhibitionem Decisionum Rotalium.

Octauus verò continens famam publicam scilicet Henricum fratrem Vberti fuisse, & dictum Guercium nullos habuisse filios, cum respiciat tempus, cuius hominum me-
11 moria existere non potest † est improbabilis *iux. reg. text. in l fin. C. de sacros. Eccles.* ex quo communiter deducitur factum excedens centum annos improbabile esse per testes: *ex trad. à Molin lib.2. de primog. cap.6 num. 61. vers. si verò, Io. Garz. de nobilit. glos.12. num 69. Adden. ad san. mem. Greg. decis.298. num.13.* & eo magis DD. remissoriā denegarunt non solum, quia non referuntur personæ fide
12 dignæ, à quibus hæc articulata † fama originem traxerit secundum *tex. in cap. licet ex quadam de testib.* Sed etiam contraria, & opposita fama extat probata, quæ tanquam af-
13 firmatiua, vel prævalet, vel † conquassat istam prætensam contrariam *ad trad. per glos. in l. diem proferre, §. si pluries in verb. consenserunt, ff. de arbitr. Gabr. de testib. conclu.4. Rota decis.167. num.24. & decis.335. num. 5. par.2. recent.*

Nonus verò, & vltimus quo articulatur, quod Guercius fuerit in armis celebris, & quod ex eius familia plures eodem nomine Guercij denominati extiterint, nihil releuat;
14 Ideoquè † remissoriam non meretur *iuxt. reg. text. in l. ad probationem, C. de probat. Cassad. decis.2. de dilat. Mohed. decis.169. san. me. Greg. decis.101. num. 3.* parùm enim conducit quod Guercius fuerit talis, & quod plures eodem nomine Guercij denominati fuerint cum difficultas versetur circa existentiam Henrici, & Guercij tempore superuiuentiæ de qua agitur; ad quod non se restringit iste articulus, & quàmuis etiam articularetur, de illo tempore adhuc
15 remissoria concedi nequit, † cum posset prouari ex historicis, & similibus documentis, ideoquè intrat regula, quod
16 remissoria non conceditur quoties † per scripturas probari potest. *Rota decis.589. n.2. par.2. recent.* cū alijs supra relatis.

Et ita pro denegatione remissoriæ vtraquè parte informante DD. resoluerunt.

R. P. D. MERLINO.

Mediolanē Decimarum.

Die Lunæ 17. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Papa, si alicui liberè cōcesserit decimas cuiusdam loci, & hoc fecerit in recompensationem laborum, & vt eum resarciret de expensis, & oneribus ab eo passis, ad effectum iura vsurpata alicuius Ecclesiæ recuperādi, si moriatur ante exactionem dictarum decimarum, an illæ spectent ad eius hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, quando sine dubio dicantur ad aliquem spectare iure dominij.*

2 *Verbum, liberè, importare solet dominium ab omni onere, seruitute, & conditione absolutum.*

Et omnimodam libertatem, ac dispositionem à quacunquè necessitatis obseruantia abstractam.

3 *Verbum, liberè, remouet omne impedimentum, & omne contradictionem.*

4 *Hæres censetur eadem cum defuncto persona, & succedit in omne ius illius.*

5 *Fructus beneficiorum inexacti pertinent ad successorem in Ecclesia.*

6 *Fructus beneficiorum inexacti non spectant ad hæredem defuncti.*

7 *Decimæ si sint concessæ alicui à Papa titulo oneroso, tunc in eis non intrat Bulla Iulij III. de qua hic, nec*

diſpoſitio iuris communis, nempè quod ſi illæ non fuerint exactæ in vita non tranſeant in hæredem.

8 *Ex titulo oneroſo, vel non, an aliquid ſit conceſſum, habenda eſt ratio originis, & cauſæ primordialis.*

Lucrum ab onere formatur, & deſcendit num. 8.

9 *Contractus, & pacti vigore ea, quæ ſpectant, eius effectus, tàm actiuè, quàm paſſiuè tranſit in hæredes.*

10 *Clericus poteſt fructus, qui non habent dependentiam à titulo beneficiorum tranſmittere ad hæredes, alias non.*

11 *Dominus abſolutus alicuius rei, ſi quis effectus fuerit tàm in vita, quàm in morte, meritò idem dominium cenſetur tranſlatum in hæredes.*

12 *Fructus Beneficiorum in ſtatu Mediolani, tàm in teſtamento, quàm ab inteſtato, tranſmittuntur in hæredes.*

13 *Decimæ conceſſæ alicui a Papa, quando dicantur acquiſita ex propria induſtria, & labore.*

14 *Fructus quæſiti à Clericis ex induſtria, & labore, & non ex beneficio, aut contemplatione Eccleſiæ percepti ad inſtar diſtributionum pertinent ad hæredes defuncti.*

15 *Et hoc ſiuè ſuccedant ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento, & non ad ſucceſſorem in beneficio.*

16 *Laici ſunt incapaces beneficiorum.*

17 *Decimarũ fructus benè poſſunt Laicis ex cauſa concedi.*

18 *Decimæ, ſi alicui fuerint debitæ ex titulo beneficij Eccleſiaſtici hoc caſu ad hæredes tranſmitti nequeunt, ſi ſint inexactæ.*

Laici non ſunt capaces decimarum, ſi proueniant ex titulo beneficij Eccleſiaſtici num. 18.

19 *Decimę non dicuntur debitę ex titulo beneficij Eccleſiaſtici, ſi quis eas habuit à Papa in recompenſationem laborum, & ſic ex titulo oneroſo.*

20 *Conceſſio perſonalis perſonam non egreditur, & ſic ad eius hęredem non tranſit.*

21 *Sed hoc non procedit, quando hęres non petit id quod eſt conceſſum iure proprio, ſed ex perſona defuncti tamquàm ipſimet debitum, quod facere non eſt prohibitum.*

DECISIO XIX.

CVM fel. rec. Clemens Octauus Ioanni Mariæ Plato Canonico bo. mem. della Scala Mediolaneñ tanquàm vindici, vel ſaltem intento vindicationi Iurium Eccleſiaſticorum, & præſertim iuris decimandi ſpecteñ ad Eccleſias Sancti Donati, & Sancti Iuliani, quod à diuerſis fuerat occupatum liberè conceſſiſſet, & aſſignaſſet decimas omnes tàm decurſas, & non ſolutas quàm etiam in poſterum eius vita durante decurreñ ad effectum, vt ſubleuaretur à ſumptibus, & expenſis occaſione recuperationis dicti iuris decimandi faciendi, idem Io. Maria poſt plures lites non ſine magno incommodo, & impendio ſuſceptas, inſtructas, & fauorabiliter peractas mediantibus reſolutionibus in Rota coram bo. me. Andrea, & Remboldo obtentis, quibus firmatum fuit decimas locorum Faini, & Tunici ſpectare ad Eccleſiam Sancti Iuliani de anno 1621. ſupremùm diem obijt, inſtituta hærede vniuerſali Angela Plata, quæ prætendente decimas in vita Canonici Plati decurſas, & non exactas ad ſe ſpectare, Rota ſuper hoc conſulta, & cauſa bis propoſita pro eadem tantum informante hodie reſpondit.

Viſum enim fuit non poſſe cõtrouerti quin decimæ huiuſmodi viuente Ioanne Maria decurſæ, ad eundem Ioan-
1 nem Mariam † iure dominij pertinerent, cum appareat ipſum non modicas ſoluiſſe impenſas, & damnum paſſum fuiſſe in ſuſtinenda lite pro tuendo, ſeù recuperando iure decimandi, vt ex deciſionibus emanatis coram bo. me. Andrea, & Remboldo in ſummario num. 3. & ſuper his expenſis emanauit etiam deciſio 25. Maij 1620. coram R. P. D. meo Pirouano, in quarum expenſarum compenſationem fel. rec. Clemens Octauus eidem indulſit, vt omnes prouentus decimarum decurſos, & quandiù ipſe vixerit decurrendos liberè poſſet percipere, & in proprios vſus, vtilitatemquè conuertere, vt in ſummario num. 1. Et proindè quemadmodùm Canonicus Platus Dominus erat abſolutus huiuſmodi obuentionum, & decimarum, ſtantibus ver-
2 bis illis, liberè poſſit percipere &c. † quod verbum liberè importare ſolet dominium ab omni onere, ſeruitute, & conditione abſolutum, & omnimodam libertatem, ac diſpoſitionem à quocunquè neceſſitatis obſeruãtia abſtractã, *Oldrad. conſ. 125. num. 10. Alex. conſ. 214. num. 3. lib. 6. Rol. conſ. 42. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Gabr. conſ. 99. num. 33. lib. 2.*
3 *Surd. conſ. 143. ſub num. 23.* remouetquè † omne impedimentum, & omnem contradictionem, *gloſ. in clem. dudum in verb. liberè de ſepult. Iaſ. in l. 1. num. 5. & 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. Surd. d. conſ. 143. num. 23. in princ.* Ita pari ratione, & eodem iuri dominij dicti prouentus ſpectare debent ad
4 Angelam hæredem † quæ cenſetur eadem cum defuncto perſona, & ſucceſſit in omne ius illius *§. 1. auth. de iure iur. l. hæres in omne, ff. de acquir. hæred. l. nihil aliud, ff. de reg. iur. Dec. conſ. 262. nu. 2. Surd. conſ. 146. n. 7. cum aliis.*

Non obſtat, quod iſtæ decimæ ad inſtar fructuum bene-
5 ficiorum, dum † non fuerunt exactæ pertineant ad ſucceſſorem in Eccleſia, non autem ad hæredes defuncti, tàm ex Conſtitutione Iulij III. per Sanctiſſimum D. N. ſub dat. quinta Aprilis 1628. confirmata, quàm ex iuris communis
6 † diſpoſitione ſecundũ opinionem, quam ſæpius ſequuta eſt *Rota, vt in deciſ. 761. nu. 1. par. 1. diuerſ. & apud Card. Seraphin. deciſ. 594. num. 5. & ſeq. & in nullius, ſeù Romana pecuniaria 4. Iunii, & 19. Nouembris 1599. coram bo. mem. Cardinali Blanchetto, & paſſim ſeruatur.*

Quoniam Domini putarunt motiuum non applicari, & caſum præſentem eſſe extra terminos Bullæ Iulij Tertij, &
7 Iuris communis, ſtante Indulto Clementis Octaui † quod aſſignauit Canonico Plato omnes decimas decurſas, & eius vita durante decurrendas intuitu litis, & expenſarum, quas fecit pro recuperatione iuris decimãdi, & ſic ex titulo oneroſo, ad quem dignoſcendum habenda eſt ratio originis,
8 & cauſæ primordialis, hoc eſt litis, † non autem eius, quod poſt inſequitur, nempè lucri, quod ab onere formatur, ac deſcendit, *l. Tutor datus, ff. de fideiuſſor. l. 1. C. de impen. lucr. deſcript. lib. 10. Crauett. conſ. 357. num. 4. & 5. Menoch. conſ. 540. num. 4.* & conſequenter decimæ ad Platum
9 ſpectabant iure quodam contractus, † & pacti, cuius effectus tàm actiuè, quàm paſſiuè procul dubio tranſit etiam in hæredes *l. veteris, C. de contrahend. & committ. ſtipul. Ruin. conſ. 72. num. 1. lib. 2. Surd. conſ. 221. num. 27.* & titulus eiuſdem Plati, quod perceptionem iſtarum decimarũ nullam habebat dependentiam à titulo Canonicatus, ſeù
10 beneficiorum, quæ † poſſidebat, adeout propterea tanquã vſuarius in morte non potuerit ad hæredes tranſmittere, prout in materia fructuum beneficiorum communiter põderant Doctores *in cap. 1. & ſeqq. de pecul. Cleric. & paſſim Rota admittit, vt apud Cardin. Seraphin. deciſ. 594. num. 7. & alibi*, ſed ex Indulto Clementis Octaui effectus erat verus, & abſolutus Dominus, tàm in vita, quàm in mor-
11 te, quod † idem dominium meritò tranſlatum cenſeri debet in eius hæredes.

Et in omnem caſum quatenus iſtas decimas metiri deberemus ad inſtar fructuum beneficiorum, adhuc videbatur debitas eſſe hæredibus Plati, tùm ex conſuetudine, quæ
12 viget in ſtatu Mediolani, † quod fructus beneficiorũ tàm in teſtamento, quàm ab inteſtato tranſmittãtur ad hæredes, quam conſuetudinem approbat, & præſeruat in verbis Bulla Iulij Tertij, & eam eſſe attendendam pluries cenſuit *Rota vt in Mediolaneñ fructuum. 9. Martii 1592. coram Orano, quæ eſt impreſſa penes Marcheſan. tom. 1. fol. 458. & in Papieñ fructuum. 21. Februarii 1624. coram bo. me. Remboldo, & corã Reuerendiſs. D. meo Decano deciſ. 376. num. 2. & in Brachareñ fructuum 3. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Pirouano*, & de hac conſuetudine in

Statu

Statu Mediolani *meminit Concilium Prouinciale Medio-*
lanen. vt testatur Garz. de benefic. par.2.cap.1.num. 103.
Tùm etiam ex eo, quia istæ decimæ videntur acquisitæ à
13 Plato, & propria industria, & labore, † quem impendit in
peragẽda lite contra decimarum vsurpatores, & ex Indul-
to Clementis VIII. non ex redditibus Ecclesiæ, fructus au-
14 tem industria, † & labore à Clericis quæsitos, & nõ ex be-
neficio, aut contemplatione Ecclesiæ perceptos ad instar
distributionum pertinere ad hæredes Clerici defuncti, siuè
15 ex testamento, siuè ab intestato † succedentes, & non ad
successorem in beneficio tradunt communiter *Doct. in ca-*
pit.1. de pecul. Cleric. Bald. in auth. licentiam, num.2. & 3.
*C. de Episc. & Cleric. Alex. consil.*116.*num.5.lib.7. Paris.*
consil.33.num.12.lib.4. Newiz. consil.93.num.18. & sequen.
Gig. consil.144.num.5. & seqq. Sarmient. de reddit. Eccles. p.
3.c.5.num.8. Nauar. eod. tract. q.1. monit.19.num.1. Monet.
de testib. par.3.q.3.num.7.
16 Non obstat, quod Laici sint incapaces † decimarum,
quoniam iuris decimandi, sed fructus decimarum, prout
17 prætenduntur ab hæredibus Plati benè † possunt Laicis ex
causa concedi; *Glos. in cap. quamuis, verb. concesserit de de-*
*cim. in antiq. & coram Cardinalis Seraphino decis.*1387.
num.2. cum alijs, & istæ decimæ non fuerunt debitæ Plato,
18 ex † titulo beneficii Ecclesiastici, quo casu nec ad hæredes
transmitti possent, nec Laici essent capaces illarum, sed ha-
19 buit à Papa in recompensationem, † & sic ex quodam
contractu vt expensas, & onera resarciret, & ita non obstat
obiectum.

Minus obstat, quod Indultum Clementis Octaui sit per-
20 sonale, & sic Canonici Plati personam egredi, & † ad hæ-
redes extendi non debeat; Quoniam hæredes non petunt
decimas iure proprio, sed ex persona Canonici, & tan-
21 quàm ipsimet debitas, † quod facere quidem non prohi-
bentur *iuxta tradita per Paris. d. consil.33.num.24.lib.4.*
cum alijs.

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Argentina Coadiutoriæ.

Die Veneris 21. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

In Coadiutoriæ gratia narrata, ex quibus benè dicantur iustificata, & præsertim, quando ad effectum eam impetrandi dicatur quod interuenerit consensus Capituli: Et reijciuntur nonnullæ exceptiones circa validitatem examinis testium &c.

SVMMARIVM.

1 *Papæ creditur, si attestetur de actu coram se gesto.*
2 *De Consensu habente vim resignationis, ex quibus constet.*
3 *Verba conditionalia non probant consensum.*
4 *Verba, quando stent causatiuè.*
5 *De Ecclesiæ præiudicio, quando agitur, & de actu voluntario requiritur consensus totius Capituli.*
6 *Notario, si attestetur, quod aliquid Capitulariter fuerit factum creditur.*
7 *Per Coadiutoriam prouidetur indemnitati Ecclesiæ, stãte infirmitate Prælati.*
8 *Pro Coadiutoria obtinenda, sufficit consensus duarum partium ex tribus Capituli. Quæ duæ partes constituunt maiorem, & saniorem partem.*
9 *De Ecclesiæ vtilitate, & necessitate, quando agitur, consensus Capituli, sufficit quod detur à maiori parte.*
10 *Capituli potestas residet penes totam vniuersitatem, seu eius maiorem partem.*
11 *Coadiutoria datur pro necessitate Ecclesiæ, & non personæ cui conceditur coadiutoria.*
12 *Consensus maioris partis Capituli sufficit, quando non versamur in actu voluntario, sed in necessario.*
13 *Narrata in gratia, quando omnia videantur correspectiuè facta, itaut gratia dicatur iustificata.*
14 *Consensus non probatur ex eo, quia quis nominatur pro Oratore in gratia.*
15 *Supplicatio, quando ab Oratore videatur porrecta.*
16 *Rescriptum verificatione non eget stantibus geminatis confessionibus, & in eo vtraque pars est supplicans.*
17 *Probatio semiplena sufficit in materia iustificationis narratorum.*
18 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
19 *Litteræ missiuæ plenè probant contra scribentem.*
20 *Beneficij valor, si sit taxatus in libris Cameræ non eget alia iustificatione.*
21 *Valoris beneficij expreßio, per taxam in libris Cameræ, sufficit, propter fidem quæ adhibetur dictis libris.*
22 *Ad narrata in gratia iustificanda, sufficit quælibet leuis probatio.*
23 *Citatio per affixionem non suffragatur, si fiat in loco, vbi adest procurator.*
24 *Testes examinati sine valida citatione, nullum gradum probationis faciunt.*
25 *Iudicis recusatio non attenditur, si tanquàm friuola, & calumniosa fuerit eiecta.*
26 *Iudicis recusatio non tenet, si tantum sit facta coram Notario, & testibus, & sine iuramento. quod omninò ad hoc est necessarium.*
27 *Et nec post prætensam recusationem fuit appellatum ab vlteriori processu.*
28 *Insinuatio recusationis Iudicis non habet vim appellationis coram Iudice interponendæ.*
29 *Appellationes debent interponi coram Iudice.*
30 *Procuratoris mandatum, si sit restrictum ad certum actum, extra illum non potest quicquam facere.*
31 *Citationis nimis generalis, & vagæ defectus suppletur, per aliàs citationes particulariter in actu factas.*
32 *Citatio personalis, si fuerit facta in iudicio contradictarum, tunc aliæ possunt omitti, & si fiant, id ex honestate, & vrbanitate fit.*
33 *Citatus per contradictas, quando quis est, si compareat eius procurator, ipse deinde est citandus in quolibet actu.*
34 *Sed hoc limita, si comparuit non vt citaretur, nequè cum mandato ad defendendum, sed ad insinuandam cedulam recusationis Iudicis, quo casu non requiritur alia citatio.*

DECISIO XX.

Eminentissimus Dominus Cardinalis à Lotharingia à san. mem. Gregorio XV. obtinuit se deputari Coadiutorem perpetuum cum futura successione Abbati Mauri Monasterij Argentin. Diœces. sed cum Abbas, & Monachi se opposuerint executioni litterarum Apostolicarum super il-

larum iustificatione contigit dubitari. Et à me proposito dubio. An gratia Coadiutoriæ sit iustificata, Domini eam censuerunt iustificatam, tàm ex consensu Abbatis, & Monachorum, quàm ex depositionibus testium, quæ coadiuuant probationem.

Cõsensus Abbatis & Monachorum benè probatur tàm ex supplicatione, quàm ex mandato procuræ ad consentien Coadiutoriæ, nam respectu supplicationis Cardinalis Coadiutoris Abbas Coadiutus, & Monasterium sunt Orato-
1 res in eadem supplicatione. De hoc attestatur Papa, † cui creditur cum attestetur de acto coram se gesto. *clem. 1. de probat. vbi glo. in verb. fecisse narramus Felin. in cap. cum à nobis de testib. Gabr. conclus. 2. num. 7. de probat.* Et in litteris Coadiutoriæ legũtur infrascripta verba. Expresso eiusdem Federici Abbatis, & dilectorum filiorum Conuentus, & Monachorum dicti Monasterij ad hoc accedente consensu, Apostolica auctoritate tenore præsentium cõstituimus,
2 & deputamus, &c. ex † quibus constat de consensu habente vim resignationis *glo. in verb. assensus cap. beneficium de regular. lib. 6.* Put. *decis. 429. lib. 1. & decis. 18. lib. 3. in correct. Caputaq. decis. 120. par. 1. bon. mem. Card. Caualer. decis. 561. num. 4. & seq.* Nec potest applicari quod supradicta verba stent conditionaliter, quatenus scilicet accedat
3 consensus, † ideoquè non probent consensum *l. pecuniam quam, ff. si cert. pet. cap. si pro te. de rescript. in 6.* Put. *decis. 269. & 282. lib. 3.* Quia stant causatiuè ex quo accessit con-
4 sensus, aliàs † litteræ non fuissent expeditæ. *Caputaq. d. decis. 120. & 203. par. 1. Put. d. decis. 429. num. 6. lib. 1. in correct.* & ideò intelliguntur de consensu iam præstito, & de conditione adimpleta.

Respectu mandati constat quoquè de consensu Abbatis, & Monasterii ad consentiendum Coadiutoriæ, & in mandato explicitè narrantur omnia quæ in litteris Coadiutoriæ continentur, & ex instrumento, quod datur in Summario apparet de consensu præstito per procuratorem specialiter constitutum. Nec releuat quod duo Monachi non interuenerint in Capitulo, cum tamen requiratur con-
5 sensus omnium, † nec sufficiat maior pars, cum agatur de præiudicio Ecclesiæ, & de actu voluntario *Paris. consil. 90. num. 15. vol. 4. Rota in Burgeñ. concordia 14. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quia de contrario apparet ex instrumento mandati quod datur in Summario, in quo Notarius attestatur illud fuisse capitulariter conces-
6 sum, † cui creditur de isto actu, ex traditis à *Gabr. conclus. 1. de fid. instrum.* Neque probatur quod Monachi qui modo contradicunt tunc temporis essent de Capitulo, & Conuẽtu, nec in litteris narratur quod omnium consensus interue-
7 nerit, sed quod Conuentus consensit, & cũ † per Coadiutoriã prouideatur indẽnitati Ecclesiæ, stãte infirmitate Prelati, & aliis causis in ea narratis quæ concernũt illius vtilitatẽ,
8 & necessitatem sufficit † pro illa consensus duarum partium ex tribus ipsius Capituli, quæ duæ partes constituunt maiorem, & saniorem partem ad *text. in cap. vnico de cler. ægrot. in 6. vbi gloss. in verbo duæ partes*, & sufficit quod
9 † datum fuerit à maiori parte Capituli, *cap. 1. & cap. fin. de his quæ fiunt à maior. par. Cap. Ioannes Andr. in cap. quod omnes num. 8. & seqq. de reg. iur. Mantic. decis. 86. num. 4. Rota in Pampilonen. de Sangallo 20. Februarij* 1576. *co-
10 ram Corduba*, Illius enim integra potestas † residet penes totam Vniuersitatem, sed eius maiorem partem. *Butr. in c. 3. num. 11. de iur. patr. Abb. consil. 57. num. 1. lib. 2. Rot. in Firmana Altaris 10. Iunij 1614. coram bon. mem. Vbaldo.* Et hæc tanto magis procedunt in actu necessario ob timorem dilapidationis bonorum Ecclesiæ, & Coadiutoria da-
11 tur pro necessitate Ecclesiæ, † & non personæ, cui conceditur Coadiutoria. *Rota in recent. decis. 570. num. 4. par. 1.* & propterea cum non versemur in actu voluntario, sed ne-
12 cessario, sufficit † mandatum ad consentiendum fuisse datum à maiori parte Capituli *d. cap. 1. & cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte Cap* cum aliis supra allegatis.

Quare cum in supplicatione tã D. Cardinalis, quàm Abbas sint nominati pro Oratore, & vterq; supplicauerit gra-
13 tia dicitur iustificata ex propria ipsius † Abbatis confessione, etiam quoad narrata per D. Cardinalem, cum omnia videantur correspectiuè facta ad *not. per Felin. in cap. pastoralis de rescrip. Put. decis. 511. in fin. lib. 2. in correct. Et fuit resolutum in Romana pensionis 25. Ianuarij 1627. coram Eminentiss. Cardinal. Virili.* Et licet consensus non probe-
14 tur ex eo tantùm, quod quis pro Oratore nominetur † in gratia, attamen cessat obiectum attestatione Papæ, ex verbis supra relatis, & ex mandato Abbatis, & Conuentus ad
15 supplicationem, & propterea supplicatio præsumitur † ab eo porrecta, prout tenuit *Rot. in recent. decis. 529. par. 1.* vbi latissimè. Et talis confessio comprobatur ex supradicto mãdato. Vnde stantibus geminatis confessionibus non indiget
16 † verificatione rescriptum, in quo vtraquè pars est supplicans. *Mohedan. decis. 331. Guidobon. decis. 141. Seraphin. decis. 709. num. 2. & 1017. num. 3. Rota in Salamantina pensionis 26. Maij 1593. apud Garziam de benefic. par. 1. cap. 1. num. 424.*

Præterea vltra dictum consensum datur etiam iustificatio gratiæ ex testibus examinatis à Domino Cardinali super eisdem causis, quæ fuerunt narratæ in gratia pro impetran-
17 da hæc Coadiutoria † cum tamen in materia iustificationis sufficeret semiplena probatio. *Aegid. 112. 114. & 675. Bisignett. decis. 6. de probat.*
18 Clericatus probatur ex litteris patentibus † Ordinarii, Summ. num. 3. *Seraphin. decis. 471. bo. mem. Cardinalis Caualerius decis. 483. num. 6. & decis. 572. num. 4.* ætas 13. annorum ex testibus super octauo articulo Summ. vbi supra. Qualitas, & descendentia D. Cardinalis, & si notoria, iustificatur tamen ex supradictis testibus, & litteris missiuis Ab-
19 batis de quibus in Summario num. 6. † quæ plenè probant contra scribentem *l. publia, §. fin. ff. deposit. leg. si aliquid per epistolam C. de donat. Bursat. consil. 253. num. 39. Bocr. decis. 282. num. 6 & 333. num. 9.* Quod Federicus de quo fit mentio in litteris tunc temporis, esset Abbas Monasterij controuersi vltra attestationem, de qua in mandatis procuræ, & litis sustentationem probatur ex testibus super primo articulo Summario num. 4. prout ætas ingrauescens 60. annorum infirmitas, & impotentia Abbatis ex iisdem testib. super 2. 3. & 4. Summ. num. 5. & ex litteris Abbatis Summa-
20 rio dicto num. 5. Valor † Monasterii cum sit taxatus in libris Cameræ non eget alia iustificatione. *Cassad. decis. 19. super regu.* & fides extracta ex dictis libris sufficit *Rota decis. 611. num. 2. par. 4. diuers.* Prout etiam valor aliorum beneficiorum quæ ipse D. Cardinali obtinebat concludenter
21 probatur, tàm per testes, quàm per taxa in † eisdem libris Cameræ, & sufficit expressio valoris per taxam propter fidem quæ adhibetur libro *san. mem. Gregorio XV. decis. 89. num. 6. & 490. nu. 2.* Expectatiua pro Ecclesia Tulleñ pensiones, & reseruatio fructuum Abbatiæ nuncupatæ de Bellocampo probatur ex litteris Apostolicis prouisionum de quibus in Summario num 9. & ex testibus 1. 2. 3. & 12.
22 super 10. 11. 12. 13. & 14. art. Summ. d. num. 9. qui † probant publicam vocem & famam, licet in hoc sufficiat quælibet leuis probatio. *Aegid. decis. 684. san. mem. Gregor. XV. decis. 78. num. 4.*

Non obstat nullitas examinis allegata pro Abbate ex eo, quod Iudex fuerit recusatus, vt suspectus tanquàm Vasallus Domini Cardinalis, & elegerit locum in quo residet Curia Serenissimi Ducis Lotharingiæ Fratris eiusdem D. Cardinalis, denegauerit copiam articulorum ad effectũ conficiendi Interrogatoria, & testes fuerint examinati sine
23 citatione procuratoris, † ac demum non potuerit suffragari citatio per affixionem, cum adesset procurator in loco *Caputaq. decis. 35. par. 3. Rota in recent. decis. 179. num. 1.
24 par. 1. & 486. num. 2 par. 2.* & propterea supradictos † testes nullum facere gradum probationis *cap. 2. de testibus, leg. si quando*, C. *eodem. Rota in recent. decis. 413. numer. 3. par. 2.*

Nam recusatio Iudicis remissorialis cessat, quia cum e-
25 tiam fuerit recusatus Auditor Rotæ, vt friuola, † & calumniosa fuit reiecta, eaquè non fuit facta coram Iudice remissoriali, sed tantùm coram Notario, & testibus, & sine
26 iuramento, † quod omninò est necessarium ad validitatem recusationis, *gloss. Bald. Angel. & alii in leg. acutissimi Cod. de iudic. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. recusa-*

cusationes num.8. de appellat. Rota decis.2. num.5. par.2. di-
27 uers. Nec post prætensam recusationem † fuit appellatum ab vlteriori processu Innocent. in cap. cum speciali num.6. de appellat. Achill. decis. 1. de except. Caputaq. decis.390. part.2. Rota in recent. decis.284. num 4. & coram bonæ memoriæ Cardinale Caualerio decis.348. nu.4. Nec facit quod recusatio fuerit eidem Iudici intimata per procuratorem
28 constitutum ad insinuañ, quia † insinuatio huiusmodi non habet vim appellationis coram Iudice interponendæ, nam
29 semper subsistit, quod non appellauit, sed appellatio † antea interposita insinuatur, & tamen debet interponi coram Iudice, l. omnem honorem, C. quand. prouoc. non est necesse, cap. vt debita de appellat. Nec subsistit quod Iudex remissorialis sit côterraneus, cum sit Incola Ciuitatis Meteñ. extra dominium Ducatus Lotharingiæ, & sit persona Ecclesiastica, ex quo in litteris remissorialibus fuit deputatus Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Saluatoris Meteñ, nec quod pro examine testium elegerit locum residentiæ Serenissimi Ducis Fratris D. Cardinalis, quia fuit deputatus pro loco examinis locus de Vico Diœc. Meteñ, & pro loco loci Conuentus Sancti Francisci Minorum de Obseruantia, vt in Summario additionali num.1. Prout non obstat quod processerit ad examen absquè eo quod dederit copiam articulorum, & dilationem pro confectione interrogatoriorum, quia cum is, qui comparuit coram eo, & petijt copiam articulorum, & terminum, haberet tantum mandatum procuræ restrictum ad insinuandam recusationem, cum clausula, & non aliàs, quæ operatur vt facultas eiusdem procura-
30 toris præcisè fuerit restricta ad actum insinuationis, † nec quicquàm amplius facere posset, benè potuit Iudex ad vlteriora procedere cap. eum qui. de dol. & contum. in 6. Cassador. decis.6. num.4. vt lit. pend. & cum Abbas, & Monachi fuerint legitimè citati citatione generali ad omnes actus, & ad constituendum procuratorem, & si videatur ni-
31 mis generalis, & † vaga, supplet tamen defectum citationis aliàs particulariter in quolibet actu requisitæ, l. si Prætor. ff. de iudic. Rota decis.8. de dol. & contum. in nou. & reliquæ citationes per affixionem fuerunt ex vrbanitate. Nam
32 citatio per contradictas sufficit, † cum à principio fuerint personaliter citati. Aegid. decis.310. Put. decis.391. in fin. lib. 1. Cassador. decis.6. num.1. vt lit. pend. sanct. mem. Gregorij XV. decis.430. num.1. vbi Adden. num.5. Nec facit quod
33 post dictam citationem comparuerit † procurator, qui post comparitionem huiusmodi debuit citari ad singulos actus. Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. super dicto crimine num.2. Quia non comparuit, vt citaretur, neque cum man-
34 dato ad defendendum, sed ad insinuandum † cedulam recusationis, quo casu non requiritur alia citatio, d. cap. eum qui de dol. & contum. tenuit Rota in Seguntina præcedentiæ prima Iulij 1615 coram bo. me. Patriarcha Manzan.

Vnde & ex consensu Abbatis, & Monachorum, & ex dispositione testium Domini gratiam Coadiutoriæ esse iustificatam resoluerunt vtraque parte, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Ianueñ Parochialis.

Die Veneris 21. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis, quando est Curata, deputatio Curati, ad quem spectet. Ecclesia quando præsumatur Regularis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Parochialis, quando est regularis, deputatio Curati spectat ad Monachos.*
2 *Restitutio in integrum non datur, quando non constat de læsione.*
3 *Ecclesia, si sit sita intra septa Monasterij præsumitur Regularis.*
4 *Ecclesia est pars integralis, & necessaria ad constituendum Monasterium.*
5 *Confirmatio, quid præsupponat.*
6 *Ecclesia, quando est concessa alicui cum omnibus suis pertinentijs, certum est, quod venit etiam cura animarum ipsi Ecclesiæ annexa.*
7 *Deputatio Vicarij ad nutum amouibilis est, actus pertinens ad habentem curam animarum.*
8 *In Ecclesia Regulari exercitium curæ animarum, quando est Parochiale, debet exerceri per Vicarium secularem.*
9 *Episcopus in Ecclesia Parochiali, nedum potest visitare Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum, & alia concernentia curam.*
Sed etiam corpus ipsius Ecclesiæ, & ordinare reparationes necessarias num. 9.
10 *Cap.1. de Capell. Monach. habet locum etiam in Ecclesijs Monialium.*
11 *Titulorum multiplicitas, quando admittatur, & nume. 12.*

DECISIO XXI.

Felicis recordationis Innocentius VIII. per suas litteras sub datum Romæ Kalendas Aprilis anni 1490. nec nô Alexander VI. per similes litteras sub datum Romæ 4 Nonas Septembris anni 1497. & per alias in forma Breuis sub die 10. Ianuarii 1494. ordinarunt Priori Nouariæ, & Vicario Episcopi Ianueñ cum clausula, quatenus Vos, vel alter vestrum, &c. Vt Monasteria Ianueñ ad clausuram reducerentur, Cumquè Monasterium Sanctæ Andreæ ordinis S. Benedicti clausura careret, & in eo adessent tâtum quinque moniales de anno 1509. 26. Ianuarij per dict. Priorem ad illud monasterium fuerunt translatæ moniales S. Margaritæ ordinis S. Augustini, vt viuerent tamen secundum regulam S. Benedicti, & die 27. eiusdem mensis Procuratori earundem monialium translatarum fuit tradita possessio non solum Monasterii, sed etiam Ecclesiæ ibi conducendo d. Antonium dictis nominibus ad altare maius Ecclesiæ dict. Monasterii S. Andreæ deosculando, seu deosculari faciendo dict. Altare, &c. & pannos dict. Altaris ab vtroquè eorum tangi, deosculari, & contractari faciendo, conducendo eundem ad ostium maius dictæ Ecclesiæ, ipsum ostium claudi, & aperiri faciendo, &c. Et fecit Inuentarium sacræ suppellectilis, nec non Chrismæ pro oleo sancto, & libro pro baptizandis, & omnia fuerunt consignata Antonio prædicto procuratorio nomine dd. monialium translatarum. Tandem die 16. Nouembris anni 1510. fel. record. Iulius II. indulsit dd. monialium S. Andreæ, vt viuere possent secundum regulam S. Augustini.

Stante hac serie facti 3. Aprilis superioris anni coram R. P. D. meo Durano fuit dubitatum. An dicta Ecclesia
1 S. Andreæ esset regularis ita † vt deputatio Curati spectaret ad moniales iuxta tex. in cap. 1. de Cappellis Monachorum, & affirmatiuè fuit resolutum, & inde lata sententia Rotalis, quæ transitum fecit in Iudicatum, vnde concessa remissoria Reuerendissimo D. Patriarchæ Archiepiscopo, illaq; reportata dubitaui An constaret de causis restitutionis in
2 integrum, & negatiuè per Dominos fuit resolutum cum † nulla adsit læsio, sine qua non datur restitutio c. 1. vbi Abb. num.2. de restit. in integrum Rot. decis.2. eodem tit. in nouis Seraphin. decis.634. num.1. Huiusmodi namque Ecclesia
3 cum sita sit intra septa Monasterij † præsumitur regularis argumento Text. in cap. fin. § præcipimus de stat. monach. & tex. in cap. cum beneficio de preben. in 6. eoque magis cum Monasterium nullam aliam habeat Ecclesiam ideoque ista
4 Ecclesia sit pars † integralis, & necessaria ad constituen. Monasterium ad tradita per Glo. in cap. 1. in verbo exemplo de pri-

de priuileg. in 6. Archid. in cap. nulla num. 1. 12. quæst. 1. Socin. in cap. recipimus num. 97. de priuileg. Rot. decis. 54. num. 11. par. 2. diuers. Nauarr. de regular. comment. 4. numero 44.

Et prædicta confirmantur ex duobus instrumentis de nouo repertis altero confecto 10. Ianuarij 1255. altero autem confecto de eodem anno 21. Februarij in quibus moniales concedunt certa loca ad fabricandum, & qui dicta loca receperunt fassi sunt esse de Parochia Monasterij, volentes, quod domus, quas debent ædificare sint de Parochia dict. Monasterij, & prima concessio fuit confirmata per Vicarium Archiep., secunda vero per ipsummet Archie-
5 piscopum, † qui proculdubio præfatas concessiones non confirmassent si Ecclesia secularis fuisset, non autem regularis ad tradita per *Rotam decis. 11. num. 1. versic. ratio de Iurepatronatus in nouis Gabr. cons. 192. num. 7. & cons. 198. num. 4. lib. 2. Rota decis. 413. num. 1. par. 1. & decis. 674. num. 3. par. 2. in recent.*

Cum igitur ex prædictis constet Ecclesiam esse regularem, quod etiam deprahenditur ex assignatione facta de anno 1519. modernis monialibus, vt statim dicetur, vtique
6 † cum etiam Ecclesia modernis monialibus fuerit concessa cum omnibus pertinētijs certum est sub nomine pertinentiarum venire etiam curam animarum Ecclesiæ annexam *Innoc. in cap. cum ad sedem num. 2. & 3. restitut. spol. Calderin. consil. 6. de verbor. signific. Lap. alleg. 139. num. 18.* & fuit dictum in *Causa Comaclen. & Ferrarien. Præpositura, & beneficij 15. Decembris 1625. coram bon. mem. Remboldo*, quod etiam comprobatur ex possessione quadrage-
7 naria monialium deputandi Vicarium † ad nutum amouibilem, qui est actus pertinens ad habentem curam Animarum Abb. in *cap. extirpandæ §. qui vero num. 2. versic. Hoc intellige de præbendis Cardinal. in Clementina 1. num. 11. quæstio. 21. de priuileg. Vital. in Clement. 1. num. 62. vbi etiam Ancharan. num. 3. versiculo sed hic quæritur de offic. Ordin. & benè Rota decis. 102. num. 1. part. 1. recent.*

Non obstant Testes examinati vigore remissoriæ, quia dum deponunt Ecclesiam esse secularem conuincuntur ex prædictis, dum verò deponunt Archiepiscopum visitasse Sanctissimam Eucharistiam, & etiam Corpus Ecclesiæ,
8 hoc non facit, quia cum † cura dict. Ecclesiæ exerceatur per Vicarium secularem iuxtà *Text. in dict. cap. 1. de Cappellis monachor.* D. Archiepiscopus potuit visitare nedum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & alia concer-
9 nentia † curam, vt in eodem *Concil. sess. 21. cap. 8. de reformat.* sed etiam Corpus ipsius Ecclesiæ, & ordinare reparationem necessariam iuxtà decreta eiusdem Concil. Trid. *sess. 7. c. 8. de reform.* & sepè censuit Congregatio Eminentissimorum Interpretum.

Non obstat, quod Archiepiscopus Campofregosus de anno 1471. 14. Decembris concesserit monialibus, vt ad beneplacitum suum possent deputare Vicarium, & vigore huius Priuilegij Moniales antiquæ præsentarunt de anno 1472. quia quicquid sit de huiusmodi priuilegio, cum non sit in forma probant licet duo Testes deponant, quod illud viderint inter scripturas authenticas dictum monialium, istud priuilegium posset considerari si moniales ad fundandam intentionem suam niterentur hoc solo priuilegio, vel præsentatione facta in vim huius Priuilegii, sed cum ex supradictis probent Ecclesiam esse regularem nituntur ex
10 dispositione Iuris de qua † *in d. cap. 1. de Cappell. monach.* quæ habet locum etiam in Ecclesijs monialium *Decian. consil. 20. num. 13. lib. 1.* & pluries resoluit Sacra Congregatio, & admittitur in decisionibus R. P. D. mei Durani, &
11 propterea cum in hac materia non † repugnet multiplicitas titulorum ex titulo habito à dicto Archiepiscopo Campofregoso non potest inferri, quod dictum monialibus non competat priuilegium de Iure communi ex *d. c. 1. de Cap-*
12 *pellan. Monach.* cum tituli † non sint contrarij, sed diuersi, & omnes tendant ad eundem effectum ad tradita per *Aegid. consil. 10. num. 54. vers. secundus casus Felin. in c. Inter dilectos num. 18. de fide instrum. in 2. & 3. limitat.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MERLINO.

Camerinen Hæreditatis.

Die Veneris 21. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Institutus post mortem vsufructuarij, censetur purè, & liberè institutus, ita quod potest hæreditatem transmittere, licet prædecedat vsufructuario, & solum durante vita vsufructuarij suspenditur ei petitio vsus fructus, in gratiam, & vtilitatem eiusdem vsufructuarij.

Rota secuta est pluries hanc singularem decisionem, & præsertim eam canonizauit coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano in Romana Bonorum 4. Iulij 1631. Vbi habetur, quod ista est Doctissima decisio more solito istius Auditoris.

SVMMARIVM.

1 *Mulier instituta in vsufructu solummodo, si ei nullus alius cohærens in vita datus fuerit, censetur hæres in totum tàm in vsufructu, quàm in proprietate. Et ista quæstio est valde anceps, & DD. ingenia multum torsit num. 7.*
2 *Verbum, instituit post mortem exponitur, substituit.*
3 *Mulier instituta in vsufructu, multo magis censetur instituta in proprietate, si ei vsufructus sit relictus titulo legati.*
4 *Mulier relicta Domina, & Patrona, ista verba videntur importare idem, ac si esset relicta hæres proprietaria.*
5 *Hæres institutus post mortem alicuius, intelligitur si superuixerit.*
6 *Hæres, qui non adiuit hæreditatem, non potest illā transmittere, sed dicitur caducatum ius illius.*
8 *Mulieri siue titulo legati, siue titulo institutionis fuerit relictus vsusfructus, censetur solummodò legataria.*
9 *Institutus post mortem alicuius, qui relictus est vsufructuarius, si prædecedat vsufructuarius, potest institutus statim adire hæreditatem, & ad hæredes transmittere.*
10 *Et ista opinio est æquior, & verior, & contraria opinio valde aduersatur voluntati testatoris, & num. 11.*
14 *Decis. 138. num. 3. par. 4. diuers. declaratur.*
15 *Decis. 460. eadem parte intellectus.*
16 *Decis. 122. par. 2. in recent. declaratur.*
17 *Hæres institutus purè, & directè post mortem mulieris relictæ vsufructuariæ, etiam si prædecesserit dict. vsufructuariæ, potest hæreditatem transmittere ad hæredem.*
18 *Vsufructu resoluto per mortem vsufructuarij, si non adsit institutus, tamen eiusdem hæres capit hæreditatem.*
19 *Proprietas, quod accrescat vsufructui impossibile reputatur.*

20 Hæres

20 *Hæres hæredis proprietarij finito vsufructu per mortem vsufructuarij, hæreditatem capit non iure transmissionis, seu fideicommissi, sed iure deuolutionis, seu consolidationis.*
21 *Legati temporalis natura, quæ sit.*
22 *Vsusfructus, qui finitur morte vsufructuarij, redit ad proprietatem, & cum ea consolidatur, seu trahitur, & absorbetur, vbicumque, & penes quemcunquè ipsa proprietas reperiatur.*
23 *Mulier relicta vsufructuaria, donec ipsa vixerit vita naturali, non debet extendi ad ipsius hæredem.*
24 *Mulier instituta vsufructuaria, donec vixerit, consequitur dumtaxat vsumfructum morte finiturum.*
25 *Verba, ore proprio, necessaria sunt in testamentis nuncupatiuis, respectu primi hæredis.*
26 *Vniuersitatis qualitas adiecta verbo directo, hæredes, importat institutionem puram ab initio.*
27 *Verba, pleno iure, in substitutione apposita, quid operentur.*
28 *Verba, pleno iure, denotant plenam successionem tàm in proprietate, quàm in vsufructu absque alia detractione, & diminutione.*
29 *Trebellianicæ detractio competit hæredi vniuersali, cum onere restituendi post mortem.*
30 *Testator non præsupponens nomen hæredis, quando nominat institutum post illius mortem, tunc ille censetur purè institutus.*
31 *Actio, & passio non cadunt in eodem subiecto.*
Hæredi à se ipso legari non potest num. 32.
33 *Coniecturæ debiliores tolluntur per validiores.*
34 *Mulier relicta Domina, Patrona, & Massaria, ista verba de sui natura important absolutum dominium.*
35 *Mulier relicta Domina, Patrona, &c. si ista verba restringantur ab verbo vsufructuaria, vel donec vixerit, censetur relictum ei dominium vtile, & liberam dispositionem fructuum, cum præheminentia.*
36 *Voluntates defunctorum, quando interpretantur, mordicè non debet insisti scrupulositati, seu cortici, & calumniæ verborum, & subtilitatibus Iuris.*
37 *Voluntates defunctorum sæpius perniciosè obumbrantur, impediuntur, & circumueniuntur.*
38 *Voluntates defunctorum per Iudices, coniecturijs venandæ sunt.*
39 *Hæreditas non adita non potest transmitti.*
40 *Hæreditas non adita in aliquibus casibus transmittitur, nempè iure suitatis, iure sanguinis, & iure deliberandi.*
41 *Hæreditas non adita, vt transmittatur ex capite iuris deliberandi, quid requiratur.*
42 *Hæreditatis aditio probatur ex actu, qui citra ius, & nomen hæredes expediri non potest.*
43 *Hæreditas solo animo aditur, & animus hoc casu elicitur ex quocumquè actu, siue proueniat ex facto, siue non facto, siue dicto, siue scripto.*
44 *Hæreditatis aditio probatur ex contractu inito super re hæreditaria.*
45 *Instituto post mortem vsufructuarij, durante illius vita, solum suspenditur petitio vsusfructus in gratiam vsufructuarij quousquè viuat.*
46 *Et potest transmittere hæreditatem, quia licet non habeat ius in exercitio, illud tamen habet in habitu.*
47 *Conditio, quando certum est, quod est casura non impedit transmissionem.*
48 *Vsusfructus vniuersalis, quando legatur alicui donec vixerit, tunc ille, qui ei est substitutus, intelligitur purè, & non conditionaliter institutus.*

DECISIO XXII.

Filijs Catherinæ petentibus immissionem pro medietate in possessionem bonorum Angeli, obijciebat Iacoba, Catherinam non fuisse hæredem à principio directè institutam, sed solùm per fideicommissum substitutã, quatenus superuixisset Magdalenæ, quæ licet vsufructuaria hæ-
1 res † fuerit instituta solummodò, attamen cum ei nullus cohæres in vita datus fuerit, dempta mentione vsusfructus, censeatur per quoddam ius accrescendi hæres in totum, tã in vsufructu, quam in proprietate, grauata tamen restituere post mortem, medietatem Catherinæ, & alteram medietatem Iacobæ nepotibus, iuxta doctrinam *Bald. in l. id quod pauperibus, num. 27. C. de Episc. & Cleric.* quam plures, & grauissimi auctores sequuti sunt, quos refert, & sequitur *Card. Mant. de coniect. vltim. volunt lib. 4. tit. 5. & seqq. Bellon. Sen consil. 30. num. 2.* vbi post *Bald in d leg. id quod*
2 *pauperibus*, quod verbum † instituit, post mortem, exponitur, substituit, *Menoch. consil. 273. per tot. & consi. 637. num. 2. & seqq. & consil. 1112. & 1235. per tot. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. num. 1. & 27. & 35. Peregr. de fideicomm. art. 5. num. 21. & 24. & 58. lib. 3.* & nouissimè, omnes Doctores propemodum cumulando, *Moderni Brixien. consil. 195. num. 7. consil. 196. num. 11. consil. 197. num. 21. consil. 198. num. 31. & consil. 199. num. 30. & consil. 200. num. 51.* vbi etiam referunt secundum hanc opinionem pluries fuisse iudicatum.

Quæ & eò faciliùs videbantur admittenda in casu præ-
3 senti, nedùm, quia nò titulo Legati, sed institutionis † Magdalena vocata fuit ad vsumfructum, in quibus terminis propriis loquitur *Bald. in d. l. id quod pauperibus*, & alii cumulati per *Menoch. d. consil. 1112. num. 2. Card. Mant. d. art. 7. num. 5 & per Modern. Brixien. in consil. 196. & 198. atque aly*, sed & quoniam testator addidit, quod ipsa Mag-
4 dalena † esset Domina, & Patrona, quę verba videntur importare, ac si dixisset hæredem proprietariam, ad *l. his verbis ff de hæred. instit. Cardin. Mant. de coniect. d. lib. 4. tit. 5. art. 9. num. 3. Eugen. consil. 10. num. 26. versic. 1. quando, & consil. 25. num. 36. lib. 1. Menoch. consil. 273. num. 4. Negusant. quæst. 100. num. 66. & seqq.* Vnde cum Catherina fideicommissaria prædecesserit Magdalenæ, bona videntur re-
5 manfisse libera penes eamdem Magdalenam, tanquam † deficiente conditione illa, sub qua fuerat vocata Catherina, nempe quatenus ipsa superuiueret Magdalenæ, *Card. Mant. de coniect. d. lib 4. tit. 5. art. 7. num. 9. Menoch. dict. consil. 1112. num. 22. D. Facchin. controuers. iur. cap. 16. lib. 4.* Vel in omnem casum, quatenus etiam Catherina hæres
6 purè, & directè fuisset instituta pro medietate, † attamen cum non adiuerit hæreditatem, non potuit illam transmittere, sed dicitur caducatum ius illius, *l. quoniam sororem C. de iur. deliber. l. vnica § in nouissimo, C. caduc. tollen Alex. consil. 168. num. 15. lib. 7. Peregr. decis. Patau. 151. num. 1. & seqq. Menoch. consil. 273. num. 14.*

Cœterum Domini responderunt, dandam esse immissionem filiis Catherinæ, quia, licet quæstio illa, an mulier instituta hæres in vsufructu, nullo scripto cohærede in pro-
7 prietate, † dum ipsa viuit, admodum anceps sit, & Doctorum ingenia multum torserit, attamen Rota semper inclinauit in eam sententiam, vt mulier, siue titulo legati, siue titulo institutionis, ei fuerit relictus vsusfructus, censeatur
8 † solummodo legataria, vocatus verò post mortem vsufructuariæ habeatur tanquàm purè, & liberè hæres in proprietate, videtur enim solummodò dilata vsusfructus acquisitio ad mortem vsufructuarię, illaquè verba, *post mortem*, dicuntur apposita, vt mulier liberè fruatur vsufructu, nec aliquo modo ab hærede vniuersali proprietario vexetur, & tempus illud mortis vsufructuariæ non est adiectum substantiæ institutionis hæredis proprietarii, & ad illam infringendam, aut conditionandam, sed potius exequutioni, ad

9 ad differendum emolumentum commodi vsusfructus † in-
terimque viuente vsufructuaria, hæres post eiusdem vsu-
fructuariæ obitum institutus, statim adire hæreditatem, &
ad hæredes potest transmittere, Ita Bald. consil. 26. lib. 5.
Corn. in l. extraneum, num. 21. versic. 4. tangit ff. de hæred.
instit. vbi quod ita vidit iudicari, & quod opinio contraria
10 est iniqua, contra † naturam materiæ subiectæ, & mentem
Testatoris, Paris. consil. 97. num. 3. versic. dico in super, &
num. 6. lib. 2. Duran. de arte testand. tit. delegat. cautel. 39.
num. 1. benè Add. ad Alex. consil. 162. sub littera B. libro 2.
Couar. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 5. asserens hoc esse veriùs
de iure, Petr. Pech. de testam. coniug. lib. 5. cap. 5. in princ. vbi
ex relatione Castrens. ita Bononiæ, & alibi iudicatum fuis-
se testatur, Bero. consil. 58. num. 6. lib. 2. qui affirmat hanc o-
pinionem magis communem, magis veram, & magis æquá
esse, Suarez recept. sent. verbo, vxor. num. 114. Gail. pract. ob-
seruat. 143. num. 5. vbi de veriori, lib. 2. de Rom. Iun. consilio
291. num. 36. & seqq. Bursatt. consil. 245. num. 4. Sim. de
Prat. de interpr. vltim. vol. lib. 3. dubit. 1. solut. 1. num. 23. La-
derch. consil. 57. num. 3. vbi quod semper ita obtinuit in fo-
ro, Castill. de vsufruct. cap. 8. num. 43. dicens contrariam
11 † opinionem voluntati defuncti valde aduersari, Cabal.
consil. 153. per tot. Odd. consil. 91. num. 20. cum seqq. vbi de
humaniori, veriori, & magis communi testatur, Thesaur.
Iun. qq. forens. cap. 81. num. 3. qui dicit per Senatum Peda-
montanum ita iudicatum fuisse lib. 3. Gratian. discept. foren.
cap. 822. num. 2. Giouagn. consil. 26. num. 13. lib. 1. quorum
plures loquuntur in his terminis, quando ipsa mulier insti-
tuta fuit hæres in vsufructu, vt per Cabal. d. consil. 153. Odd.
d. consil. 91. num. 21. Castill. de vsufruct. d. cap. 8. num. 43. qui
profitetur expresè non esse constituendam differentiam
12 inter institutionem, vel legatum, † & Rota semper (vt su-
pradicebatur) propensior fuit in hanc sententiam, tanquàm
magis æquam, & voluntati defunctorum, qui iuris subtilita-
tes ignorant, multùm congruentem, & consentaneam, vt in
decis. 162. num. 1. & per tot. & decis. 663. num. 1. par. 2. recen.
& in Perusina Bonorum 13. Februarij 1579. coram Bra-
uo, impressa post Eugen. consil. 33. lib. 2. & in Romana Apo-
thecæ profumariæ 11. Martij 1613. & 20. Martij 1615.
coram bon. mem. Vbaldo, quæ pariter decisiones loquuntur
in casu institutionis, & in Sancti Seuerini dotis 16. Decemb.
1619. coram eodem. in qua fuit recessum ab alia decisione
sub die 28. Nouembris 1618. & coram bon. mem. Cardin.
Caualerio decis. 310. & in Tridentina Bonorum 7. Aprilis
1606. coram bo. mem. Card. Sacrato.

13 Falluntur autem, & † quidem egregiè consulentes apud.
Moder. Brixien. consil. 199. num. 30. & 39. dum putant Ro-
tam contrarium sensisse in decis. 238. num. 3. & decis. 460.
par. 4. diuers. & decis. 122. par. 2. recent.

14 Decisio enim illa † 138. non applicatur, quia ibi mulier
non erat instituta hæres in vsufructu, sed simpliciter, & in-
definitè erat nominata hæres, vnde meritò. Rota sensit il-
lam indefinitam vocationem, non esse coarctandam ad
solum vsumfructum, differunt inter se isti casus, quod mu-
lier sit instituta in vsufructu, & post mortem sit datus alius
hæres, vel quod simpliciter sit hæres instituta nulla facta
mentione vsusfructus, nec proprietatis, & post mortem
sit datus etiam alius hæres, vt per Imol. in l. filius à Patre
num. 4. versic. ideo potest dici, & num. 6. vers. 2. casu, ff. de lib.
& posthum. vbi firmat primo casu vxorem esse vsufructua-
riam, in secundo autem casu esse proprietariam, Alexand.
ibid. num. 3. versic. 2. est casus, Aret. num. 3. colum. 4. versic.
pro declaratione, & colum. 7. versic. circa secundum, Me-
noch. præsump. 141. & num. 48. & seqq. lib. 4. Card. Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 6. & 7. & in hoc se-
cundo casu loquitur d. decis. 138. dictamquè diuersitatem
rationis in prædictis casibus videtur etiam considerasse
Rota in Perusina Bonorum 13. Februarij 1579. coram
Brauo.

15 Decisio vero 460. loquitur pariter in casu, † quo mulier
erat hæres instituta simpliciter, & ibi apparebat in alia par-
te testamenti, testatorem sensisse de vsufructu causali, non
autem formali, ex prohibitione ipsi mulieri adiuncta cir-
ca detractionem Trebellianicæ, & ex qualitate vocatio-
nis substitutorum obliquæ, & non directæ.

16 Et demum † decis. 122. par. 2. recent. apertis verbis inquit,
nullum fuisse datum cohæredem, & ideo censeri vxorem
institutam in totum, vnde ad hanc quæstionem non ap-
plicatur illa decisio, hic vero scriptæ fuerunt hæredes Ca-
therina, & Iacoba.

Hoc autem posito, quod Catherina fuerit à principio di-
rectè, & purè hæres instituta pro medietate, sequitur, vt e-
tiam si prædecesserit Magdalenæ, attamen potuerit trans-
17 mittere † ad hæredes hæreditatem delatam, nec impedi-
mentum præstare Magdalenam, quia ipsa est solum lega-
taria, vt in proposito bene firmat Cabal. cons. 153. num. 3. &
4. Odd. cons. 91. num. 24. 25. 26. & 58. qui respondent omni-
bus obiectis, & præsertim rationi illi, qua communiter ni-
tuntur contrariæ sententiæ assertores, quod scilicet, cum v-
18 sufructuariæ non fuerit datus cohæres censetur † ipsa hæ-
res etiam vniuersalis per ius accrescendi, ex præsumptio-
ne legis, quia hoc ius accrescendi, vt scilicet proprietas ac-
19 crescat vsufructui impossibile reputatur, † nec reperitur in
iure, vt inquit Bald. cons. 273. vers. 6. ratione impossibilita-
tis, lib. 4. & benè etiam respondet Rot. in d. decis. 162. part.
2. recent. & in Romana Apothecæ prophumariæ coram bon.
mem. Vbaldo, extinctoquè vsufructu per obitum Magdale-
næ, hæreditatem capit hæres hæredis proprietarij, vt sunt
20 filij Catherinæ, † non iure transmissionis, seu fideicom-
missi, sed iure quodam deuolutionis, siue consolidationis,
& tēporalitatis adiectæ institutioni, seu legato vsusfructus,
etiam ad effectum impediendi ius accrescendi, Bart. in l.
Titia, §. fin. ff. de leg. 2. num. 2. vbi quod non habetur respe-
ctus ad personam, sed ad ius hæreditarium, & ad hære-
dem in genere, sicque hæredem hæredis in infinitum,
21 Castr. ibidem num. 1. vbi quod hæc est natura † legati tem-
poralis, Soccin. Sen. consil. 102. num. 10. lib. 3. Rub. Alexan-
drin. cons. 23. num. 3. Cephal. consil. 158. num. 5. & 6. & per
tot. vbi quod vis stat in temporalitate legati, Card. Man-
tic. de coniect. vltim. vol. lib. 9. tit. 2. num. 29. ver. id quod con-
stare, & decis. 19. num. 1. & 2. Menoch. consil. 273. num. 24.
& 25. Surd. cons. 123. num. 12. & fuit dictum in d. Perusina
Bonorum 13. Februarij 1579. coram Brauo, qui quidem
22 vsusfructus, finito tempore † vitæ vsufructuarij, redit ad
proprietatem, & cum ea consolidatur, seu trahitur, & ab-
sorbetur, vbicunque, & penes quemcunque ipsa proprie-
tas reperiatur, Castr. in d. l. Titia §. fin. sub num. 1. ff. de le-
gat. 2. & cons. 121. num. 2. lib. 1. Cephal. d. cons. 158. in casu 1.
num. 1. & seqq. Bertazol. consil. ciuil. 4. num. 28. & cons. 83.
num. 53.

Hancque opinionem facilius in præsenti casu Domini
amplexi sunt, quia ex multis deprehenderunt hoc idem
sensisse Testatorem, vt scilicet Magdalena in effectu esset
sola legataria, Catherina verò, & Iacoba hæredes essent
proprietariæ, etiam viuente Magdalena.

23 Primò, quia non simpliciter Magdalenam † hæredem
fecit vsufructuariam, sed coarctando illius vocationem,
addidit, donec ipsa vixerit, vita naturali, vnde non de-
bet extendi hæc temporalitas ad hæredem Magdalenæ,
prout extenderetur si absolutè censeretur hæres proprie-
taria, & solum grauata per fideicommissum restituere Ca-
therinæ, & Iacobæ, vt ponderauit Rota d. decis. 162. num. 3.
par. 2. recent. & ante Rotam considerabat Dec. cons. 278. nu.
4. vers. 4. quia, Bertaz. cons. ciuil. 4. num. 18. & 19. ac 35. &
consil. 51. num. 2. & consil. 83. num. 52. & secundum germa-
nam voluntatem Testatoris, Magdalena debet consequi
24 dumtaxat vsumfructum † morte finiturum, non autem v-
niuersalem hæreditatem, ad tradita per Aretin. in l. filius
à Patre, num. 4. in fi. vers. sed aduerte, ff. de liber. & posthum.
Ruin. consil. 209. nu. 22. vers. & ista opinio, lib. 2. Hond. cons.
62. num. 14. num. 2.

Secundò quia, dum testator vsufructuariam hæredem
fecit Magdalenam, non est vsus verbis denotantibus dire-
cto iure admittendam esse, prout vsus est, dum scripsit hæ-
redes Iacobam, & Catherinam, ibi, hæredes proprietarias,
& vniuersales fecit, & suo ore proprio nominauit Catheri-
nam, & Iacobam pleno iure, in qua clausula ponderanda
25 sunt verba, ore proprio † quod necessarium est, in testa-

mentis

mentis nuncupatiuis respectu primi hęredis directè instituti, non autem in substitutis per fideicommissum, *l. hac consultissima §. per nuncupationem. C. de testam. §. fin. institut. eod. l. 1. §. institutum ff. de hæred. institu.* & ponderanda sunt
26 etiam illa † verba *proprietarias, & vniuersales*, hæc enim qualitas vniuersalitatis, adiecta verbo directo, *haredes*, importat institutionem puram ab initio, *Simon. de Pret. de interpret. vltim. vol. lib. 3. dub. 1. fol. 1. num. 39 Thesau. Iun qq.*
27 *for. lib. 3. q. 81. num. 3.* Demum, & verba illa † *pleno iure*, omissa respectu Magdalenæ, & apposita respectu Catherinæ, & Iacobæ, arguunt easdem Iacobam, & Catherinam iure directo vocatas esse, nec opus habere ministerio alterius, vt scilicet capiant de manu Magdalenæ, *Bald. in auth. hac vsus prastatio, vers. tenet Bar. C. de sacros. Eccles. Aretin. consil. 155. num. 5. versic. sed quando substitutus, Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 2. dub. 1. solu. 2. num. 5. Rota in dicta Perusina Bonorum 13. Februa-*
28 *rij 1579. coram Brauo*, dictaque clausula *pleno iure*, † denotat plenam successionem, tàm in proprietate, quàm vsufructu, absque aliqua diminutione, & detractione, *Gozad. in consil. 47. num. 10. Ruin. consil. 84. num. 12. lib. 1. Menoch. cons. 1046. n. 5. & 1179. nu. 23.* Detractio autem Trebellia-
29 nicæ † competeret Magdalenæ si esset hæres vniuersalis, cũ onere restituendi post mortem, *Cephal. consil. 563. nu. 39. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 7. num. 6.* & ideo, dum est prætermissa hæc clausula respectu ipsius Mahdalenæ, & apposita respectu Catherinæ, & Ia-
30 cobæ, † bene deprehenditur diuersitas casuum vocationis, itaut hæ sint veræ hæredes, Magdalena vero in effectu solum legataria vsusfructus, verbaque institutionis, & illa, *post mortem*, & alia eo tendere, ne ab hæredibus proprietariis quamdiu viueret, molestaretur Magdalena in dicto vsufructu.

Tertiò quia testator in eodem testamento præsupposuit
31 nomen hæredis solùm propriè † verificari in Catherina, & Iacoba, & ab hæredibus contradistinxit ipsam Magdalenam, vt in Capitulo de iurepatronatus, ibi, *per infrascriptam Magdalenam sororem carnalem erigi*, ecce quod testator non appellat hæredem Magdalenam, deinde vero subdit, *Et post illius obitum, & infrascriptorum hæredũ ipsius testatoris, & successorum in infinitum, &c.* Hic vero Catherina, & Iacoba hæredes nominantur.

Quartò, omissis aliis, hoc idem suadetur (& est admodum potens argumentum) quia testator mandauit hæredibus, vt restituerent Magdalenæ mobilia, vinum, & alia, quæ ad domum testatoris asportauerat ipsa, vnde ineptum fuisset, iubere hæredibus vt restituerent Magdalenæ, si testator intellexisset Magdalenam esse iure directo etiam hæredẽ,
32 quia † actio, & passio non cadunt in eodem subiecto, & hæredi à se ipso legari non potest, ne quis sui ipsius debitor efficiatur, *l. plane §. si duobus, l. qui filiabus, in fin. l. legatum §. 1. ff de legat. 1.* & in proposito *Bald. consil. 273. versic. 3. quoniam, lib. 4. Surd. decis. 250. num. 3.* nec opus fuisset hoc ministerio restitutionis in fauorẽ Magdalenæ, si enim fuisset hęres directò, potuisset sibi satisfacere, & hęredes Magdalenæ, retinuissent dicta bona, nec ideò verificabatur terminus restitutionis, vt appositè attingit *Odd. d. cons. 91. num. 44. & 50. versic. 4.*

Coniecturæ autem deductæ pro Magdalena visæ fue-
33 runt satis leues, & tolli ex aliis † contrariis coniecturis, supra ponderatis, tanquàm validioribus, *l. Diuus, ff. de rein. tegr. restitut. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 9. cum aliis.*

Non obstat Magdalenam, non simpliciter hęredem vsu-
34 fructuariam fuisse scriptam, sed etiam relictam † Dominã, Patronam, & Massariam, quoniam de sui natura dicta verba significant quidem absolutum dominium, sed in hoc casu debent restringi ab antecedenti verbo, *vsufructuariam*,
35 & ab aliis, *donec vixerit, & eius vita durante*, itaut † solùm inferant dominium vtile, & liberam dispositionem fructuũ cum præheminentia, *Bald. in l. fi. num. 9. C. de indict. viduit. tollen. Dec. cons. 476. n. 1. Paris. cons. 21. nu. 9. lib. 2. Surd. cons. 218. num. 14. Rot. d. decis. 162. num. 6.* præsertim iunctis tot coniecturis supra ponderatis, & aliis etiam per informãtes deductis, ex quibus apparet, quamcunque vocationẽ Magdalenæ fuisse coarctatam ad vitam illius, & sic esse temporalem, Catherinam verò, & Iacobam, etiam viuente Magdalena, hæredes extitisse, earumque ius succedendi in vsufructu, per exclusionem temporalem non fuisse vnquàm ademptum, sed suspensum dumtaxat illius commodum, & impeditam ad tempus, non quidem delationem iuris, sed petitionem, & executionem. Cum agatur de interpretanda
36 † voluntate defuncti, non est mordicus insistendum scrupulositati, seu cortici, & calumniæ verborum, & subtilitatibus iuris, per quas vera defunctorum iudicia, vt plurimum subuerti monuit *Constantinus in l. quoniam indignum, C. de testam. & damnauit in l. si quis hæredem, C. de instit. & subst. sequutus Celsi dictũ in l. sequitur, §. de illo, ff. de verb. oblig.* quod in subtilitate iuris sæpè perniciosè erratur, &
37 eorum † voluntatem sæpiùs perniciosè obumbrari, impediri, circumuenirique dixit *Soccin. Sen. cons. 157. num. 7. lib. 2. Peregr. cons. 21. num. 21. lib. 5.* sed omninò enitendum est ad assequenda, diligenti perquisitione vestigia voluntatis defuncti, quę metrum est, & mensura dispositionis, & illam
38 quidem per † Iudices coniecturis venandam esse, post *Bald. in l. fin. C. de impur. & aliis subst.* inquit *Natt. cons. 110. num. 5. ad fin. Petra de fideicomm. q. 9. num. 6.* Et Doctores omnes in hac quæstione magni faciunt coniecturas, vt per *Menoch. cons. 1112. num. 4. & seqq.* vbi ex his posse vtramq; opinionem conciliatam affirmat. *Odd. d. cons. 91. nu. 29. Bertazol. cons. 4. num. 26. ad fin. Rota d. decis. 663. num. 1. part. 2. recent. & in d. Romana Apotheca profumariæ coram bonæ memoriæ Vbaldo.*

39 Nec obstat Catherinam nequaquàm adiuisse † hæreditatem, & ideo non potuisse illam transmitti; Quoniam dantur casus, in quibus fit transmissio hæreditatis delatæ, licet
40 non aditæ, nempè iure † suitatis, iure sanguinis, & ex capite iuris deliberandi, vt bene per *Angel. cons. 83. num. 1. vers. solùm hoc autem.* Hic verò bene intrat transmissio ex capite iuris deliberandi, quia concurrunt tria requisita, primum quod transmittens sciat sibi delatam hæreditatem, vt hic dum Catherina remiserit seruitia præstanda à Blanchino: secundùm quod decedat intra annum, prout hic Catherina decessit intra decem dies ab obitu Alegretti testatoris, hic enim obiit 6. Nouembris 1626. illa verò die 16. eiusdem mensis; Tertiùm quod prætendens transmissionem adiuerit intra residuum dicti anni, quod & in hoc casu verificatur quia statim mortua Catherina, filii eiusdem petierunt im-
41 missionem, quæ petitio est loco aditionis, † & his requisitis concurrentibus, certum est hæreditatem, etiam non aditam, transmitti *l. cum in antiquioribus*, vbi *Alex nu. 5. vers. item nota, ff. de iur. deliber. Bart. in l. quia dos, num. 7. ff. de reb. dub. Soccin. Iun. consilio 14. num. 9. lib. 3. Gomez variarum resolutio. libro 1. cap. 9. numero 50. & 51. versiculo aliquando, Eugen. consilio 25. numer. 95. libro 1. Odd. de restitut. in integr. quæst. 50. articulo 6. numero 57. & sequentibus.*

Et Dominis videbatur liberationem illam factam à Catherina de seruitiis præstañ per Blauchinum, cum sit actus,
42 † qui citra ius, & nomen hæredis fieri non poterat, importare aditionem eiusdem Catherinæ, *l. pro hęrede*, vbi *Bart. l. pupillus, aliàs Iulianus, § fin. ff. de acqu. hæred. Rota coram sanct. mem. Gregorij XV. decis. 98. num. 4. & 5.* solo enim a-
43 nimo hæreditas aditur, † & animus ad hunc effectum sufficit, vt eliciatur per quemcunque actum, siue proueniat ex facto, siue non facto, sine dicto, siue scripto *Bart. in l. gerit, num. 5. ff. eod. tit.* præsertim quia sub nomine hæredis hæc liberatio à Catherina emanauit, *Bart. in d. l. gerit, num. 14. Card. Mant. de coniect. lib. 12. tit. 11. num. 9.* & versatur e-
44 tiam circa † rem hæreditariam, nempè seruitium hæredibus præstandum, quod ponderat *Card. Mant. vbi supra, num. 10. versic. si vero, & versic. quod si preferatur, Natt. consil. 448. num. 18. Rota corm sanct. mem. Gregor XV. d. decis. 98. num. 3.*

Illudq; semper retinendum est, vocationẽ Iacobæ, & Catherinę, siue iure directo, siue per viã fideicomm. esse purã, quia verba illa, *post mortem Magdalenę*, ex præsumpta, & cõiecturata mẽte testatoris non important conditionẽ, si superui-

peruiuat,sed solummodo dilationem,ac temporalitatem,&
in substantia non impediunt delationem iuris Catherinæ,
& Iacobæ hæredum, sed suspendunt duntaxat petitionem,
45 † seu emolumentum acquisitionis vsusfructus, in gratiam,
& vtilitatem vsufructuarij, quousque viuit, vt scitè docuit.
*Aretin.in l.filius à Patre, sub num.3. vers. tamen aliquando,cum seqq ff.de liber.& posthum. Peregr.cons.54. num.4.
lib.5*. & Mors Magdalenæ,certum est, quod erat casura,cū
esset mortalis, vnde ipsa Catherina, licet prædecesserit, re-
ctè potuit transmittere ius illud succedendi in vsufructu ac-
quisitum quidem, & delatum, sed in tēpus mortis Magda-
lenæ,& sic in illum casum suspensum, & dilatum, quod in-
46 terim peti,atq; exigi solum impediebatur,sufficit † enim ad
hunc effectum habere ius in habitu, licet non habeatur in
exercitio,vt inquit *Bald.in l.2.num.10. vers. in contrarium videtur*, C.*de liber.præter.Hond.cons.14.nu.53.& seqq. lib.2.Pereg.de fideicom.ar.22.num.3.& art.31.num.26.& art.32.num.3*.plenè *Galuan. cons.13.num.63.64.& 65*. & con-
47 ditio, † quam certum est esse casuram, non impedit trans-
missionem, *Anchar.cons.354.nu.7*.*Pereg.in locis præalleg. Sim.de Præt.de interpret.vlt. volunt.lib.3.dub.5.sol.4.n.19.
& 23*. Atque in puncto,quod in vniuersali vsufructu,legato
alicui in vita sua, seu donec vixerit, post illius verò mortem
48 alio instituto hęrede, † is intelligatur purè,& non conditio-
naliter institutus,adeo vt,si ante vsufructuarium moriatur,
trāsmittat hæreditatem,verbo,vel facto aliquo aditam, vel
alioquin transmittat ius ipsum deliberandi, dixerunt. *Bald. cons.26.lib.4.Paris.cons.97.nu.7.lib.2.Petr.Pech.de testam. coniug.lib.5.c.5.num.1.ad fin.Sim.de* Præt. *d. loco, num.27. viden*.Pereg.*cons.54.num.4.lib.5*.quem, & sequuntur *Moder.Brixien.de substit.q.488.num.9*.

Et ita,vtraque parte informante, fuit resolutum.

R. P. D. PIROVANO.

Nouarieñ. Decimarum.

Die Mercurij 26. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Decimarum quota,vt præscribatur,quid sit necessarium,& an ista quota possit minui consuetudine, aut præscriptione. Præscriptionis principium est ipsa possessio.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum quota,vt præscribatur,non sufficit sola possessio,sed requiritur implicitus titulus per immemorabilem cum fama priuilegij, & num.2.vbi, quod saltim requiritur explicitus, cum quadragenaria.*
3 *Decimarum quota potest minui consuetudine, aut præscriptione.*
4 *Præscriptio in materia decimarum, vt dicatur probata, quid requiratur.*
5 *Præscriptio non datur sine possessione.*
6 *Super locationis titulo firmari non potest præscriptio,aut consuetudo diuersa ab effectu locationis,vt scilicet finita locatione Dominus non possit vti iure suo.*
7 *Locator non sibi, sed Domino possidet.*
8 *Præscriptionis initium est ipsa possessio.*
9 *Prælato non creditur in præiudicium suæ Ecclesiæ, nisi in quantum relata producantur,& ex se probent.*
10 *Scripturæ præcisæ,& authenticæ magis standum est.*

DECISIO XXIII.

IAm fuit resolutum in hac causa 7. Maij 1627.* allegatam præscriptionem per Communitatem Cameri non obstare. Hodie eodem dubio proposito, responsum fuit standum esse in decisis.

Non enim amplius dubitabatur,quin Homines,& Communitas cameri tenerentur ad solutionem decimarum, quę per Episcopum prætēduntur, neque quod idem Episcopus contra eos agere posset officio Iudicis ad illarum exactionem, quoniam omnis hæsitatio fuit sublata in decisionibus causæ 5. Decembris 1629.* 11. Martij, & 10. Iunij anni præteriti 1630.* sed tantummodo fuit reseruatum; vt videretur si præscriptio obstaret, quod semper fuit de intentione Communitatis contendentis se eximere ab integra decima per annuam solutionem librarum 70. vnde cum iam fuerit firmatum Communitatem in hac probatione deficere; nec iuuetur nouis iuribus,aut fundamentis meritò in decisis Domini perstiterunt.

1 Nam etsi non agatur de præscribenda † huiusmodi quo-
ta in totum, quo casu absq; difficultate non sufficeret pos-
sessio; sed requiritur implicitus titulus per immemorabi-
lem cum fama priuilegij, *Abb.& Felin.in cap.cum Apostolica,de ijs quæ fiunt à Prælat.in c.causam quæ. num.3. de præscript. Rebuff. de decim. q.13. num.69*. & latissimè fuit
firmatum in *Toletana decimarum de Capilla 4.Decembris
coram bo.mem. Andrea*,vel explicatus cum quadragenaria
2 † esset necessarius, vt supra allegati tenent, & expresse de-
terminat *Petr.de Vbald.de canonic.Episc.c.2.num.14*. neq;
3 etiam difficultas versatur in † eo, an huiusmodi quota pos-
sit minui consuetudine,aut præscriptione: quia hoc admit-
titur secundum veriorem,de qua per *Couarr.var.resol.cap.
17.num.8.Rebuff.de decim.q.13.num.46. Moneta eod.tit.c.5.q.1.num.89.Seraph.decis.1204*. sed omnis controuersia
consistit in probatione præscriptionis, ad quam Commu-
4 nitas se restrinxit in suo libello,& in ea defecit: † quia de
vniformi præstatione decimarum per tempus sufficiens nō
docuit, prout necessarium esse voluerunt Domini in *Mediolaneñ Decimarum 5.Decembris 1597. coram bon. mem. Cardin.Mellino,& decis.474.num.5.par.1.& 497. num.2.
par.2.recent*. probauit enim quandoque soluisse decimam
in pecunia,nempè annuatim libris 70. quandoque in specie
in tot saccis siliginis, quæ non conueniunt vniformitati re-
quisitæ secundum canones; præterea ad præscribendū mi-
norem quantitatem ex integra decima, semper doceri de-
5 bet de possessione, sine qua † præscriptio non datur, quæ
consistit in eo; vt Episcopo agenti ad integram decimam,
denegata fuerit exactio,& acquieuerit Episcopus;alias con-
tra successorem. aut Ecclesiam nulla præscriptio, aut con-
suetudo pręiudicare potest, *Seraph.decis.1102. Rota in Valentina Decimarum 15.Decemb 1604.coram bo.me. Ortēbergo,& in Ciuitateñ Decimarum 26. Martij,& 18. Iunij 1618. coram D.Cardinali Verospio.*

Non obstant quietantiæ per 40. & vlteriores annos, in
quantitate vniformi pro libris 70. quolibet anno: quia in
multis instrumentis enuntiatur titulus locationis, prout in
decis.7.Maij 1627. fuit responsum, super quo titulo firmari
6 non potest præscriptio, † aut consuetudo diuersa ab effectu
locationis,& cōductionis, vt scilicet finita locatione Domi-
nus possit vti iure suo, *Dec.cons.402.n.15.Rota decis.469.n.
7 2.par.1.recent*.& interim conductor † non sibi,sed domino
possideat,*l.fi.C.de acquir.poss.Surd.cōs.117.n.17*.itaut sem-
8 per deficiat initium ad præscribendum,quod est ipsa † pos-
sessio,*c.sine possessione,de reg.iur.in 6.Balb. de præscrip.p.3.
in fine,vers.tertium,& quartum.*

Demùm non obstat attestatio,& seù fides Notarij Zaffiri,qualiter de anno 1558. Thesaurarius mensæ Episcopalis affirmauit Communitatem esse solitam soluere pro hac decima libras 70. omni anno semper & in perpetuum, ostenderitq. eidem Notario libros mensæ Episcopalis, in quibus hæc obligatio erat adnotata.

Quia attestationi relatiuæ ad Thesaurarium, & libros

6 mensæ non creditur sicuti non crederetur Prelato † in præiudicium suæ Ecclesiæ, nisi in quantum relata producantur, & ex se probarent, *Afflict.decis.*168.*num.*4. *Menoch. consil.*39.*Rota decis.*792.*num.*6.*par.*1.*diuers.&* 452.*par.*2. *recent.* & eo etiam casu relatum non releuaret, cum adsint
10 instrumenta locationum de hac decima, quibus † vti scripturæ præcisæ, & authenticæ magis standum est, *l.si census, ff.de probat.cap.tertio loco, vbi glo.in verbo testium, eod. tit. cum alijs allegatis in decis.*7.*Maij* 1627. Et ita fuit resolutum pro Reuerendissimo Episcopo, altera parte informante recusante &c.

* Est decis.64. supra par.5. recent.
* Sunt decis.127. & 357. sup.ead.par.5. Vltimam hanc decisionem sub die 10. Iunij 1630. habes infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Assecurationis Nauis.

Die Mercurij 26. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Assecuratio nauium, si sit promissa verbis generalibus, & in forma amplissima, tunc assecuratores tenentur ad omne risicum, & periculum, per quod impediri possit transportatio mercium ad locum conuentum, quod multo magis habet locum quando casus infortunij specialiter expressus, euenerit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, & reseruatio vnius casus, operatur comprehensionem aliorum casuum.*
2 *Conductor, si certos casus expressit, in alijs omnibus tenetur.*
3 *Casu aliquo excepto, reliqui omnes comprehenduntur.*
4 *Contractus à conuentione partium legem accipiunt.*
5 *Assecurationis casus non dicitur eueniße, quando merces non sunt deperditæ.*
6 *Odd. in consil.*31. *num.*11. *declaratur.*
7 *Plura, quando obstant, si vnum remoueatur, attamen alia remanent.*
8 *Repræsalia fiunt à Principe, vel cum Principis auctoritate.*
9 *Verba, & fusse come si voleße, ò interuenisse, posita in assecuratione nauium, sunt adeo ampla, vt restrictionem aliquam non recipiant.*
10 *In assecuratione Nauium, dum susceptum fuit omne impedimentum, & omne risicum, quousque ad locum conuentum peruenirent merces, ea verba nullum casum excludere videntur.*
11 *Interpretatio nulla melior capi potest in contractibus, quam ea, quæ prouenit ex declaratione contrahentium.*
12 *Mandatum re integra reuocari potest, & num.*14.
13 *Confessio, quando est acceptata semper operatur effectus suos.*
15 *Contra assecuratores nauium obligatos in forma Cameræ relaxatur mandatum quando non fuit impleta promissio.*
16 *Mandatum in vim obligationis Cameralis non potest relaxari, nisi præcedat liquidatio debiti.*
17 *Fides Officialis publici in forma probanti, probat.*
18 *Fides extraiudicialis, si sit adminiculata, fidem facit.*

DECISIO XXIV.

CVpientes Octauianus Acciaiolus, & Marcus Martellus à Sicilia adducere ad Portum Gori per mare, quandam quantitatem grani supra nauem S. Bouauentura nuncupat. conuenerunt cum pluribus mercatoribus, qui (recepta mercede ad rationem septem pro centenario) assecurarunt granum donec, & quousque fuisset delatum ad dictum Portum Gori, aliàs voluerunt teneri ad solutionem pretii conuenti, verùm quia factio triremium Reipublicæ Venetæ fuit asportatum ad Ciuitatem Venetiarum non autem ad dictum conuentum locum Gori, dubitaui, An sit relaxañ. mandatum cõtra dd. assecuratores, & Domini affirmatiuè responderunt existimantes euenisse casum assecurationis commissamq; fuisse stipulationem.

Nam assecuratio fuit promissa verbis generalibus in forma amplissima, cum particulari expressione etiam represaliarum, & cuiuslibet casus sinistri ab amicis, seu inimicis. Ideoq; Assecuratores in se susceperunt omne risicũ, & periculum, propter quod potuisset impediri transportatio grani ad locum cõuentum, ponderando verba assecurationis, ibi: *Correndo risico li sottoscritti Signori Assecuratori sopra detti grani d'ogni caso di mare, di fuoco, di getto in mare, di represaglia, ò rubaria d'amici, ò d'inimici, e d'ogn'altro oporteuole disastro, sinistro impedimento, ò caso sinistro, e fosse come si volesse, ò interuenisse, tutti li detti risichi li corrono, e tutti li portano li sottoscritti Signori Assecuratori sopra di loro,* & propterea dum Assecuratores nedum generaliter in quolibet casu se obligarunt, sed etiam exprimendo certos casus, secutus comprehenditur sub assecuratione, præsertim, postea excipiendo dumtaxat à dicta generalitate casum Barrattariæ, ibi: *Dichiarando, che da Barattaria del Capitano, & marinari in fuori, li sottoscritti Sig. Assecuratori à tutti l'altri risichi, casi sinistri, & infortunij vogliono essere tenuti, & obligati in tutto, & per tutto, &c.* ex quo rectè arguitur, vt nullus prætereà casus exceptus fuerit,
1 hæc enim † exceptio, & reseruatio vnius casus operatur cõprehensionem reliquorum casuum, propter quos granum non potuisset asportari ad d. locum conuentum, vt in simili
2 dicitur de conductore, qui si † certos casus expressit in aliis omnibus teneatur, vt per *glos.in l.si quis fundum, ff.locat.& conduct. Alex.cons.*3.*num.*2.*lib.*2.*Rim.Iun.consi.*92.*nu.*20. *lib.*1. & in his terminis obseruauit, *Ang. consil.*290. *num.*5.
3 *Bald.consil.*395.*num.*6.*lib.*2. vt aliquo casu excepto, † reliqui omnes comprehensi intelligantur, *Rota in Romana Affict.*8.*Febr.*1593.*coram Gipsio, relat.inter diue.dec.*727.
4 *sub num.*4.*versic.sed quicquid sit, par.*4. cum † contractus à conuentione partium legem accipiat, *l. contractus, §.sed hæc ita, ff.de reg.iur.l.*1.*§.legem, ff depos it.cum similibus.*

Nec potest excludi hic casus secutus, eo sub prætextu, vt
5 merces assecuratæ integræ adhuc hodie † sint, dum illarum pretium non amiserunt assecurati ex traditis per *Odd. cons.*31.*num.*11.*Santer. de assecur.par.*4.*num* 46. vel ex eo quod Nauis fuerit capta à Principe pro asserta occasione annonæ proprii Principatus; Ideoq; hic casus non comprehendatur in hac assecuratione, ex *Rota Ianueñ decis.*62. quã sequitur *Mastrill.decis.*284.*num.*48. nam primus casus non obstat, quia nihil conferre videtur, quod saluum sit hodie granum, & illius pretii sint Creditores assecurati, nam obligatio assecuratorum continet consignationem identitatis grani, & illius consignationem in certo loco, & proinde
6 non applicatur. *Odd.* † cum non sufficiat extare granum in alio loco, sed copulatiuè requirantur ista duo, videlicet idem granum, & in certo loco conuento, & in isto casu granum habetur pro deperdito respectu loci Portus Gori, ad quem fuit promissa asportatio, non ad Ciuitatem Venetiarum; Ideò quandocumquè granum

impeditum fuit asportari ad Portum conuentum, intrat obligatio assecurationis, iuxta benè in hac re deducta per *Salern. de assecurat. par. 3. num. 53.* & sanè quia quando plura
7 † obstant, si vnum remoueatur, attamen alia remanent, *cap. ex tutorum, de auth. & vsu pall. cap. pastoralis de priuil. Gemin. consl. 33. nu. 8. Rot. coram sa. mem. Greg. XV. decis. 87. num. 7. cum seqq.* vbi etiam *Add. nu. 16.* Decisio autem Ianuen non facit ad casum, quia ibi non constat quod assecuratio fuerit sub simili forma, vt hæc de qua agitur, quinimo ex eius lectura patet quod fuit limitata ad predam, latronū incursionem, & casus sinistros dumtaxat, vt patet ibi *sub nu. 1. vers. quando casus,* non autem dictum fuit, *& fosse come si volesse, o interuenisse,* nec exceptus solus casus Barattariæ, qui firmat regulam in contrarium ex supra deductis, vltra quod ibi, vt pariter constat ex *num. 3. vers. & in effectu,* non fuit assecuratum granum, sed Nauis, quæ tandem peruenit ad locum destinatum, licet fuerit per aliquantū temporis apud Venetos detenta.

Neque etiam subsistit fundamentum quod fuerit capta
8 à Principe: quia vltra quod repræsaliæ † fiunt à Principe, aut cum Principis auctoritate, & tamen casus represaliarum fuit expressè in assecuratione comprehensus, ibi, *di represaglie, &c.* & deindè solùm exceptus casus Barattariæ, itaut propterea censeatur in ea comprehensus omnis casus etiā ex facto Principis externi proueniens. Sed cessat omnis dif-
9 ficultas ex supra relatis verbis, † *& fosse come si volesse, ò interuenisse,* quæ sunt adeò ampla, & vniuersalia, vt restrictionem aliquam non recipiant, sicuti in puncto ex multis plenè exornat *Stracc. de assecurat. glos. 15. num. 13. post med. vers. Cum ergo, & num. 14. gloss. 16. per tot.* Dum enim in
10 Assecuratione susceptum fuit omne impedimentum, † & omne risicum, quousquè ad locum conuentum perueniret granum, ea verbá nullum casum excludere videntur, *Boss. de remiss. merced. num. 65. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 80. num. 1. cum seqq. Mantic. de contract. lib. 5. tit. 8. num. 10. et seq.*

Quibus accedit, quod ijdem assecuratores intellexerunt assecurationem modo supradicto, dum dederunt mandatum assecuratis, quod eorumdem assecuratorum nominibus mandarent mercatoribus Venetis de Sanminiatis & Guasconibus, vt frumenta supradicta reciperent, & procurarent vendere eorum sumptibus pro obseruantia assecu-
11 rationis, prout executum fuit, non enim melior † interpretatio dari potest, quam ea quæ prouenit ex declaratione contrahentium, cum nec possit in dubium reuocari, *l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. Soccin. iun. consl. 65. num. 64. lib. 1. cum alijs per Mant. decis. 18. n. 6.*

Hinc non obstat, quod reuocauerint hoc mandatum ipsis assecuratis, quia non propterea reuocarunt cōfessionem, aliud enim est confessio, aliud mandatum, licet enim potue-
12 rint reuocare † mandatum re integra, non tamen confessionem, quæ iam erat acceptata, ita vt illa confessio semper
13 † operetur suos effectus, prout de iure nulla habita consideratione reuocationis, nisi docto de errore, ex latè cumulatis per *Fabr. de confess. concl. 6. num. 9. cum tribus seqq et de reg. iur. codcl. 1. num. 24. et seq.* & per *Modern. Bonon. var. resol. lib. 2. cap. 44. num. 9 et seq.* vltra quod ista prætensa reuocatio fuit facta assecuratis, & erat facienda supradictis mercatoribus Venetis procuratoribus de ipsorum assecura-
14 torum † mandato iam constitutis, & fuit pariter facta non solum re non integra, sed etiam lite pendente.

Sed cum ex deductis hinc inde in facto, videlicet ex epistolis, ex cōfessione Assecuratorum & ex fide officialis Annonæ Ciuitatis Veneiarum constet, Nauem S. Bonauentura nuncupat. cum grano non peruenisse ad Portum Gori, sed fuisse facto dd. triremium asportatam Venetias, ibique detentam & granum à Naui extractum. & in publicis Horreis repositum, contra assecuratores est relaxam. mandatum vigore obligationis Cameralis, cum non fuerit impleta promissio dandi in loco conuento, ideoq; commissa stipulatio
15 ad pretia conuenta aduersus eosdem Assecuratores † ex generali stipulatione contrhentium, ad *tex. in l. 1. et l. centum Capuæ, ff. de eo quod cert. loc. Castr. in leg. nauem, Saufeli, ff. locati, num. 6. Alexan. in l. à Titio, num. 3. ff. de verb. oblig. Bart. Bald. Salic. et alii relati à Rota Ianuen. decis. 25. num. 1.*

Non obstat, quod non probetur quantitas grani vehendi
16 posita in Naui, & sic non possit † relaxari mandatum in vim obligationis Cameralis, nisi præcedat liquidatio, *Galles. de oblig. Cam. quæst. 34. num. 10. et quæst. 35. sub numero 6. et Rota post ipsum decis. 115. num. 10. decis. 142. num. 5.* quia ea iustificatur ex apoca in qua Assecuratores dum susceperunt in se granum tacitè agnouerunt etiam quantitatem grani, quam mandarunt consignari eorum procuratoribus de Sanminiatis, & Guasconibus, & ex
17 † fide Officialis publici officii Annonæ Ciuitatis Venetiarum in forma probanti, quæ sola plenè probat adnotata *per Doctor. in l. fin. ff. ad l. Iul. de Annon.* cum ex ea resultet certitudo, *l. 1. C. de sent. quæ sine certa quantitate, Cæsar de Grass. decis. 5. num. 5. de restitut. spol.* & tenuit *Rot. in Aret. liquidationis 23. Ianuarii 1617. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Et dicta Iura sunt etiam conformia Epistolæ responsiuæ dd. Procuratorūm, in quibus habetur granum ascendisse ad sextaria 6765. quemadmodum ex
18 lectura earum probatur, adeout huiusmodi fides † etiam ex his adminiculāta, multo magis talem quantitatem probare videatur, quamuis esset simplex extraiudicialis, & non publici Officialis, *Rota in recent. decis. 122. sub num. 7. versic. quæ fides parte 1. et apud Consilia Farinacc. lib. 2. decis. 323. num. 2. versic. cui attestationi, in Caetana Beneficiorum 9. Februarii 1618. coram bo. mem. Buratto,* & sæpiùs in aliis.

Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Domus.

Die Mercurij 26. Februarij 1631.

ARGVMENTVM.

Ad deuolutionem, & caducitatem agens, quid probare grauetur. Emphyteusis quando sit transitoria ad hæredes extraneos, etiamsi sit Ecclesiastica. Alienans bona emphyteutica, irrequisito Domino directo, quando non incurrat in caducitatem.

SVMMARIVM.

1 *Ad Deuolutionem, & caducitatem agens, regulariter eam probare tenetur.*
2 *Ad Caducitatem agens ob lineam finitam, dictum finē probare grauatur, & num. 3.*
4 *Lineæ inuestiti defectus probari debet ab eo, qui agit ad deuolutionem.*
5 *Ad Deuolutionem agens, ob non pacti adimplementum, dictum non adimplementum, ipse omnino probare tenetur, & num. 6.*
7 *Caducitas incursa ob non adimplementum, censetur remissa ex multiplicatis receptionibus Canonum.*
8 *Deuolutio, quando non iustificetur.*
9 *Emphyteutica bona, si sint translata in aliquem cum consensu Domini directi sine præfinitione temporis.*
10 *Et neque fuit restricta ad vitam, neque generationem, sed titulo perpetuæ emphyteusis iure proprio.*
Tunc effecta est transitoria ad hæredes etiam extraneos,

neos, & hoc procedit etiamsi emphyteusis sit Ecclesiastica.

11 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse in alienationibus rerum Ecclesiæ ex cursu triginta annorum.*

Et hoc siue fuerit reseruatum, siue non in instrumento venditionis.

12 *Alienatio emphyteusis facta irrequisito Domino directo, non inducit caducitatem, si ea fuerit necessaria, nimirum si sit facta auctoritate Iudicis.*

13 *Caducitas non incurritur ex alienatione necessaria facta vigore Bullæ Iuris congrui.*

14 *Ignorantia præsumitur in succedente in ius alterius.*

15 *A Caducitatis pœna quis excusatur ex iusta ignorantia.*

16 *Ad Deuolutionem agens ex vno capite, vt non obtineat, sufficit quod eam ex illo capite non iustificet.*

DECISIO XXV.

Domus ista, de qua agitur, de anno 1485. à Monachis Sanctæ Mariæ Nouæ concessa fuit in emphyteusim Guillelmo Statij, & Guillelmo Petri, insolidum, ad secundam generationem, pacto adiecto, quod ipsi emphyteutæ in casu absentiæ ab Vrbe tenerentur notificare Monasterio sub pœna caducitatis, vt in Summ. num. 1. Deinde de anno 1567. cum Georgius, filius Guillelmi Petri, domum vendidisset Leonettis, à Monachis præstitus fuit consensus contractui, & inuestiti fuerunt Leonetti in perpetuum, vt in Summ. num. 3. Quibus quidem Leonettis, ad deteriorem fortunam deuentis, & non soluendo effectis, cum in subhastatione, ad instantiam Creditorum facta, domus fuerit primo adiudicata Francisco Caluo, & deinde ab hoc pariter per subhastationem transiuerit in Pulcios, Monachi prætendentes factum esse locum deuolutioni, intẽtato coram Locumtenente Eminentiss. Vicarij iudicio, per sententiam fuit illis impositum silentium, qua sententia per alium Iudicẽ reuocata, pro parte illorum de Pulcis, causa fuit coram me in Rota introducta, & dubitatum, An constet de causis restitutionis in integrum aduersus dictam secundam sententiã, in quo dubio Domini affirmatiuè responderunt.

Quia visum fuit constare de iniustitia posterioris sententiæ, & consequenter de læsione illorum de Pulcis, cum pro parte Monachorum non fuerit doctum de deuolutione, &
1 caducitate, quæ † regulariter probari debet ab eo, qui agit ad illam, *Speculat. in tit. de emphyteus. §. nunc aliqua, num. 66. Bero. consil. 249 num. 8. lib. 1. et fuit dictum in Ariminen̄ Deuolutionis 17. Maij 1602. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio.*

Aut enim Monachi nituntur Instrumento inuestituræ, factæ de anno 1485. & tunc, vel prætendunt factum esse locum deuolutioni ob generationem finitam, vel ob non adimplementum pacti, quo emphyteutæ tenebantur notificare absentiam ab Vrbe, & neutro ex capite videtur intrare caducitas.

Non quidem ob finitam secundam generationem masculinam, & fœmininam, vtriusque Guillelmi inuestiti, quia
2 à Monachis nullibi probatur † deficientia, & finis dictæ secundæ generationis, & quod filii primorum inuestitorum, quos adfuisse nõ controuertitur, decesserint sinè filiis, prout
3 omninò de iure requiritur, † quando agitur ad effectum deuolutionis, censuit *Rota apud Card. Seraph. decis. 1458. n. 1. et coram bo. me. Card. Caual. decis. 558. nu. 1. et 3. et in Ferrarien̄ Bonorum 22. Decemb. 1603. coram Ortembergo*, vbi
4 quod onus probandi † defectum lineæ spectat ad agentem, *et in Arminen̄ deuolutionis 16. Februarij 1609. coram bo. mem. Card. Sacrato, et in Romana domus de Blanchis 10. Maij 1619. coram bo. me. Buratto.*

Minusque deduci potest caducitas ex non adimplemẽto pacti de notificando absentiam inuestitorum, quia de tali absentia non constat, quam tamen Monachi, vti funda-
5 mentum † eorum intentionis, probare omninò debuissent, *iuxta consil. Feder. de Sen. 148. num. 1. et 2. Siluan. consil. 3. num. 13. Crauett. consil. 240. num. 3. vers. sed tamen verius. Bursat. consil. 119. num. 3. Put. decis. 375. in fin. lib. 2. in corr*
6 *rect.* præsertim † ad effectum deuolutionis *Rota decis. 170. num. 10. ad fin. par. 2. recent.* & in omnem casum ex multi-
7 plicatis † receptionibus Canonum per longissimum temporis spatium subsequutis, censeri debet omnem prætensam deuolutionem remissam fuisse, *Glo. in l. 2. verbo (repellere) versic. item si triennio, et ibi Doct. C. de iur. emphyt. Ruin. consil. 110. num. 4. lib. 1. Gabr. consil. 66. num. 54. et seqq. lib. 2. Surd. decis. 6. num. 7. et decis. 181. num. 1. Card. Mantic. decis. 200. num. 1. et 2. et decis. 896. num. 4. et 5. par. 4. diuers.*

Aut verò Monachi agunt ad deuolutionem in vim secũdi Instrumenti de anno 1567. In quo venditio domus, facta Leonet. tanquã de perpetua emphyteusi, & ad quoscũq. extraneos t rãsitoria, approbata fuit, prout re vera eos egisse colligi videur ex monitorio, Summ. num. 4. vbi asseruerũt euenisse casum deuolutionis ob mortem Iuliani, & Alexãdri de Leonettis; Et hoc etiam casu deuolutionem non iu-
8 stificari † Domini censuerunt, siue illa deducatur ex obitu illorum de Leonettis, siue ex defectu beneplaciti Apostolici, siue ex alienatione istius domus, facta irrequisito domino directo.

Non est factus locus deuolutioni per obitum Iuliani, & Alexandri de Leonettis, quia in illos translata fuit domus
9 de consensu Monachorum † sine temporis præfinitione, neque concessio limitata fuit ad eorumdem vitam, seu generationem, sed titulo perpetuæ emphyteusis iure proprio, & in perpetuum concessa fuit ipsis, & eorum hæredibus, vt in Summ. num. 3. & sic per mortem dictorum em-
10 ptorum non est deuoluta domus, cum effecta † fuisset trãsitoria ad hæredes extraneos, etiamsi emphyteusis fuerit Ecclesiastica, vt tradunt *Soccin. Sen. consil. 266. num. 37. versi. secundo præmissa. lib. 2. Curt. Iun. consil. 4. num. 24. in fin. Gabr. consi. 76. num. 7. et seqq. lib. 2. Becc. cons. 3. num. 30. Rimin. Iun. cons. 451. num. 19.* vbi de receptissima testatur opinione, *Rota apud Card. Seraph. decis. 868. num. 3. et in Mediolanen̄ Bonorum 7. Iunij 1585. coram Bubalo, et in Romana deuolutionis domus 1. Decembris 1600. coram bo. mem. Card. Millino.*

Nec etiam suffragatur defectus beneplaciti Apostolici ad probandam prætensam deuolutionem, quia ex lapsu triginta, & vltra annorum, & subsecuta obseruantia cõtractus
11 † per tantum tempus, illud præsumitur obtentum, siue fuerit enunciatum, siue non, in Instrumento venditionis, *Card. Seraph. decis. 675. num. 1. & decis. 1042. num. 3. in fin. & decis. 1307. num. 7. Rota in recent. decis. 159. num. 4. & 5. par. 1. cum alijs.*

Et demum nec quicquàm facit pro inducenda deuolutione, quod ista domus fuerit alienata in Pulcios, modo agente ad restitutionem in integrum, irrequisitis Monachis dominis directis, tùm quia cùm necessaria fuerit alienatio,
12 † & sequuta fuerit per subhastationem auctoritate Iudicis perfectam, hinc sequitur non esse incursam caducitatem, neque factum locum deuolutioni, vt censuit, *Rota apud bo. mem. Card. Caual. decis. 622. num. 6. vers. responsum fuit, & in simili idem respondit in Romana deuolutionis 11. Decembris 1583. coram Orano*, vbi quod non incurritur cadu-
13 citas ex alienatione † necessaria facta vigore Bullæ Iuris congrui; Tùm etiam quia cùm venditio facta fuerit ad in-
14 stantiam creditorum, & hæredum † inuestitorum, qui præsumũtur ignorasse domum istam esse sub directo dominio
15 Monachorum, vtquè † ex hac iusta ignorantia excusari debent à pœna caducitatis, *Glo. & DD. in l. 2. C. de iur. emphy. l qui in alterius, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg iur. Ias. in l. fi. num. 127. de iur. emphyt. Rol. consil. 66. num. 19. lib. 3. Hond. consil. 42. num. 15. lib. 2. Rota apud Card. Caual. decis. 94. nu.*
16 1. Et deniquè sat est † quod non fuit intentata à Monacis deuolutio ex hoc capite alienationis, sed ex capite lineæ finitæ, quam tamen, vt supra dictum fuit, nullatenus justificarunt.

Et ita, vtraquè parte informante &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Mutui, seu Pecuniaria.

Die Veneris 14. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Obligatio carcerati ad fauorem illius, qui carcerationem procurauit, quando substineatur, & quando nullius sit momenti. Iudex, officialis, vel Baro an possint contrahere cum carcerato, & quid in subdito in plena libertate constituto.

Confirmata fuit à Rota ista decisio, in hac eadem causa sub die 27. Iunij eiusdem anni 1631. coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano, vbi præsens hęc decisio R. P. D. Merlini tamquàm doctissima, & elegantissima extollitur &c.

Et vt ingenuè loquar, Omnes ferè huius Celeberrimi Auditoris, fœcundissimum, & fœlicissimum illud ingenium, singularem Doctrinam, mirabilem Eruditionē, & mellifluam quamdam Suauitatē, summa cum dignitate, copulatam admirantur, & mirificè obseruant. O Vir summo dignus honore.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati obligatio valida est, & substinetur, quoties quis iustè fuit carceratus.*

2 *Metus non potest dici incuti, quoties aliquid in satisfactionem iustitiæ fit.*

3 *Metu, quod factum est eatenus retractatur, quatenus contra Iustitiam id processit.*

Iuris exequutio, nec metum, nec iniuriam incutit, n. 3.

4 *Iustè, quoties quis cogitur, censetur quodammodo voluntariè consentire.*

5 *Carceratio si sit iniusta, & obligatio tendat in fauorem illius, qui carcerationem procurauit, tunc talis obligatio est ipso iure nulla, nec etiam iuramento validatur, num. 43.*

Carceratio iniusta probat metum cadentem in constantem virum, num. 5.

6 *Prætor afflatu diuino, edictum, quod metus causa, edidit.*

7 *Carceris iniustitia, non solum desumitur ex eo, quod carceratus debitor non est, nec Reus obiecti criminis, sed etiam quando, licet sit debitor, & reus, non tamen iuris ordine seruato captus fuit, amplia. num. 8.*

9 *Carceratio in dubio præsumitur iusta, pro facto Iudicis.*

10 *Iudex, quando dicatur non ritè processisse ad capturam.*

11 *Præsumptio pro Iudice, quod carceratio præsumatur iusta, cessat, quando constat Iudicem iniustè, & non seruato iuris ordine processisse.*

12 *Carcerati obligatio ad fauorem Iudicis, vel Officialis, etiamsi iusta sit carceratio, non tenet.*

13 *Testamentum carcerati factum ad fauorem Iudicis, aut Officialis non tenet.*

14 *Iudicis, vel Officialis maiestas maiorem incutit timorem Reo, quam creditor.*

15 *In Reo erga creditorem nulla potest considerari reuerentia, prout datur erga Iudicem, & Superiorem suum.*

16 *Officialis prohibetur contrahere, & obligationes recipere à subditis, nedum quando sunt carcerati sed etiam quando in plena libertate existunt.*

17 *Officialis, quod metu inducat ad contrahendum, lex semper suspicatur, & præsumit ex parte subiecta deesse liberum consensum.*

18 *Ab Officiali semper præsumitur terror inferri.*

19 *Contractus initus cum Officiali ipso iure est nullus, & meticulosus censetur, cum contrahens possit ab Officiali compelli.*

20 *Contractus initus cum Officiali, nec etiam iuramento firmatur, quod procedit etiamsi sit renunciatum legibus id prohibentibus.*

21 *Carcerati contractus cùm Officiali irritatur ob duplicem metum, subiectionis scilicet, & carcerationis.*

22 *Officiales simplices habent vltorem Dominum, seu Baronem.*

23 *Carceratus probabilius formidat indignationem Baronis, quàm Iudicis, vel Officialis.*

24 *Officialis prohibitio, quod non possit contrahere cum subdito, vbi posita sit.*

25 *Officialis non habens iurisdictionem liberè potest contrahere cum subditis, dummodo ratione officij non possit compellere contrahentes ad sic faciendum.*

26 *Mutui contractum iura valdè abhorrent in obligationibus subditorum, & carcerati erga Officiales.*

27 *Sub mutui contractu multa illicita committuntur, & sub illius nomine fraudes legibus fiunt.*

28 *Baro assimilatur Officiali perpetuo, non autem temporali.*

29 *Doctorum distinctio in l. principalibus, ff. si cert. petat. improbatur.*

30 *Officialis perpetuus est magis formidabilis, quàm temporalis, qui breue est remouendus, & syndicandus.*

31 *Officialis, dum vidit se eße perpetuum facilius inducitur in tyraunidem.*

32 *Officialis perpetuus, si haberet interdictum commercium, de non contrahendo cum subdito, pœnæ quodāmodò addictus videretur.*

33 *Roman. in l. principalibus, ff. si cert. pet. reprobatur.*

34 *Carceratus postquàm è carcere est liberatus, & in plena libertate constituto, potest contrahere, cum Barone.*

35 *Officialium contractus cum subditis, leges reprobantes, quando cessent.*

36 *Principis sola dignitas, & iurisdictio, & reuerentia subditi erga ipsum, non inducunt iustum metum, sed etiā minæ requiruntur.*

37 *Contractus Principis, & Baronis cum iniustè carcerato celebratus non tenet.*

38 *Metum iustum in carcerato ad contrahendum cum Barone, quæ inducant.*

39 *Superioris sola præsentia absque minis, quando adest timor coactionis, sufficientem inducit metum; ad annullandum contractum cum ipso inito.*

40 Car-

40 *Carceratus, vt quis dicatur, quid sufficiat.*

41 *In carcere intelligitur esse, qui sub fida custodia manet.*

42 *Iuramenti vim habet clausula in instrumento apposita, vt habeatur pro iurato.*

44 *Voluntas coacta, licet habeat in superficie volitionem, in medulla tamen habet volitionem, & num. 45.*

46 *Cum carcerato, qui contrahit, ob iuris resistentiam nullum ius, nullamq. actionem acquirit.*

Nec meretur, vt sibi promissa seruentur in pœnam doli, & calliditatis, qua extorsit à metuente obligationem, sub prætextu iustitiæ. num. 46.

47 *Iudex, qui ius, & iustitiam ministrare tenetur, instrumentum alterius iniquitatis esse non debet.*

48 *Iuramentum, quod sine dispendio æternæ salutis seruari potest, Iudicis officio compelli quis debet, vt exequatur.*

49 *Clausula, iuramenti, parit quidem effectum ciuilem iuramenti erga hominem, sed non inducit sacramentum iuramenti formalis erga Deum.*

DECISIO XXVI.

PETEBATVR à Barone mandatum contra D. Franciscum, vigore apocæ, obligatione Camerali, & clausula iuramenti, munitæ, in qua dictus Franciscus confessus fuerat causa Mutui recepisse ducatos 1500. & obligauerat statis temporibus se restituturum Baroni, quod mandatum nõ esse relaxandum hodiè Domini responderunt.

Apparet enim ex actis Franciscum de ordine Baronis captum fuisse, & in carcere detrusum die 16. Augusti, neque liberatum, nisi die vltima Octobris, apoca vero confecta fuit die 20. Septembris, & sic inita est obligatio tempore, quo Franciscus vinculis erat mancipatus; Receptissima au-
1 tem est conclusio, quam & pluries Rota amplexa † fuit, obligationem carcerati validam quidem esse, & sustineri, quoties iustè fuit quis carceratus, *Bart. in l. qui in carcerem, num. 1. ff. quod met. cauſ.* & ibidem *Bald. in prima lectura vers. item etiam, Alberic. num. 2. Ang. num. 13.* idem *Bart. in l. qui à latronibus, num. 2. ff. de testam.* latè *Farin. de carcer & carcerat. quæst. 35. num. 29. & in fragment. in verb. Metus, num. 21. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fin. & num. 41. Gratian. discept. for. cap. 479. num. 30.*
2 non potest enim † dici metus, dum in satisfactione Iustitiæ aliquid gestum est, vt inquit *Bald. in rub. quod met. cauſ. in princ.* & eatenus retractatur, quod metu factum est, qua-
3 tenus contra Iustitiam † id processit, plenè *Decian. consil. 18. num. 132. & 133. cum seqq. lib. 1. Aldobr. consf. 79. nu. 2. & seqq. lib. 2.* atquè etiam admisit *Rota in Forolinien. nullitatis obligationis coram bo. mem. Sacrato*, quæ est *decis. 490. par. 1. recent. & in Melphiten. seu Lauellen. pecuniaria 16. Nouembr. 1620. coram bo. mem. Vbaldo*, & iuris exequutio, nec metum, nec iniuriam incutit, *l. iniuriarum, §. primo, ff. de iniur. l. quemadmodum, §. Magistratus, ff. ad*
4 *l. Aquil.* atquè is, † qui iustè cogitur, censetur quodammodò voluntariè consentire, quia causam metus, & coactionis ipse dedit, & timor ab ipsomet nascitur, vt per *Less. de iust. & iur. d. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 43. Sanchez de matr. lib. 4. disput. 9. num. 8. & disp. 13. per tot.* Si verò iniusta fit
5 carceratio, & obligatio † tendat in fauorem illius, qui carcerationem procurauit, tunc obligatio non rescindenda, sed ipso iure nulla est, huiusmodiq. iniusta carceratio probat metum, & quidem cadentem in constantem virum, ità vt nulla alia iustificatione opus sit, *d. l. qui in carcerem, ff. quod met. cauſ. & l. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit.* & notant *Cardin. Zabarel. consf. 137. sub num. 1. & num. 2. Bald. in rubr. de controuers. inuestit. in vsib. feud.* vbi ait,
6 Prætorem afflatu † diuino, edictum metus causa edidisse, *Neuiz. consf. 52. num. 46. Roland. consf. 2. num. 47. & sequ. lib. 1. & consf. 57. num. 38 & seqq. lib. 2. Rimin. iun. consf. 613. num. 17. Farin. de carcer. & carcerat. d. quæst. 35. num. 3. & num. 28. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 136. num. 4. 5. & seqq. Guttier. de Iuram. par. 1. cap. 57. num. 7. & seqq. Surd. consf. 37. sub num. 21. vers. sed fallit. Manent. consf. 27. num. 14. & consf. 28. num. 16. & num. 21. Rot. d. decis. 490. num. 1. & 2. par. 1. recent. & decis. 286. num. 4. post 2. vol. consil. Farin.* Idquè verùm est, nedum quando iniustitia carceris de-
7 sumitur ex eo, quod carceratus debitor non est, † nec verè Reus obiecti criminis, sed etiam quando licet debitor sit, & reus, non tamen ritè, & iuris ordine seruato captus, & carceratus fuit, ità *Cuman. consf. 157. per tot. Afflict. decis. 149. num. 1. Farinac. de carcer. d. quæst. 35. num. 28. in fin. Guttier. de iuramen. d. cap. 5. 7. num. 7. vers. diceris, Manent. d. consf. 27. num. 9. 11. et 18. et consf. 28. numero 32.* Immò videtur etiam procedere, quando detrusio in car-
8 cerem iusta quidem est, sed facta fuit † ad extorquendum alium contractum separatum, & à causa carcerationis non dependentem, in fauorem eius, qui carcerationem procurauit, *Couar. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 15. Guttier. de iuram. d. cap. 57. num. 8. ad fin. et num. 9.*

9 Et quàmuis in dubio iusta † præsumi possit carceratio pro facto Iudicis, & ad excludendum delictum, *Paris. consf. 5. num. 168. lib. 4. et alter Paris. de resignat. lib. 13. quæst. 1. num. 161.* & sequuta est *Rota in Romana Prioratus 4. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*; Attamen in præsenti casu ex duobus cessat obiectum.

Primò, quia constat non ritè processisse Iudicem in ca-
10 ptura D. Francisci, siquidem nec † de corpore delicti, nec de legitimis indicijs, ad capturam necessarijs, constabat, fuitq; liberatus è carceribus, vt dicunt Testes, nec vnquàm examinatus, nec interrogatus, & hinc apparet iniustitia carceris, vt per *Cuman. d. consf. 157. Ang. Aret. consf. 96. num. 21. in fin et 22.* & in proposito benè cõsiderat *Natt. consf. 451. num. 3. in fin. Rim. Sen. consf. 140. num. 2. et seqq. Manent. consf. 27. num. 5. et consf. 28. num. 12. et 30. lib. 1.* & sic præ-
11 sumptio † pro Iudice, quod carceratio præsumatur iusta, cessat, dum apparet Iudicem iniustè, & non seruato iuris ordine processisse, *l. non est verisimile, ff. quod met. cauſ. Rim. Sen. d. consf. 140. num. 18. Manent d. consf. 28. num. 34.*

Secundò tollitur obiectum, & difficultas ex eo, quia distinctio prædicta inter iustam, vel iniustam carcerationem, procedit in obligatione facta ad fauorem creditoris, ad cu-
12 ius instantiam fuit carceratus, † sed quando obligatio est in fauorem Iudicis, & officialis, tunc, etiam si iusta sit carceratio, obligatio tamen carcerati non tenet, ità *Fulgos. in d. l. qui in carcerem, num. 3. ff. quod met. cauſ. Boss. in tit. de carcer. num. 22. et 23. Farinac. d. quæst. 35. num. 30.* quem-
13 admodum † etiam testamentum factum in fauorem eiusdem non subsistit, vt tradunt *DD. in l. qui à latronibus, ff. de testamen.* quam legem pari ratione procedere in contractibus notat ibidem *Bart. num. 2. et Castr. num. 3.* & sequitur *Guttier. d. cap. 57. num. 16.* Et ratio est differentiæ,
14 quia maiestas † Iudicis, vel Officialis maiorem incutit timorem Reo, quàm incutiat creditor, qui est priuata persona, nec iurisdictionem in eum habet, nullaque considerari
15 potest † reuerentia in Reo erga debitorem, prout datur erga Iudicem, & suum Superiorem, *Bart. in l. prima. §. quæ oneranda, nu. 5. ff. quar. rer. act. non det. Bertr. consf. 1. num. 12. lib. 1. Crauett. consf. 889. num. 3. Mandel. consf. 186.*
16 *num. 8.* Et Officialis prohibetur † contrahere, & obligationes recipere à subditis, nedum quando sunt carcerati, sed etiam si in plena libertate existant, quia semper lex suspicatur, quod officialis metu inducat ad contrahendum,
17 præsumitque ex subiecta † parte liberum deesse consensum, *l. vnica, C. de contract. iudic. l. qui officij. ff. de contrah. empt. l. quisquis. C. si cert. pet. l. principalibus, ff. eo-*
18 *dem, Bald. in l. nouissimè, num. 5.* vbi, quod ab † Officiali semper præsumitur terror inferri, *ff. quod cum fals. tutor. Bart. in d. l. principalibus, num. 2. vers. et ratio, et ibid. Alc. n. 17. et de præs. reg. 3. præs. 9. n. 15. et 16. Nat. consf. 50. nu. 13. Curt. iun. consf. 126. n. 1. ad fin. et 8.* vbi, quod talis cõtractus
19 est ipso iure nullus, † & meticulosus censetur, cũ contrahẽs possit ab Officiali compelli ad contrahendum, *Gram. consf. crim. 51. num. 12. Mastrill. de Magistr. lib. 6. cap. 8. num. 30. Cephal. consf. 164. num. 14. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 7. num.*

num.12.et seqq. vbi in ampliatione quinta tradit, quod nec
talis contractus iuramento firmatur, & ampliatione quar-
20 ta, quod non substinetur etiam si fuerit † renunciatum be-
neficio, *l. principalibus, & aliarum legum Franc. à Pont.
cons.49. num.33. lib.1. Manent. cons.27. num.31. & cons.28.
num.9.* Vnde meritò in omni casu siuè iustæ, siuè iniustę
21 carcerationis, obligationes factæ in fauorem Officialis †
irritantur ob duplicem metum, subiectionis scilicet, & car-
ceris, quo præsumuntur extortæ, & quia in duobus peccat
Officialis cōtrahens, vt inquit *Castr. in l. per impressionem,
num.1. C. de his qua met. caus.* Quæ rationes fortius proce-
22 dunt in Barone, quàm in simplici Officiali, & Iudice, † hi
enim habent vltorem ipsum Dominum, seù Baronem, Ba-
ro autem non habent vltorem, & vindicem, nisi supremum
Principem, qui tanquàm longè absens, & ad plura intentus,
tàm facilè adiri non potest, & consequēter carceratus pro-
23 babilius formidat indignationem Baronis, quàm Iudicis, †
vel alterius Officialis, illaque prohibitio Officialis de non
contrahendo, cum subdito, tota posita est in iurisdictione,
24 & auctoritate † ipsius, subditique perhorrescentia; sicque
illam non habeat officialis, & non possit inferre minacem
timorem, aut per impressionem lędere cōtrahentes, vt quia
non sint subditi, vel alias ob potentiam non timentes Offi-
cialem, tunc illi non interdicitur contrahere, *Dec. in d. l.
principalibus, nu. 11. ff. si cert. pet. Angel. in l. prima. C.
si Rector. Prouinciæ, Paris. de Put. de synd. verb. contrahe-
re, num.2. & 8. Luc. de Pen. in l.2. C. de lucr. aduocat. lib. 11.
Peregr. de iur. fisc. lib.4. tit.7. num.11. & 14.* vbi, quod Offi-
25 cialis, non habens † iurisdictionem, liberè contrahere po-
test, dummodo ratione officij per metum compellere ne-
queat contrahentes ad contraheñ, benè *Franc. de Pont.
cons. 49. num. 52. 54. & 55.* quæ iurisdictio cum maior sit
in Barone, quam in Officiali, vtiquè magis contra ipsum
vrgere debet dicta contrahendi prohibitio.

Quæ & eò faciliùs admittēda sunt, quoniam in hac apo-
ca contra Baronem, exprimitur causa mutui, quem mutui
26 † contractum multum iura abhorrent in huiusmodi obli-
gationibus subditorum, seù carcerati erga Officiales, vt in
l. principalibus, ibi, *ne qui prouinciam regūt mutuam pecu-
niam dent, ff. si cert. pet.* quia vt ibi docet *Bart. num. 1.
27 vers. ratio est*, sub contractu † mutui multa illicita com-
mittuntur, & sub illius specioso, & generali nomine, fraus
fieri legibus potest, varijsquè captionibus improba lucra
acquiri, *Bald. cons. 333. lib. 2. Aret. cons.24. sub num. 12.
Alciat. in d. l. principalibus, num.1. ff. si cert. pet.*

Non obstat, quod Doctores in *d. l. principalibus*, & in
l. Præsidis, ff. si cert. pet. constituant differentiam inter Of-
ficiales perpetuos, & temporales, & hos quidem non pos-
28 se contrahere affirmant, sed perpetuos posse, † Baronem-
que assimiliari Officiali perpetuò, non autem temporali.
29 Quoniam, † vltra quod hæc distinctio ab aliquibus im-
pugnatur, vt à *Salyc. in d. l. principalibus, & Ias. idem num.
2. Dec. num. 12. Natt. cons. 50. num. 13.* quorum opinio nec
30 videtur carere motiuo rationis, cum Officialis perpetuus †
sit magis formidabilis, quam temporalis, qui breui est re-
mouendus, & syndicatus censura debet subire, vt cōsiderat
*Salyc. in d. l. principalibus, post Guill. de Cun. atq. etiam
Ias. ibidem, num. 2. vers. tamen posses respondere, Dec.
num.12. vers. sed tamen in contrarium*, vbi quod maior
31 est ratio in Officiali perpetuò, † quia cum videat se per-
petuum, faciliùs inducitur ad tyrannidem, *Natt. d. cons. 50.
num.13.* Prædicta opinio præcedit in contractu inito inter
Officialem, & subditum in plena libertate constitutum, vt
loquuntur præallegati DD. & rationem assignant, quia alio-
32 quin † Officialis perpetuus haberet interdictum commer-
cium, si non posset contrahere, cum subdito, & pœnæ quo-
dammodò additus videretur, *l. præsidis l. principalibus*,
& ibi notant communiter DD. *ff. si cert. pet. Bald. in l. so-
lent. §. fin. ff. de offic. Proconf. Salyc. in l. quisquis, C. si cert.
pet. Alciat. in d. l. præsidis, num. 10. Pereg. de Iur. fisc. lib. 4.
tit.7. num. 10. Mantic. de tacit. lib.8. tit. 5. num.9.* quod se-
cus est in Officiali temporali, quia absoluto officio poterit
contrahere, vt benè per *Bald. in d. l. solent. §. fin. in 2. quæst.
Ias. in d. l. principalibus, num.4.* & pleniùs *Peregr. d. tit.7.
num.12. ampliat.6. vers. contra firmat*, vbi quod est verior
33 opinio hæc † cōtra Rom. & alios, quæ ratio cessat quotiès
obligatio emanauit à carcerato, quia tunc, licet sit Officia-
lis, vel Baro perpetuus, carceratio tamen non est perpetua,
nec concurrit absurdum illud de perpetua commercij pro-
34 hibitione, liberato enim è carceribus subdito, † & in plena
libertate constituto, poterit Baro cum ipso contrahere; Et
Doctores admittunt obligationem, etiam in fauorem offi-
cialis perpetui, nec subsistere, quando adesset suspicio me-
tus, & impressionis, *Bart. in l. aufertur, §. quod à Præside,
ff. de iur. fisci, Ias. d. l. principalibus, num.2. vers. 2. limita,
Alex. ibidem, num.4. in 3. limit. vers. intellige tamen, Al-
ciat. in l. Præsidis, num.20. ff. si cert. pet. Franc. à Pont. cōs.
49. num. 35. lib.1. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 4. tit. 7. num. 14.
vers. fallit, si per metum*, qui conclusionem firmat etiam
in Officiali non habente iurisdictionem, quando adest su-
spicio impressionis, quia licet propria careat iurisdictione,
aliena tamen, hoc est Principis, à quo habet officium, for-
midolosus esse potest, De metu autem, & impressione in
casu præsenti satis apparet ex carceratione, vt supra dictum
fuit, & Baro etiam ingenuè fassus est, vt deponit vnus ex
testibus chirografarijs, verè se non mutasse pecuniam Fran-
cisco, & ex pluribus deprætendebant Domini hanc obli-
gationem emanasse alia ex causa nec laudabili, quam
mutui.

Minus obstat, quod leges reprobantes contractus Offi-
cialium cùm subditis, non habeant locum in Ducibus, Mar-
chionibus, aliisquè Baronibus, qui nō solùm perpetui sunt,
35 † sed etiam iure proprio Iurisdictionem habent, quorum
contractus valent ad instar contractus ipsius Principis, *c. 1.
de probat.* & notant *Dec. in l. principalibus, num. 12. ad fin.
Alciat. in l. Præsidis, num.20. ff. si cert. pet. cum alijs*, &
sola dignitas, & iurisdictio Principis, seù Baronis, & reue-
36 rentia subditi erga ipsum non faciunt metum iustum, † &
vim per se cogentem, prout de Officiali videntur leges su-
spicari, sed etiam minæ requiruntur, *l. ad inuidiam, C. de
his quæ vi met. caus. Farin. in fragm. verb. metus, nu. 116.
Bursatt. cons.72. num.39. lib. 1. Castill. quotid. controuers.
c.1. num. 150. part.3.*

Quoniam respondetur, Principes, & Barones, non subij-
ci quidem prohibitioni dd. legum, & contractus subdito-
rum, cùm ipsis initos, valere, sed tamen si de impressione,
aut metù illato appareat, prout in casu præsenti constat, ex
37 carceratione, nullo iuris † ordine seruato per Baronem fa-
cta, tunc etiam contractus Principis, & Baronis non susti-
nentur, *l. decernimus*, & ibi *Bald. num. 9. C. de sacros. Ec-
cles. idem Bald. in tit. de pace Constantiæ, §. pactiones. Al-
ciat. in d. l. præsidis, num.20. ff. si cert. pet. Rol. cons. vlt.
num. 124. & seqq. lib.4. cons.2. num.73. lib.1. Marc. decis.
377. num.5 Crauett. cons.889. sub num.4. cum alijs*, & hic
nedum præsentia Baronis interuenit, cui Franciscus aduer-
sari ausus non fuit, & minæ, atquè impressionis suspicio, sed
ipsamet impressio, & minarum exequutio sequutæ fuerunt,
38 mediante carceratione, quæ quidem † fortiora sunt ad in-
ducendum iustum metum, *iuxta trad. per Curt. Iun. cons.
126. num. 5. Natt. cons. 50. num.13. vers. in casu autem
nostro*; vltra quod non desunt Auctores, qui existimarunt,
solam superioris præsentiam, absquè minis, quando pro-
39 babilis † adest timor coactionis, sufficienter incutere me-
tum, quos cumulat *Sanchez de matrim. lib.4. disp.6. nu.12.
Castil. quotid. controuers. part.3. cap.1. num.156. Capiblanc.
de Baron. pragm.9. num.60.*

Nec obstat, non in carcerem, sed in cubiculum hone-
stum fuisse detentum Franciscum, quia imò ex Testibus
apparet post octo dies à carceratione, & sic de tempore
confectæ apocæ, sub custodia retentum fuisse, ipsiquè pro-
40 hibitum, nè cùm alijs alloqueretur, & ad effectum † carce-
rationis sat est, quod in arce Baronis detineretur, ad tradita
per *Bald. in additione ad l. qui in carcerem in princ.* vbi di-
cit vim non stare in qualitate carceris, & *Fulgos. ibid. nu.2.*
41 vbi quod in carcere intelligitur esse, † qui est sub fida cu-
stodia, & puncto tradit *Natt. cons.451. num.16.* carcerem-
què in proposito censere quemlibet locum, à quo quis libe-
rè discedere nequeat, dixit *Sigismund. cons.17. num. 13. in-*

ter

ter cons. Feudal. lib. 1. Euerard. cons. 64. in part. Bursatt. cons. 72. sub num. 34. Farinac. de carcer. quæst. 35. num. 20.
42 Tandem non obstat iuramentum, cuius vim † habet clausula, de qua in instrumento, *vt habeatur pro iurato, &c.* Paris. cons. 110. num. 6. lib. 1. Becc. cons. 45. num. 14. Rol. cons. 69. num. 35. & 36. lib. 4. cum alijs; Quoniam obligatio facta ab iniustè carcerato, nec etiam iuramento
43 conualidatur in fauorem eius, † qui obligationem per metum à carcerato extorsit, non quidem ex eo, quod deficiat voluntas, & consensus carcerati, quia imò absolutè is consensit voluntariè, & metu coacta voluntas; dicitur volun-
44 tas, † metuensquè, licet habeat in superficie tantùm volitionem, & in medulla nolitionem, vt inquit *Bald. in celebri cons. Schismatis par. 2. num. 13. impress. ante rubr. C. si quis, aliýque testari prohibetur*, penes eundem *Bald.* tamen illam est solùm nolleitas, qua nolet, si mali metus abesset,
45 & non infert † vim præcisam, sed conditionalem, per quam ad effugiendum maius malum, nempè carcerationem, eligitur minus malum, hoc est obligatio, *ad l. si mulier, ff. quod. met. caus. plenè Less. de iust. & iur. lib. 2. dub. 6. cap. 17. num. 36. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 2. per tot.*
46 Sed quia is, qui contrahit cùm † carcerato, ob iuris resistẽtiam, nullum ius, nullamuè acquirit actionem, nec meretur, vt sibi promissa seruentur in pœnam doli, & calliditatis, qua extorsit à metuente obligationem, & sub prætextu iustitiæ falsò asseueratæ, ipsum Iudicem, qui ius, & iustitiam
47 ministrare tenetur, † instrumentum suæ iniquitatis constituit, iuxta *trad. per DD. in auth. sacram. puber. C. si adver. vend. Zabarel. cons. 137. num. 4. Rol. cons. 100. nu. 13. lib. 4. Surd. cons. 37. num. 2. Farinac. de carcerat. quæst. 35. num. 7. Honded. cons. 29. num.* 18. benè *Guttier. de iuram. d. cap. 57. num. 20.* & ponderat, post *Purpurat. consil. 282. num. 8. & 9. Manent. cons. 28. num.* 19. Et quàmuis tale iuramentum obliget, respectu Dei in testem suæ obligationis adducti, quem ideò iurans debet reddere testem veracem, implendo promissionem testimonio eius nominis
48 confirmatam, dum † non vergit in æternæ salutis dispendium, & Iudicis officio compelli debet, vt exequatur iuramentum Deo præstitum, qui nullum metum irrogauit, vt habetur in *cap. debitores, cap. si verò, cap. verum, de iur. iur.* & tradit *D. Thom. in 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad Tertiũ, Bart. in l. 2. num. 9. ff. quod met. caus. Ruin.* qui loquitur de contractu facto cum Domino Fauentiæ, *cons. 105. num. 5. lib. 1. Rim. iun. cons. 5. num. 23 5. Honded. cons. 13. num. 24. lib. 1. Guttier. d. cap. 57. num. 20. vsque ad 28. Sanch. super Decalog. lib. 3. cap. 11. num. 3. & 14.* Attamen de facili concedendam esse absolutionem, & iuranti succurrendum esse, asseuerant *Zabarell. d. cons. 137. num. 5. Natt. cons. 451. num. 23.* & quotquot superiùs allegati fuerunt.
49 Et in casu præsenti cessat difficultas, † quia clausula iuramenti parit quidem effectum ciuilem iuramenti erga hominem, sed non inducit sacramentum, & religionem iuramenti formalis erga Deum, adeò vt transgressor dicatur periurus, & sic nulla opus est absolutione, ex *trad. per Nat. cons. 479. num. 12. & cons. 480. num. 24. Port. Imol. consil. 19. num. 37. in fin. & 38. Surd. decis. 154. num. 2. & decis. 208. sub num. 4. Moder. Mant. Controuer. for. cap. 232. num. 32. & 322. num. 35. par. 2.*

Et ex his, vtraque parte informante, sic resolutum fuit.

R. P. D. DVNOZETTO.

Basilieñ Canonicatus.

Die Lunæ 17. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Literæ Apostolicæ, vt habeant executionem paratam, quid requiratur, In Ecclesia Receptitia non datur vacatio, nec potest fieri resignatio, & si fiat in manibus Papæ, quando substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ propter sui reuerentiam habent executionem paratam.*
2 *Literæ Apostolicæ tunc habent executionem paratam, quando sunt iustificatæ.*
3 *Narratiua qualibet est ante omnia iustificanda.*
4 *Gratia, quæ non iustificatur, est nulla.*
5 *In Ecclesia receptitia non datur vacatio, nec potest fieri resignatio.*
6 *Resignationes in Ecclesijs receptitijs factæ in manibus Papæ, quando substineantur.*
8 *Resignatio beneficij, si sit nulla, ista nullitas, quando incontinenti probatur, est apta impedire immissionem.*
9 *Actus, vbi per se non valet absquè confirmatione, si sequatur confirmatio, attenditur tempus confirmationis, & non ipsius actus.*
10 *Ordinarius non potest ex se, immutare præcedentem statum Ecclesiæ.*
11 *Narratiua etiamsi consistat in negatiua, est iustificanda.*
12 *In sacris constitutus, quis non præsumitur, nisi probetur, cum sit quid facti.*
12 *Ordinarius præsumitur benè informatus de qualitate personarum resignantium.*
14 *Intentionem suam quilibet tenetur probare, non per præsumptiones, sed plenè, & concludenter.*
15 *Capitulum potest impedire immissionem vigore literarum Apostolicarum, quando allegat exceptionem resultantem ex Indulto Apostolico.*
16 *Capitulum, vt dicatur legitimus Contradictor ad impediendam immissionem, sufficit quod alleget impedimentum respiciens obseruantiam Statutorum Ecclesiæ.*

DECISIO XXVII.

1 FVIT dictum Simoni non esse dandam immissionem, quia licet literæ † Apostolicæ propter sui reuerentiam habeant executionem paratam, *glos. in c. si Capitulo, in verb. exequatur, de concess. præb. in 6. Rot. decis. 332. num. 1.*
2 *& decis. 755. num. 1. par. 2. recent* hoc tamen procedit † quando sunt iustificatæ, *Cas. de Grass. decis. 12. num. 1. & 2. de probat.* ea ratione, quia tacitam censentur habere cõditionem si preces veritate nitantur, *l. fin. in princ. C. de diuers. rescript. Felin. in cap. fin. num. 29. circa fin. de præ-*
3 *sumpt.* & propterea † omnis narratiua est ante omnia iustificanda, *Rot. decis. 20. de præbend. in nouis.* & fuit dictum *in Leodieñ Parrochialis* 14. *Ianuarij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* In præsenti autem casu Simon re-
4 signatarius, qui petit Immissionem, & propterea † narratiuam suæ gratiæ iustificare tenetur. *Mantic. decis. 358. num.* 4. deficit in probatione illius.

In primis enim probat Ecclesiam istam esse numeratam,
5 sed potiùs, vt dicam infra patet illam esse receptitiam, † in qua cum non detur vacatio, neque etiam potuit fieri resignatio, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 3. num. 10. & 19. Mantic. decis. 229. num. 1.*

Non obstat, quod possit dari casus quod resignationes
6 in Ecclesijs receptitijs † factæ in manibus Papæ sustineantur, quia hoc est verum, sed procedit, quando Papæ fuit narratum, quod Ecclesia erat receptitia, quia tunc ex voluntate Papæ, qui dum sciuit statum, & qualitatem Ecclesiæ,

fiæ, & ea non obstante voluit admittere resignationem, di-
7 citur remotum obstaculum † non vacationis, & prouisum perinde, ac si re vera beneficium vacasset, vt per *Gonzal. vbi supra num.* 23. & ita cum in præsenti casu Papa ignorauerit supradictam qualitatem in hac Ecclesia impedientem vacationem, sequitur quod resignatio sit nulla, & cum nul-
8 litas † sit incontinenti probata, est apta impedire dictam petitam Immissionem, *Card. Caualer. decis.* 92. *num.* 2. & fuit in simili dictum *in Romana hæreditatis de Agazzarijs* 11. *Aprilis* 1622. *coram bo. me. Remboldo.*

Quod verò huiusmodi nullitas incontinenti sit probata, patet, tàm ex narratiua litterarum, in qua dicta qualitas nõ legitur, quàm ex reductione facta per Ordinarium ad certum numerum Canonicorum, & per Papam confirmata, quæ reductio cum fuerit confirmata à Papa de anno 1626. & resignatio secuta fuit de anno 1623. sequitur quod de tempore resignationis factæ Simoni Ecclesiæ erat adhuc
9 receptitia. Vbi autem actus † per se non valet absquè confirmatione, si sequatur confirmatio attenditur tempus confirmationis, & non ipsius actus, *Paris. cons.* 19. *nu.* 15. *lib.* 1. *Verall. decis.* 311. *par.* 2.

Non obstat, quod vsquè de anno 1619. reductio fuerit facta ab Ordinario, quia illa ante confirmationem Aposto-
10 licam nihil operebatur, † cum Ordinarius non potuerit ex se immutare præcedentem statum Ecclesiæ, *Rot. decis.* 163. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

Præterea gratia non iustificatur in illa parte, in qua fuit narratum, quod Franciscus resignans nullos sacros ordines
11 haberet, quæ qualitas ita narrata etiam quod consistat † in negatiua regulariter venit, probanda, maximè quando prout hic est fundamentum gratiæ, *Gabr. de probat. concl.* 6. *in princ. Rota coram sa. me. Gregorio XV. decis.* 13. *num.* 8. & *ibi Adden. num.* 12.

Non obstat, quod Simon habeat præsumptionem Iuris
12 pro se, secundum quam, † quis non præsumitur in sacris constitutus, nisi probetur, cum sit quid facti, *Rot. decis.* 756. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* maximè concurrente prouisione Exe-
13 cutoris, qui cum fuerit Ordinarius † benè præsumitur informatus de qualitate Francisci resignantis, *Felin. in cap. ad aures, num.* 15. *vers. qua non cadit, de rescript. Seraph. decis.* 1026. *num.* 3.
14 Quia secundùm opinionem, quam seruat Rota, † quilibet tenetur probare intentionem suam, non per præsumptiones, sed plenè, & concludenter, *Achil. decis.* 1. *de probat. Seraph. decis.* 1171. *num.* 1. & 2. quod tantò magis procedit in præsenti casu, in quo Papa post narratiuam partis fecit gratiam conditionalem, ibi, *mandamus, vt si dictus Franciscus in nullo ex sacris Ordinibus constitutus existat.*

Non obstat, quod Capitulum non sit legitimus contradictor ad impediendum immissionem, quia hoc non pro-
15 cedit, quando allegat exceptionem † sibi competentem vigore Indulti Apostolici, vt fuit dictum *in Ispalen. Canonicatus* 27. *Iunij* 1605. *coram sa. me. Gregorio XV. & in Leodien. Abbatia* 2. *Maij* 1622. *coram bo. mem. Vbaldo.* & sic ista conclusio non applicatur hic, ex quo Capitulum ex gratia Apostolica habet mutationem status Ecclesiæ de receptitia ad numeratam, nam ad hoc vt Capitulum dica-
16 tur legitimus Contradictor, si sufficit quod alleget † impedimentum respiciens, solùm obseruantiam statutorum Ecclesiæ, *Angel. de legit. contrad. quæst.* 14 *num.* 47. 48. multò magis sufficere debet, quando prout hic agitur pro conseruatione status Ecclesiæ suæ.

Et ita &c. vtraquè &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Sabinen. Beneficij.

Die Lunæ 24. *Martij* 1631.

ARGVMENTVM.

Agitur de reseruatione Beneficiorum vacantium apud Sedem, scilicet qualiter, & quibus casibus habeat locum ista reseruatio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum reseruatio, quæ vacant apud Sedem, est indubitata, & antiquissima.*
2 *Et hoc non solùm per inueteratam consuetudinem, verùm etiam, quia eadem consuetudo est redacta in ius scriptum, vt habetur in c. 2. de præben. & num.* 3.
4 *Prouisus ab Ordinario de Beneficio vacato, apud Sedem, non habet titulum coloratum.*
5 *Beneficium dicitur vacare apud Sedem, si is, per cuius obitum in curia vacat Beneficium, fuerit, vel ne Curialis, num.* 10. & 13.
6 *Cap.* 2. *de præben. loquitur indistinctè, nulla habita ratione curialitatis.*
7 *Beneficia, quę vacant per obitum in loco Curiæ, indistinctè dicuntur vacare apud Sedem, & nu.* 8. & 12. *Cap.* 2. *de præben. declaratur.*
11 *Reseruatio cap.* 2. *de præben. multò fortiùs procedit in loco ipsius Curiæ.*
14 *Cap. præsenti, §. sanè de præben. declaratur.*
15 *Cap. præsenti, §. sanè de præben. venit limitatiuè ad cap.* 2. *eodem tit.*
16 *Cap. præsenti, §. sanè de præben. est localis, nec compræhendit alia Beneficia, quàm illius loci.*
17 *Curialitatis distinctionem stylus Dataria non obseruat, nisi in Beneficijs sitis in loco Curiæ, quòad reseruationem Beneficiorum vacantium apud Sedem.*
Et in alijs Beneficijs, quæ vacant per obitum in Curia, dat prouisiones indistinctè, vt de vacantibus apud Sedem.
18 *Reseruatio vacationis apud Sedem, non requirit qualitatem Curialitatis in defuncto, & hæc est firma, & perpetuò constans opinio Rotæ.*
19 *Quod non intellige, quando agitur de Beneficijs sitis in loco Curiæ.*
20 *Cardinales in proprijs Ecclesijs habent iurisdictionem Ordinariam.*
21 *Limitationi cap. præsenti, §. sanè de præben, quando non sit locus.*
22 *Dispositio cap.* 2. *de præben. salua, & firma remanet in casibus non exceptis.*
23 *Indulta, etiam cum amplissimis clausulis concepta non capiunt Beneficia vacantia apud Sedem, nisi sit facta præcisa mentio.*

DECISIO XXVIII.

CVM vacasset hoc Beneficium per obitum Marci Constantij in Curia, quod existebat in Diœcesi Sabinen.; & cuius collatio præsuppositum fuit inter partes, vt ex Indulto Apostolico Bonifacij VIII. spectaret ad Capitulum, & Canonicos Basilicæ Lateranen., quia in hoc etiam conueniebant partes, vt idem Marcus, per cuius obitum Beneficium vacauit, semper fuerit in Vrbe occasione alterius Beneficij residentiam requirentis, & nunquàm occasione Curiæ. Petita fuit à me decisio huius dubij, quod vt partibus satisfacerem, hodie proposui, an constaret de reseruatione huius beneficij, itaut locus esset exequutioni Breuis ad fauorem Sanctij, qui de eodem Beneficio vti reseruato prouisus fuerat.

Et visum fuit DD. idem dubium modicam difficultatem

1 tem continere † cùm reseruatio Beneficiorum, quæ vacant apud Sedem, sit indubitata, & antiquissima ex antiqua consuetudine, de qua testatur, *glos. in c. fin. in verb. vacantibus,*
2 *de consuetud. lib. 6.* quę † redacta postea fuit in ius scriptum, & Constitutionem Clementis III. vt habetur *in c. 2. de præbend. & ex eodem cap. notant Anchar. num. 1. Franch. num. 3. glo. in Clement. si de Beneficio in verb. siue ad nos, vers. sed secus de præbend. Rot. decis. 1. de rer. permut. in nou. Sarnen. ad reg. de trien. q. 31. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 5. num. 68.*
3 Quod factum fuit, vt præcluderetur via Ordinarijs † præueniendi prouisiones Apostolicas, per Procuratores in Curia constitutos ad conferendum, vt obseruauit *gloss. in cap. 3. in verb per se ipsos de præbend. lib. 6. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. q. 16. num. 18. Rebuff. in prax. in tit. de form. vicariat. num. 228. Valasc. consult. 79. num. 6.* vbi propterea dicit pro-
4 uisum † ab Ordinario de tali Beneficio, neque habere titulum coloratum, & dixerat antea *Rot. decis. 803. lib. 3. p. 3. diuers. Sarneñ. ad reg. de Annal. q. 31. num. 19.*

5 Neque, vt Beneficium † diceretur vacare apud Sedem poterat in terminis *eiusdem cap. 2.* constitui differentia; An is, per cuius obitum in Curia vacauit Beneficium, fuerit, vel nè Curialis, cùm idem textus loquatur indistinctè, conside-
6 rando quidem obitum in Curia, & locum ipsius Curiæ, † in quo contingat Beneficiatum decedere, nulla tamen habita ratione huius qualitatis Curialitatis, immo vt colligitur, *ex glo. in c. statutum, in verb. in Curia,* Beneficia, quæ vacabāt
7 per obitum in loco Curiæ † secundum terminos huius Capituli, indistinctè dicebantur vacare apud Sedem, quod etiam aduertit, *Lap. allegat. 36. in principio, Card. Simonett. de reseruat. quæst. 30. Sarneñ. ad regul. de Trien. quæst. 31. num. 4.*

8 Generalitatem huius reseruationis comprobant † etiam tot iura, quæ emanarunt deinde ad declarationem, vel limitationem eiusdem cap. 2. & reseruationis, quæ in eo continetur, & sunt *text. in cap. statutum, cap. si Sedes Apostolica, c. præsenti, hoc eodem titulo, & lib. de præbend. extrauagans. ad regimen. de præben. inter communes. Clement. 1. vt lite pendente, & obseruauit Sarmeñ ad regul. de Trien. eadem q. 31. Gonzal. ad regul. 8. glo. 13. num. 29. Ioan. à Koehier. ad eandem reg. 8. glo. 6.* & hoc idem firmat ad literam, *glo. in d. cap. præsenti in verb. (vel quiuis alij)* vbi cum Bonifacius Octauus, qui eam decretalem edidit ad declarationem di-
9 cti † cap. 2. referendo in quibus personis haberet locum dispositio eius cap. dixisset illam procedere in Beneficiis, quæ Legati aut Nuntij Sedis eiusdem, vel quiuis alii ad Curiam Romanam venientes, aut ab ipsa recedentes obtinere no-
10 scuntur, exponit glossa verba illa (vel quiuis alii) † siue sint Curiales, siue non, qui etiam intellectus datus fuit illis verbis per *Gulielm. de Monte Laudano ibidem post principiū.* Et quamuis dum refert ibi Bonifacius ex quarum personarum obitu dicantur vacare Beneficia apud Sedem, iuxta Constitutionem eiusdem cap. 2. videatur principaliter super eo casu disposuisse, quando personæ ibi expressæ decederent in locis Curię vicinis; Negari tamen non potest, quin
11 generalis dispositio, & reseruatio eius cap. † debeat procedere in loco ipsius Curiæ, tum quia hoc etiam dictum fuit, cum facta comparatione duorum horum casuum declaratum fuit in ea Decretali, vt dicerentur vacare apud Sedem,
12 Beneficia eorum † qui decederent in locis Curiæ vicinis, perinde ac si in ipsius Curiæ loco morerentur, tum quia maiori ratione suaderi hoc videbatur in loco ipsius Curiæ, quia si in extensione, & Constitutione noui iuris, quando obitus contingeret in loco Curiæ vicino, noluit Papa haberi
13 rationem huius qualitatis, † an defunctus fuerit Curialis, multò minus hanc qualitatem requiri voluit in casu antiqui Iuris, a quo extensionem deduxit, quando scilicet iuxta terminos cap. 2. sequeretur obitus in loco Curiæ, cum sicut notat *glossa marginalis, & antea dixerat Anchar. num. 1.* Non alia fuerit causa, vt per huiusmodi declarationem, siue nouam Constitutionem extenderetur antiqua reseruatio c. 2. quàm communio quædam, quæ videbatur in aliis locis contracta ex vicinitate ipsius Curiæ.
14 Non etiam obesse poterat hoc casu dispositio † *cap. præsenti, dum in §. sanè,* declarauit idem Bonifacius, vt sub dispositione, & reseruatione Cap. 2. includerentur solum Beneficia eorum, qui morientes in Curia essent ibi illius occasione: Ea enim declaratio, siue potius limitatio, vt vult
15 *glo. ibi in principio,* dum hoc † capitulum dicit venire limitatiue ad dict. Cap. 2. & notarunt ex mente *Ioan. Andr. Gemin. num. 4. Butr. num. 1.* qui distinguentes hunc Textum, dixerunt à §. loca, continere limitationem Iuris antiqui, ante verò declarationem, non potest generaliter, & vniuersè intelligi, sed solum in casu, ex quo ea limitatio processit, & vt obseruat *glos. in d. verb. moraretur,* cum scilicet potest considerari præiudicium loci, in quo Curia residet, si omnia Beneficia ibi existentia Papa conferret ex hoc solum, quia ibidem Curia reperiretur, ex quibus verbis illud satis
16 aperte insinuauit restrictionem † *§. sane,* esse localem, neq; comprehendere alia Beneficia, quam illius loci, in quo est ipsa Curia, prout ex mente eiusdem *glos. sensit Gonzal. ad regul. 8. gl. 13. num. 14. quem sequuti fuerunt Moderni scribentes super re Beneficiaria par. 2. cap. 27. num. 73.* & hunc
17 intellectum approbauit semper Stylus Datariæ, † quæ hanc distinctionem Curialitatis non obseruat, nisi in Beneficiis sitis in loco Curiæ, & dat in alijs, quæ vacent per obitum in Curia prouisiones indistinctè, vti de vacantibus apud sedem, & fuit hæc eadem firma, & perpetuo semper sibi cō-
18 stans Rotæ sententia, † vt pro reseruatione ex capite vacationis apud sedem, hæc qualitas Curialitatis in persona defuncti, & iuxta dispositionem dicto § sanè, non sit atten-
19 denda, nisi quando agitur de Beneficiis † sitis in loco Curiæ, vt in Cappellaniis, Clericatibus, & aliis Beneficiatis Ecclesiarum Vrbis, super quibus eminarunt Decisiones *Bellamer. 655. quam refert Cardinalis Simonett. de reseruat. q. 30. & alia Decisiones in Romana Clericatus 27. Nouembris 1602. coram Card. Pamphil. in Romana Beneficiatus Sancti Petri 27. Nouembris 1553. coram Card. Blanchetto, & in alia Romana Beneficiatus S. Petri 8. Aprilis 1623. & 20. Nouembris 1618. coram R.P. D. meo Pironano, & coram eodem in Romana Cappellaniæ, 20. Nouembris 1618. & 23. Martij 1629.* Nam in his Beneficiis Vrbis, quemadmodum & in aliis locis, ad quæ Curiam accedere contingat, rectè considerari potest præiudicium, quod inferri posset aliis Collatoribus inferioribus, quales sunt Car-
20 dinales † in suis Ecclesiis propter Ordinariam Iurisdictionem, quam in ijs habent, *Innoc. in cap. dilectus, in verb. de Iure communi, de Cappellan. Monach. Card. in Clement. ne Romani, versic. irritum quæst. 3. de election. Felin. cap. his quæ de maiorit. & obedient. num. 1. Mandos. ad regul. 7. quæst. 7. & supponunt Decisiones Bellameræ, & Cardinalis Pamphilij.*

Et ex his cum in hoc Beneficio, quod dicebatur situm in Diœcesi Sabineñ, atque ita extra locum Curiæ, non potest
21 esse locus † limitationi, *cap. præsenti, dum §. sanè,* requirebat Curialitatem in persona defuncti in Curia, vt ex eiusdem defuncti persona censeri deberet vacasse Beneficium apud Sedem, sequebatur, vt de illo iudicandum esset, iuxta
22 regulas, & terminos generalis reseruationis † *cap. 2.* quę salua, & firma manebat in casibus non exceptis; & cum iuxta dispositionem eiusdem *cap. 2.* verè hoc Beneficium vacauerit apud Sedem, nulla vis fieri poterat in Indulto, cuius occasione dicebat Capitulum, Collationem huius Beneficii ad se pertinere; cum satis notum sit huiusmodi Indulta
23 † etiam amplissimis clausulis concepta non capere Beneficia apud Sedem vacantia, nisi de illis præcipuam ac præcisam mentionem faciant, vt ex *eodem cap. 2. notat Lapus num. 4. Franch. num. 3. Anchar. num. 1. Gemin. consi. 12. nu. 4. Sarnen. ad Regul. de annal. q. 31. num 19. Rota decis. 14. de præbend. in nou. Card Simonett. de reseruat. q. 73. num. 1. & q. 83. num. 4. & fuit dictum in Salesburgeñ Præpositura 7. Iunij 1621. coram Eminentiss. Domino meo Cardinali Verospio.*

Et itaque,

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Cæsarauguſtana Diſtributionum.

Die Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Conſtitutiones Fundamentales Apoſtolicæ alicuius Eccleſiæ omninò attendendæ ſunt Portiones duplicatas, quis prætendere non poteſt, ſi vnicum tantùm habeat officium,& alia de quibus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio fundamentalis alicuius Eccleſiæ, eſt attendenda.*
2 *Papa in beneficialibus certum eſt, quod habet abſolutiſſimam auctoritatem.*
3 *Officium vnicum ſi quis habeat, non poteſt prætendere duplicatam portionem,& num. 4.*
5 *Clauſulæ, prædictis, cuius ſit naturæ.*
6 *Clauſula, dumtaxat, omnia excludit præter expreſſa.*
7 *Obligatio ſecunda, quando poſſit dici transfuſa in ſecundam.*
8 *Obſeruantiæ nulla eſt vis, dum non probatur, quod ſit conformis.*
9 *Subrogatus efficitur eiuſdem naturæ, eius in cuius locum fuit ſubrogatus.*
10 *Subrogatio quidquàm poteſt operari circa ea, quæ fuerunt extincta,& ſuppreſſa.*
11 *Subrogatio non poteſt conſeruare ea, quæ repugnant conditioni eius, qui fuit ſubrogatus.*
12 *Conceſſio perſonalis, dum eadem perſona fuit cauſa illius conceſſionis, non poteſt extendi, aut trahi ad ſucceſſores.*
13 *Eccleſiæ, aut dignitatis nomine poteſt Prælatus manutentionem obtinere in his, quæ non ſunt ſeparabilia à iuribus eiuſdem Eccleſiæ, aut dignitatis,& hoc etiam quod eorumdem Iurium poſſeſſionem numquàm apprehendiſſet.*
14 *L. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſ. non habet locum in poſſeſſione non vacabili.*
15 *Poſſeßio, quæ nunquàm vacat, ſemper eadem eſt,& variationi non ſubijcitur.*
16 *Prælatus, quando teneatur ſtare pacto præiudiciali Eccleſiæ,& illi donec vixerit præiudicet, idem pactum, quamuis nocere non poſſit Eccleſiæ.*
17 *Proteſtatio nihil præſeruare poteſt, ſi nihil eſt, quod præſeruetur.*
18 *Proteſtatio nihil operatur, ſi clam fuerit facta.*
19 *Proteſtatio in quolibet actu debet repeti.*
20 *Renunciationis actus, ſi ſit poſterior ipſa proteſtatione, dicendum eſt, quod ex eadem renunciatione tamquàm proteſtationi contraria, ſublata fuerit proteſtatio.*
21 *Renunciatio tolli, qui poßit per proteſtationem.*

DECISIO XXIX.

POſtquàm mutato antiquo,& Regulari ſtatu huius Eccleſiæ loco Dignitatum,& aliorum Officiorum in eodem ſtatu Regulari, inſtitutæ fuerunt aliæ ſæculares Dignitates,& inter alias loco Prioris ſucceſſit Dignitas Decanatus; cum in Bulla ſæcularixationis conſtitutum fuiſſet, vt non poſſet Decanatus retineri ſimul cum Canonicatu, ſicut idē Canonicatus erat in ſtatu Regulari compatibilis cum Dignitate Prioris; Habuit Franciſcus Lamatta tunc temporis Decanus (cui ex noua Conſtitutione,& incompatibilitate inducta inter vtramq; hanc qualitatem, Decani,& Canonici ſubtrahebantur quædam emolumenta, quæ duplicia dari ſolebant ei, qui ſimul eſſet Prior,& Canonicus) tàm ex Regis Catholici permiſſione,& indulgentia, quàm ex auctoritate Nuncij exequutoris litterarum ſæcularizationis, vt poſſet percipere aliqua ex eis emolumentis, quæ illi detracta,& ablata fuerant ex eadem Bulla ſæcularizationis. Cùm verò hæc emolumenta, quæ propria dicebat Dignitatis Decanatus, peteret Franciſcus antiqui Decani Succeſſor,& Nepos,& nomine eiuſdem Dignitatis intentaſſet iudicium manutentionis; Placuit Dominis in diſputatione habita 26. Aprilis anni proximè præteriti, vt videretur de bono Iure,& diſputato hodie Dubio, negarūt probari hoc Ius ad fauorem noui Decani,& (quod inde ſequebatur) vt poſſet hæc manutentio illi concedi.

Et duo erant eiuſdem Decani fundamenta; Primum, vt cùm dignitas Prioralis haberet ſua emolumenta diſtincta,& diuerſa ab emolumentis Canonicatus, illa eſſent eadem, quæ ſemper poſſedit ſuus Anteceſſor,& ipſe hodie petebat: Alterum vt licet eis emolumentis renūciaſſet, cum Decanatus poſſeſſionem adeptus fuit, tamen poſſet illa petere nomine ſuæ dignitatis. Sed, vt poſſet vtrique huic fundamento ſatisfieri, neceſſarium exiſtimarunt Domini inſpicere antiquum,& nouum ſtatum huius Eccleſiæ, ex quibus patere poterat, quæ emolumenta percipere ſolitus eſſet Prior, dum erat Eccleſia Regularis,& quæ emolumenta cōcederet Bulla ſæcularizationis dignitatis Decanatus ſubrogatæ in locum Prioris.

In ſtatu Regulari duo erant genera diſtributionum, nam aliæ diuidebantur ſingulis menſibus, quæ ideo menſtiuæ, aut menſtatas, dicebantur, ſiue etiam diſtributiones Præpoſituræ, eo quod illarum adminiſtrationi præeſſent dignitates, quum prouenirent ex maſſa Capitulari, cuius cura,& adminiſtratio erat apud eaſdem dignitates,& ex his habebat Prior, ſi etiam Canonicus erat, duas portiones Canonicis concedi ſolitas, excepta tamen impenſa, quæ dabatur pro veſtitu, in cuius cauſam recipiebat ſolum quindecim libras, ſicut quilibet Canonicus: Aliæ diuidebantur qualibet hebdomada,& conſiſtebant in diſtributionibus manualibus;& ſi Prior erat etiam Canonicus, habebat ex his portionem dimidio maiorem, quam eſſet quælibet portio Canonicalis, ſiue tantam partem, quantam tres Portionarii, cum ex eis diſtributionibus haberēt ſinguli Canonici eamdem partem, quam habebunt duo Portionarii. Alia menſa fuit inſtituta, cùm deſijt hæc Eccleſia eſſe Regularis,& eam erigere debebat Archiepiſcopus ex bonis Beneficiorū ſuppreſſorum occaſione ſæcularizationis,& conſtitutum fuit in Bulla ſecularizationis, vt daretur Decano de hac noua menſa eadem portio, quæ dabatur ſingulis Canonicis,& portio panis ex antiqua maſſa Capitulari, exceptum verò fuit veſtiarium,& fructus groſſi, ſiue portiones menſtruæ maſſæ Capitularis.

Hæc igitur emolumenta, quæ ex hac noua Conſtitutione Decano relicta fuerunt, dixerunt Domini, vt ſolum hodie peti poſſent à Decano, cum ea Conſtitutio, quæ legem dare poterat huic diuiſioni,& diſtributioni faciendæ inter ca-
1 pitulares, tamquam Conſtitutio † fundamentalis ipſius Eccleſiæ, vt dicitur *cap. vnico §. ſtatuimus de Cleric. non reſidens. lib. 6.* Non poſſet controuerti, tàm propter auctorita-
2 tem Papæ † quàm certam eſt eſſe in beneficialibus abſolutiſſimam, *cap. cuncta per mundum* 1. & 2. *nona quaſt. 3. cap. 2. de præbend. lib. 6. Mohed. deciſ. 4. num. 2. de reſtitut. ſpol.*

Rota

Rot.decis.240.n.25.par.1.diuers.& dec.11.num.7.part.2.recent. quàm quia iustissima fuit ea distributio, quatenus denegabat Decano, qui nisi vnicum officium, & munus
3 Decanatus poterat exercere, † duplicatas portiones, quas poterat percipere in statu Regulari, si cum dignitate Prioris retineret etiam Canonicatum: *Ad not.per Innoc.in cap.cum omnes num.4.de constit. Felin. num.32. vers.in glos. penult. Io. Andr.in cap. cum olim num.8. de sent. & re iud. vbi etiam profitetur se idem consuluisse in Ecclesia Florentina, Bald.cons.344.lib.5. quem refert, & sequitur Card. Zabar.in cons.53. Rom.cons.15. num.1. & tradit Couarr. var.resolut.lib.3.cap.13.num.6.*

Neque visum fuit Dominis admitti posse interpretationem, quàm eidem Constitutioni dabat nouus Decanus, dũ dicebat distributiones, quæ suæ Dignitati fuerunt constitutæ ex noua mensa, vel non fuisse restrictas, & limitatas eo modo, quo illas habebant cæteri Canonici; Cùm ea restrictio respiceret portionem solius panis, quæ præter dictas distributiones etiam illi fuit concessa ex massa antiqua
4 Capitulari; † vel dum negabat, vt per assignationem earum distributionum ereptum sibi fuisset ius consequendi etiam menstruas portiones ex eadem massa antiqua, in cuius rei comprobationem adducebatur Decisio facta in causa Cæsaraugustana Lectoriæ 21. Februarij 1628. coram Reuerendiss.D.meo Decano, in qua occasione sæcularizationis huius eiusdem Ecclesiæ dictum fuit ex assignatione Præbendæ facta Canonico, qui Sacram Scripturam legeret, nõ fuisse illi sublatum salarium, quod cum Ecclesia esset Regularis, habebat ab Archiepiscopo occasione eiusdem lecturæ. Etenim erant hæc inter se contraria, & secum inuicem pugnare videbantur, vt posset Decanus consequi ex massa antiqua solam portionem panis vni Canonico æqualem, & tamen præter distributiones, quæ percipi deberent ex massa erigenda, posset etiam habere alias portiones eiusdem massæ antiquæ: Et non poterat admitti hæc interpretatio contra verba expressa Bullæ sæcularizationis, quæ nõ solum declarabant, quid ex antiqua massa consequi deberet
5 Decanus, & quid ex noua, propter verbũ † Prædictis, quod referebat distributiones massæ nouæ superius expressas ex natura eius dictionis, *vt notatur l. Seia,§.Caio, ff. de fund. instruct. Bald.cons.455.num.1.lib.1. Hippolyt. Rimin.cons.37. num.2. Surd.decis.125.nu.1.* Et propter aliam dictio-
6 nem,† dumtaxat, quæ pariter excludebat participationem omnium aliarum distributionem, præter eas, quæ expressæ fuerunt, *vt in l.non solum 39.§. quæritur, ff. de Procur. & tradit Roman.cons.512.num.2. Castr.cons.339.nu.2.lib.1. & alij adducti per Tiraq. de retract.conuen.§.1.glos.6.n.1.* Sed etiam negabant, & prohibebant, ne posset Decanus recipere fructus massæ antiquæ Capitularis, nominando omnem speciem eorum fructuum ex quibus visa fuerunt tolli fundamenta, & rationes contrariæ Decisionis *in causa Cæsaraugustana Lectoriæ*, cùm sicut videre est in eadem Decis. non fuisset per Bullam sæcularizationis aliquid declaratum super ea prouisione Lectoris; imò in illa præseruatus fuit status antiquus, & omnia Iura, & priuilegia, quæ Canonicis competebant in statu Regulari; contra quam factum fuerit super prouisione Decani, cui præter portionem panis ex massa antiqua, nihil ex eadem massa dari iubebat Constitutio. Præterea considerantur Domini rationem diuersitatis, quæ poterat vnum ab altero casu distinguere. Etenim in casu eius Decisionis Salarium soluebatur ab Archiepiscopo, & sic à persona omnino diuersa ab ea, per quam Lectori effecto Canonico debebantur Iura Canonicatus, & eadem persona, quæ concurrebat ad vtramquè Præbendam, retinebat vtrumquè officium, & Lectoris, & Canonici, cuius contrarium accidit in casu huius decisionis cùm ex vna, eademquè massa Capitulari nouiter erecta, petenda sit portio, quæ debetur Decano, nec quidquam ex massa antiqua deberetur Priori, nisi esset etiam Canonicus, quod dum hodiè verificari non potest propter incompatibilitatem inductam inter dignitatem Decanatus, & Canonicatus, videtur potius esse locus limitationi,
7 quàm dat eadem Decisio, vt cessare debeat † prima obligatio, si eadem obligatio dici posset transfusa in secundam obligationem ex text. *in l. filiæ legatorum, C de legat.*

Ex hac autem causa gemini seruitij, quod prohibitum fuit in Bulla sæcularizationis tollebantur omnia fundamenta noui Decani, dum emolumenta, quæ percepit suus Antecessor, donec vixit in maiori quantitate, quàm concederentur in Bulla sæcularizationis dicebat, vel fuisse propria suæ dignitatis Decanatus subrogatæ in locum dignitatis Prioris, vel quod non potuisset ipse renunciare eisdem emolumentis in præiudicium suæ Dignitatis. Quod enim ea emolumenta, quæ Franciscus Sen. & primus Decanus habuit semper ante sæcularizationem duplicia non essent emolumenta Decanatus, poterat id ostendere eadem Bulla, dum declarauit, quæ in futurum deberent esse emolumenta eorum, qui in eadem Dignitate succedere debebant; contra quam declarationem, quæ habebat vim ex-
8 pressæ dispositionis, non poterat quidquàm † concludere, aut obseruantia, cuius nulla vis erat, dum non probabatur omnino conformis, cum antiquo statu Regulari, *Bart.in l.2.nu.22.ff sol. matr. Aym. cons.313. num.33. Rot. decis.45. num.4.par.1.rec.* aut natura subrogationis factæ de Digni-
9 tate Prioris in Dignitatem Decanatus, † siue etiam sæcularizationis; cùm neque subrogatio potuerit, quidquàm ope-
10 rari respectu iurium Canonicatus, † quæ fuerant suppressa, & extincta, vt tradit *Abb.in cap.2.num.5. de nou. oper.nunc. Selu.de Benef.par.5.quæst.42. in fin. Gregor.decis.387.n.1.*
11 *Rot.decis.22.num.17.par.2.diuers.* neque sæcularizatio † conseruare ea, quæ repugnabant conditioni, & qualitati status sæcularis ex notatis per *Rebuff.in prax. tit. de forma erect.Collegiat.Oldrad.cons.330.in fin. Cardin.Seraph.decis.1445.num.4. & fuit dictum in Gerunden. Administrationis 13. Maij 1630.coram me.* Quæ confirmari poterant ex causa, propter quam ea emolumenta habuit idem Decanus in gratia sibi facta à Rege, & Nuntio, executorem litterarum sæcularizationis, eò quia illi subtraherentur eadem emolumenta, quæ antea percipiebat, dum erat Prior, & Canonicus, propter mutationem status, & incompatibilitatem inductam, inter nouam Dignitatem Decanatus, & Canonicatum, quæ concessio tamquàm personalis,
12 dum ipsa persona fuit causa eiusdem concessionis, † non poterat extendi, aut trahi ad Successores, *arg.text.in l.Pater filiæ in fin. de seruit. legat. & voluit Ias. cons.89. lib.3. Aym. cons.239.n.4. Rot. decis. 669. num. 1. part. 1.recent.* Neque his obesse poterant, quæ contra easdem litteras Regis, & Nuntij obijciebantur, vt non essent in forma probãti, cum satis esse posset, vt emolumenta, quæ percipit idem Decanus, dum vixit non essent eadem sicut erant in statu Regulari, sed sicut eæ litteræ concedebant, vt probaretur illarum effectuatio, vel quod processisset his, quæ dedit causam huic reductioni, vt ostenderetur causa eiusdem concessionis, quæ omnia colligebantur ex testibus datis tàm ex parte Capituli, quàm ex parte noui Decani, qui expresè deponebant ipsum Franciscum Seniorem duobus modis exegisse suas portiones, cùm vsquè ad Annũ 1607. qui secundus fuit ab Anno 1605. quo facta fuit sæcularizatio, illos habuerit, sicut in statu Regulari portiones scilicet menstruas duplicatas, & distributiones manuales, sicut tres Portionarij ab Anno vero 1607. quo illi mota fuit controuersia per Capitulum vsquè ad Annum 1625. quo contigit eiusdem Francisci obitus, eas percepisset, sicut illi concedebant eædem literæ, & Regis, & Nuntij.

Ex his patebat responsio ad alteram obiectionem, vt quàmuis renunciauerit Franciscus nouus Decanus, posset hodie petere eadem emolumenta, quæ fuerũt data suo An-
13 tecessori, quàmuis illi renunciasset. Licet enim † vera sit Conclusio, vt possit Prælatus nomine Ecclesiæ, aut Dignitatis manutentionem obtinere in his, quæ non sunt separabilia à Iuribus eiusdem Ecclesiæ, aut Dignitatis, cùm licèt Franciscus nouus Decanus nunquàm eorum Iurium possessionem apprehendisset, satis esse tamen posset illi possessio eorumdem Iurium, quæ semper fuit pœnes Ecclesia,
14 dum † dispositio, *l.cùm hæredes, ff. de acq. possess.* non habeat locum in possessione, quæ cùm nunquam vacet, sem-
15 per eadẽ est, & † variationi nõ subijcitur, vt tradit *Guidop. dec.355.& decis.628.Rot.decis.1. de restit. spoliat. in nou. num.5.*

num.5. & fuit dictum in Tirasonen. Praeminentiarum 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. meo Pirouano. Et (vt patet in exemplis, quæ in dictis auctoritatibus referuntur) si succedatur in Officio, aut Dignitate; Non tamen hæc procedunt, si sit separabile præiudicium Prælati ab interesse Dignitatis, vt fieri poterat hæc diuisio in præsenti casu, cùm renunciatio facta à Francisco, non tangeret Iura Ecclesiæ, aut Dignitatis, ad quam nihil poterat pertinere ex Iuribus,
16 quibus fuit renunciatum, quia tenetur † Prælatus stare pacto, quod fecit, illiquè præiudicat idem pactum donec vixerit, quàmuis nocere non possit Ecclesiæ, vt notatur in *cap. cum venissent. de Instit. vbi glos. in verb. abiurasse. Abb. num. 18. Hostien. num. 13. Butr. num. 32. Rot. decis. 22. num. 9. & 10. par. 2. diuer.*

Poterant etiam hæc tollere effectum protestationis, quã dicebatur fecisse nouus Decanus, pro conseruatione sui Iu-
17 ris, cùm nihil præseruari potuerit eadem protestatione, † si nihil erat, quod reseruaret, dum Franciscus non sibi fecit id præiudicium sua renunciatione, sed illud ei antea factum fuit ex literis, & Bulla sæcularizationis, vt in similibus terminis arguit *Becc. cons. 34. num. 23. Surd. decis. 205. n. 13. & fuit dictum in decis. 85. num. 22. & decis. 347. num. 16.*
18 *coram Greg.* Præterea neque † ea protestatio potuit aliquid operari, cùm fuisset clàm facta, vt tradit *Alex. cons. 16. num. 12. & seq. lib. 3. Aym. cons. 220. num 3. Paris. cons. 10. num. 43 & 45. lib. 1. Card. Mantic. decis. 270. num. 18.* Et cùm non constet de molestijs datis à Capitulo, quæ in ea protestatione dicuntur dedisse causam, vt Decanus renunciaret Iuri eorum emolumentorum: Et demum cùm non fuisset repetita eadem protestatio post actũ renunciationis,
19 & possessionis, † quæ sine eis emolumentis acquisita fuit, vt notant *DD. in l. non solum §. morte ff. de oper. nou. nunciat. & ibi Alex. num. 15. Mohed. decis. 2. de Iudic. Greg. decis. 44. num. 8. Rot. decis. 51. num. 2. par. 2. recent.* Quia dum a-
20 ctus † renunciationis est posterior ipsa protestatione, potius dicendum videtur, vt ex ea renunciatione tamquàm protestationi contraria, sublata fuerit protestatio, quàm vt
21 renunciatio † tolli potuerit per eamdem protestationem, vt considerat, *Alex. in d. §. morte, eodem num. 15. Angel. in l. Iurisgentium, §. quod fere num. 1. ff. de pact. Dec. cons. 460. num. 3. & 12. in fin. Cæs. de Grassis decis. 9 num. 5. de sent. & re iud. Card. Mant. decis. 200. nu. 2. Rot. decis. 539. nu. 6. par. 2. recent.* Et itaque.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. CARD. VBALDO.

Augustana Decimarum.

Die Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione, quando Ecclesia Parrochialis incorporatur Monasterio, quid in illud transeat. Et aliqua circa transactionem super decimis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Parrochialis incorporata Monasterio, in illud transit cura animarum eiusdem Parrochiæ, cum omnibus suis iuribus.*
2 *Parrochus ratione curæ debet indistinctè recipere omnes decimas.*
3 *Transactio non debet extendi de vno casu, ad alium.*
4 *Exemptio debet restringi ad nominata tantùm.*
6 *Vicarius per Monasterium deputatus ad exercendam curam animarum, non habet auctoritatem transigendi super decimis.*
7 *Vicario deputato per Monasterium ad exercendam curam animarum debetur solùm congrua.*
8 *Transactiones factæ super decimis non tenent sine auctoritate Apostolica.*
9 *Abbas non potest præiudicare Monasterio.*
10 *Vnio, quando effectuata dicatur.*
11 *Episcopus præsumitur informatus de rebus suarum Ecclesiarum.*
12 *Vnio facta ex titulo oneroso permutationis non cadit sub regula reuocatoria.*
13 *Parrochus, vt excludatur à decima, sibi de iure debita, quid requiratur.*
14 *Factum proprium non potest quis impugnare.*

DECISIO XXX.

PROPOSITIO hodiè per me dubio, an & quæ decimæ debeantur Monasterio, integras deberi, dixerunt Domini absquè vlla distinctione, & moti, sunt, quia cum per viam vnionis à Sede Apostolica confirmatæ Ecclesiæ Par-
1 rochialis S. Stephani fuerit ab † Episcopo incorporata Monasterio, & in illud propterea transiuerit cura animarum eiusdem Parrochiæ, cum omnibus suis iuribus, *Anchar. cons. 114. num. 2 & seq. Seraph. decis. 1009. num. 4 san. me. Greg. decis. 304 num. 1.* Inde sequitur quod Monasterium
2 † tanquàm Parrochus ratione d. curæ debeat indistinctè percipere omnes decimas, *cap. cum contingat, cap. cùm in tua, de decim. & in cap. fin. de Parroch. Rebuff. de decim. quæst. 7. num. 4. & 5. & quæst. 13. num. 83. Monet. eod. tract. cap. 2. n. 2. Rot. decis. 31. num. 1. par. 2. diuers. & decis. 469. num. 1. & 541. num. 4. par. 1. in recent.*
3 Non obstat transactiones, † quia illa quæ fuit facta cum Monasterio, non tangit materiam decimarum, sed conuentionem quandam super sepulturis certarum personarũ, & super missis dicendis, pro quibus fuerunt Monasterio concessæ decimæ super quibusdam agris, ex qua conuentione, quatenus posset argui exemptio eorundem prædiorũ ante dictam conuentionem, nõ inde infertur ad exemptio-
4 nem vniuersalem omnium † bonorum in territorio dictæ Ecclesiæ Parrochialis existentium, sed ea debet restringi solùm ad prædia ibi nominata, *cap. per exemptionem, de priui. in 6. Monet. de decim. cap. 9. num. 131. Rota decis. 159. num. 6. par. 1. rec.*
5 Aliæ verò transactiones, quæ non fuerunt † factæ cum Monasterio, nec de illius consensu, illi præiudicare non possunt; *Rot. decis. 288. num. 4. vers. nec suffragatur, par. 2. & decis 625. num. 2. vers secus autem, par. 1. in recent.*
6 Nec Vicarius per † Monasterium ad exercẽdam curam animarum deputatus habet auctoritatem transigendi super
7 decimis, in quibus nullum ius habet, cùm solùm sit ei † debita sua congrua à Monasterio, *Io. Andr. in cap. exposuisti num. 8. de praeben. Felin. in cap. postulasti num. 1. vers. aut perceptio, de rescript. Verall. decis. 339. num. 3. & 5. lib. 3. Rot. decis. 710. num. 3. par. 2. recent.* cum alijs adductis per *Addent. ad decis. Gregor. 174. n. 8. circa fin.*
8 Vltra quod huiusmodi † transactiones super decimis, neque fieri poterant absquè auctoritate Papæ, & sine ea factæ non egrediuntur suum auctorem, *cap. de cætero, cap. veniens, de transact. Rot. decis. 585. num. 3. par. 1. recent. & coram D. meo Decano decis. 340. num. 1. & decis. 362. nu. 3. Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 16. & 26.* & hac de causa neque obstat illa facta cum Abbate de anno 1584. vltra quod est restricta ad vitam Parrochi, seu Vicarij, & habet
9 clausulam sine præiudicio Iurium, hinc inde, & Abbas † nõ præiudicat Monasterio, *Vital. in Clem. 1. num. 57. de offic. Vicar. Seraph. decis. 1278. num. 3.*

Non obstat, quod supra dicta vnio non fuerit effectua-
10 ta, quia contrarium apparet ex testibus deponentibus † de decimatione in vim incorporationis, vt in summario Monasterij num. 2. & 3. *san. mem. Gregor. decis. 557. num. 9. vbi Adden. Caualer. decis. 449. num. 7. & decis. 500. num. 5. &*

de

de hac decimatione, fit etiam mentio in transactione facta inter Monasterium, & Episcopum, vsquè de anno 1404. In Summario num. 3. quæ mentio corroborat dicta testium
11 præsertim cùm sit facta transactio cum Episcopo, † qui præsumitur informatus de rebus suarum Ecclesiarum, *Seraphin. decis. 1026. num. 3. Rot. decis. 233. sub num. 2. par. 1. in recent. sa. me. Gregor. decis. 482. num. 6.*

Non obstat, quod non probetur effectuatio præcisè, & immediatè post incorporationem & vnionem, quia huius-
12 modi vnio † tanquàm facta ex titulo oneroso permutationis non cadit sub regula reuocatoria, *Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 50. Put. decis. 52. num. 2. lib. 1. in antiq.*

Non obstat, allegata consuetudo non soluendi integras decimas, quia ea non est probata cum requisitis immemorabilis, seu legitimæ præscriptionis, prout requiritur quan-
13 do agitur ad effectum excludendi † Parrochum à decima sibi de Iure debita, *Seraph. decis. 1404. nu. 2. Rot. decis. 262. num. 3. par. 2. in recent. Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 53. & seqq. & num. 69. Gabr. de præscript. conclus. 1. num. 16. & 18. Gratian. discept. 595. num. 16. Rota decis. 474. num. 3. & decis. 469. num. 2. par. 1. in recent.*

Non obstat, quod Iura de quibus in actis non fuerit interpretata, & sint scripta lingua Germanica, quia in summario per Dominos viso fuit data eorum interpretatio, quę poterit quandocunquè iustificari ante sententiam.

Non obstat, quod dicta Iura non sint extracta seruatis seruandis, quia sufficit quod processus vbi sunt dicta Iura, sit productus in Rota à Communitate, quæ propterea non
14 potest impugnare † factum suum, & dicere quod Iura à se producta non sint in forma probanti, *Surd. cons. 5. num. 37. & seq. Gabr. de reg. Iur. conclus. 1. num. 19. Verall. decis. 188. num. 4. par. 1.* & tenuit *Rota in Caputaquen. Cantoriæ 3. Iulij 1617. coram bo. me. Vbaldo.*

Obiectum quòd non fuerint citati singuli de Communitate possessores bonorum cessat ex actis, in quibus apparet particularis commissio, & citatio contra omnes, & singulos de Communitate.

Atquè ita decisum vtraquè &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Socius quilibet tenetur ad solidationem computorum, & antequàm non constet de dicta solidatione, nihil socius potest prætendere ab altero socio, cum non possit cognosci an sit debitor, vel creditor.

SVMMARIVM.

1 *Socius siuè quis sit, siuè institutor tenetur ad solidationem computorum.*
2 *Socius, dum non constat de solidatione computorum, sciri non potest an creditor, vel potiùs debitor sit.*
3 *Socius à socio nihil petere potest, nisi facta solidatione computorum.*
4 *Quietatio præsumitur, quod fuerit omissa, quando aliqua res fuit acta inter patrem, & filiam.*
5 *Tutoris persona inspecta, & stante vere similitudine, credendum est ipsius rationibus.*

DECISIO XXXI.

IN Prosequutione disputationis super redditione rationum tutelæ de qua agitur, fuit sub die 26. Iunij * resolutum sententiam A. C. condemnatoriam hæredum Andreæ Tutoris esse confirmandam quòad summas tunc in decisione expressas. Et cum deinde plura pro parte dictorum hæredum adducerentur contra primam partitam scutorum 725. & aliam scutorum 100. iterum proposui causam super ijsdem, & Domini excepta dicta partita scutorum 100. in decisis persisten̄ esse censuerunt.

Non enim ad creditum ipsius Tutoris referēda est prædicta summa scutorum 725. Ioanni Antonio persoluta cum non constet de solidatione computorum rei Marcellariæ,
1 ad quam dictus Ioannes Antonius siuè fuerit socius, † siue institor de iure tenebatur *tot. tit. ff. pro Soc. l. quædam, & ibi, Doct. ff. de eden. Paris. cons. 84. num. 17. vol. 1. Decian. cons. 11. num. 50. vol. 1. Rot. in Clarauallen. Grani 9. Iunij 1590. coram bon. mem. Orano.* ad effectum scilicet, vt partita huiusmodi diceretur liquida, & sciri posset, quid vnusquisquè sociorum in ea habeat, cum fieri posset, vt dictus
2 Ioannes † Antonius esset debitor, & non creditor societatis, vt alias dixit *Rot. coram Seraph. decis. 1214. sub num. 1. & in Florentina nullitatis sententiæ, seu laudi 28. Nouembris 1597. coram Corduba.*

Non obstant probationes, quæ hodie afferuntur ex instrumento quietationis factæ per ipsum Ioannem Antonium pro omni & toto eo, quod tàm ratione societatis, quàm ratione mercedis petere, vel prætendere posset, iuncta depositione testis de societate eiusdem cum defuncto, vnde infertur ad iustificationem illius crediti, quia ex
3 huiusmodi probationibus nullatenus resultat † liquidatio computorum, sine qua socius à consocio nihil petere potest vt dixit *Rot. in Assisien. Pecuniaria 9. Decembris 1609. coram bo. me. Card. Marquemontio.*

Quo verò ad aliam summam scutorum 100. quæ dictus defunctus pater pupillarum in instrumento pactorum matrimonialium se Margaritæ ipsius Tutoris filiæ soluturum promisit, eidemquè in suo testamento legauit, visum fuit Dominis, quod cum non constet de solutione facta per promissorem vita eius durante, adhibenda sit fides adnotationi libri tutelaris habentis relationem, tàm ad dictum
4 instrumentum, quàm ad testamentum, præsertim cum † res acta sit inter patrem, & filiam inter quos verisimile est fuisse omissam quietationem, & inspecta verisimilitudine,
5 ac † persona scribentis credendum esse ipsius rationibus traditis, *Bald. in cons. 117. num. 2. vol. 2.* & post alios quos refert *Tiraquel. more suo in l. si vnquam in præfat. num. 52. C. de reuoc. donat.*

Et ita vtraquè &c.

* Ista Decisio habetur infra prout in indice posito in fine Decisionum.

¶ In eadem causa habentur infra aliæ duæ Decisiones coram eodem bo. mem. Motmanno prima sub die 27. Iunij 1631. & altera die 30. Ianuarij 1632. & coram R. P. D. Pirouano pariter in eadem causa infra adsunt aliæ decisiones, nempè sub die 24. Ianuarij 1633. & die 30. Maij eiusdem anni 1633. & die 16. Ianuarij 1634.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Gerunden̄ Iurisdictionis.

Die Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Beneficiati, qui Collegium minimè constituūt, vtrùm sine licētia Superioris possint

se congregare, & an Episcopus talem licentiam eis dare possit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati, qui non constituunt Collegium an possint se congregare sine licentia Superioris.*

2 *Episcopus an possit dare licentiam Beneficiatis se congregandi.*

3 *Beneplacitum Apostolicum, vbi requiritur, præsumitur interuenisse spatio 30. annorum.*

4 *Scripturis magis est standum, quàm testibus.*

5 *Sententia, si fuerit lata ex deductis, & prosequutis per modum causæ, & super d. causa lis fuerit contestata, tunc obstat res iudicata non solum super negocio principali, sed etiam super causa.*

6 *Licet secus esset, si principaliter pars non fuisset prosequuta deducta per modum causæ.*

7 *Executio piarum voluntatum, tàm de Iure communi, quàm vigore Concilij Tridentini spectat ad Episcopum.*

8 *Iurisdictio, qualiter concessa intelligatur, & num. 10.*

9 *Licentia simpliciter data, concessa intelligitur cumulatiuè.*

11 *Gratia non suffragatur ex defectu intentionis Principis.*

12 *Gratia, quando corruit, corruit quoquè decretum irritans in ea positum, tamquàm accessorium.*

DECISIO XXXII.

VT FVIT dictum in decisione facta 22. Aprilis superioris anni * Dubium tunc propositum. An scilicet licentiæ datæ per Episcopum Beneficiatis se congregandi essent confirmandæ, vel reuocandæ habet tres inspectio-
1 nes. Prima est, An dicti Beneficiati, qui † non constituunt Collegium, possint se congregare sine licentia Superioris, & cùm indubitata sit opinio negatiua ex deductis in illa decisione circa hoc, hodiè nulla fuit exercitata difficultas. Se-
2 cunda inspectio est; An Episcopus † potuerit concedere dictas licentias. Tertia quatenus non, An confirmatio dictarum licentiarum obtenta à sanctæ memoriæ Clemente Octauo suffragaretur.

Quantùm attinet igitur ad secundam, & tertiam inspectionem, de quibus hodiè agitur, circa secundam inspectionem non est agendum in puncto iuris, An Episcopus possit concedere huiusmodi licentias absquè interuentu Capituli, sed est videndum in concreto, An Episcopus, vel Abbas debeat concedere huiusmodi licentiam, & dixerunt Domini spectare ad Abbatem ex sententia arbitrali lata ad fauorem ipsius Abbatis de ann. 1400. iuncta obseruantia ab anno 1454. vsque ad annum 1578. ex qua obseruantia tanti
3 temporis, pro qua etiam † sufficerent triginta anni, præsumitur beneplacitum Apostolicum, *Felin. in cap. Albericus, num. 3. & 4. de testib. Cassad. decis. 3. num. 1. de procur. Put. decis. 355. num. 7. lib. 2. in correctis* cum infinitis qui possent allegari.

Neque est verum, quod contra istam sententiam adest res iudicata; nam duæ fuerunt latæ sententiæ arbitrales, vna de anno 1400. quæ est de illa de qua modò dictum fuit, altera de ann. 1318. in qua adiudicatur iurisdictio ciuilis Abbati, Criminalis verò Episcopo, & res Iudicata, quæ prætéditur, est contra dictum laudum anni 1318. quo ad iurisdictionem ciuilem, & actus, qui cumulantur in Summar. nu. 12. & testes quorum copia data fuit, & de quibus omnibus habetur mentio in prima sententia, loquuntur de dicta Iurisdictione ciuili, quæ quidem res iudicata, in quibus terminis procedat, & quid contineant dicti actus, & quid deponant testes non firmarunt Domini, sed solùm dixerunt satis esse, quod non tangant præsentem articulum circa concessionem licentiæ, & quatenus testes, aliquid deponerent ni-
4 hil releuarent, cùm magis † sit standum scripturis, quas affert Abbas, quàm testibus, *l. exercendis, C. de fid. instrum.*

Non obstat, quod Abbas dedit libellum generalem, in quo exposuit, quod vigore sententiæ arbitralis, ipse, & sui prædecessores fuerunt, & est in possessione, seu quasi exercendi omnimodam iurisdictionem ciuilem inter obtinentes dignitates, Canonicatus, & beneficia simplicia in Ecclesia Collegiata S. Felicis, & prima sententia per duas alias confirmata, continet post sententiam arbitralem, Episcopũ plures cognouisse inter Canonicos, & Beneficiatos, &c. Et
5 ideò cùm sententia † fuerit lata ex deductis, & prosequutis per modum causæ, & super dicta causa lis fuerit contestata, obstat res iudicata non solùm super negocio principali; sed
6 etiam super causa, licet secus esset, † si principaliter pars nõ fuisset prosequuta deducta per modum causæ, vt distinguẽdo dicit *Calderin. in cons. 2. per tot. de re iudic. Ioan. Andr. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 15. & seqq. de caus. possess. & propriet. Anchar. cons. 417. num. 2. vers. ea autem.* Quia quicquid sit. An Abbas fuerit prosequutus causam deductã in dicto libello, scilicet sententiam arbitralem, cessat omnia difficultas, quia sententia arbitralis de anno 1400. non fuit deducta, sed alia de an. 1318. & ex aduerso opposita omnia tẽdunt ad hanc sentẽtiã arbitralẽ de ann. 1318. nõ autem ad aliã de ann. 1400. & pronunciatio principalis fuit, quod exe-
7 cutio † piarũ voluntatũ, tã de iure cõmuni, quã vigore Concilij Tridentini, spectat ad Episcopum, quod est verissimũ, *Clem. 1. de testam. §. si quis autem per redemptionem. Authen. de Eccles. titul. Seraphin. decis. 611. num. 7. Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. de Reformat.*
8 Minus obstat, quod dicta sententia arbitralis † censetur concedere iurisdictionem cumulatiuè, non autem priuatiuè, *Roman. cons. 393. num. 1. & seqq.* & ibi Addentes, quia hoc est verùm, nisi constet de contraria mente, vt fuit responsum in causa *Montis Regalis Iurisdictionis 27. Nouem. 1606. corã me*, de qua quidem cõtraria mente constat in casu isto, quia in dicta sententia dicitur, quod si Abbas denegauerit licentiam. Beneficiati post duos dies possunt recurrere ad Episcopum, Vicarium, vel Officialem, pro impetranda dicta licentia, signum euidens, quod priuatiuè fuit concessa Abbati dicta licentia, cùm referuntur recursus ad Episcopum, solum in euentum denegationis dictæ licẽtiæ,
9 & sic non versamur in licentia † simpliciter data, quo casu censetur data cumulatiuè *Roman.* vbi supra *Rolan. cons. 80. per tot. lib. 2.* Sed in casu, quo fuit aliquid detractũ Episcopo, ex quo ad ipsum solum permittitur recursus post duos
10 dies in euentũ de negatiuis, quo † casu iurisdictio censetur concessa priuatiuè, vt dictum est, *Roman. d. cons. 393. in fin. vers. nec dicatur, vbi alleg. text.* quem dicit singularem *in l. tàm Collatores, ad finem C. de re milit.* & ibi Apostilla dat concordantes *in ver. singularis.*

Circa tertiam inspectionem, An confirmatio Aposto-
11 lica suffragetur, dicendum est, quod non ex defectu † intentionis Summi Pontificis Clem. VIII. cum ei non fuerit
12 narratum Ius Abbatis, & cũ gratia corruat, corruit † quoquè decretum irritans tanquam accessorium, vt latè fuit deductum in alia decisione, à qua Domini vtraque parte audita censuerunt non esse recedendum.

Et ita conclusum &c.

* Est decis. 370. sup. par. 5. recent.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana, seù Aquilana Nullitatis Donationis.

Die Lunæ 31. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Donatio, & pactum de hæreditate viuentis non valet, & est omni iure improbatũ, ita

quod

quòd nec iuramento roboratur. Et quando dicta donatio, & pactum substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de hæreditate viuentis non valet, nisi ille viuens consentiat, & in eodem consensu vsquè ad obitum perseuerauerint.*
2 *Et ex tali consensu nullum ius parti acquiritur, & quando censeatur reuocatus, num. 3. & an sufficiat tacita reuocatio, num. 4. & vtrùm ista procedant stante iuramento, num. 5.*
6 *Pacta de hæreditate viuentis sunt inualida etiam inter filios, & quòd filios, quàmuis sint iuramento firmata.*
7 *Pactum de hæreditate viuentis est omni iure improbatum, ideò iuramento validari non potest.*
8 *Iuramentum non potest esse vinculum malitiæ, & iniquitatis.*
9 *Pactum affirmatiuum ad differentiam renunciationis super hæreditate viuentis, non validatur iuramento.*
10 *Delicta de Iure non præsumuntur, nisi probentur.*

DECISIO XXXIII.

DOMINI resoluerunt Donationem, seù renunciationem factam per Alexandrum Bonannum ad fauorem
fratrum non sustineri, quia illa est facta de bonis sibi obuenturis post mortem eius patris, & matris; & sic de hæreditate viuentis, vndè benè intrat conclusio, quod donatio,
1 & pactum † de hæreditate viuentis non valeat, nisi ille vi-
uens consentiat, & in eodem consensu vsquè ad obitum perseuerauerint, *l. fin. C. de pact. vbi Castren. num. 8. vers. sed hic non obligat. Aret. num. 8. Corn. num. 4. in fin. Ias. nu.* 12.
2 vbi quod ex tali † consensu nullum Ius parti acquiritur, *Decian. num. 6. Fulgos. n. 52. in 3. notab. Roman. nu. 5. vers. non obligare Dominum, l. ex eo, C. de Inutil. stip. Bertr. cons. 197.*
3 *volum. 3. par. 1.* & consensus censetur reuocatus, † quando
ille, qui consensit, fecit testamentum, & hæredem instituit, *Anchar. cons. 404. num. 3. Bertrar. d. cons. 197. vers. nō perseuerauerit, Gozadin. cons. 98. num. 3. vers. sed clarum; Bero.*
4 *cons. 3. num. 18. & 21. lib. 3.* sufficit enim tacita † reuocatio
disponendo contra formam pacti etiàm inter viuos, *Aquil. d. l. fin. num. 8. Cagnol. nu.* 88. & prædicta procedunt etiam
5 in † donatione facta mediante iuramento, *Peregr. de fideicom. art. 51. sub nu. 24. vers. hæc autem pacta*, vbi quod huiusmodi pacta sunt inualida inter filios, & quòad filios, quā-
6 uis † sint iuramento firmata ea ratione, quia censentur con-
tra bonos mores, vt de communi opinione post alios testatur *Viu. Opin. 578. num. 4. Thes. dec. 225. num. 6.* vbi conciliando opiniones, dicit hoc procedere, quando sumus, prout in casu nostro, in pacto super alterius hæreditate interposito *iuxta text. in d. l. fin. C. de pact.* tunc enim cum tale pa-
7 ctum † sit omni Iure improbatum iuramento conualidari
8 non potest, quia iuramentum non potest esse † vinculum
malitiæ, & iniquitatis, *c. cum contingat de Iureiur.* & per istas rationes, quod pactum affirmatiuum ad differentiam
9 renunciationis † super hæreditate viuentis non validetur
Iuramento, tenent *DD. in l. pactum, quod dotale, & in d. l. fin. vbi Bald. num. 22. vers. nec iuramento, Cagnol. num. 92. & 95. C. de pact. Anchar. Imol. & Gemin. in cap. quàmuis pactum, de pact. in 6. Alex. cons. 165. nu. 10. lib. 7. Surd. cons. 4. num. 21.* & fuit dictum in causa *Romana de Marganis 17. Decembris* 1584. *& 1. Decembris anni sequentis coram Robusterio, & in Asculana bonorum* 13. *Iuny* 1618. *coram bo. mem. Card. Sacrato.*

Et cessare visa fuit omnis difficultas, ex quo fratres Donatarij post mortem patris recesserunt à dicta donatione, eidemq; Alexandro donanti retrocesserunt, & licèt dicta retrocessio fuerit facta aliquibus pactis obseruandis per Alexandrum tamen cum pro parte dictorum fratrum non probetur inobseruantia dictorum pactorum, & dicta pacta
10 contineant † delicta, quæ de Iure non præsumuntur, nisi
probentur, *l. cum pater, §. rogo, de leg. 2. Mandos. cons. 516. num. 2.* satis tenet dicta retrodonatio, donec probata fuerit dicta controuertio in pactum deducta. Et ità &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Camerineñ Donationis de Calcalaris.

Die Lunæ 7. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

Mandatum de associando, licet regulariter detur, vigore clausulæ constituti, tamen quando hoc non procedat. Agens ad donationem, vt obtineat, quid probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando regulariter conceditur vigore clausulæ, constituti.*
2 *Mandatum de associando, ex clausula constituti, denegatur, quando constitutarius post mortem constituentis est negligens in apprehendendo possessionem naturalem, & patitur per alium occupari.*
3 *Ex negligentia censetur amissa possessio, quæ in solo animo contrahentium suam habet essentiam.*
4 *Ad Donationis executionem non sufficit, vt quis agat, nisi probet illam esse validam.*
5 *Donatio ex defectu insinuationis est nulla.*
6 *Donatio, quando est impropria non eget insinuatione.*
7 *Donatio, quando est facta ex mera, pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit donans, non potest referri ad actum correspectiuitatis, & sic non potest dici ob causam.*

DECISIO XXXIV.

CVM D. Andreas Calcalarius vigore cessionis sibi factæ ab Ersilia, & sororibus de Calcalarijs de bonis eisdem mulieribus donatis à q. Io. Baptista Calcalario prætenderet mandatum de associando, vel de immittendo in possessionem bonorum, vt supra donatorum. Proposui dubiū an eidem Andreæ esset dandum alterum ex dictis mandatis, & Domini resoluerunt, mandatum de associando ei non esse dandum, ea moti ratione.

Quia licèt dictus Andreas ad illud obtinendum nitatur clausula, constituti, apposita in prædicto instrumento do-
1 nationis † cuius vigore regulariter conceditur mandatum
de associando ad tradita per *Bart. in l. 3. in 4. quæst. principali, C. de pignor. Alex. cons. 131. sub nu. 4. lib. 4. Afflict. decis.* 326. Attamen conclusio non procedit quando Con-
2 stituarius post mortem constituentis † est negligens in ap-
prehendendo possessionem naturalem, & patitur illam per alium occupari, vt in præsenti casu, cum prædictæ mulieres donatariæ, & constitutariæ post mortem Io. Baptistæ donatoris, & constituentis neglexerint apprehendere possessionem, illamque passæ fuerint per D. Venantium, & alios eiusdem Ioann. Baptistæ filios apprehendi, quia tunc ex
3 huiusmodi negligentia censetur amissa possessio, † quæ
in solo animo contrahentium suam habebat essentiam, ad *tex in l. si de eo, §. 1. & ibi Bart. ff. de acq. poss. glos. in c. cum venisset, in fine, & ibi Doctores de restitut. spoliat.*

Tiraq.de Constit.par.3. limit. 21.num.9. Rota decis.694. num.8.par.1.recent.

Præterea ex alio quoque capite dixerunt Domini Andream non posse iuuari dicta clausula, constituti; quia do-
4 natio est nulla, non enim sufficit quis agere ad executionē donationis, nisi probet illam esse validam, *Gratian.discep. foren cap.895.num.9.& 10. Rota d.decis.694.num.9. & in Perusina hereditatis 10. Decembr. 1628. coram Eminentiss.D.meo Card. Virili.*

5 Nullitas enim dictæ donationis visa fuit clara ex † defectu insinuationis, quæ omninò requirebatur, tàm ex dispositione Statuti Camerini, quàm Cōstitutionis Marchiæ, prout alias firmauit *Rota decis.694.num.9.par.1.recent.& in Camerineñ Transactionis coram sa.me.Greg.XV. decis.260.num.1.2.& seq. & in Montis Alti donationis 18. Iunij 1618.coram bo.me.Card.Sacrato.*

Non obstat, quod donatio fuerit ob causam transactio-
6 nis, & propterea tamquàm impropria donatio non † indigeret insinuatione, *Roman cons.26.num.2. Tiraq. in l.si vnquàm, in verbo donatione largitus, num.12.C.de reuoc. donat. Seraph.decis.416.num.7.& decis.1170.num.4.* Fuit enim responsum, quod cum dicta donatio fuerit facta in
7 capitulo particulari, & ibi dicatur facta, † ex mera, pura, & gratuita voluntate & quia sic voluit &c. non potest referri ad actum correspectiuitatis, & sic non potest dici ob causam, *Surd.cons.361.sub num. 14. Seraph. decis. 181. num.8*

Et ita vtraque &c.

¶ In eadem causa habetur infrà altera Decisio coram eodem R.P.D.Dunozetto, sub die Veneris 14.Iulij 1631.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Epis.

Die Veneris 4. Aprilis 1631.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi dispositio, quando non valeat. Fideicommissi exceptio, quo casu non sit potens ad impediendam manutentionem, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *De Possessione amplius quæri non potest, probato defectu proprietatis.*
2 *Legitima, fideicommisso grauari non potest.*
3 *Manutentionis effectus, per quas exceptiones non impediatur.*
4 *Actio fideicommissarij, quando sit sufficiens ad impediendam manutentionem.*
Fideicommissarij actio, quando est turbida, tunc si reus, & possessor aliquid alienauerit, satis est ei respondere quod bona, quæ dicebantur alienata sibi non sufficere pro suo credito legitimę. contrarium vide nu.5.
6 *Exceptio an bona alienata æquent valorem detractionum, non admittitur in iudicio manutētionis, & n.7.*
8 *Executor voluntatis testatoris quis censetur, dum nullum commodum de bonis ipsius sensit.*
9 *In lite, si quis non est, nec eam sciuit, non potest negari in eo bona fides.*
10 *Dos si fuit effecta proprium patrimonium mulieris, irreuocabiliter apud eam manere debet.*
11 *Legitima, tamquam æs alienum à fideicommisso detrahi debet.*
12 *Confessiones factæ à tutoribus non debent præiudicare minoribus.*
13 *Minor, qui adultus est, & minor qui pupillarem ętatem non excedit.differunt.*
14 *Ex Personę mutatione, non mutatur titulus, & possessio, quam quis acquisiuit.*
15 *Possessio an transferatur stante nullitate contractus, & an ista exceptio admittatur in iudicio manutentionis.*
16 *Minoris rem occupans, acquirit saltem detentationem nudam.*
17 *Detentatio pro possessione habetur.*
18 *Detentatio habet sua remedia possessoria, vt sunt Officium Iudicis ad effectum tàm retinendæ quàm recuperandę possessionis. & Interdictum, vnde vi, n.19.*
20 *Testator, si alicui reliquerit nominationem puellarum dotandarum, debet intelligi relicta cum effectu.*
21 *Executor testamentarius benè potest inducere obseruantiam interpretatiuam ad hoc, vt declaretur voluntas testatoris.*

DECISIO XXXV.

PROPOSVI dubium, quod fuit decisum aliàs coràm me sub die 21. Iunij anni * proximè præteriti super manutentione, quam petebant Archiconfraternitates Sanctissimi Crucifixi, & Sanctæ Mariæ de Carmine in exactione fructuum Census hæreditarij q. Melchioris de Epis, vt iuxta illius dispositionem distribuerētur pro dote Puellarum, quas eædem Archiconfraternitates nominare, & dotare debebant in executionem voluntatis eiusdem Melchioris. In quo dubio etiam hodiè DD. responderunt ad fauorem Archiconfraternitatum, non obstantibus iis, quæ ex parte Ludouici vocati ex fideicommisso Bartholini patris Melchioris opponebantur, tàm contra illatum possessionem, quàm de anteriori fideicommisso Bartholini.

Et quoad fideicommissum illud deducebatur, vt inde ostenderetur nullitas dispositionis factæ à Melchiore, dum disposuerat de bonis, quæ propria non erant, & ea exceptio dicebatur incontinenti probata, cum firmata fuisset tàm existentia eius fideicommissi, quàm illius conditio fauore Ludouici particulari decisione facta coram bo. me. Buratto
1 sub die 21. Iunij anni 1623. vt propterea † de possessione amplius quæri non posset, probato defectu proprietatis, ex traditis *in l. naturaliter, §. nihil commune, & ibi Alex. nu. 34. Ripa num.97.ff.de acquir.possess. Menoch.de retin possess remed.3.num.685. Rot.decis.3. de restit.spoliat. in nou. & decis.591.num.4.par.2.recent.*

Verùm hæc exceptio sublata videri poterat in decisione, quæ facta fuit coram me, & in qua, cum disputaretur hic articulus manutentionis, firmatum fuit sustineri dispositio-
2 nem Melchioris tàm super legitima, † quæ fideicommisso grauari non poterat, quàm super dote materna, quæ neque venit sub dispositione Testatoris, sed tanquàm æs alienum detrahi potuit ex illis bonis. Neque visa fuit obesse replicatio, quæ fiebat contra vtramque hanc detractionem, vt ipsis satisfactum esset, vel per anteriores alienationes, vel per solutionem, & restitutionem factā cū effectu huius doti: quia
3 adhuc nō poterat dici probata incontinenti † exceptio alienationū, sicut requirebatur, vt posset impediri effectus manutentionis in hoc iudicio summarijssimo, cum firmata nō fuissent, aut quantitas legitimæ, aut valor bonorum alienatorum, & ita nō nisi dubia videri posset actio fideicōmissarij,
4 dum satis erat Reo, † & possessori respondere, vt bona quę dicebantur alienata satis sibi non fuerunt pro suo credito legitimæ, *Peregr. de fideicom.art.39.num.13.& 14 Natta cons.238.num.7. Card.Seraph. decis. 609. num. 7. Rota decis.210. par.2 diuers.& decis.641.num.18. par. 1. diuers. & fuit seruatum in Cęsenaten. Fideicommissi 22. Aprilis 1630.coram R.P.D.meo Motmanno.* Et quatenus etiam

repli-

replicaretur, vt propter aliquas detractiones, quæ apparebant huic legato anteriores, translatum fuisset in ipsum possessorem onus contrarium probandi, quod non potuerunt
5 † satis esse pro eadem legitima bona alienata, sicut conclusionem superiùs firmatam visa fuit limitasse *Rota in Bonon. fideicommissi de Cataneis* 10. *Martij* 1617. *coram R.P.D. meo Pirouano, & in Romana Domus ad Peregrinum* 11. *Martii* 1609. *coram Reuerendiss. Dom. meo Decano, & in Maceraten. fideicommissi* 16. *Februarij* 1610. *coram Card. Sacrato, & tenuit idem Peregr. de fideicom. art.* 39. *num.* 14. Hanc tamen limitationem, quam Domini verissimam dixerunt esse in suo casu, in iudicio scilicet plenario immissionis (cum per eam replicationem fideicommissarii videatur Reus sustinere partes actoris, dum in sua exceptione negat satisfieri sibi potuisse ex valore bonorum alienatorum.) Non putarunt admitti posse in hoc iudicio summarissimo, in quo reiiciuntur exceptiones, altioris indagi-
6 nis, sicut erat hæc quæstio, an bona alienata æquarent † valorem detractionum propter plures probationes, ad quas teneretur filius hæres grauatus si in hoc iudicio eisdem probationibus cogeretur elidere hanc vnam præsumptionem; quæ sola videtur contra se vrgere pro imputatione. Quia, neque opus esset omisso facto inspicere, aut attende-
7 re iustitiam eiusdem possessionis, si † ius aliquo modo resisteret, dum tamen penitus, & omnino non repugnaret, vt ex mente *Innocent. Abb. & aliorum distinxit Couar. prac. quæst. cap.* 17. *num.* 6. *Menoch. de retinen. possess. remed. vlt. num.* 21. *quos secuta fuit Rota decis.* 534. *numer.* 7. *par.* 1. *diuers. & in Hispalen. Præeminentiarum* 29. *Februar.* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo.* Et quatenus etiam non subsisteret id creditum legitimæ satis esse poterat creditum dotis maternæ ad sustinendam hanc dispositionem, & legatum Melchioris, quæ dos probata fuit ascendere ad scuta bis mille, non autem esse solùm scutorum mille, vt contendebant Informantes pro Ludouico; Vnde detractis scutis quingentis, quæ lucratus fuit Octauius secundus vir Iuliæ, & vitricus Melchioris per obitum eiusdem Iuliæ superabunt adhuc scuta mille, & quingenta ex pretio Casalis venditi Laurentio Ruggerio, in quo ea dos cõsistebat, quam prorsus summam reliquerat Melchior, vt ex illius fructibus dotari quotannis deberent Puellæ, quas nominare debebant Societates.

Ex his neque visa fuerunt obstare, quę ad impediendam manutentionem etiam opponebantur, vt scilicet illa penderet à cognitione petitorij, dum nulla spes erat, vt dotes, quæ in vim mandati de manutenendo, & pendente iudicio possessorio, soluendæ erant, possent postea recuperari, quasi redderetur impossibilis hæc repetitio, si contingeret in petitorio declarari fideicommissum, tàm respectu earum Societatum, quę solùm reputari poterant executrices volun-
8 tatis testatoris, dum nullum † commodum ad eas pertinere debebat ex legato illis relicto, iuxta distinctionem, *glos. in l. si quis Titio* 17. *in verb. vt ministrum, & ibi Bart. num.* 1. *ff. de legat.* 2. *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. lib.* 2. *par.* 2. *de instr. edition.* §. *nunc aliqua* 13. *sub num.* 17. *Rota in Romana Census scutorum vigintimillium* 24. *Februarij* 1612. *coram Ludouis. decis.* 544. *num.* 2. quàm respectu Puellarum, quibus dotes solui debebant, propter bonam fidem, quæ nõ
9 poterat in illis negari, dum neque sunt in lite, † neque hanc litem sciunt, vt etiam dixit *glos. in cap. significauerunt. in verb. restituendum, de testibus, & in cap. cum super. in verb. restituendum, de caus. possess & propriet. Rot. decis.* 7. *eodem tit. in antiq. & decis.* 18. *de re iudicat. in nou. Speculat. tit. de fructibus, & interesse*, §. 1. *num.* 9. præter fauorem publi-
10 cum, qui etiam suadere videtur, vt † eæ dotes debeant esse irreuocabiliter apud ipsas Puellas, postquàm fuerunt effectæ proprium illarum patrimonium: Si enim præter fideicommissum Bartholini supererat Melchiori, & dos ma-
11 terna, & portio suæ legitimæ, quæ † tanquam æs alienum detrahi debebant à fideicommisso, non potest dici, vt casus restitutionis pendere debeat ab illius declaratione, & nunquàm ex his solutionibus, & distributione dotium faciendis dici poterit præiudicatum eidem fideicommisso.

Et hæc super exceptione fideicommissi. Quò verò ad possessionem societatum, quam etiam impugnabat Ludouicus, non poterat illa conuerti tàm ex pluribus solutionibus, quàm propter propriam illius confessionem, quæ omnia fuerunt fundamentum Decisionis factæ in hac causa super concessione mandati de manutenendo: Et licet idem Ludouicus impugnaret hanc confessionem, & omnes solutiones factas postquam ipse successerat in hæreditate,
12 eò quia omnes actus † solutionum, & cõfessionis facti fuissent, dum esset minor à suis Tutoribus, qui præiudicare sibi non potuerunt, iuxta doctr. *Bartol. in l.* 1. § *si vir. num.* 3. *vbi etiam Alexand num.* 4. *ff de acquiren. possess. quam secutus fuit, Ruin. consil.* 137. *num.* 11. *lib.* 1. constituta differentia inter minorem, qui tamen adultus sit, & minorem,
13 qui pupillarem † ætatem non excedat. Non tamen poterat controuertere possessionem societatum in vita Isabellæ matris primæ hæredis, eademq. possessio suffragabatur eisdem societatibus contra ipsum Ludouicum, cum ex mu-
14 tatione personæ non † potuerit mutari titulus, & possessio, quam ille acquisiuerant iuxta *decis. Guido Pap.* 619. *quam semper sequuta fuit Rota, vt apud Put. decis.* 151. *lib.* 3. *in decis.* 99. *num.* 11. *par.* 1. *diuers. decis.* 562. *num.* 1. *par.* 1. *& decis.* 652. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & in his terminis exactionis fructuum census *coram Ludouis. decis.* 213. *numero* 3. *& in Romana Domus* 17. *Martij proximè præterit i coram me.*
15 Et poterat etiam videri aliena ab hoc iudicio † ea exceptio an propter nullitatem contractus fuerit translata possessio tanquàm respiciens petitorium, vt est *decisione*
16 *Achill.* 15. *de restit. spol.* Cùm occupans † rem minoris acquirat saltem nudam detentionem, *l. possessionem* 29. *ff. de acquir. possess. glos. in l pupillus* 11. *ff. de acquir. rer. dominio.*
17 *Put. decis* 276. *num.* 5. *lib.* 3. quæ detentio pro † possessione habetur *l. stipulatio ista*, §. *hac quoque, ff. de verbor. obligat. & tradit Innocent. in cap. quoniam frequenter, num.* 8. *vt lit. non contest. Aeg. in cap. in litteris* 5. *num.* 4. *de restit. spo-*
18 *liat.* Et habet sua remedia † possessoria, vt sunt officium Iudicis ad effectum tàm retinendæ, quàm recuperandæ possessionis, *Bald. in cap. licèt causam, num.* 35. *de probat. Couar. pract. qq. c.* 17. *nu.* 5. *Menoch. adipiscen. possess. remed. num.* 18. *& recuperan. possess. remed.* 17. *num.* 21. & interdi-
19 ctum † vnde vi, vt tradit idem *Menoch. de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 66.

Demùm non visum fuit obstare, quod ex ipsius Melchioris testamento appareret de defectu istius tituli, & possessionis, dum societatibus, non fuit demandata exactio, sed sola nominatio Puellarum, quæ nubere deberent: Quia ea dotatio, & nominatio debebant intelligi relicta cum effectu, & iuxta consuetudinem similium dotationũ,
20 quia † nihil præterea continebat ius illud, & facultas nominandi, quàm vt possent Societates dotem promittere Puellis à se nominatis, illam posteà soluturæ, cum casus desponsationis, & nuptiarum aduenerit, quod in necessariã consequentiam importat præcedentem exactionem, vt fuit dictum in his terminis *in Romana electionis Puellarum* 7. *Aprilis* 1628. *coram R.P.D. meo Dunozetto*: Et hoc etiam declarare potuit obseruantia interpretatiua, sicut & hanc
21 interpretationem † potuit facere tàm Lucas Antonius de Fabijs relictus à Melchiore in suo testamento executor, quàm illam inducere sequentes solutiones, quas in vita Isabellæ primæ hæredis exegerunt Societates, eadem Isabella non contradicente.

Et ità vtraque &c.

* Habetur decisio ista infrà prout in Indice posito in fine Decisionum.

R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO.

Argentiñ Coadiutariæ.

Die Veneris 2. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Electio ad hoc, vt vitietur, quid sufficiat. Capitulum totum, si fuerit vocatum, si aliqui non compareant, an gesta per comparentes valeant. Locus certus an sit de substantia Capituli, & vtrùm possit in quolibet loco, citationes in principio Iudicij possunt fieri absque causæ cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Electio vitiatur per contemptum solùm vnius.*

2 *Ecclesiæ indemnitatis prouidetur per coadiutoriam.*

3 *Capituli duæ partes constituunt maiorem, & saniorem partem.*

4 *Capitulum totum, quando fuit vocatum, si aliqui non veniant, tota potentia Capitularis, remanet in illis, qui venerunt.*

Et gesta illius valent, tanquam gesta à Capitulo numero 4.

5 *Contumacia duorum Canonicorum non potest impedire actiones, & acta Capitularia, sed eis est imputandum si non venerint.*

6 *Locus omnis, vbi Capitulum congregatum est dicitur Capitularis, dummodo sit honestus.*

7 *Locus certus non est de substantia Capituli.*

8 *Capitulum si non possit fieri in loco solito propter aliquam iustam causam, non propterea minùs potest conuocari in alio loco.*

9 *Actus aliud est fieri capitulariter, & aliud fieri in loco Capituli.*

10 *Capitulariter, quod aliquid fuerit concessum ex quo probetur.*

11 *Forma literarum remissorialium est seruanda.*

12 *Citatio non potest fieri extra territorium.*

Processus, qui extra territorium factus est non valet num. 12.

13 *In citationibus emanantibus in principio Iudicij non requiritur causæ cognitio.*

Citationes in principio Iudicij, possunt fieri etiam ab eo, qui non habet iurisdictionem num. 13. & 14.

14 *Citationes in principio Iudicij possunt fieri etiam extra territorium.*

15 *In citatione non attenditur locus, vbi est decreta, sed locus, pro quo fit ad comparendum.*

DECISIO XXXVI.

PRoposui iterum causam super resolutis sub die Veneris 21. Februarij proximè præteriti. * An gratia Coadiutoriæ Eminentissimi Domini Cardinalis à Lotharingia esset iustificata, Domini steterunt in decisis, nisi tamen obstent concordata Germaniæ, per quæ impediuntur Coadiutoriæ, quoniam de eis erit particulariter videndum.

Quantum ad consensum qui est vnus ex modis quibus gratia iustificatur, de eo constare fuit resolutum; Nam consensus Abbatis, & Monachorum præstitus in partibus probatur ex mandato ab eis facto. Consensus autem præstitus per procuratorem pariter probatur ex Instrumento; Ita quod difficultas respectu consensus reducitur ad defectum duorum Monachorum qui non interuenerunt ad præstandum consensum in electione Coadiutoris, ideoque electio
1 nulla, cum † vnius solus contemptus electionem vitiet, *cap. cum inter, c. bonæ il primo, & c. quod sicut*, vbi *Doct. communiter de elect.* & ad locum in quo fuit factum Capitulum, quia non erat locus Capitularis.

Primus non obstat, quia vt fuit dictum in decisione, quæ
2 reuidetur, cum per Coadiutoriam † prouideatur indemnitati Ecclesiæ, stante infirmitate Prælati, & ex alijs causis in ea narratis, quæ concernunt illius vtilitatem, & necessitatē, sufficit pro illa consensus duarum partium ex tribus ipsius
3 Capituli, quæ duæ † partes constituunt maiorem, & saniorem partem, *ad text. in cap. vnic. de Cleric. agrot. in 6. vbi glo. in verb. duæ partes, & not. Franch. §. si verò, circa med. super glos. in dicto verbo duæ partes.* Quinimò cum ex testibus probetur eos fuisse vocatos ad illum actum, si non ve-
4 nerunt, tota potentia † Capitularis remanet in illis qui venerunt, & gesta per illos valent tanquā gesta à Capitulo, *Abb. in cap. cum omnes, col. fin. versi. tamen vnam diuersitatem, de const.* & ibi *Fel. Put. decis. 283. lib. 3.* Nec contumacia
5 duorum potest † impedire actiones, & acta Capitularia Monasterii; eis tantùm est imputandum, cum nō venerint, *c. coram, c. quod sicut verb. vocatus de elect.*

Nec allegatus defectus loci releuat, quia exactis constat in quadā Grangia eiusdem Monasterii omnes Monachos fuisse conuentualiter congregatos, & ad eum locum omnes specialiter vocatos, & omnis locus vbi Capitulum est
6 † congregatum dicitur Capitularis, dummodo sit honestus, *cap. quod sicut, vbi Abb. num. 2. c. cum terra de elect. vbi glo. in verb. in quo*, inquit in Capitulum secundum consue-
7 tudinem loci, aliàs vbi meliùs se obtulerit facultas, & † sic certus locus non est de substantia; Cum enim non potuerit fieri in loco solito propter bellum, & impetum hæreti-
8 corum, non propterea † minus potuit conuocari Capitulū in alio loco, *cap. In nomine Domini, §. quod si prauorum 23. distinct. Innocent. in cap. cum ex iniuncto, num. 2. versic. Et quamuis de nou. oper. nunc Bald. in l. nulli, num. 2. versic. secundo requiritur, ff. quod cuiusque vniuers. nomin.* Nec ex eo quod consensus non fuerit præstitus in loco capituli
9 minus dicitur Capitulariter præstitus, quia aliud † est aliquid fieri capitulariter, aliud fieri in loco Capituli *Seraph. decis. 1247.* & ex lectura Instrumenti bene comprobatur mandatum fuisse conuentualiter, & collegialiter conces-
10 sum, quoniam † Notarius attestatur Monachos fuisse capitulariter congregatos, *Gabr. de fid. instrument. conclus. 2.* Monachorum nomina recensendo, iuxta *decis. 9. & 29. de procur. in antiq.*

Quantùm autem ad testes, qui est alter modus quo gratia iustificatur, Domini eos ritè, ac validè examinatos fuisse dixerunt, & omissis multis quæ informantes pro Abbate iterum inculcant, & si sublata in decisione, obiectionem nouiter deductam non obstare, fuit per eos conclusum, quia non subsistit quod citatio non potuerit decerni in oppido Nanceij, vbi Iudici remissoriali nulla competebat iu-
11 risdictio, cum ex forma † literarum remissorialium esset restricta ad oppidum de Vico Meteñ. Diœcesis in loco Monasterii Sancti Francisci; ex traditis per *Oldrad. consil. 88. num. 2. versic. primo dico*, quod est considerandus locus,
12 vbi firmat citationem non posse fieri extra † territorium, cum sit de processu, qui extra territorium factus non valet, ita tenuit *Federic. de Sen. consi. 16. num. 13. versic. Item non obstat.* Et ideo cum citatio Abbatis, & Monasterii fuerit decreta extra Territorium ad comparendum in loco de Vico, in Monasterio Sancti Francisci, secundùm prædicta videtur nulla, & per consequens examen nullum. Attamen
13 tollitur, cum in talibus † citationibus emanantibus in principio Iudicii non requiratur causæ cognitio, & possint fieri etiam ab illo, qui non haberet iurisdictionem *not. Innoc. in cap.*

in cap. cum contingat de rescript. cap. prudentiam, de offic. deleg. cap. licet, de accusat. si ergo non requiritur causæ cognitio, nec quod Iudex suadeat. vt dicit *Innocent.* poterunt
14 † ergo fieri extra territorium argumento eorum, quæ notat *Dominicus de Sancto Gemin. in cap. nouit. de offic. leg.* ita concludit ex supradictis *Calder. consi. 2. in fine de elect. versic. item in talibus, bene faciunt not. per Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 30. de nou. oper. nunc.* idem *consil. 164. lib. 1. Rot. decis. 1. de ferijs in nou. Cassad. decis. 5. de dol. & contum.* Cum ergo citatio, de qua agitur fuerit facta in principio iudicii ad comparendum in loco Vici, & in Monasterio Sancti Francisci, sustinetur etiam quod fuerit decreta extra
15 Territorium, cum non † attendatur locus vbi est decreta, sed locus pro quo fit ad comparēdum, ex traditis per *Vant. de nullit. ex defectu citationis num. 39. & 61.*

Et ita resolutum vtraque parte &c.

* Est decisio 20. supra hac eadem partem.

¶ In eadem causa habentur infra duæ aliæ Decisiones coram eodem R.P.D. Ghisilerio nempè sub die 26. Aprilis 1632. & die 17. Maij eiusdem anni 1632.

R. P. D. PIROVANO.

Fesulana Parochialis.

Die Lunæ 12. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus hæreditarium qualiter deferatur Successori an suffragetur quasi possessio præsentandi defuncti, Mandati procuræ præsumptio ex quo intret Sententiæ publicatio, si differatur, quando postea publicatur an requiratur noua citatio.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus hæreditarium defertur in stirpes, & non in capita.*
2 *Actor post quàm plenè fundauit intentionem suam, reus pariter tenetur probare exceptionem suam, & num. 4.*
3 *Præsentandi, quasi possessio defuncti an suffragatur Successori.*
5 *Decis. 337. num. 3. par. 2. in recent. & decis. in Placentina Cappellæ 30. Octobr. 1625. coram Reuerendiss. Coccino Decano declarantur.*
6 *Præsumptio sola, etiam in reo, & possessore, non transfert onus probandi in aduersarium.*
7 *Sententia Iudicis Laici in materia Ecclesiastica non est attendenda.*
8 *Mandatum procuræ præsumitur ex notabili impensa per comparentem facta, & ex productione iurium.*
9 *Sententiæ publicatio si differatur, quando postea publicatur, est necessaria noua citatio.*
10 *Citatio noua, quando non requiratur si post aliquod tempus fuit dilata publicatio sententiæ.*
11 *Citationis defectus suppletur per monitionem Iudicis partibus præsentibus facta.*

DECISIO XXXVII.

Censuerunt Domini sententias de partibus esse confirmandas, quia iustæ sunt, & validæ.

In prima enim quæ fuit Nuntij Florentini pronunciatur Morellos habuisse, & habere in patronatu Ecclesiæ, de qua igitur cùm Dinis æquale Ius, & ad illos spectare in eo æqualem portionem, & pro æquali rata, cùm illis quando vacare contingerit prædicta Ecclesia admittendos fore ad præsentandum Rectorem. Secunda verò sententia prolata per Canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ idem confirmat, per verba bene iudicatum, & male appellatum, & hoc ipsum æquale Ius benè iustificatur ex testamēto Ioannis de Caualcantibus condito de Anno 1497. in quo titulo legati reliquit filiabus suis, & earum filijs masculis, & descendentibus patronatum de quo agitur, à quibus postea descenderunt tres Familiæ, nempe Morelli, & Dini hodie collitigantes, & tertia de Caualcantibus, quæ non venit ad
1 Iudicium, quæ cùm succedere debeant in stirpes, † tàm ex voluntate disponentis id expresse mandatis, quàm attenta Iuris dispositione, *Clem. plures de iurepatronatus, Lambertin. eodem tract. par. 2. lib. 1. quæst. 1. principali art. 25. num. 19. & 20. Rot. decis. 251. num. 5. par. 2. recent.* inde resultat
2 coequalitas † respectiuè ad voces iuxta numerum stirpium in Iure præsentandi, & hoc posito pro fundamento intentionis familiæ de Morellis, Dini tenentur quàmuis rei, & possessores fundare similiter illorum intentionem, *Aegid. decis. 563. Rot. decis. 628. num. 3. par. 1. diu. Gail. obseru. 13. num. 5. lib. 2. Rota Ianuen. 102. num. 3. Seraph. decis. 332. nu. 2.* & plenè fuit firmatum in *Leodien. Canonicatus corā me* 8. Iunij 1612.

Proprerea non obstat allegata quasi possessio prēsentandi pro duabus partibus ex tribus quàm deducunt ex præsentationibus Anni 1597. & 1602. cùm præsentia illorum de Morellis, qui potuerunt successoribus, maximè hæredibus præiudicare, & effectum sortitis, & in decisionibus huius causæ admissis, quæ dicebantur nedum in possessorio,
3 † sed etiam in petitorio suffragari ad probandam pertinētiam fauore successorum, *Rota decis. 337. num. 3. par. 2. recent. & in Placentina Cappella 30. Octobris 1625. coram D. meo Decano.*

4 Quia quando actor plenè, † & concludenter probauit intentionem suam, prout fecerunt Morelli in æquali voce, Dini similiter tenentur probare propriam, quæ sola præsumptione quasi possessionis præsentandi non impletur; admissio enim, & cōsensus illorum de Morellis potuit quidem constituere Dinos in quasi possessione præsentandi pro alia parte, sed non inde sequitur, quod fecerint illos de Dinis patronos portionis ad familiam de Caualcātibus pertinentis, *Lambert. de Iurepatronatus in 1. par. lib. 2 quæst. 3. ar. 17. num. 11. Rota ita distinguens decis. 228. in princ. par. 1. diuers. & clarius decis. 284. num. 7. par. 1. recent.* quæ reassumitur per *Adden. ad decis. 417. num. 13. coram Pap Gre-*
5 *gor. XV.* Nec contrarium † dicunt *decisiones 337. & Placentina Cappellæ*, quia quicquid sit quando alii Patroni non docent de eorum pretenso Iure, vt illa quasi possessio suffragetur successoribus ad probandam pertinentiam, & sustinendum vltimum statum, attamen secus est vbi Patroni fundant illorum intentionem, vt fecerunt Morelli; nā hoc casu decisiones allegatæ non contradicunt irreleuantiæ probationis deductæ ex præsumptione, quæ sola non
6 sufficit † etiam in reo, & possessore secundum opinionem, quam Rota seruat, vt ex ea non transferatur onus probandi in aduersarium, *Acchill. decis. 1. de probat. Seraphin. decis. 1171. & coram Papa Gregorio XV. 278. num. 6. & 279. num. 3.* & cùm nullus pro Caualcantibus compareat, Morelli remanent in æqualitate, aut comparere nequeant ob familiæ deficientiam per ius accrescendi, vel non decrescendi succedunt in portione cùm Dinis per eamdem *Clem. plures, de Iurepatronatus*, & in eadem æqualitate reperiuntur.

Nec aliqua vis facienda est in scriptura, quæ asseritur sententia Magistratus Florentini: quia ex ea non colligitur distin-

distinctio vocũ, pro quibus partibus respectiuè præsentant Morelli, & Dini, sed tantummodò quòd Morelli, & Dini sunt Patroni, quod & hodie idem admittitur, cùm possint esse in æqualitate per ius accrescendi ob deficientiã familiæ de Caualcantibus, & quatenus determinaret quæstio-
7 nem pertinentiæ vocum, † defectu potestatis laicæ in causis Ecclesiasticis non esset attendenda, *cap. quanto de Iudic. Rot. decis. 305. impress. post. 2. vol. Farin.*

Superest exceptio inualiditatis earumdem sententiarũ, quæ cùm deducatur ex defectu mandati, & citationis visum fuit vtrumque defectum non obstare.

Non enim releuat deficientia mandatorum in vtraque sententia; quia & si expressa data non fuerint in actis;
8 † tacita tamen ex notabili impensa per comparentes facta, & quæ ex actis colligitur ex productione iurium suffragatur, *Cassad. decis. 3. num. 6 de Procur. Caputaq. decis. 183. nu. 3. par. 2 & in recent. decis. 185. num. 3. par. 2.*

Similiter neque obstat quod Nuncius pronunciauerit 26. Maij 1629. prout in cedula alias publicanda, quæ publicatio postmodum fuit dilata ad diem 7. Februarij 1628.
9 absque partis citatione, † quod de Iure permissum non videtur, *Rota decis. 252. par. 1. recent.* cùm aliis allegatis.

Quia sententia, quæ fuit lata, prout in cedula publicanda, habet monitionem Iudicis, ad primam diem Procuratoribus tunc præsentibus, & instantibus ad videndum sententiam ferri, quæ alia citatione non eget ad videndum illam publicari, cum formula prædicta habeat vim quasi conclusionis in causa, in qua noua citatio non requiritur,
10 † etiamsi differatur sentẽtia post quatuor annos, vt resolutum fuit in *Burgen. Iuris ædificandi 21. Aprilis 1586. corã Orano & in Elboren Iuris conferendi 15. Decemb. 1614. coram bon. mem.* Patriarca Manzanedo.

Quo vero ad secundam sententiam, quæ fuit Canonici Cathedralis, cùm illa fuerit publicata in termino 30. dierum attenta prorogatione partium per totum Mensem Decembris sub die 7. illius, & publicatio facta fuerit die 31. eiusdem Mensis Decembris, iam patet non carere citatione, cũ nitatur prima Iudicis monitione partibus præsentibus facta
11 † ad audiendam sententiam, quorum præsentia supplet actum, citationis, *Cassad. decis. 2. de Iudic. Caputaq. dec. 293. par. 3. Gratian. discept. 156. num. 1.*

Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Regień Pensionis.

Die Lunæ 5. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Papa, si concedat facultatem alicui, vt possit transferre pensiones, quas habet, in vnam, vel plures personas Ecclesiasticas per ipsum nominandas, an si tranferat eas in personas incertas, ex certis, nominandas arbitrio alicuius, an valeat translatio, & plura circa materiam subdelegationis habes.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis translatio non tenet, quando pensio per mortem habentis pensionem, extinguitur.*
2 *Nominatio, quando est facienda in materia indifferenti, debet specificè fieri.*
3 *Eligere est vnum, vel plures voluntariè capere.*
4 *Incertum, & nullum æquiparantur.*
5 *Antecedente destructo corruit etiam illud, quod venit in consequentiam.*
6 *In familiam aliquid transferens, censetur in omnes de familia transtulisse.*
7 *Cognationi si aliquid relictum sit, idem est, ac si cognatis relictam sit.*
8 *Cognatio nõ est vniuersitas, quæ vnam personam repræsentat, ideo si aliquid eis relictum sit, censetur vti eis particularibus relictum.*
9 *Text. in leg. cognatis, ff. de reb. dub. quando procedat.*
10 *Pensionis, non omnes sunt capaces.*
11 *Pensionis capacitas non deducitur ex solo Clericatu, sed etiam ex causa pia, rationabilique, & num. 50.*
Vel propter paupertatem, vel propter benemerita, aut vtilitatem, quam Ecclesia sperat à Pensionario, num. 11.
12 *Copula, & quando est posita inter genus, & speciem, & causam, & causatum, exponitur pro idest.*
13 *Copula, & posita inter illas duas dictiones maior, & sanior pars, exponitur pro idest.*
14 *Copula, &, posita inter verbalis, quæstio, & differentia stat declaratiuè.*
15 *Confessio qualificata non potest sine qualitate acceptari, quando præambula confessio fuit ratio qualitatis.*
17 *Ad contractum specificandum, quando quid exprimitur, illud attenditur, etiam quod illa specificatio esset in causa, quod contractus non valeret.*
18 *Arbitrium intelligitur de arbitrio boni viri.*
19 *Electio personæ incertæ, de certis potest committi, & substinetur, & num. 20. distingue.*
21 *Factum nudum solum potest delegari.*
22 *Pensionis translatio est trasportatio de persona, ad personam.*
23 *Pensionem translatarius non consequitur à transferente, sed immediatè à Papa, qui ius antiquæ pensionis extinguit.*
24 *Industria personæ, quando est electa, tunc illud ministerium non potest alteri committi.*
25 *Text. in cap. fin. §. vltim. de offic. deleg. quando habeat locum.*
26 *Potestas subdelegandi, pendet à iurisdictione.*
27 *Ministerium nudum habens non potest subdelegare, & num. 56.*
28 *Executor datus à Papa, vt prouideat certæ personæ, subdelegare potest.*
Executor datus à Papa, vt prouideat Eccclesiæ non expressa persona, non potest subdelegare, cùm censeatur electa industria personæ num. 28.
29 *Arbitrium, vel nudum factum à se prius declaratum, quando dicatur alicui commissum, remissiuè.*
30 *Exequutor debet exequi per se, & non potest circa illud facere subexequutorem.*
31 *Arbitrium non potest alteri committi, sed bene aliquid certum à se prius declaratum.*
32 *Ministerialis nudus indistinctè non potest subdelegare potestatem sibi competentem.*
33 *Commissarius potest eligere incertum de certis, quod tamen procedit in dispositione hominis, non autem legis.*
34 *Hæres, licet sit certus, tamen si testator eum non nominet, & talis nominatio requiratur pro forma, non sufficit*

ficit talis certitudo, nisi expresse sit nominatus.

35 *Testator, si nominet certam personam ad faciendam certam elemosynam pauperibus, censetur electa industria personæ, & num. 64.*

36 *Industria personæ censetur electa, quando agitur de eligenda persona incerta.*

37 *Facultas data ab homine ad eligendum incertum de certis tenet, quia in vltimis voluntatibus causa efficiens est solus testator.*

38 *Testatoris dispositio, vt eligatur incertus de certis, quare substineatur.*

39 *Subdelegandi potestas, quando prætenditur à lege intrat, quando concessio facta ab homine requirit industriam.*

40 *Bald. in cap. ex literis de offic. delegat. declaratur.*

41 *Papa, si committat alicui, vt conferat beneficium Titio, iste poterit subdelegare, cum persona sit certa, & num. 42.*

43 *Persona, quando est electa ad prouidendum aliquem de certo beneficio, tunc solum agitur de executione circa factum.*

44 *Industria personæ, ad hoc vt dicatur electa, requiritur, quod negotium sit magnum, non autem paruum, & num. 46.*

45 *Subdelegare quis potest negotium sibi commissum, si partes consentiant.*

47 *Negotium an sit magnum, vel paruum relinquitur arbitrio iudicis.*

48 *Industria personæ, vt ex commissione nudi ministerij censeatur electa, requiritur, quod ministerium sit industriale, & num. 49.*

51 *Transferendi facultatem, quis habens etiam quod dicatur, per te, potest transferre per procuratorem.*

52 *Per procuratorem quis potest id facere, quod potest per se ipsum, & num. 53.*

54 *Industria personæ, quando est electa, tunc non intrat regula, quod possum per ipsum, &c.*

55 *Auctoritate propria, quando quis potest aliquid facere, tunc non interest, siue per se, siue per alium faciat.*

57 *Text. in cap. qui potest, & in cap. qui facit de reg. iur. in 6. declarantur.*

58 *Facere aliquid per alium, per se ipsum facere videtur.*

59 *Concessum ex perpetuo priuilegio competit ex officio, nō ex ministerio.*

60 *Priuilegium, quando est transitorium ad successorem dignitatis, non videtur electa industria personæ.*

61 *Industria personæ non videtur electa, quoties fit mentio hæredis.*

Priuilegium, quando est merè personale, tunc eius occasione expedienda non possunt alteri committi numero 61.

62 *Nominandi facultas per se competens ex gratia Principis, non potest per alium explicari, cum sit personalis.*

63 *Executor constitutus ad nominandum aliquos de familia, si illos non declarat, omnes de familia veniunt.*

65 *Paris. in cons. 38. num. 3. vol. 2. declaratur.*

66 *Mandatum de re, quæ non est transitoria ad hæredes, per mortem mandantis etiam re non integra, expirat.*

67 *Administrator, curator, vel tutor, aut coadiutor, si constituant procuratorem, finita eorum administratione per mortem, aut lapsum temporis expirat mādatum, etiam re in non integra*

68 *Auctoritas accessoris non debet esse maior, quam illa principalis.*

69 *Beneficiati mandatum expirat per illius mortem etiam re non integra.*

70 *Mandatum ad eligendum personam incertam de certis, expirat morte mandatis.*

71 *Iudicis delegati iurisdictio non expirat, mortuo mandante, re non integra.*

72 *Decis. Card. Caualer. 374. declaratur.*

73 *Res non substinetur, quando venit ad casum, à quo incipere non potest.*

74 *Pensionis trāslatio facta cum clausula, si, & post quam Clericali charattere fuerit insignitus, nō expirat morte transferentis, & quando hoc procedat num. 75.*

76 *Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem.*

77 *Consensus in translatione pensionis potest præstari per procuratorem etiam post obitum transferentis, & quando procedat num. 79.*

78 *Mohed. decisione 18. & 31. de renunc. declaratur, & num. 82.*

80 *Gratia Papæ solam signaturam perficitur, & literæ requiruntur tantùm ad probationem gratiæ.*

81 *Pensionis translatio si non sit perfecta, non potest post mortem transferentes perfici.*

83 *Consensus præsumitur durare.*

DECISIO XXXVIII.

Clar. mem. Princeps Perettus vigore facultatum sibi à fel. record. Sixto V. concessarum transferendi nonnullas pensiones, quas super diuersis beneficijs obtinebat, inter alias transtulit vnam ducatorum mille auri de Camera, quā habebat super fructibus Abbatiarum Sanctæ Mariæ de Maiola, & Sanctissimæ Trinitatis Regieñ in fauorem eius familiæ, & personarum eius familiæ nominandarum ab Illustrissimis DD. Benino, & Abbate Peretto, & arbitrio ipsorum diuidendam, & distribuendam. Verùm cùm Eminentissimus Cardinalis Ludouisius, harum Abbatiarum Titularis prætenderet huiusmodi translationem fuisse inualidam obtinueritque causam mihi committi, proposui dubium, An dicta translatio esset valida, itaut hodie esset locus nominationi, & distributioni dictæ pensionis inter familiares Principis; quò proposito, Domini censuerunt non
1 constare † de valida translatione, & sic pensionem fuisse per obitum Principis extinctam, *ad text. in l. qui plures, ff. de vsufruct. leg. Alex. consil. 232. num. 3. & 4. lib. 6. Bald. in l. vendentis, colum. penult. versicul. tertio quæro, C. de contrahen. empt. Fabian. de empt. & vendit. quæst. 3. in princip. num. 19.*

Inualiditas enim dictæ translationis satis videbatur probari, ex quo Princeps transtulit in familiam, cùm tamen facultas illius contineret, quòd posset transferre in vnam, seu plures personas Ecclesiasticas per ipsum nominandas, &
2 propterea in hac materia † differenti tenebatur specificare personas, in quas transferebat, ad effectum, vt nominatio facta diceretur, necnon exprimere quantitatem pensionis, quam in singulos de familia transferebat. *Abb. super rubrica de postul. Prælat. num. 2. vers. vnde electio. Hostieñ. in summ. de elect. circa princ glo. in cap. vnic. in versic. vera, de postul. Prælat. in 6. Bais. de elect. cap. 1. prima par. num.*
3 2. Eligere namque † est vnum, vel plures voluntariè capere, *Bais. vbi supra cap. 6. par. 1. num* 2. incertitudo enim resultans ex præfata nominatione familiæ causat nullitatem,
4 cùm † incertum, & nullum æquiparentur, *l. duo sunt Titij, ff. de test. tut. Aym. consil. 231. num. 3. volum.* 2. & hinc corolariè sequitur, quod cùm translatio facta à Principe nulla fit, & inualida, potestas quoque præfatis DD. Benino, & Abbati

Abbati ab eo concessa nominandi personas, & diuidendi,
distribuendique pensionem corruat; antecedente enim
5 destructo, † scilicet translatione, corruit etiam illud, quod
venit in consequentiam, *l.prima, § huius rei, ff.de off eius,l.*
sed & hæres §.Prætor ff de procurat. l.quod per manus, ff.de
iur. codicill. & bene in similibus terminis *Aym. d. consilio*
231. *num.* 2. & magis ad propositum *Bal. in l.nulli, num.*4.
*C.de Episc.& Cler.Felin.in § fin.§ is autem, num.*5.*versi.*
*item executor, de offic.deleg.Butr.ibidem in § vlt. num.*29.
in fine.

Nec dicta incertitudo potest euitari; nõ quidem ratione
6 personarum ex eo, quod Princeps † transtulit in familiam,
& sic transtulisse censeatur in omnes de familia, iuxta *text.*
in l.si cognatis 20.in fine, versi.si cognationi leget, ff. de reb.
dub. vbi dicitur, si quis cognationi leget, idem est, ac si co-
7 gnatis † legasset, & dicit ibidem *Bart.nu.* 1. *in fine,* quòd cũ
cognatio non sit vniuersitas, quæ vnam personam represen-
8 tat, ideò non potest intelligi † eis vt vniuersis relictum, sed
eis vt particularibus. *Soc.num.*23.*ad med.numer.*5. *& seqq.*
*Castr.ibidem, §.si quis cognationi, num.*1. *& seqq. & consil.*
283.*num.*1.*lib.*1. Nam huic fundamento dupliciter fuit re-
sponsum.

9 Primò quod *text.* † *in d.l.si cognatis* procedit in mate-
ria indifferenti, hoc est, quando omnes sunt capaces, at in
casu nostro, vt dictum fuit, agitur de materia differenti, sci-
10 licet, de pensione, † cuius non omnes sunt capaces, & capa-
citas non deducitur ex solo Clericatu, sed etiam ex causa
pia, & rationabili, hoc est, vel propter paupertatẽ, vel pro-
11 pter benemerita; † aut ex vtilitate, quam sperat Ecclesia à
pensionario, prout præclarè respondet. *Cordub.lib.* 1. *quæst.*
*Theol quæst.*21.*colum.*3.*punct* 2. *versicul. quoad secundum*
*punctum Victoria relect.*11.*de Simon.num.*30.*Felin.in cap.*
*ad audientiam il secondo, num.*2. *& seqq.de rescript.* & est
de mente *Oldr.Sot.* & aliorum quos alligat *Cordub.loco ci-*
tato. Et propterea cùm ista omnia sint perpendenda, incer-
titudo personarum non potest euitari.

Secundò pro responsione considerata fuerunt verba
translationis, quæ sunt *transtulit, & transfert in fauorem*
familiæ, & personarum eiusdem familiæ nominandarum à
Dominis Benino, & Abbate, &c. ex quibus clarè apparet,
quòd Princeps non fuit contentus verbis illis, *in fauorem*
familiæ, sed addidit, *& personarum nominandarum, &c.*
12 quæ copula, † & in hoc casu exponitur, pro, idest, cùm sit
posita inter genus, & speciem, & causam, & causatum, *gloss.*
in pragmat. Sanct. tit. de pacif.possess.post princip in verb.
& fol.mihi 569. *Cened.sing.*50.*num.*6.*Innoc.in cap. quia*
13 *propter num.*9.*in verb.& de elect.* vbi copula, † & posita in-
ter illas duas dictiones, *maior & sanior pars,* exponitur pro
idest, sequitur *Alexand.consil* 192.*num.*5.*lib.*6.*Rota decis.*
327.*num.*3.*par.*2.*diuers.* vbi dicitur, quod copula, &, posita
14 inter verba, lis, † quæstio, & differentia, stat declaratiuè, vt
verbum, lis, intelligatur de contentione extraiudicialis, pro-
ut importat verbum differentia.

Ex quibus sequitur, quòd cùm verba, & personarum no-
minandarum, exponant verbum, familiæ, nominatio per-
sonarum sit incerta, cùm spectet ad DD. Beninum, & Ab-
batem, nec translatio ad fauorem familiæ possit diuidi à di-
ctis personis nominandis, cùm nominatio familiæ fuerit
in ordine ad dictas personas nominandas per DD. Beni-
num, & Abbatem. *Signorol. consil* 78.*num.*4. *& seqq.* vbi
15 confessio † qualificata non potest sine qualitate acceptari,
quando præambula confessio fuit ratio qualitatis, & si re-
scinderetur qualitas personarum nominandarum, intraret
16 alia dispositio, † quàm illa facta à Principe, quod non licet.
*Bal consil.*475.*num.*7.*versic.tertio casu, lib.*1. *Crot.in l.non*
*solùm, § morte num.*124. *ff.de nou.oper.nunc. Butrig.in leg.*
contra legem, 29.*num.*2. *&* 3. *ff. de leg.* quibus locis dicitur,
quod quando quid exprimitur ad specificandum contra-
17 ctum, illud debet attendi, † etiam quòd illa specificatio es-
set in causa, quòd contractus non valeret, quia quoad alia
deficit consensus.

Neque etiam euitari potest incertitudo quantitatis pen-
sionis in singulos distribuendæ, cùm diuisio fuerit remissa
18 arbitrio DD.Benini, & Abbatis, quia etiamsi † arbitrium
intelligatur de arbitrio boni viri. *Oldr.consil.*254.*in fin.&*
*versic.ad quæ omnia, Roman.consil.*55.*circa med.* & secun-
dum qualitatem personarum *Menoch. consil.*69.*num.*4. *&*
& 5. negari tamen nõ potest, quin respectu Principis ades-
set incertitudo, & quod hoc fuerit delegatum, quod non
licuit, vt modò dicetur.

Non obstat, quòd præfata procederent, si Princeps sim-
pliciter commisisset translationem prædictis DD. Benino,
& Abbati, sed cùm transtulerit ipse in familiam, & solùm
prædictis commiserit electionem personarum incertarum
de certis, valuit huiusmodi translatio ex eo, quòd electio
19 † personæ incertæ de certis potest committi, & sustinetur
*l.*1. *vnum ex familia 69.in princ. ff.de reb. dub.l.fideicom-*
*missa, §.sic fideicommissum, ff de leg.*3.*Couarr. qui alios cu-*
*mulat, de testam.cap.*13.*num.*14. aliàs *in cap.cum tibi, Pa-*
*lat.Ruu.ad l.*31. *Tauri, num.*85. & ibi etiam *Tellius Fer-*
*nandez num.*5.*in fine, & num.*6.*& in l.*33.*num.*4.*Velasch.*
*in d.l.*31.*num.*3.*Anton.Gomes.num.*4. *Caldas. de nominat.*
*emphyt.quæst.*7.*num.*23.*Nauar.consi.*14.*num.*3.*de testam.*
in nouis.

Nam pro resolutione huius obiecti Domini visum fuit
20 esse distinguendum, quod, † aut quis habet potestatem de-
putandi alium ex se, prout habet testator, & de plano in-
trant prædicta; Aut non habet ex se, sed prætendit habere,
vel ex natura rei, vel à lege, qui est casus noster, & tunc si est
electa industria personæ, isto casu, aut deputat alium con-
cedendo illi arbitrium, & non potest, aut committit illi nu-
dum factum, & potest, vt benè per *Bald. in d.l. nulli licere,*
*num.*4.*C.de Episc.& Cler.Butr.in cap fin §.vlt. de offic. de-*
21 *leg.* vbi quod solùm † potest delegari nudum factum, &
ponit exemplum, vt est portare ligna, quia est factum asi-
ninum, in quo nullum ministerium ingenii, vel industriæ
considerari potest; & hanc distinctionem inter potestatem
subdelegandi, quàm quis habet ab homine, aut prætendit à
lege, facit *Tellius Fernandez in d.l.*31.*num.*4. *& seqq.* vbi
allegat *Bald. loco cit. & Gifuentes ibidem, num.*5. *Gomez*
de Arias num. 10. *Anton. Gomez in fine, Bertacchin. in*
*tract. de Episcop. in 6.par. circa vltim.volunt.num.*3.*&* 4.
*Rota decis.*6.*in fine, versic. quæ tamen intelliguntur, de off.*
deleg.in nouis. vbi distinguit, quando aliquid competit Iure
proprio, & quòd tũc intrat primum membrum distinctio-
nis, de quo supra, aut Iure alieno, & tunc intrat secundum
membrum, de quo nunc dictum est.

Quibus ita firmatis videndum est primo, an in præsen-
ti casu fuerit electa industria personæ Principis. Secundo
quatenus sic, an fuerit commissum Dominis Benino, & Ab-
bati arbitrium, vel nudum factum à se prius declaratum.
22 Et quantùm attinet ad primùm, cùm † translatio pen-
sionis sit transportatio de persona ad personam, *ad text.in*
l.vlt.ff.de his, quæ pœnæ nomine, & faciunt notata per *Bris-*
sonium de verbor.signific.in vèr.translatio legati, fol. mihi
631. *& in puncto dicit Paris.de resignat.lib.*6.*tit.*4.*num.*4.
Mandos. de infirmis resignantibus quæstio. 11. *numer* 3.
23 Translatarius non consequitur † pensionem à transferen-
te, sed immediatè à Papa, qui Ius antiquæ pensionis extin-
guit, & ad prædictum effectum nouam creat nudo mini-
sterio transferentis, vt in puncto *Gabr. consil.* 186. *num.*7.
*lib.*1.*Gig. de pension. quæst.*79. *num.*2. & benè ad proposi-
tum, *Abb.in cap.*1.*in princip. de solut. Ioan. Andr.in c. sibi*
*absenti, num.*2.*de præbend.in* 6.*Sarneñ in regula de Trien-*
*nal.quæst.*11.*num.* 14.*versic.secundus casus.Rota decis.*13.
vbi Addentes *num.*2. *de procur. in nou.* Cùm igitur Sum-
mus Pontifex commiserit nudum ministerium translatio-
24 nis Principi, † vtique censebatur electa industria personæ,
itaut illud ministerium non posset alteri committere, *c.fin.*
§.vlt.de offic.deleg. vbi dicitur *Nulli cui commissum fuerit*
prædicare Crucem, excommunicare, vel absoluere aliquos,
dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, li-
ceat hæc de cœtero alijs demandare, hoc est, quando ista
committũtur causa prius cognita, itaut remaneat sola exe-
cutio, vt per *Butr.ibidem, num.*26. *& cœteros Doct.* & sub-
ditur in textu: *Quia non sibi iurisdictio, sed certum ministe-*
rium potiùs committitur in hac parte; per quæ vltima ver-
25 ba dicit *ibidem, num.*2, *versic.sed quæro,* quòd † textus iste

habet

habet locum non solùm in casibus expressis, sed in omnibus casibus, in quibus committitur nudum ministerium, non autem Iurisdictio; Et ratio est secundùm *Butr. ibidem*
26 *num.*20. quia† potestas subdelegandi pendet à Iurisdictione, *l.2.ff.de Iurisd.omn.Iud.* Ergo habens nudum ministe-
27 rium non subdelegat † ad idem, est *text. in cap. is.cui. 12. de offic.deleg.in 6.* vbi quod Executor datus à Papa, vt pro-
28 uideat certæ personæ subdelegare potest, † si verò datur, vt prouideat Ecclesiæ non expressa persona, non potest, quia circa eligendam personam eius industria censetur electa, vt vtrobique notant DD. & in terminis facultatis eligendi, *Tiraquell. de retract. lignag.§. 26.gloss. 1.num.76. & 77. Molin. de primogen. Hispan. lib.2.c.4.num.62.*

Quantùm attinet ad secundum. An Princeps commise-
29 rit DD. Benino, & Abbati arbitrium,† vel nudum factum, à se priùs declaratum, recurrendum est ad ea, quæ notat *Bald. in d.leg. nulli.num.4.C.de Episc.& Cler.& Butr.in d. cap.fin.§.vltimo.num.29.in fin. de offic.deleg.* Inquit enim
30 *Bald.* quod † exequutor debet exequi per se, non potest circa illud facere subexequutorem, quia electa est fides, & industria ipsius à Testatore, & subdit quod alteri non pos-
31 sit committere arbitrium, sed bene aliquid † certum à se priùs declaratum, quia non committit illi actum declaratiuum, sed actum nudi ministerij, in quo non differt, si fiat per se, vel per alium, ad hoc, *cap.is cui, de offic.deleg.lib.6.* Hactenus Baldus. Butrius autem melius ad propositum nostrum dicit: Credo, quòd nudus misterialis indistinctè non
32 possit subdelegari potestatē † sibi competentem, possit tamen circa nudum ministerium aliquod implendum, quod sonat in merum factum alteri committere, vt est casus in *cap.ex literis, de offic.deleg.& in cap.2.de dolo.* In proposito autem non fuit commissum nudum factum, sed arbitrium circa electionem incertarum personarum de certis, & circa distributionem, & diuisionem pensionis, quod non potuit fieri ex prædictis, & in puncto dicunt omnes præcitati DD. quos, vt dixi, recenset *Tellius Fernandez in d.l.31.*
33 *Tauri num.4.* Admittunt enim in † dispositione hominis subsistere, quòd Commissarius eligat incertum de certis, secus autem in dispositione Iuris. Vnde etsi Princeps Perettus habere potestatem transferendi à Summo Pontifice, non tamen habuit potestatem subdelegandi, sed illam solùm poterat prætendere à Iure, quæ ideo illi non competit, cum electa fuerit industria personæ ipsius, & benè in
34 facilioribus terminis facit, quòd licet † hæres sit certus, ne quo senserit Testator, licet eum non nominet, tamen si pro forma requiritur nominatio, non sufficeret, nisi expresse sit nominatus, nec per æquipollens adimpleri poterit, vt ex sententia *Alexand.in consil.141.num.10. lib.2. & Ias.in l. 1.num.7.& seqq.ff.de lib.& posthum. Sarnen in regul.de annali, quæst.30. dicit Martinenz. vbi supra glo.7.num.1.* Et
35 in facilioribus etiam terminis, quòd † si Testator deputet certam personam ad faciendum certam eleemosynam pauperibus, censeatur electa industria personæ, *Bald. loco proximè allegato, Dec.consil.492. in princip.& num.1.* Et exemplificando materiam *cap. in cui, de offic. deleg. in 6. Decium sequitur* Prob. *ibidem num.4. Franch. num. 2.* & indistinctè hoc dicit ibidem *Gemin. num.2.* videlicet sem-
36 per† censetur electa industria persona, quando agitur de eligenda persona incerta. Et ratio diuersitatis est inter potestatem subdelegandi concessam ab homine, & potesta-
37 tem, quæ prætenditur à lege. Facultas † namque data ab homine eligendi incertum de certis sustinetur, quia in vltimis voluntatibus causa efficiens est solus Testator, *Bald. in l. id quod pauperibus num.15. versic. modò iuxta prædicta, C.de Episcop.& Cler.* Et sufficit ad effectum, quòd dispositio Testatoris sustineatur, quòd eligatur incertus de
38 certis † cum non fit dispositio captatoria, vt dicunt omnes DD. supra citati, *Suarez de captatoria col.1.& 2. Paris.consil.38.num.2.34.& 58.vol.3.* In casu autem nostro, quando
39 potestas subdelegandi prætenditur à lege, † vtique illa non intrat, quando concessio facta ab homine requirit industriam personæ, quia Ius disponeret contra voluntatem hominis, qui confidit de certa persona, vt patet ex Doctoribus supra allegatis.

Pauli Rubei, Decis.

40 Et prædicta confirmantur, † quia *Butr. loco citato* mouetur ex *text. in cap.ex literis de offic.deleg. & in cap.2. de dolo. Bald. verò ex d.cap.is cui, de offic.deleg.in 6.* Iura enim allegata per Butrium procedunt quando agitur de executione sententiæ latæ per Iudicem, cuius industria fuerat electa, & sic illud nudum factum executio fuit subdelegatum, in *cap.verò is cui,* ex quo mouetur Bald. disponitur, quòd si
41 Papa committat alicui, vt conferat † beneficium Titio, potest subdelegare personam, quæ conferat, quod videtur nudum factum, cum persona sit certa, secus tamen est, vt dicitur in præfato textu, quando persona est eligenda ad bene-
42 ficium. Nam quando persona est certa, † satis potest constare de beneficio, non è conuerso ibidem *Gulielm. de Cuneo post princ. versic. & sic nota.* Et sic quando agitur de
43 prouidenda persona de certo beneficio, agitur † solùm de executione circa factum, non autem de electione personæ, circa quam eligendam censetur electa industria personæ.

Neque etiam obstat, quòd ad hoc, vt censeatur electa
44 industria personæ requiritur † quòd negocium sit magnū, non autem paruum, *Innoc. in d.cap.fin. versic. eligere num.2. & ibi Hostien. in eodem ver. num.4. Felin. num.9.* Butr. *in d. cap. is cui, num.1. & seqq. de offic. deleg. in 6. Rota decis. 14. versic. nec est tale officium, eodem tit. in nouis.* Huic namque fundamento respondetur quòd ante *d. §. vltimum in d. cap. fin. adest, §. is autem,* in quo disponitur quòd is, cui
45 committitur negotium, potest, si partes consentiant, † alteri subdelegare, præterquàm (vt dicit textus) si inquisitionem, vel Ecclesiis de Prælatis, vel aliis ministris prouideri mandaremus, cum in his omnibus casibus industriam, & fidem personæ, cui talia committuntur, eligere, videamur,
46 & Innoc. explicando verbum eligere, † dicit, quòd vbi magna committuntur, censetur electa industria personæ, prout censetur electa, quando nudum ministerium committitur, vt in *§. vltim.* & idem ad literam dicit *Hostien. loco citato* Butr. magis clarè *in d. §. vlt. versic. aut competit ex potestate iuris,* & concludunt *ibidem Innocent. & Hostiens.*
47 quod relinquitur arbitrio Iudicis, an negotium sit † magnum, vel paruum, & sic prædicti Doct. non tangunt articulum, quando est commissum nudum ministerium, sed quando committitur totum negotium, qui non sunt termini nostri.

Minus etiam obstat, quod ad defectum, vt ex commis-
48 sione nudi ministerii censeatur † electa industria personæ, requiritur quòd ministerium sit industriale, *Abb. in d.cap. fin.§.vltimo, num.3. de offic. deleg.* Quia quicquid sit de hac opinione Abbatis, ex deductis superius ex Dec Probo, Baldo, & Franco, quod videlicet censetur electa industria personæ ad certam eleemosynam distribuendam, cessat om-
49 nis difficultas in hoc casu, quia nudum ministerium † concessum Principi, erat industriale, cùm, vt dictum est supra, de natura pensionis sit, vt reseruetur ex causa pia, vel rationabili, quæ quidem causa rationabilis in Clericis dicitur, quando Clericus est pauper, qui ratione seruitii, quod impendit Ecclesiæ non habet redditus sufficientes ad decenter in tali statu viuendum, aut studeat, & literis incumbit, aut quia de Ecclesia benemeritus est, aut quia ex eius labo-
50 re, † & industria vtilitas Ecclesiæ generalis, vel specialis probabiliter speratur, aut causa litis dirimendæ, & pacis sperandæ, de quo vltimo habetur *in c. nisi essent de præben. & in cap. quàmuis, eodem tit. in 6. & in c. ad audientiam, il secondo, de rescript. Corduba d.lib.1.q. Theolog.q.21.col.3. puncto 2. versic. quod secundum punctum,* cum aliis supra citatis.

51 Minus etiam resistit, quòd habens † facultatem transferendi, etiam quod dicatur, per te, potest transferre per Procuratorem, vt in puncto fuit resolutum in causa *Taurinen. Pensionis 18. Aprilis 1561. coram de Rubeis,* vt dicit *Garz. de benefic. par.1. cap.5. num.246.* Nam quicquid dicendum esset, si decisio loqueretur in casu, quo fuisset constitutus procurator ad transferendum in talem, & talem quantitatem, vt simili considerat *Igneus in leg. dudum, num.4. C. de contrahen. empt. Crot. in l. non solum §. morte num.37. ff. de nou. oper. nunciat. Cald. de nomin. emphit. lib. 2. quæst. 6.*

num.

num.22. fundamentum illius decisionis, quod refert Garz.
loco citato non officit in casu nostro. Mouetur enim decisio
52 ex regula, † quod possum per meipsum, possum etiam per
procuratorem, quæ conclusio est vera in abstracto, vt in c.
potest 68. de reg. iur. in 6. vbi dicitur, quòd potest quis per
53 alium, quod poterat † facere per seipsum, & in cap. qui fa-
cit 72. eodem tit. vbi quod qui facit per alium perinde est,
ac si faciat per se. Sed plures habet limitationes, vt per glos.
in d.cap. potest. Et inter alia limitatur, quando est electa in-
dustria personæ. Dyn. in d cap. qui per alium, versic. sed op-
positum. Nauarr. consil. 2. num. 5. vers. 7. facit, de cognat. spi-
ritual. quod est in nouis consi. 6. eod. tit.
54 Et quando electa est † industria personæ, quòd non ha-
beat locum regula, qui per alium, &c. tradit Innoc. in d. cap.
fi. in ver. commissum, num. 2. in fine, de offic. deleg. vbi distin-
guit, quòd aut aliquis potest auctoritate propria aliquid fa-
55 cere, † & tunc non est vis, si faciat per se, vel per alium, sed
vbi auctoritate sua non potest facere, sed alterius, tūc proce-
56 dit tex. in d. c. fi. § vlt. videlicet quòd quādo † est cōmissum
nudum ministerium, non potest alteri subdelegari. Butr. in
d. §. vlt. n. 24. Abb. n. 3. Rota decis. 14. de offic. deleg. in nouis.
57 Et huic responsioni non obstat † quod text. in d. cap. po-
test, & in cap. qui facit non habeat locum, quando nudum
ministerium conceditur ex priuilegio, sed quando ex com-
missione committitur. Felin. in d. cap. fin § vlt. num. 8. versi.
secundo limita istum textum. Vnde dicta Iura non offi-
ciunt translationi Principis, qui habebat nudum ministeriū
eiusdem translationis ex priuilegio. Quia pro decisione hu-
ius articuli recurrendum est ad glossam huius opinionis
magistram in cap fin. in versic. casibus, de offic. ordin. & ad
DD. ibidem, glo. namquè prædicta loquitur, quando priuile-
gium conceditur alicui dignitati, & dicit, quòd tunc obti-
58 nens dignitatem, potest facere per alium, nam, † qui per
alium facit, per seipsum facere videtur. In illo enim casu
non censetur concessum nudum ministerium, cum sit con-
cessum perpetuum priuilegium. Et sic stante priuilegio, id,
quod competit, competit ratione dignitatis, non ex nudo
ministerio sibi commisso; Et ideò iste talis potest subdele-
gare, qui non sunt termini nostri; Et dicit Hostien. in d. cap.
fin. de offic. ord. numer. 2. quod concessum est ex perpetuo
59 † priuilegio, competit ex officio, non ex ministerio spe-
cialiter commisso, vt in dict. cap fin. §. vlt. de offic. deleg. &
idem ad literam dicit Io. Andr. ibidem num. 3. Abb. num. 2.
vsquè ad fin. & Addentes ad Ioann. Andr. notant, quòd ex
60 quo † priuilegium illud transit ad successorem Dignitatis,
non videtur electa industria personæ, iuxta doctr. Baldi in
l. quisquis, 3. de Episc. & Cler. vbi dicit non videri electam
61 industriam personæ, quoties fit mentio † hæredum. Si ve-
rò priuilegium esset merè personale, prout in casu isto,
expedienda ex dicto priuilegio, non possent alteri commit-
ti, glo. in cap. Prælatorum, in ver. personaliter de accusat. &
notatur in cap. cum dilecta de rescript. nec isto casu locum
habet regula qui per alium, &c facit glos. iuncto text. in ver.
Publicè, & personaliter in Clemen. 1. de vit. & honest. Cler.
Bart. in l. aut qui aliter, § hæc verba ff. quod vi, aut clam, l.
hæc verba ff. de adult. Zeued. lib. 7. recompil. tit. 7. lib. 15.
num. 3, in ver. prosus personas; & ideò facultas nominandi
62 † per se competens ex gratia Principis, tanquam persona-
lissima, non potest explicari per alium, siue per Procurato-
rem. Freccia de subfeud. lib. 2. q. 47. num. 4.
Nec tandem obstat, quòd prædictis DD. Benino, & Ab-
63 bati non declarantibus, † omnes de familia venirent, vt
per Paris. d. consil. 38. num. 31. vol. 3. & sic remaneret sola
distributio; Quia, quatenus hæc conclusio applicaretur, non
officeret. Etenim etiam circa distributionem pensionis cē-
setur electa industria personæ, vt supra probatum fuit, dum
64 diximus. Executorem † electum ad distribuendum elee-
mosinam pauperibus, non posse hoc munus alteri deman-
dare, cum censeatur electa industria personæ illius, sed
cessat omnis difficultas, quia Paris. & alij, qui possent al-
65 legari, † loquuntur, quando est data facultas à testatore
eligendi incertum de certis, tunc enim dispositio testatoris
non est captatoria, cum deputato non eligente omnes ve-
niant, scilicet omnes incerti de certis. Sed in casu isto li-
cèt vt dictum est, Princeps habuerit facultatem à Papa
transferendi pensionem, non habuit tamen potestatem ab
eodem Papa subdelegandi alium. Et cum hanc subdelega-
tionem solùm à Iure, vel ex interpretatione Iuris, aut ex na-
tura rei possit prætendere, eiquè concessum esset nudum
ministerium, nō potuit illud alteri committere, vt superiùs
probatum fuit.
Denique aliquibus ex Dominis videbatur non esse lo-
cum dictæ nominationi personarum, distributioni, ac diui-
sioni pensionis; quia considerabant mandatum datum præ-
dictis Dominis Benino, & Abbati per obitum Principis ex-
pirasse, & censeri reuocatum, cum non adsit aliquis quoad
dictam pensionem, qui in specie repræsentet personam ip-
66 siusmet Principis, † ex quo non agitur de re transitoria ad
hæredes, quod etiam procedit re non integra, l. 1. Cod. de
action. & oblig. Roman. consil. 374 num. 5. versicul. 4. ratio.
Imol. in Clement. fin. num. 4. de procur. Vitalin. num. 12. &
seqq.
Hinc si quicunquè administrator, tutor, vel curator, aut
67 coadiutor constituant † procuratorem, finita illorum ad-
ministratione per mortem, vel per lapsum temporis, expi-
rat mandatum, etiam re non integra, quia non debet esse
68 maior auctoritas accessoris, † quā principalis. Petr. de An-
char. in d. Clemen. fin. num. 2. ante fin. versic. ego vltra dico,
69 de procur. Hinc etiam mandatum † beneficiati expirat per
illius mortem etiam re non integra, vt in dicta Clemen. fin.
& ibi omnes Doct. Et in propriis terminis declarationis
70 † personæ incertæ de certis, Rota decis. 116. num. 4. versic.
nam si declaratur, par. 1. recent. Per obitum enim Principis
defecit subiectum, ex quo fieri possit nominatio, vt pariter
in terminis nominationis, Rota decis. 400. num. 13. in fin.
par. 1. diuers. & benè Gabr. d. consil. 186. num. 88. versic. id-
circo oportet. Quæ & si procedant in Procuratore, habent
tamen locum etiam in istis terminis ex notatis per Bellon.
de mand Iurisd. cap. 1. quæst. 1. num. 2. & seqq. Et est specia-
71 le quòd † Iudex delegatus procedat in causa, mortuo man-
dante re non integra, quia in mandato Iurisdictionis, idest
constitutum ad celeriorem litium expeditionem, vt post
Zenzilinum dicit Anchar. in d. Clem. fin. num. 3. versic. sed
quomodo respondebis.
Neque hoc casu pro declaratione potest intrare arbi-
trium Iudicis, vt in causa Romana Legatorum 11. Ianuarij
1616. coram bon. mem. Cardinali Caualerio. Quia in casu
illius decisionis agebatur de legato, & sic de obligatione,
quæ ad hæredes erat transitoria, & in casu illo legatum erat
collatum in arbitrium hæredis, qui cùm non fuerit arbitra-
tus, bene potuit Iudex adiri pro arbitrando. Bartol. in l. 1.
num. 19. vbi etiam Castr. sub num. 6 ff. de legat. 2. At in casu
isto, cùm non agatur de re transitoria ad hæredes, & man-
datum Dominorum Benini, & Abbatis expirauerit per o-
72 bitum Principis, † res venit ad casum, à quo incipere non
potuit, & sic translatio fuit effecta nulla, l. pro par. 11. ff. de
seruit. l. pluribus, §. & si placet, ff. de verb. oblig. l. vsufructu,
73 ff. de vsufruct. leg. Itaut Iudex non possit † interponere ar-
bitrium suum, vt bene ad propositum Castrens. consil. 436.
col. 1. lib. 2.
74 Nequè obstat quòd translatio † pensionis facta cùm
clausula Si, & postquam Clericali charactere fuit insi-
gnitus, non expirat morte transferentis. Gabr. consil. 186.
num. 3. lib. 1. & in puncto Paris. de resignat. libro 4. quæ-
75 stio. 2. num. 77. cum seqq. Quia hoc procedit † quando
translatio fit modo prædicto auctoritate Summi Pontifi-
cis. Tunc enim translatio censetur admissa viuente trans-
ferente, sed suspensa auctoritate eiusdem Summi Ponti-
ficis, donec translatarius Clericali caractere fuerit insi-
76 gnitus. Pontifex enim in his habet † omnimodam po-
testatem, vt benè ponderat Paris. loco præcitato numero
73. versicul. respondetur, & numero 79. cùm sequentibus.
Qui casus est longè diuersus à nostro, in quo nulla adest au-
ctoritas Papæ, nisi circa simplicem translationem.
77 Minùs etiam obstat, quòd consensus † translationi pen-
sionis præstari possit per procuratorem etiam post obi-
tum transferentis, vt per Mohed. decisione 28. & 31. de
renunc.

Quia

78 Quia Mohed. loquitur † in diuersis terminis, quādo mandatum fuit datum ad transferendum, & procurator transtulit, fuitque signata supplicatio; Hoc enim casu potest procurator præstare consensum post obitum, quia in prædicta fa-
79 cti specie mandatum non † censetur reuocatum per obitum, ea quo consensus, qui est præstandus post signatam supplicationem per obitum censetur durare, cùm non sit necessarius ad perfectionem gratiæ, sed ob Regulam Cancellariæ de consensibus præstandis. *Cassad. decis. 1. & 3. de renunc. Crescent. decis. 7. eodem tit & 9. de Procurat. Mandos. super reg. 19. q. 9. n. 6. Gabr. consi. 194. n. 3. lib. 1. Boer. dec. 348. num. 4.* vbi probatur hoc procedere ex dispositione Iu-
80 ris, quia per solam † Signaturam perficitur gratia Papæ, & literæ requiruntur solùm ad probationem ipsius gratiæ, & num. 7. refert de verbo ad verbum Extrauagantes super consensibus editas per Alexandrum VI. & Leonem X. de quibus etiam meminit *Cassad. dicta decis. 1. in fin. Paris. de resignat. lib. 9. quæst. 24. num. 15. 20. 22. & per tot.* In casu au-
81 tem nostro translatio † non est perfecta, nec post obitum Principis potest perfici, quia cùm mandatum datum Dominis Benino, & Abbati sit datum ad perficiendam gratiam, ideo expirauit per obitum Principis, vt superiùs di-
82 ctum est. In casu verò † Mohedani, gratia erat perfecta per Signaturam supplicationis, & nouus consensus requirebatur solummodò propter regulam Cancellariæ, qua regula stante, supplicatio signata solùm censetur habere tacitam conditionem, quatenus resignans, aut transferens in eadem voluntate vsque ad consensum præstandum ante expeditionem literarum permanserit, *glos. sat. antiq. super*
83 *dicta reg.* 44. Et ideo cùm † consensus præsumatur durare potest præstari per Procuratorem, etiam post obitum, cùm non sit præstandus ad perficiendam gratiam, sed ad satisfaciendum dispositioni Regulæ Cancellariæ, vt sæpiùs dictum est.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Lunæ 5. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Contra hæredem, quando possit agi via executiua, tàm contra bona, quàm contra propriam personam. Inuentarium quid prosit hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Inuentario non confecto, vel minus legitimè, potest agi contra bona, & personam hæredis, eadem via executiua, & modo, quo poterat agi contra defunctum.*

2 *Statuto, si caueatur, quod debitor carcerari debeat pro debito, eodem modo dicendum erit de hærede illius, quàmuis nulla in Statuto fiat mentio de hæredibus.*

3 *Defuncti factum, est ipsius hæredis factum.*

4 *Contra hæredem non est agendum via executiua, nisi præuia citatione.*

5 *Hæres, postquàm adiuit hæreditatem, non potest se eximere ab obligatione contracta, ex eo, quod hæreditas non sit notoriè soluendo.*

Vel quod probauerit ad eum, nihil peruenisse, vel quia ipse sit creditor hypothecarius Testatoris, pro quo actiones non confunduntur, num. 5.

6 *Sed hæc possunt opponi contra fideicommissarios, non autem contra legatarios, & creditores.*

7 *Inuentario confecto etiam potest agi via executiua, contra hæredem, non solum, quò ad bona hæreditaria, sed etiam contra bona, & personam hæredis.*

8 *Quod intellige, si ex sua mora, & contumacia non comparuerit, se defendendo, opponendoque de beneficio Inuentarij.*

9 *Hæres, si confecerit inuentarium, quod probare debeat, ad hoc, vt contra eum non possit agi via executiua.*

10 *Inuentarij beneficium præseruat hæredem à quocumque damno.*

11 *Hæres, si confecerit inuentarium quò ad euitandum damnum perinde est, ac si hæreditas non adiuißet.*

12 *Confeßio probat contra confitentem.*

13 *De inuentarij subsistentia non est dubitandum, quando de illo constat, per publica documenta.*

14 *Inuentarium vsufructuarij nō potest suffragari proprietario. limita num. 15.*

16 *Inuentarij præsumptio habet locum tàm in reo, quàm in actore.*

17 *Hæres aduersus exceptionem præsumptionis occultationis bonorum tueri potest ex inuentario, & num. 18.*

DECISIO XXXIX.

FVit relaxatum mandatum contra bona hæreditaria Mauritij primi mariti Sulpitiæ pro interusuriis Dotis eidem debitis. Hodie petitur simile mandatum relaxari contra bona, & persona Santuccii dicti Mauritij hæredis, & videbatur affirmatiuè respondendum: quia non confe-
1 cto † Inuentario, aut minus legitimè potest agi contra bona, & personam hæredis eadem via executiua, & modo, quo poterat agi contra ipsummet Mauritium Dotis, & interusuriorum debitorem per *l. postulante, ff. ad Trebell.* vbi in verbis dicitur ad id, ad quod poterat compelli defunctus, poterit compelli, & illius hæres; vnde Bart. per dictam le-
2 gem firmat, quod si † statuto caueatur, quod debitor carcerari debeat pro debito, eodem modo dicendum erit de hærede illius; quàmuis in Statuto nulla fiat mentio de hærede, *Bartholum* sequuti sunt *Bald. Angel. Salic. & Alexand. in dict. leg. & idem Alexand. consil. 18. num. 15. lib. 5.* idem dicens de quacumq; obligatione defuncti, subdens non esse extensionem, sed compræhensionem; quia
3 † factum defuncti est factum ipsius hæredis, vt in *Auth. de Iureiur. à morien. præstito*, idem firmant *Dec. consil. 262. num. 2. in fine, & num. 7. Rolan. consil. 20. num. 3. vol. 1. Boer. decis. 10. in princ. Phanut. de Inuent. in 5. parte, num. 129.* id
4 solùm aduertens contra hæredem, non † esse via executiua agendum, nisi præuia citatione, quàmuis contra debitorem posset exequi eo non citato, nec poterit huiusmodi hæres eximere sè ab obligatione contracta per aditionem hære-
5 ditatis, ex eo, † quod notoriè hæreditas non sit soluendo, vel quod probauerit ad eū nihil peruenisse de corporibus hæreditariis, vel quod ipsemet sit creditor hypothecarius testatoris, pro quo actiones non confundantur, *l. ex sextante, §. Latinus, ff. de except. rei iudic. Roland. consil. 65. num. 15. volum. 2. Surd consil. 7. num. 19. et seq. Neguf. de pignor.*
6 *memb. 1. par. 5. num. 49.* quia prædicta † omnia possunt quidem opponi contra fideicommissarios, non autem contra creditores, & legatarios, inter quos est ipsa Sulpitia, *Castr. in l. ita tamen, §. ex Trebelliano num. 2. ff. ad Trebell. Cuman. consil. 37. Ripa consil. 122. num. 7. Surd. consil. 7. num. 25. lib. 1. Rota decis. 421. in addit. num. 15. coram Papa Gregorio. XV.*
7 Similiter confecto etiam inuentario † potest agi via executiua contra hæredem, nedum quoad bona hæreditaria,

quia in hac parte non mutatur obligatio debitoris ex mutatione personæ hæredis, cum semper sit eadem cum defuncto; sed etiam quoad bona, & personam hæredis, si tamen
8 † ex mora sua, & contumacia citatus non comparuerit sè defendendo, & opponendo de beneficio Inuentarii, & probando quod bona non erant soluendo per redditionem rationis eorum, quæ in inuentario descripta reperiuntur, quibus non probatis proceditur contra hæredem, grauan-
9 do † personam, & bona eadem via executiua, sequendo Bald. qui huius praxis fuit magister in *l. finali*, §. *in computatione, num.* 3. *C. de Iure delib.* quem sequuti sunt *Alex. in d. l. postulante, num.* 7. *ff. ad Trebel. & consil.* 18. *num.* 14 *volum.* 5. *Berou. quæst.* 57. *num.* 4. *Vasquez de succes. & creat. lib.* 1. §. 6. *num.* 45. *Phanut. de Inuent. in quinta par. num.* 130 *inter tractat. tom.* 8. *par.* 2. ex quorum dictis facilè desumpta est praxis Tribunalis A. C. posita per Tiberium Salustium in suo Tractatu *lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 17. qua exindè sæpius in hoc sacro Auditorio fuit admissa, vt in *Casenaten. Bonorum* 13. *Iunij* 1608. *coram D. Card. Pamphilio, in Romana de Pratis* 6. *Iunij &* 12. *Nouembr.* 1629. *coram D. meo Verospio, in Romana Legatorum Hebræorum* 20. *Decembris* 1630. *coram D. meo Dunozetto & in firmana Census* 14. *Februarij* 1631. *coram eodem D. meo Verospio.*

Cœterum prædictis non obstantibus contrarium fuit cóclusum: quia Santuccius non est hæres simpliciter, nec fuit morosus, aut contumax; dum citatus comparuit sè defendendo, & opponendo de beneficio Inuentarii, ac probando, quod bona inuentariata non sufficiebant pro soluendo ære alieno; vnde grauari non debet in bonis propriis, neque
10 in persona: quia beneficium † Inuentarii præseruat à quocumque damno, *l. finali*, §. *et si prefatam, C. de Iure delib.* vbi dicitur quod nihil penitus, qui Inuentarium fecit, amittere potest de sua substantia, *Alex. & Imol. in l. postulante, ff. ad Trebell. Roland. de Inuent. in* 4. *parte*, §. *primo* dicens
11 quoad damnum † euitandum haberi hæredem, ac si hæreditatem non adiuisset, *Berou. quæst.* 57. *num.* 1. *& Surd* plenissimè comprobans *consil.* 7. *num.* 31. *volum.* 1. *& decis.* 30. *num.* 14.

De Inuentario autem sufficienter visum fuit constare ex confessione eiusdem Sulpitiæ in Rescripto Commissionis emanatæ, in qua fatetur, quod Inuentarium confecit, omnium, & singulorum bonorum dictæ hæreditatis, vna cum Santuccio hærede substituto in proprietate post obitum
12 eiusdem, vel ipsa transeunte ad secunda vota, † prout transiuit, quæ solet probare contra confitentem, *l. cum precum, C. de liber. caus. l. cum precibus, C. de probat. Afflict. decis.* 25. *num.* 5. *Capic. decis.* 71. *num.* 1. *Surd. consil.* 61. *num.* 32. *&*
13 *seq. vol.* 1. & vlteriùs de eódem inuentario constat † ex publico documento, quod datur, itaut de illius subsistentia nó sit dubitandum, nec per consequens Sulpitia possit reuocare confessionem Procuratoris, quasi emanauerit de re, quæ non sit in potestate confitentis, ex quo vsa est commissione; vlteriùs procedendo in causa coram bon. mem. Francisco Vbaldo.
14 Non obstat, quod † Inuentarium vsufructuariè non possit suffragari proprietario, *Bar. in l. ratione. la prima*, §. *quod vulgo. num.* 6. *ff. ad l. faleid. Phanut. de Inuent. par.* 2. *quæst.* 9. *num.* 47.

Quia etsi in præiudicium creditorum fortè non subsistine-
15 bitur, in sui tamen Sulpitiæ damnum † negatiuam non existentiæ aliorum bonorum probabit per *glo. in l. cum de lege de probat. l. scimus*, §. *licentia, C. de Iure delib. l. finali, C. arbitr. tutel. Bald. consil.* 4. *in fine, vol.* 2. *Dec. consil.* 209. *nu.* 1. *& seq. Natta consil.* 162. *num.* 19. *Alciat. presumpt.* 20. *reg.* 3. & similiter contra Santuccium extare descripta bo-
16 na, probabitur ex dicto inuentario, cui ipse consensit, † ex quo hæc regula locum habeat tàm in reo, quàm in actore, *Nat. consil.* 199 *num.* 9. *Buratt. conf.* 304. *num.* 2. *lib.* 3. cum alijs per *Mascard.* allegatis *de prob. concl.* 939. *num.* 4. vndè qua ratione Sulpitia per confectionem inuentarii, dum fuit immissa tempore restitutionis hæreditatis tueri potest ab exceptione occultationis bonorum, vt dicit idem *Alciat. d. presumpt.* 20. nec tenetur probare alia non fuisse in hæreditate; ità & Santuccius poterit sè tueri ex communi in-
17 uentario † aduersus similem exceptionem præsumptionis occultationis bonorum; vt non teneatur probare non extare alia bona.

Demùm de redditione rationis etiam dubitari non potest; quia de mobilibus non est agendum, nec de animalibus, & alijs, quæ sub nomine mobilium venire possunt: quia continentur in legato facto Sulpitiæ per primum eius maritum; stabilia verò descripta pro certis fundis fuerunt legata similiter eidem Sulpitiæ; cœtera verò bona fuerunt iudicialiter subhastata ipsa instante pro soluenda sibi dote Florenorum 5000. & vltra, & si quid superest ad vlteriora in executione bonorum hæreditariorum erit procedendū, non autem contra bona, & personam Santuccii, contra
18 † quem de occultatione quidquam opponi potest, donec aliud per Sulpitiam fuerit probatum.

Et ita fuit resolutum, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmeñ Nullitatis Ordinis.

Die Lunæ 12. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Ordines sacros, vt dicatur quis suscepisse per vim, & metum, quid sit probandum. Et dato, quod probaretur, quod per viam coactiuam, qui eos susceperit, hoc non officit, si constet de eius spontanea ratificatione.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non denegatur vbicumquè adest nullitas, vel iniustitia.*
2 *Nullitas iurisdictionis dicitur manifesta, si Iudex de partibus aliquid cognouerit, stante commissione auocatoria à quibuscunque Iudicibus de partibus.*
3 *Nullitatis ordinis susceptio, vt valida declaretur, requiritur metus talis, qui cadat in constantem virum.*
4 *Testes, quando non concludant metum cadentem in constantem virum. Et quando eius vigore aliquid est annullandum, de tempore præciso, quo id actum est, deponere debent.*
5 *Metus non probatur, si non allegetur causa metus, vt cruciatus carceris, mortis priuationis alicuius hæreditatis, vel similis.*
Metus non inducitur ex causa valdè remota, num. 5.
6 *Sub matris, vel fratris potestate, quis non est.*
7 *Ordinum character non imprimitur stante coactione præcisa, sed si sit conditionalis imprimitur.*
8 *Ordines suscipiens, si character imprimatur an teneatur quis continere, si per viam coactiuam eos susceperit, & num.* 9.
10 *Continere, quis tenetur, licèt per viam coactiuam Ordines susceperit, si cessante metu ratificauerit, id quod gestum est.*
11 *Veluti, si semel indutus sponte cantauit Epistolam.*
12 *Et quid si nesciebat nullitatem Ordinis.*
13 *Professio nulla non ratificatur ab eo, qui illius nullitatem nesciebat.*
14 *In persona qualificata non præsumitur & ignorantia.*
15 *Nullitatis professionis Ordinis per vim, & metum ignorantia ista non præsumitur, cum sit ignorantia iuris.*

16 *Ordi-*

16 *Ordines sacros suscipiens per vim, & metum causatiuũ ordinatur quidem, sed non tenetur continere.*

17 *Et propterea si post Ordinem taliter susceptũ semel vtatur, & sine cautione aliqua, puta si semel indutus solemniter cantauit Epistolam, clausa est sibi porta contradicendi.*

18 *Ordines sacri, si constaret quod fuerint suscepti per metum hoc non officit, si pariter constet de ratificatione.*

DECISIO XL.

DOmini iterũm * censuerunt constare de causis restitutionis in integrum contra sententiam latam ad fauorem Marchionis Hippolyti, & sic confirmauerunt decisionem in hac causa factam 2. Decembris præteriti, * cum nõ
1 denegetur † restitutio vbicumque adest nullitas, vel iniustitia; Nullitas iurisdictionis est manifesta stante commissio-
2 ne auocatoria † à quibuscumque Iudicibus de partibus *iuxta consi. Gemin. 47. num. 1. & per tot.* Iniustitia verò sententiæ, & ipsa est manifesta, cum non probetur talis metus, qui
3 caderet in constantem virum, † qualis requiritur ad effectum nullitatis Ordinis, quia tota probatio reducitur ad dicta trium testium, qui esto, quod in eorum personis non pa-
4 terentur defectus, in eorum dictis non concludunt † metum cadentem in constantem virum de tempore susceptionis Ordinis, cum de eo tempore non deponant, quinimò nec de alio tempore, ex quo solùm concludunt ad monitionem enixam adiecta causa, ne Hippolytus amitteret Canonicatum, qui requirebat ordinem sacrum, ne tãquàm pauper, & cum solo militiæ exercitio cogeretur viuere in priuato Oppido iuxta modum tenuis facultatis sibi debitæ pro alimentis, quæ causa respiciebat vtilitatem ipsius Hippolyti, ex qua propterea non probatur metus, nec allegatur
5 causa metus, † vt cruciatus carceris, mortis, priuationis alicuius hæreditatis, vel similis; Accedit, quod Hippolytus excesserat vigesimum ætatis annum, non instabat causa successionis de præsenti, sed erat multum remota, prætenditur
6 illatus à fratre, & matre, † sub quorum non erat potestate; sed quicquid deponant testes, certum est, quod non pro-
7 bant coactionem absolutam hoc est præcisam, † in qua caracter non imprimitur, sed cõditionalem, in qua imprimitur, de quib. est text. vbi omnes *in c. maiores, §. item quæritur de Bapt. Cas. de Grass. dec. 1. & 2. de his quæ vi metusue causa fiunt.* & propterea tota difficultas reducitur ad id, an su-
8 scipiens ordines per vim coactiuam, & consequenter † character secundum omnes sit impressus, teneatur continere, negatiuam tenuit *Cas. de Grass. dict. decis. 2.* nempè,
9 quod licet sit character impressus, † non tamen teneatur continere, *Nauarr. consil. 4. eod. tit. lib. 1. Hostien. in d. cap. maiores, num.* 38. Attamen cum Hippolytus nedum obtinuerit Canonicatum, qui requirit ordinem sacrum, sed cessante metu per tempus considerabile illum retinuerit, & quod plus est illum resignauerit, reseruata ad sui fauorem pensione, inficiari non potest, quin in hoc casu adsit ratificatio, & supradicta limitentur, vt scilicet teneatur contine-
10 re, cum cessante † metu ratificauerit, quod factum est, & purgauerit metum, *vt in terminis dicit Hostien in d. cap. maiores, loco allegato,* vbi ratificet debet compelli, vt conti-
11 neat, & exemplificat, † quod si semel indutus cantauit Epistolam, censetur ratificasse, & ibi, *Ioann. Andr. in fin. Henric. Boich. num. 7. Barbat. consil. 60. colum. 13. post princip. num. 6. lib. 1. ita fuit resolutum in causa Conchen͂ nullitatis ordinum 27. Octobris* 1606 *coram bo. me. Penia.*
12 Non obstat quod supradicta fecisset, † nisi etiam verè sciuisset nullitatem ordinis, *Nauarr. consil. 5. num. 18. de*
13 *regular. par. 1. lib. 3.* vbi possessio nulla non ratificatur † ab eo, qui illius nullitatem ignorat, *& consil. 44. ead. par. 1. lib. 3. de regular. Barbat. consil. 60. num. 5. versic. præterea lib. 1.*
14 qui loquitur etiam de susceptione ordinis; quia † cum simus in persona qualificata, nec præsumitur ignorantia iu-
15 ris, qualis est ignorantia nullitatis susceptionis ordinis † per vim, & metum, & suscipiens ordinem per vim, & metum
16 causatiuum ordinatur quidem, sed non tenetur † continere, & propterea si post ordinem taliter receptum semel vtatur eo sine cautione aliqua, puta si semel indutus solem-
17 niter † dixit Epistolam, clausa est sibi porta contradicendi, ita subdit *Hostien. in alleg. cap. & ita fuit dictum in prædicta causa Conchen͂ coram bo. mem.* Penia, & sic quatenus constaret ordinem Subdiaconatus fuisse susceptum per me-
18 tum non officeret, † itaut non teneretur continere cum ex supradictis DD. censuerint constare de ratificatione. Et ità vtraque &c.

* Proposita fuit hæc causa sub die 19. Iunii 1628. & 11. Martii 1630. quas decisiones vide infra, prout in Indice posito in fine Decisionum.

* Habes etiam eam infra positam prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Die Veneris 16. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Discutitur, quando habeat locum text. in l. Modestinus, ff. de solut. & quando non. Notabilis est ista decisio, in qua egregiè, more solito tanti Auditoris, agitur vt declinetur nimia subtilitas I. C. Modestini in d. l. Modestinus. Cum prædicta Lex subtilitatibus, & Iuribus ambagibus nitatur, & digna sit ethnico nõ autem pio, & litium osore Legislatore.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor soluens pro principali potest repertare cessionem iurium, etiam ex interuallo post solutionem.*

2 *Paulus I.C. in l. 36. ff. de fideiussor. improbat dictum Modestini, eò quod fideiussor soluens creditori, non censetur pecuniam illam dare in solutum, & in extinctionem iuris creditoris, sed potiùs emere nomen debitoris.*

3 *Fideiussor soluens pro principali, talis solutio est potiùs pretium emptæ actionis, quam liberatio debitoris.*

4 *Fideiussor, si sit accessoriè obligatus, si soluat, illi cessio potest fieri post solutionem ex interuallo.*

5 *Fideiussor in dubio, dum soluit nullo expresso nomine, censetur soluere nomine proprio, & ad sui vtilitatem.*

6 *Correi, & plures rei debendi dicuntur illi, qui accesserũt principaliter, & consolidum, suscipiendo in se alienam obligationem.*

7 *Fideiussores, & rei debendi, differunt inter se, illi tenentur accessoriè, hi autem principaliter.*

8 *Rei plures debendi, quando adsunt, tunc vno soluente liberantur cæteri alij.*

9 *L. Modestinus, ff. de solut. motiuum vbi consistat.*

10 *Debitor ille dicitur, ad quem peruenit pecunia, & pertinet commodum contractus, alij verò dicuntur fideiussores.*

11 *Surd.decis.308.num.15.declaratur, & num.13.*

12 *Fideiussor in dubio non præsumitur voluisse tollere, nisi propriam obligationem, alioquin soluendo grauiter sibi præiudicaßet.*

14 *Fideiussor soluens, mediante solutione emit actiones creditoris aduersus principalem debitorem, & confideiussores.*

Et ideò iure potest, quandocumque lubet petere, vt cedantur sibi actiones numerato pretio venditæ, numero 14.

15 *Fideiussor soluens expreßè nomine proprio ad extinguẽdam, & eradicandam propriam obligationem, non autem principalis, hoc casu non intrat dispositio, leg. Modestinus, ff. de solut.*

16 *Obligati, quando sunt plures principaliter, si vnus soluat per se tantum, non tollit obligationem alterius ipso iure, & soluenti fieri potest cessio, etiam ex interuallo.*

18 *Fideiussor postquàm soluit, adhuc obligationis substantia durat, & viuit, & debitor tantum eximitur respectu creditoris, sed debitum non eradicatur illiusq; actio in soluentem transfertur.*

19 *Fideiußor, dum soluit nomine proprio censetur, restringere beneficium ad sui commodum, non autem aliorum.*

Immo animo, & tacito pacto se reualendi præuia cessione, quandocunque facienda à creditore accipiente, num. 19.

20 *Text. in l.Modestinus, ff. de sol. loquitur solùm in casu speciali Tutorum.*

21 *Text.in l.Modestinus, ff.de solut. non procedit, vbi fideiussor soluit tantum nomine fideiussionis, & non intellexit aliorum obligationem interimere, & eradicare, & num. 22.*

23 *Text.in d.l.Modestinus, solùm subtilitatibus, & Iuris ambagibus nititur, & digna est ethnico, non autem pio, & litium osore legislatore.*

24 *Text.in d.l.Modestinus, quantum fieri potest est declinanda, immo correcta illa est ex l.36.ff.de fideiuss.*

25 *Officium Iudicis in terminis leg. Modestinus, ff. de solut. non est denegandum, ex æquitate, & epicheia quadam.*

26 *Census nullitate data, attamen debentur fructus pro tẽpore, quo res habuit implicitum statum validitatis, & sic ante oppositionem de nullitate.*

27 *Doli præsumptio cessat, & intrat præsumptio bonæ fidei stante diuturna possessione.*

28 *In iudicio summarißimo, & exequutiuo non discutiuntur ea, quæ requiruntur altiorem indaginem.*

DECISIO XLI.

Contra mandatum relaxatum ab A. C. in fauorem D. Iacomelli hæredis quondam Fœlicis Americi, tria præcipuè apponebantur, ex quibus etiam informantes pro D. Marchione del Drago, prætendebant recedẽ esse à decisis sub die 15. Nouembris 1627. coram me.*

Primò, quod cessio facta à Capitulo Sancti Marci in fauorem Fœlicis, & Iacomelli, emanauerit post solutionem factam, & sic extincta obligatione, & iure creditoris recipientis.

Secundò opponebatur, quod pecuniæ, quas ad censum recepit Virginia, tanquàm tutrix filiorum, cesserint in vtilitatem Fœlicis fideiussoris.

Tertiò quod non constet de veritate causæ expressæ in instrumento census, scilicet extinctionis debitorum Tiberij de Citera, mariti dictæ Virginiæ.

Verùm his non obstañ Domini steterunt in decisis, ex rationibus in decisione deductis.

Quibus nec refragatur primum obiectum, de cessione
facta post solutionem, quoniam Fœlix non erat correus, sed
1 fideiussor, & † ideò potuit reportare cessionem, etiam ex
interuallo post solutionem, vt ex, *text.in l. cum is 36 ff.de*
2 *fideius.* vbi deprehenditur, Paulum I. C. † improbare dictũ
Modestini, eo quod fideiussor soluens creditori, non censeatur pecuniam illam dare insolutum, & in extinctionem iuris creditoris, sed potius, emere nomen debitoris, ibi,
Non enim in solutum accipit creditor, sed quodammodò nomen debitoris vendit, & ideò habet, quia tenetur ad ipsum, vt præstet actiones, & docet *Bald. in l. si res obligata, num.3.ff.de leg.1. vbi & Ias.num.44. Paset.consil.125. num.*
3 *15.* vbi, quod talis solutio † est potius pretium emptæ actionis, quàm liberatio debitoris, *& consil.126. num.4. Valent. Franch de fideiuss. cap.5. num.484. & seqq.* benè *Casanat. consil.11. num.22. versic. secundo ponderandum, & num.19.*
4 & in fideiussore, qui est † accessoriè obligatus, quod illi cessio possit fieri etiam post solutionem, admitti *Bartol. in leg. Modestinus, num.4. ff de solut. & Castrens. ibid. num.6. & consil.181. sub num.1. versic. alia regula est, Soccin. iun. consil.27. num.8. lib.2. Menoch de præsumpt. lib.3. præsumpt. 143. num.6. Gabr. plenè consil.63. num.6. & 10. lib.2. Guttie. alleg.4. num.10. in fi. Adrian. Negusant. respons.301. num. 13. Hartman. Pistor. obseruat.158 num.3. & seqq* vbi in fine obseruat, quod hæc est magis communis opinio, & hodiernis moribus magis accommodata, latissimè *Henrig. de fideiuss. cap.28 num.43.* qui testatur de veriori, æquiori, & communiori opinione, & contrariis respondet, atque etiam
5 admittit *Surd decis.308. num.4.* In dubio enim, dum † fideiussor soluit nullo expresso nomine; censetur soluere nomine proprio, & ad sui vtilitatem, & sic vt suam tollat obligationem, non autem aliorum, & inde cessio sibi quandocunque, etiam ex interuallo, fieri potest, *l. Papinianus, ff. mandati, Casanat. cons.14. num.6. versic. sed etiam, Hartman. Pistor. obser.44. num.14.* & notant alii supra congesti.

Non obstat Fœlicem, & Mutum dici correos, & plures
6 reos debendi, non autem fideiussores, eo quod † ipsi accesserunt principaliter, & insolidum, suscipiendo in se alienam obligationem, ad *l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. reis*, dif-
7 feruntq; inter se duo † rei à fideiussoribus, quia illi tenentur principaliter, hi autem accessoriè, *l. græce, §.1. ff. de fideius-*
8 *sor. l.1. & 2. ff. de duobus reis*, & vno ex pluribus † reis soluẽte, liberantur alii omnes, *d.l.2. & 3. & l. fin. ff. eodem de duo-*
9 *bus reis*, Et in hoc consistit motiuum † *l. Modestinus, ff. de solut. vt ibi per glo. & DD.* sequuta autem liberatione quoad alios etiam non soluentes, nil superest cessibile, quia, & extinctum est ius creditoris, & liberati sunt debitores, vt in proposito arguebat *Surd. dict. decision.308. num.10. & seqq*

Quoniam verè, & propriè Mutus, ac Fœlix non sunt rei debendi, sed accessoriè, & hoc verbo accessionis vtitur instrumentum eorum obligationis, clausula autem insolidum, operatur quidem vt respectu creditoris fideiussores obligati insolidum dicantur plures rei debendi quia prætermissa omni discussione, potest creditor potiùs pulsare pro tota summa fideiussorem, quàm verum principalem debitorẽ, sed in rei veritate respectu debitoris, & fideiussorum inter
10 se, ille solùm dicitur † debitor, ad quem peruenit pecunia, & pertinet commodum contractus, alii verò dicuntur fideiussores, *l. sed Iulianus, § item si duas, ff ad S.C. Macedonian. Purpurat. consil.600. num.6 lib.2. Paset. consil.126. nu. 11. versic. ad tertium, Gabr. d. consil.63. num.2. lib.2.* qui loquitur in his terminis, & dicit suo tempore ita iudicatum fuisse per Rotam *Odd. consil 41. per tot* & præsertim *num. 42. & seqq. Adr. Negusant. d. respons. 301. num 12. & 13.* & plenè Rota in terminis *l. Modestinus decis.153. num.6. par.2. diuers.*

11 Nec stringit motiuum *Surd d. decis.308. num.15.* † dum arguit sufficere fideiussorem obligatum insolidum censeri

correum,

correum, & debitorem respectu creditoris, quia si ipsius creditoris persona attendatur, non potest fieri cessio post solutionem, cum iam ipse fuerit satisfactus, nec habeat amplius quid cessibile post acceptam pecuniam. Quia verum est, quod creditor dicitur satisfactus respectu soluentis, & aliorum vt amplius idem bis petere non possit, sed non procedit respectu cessionis faciendæ fideiussori sol-
12 uenti, cum fideiussor † in dubio non præsumatur voluisse tollere nisi propriam obligationem, alioquin sibi grauiter præiudicasset, vt benè declarat *Henrig. de fideiussor. d. cap. 28. num. 44. vers. nec obstat, & Valent. Franc. de fideiuss. c.*
13 *5. num.* 486. dictaq. Surdi decisio † vera videtur solum in pluribus reis debendi, prout illam intelligit *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 18. par. 2. num. 58.* & propriè non est hæc cessio, sed venditio nominis debitoris, quæ censetur facta eo ipso, quod creditor accipit pecuniam à fideiussore vt innuit *Paulus in d. l. cum is. ff. de fideiuss.* quem textum elegantissimum, & clarum commendat, & sequitur *Frāch. decis. 55. nu. 12. & post Angel. Imol.* & alios, amplexa etiam fuit *Rota decis.* 148. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* & bene declarat *Coler. de process. exequut. cap.* 10. *num.* 368. 369. & 370. & *Valentin. Franch. de fideius. d. cap.* 5. *num.* 485. & 486. vbi,
14 quod propterea fideiussor soluens, qui † mediante solutione emit actiones creditoris aduersus principalem debitorem, & confideiussores, iure potest quandocunque Iubet petere, vt credantur sibi actiones numerato precio venditę, *Casanat. cons.* 11. *num.* 19.

Sed, quicquid esset de præmissis, in præsenti, videtur cessare difficultas, quia non versamur in dubio, sed Fœlix expresse declarauit se soluere nomine proprio tanquam fideiussor, vt in omnibus partitis exhibitis, & sic assequimur solummodo obligationem propriam fuisse extinctam, &
15 † eradicatam, non autem substantiam obligationis filiorum Virginiæ, qui erant verè principales debitores, quo casu nō intrat dispositione, *l. Modestinus, vt per glos. ibi in verbo. nulla actio, vers. sed ibi soluat pro sua obligatione,* & melius *Castren. ibid. num. 6. vers. & è conuerso,* vbi, si vnus ex prin-
16 cipaliter obligatis † soluit pro se tantum, non tollit obligationem alterius ipso iure, & soluenti fieri potest cessio etiam ex interuallo, & benè deducitur ex responso *I. C. in l. Papinianus, ff. mandati,* quem text. ponderant *Bart.* & alij communiter *in l. Modestinus, Dec. cons.* 446. *num.* 1. *in fin.* & 2. *Guttier. allegat.* 4. *num.* 10. *in princ. Felician. de censib. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *vers. si vero,* vbi quod vtilis est cessio, quam-
17 uis ex interuallo facta † fuerit, quoniam primitiua, & principalis obligatio adhuc manet, nec sublata est fideiussoris solutione, *Maur. de fideius. par. 2. sect. 6. c. 5. n. 11. Adrian. Negusant. d. resp. 201. num 11. Casanat. d. cons. 11. num. 3. 16. & 18.* vbi, quod post solutionam adhuc obligationis
18 substantia durat, & viuit, & debitor † tantum eximitur respectu creditoris, sed debitum non eradicatur, illiusq. actio in soluentem transfertur, & egregiè *Molin. de contract. tract. 2. disp. 548. num. 3. Gratian. discep. for. cap. 286. nu. 4. & cap. 793. n. 23. & 24. Rot. decis.* 153. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* quæ est etiam apud *Cenc. decis.* 184. *num.* 4. Censetur enim,
19 dum soluit † nomine proprio, restringere beneficium solutionis ad sui commodum, non autem aliorum immo animo, & tacito pacto se reualēdi, præuia cessione quādocunque facienda, à creditore accipiente, vt per *Molin. ibidem.*

Et ita dispositio *d. l. Modestinus* huc non est referenda,
20 quia, † vel loquitur solum in casu speciali Tutorum, vt per *Henrig. d. cap. 28. num. 45. & post Cuman. Gutier. d. alleg. 4. nu. 10. vers. hanc tamen sub distinctionem, Paset. cons.* 125. *num.* 15. *fin. vers. vel tertio, & cons.* 126. *num.* 5. Vel certè
21 non procedit, quando † soluens (vt in præsenti vbi solutum fuit nomine tantum fideiessoris) non intellexit aliorum obligationes interimere, vt benè per *Castren. in d. l. Modestinus, num. 6. in vltimis verbis videndus, Menoch. præsump.* 143. *num.* 3. *lib.* 3. *Gratian. discep. forens. d. capitu.* 286. *num.* 6. & *cap.* 793. *num.* 23. & 24. qui bene distinguit, *Anton. Amat. resolut.* 37. *numer.* 7. & *num.* 39. vbi
22 multos congerit, & firmat, quod fideiussor, † quando soluit, vt fideiussor, & sic nomine proprio, tunc nullatenus est seruanda distinctio, *l. Modestinus,* & cum *d. l. Mo-*
23 *destinus* solum † subtilitatibus, & iuris ambagibus nitatur, dignaq. sit ethnico, non autem pio, & litium osore Legislatore, vt prudenter obseruat *Molin. d. disp.* 544. *numer.* 8. *vers. latius, &c.* sobriè in ea est procedendum, & quan-
24 tum fieri † potest declinanda, immo correctam illam esse ex *l. cum is. ff. de fideiuss.* haud temere suspiciatur *Henrig. de fideiuss. d. cap.* 28. *num.* 39 & 40. & in omnem casum,
25 ex abundanti, non denegaretur officium Iudicis ex † æquitate, & epicheia quadam, cum ipse Fœlix soluerit, & commodum non ad ipsum, sed ad filios Virginiæ spectaret, quod in his terminis tradit *Surd. cons.* 536. *num.* 5. *Costa de rem. subsidiar. remed.* 33. *num.* 15. & 16. *Paul. Bellon. de potest. eorum quæ fiunt in continenti, cap.* 50. *num.* 3. *vers. vbicunque ita videtur Gratian. discep. forens. d. cap.* 793. *num.* 20. & 22.

Alterum verò obiectum, scilicet quod pecuniæ non cesserint in vtilitatem Fœlicis, tollitur, quia, esto etiam probari fuisse soluta scuta 400. Francisco Masseo pro extinctione societatis officij, & alia scut. 400. pro alia societate Fuluio Amodeo, Attamen, vt benè deducunt informantes pro d. Iacomello, constat, dictas pecunias in effectu peruenisse ad alios, qui bonam fidem recognouerunt pro tota summa, & Fœlicem in altera tantum contractu per Petrum de Americis ad fauorem Amodei se obligasse ex mera liberalitate, & ad Fœlicem non spectabat commodum, vel incommodum dd societatum.

Tertium pariter circa veritatem causæ, cessat, quicquid enim de illa sit, sat est quòd respectu Felicis, & Iacomelli non disputatur principaliter super validitate census, sed tā-
26 tum pro fructibus solutis, qui, data etiam prætensa † nullitate (citra veri præiudicium) attamen deberentur pro tempore, quo res habuit implicitum statum validitatis, & sic antè oppositionem de nullitate modo tantum obiecta ad hæredibus filiorum Virginiæ, *Rota in Romana Censuum 25. Iunij 1600. coram bo. me. Card. Millino, quæ est decis. 29. numer. 5. post Cenc. de Cens. Grat. discept. forens. cap.* 559. *num.* 64. præsertim dum constat Capitulum S. Marci exegisse etiam istos census à Virginia & à dd. filijs, & eorum hæredibus, & stante diuturna possessione cessat
27 † præsumptio doli, & intrat præsumptio bonæ fidei, vt in alia decisione fuit firmatum.

Alia vero, quæ opponebantur, læuia visa sunt, vel altio-
28 rem requirere indaginem, neque † discutienda in hoc summarissimo, & exequutiuo iudicio.

Et ita, post sextam disputationem, vtraquè parte informante, resolutum fuit, standum esse in decisis, &c.

* Habetur ista Decisio sup. par. 5. recent. dec. 106.

R. P. D. MERLINO.

Rauennateñ. Emphyteusis.

Die Veneris 28. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Discutitur, & diciditur in hac insigni decisione, quod Iudex Laicus nō est competens Iudex, si agatur de emphyteusi Ecclesiastica, quòd procedit etiam si lis agitaretur inter solos emphyteotas, & super solo dominio vtili, quod pœnes Laicos existit.

SVMMARIVM.

1 *Causa quando est omnino Ecclesiastica ab Iudice Ecclesiastico, non autem à laico est definienda.*

2 *Causas Ecclesiasticas Apostolus ad Ecclesiam præcipit deferri, & ibi determinari.*

3 *Causæ*

3 *Cauſæ Eccleſiaſticæ, quod à Iudice Eccleſiaſtico ſint determinandæ, nullus vnquam Orthodoxus ab dubitauit.*

Et ſi qui auſi ſunt hoc impugnare meritò ſemper, Eccleſia fuerunt damnati.

4 *Laici quidquam ſtatuere non poſſunt circa bona Eccleſiaſtica ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis.*

5 *Laicis etiam Religioſis obſequendi neceſſitas relicta eſt, non auctoritas imperandi, nullaquè de rebus Eccleſiæ diſponendi attributa eſt poteſtas, Et in his quæ ad Eccleſiam ſpectant diſcere debent non docere.*

6 *Laici ſtatuentes ſuper bonis Eccleſiaſticis anathematis pœna feriuntur. Laici ſuper bonis Eccleſiaſticis ius dicere, & ſententiam proferre non poſſunt, num. 6.*

7 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.*

8 *Iudex Laicus non poteſt cognoſcere ſuper Emphyteuſi Eccleſiaſtica, etiamſi inter ſolos emphyteotas agatur, & ſuper ſolo dominio vtili, quod pœnes Laicos exiſtit.*

9 *Dominium vtile eſt complicatum, & connexum cum dominio directo.*

Dominium vtile eſt verè, & propriè vna eademquè res cum dominio directo, & eius naturæ eſt, vt directum ſemper ſequatur, num. 9.

Dominium vtile ſequitur dominium directum ſicuti incrementum alluuionis, & inſulæ num. 9.

Dominium vtile ſaltem actualiter non poteſt ſeparari ab ipſo dominio directo, num. 9.

10 *Bona Eccleſiaſtica nec indirectè ſubijciuntur iuriſdictioni, & iudicio Laicorum, & num. 11.*

12 *Iuſpatronatus Laicorum, licet non ſit proprie ſpirituale, attamen quia eſt connexum ſpiritualitati, ideo ſuper illo Iudex Eccleſiaſticus ſolum iudicat.*

13 *Poſſeſſio rei ſpiritualis, licet ſit mere temporalis, & Laicalis, attamen etiam de poſſeſſione ſolum cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus, quemadmodum de ipſa proprietate, non autem Laicus.*

Spiritualitatis qualitas, qualitatem temporalitatis abſorbet, & ad ſe trahit, num. 13.

14 *Connexitas, & complicatio maior eſt inter dominium directum, & vtile, quam ſit inter proprietatem, & poſſeſſionem.*

15 *Decimæ datæ in feudum ſeecularibus, earum cauſæ, diſcutiendæ ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico, licet dominium huiuſmodi decimarum ſcilicet fructuum illorum omnino ſpectet ad Laicos, & feudum cenſeatur ſeculare.*

Tamen, quia oritur, & dependet à Iure ſpirituali, & Eccleſiaſtico, non poteſt Iudex Laicus de illis cognoſcere.

16 *Matrimonij poſſeſſorium, quamvis agatur inter perſonas mere Laicas, quia habet admixtam cauſam, & titulum ſpiritualitatis, definiendum eſt à Iudice Eccleſiaſtico.*

17 *Emphyteutæ Eccleſiæ non tenentur ad collectas, & onera realia per ſtatuta Laicorum ſuper rebus, & bonis impoſita, & hoc ratione connexitatis dominij vtilis, cùm directo, & iſta eſt æqua, & ſecura opinio, vt num. 18.*

19 *Dominium vtile vaſalli ſubijcitur, & famulatur directo dominio Domini principalis.*

20 *Dominium vtile inhæret dominio directo inſeparabiliter tamquàm in prima cauſa, ſine qua nec ſubſiſtere poteſt.*

21 *Dominium directum, cùm ſit dignius, & potentius debet trahere ad eius Iudicem, & forum diſcuſſionem ſuper Dominio vtili.*

22 *Dominium vtile reſidet in materia, & re directa, veluti in ſuo ſubiecto.*

23 *Laicus ſocius Clerici, ſequitur forum eiuſdem Clerici.*

24 *Pupilli, aut minoris conſors ratione Iuris conſortij gaudet priuilegijs ipſius pupilli, & minoris.*

25 *Eccleſiæ expedit habere magis vnum emphyteutam, quàm alium.*

DECISIO XLII.

SENTENTIAM latam extra Curiam, Domini dixerunt
vitio nullitatis, ex defectu Iuriſdictionis, laborare; pro-
mulgata enim fuit in foro, & Tribunali laicali, & tamen,
cùm ageretur de bonis ratione directi dominij ſpectanti-
1 bus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Coſmodin, † cauſa
erat omninò Eccleſiaſtica, & ab Eccleſiaſtico Iudice, non
autem à laico, definienda, *cap. decernimus, extr. de Iudic.*
cap. bene quidem, cap. deniquè, diſtinct. 96. cap. continua, cap.
relatū, cap. ſi quæ cauſæ, cap. placuit, il ſecondo, 11. quæſt. 1.
in qua quæſtione per totam Gratianus congerit decreta ad
hoc ſpectantia, ex ſacris Concilijs, & Summorum Ponti-
ficum reſcriptis, deſumpta, & in *dicto cap. placuit, deſumpto*
2 *ex Concilio Carthaginen. 3.* habetur, quod † etiam Apo-
ſtolus huiuſmodi cauſas ad Eccleſiam deferri, atquè ibi de-
terminari præcepit, & de veritate huius concluſionis, nul-
lus vnquàm orthodoxus dubitauit, & ſi qui auſi ſunt impu-
3 gnare † meritò ſemper ab Eccleſia fuerũt damnati, prout
de Marſilio illo Paduano ſub Paſchali Secundo, *trad. Car-*
din. Turrecrem. in ſumma Eccleſ. lib. 4. par. 2. cap. 35. qui
ſuper hoc refert, extare extrauagantem Ioannis XXII. quæ
incipit, *Licet, Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. verſ.*
in hoc procul. dubio, Bannes in 2. 2. quæſt. 65. artic. 1. verſic.
item Chriſtus, Cardin. *Bellarmin. controuerſ. tom. 2. tit. de*
4 *Cler. cap. 24 ante verſ. 5. propoſitio;* quemadmodum † enim
laici, quàmuis Religioſi, quidquam ſtatuere non poſſunt
circa bona Eccleſiaſtica, ex defectu iuriſdictionis, & pote-
ſtatis, *d. cap. bene quidem, cap. ſi Imperator, 96. diſtinct.*
cap. laicis, 16. quæſt. 7. cap. cùm laicis extr. de rebus Eccleſ.
5 *alien. vel non,* in quibus locis habetur, quod laicis, etiam †
Religioſis, obſequendi neceſſitas relicta eſt, non auctoritas
imperandi, nullaquè de rebus Eccleſiæ diſponendi attribu-
ta eſt poteſtas, & in his, quæ ad Eccleſiam ſpectant, diſcere
debent, non docere, *cap. Clericus, & cap. fin. de immunit.*
6 *Eccleſ. in 6.* vbi ſtatuentes † ipſi, anathematis pœna feriun-
tur, *cap. Eccleſia Sancta Mariæ, de conſtit.* Ita nec etiam
ſuper illis Ius dicere, & ſententiam proferre poſſe, non eſt
7 ambigendum, paria † enim ſunt, forum ſortiri, & ſtatutis
ligari, *gloſ. in cap. quod Clericus, de foro compet. Dec. in d.*
cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ, num. 18. Alexandr. conſ. 211.
num. 5. in fin. lib. 2. Rimin. Sen. conſ. 268. num. 13. lib. 2. Be-
ro. conſ. 63. num. 99. lib. 1. Surd. conſ. 2. nu. 14. in fin. & conſ.
338. num. 26. ad fin. & ad propoſitum *Theſaur. Iun. quæſt.*
forenſ. lib. 2. cap. 15. num. 12. in fine.
8 Idquè procedit, etiam ſi cauſa inter ſolos † emphyteotas
agatur, & ſuper ſolo dominio vtili, quod pœnes laicos exi-
ſtit, quoniam dominium Eccleſiæ cùm ſit connexum, & cõ-
9 plicatum cùm vtili, illiquè prædominans, ſitquè † dominiũ
vtile verè, & propriè vna, ac eadem res, cùm dominio di-
recto, & eius naturæ, vt directum ſemper ſequatur, ſicuti
incrementum alluuionis, & inſulæ, vt dixit *Oldrad. conſ.*
240. num. 1. verſ. & ideò rectè, quem ſequitur Surd. conſ.
57. num. 23. verſ. & propterea, & ſubiectum bonorum ma-
terialiter ſit ſemper, & perpetuò Eccleſiaſticum, nõ poteſt
10 ab ipſo dominio directo, † ſaltem actualiter, ſeparari do-
minium vtile, nec ideo indirectè bona Eccleſiarum ſubijci
iuriſdictioni, & iudicio laicorum, *cap. quanto, cap. cæterum,*
& ibi Canoniſta, de Iudic. Cardin. conſ. 2. num. 2. verſ. Item

in

in hæreditate, Campeg. inter conf. Albert. Brun. conf. 2. n. 34. sub vers. præmitto tertio, & alios congessit, & sequuta est Rota, accerrimè examinato articulo, sublatisquè cōtra-
11 rijs † argumentis, *in Romana Domus de Scappuccijs 19. Ianuarij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, & quoties casus contigit, semper eam postea sequuta est, vt in *decis. 472. par. 2 recent. & pœnes Pacific. de Saluiano decis. 239. num. 6. & in Romana de Schianchis 28. Aprilis 1617. coram Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio, impress. post Modern. Mantuan. controuer. forens. cap. 12. num. 67. & alias sæpius*, & ab hac opinione difficile esse recedere monet *Gratian. discept. forens. cap. 447. num. 21.*

Ita ratione huiusmodi connexionis, licet Iuspatronatus
12 Laicorum, non sit propriè spirituale, † attamen quia est annexum spiritualitati, ideò super illo iudicat solùm Iudex Ecclesiasticus, *cap. quanto, de iudic.*

Et possessio rei spiritualis, licet sit merè temporalis, & laicalis, attamen etiam de possessione solùm cognoscit Iu-
13 dex Ecclesiasticus, quemadmodùm de ipsa † proprietate, non autem laicus, cum qualitas spiritualitatis, qualitatem temporalitatis absorbeat, *Bero. in rubr. de iudic. num. 51. Crauett. cons. 258. num. 8. Roland. cons. 12. num. 35. & sequentibus, lib. 2. Valasc. consult. 93. num. 3. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 205. & sequentibus*, Couarr. *pract. quæst. cap. 35. num. 1. Guttier. Canon. quæst. cap. 34. num. 26. & seqq. latè Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 14. quæst. 1. Duard. ad Bullam Cœn. lib. 2. canon. 15. quæst. 19. num. 47.*
14 *Put. decis. 361. lib. 1. in antiq.* certum est autem † maiorem connexitatem, & complicationem esse inter dominium directum, & vtile, quàm sit inter proprietatem, & possessionem, vt per *Bero. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 13. de constit.*

Ita etiam causa decimarum, quæ datæ sint in feudum sæcularibus, discutienda est coram Iudice Ecclesiastico, licet enim dominium huiusmodi decimarum, scilicet fru-
15 ctuum illarum † omninò spectet ad laicos, & feudum censeatur sæculare, tamen, quia oritur, & dependet à Iure spirituali, & Ecclesiastico, non potest Iudex laicus de illis cognoscere, *Federic. de Sen. cons. 245. num. 1. Azor. Instit. moral. part. 1. lib. 7. cap 39. quæst. 3. Monet. de decim. cap. 8. quæst. 1. num. 15. Facundenz super præcept. Eccles. præcept. 5. lib. 3. cap. 5. num. 5. vbi Couar. Rupell.* & alios contrariū sentientes refellit.

16 Prout & possessorium matrimonij, † quàmuis agatur inter personas merè laicas, quia habet admixtam causam, & titulum spiritualitatis, definiendum est à Iudice Ecclesiastico, Couar. *de spons. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 8. & cap. 8. §. 12. num. 3. Valasc. d. consult. 93. num. 2. ad med. vers. & in causa matrimoniali, latè Molin. de rit. nupt. lib. 2. differ. 10. num. 19. & seqq.*

Et demum (quod fortius etiam videtur) ratione pariter
17 connexitatis dominij vtilis cùm directo, † emphyteutas Ecclesiæ non teneri ad collectas, & onera realia per statuta laicorum, super rebus, & bonis imposita, censuerunt grauissimi Auctores, & originaliter dixit *Bart. in l. priuatæ, n. 2. C. de excusat. muner. lib. 10. Ias. in authentica. quas actiones, num. 42. C. de sacros. Eccles. Rip. in tract. de pest. tit. de priuil. ad conseruand. vbert. num. 124.* latè *Petr. de Vbald. in cons. 2. post tract. de collect. per tot. Siluan. cons. 9. per tot. M. Anton. Eugen. cons. 96. num. 23. lib. 1. D. Fachin. contr. Iur. cap. 91. lib. 1. Menoch. cons. 444. num. 27. Ruin. cons. 111. num. 10. vers. item nota quod, lib. 5. Remig. Gonny. de charitat. subsid. quæst. 61. num. 29. & quæst. 59. num. 31. Odd. cons. 70. per tot. & præsertim num. 31.* vbi testatur hanc opinionem esse veriorem, solidioribusquè rationibus fun-
18 datam, † nec non magis æquam, & securam, & num. 40. ait, hanc dici posse communem opinionem, cùm Bartolū, & alios grauissimos Iuris Sectatores habeat *Bursat. cons. 42. num. 22. lib. 1.* & videtur etiam admisisse, *Rota in dicta Romana domus de Scappuccijs coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et præter motiuum connexionis, concurrit etiam præ-
19 rogatiua qualitatis, & subiecti Ecclesiastici, † hoc enim dominium vtile Vassalli, subijcitur, & famulatur directo dominio Domini principalis, *Alciat. in l. si quis, in §. differentia, num. 12. vers. aliud est, & ibidem Zas. num. 22. de acquirend. possess.* & benè *per Surd. d. cons. 57. num. 23. vers.*
20 *& propterea.* Et in proprietate, tanquàm in prima † causa, inseparabiliter inhæret, sine qua nec subsistere potest, vnde meritò dominium directum, cùm sit Ecclesiasticum, tan-
21 quàm † dignius, & potentius, debet trahere ad suum Iudicem, & forum discussionem super dominio vtili, quia
22 semper, vt dictum est supra, hoc dominium † vtile residet in materia, & in re Ecclesiastica, veluti in suo subiecto: quemadmodum, hac eadem ratione prærogatiua circa cō-
23 petentiam fori, compertum est, † quod laicus socius Clerici sequitur forum eiusdem Clerici, *Bart. in l. fin. num. 15. ad fin. ff. de colleg. illicit. Aret. cons. 29. num. 24. vers. secundum esset dubium, in fin. Surd. cons. 222. num. 3. & cons. 396. num. 16. & 18.*

24 Et maior itidem consors pupilli, † aut minoris, ratione Iuris consortij, gaudet priuilegijs ipsius pupilli, & minoris, *l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amitt. Afflict. decis. 213. Franch. decis. 269. num. 1. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 46. art. 10. num. 35.* siquè aliter in hoc casu, vbi agitur etiam solum de dominio vtili emphyteotæ, dicere-
25 mus, sequeretur præiudicium ipsius † Ecclesiæ, cui expedit habere magis vnum emphyteutam, quàm alium, ita *Bero. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 9. de constit. & Rim. Iun. num. 12. Becc. cons. 3. num. 61. & 62. lib. 1.* & in dicta decisione *Romana de Scappuccijs coram Reuerendissimo Domino meo Decano* luculenter, & doctè ponderatum fuit.

Et ita, vtraquè parte informante, circa nullitatem resolutum fuit, & dictum, vt videatur super Iustitia.

R. P. D. PIROVANO.

Cæsaraugustana Camerariæ.

Die Lunæ 2. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Ordinario, licet competas ius conferendi Beneficia vacantia intra fines suæ Diœcesis, tamen dicto iuri censetur derogatum per priuilegium emptionis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia regularibus conferenda sunt.*
Beneficia sunt de Collatione illius Ordinarij intra cuius fines Diœcesis sita sunt.
2 *Beneficium si sit erectum ab Episcopo, & dotatum de alijs bonis, seu beneficijs, quam ad Ecclesiam Collegiatam spectantibus, non intrat simultanea collatio.*
3 *Et idem Episcopo remanet facultas conferendi.*
4 *Per exemptionem totalem à iurisdictione, & imperio Ordinarij, semper remanet derogatum iuri Ordinario competenti.*

DECISIO XLIII.

CENSVERVNT Domini, Paulo non esse adiudicandam Camerariam.

Nam quàmuis prætendatur, Beneficia Regularia in Ecclesia regulari existentia, & Regularibus conferenda, &
1 prout est beneficium de quo agitur, esse † de collatione Ordinarij, tanquàm intrà fines Diœcesis Cæsaraugustanæ consistentia, *cap. si quis Episcoporum, 16. quæst. 2. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. & cap. monasteria, 18. quæst. 2. cap. cùm non liceat, cap cùm olim, de præscript. cap. constitutus, & cap. cùm venerabilis, de relig. domib. cap. Abbate,*

re; de verbor. signif. Vital. Clemen. vnica, num. 16. de supplen. neglig. Prælat. Gonzal. ad reg. 8. glos. 23. num. 20. Ac etiam contendatur, fuisse ab Archiepiscopo erectam, & dotatam huiusmodi Camerariam, de beneficijs non ad
2 Collegiatam pertinentibus, sed alterius Ecclesiæ, † de collatione tamen eiusdem Episcopi: quo casu simultaneæ collationi locus esse non posit, *iuxta Cassador. decis. 22. de*
3 *praben.* sed eidem Ordinario dotanti remanserit, vt † prius facultas conferendi, *Abb. in cap. sugestum, num. 3. de iurepatr. Seraph. decis. 1444. num. 11. & Rota decis. 600. nu. 3. part. 2. recent. & in Callien. Iuris Conferendi 14. Martij 1621. coram bo. me. Francisco Vbaldo.*

Attamen, quia Collegiata Beatæ Mariæ de Pilar ex literis Innocentij II. Eugenij III. Alexãdri III. Clementis VII. per Sixtum V. confirmatis probatur exempta etiam quoad Monasterium, & illius Prioratum, Dignitates, Officia, loca, canonicales portiones, ac beneficia: per priuilegium exem-
4 ptionis † remansit derogatum iuri, ex dispositione Canonum Ordinario competenti, *cap. Abbate, vbi Panorm. n. 3. de verb. signif. Lap. alleg. 139. num. 7. Vital. de supplen. neglig. Prælat. in rub. num. 16. Gonzal. ad reg. 8. glos. 23. num. 20. Rota decis. 308. num. 4. part. 1. recent.* & nouissimè idē fuit firmatum in *Lauretana Iurisdictionis 12. Maij præteriti coram D. meo Durano.* Vndè cessante iure conferendi in Ordinario, meritò fuit dictum, Paulo ab eodem Episcopo deducenti ius suum, Camerariam non esse adiudicandam.

Et ità vtraquè parte informante fuit resolutum.

¶ In eadem, causa habetur altera decisio infra coram eodem R.P.D. Pirouano sub die 26. Nouembris 1632. & alia die 9. Maij 1633. coram eod.

R. P. D. MERLINO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Veneris 2. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Pater, si filio contemplatione certi matrimonij aliquid donet, vt commodius onera matrimonij substinere possit. cum ista donatio sit pars matrimonij, ideò etiam nurui acquiritur ius. itaut in eius præiudicium non possit reuocari, vel alterari etiam cum consensu mariti.

SVMMARIVM.

1 *Pater, si intuitu certi matrimonij contrahendi, promittat aliquid filio, sequitur ius irreuocabile quæsitum fuisse, nedum filio, sed etiam Nurui.*

2 *Pater, si vigore certi matrimonij aliquid donet filio, etiam ipsa Nurus habet actionem, vt ipsa donatio suum habeat effectum, & perseueret.*

3 *Executiuè procedi potest stante obligatione Camerali.*

4 *Pater, si aliquid donet filio pro contrahendo certo matrimonio, dicta donatio non potest reuocari etiam cum consensu filij in præiudicij coniugis.*

5 *Matrimonium sicut reuocari non potest, ita nec assignatio facta eius contemplatione.*

6 *Donatio facta contemplatione matrimonij, recipit naturam ipsius matrimonij, cuius respectu facta fuit, & quare, num. 7.*

8 *Pater, si donet aliquid filio contemplatione certi matrimonij, non valet pater postea eam reuocare etiam cum consensu ipsius filij, & num. 9.*

10 *Pater, si aliquid donet filio contemplatione certi matrimonij, non solùm eam reuocare potest consentiente etiam filio, sed nec noua conditio adijci potest per quam deterior aliquo modo fieret conditio vxoris.*

11 *Dotis fructus spectant ad maritum, & ideò vxor in eis non habet interesse. vide num. 14. & 15.*

12 *Vxoris interest habere maritum diuitem, vt sibi possit pinguiora alimenta, & honestiorem ornatum sibi suppeditare,*

16 *Pater, si aliquid donet filio contemplatione certi matrimonij, tunc donatio non potest reuocari, nequè ex ingratitudine per filium commissa.*

17 *Nequè per crimen à filio perpetratum in Fiscum transit ob præiudicium vxoris, cui irreuocabiliter fuit ius quæsitum, & ad hunc effectum, quid sufficiat, vt dicatur, ei ius quæsitum, num. 18.*

19 *Ius quæritur interesse habenti in contractu ex stipulatione Notarij, pro omnibus, quibus interest, contenta in obligatione Camerali.*

20 *Notarii stipulatio pro omnibus quibus interest, facit vt contractus possit minimè reuocari in præiudicium interesse habentis.*

21 *Factum, quando quis promittit ei incumbit onus probandi, quod id adimpleuit, & agenti ad implementum sufficit negatiuam proponere.*

DECISIO XLIV.

DOMINI responderunt, mandatum esse relaxandum ad fauorem Dominæ Amantiæ, contra Antonium socerum, vt consignet, & conseruet fundum, qui ascendat ad annum redditum scutorum 150. vel, quem iam tradidit, auget ad dictum redditum; In capitulis enim matrimonialibus Amantia pro dote sibi constituit fundum, & vicissim Antonius promisit Bernardino filio, sponso dictæ Amantiæ, assignare alium fundum redditus scutorum cētum quinquaginta, cum obligatione Camerali, & alijs clausulis solitis, vnde cum hæc promissio facta in Capitulis matrimonialibus, & pro certo matrimonio cum Amantia contrahendo, dicatur pars ipsius matrimonij, & actus respectiuus ad illud, & ad dotem, immò confusus cum ipso contractu matrimoniali, sequitur ius irreuocabile quæsitum
1 fuisse, nedum Bernardino filio, † cui donatum fuit, sed & Amantiæ Nurui, *ad l. petens, & ibi Bald. C. de pact. idem Bald. in l. si præses, vers. nota benè dico, C. de donat. Guidop. decis. 145. num. 2. Natta cons. 609. num. 11. Menoch. cons. 203. num. 13. & seq. & cons. 261. num. 15. Monter. in respons. pro vxor. part. 1. num. 78. & 79. Matrienz. ad ll. Castell tit. 6. lib. 1. glos. 8. num. 3. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num. 17. & 18. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 32. num. 3. & 4. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 8. num. 34. Mastrill. decis. 211. num. 4. par. 4. Giurb. qui alios cumulat, ad consuetud. Messan. par. 1. cap. 1. glos. 8. num. 74.* Itaquè Nurus ha-
2 bet actionem, vt hæc † assignatio fundi, facta à Socero, suũ habeat effectum, & perseueret, *vt in puncto notat Ioan. Franc. à Pont. cons. 80. num. 15.* & stante obligatione Ca-
3 merali, executiuè procedi † potest, *Cassador. decis. vnica, num. 2. de mut. petit. Rota decis. 69. & 70. num. 1. post Modern. Roman. de oblig. Camer. & passim dicitur.*

Non obstat, hanc donationem fuisse reuocatam ab An-
4 tonio, & illi consentisse † Bernardinum, cui fuerat donatũ; quoniam, si ius quæsitum fuit Amantiæ coniugi, & aliter, sine dicta assignatione facta marito de fundo scutorum 150. non erat ipsa Amantia cōtractura matrimonium, quemad-
5 modùm matrimonium reuocari nō † potest, ita nec illa assignatio, contemplatione matrimonij emanata, reuocari poterat sine solemni consensu Amantiæ; donatio enim illa recepit

6 recepit legem, & naturam ipsius † Matrimonij, cuius re-
spectu facta est, alias inique actum fuisset cum Puella, ei-
què impositum, si post quàm illecta fuit assignationi illius
7 fundi per † socerum ad matrimonium, clanculum deinde
reuocaretur dicta assignatio, cuius intuitu Puella nupsit Ber-
nardino, vel saltem pinguiorem dotem constituit, vt in
8 terminis, quod non valeat, hæc † reuocatio, etiam de con-
sensu mariti, docet *Guidop. decis. 145. per tot. Telli. Fer-
nand. in l. 17. Taurin. num. 73. Puleaz. de maiorit. Hispan.
par. 1. quæst. 22. num. 32. ad med. Martinez ad ll. Castell.
tit. 6. lib. 1. glos. 8. num. 4. Pancirol. cons. 172. n. 9. Io. Franch.
9 à Pont. cons. 25. num. 1. & seqq.* vbi, quod pro lege debet †
seruari, & secundum dictam decisionem Guidop. passim,
& indistinctè iudicatum fuisse, testatur *Franch. decis. 205.
num. 1. & decis. 436. num. 4. & 5. Molin. de rit. nupt. lib. 3.
quæst. 6. num. 29. & 35. Peregr. cons. 78. num. 10. lib. 3. Can-
cer. var. resol. par. 1. Mastrill. d. decis. 211. num. 4 par. 3. Ro-
uit. cons. 94. num. 22. cap. 8. num. 34. Fontanell. de pact. nupt.
claus. 4. glos. 1. num. 18. & 19. Sanchez de matrim. d. dispu-
tat. 32. num. 1. & seq. & num. 3.* vbi, quod nedum nequit
reuocari hæc donatio, etiam filio consentiente, sed nec no-
10 ua † conditio adijci potest dictæ donationi, per quam de-
terior aliquo modo fieret conditio vxoris, quod idem fir-
mat *Giurb ad consuet. Messan. d. cap. 1. glos. 8. par. 1. nu. 75.
& 76. Molphes. plenè cons. 2. num. 6. & cons. 11. num. 2. &
seqq. & ad consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst. 7. nu.
16. tom. 1. & dixit etiam Rota apud Reuerendissimum Do-
minum meum Decanum decis. 44. num. 3. et seqq.*

Non obstat, non competere actionem vxori, cum ipsa
11 non habeat interesse, † & quod fructus omnium bonorum
sunt mariti, *l. dotis fructus, l. si is qui stylum, §. 1. ff. de iur.
dot. Card. Mantic. decis. 123. num. 2. cum alijs.* Quoniam
mulier non agit ad consecrationem fructuum, nec præten-
dit sibi fuisse donatum, sed dumtaxat deducit suum interes-
12 se, eo quod ipsius interest habere † maritum diuitem, &
hoc intuitu, dum sperauit, ex dicta assignatione facta per
13 Antonium socerum Bernardino sponso, inde pinguiora †
alimenta, & honestiorem ornatum sibi suppeditari, nupsit
dicto Bernardino, & amplam dotem promisit, alioquin,
reuocata dicta assignatione, mulier frustraretur illa spe, &
14 dolosè circumueniretur, & illuderetur, vnde benè † mulie-
ri competit actio, non pro consequendis fructibus, qui om-
15 ninò spectant ad maritum, nec ipsa super † illis habet do-
minium aliquod, sed solùm pro sustinenda dicta assigna-
tione, in qua, saltem mediatè, habet interesse, & in proposi-
to benè applicantur deducta per *Io. Franch. à Pont. d. cons.
8. num. 11. & 15. Molfes. dicto cons. 11. num. 14. et seqq. Me-
noch. cons. 261. num. 23. & cons. 967. num. 18. et seqq. Giurb.
ad consuetud. Messan. dicto cap. 1. glos. 8. num. 77. & seqq.
Molin. de rit. nupt. dicta quæst. 6. num. 33. & 34. vbi num.*
36. & 39. rationibus, & Doctorum auctoritatibus conge-
stis, firmat huiusmodi donationem, neque ex ingratitudine
16 † per filium commissa, reuocari, neque per crimen à filio
17 perpatratum, in Fiscum transire, ob præiudicium † vxoris,
cui irreuocabiliter ius quæsitum fuit, vt supra dictum est.

Non obstat, nihil promissum fuisse Amantiæ, & ita non
posse vti Instrumento, & Apocha, in quibus facta fuit assi-
18 gnatio dicti prædij redditus scutor. 150. Quoniam † ad
hunc effectum sufficit hanc assignationem factam fuisse
contemplatione matrimonij certi contrahendi, cum ipsa
Amantia, vt inferunt Doctores præcitati.

Sed cessat difficultas, quia in Apocha signanter fuit di-
ctum. [*E per osseruanza di quanto si contiene, detto Signo-
re Antonio promette, obligandosi personalmente per mag-
gior validità, di quanto nelli sopradetti capitoli si contie-
ne, à fauore della Signora Amantia Margarucci*] & in
Instrumento dicitur, (Hanc concessionem, & donationem
fecit Dominus Antonius, Bernardino filio, vt ille onera ma-
trimonialia, & liberos, ex hoc connubio cum Amantia ex-
orituros, vberiorem substentandi obtineat facultatem) &
19 sic eiusdem Amantiæ adest interesse, & illi fuit ius † quæsi-
tum ex stipulatione Notarij, pro omnibus quorum interest,
contenta in obligatione Camerali, vt latè in his terminis
per Menoch. cons. 203. num. 19. vbi, quod, stante dicta No-
20 tarij stipulatione, donatio † in detrimentum vxoris, nulla-
tenus reuocari potest, *Cancer. var. resol d. cap. 8. num. 32.
Rota decis. 97. num. 1. & decis. 99. numer. 7. post Modern.
Roman. de oblig. Camer. et in Romana Canon. 20. Martij
1623. coram bo. me. Vbaldo.*

Non obstat non probari, fundum, quem modo possidet
Bernardinus, non ascendere ad d. scuta 150. in redditu;
Quia, vltra quod ex testibus datis pro Amantia, id sufficien-
ter deduci videtur, respondetur, quod cùm Antonius pro-
miserit factum, nempè se traditurum Agrum illius redditus,
ideò ipsi incumbit onus probandi se tradidisse fundum, cũ
21 dicta † qualitate, scilicet illius redditus, & Amantiæ, agen-
ti adimplementum promissionis, sufficit negatiua, *l. 1. C. de
probat. Natt. cons. 569. num. 4. Becc. cons. 205. num. 11.
Surd. decis. 64. num. 29. et 30.*

Et ita vtraquè parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Elneñ. Canonicatus.

Die Veneris 6. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè quibus concurrentibus detur immissio. Beneficij affectio in Coadiutorijs ex quo pendeat, Aetas, & infirmitas alicuius ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratiosè danda est immissio, probato Clericatu, obitu defuncti in possessione beneficij, & eiusdem beneficij affectione.*
2 *Clericatus probari potest ex solis literis Ordinarii.*
3 *Obitus beneficiati in possessione beneficij probari potest ex confessione aduersarii, quæ probatio superat omnes alias probationes.*
4 *Possessio semel probata, præsumitur continuata vsquè ad obitum, & suffragatur successori ad effectum obtinendi subrogationis gratiosæ immissionem.*
5 *Beneficij affectio in coadiutoriis, pendet à validitate, & iustificatione causæ, per quam fuit motus Papa ad concedendam coadiutoriam.*
6 *Coadiutoriæ causa cessante, cessare etiam debet ipsa gratia coadiutoriæ.*
7 *Papa, quando ex causa narratorum manus apponit super aliquo beneficio, si narrata non sunt vera Papa non intendit præiudicare Collatoribus.*
8 *Aetas decrepita propriè est supra 70. annos.*
Aetas ex sua natura est difficilis probationis, num. 8.
9 *Aetas probari potest per coniecturas, & inditia.*
10 *Et hoc præsertim, si agatur de ætate longeua.*
11 *Aetas probari potest per testes singulares.*
12 *Aetatem benè probant testes, si deponant de iudicio suo, vel per aspectum, & num. 13.*
13 *Confessio annorum eius, de cuius ætate quæritur, multum concludit.*
15 *Fides baptismi, vt releuet, debet esse extracta à Parrocho, alias non releuat.*
16 *Baptismi fides non releuat, ad probandam ætatem, si non fuit extracta à Parrocho, neque à Notario, vel ab aliquo cui ex officio demandata esset custodia libri huiusmodi.*

17 Ba-

17 *Baptiſmi fides, ſi, ſit extracta à tertio, cui non probatur fuiſſe conceſſam hanc facultatem extrahendi.*

18 *Quàmuis dicatur, eum, qui eam extraxit fuiſſe Presbyterum, & Vicarium loci, ſi non conſtet, quod Presbyter, & Vicarius cuſtodiret librum, nec ex eius perſona poteſt accipere robur dicta fides.*

19 *Fides Baptiſmi, ſi non extrahatur à Parrocho, vt probet, ſaltem debet extrahi cum compulſoria parte citata.*

20 *Baptiſmi fides extracta non à Parrocho, ſed à tertio ex quibus reddatur valdè inuereſimilis.*

21 *A Concil. Trident. tradita, & præſcripta fuit cuſtodia librorum, in quibus baptizatorum nomina deſcribuntur.*

22 *Baptiſmi fides, tunc multò magis, formiter eſt extrahenda, quando hoc ſpecialiter fuit à parte proteſtatum.*

23 *Ad Presbyteratus ordinem promoueri, quis non poteſt, ante 25. ætatis annum ex diſpoſitione Sac. Concil. Trident.*

24 *Teſtium dicta benè coadiuuantur ex alijs probationibus.*

25 *Teſtes, qui deponunt dubitatiuè, nec concludunt, non releuant.*

26 *Teſtes meliùs informati, debent præferri aliis.*

27 *Ebrietas, vt adimat fidem teſtibus, neceſſariò debet probari, quod de tempore examinis erant ebrii.*

28 *Infirmitas alicuius, benè probatur ex teſtibus, & maximè ſi inter eos adſint Medici, qui illum curarunt.*

29 *Teſtibus peritis circa id quod deponunt, magis, quam alii probant.*

30 *Infirmitas alicuius, benè dicitur probari ex facto ipſo, ſcilicet ſi ille ex ea deceſſerit.*

31 *Beneficium ex appoſitione manus Papæ, ita remanet affectum, vt nullus inferior ſe circa illud poteſt ſe intromittere.*

DECISIO XLV.

CVM Dubitaretur an Coſmo Romeu à Sanctiſſimo deputato Coadiutori, cum futura ſucceſſione Franciſco Patruo in Canonicatu Eccleſiæ Elneñ, vigore ſubrogationis gratioſæ, eſſet danda immiſſio, fuit affirmatiuè reſolutum: Cum Clericatus Coſmi, obitus Franciſci in poſſeſ-
1 ſione † Canonicatus, & affectio Canonicatus benè probētur requiſita neceſſaria in hoc iudicio immiſſionis, *Seraph. deciſ. 1426. num. 1. Rota deciſ. 154. num. 1. par. 1. & deciſ. 197. num. 1. par. 2. recent. & in Cuſentina Abbatiæ 20. Decembris 1627. coram Eminentiſſimo Cardinali Virili*. De
2 Clericatu conſtat † ex pluribus teſtibus, & ex literis Ordinarij, quæ ſolæ ſufficerent *Grammat. deciſ. 81. Seraph. deciſ. 313. num. 1. fel. mem. Gregor. XV. deciſ. 49. num. 6. & 78. num. 5.* obitus autem Franciſci in poſſeſſionem Canonica-
3 tus probatur † ex confeſſione partis, quæ ſuperat alias probationes. *l. cum te, vbi not. C. de tranſact.* Si quidem de tali confeſſione patet in titulo obtento à Capitulo, *Rot. deciſ. 4. part. 2. diuerſ.* & datur Inſtrumentum adeptionis poſſeſ-
4 ſionis, † quæ præſumitur continuata vſquè ad obitum, & ſuffragatur ſucceſſori ad effectum conſequendi immiſſionem gratioſæ ſubrogationis, ex *not. in allegata Cuſentina Abbatiæ coram Eminentiſſimo Cardinali Virili, bon. me. Card. Caualer. deciſ. 559. num. 3. & deciſ. 608. num. 3. fel. mem. Greg. XV. deciſ. 166 num. 9. & 394 num. 4.*

Affectio Canonicatus, de quo agitur, pendet à validitate gratiæ Coadiutoriæ, & à iuſtificatione cauſæ, qua motus
5 † fuit Papa ad Coadiutorem admittendum, *Rota deciſ. 14. num. 2 vt lit. pend. in nou. deciſ. 419. num. 2. par. 2. diuerſ. in Barchinoneñ præcedentiæ 27. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinali Sacrato, in Ceneteñ Parrochialis 4. Decembris 1606. coram bon. mem. Cardinalis Marquemontio, & in Oxomeñ Archidiaconatus. 19. Nouembris 1614. coram bo. mem. Buratto, quam ſequuta eſt Rota in Leodieñ Canonicatus Sancti Dioniſij 25. Maij 1626. coram R. P. D. meo Pirouano, confirmata 9. Iunij 1628.* quia ceſſante cau-
6 ſa ceſſet etiam gratia, & ideò cum per Coadiutoriam † Papa limitatam manum appoſuerit ex cauſa narratorum, ſi
7 narrata non ſunt vera, Papa non intendit præiudicare † Collatoribus Ordinarijs, & per conſequens ceſſante gratia, ceſſat, & affectio ex ſupra deductis, ſed hanc validam, & iuſtificatam cenſuerunt DD. ex quo benè probantur narrata in gratia, ætas vltra 70. annos, & infirmitas.

Quoad ætatem illa probatur ex teſtibus octuagenarijs, & nonagenarijs deponentibus ſe cognouiſſe coadiutum vſquè de anno 1552. quorum dicta adminiculantur ex alijs teſtibus concludentibus ætatem narratam ex aſpectu, & de iudicio, atquè etiam alio deponente Franciſcum obijſſe in
8 ætate † decrepita, quæ propriè eſt ſupra 70. annorum, firmat *Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 21. Modern. Roman. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 154.* & cum ætas ſit ex ſui natura res difficilis probationis, *Bald. in l. ſi minorem, C.*
9 *de in integr. reſtit.* † per coniecturas, & inditia probari poteſt, *l. cum de ætate, vbi gloſ. ff. de probat. l. cum te. cod. Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 14. num. 8. &*
10 *ſeqq. Soccin. conſ. 3. num. 2. vol. 2.* Præcipuè † quando agitur de ætate longæua, *Maſcard. de probat. concl. 675. nu. 2. Rota deciſ. 260 num. 1. par. 2. diuerſ. & coram Mantica*
11 *deciſ. 124. num. 2.* & † poteſt probari per teſtes ſingulares, vt tradit *Farinac. fragm. crim. litera A. num. 187.* & optimè comprobatur ex depoſitionibus teſtium deponentium
12 de iudicio ſuo, † vel per aſpectum iuxta theoricam, *Bart. in l. de ætate, num. 7. & 10. ff. de minor. quam paſſim ſequūtur Doct. & tenuit Rota deciſ. 131. num. 2. & 3. par. 1. coram Caputaq.* Teſtes autem adducti pro Coſmo ferè om-
13 nes reddunt † optimam rationem, vel de cognitione à pueritia, vel à iuuenili ætate, vel ex confeſſione ipſius Canoni-
14 ci † Coadiuti, quæ multum concludit, *l. public. in fin. ff. depoſit. Abb. in rubr. extra de probat. Pariſ. conſil. 115. n. 12. vol. 1. Maſcard. de probat. concl. 673. num. 1.*

Probationes in contrarium adductæ per Antonium non releuant; Nam fides Baptiſmi, in qua refertur Franciſcum Coadiutum fuiſſe natum anno 1562. à quo vſquè ad eius obitum elapſi ſunt tantummodò 65. anni, non eſt extracta
15 † à Parrocho, vt requititur ad hoc, vt ex illa probatio ætatis concludatur, cum agatur de his, quæ ſpectant ad eius officium, *Bart. in l. 2. C. de ponder. lib. 10. Gabr. de teſtib. concluſ. 1. num. 19. Ruin. conſ. 56. num. 5. lib. 1.* Imò neque
16 extracta fuit à Notario, † neq; ab aliquo, cui ex officio demandata eſſet cuſtodia libri huiuſmodi, ſed fuit extracta à
17 tertio, † cui non probatur fuiſſe conceſſam hanc facultatem extrahendi, & licet dicatur, eum qui extraxit, fuiſſe
18 Presbyterum, † & Vicarium loci, attamen nihil facit, quia non conſtat, quòd Presbyter, & Vicarius cuſtodirent librū, nec ex eius perſona poteſt accipere robur hoc prætenſum Inſtrumentum, *Rota deciſ. 603. num. 3. part. 2. recent.* &
19 ſaltem debebat extrahi † cum compulſoria parte citata *auth. ſi quis in aliquo, vbi Dec. num. 9. & 10. C. de eden. Rota deciſ. 1. de fid. Inſtr. in nou. Mohed. deciſ. 8. eod. tit. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 469. num. 4.* Quinimò hæc fides DD.
20 admodum † inueriſimilis viſa fuit, quoniam ex fide Parrochorum patet quod eo tempore non extabat hic liber, cum agatur de tempore ante Concilium Tridentinum, à
21 quo tradita fuit, & præſcripta † cuſtodia librorum, in quibus baptizatorum nomina deſcribuntur, & cum de tempore, quo in partibus fuit producta dicta fides fuerit prote-
22 ſtatum, quod formiter extraheretur, & † non fuerit extracta, ſpecialis compulſoria petita fuit denegata *17. Februarij 1631. coram D. meo Vbaldo Ponente*: Plurimi tamen fecerunt DD. atteſtationem authenticam ſuſceptionis Ordinis Presbyteratus à Franciſco Coadiuto de menſe De-
23 cemb. 1583. ad quem promoueri † non potuiſſet ante 25. ætatis annum, ex diſpoſitione *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12.*

cap.12. de reformat. à quo tempore, ad annum 1627. quo fuit concessa gratia Coadiutoriæ etiam quod Franciscus fuisset solum annorum 24. concluditur, vt ipse haberet
24 plusquam annos 67. quæ † benè coadiuuare potest dicta testium Cosmi deponentium eundem Franciscum de tempore concessæ gratiæ excessisse annum septuagesimum.

Testes in contrarium adducti non obstant, quia depo-
25 nunt † dubitatiuè, nec concludunt ætatem inferiorem, sed
26 testes Cosmi meliùs informati † debent alijs præferri, *Alex.cons.141.num.11.lib.1. Felin.in cap. vestra nu. 11. de testib. Aym.cons.400.num.35. Mantic.decis.61.num.8.* & eorum depositio redditur maximè verisimilis per supradictam fidem susceptionis ordinis Presbyteratus, neque rele-
27 uat exceptio prætensæ ebrietatis † aliquorum testium, quia non probatur de tempore examinis, vt necessariò requiritur ad effectum, vt ebrietas adimat fidem testibus. *Crauett.cons.169.num.5. Mascard.de probat.conclus.579. num.6. Rota in Ispalen̄ Primitiarum 31. Maij 1617. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio.*

Quo verò ad infirmam valitudinem Francisci Coadiuti,
28 † illa est concludenter probata ex testibus, quorum duo erant Medici, vnus Physicus, alter Chirurgus, qui illum curarunt ante concessionem gratiæ, & successiuè vsquè ad eius obitum deponentibus de lapsu in terram, post quem
29 Franciscus non ampliùs exit electo, † quibus vti peritis magis quàm alijs defertur, *l. septimo mense, vbi Bald. in princip.ff.de stat.homin. Soccin. Iun. cons. 183. num. 11. lib.2. Rot.decis. 620.num. 3. par. 1. diuers & in Giennen̄ Thesaurariæ, seu Coadiutoriæ.22.Maij 1624 coram bon. mem.Buratto.* Et hæc aduersa valetudo comprobatur ex
30 alijs sex testibus de ea deponētibus, & ex † facto ipso, cùm paulò post signatam supplicationem ex prædicto morbo decesserit.

Quarè cum copulatiuè ætas, & infirma valetudo narrata in gratia coadiutoriæ fuerint iustificata, est danda immissio Cosmo in vim subrogationis gratiosæ stante affectione ex appositione manus Papæ, ex qua Canonicatus ita remá-
31 sit affectus, † vt nullus inferior se circa illum potuerit ampliùs intromittere, *ad text.in cap.1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. & in c. vt nostrum de appellat. iuxt. not. per Doct. in c. inter dilectos de excessibus Prælat. Aeneas de Falcon. de reseruat. benef. prælud.3.num.4. Paris.cons.47. num. 30. & seqq. lib.4. Rebuff.in prax.benef.par.1. de reseru.nu.34. Gonzal.super reg.8. glos.52.num 4. Rota decis.570.num.2. par.1.& 190.num.6 par.2.recent.*

Et hæc vtraquè parte informante fuerunt resoluta coram R.P.D. meo Vbaldo, in cuius locum propter eius absentiam fui subrogatus.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Vineæ de Capocephalis.

Die Veneris 6. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Præscriptio obstat Domino, si vindicare intendat rem suam, & ea stante, cum bona fide, & legitimo titulo, non potest illius possessorem perturbare. Vxor, si vergente viro ad inopiam, accipiat aliqua bona d. viri pro sua dote, censetur ea accepisse pro satisfactione dotis, non autem in pignus, & hoc multò magis procedit, si accipiat ipsam dotem. Valor rerum, qualiter augeatur.

SVMMARIVM.

1 *Domino volenti vindicare rem suam, si ab alio, ea res fuerit legitimè præscripta, talis præscriptio ei obstat.*
2 *Dominus fundi, non potest molestare illius possessores si ad eorum fauorem stet legitima præscriptio, cum bona fide, & iusto titulo.*
3 *Testes, ad hoc vt probent possessionem, debent deponere de tempore dictæ possessionis.*
4 *Testes, si non concludant in suo dicto, non probant.*
5 *Vxor, si vergente marito ad inopiam, accipiat aliqua bona dicti mariti, censetur ea non in pignus accepisse, sed in satisfactionem sui crediti dotalis.*
6 *Vxor, si vergente marito ad inopiam, accipiat dotem suam, sine dubio censetur eam accepisse, vti rem suam, non autem tamquàm pignus.*
7 *Creditor, si bona hæreditaria debitoris retineat, pro debito adequante illorum valorem, facit fructus suos.*
8 *Valor rei acceptæ in solutum, debet æstimari secundum tempus, quo creditor eam accepit.*
9 *Valores rerum beneficio temporis augeri possunt.*
10 *Pretia rerum in dies variantur.*
11 *Valores rerum augentur ex melioramentis in eis factis.*
12 *Valor verus rerum ex locationibus non probatur.*

DECISIO XLVI.

NOn acquiescentibus Strinis duabus decisionibus pro manutentione in possessione Vineæ de qua agitur ad fauorem DD. de Capocephalis emanatis sub dieb is 26. Iunij 1629. * & 14. Ianuarij 1630. * & tertia vice causa super eisdem posita die 29. Maij eiusdem anni, non fuit capta resolutio, sed placuit DD. retento eodem dubio gustare de bono Iure, de quo hodie constare censuerunt ad effectum dictæ manutentionis. Quia hæc Vinea reperta fuit in hæreditate Alberici eorum patris cui in dotem fuerat data, & postmodum relicta in testamento ab Hortentia vxore, vnde cum habeant titulum hæreditarium, & ideò bona fide possederint per spatium longi temporis, nempè an-
1 norum 27. † Ista præscriptio obstat Strinis, *l. si Vinea, & l. super, & tot.tit. C.de præscrip.long. temp.* adeò vt non possint tanquàm hæredes ab intestato, Iacobi amplius mole-
2 stare Capocephalos possessores istius Vineæ, † stante supradicto cursu temporis, cum bona fide, & iusto titulo, vt expressè disponitur in *d.l.si Vinea.*

Non obstat, quòd prædicta Vinea fuerit possessa à Iacobo, quia vltra quod sufficeret pro responsione allegare, supradictam prescriptionem testes ad hoc probandum, per Stri-
3 nos examinati non deponunt † de quo tempore possederit d. Iacobus, licet enim dicant, eam fuisse possessam ab
4 eo, attamen depositio illorum non concludit † de tempore mortis, cum alij testes examinati per Iacobum paulò ante obitum deponant, quod esset pauperrimus, & nihil possideret præter dotem Hortentiæ vxoris, quæ dos consistebat in hac Vinea.

Vnde cum vergēte Iacobo viro ad inopiam, dicta Hortentia hanc Vineam acceperit, siue ante, siue post mortem
5 Iacobi censetur † illam accepisse in satisfactionem sui crediti dotalis, non autem in pignus. *Menoch.cons.201.nu.18.*
6 *& seq.Greg. XV. decis.194. num. 10.* vbi quod id multò † magis procedit fauore dotis, & multos alios cumulant, ibi Addent. *Grat.discep.422.num.13.& seqq.* vbi loquitur de
7 retentione bonorum † hæreditatis pro debito adequante illorum valorem. ad effectum faciendi fructus suos.

Non obstat, quod Vinea hodie sit maioris valoris, quam importet dos Hortentiæ, quia debet attendi tempus
8 † quo illam accepit insolutum, quod colligitur fuisse tempore mortis eius mariti, qui obijt decoctus anno 1592. nam
9 ab illo tempore vsquè † ad diem motæ litis, quo effluxerunt 28. circiter anni, potuit valor istius Vineæ augeri, vel benefi-
10 cio temporis cum pretia † rerum in dies varientur, *l. pretia rerum, §. vlt. ff. de leg. Falcid.l.3.§. diui, ff. de Iur. feud. Rot. decis.457.num.2. part. 2. recent.* vel quia fuerit à †

 pos-

Pauli Rubei. Decis.

possessoribus meliorata, & in omnem casum, cum ad probandum maiorem valorem non dentur, nisi Locationes,
12 intrat conclusio † quod verus rei valor ex locationibus non probatur. *Sarn. in reg. de valor. quæst. 11. Seraph decis. 1009. num. 1. Cassad. decis. 20. num. 2. super reg. Rot. decis. 98. numero 24. par. 2. recent.*

Et ita vtraquè &c.

* * Habentur istæ duæ decisiones infra prout in Indice posito in fine decisionum.

R. P. D. PIROVANO.

Ciuitatis Castelli Supplementi legitimæ.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Legitimæ titulus potest remoueri ex formali vsufructu filio à patre relicto, & per filium acceptato. Et an, & qualiter hoc casu sit facienda computatio &c.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ titulus potest remoueri ex formali vsufructu, per Testatorem filio relicto. & num. 2.*

3 *Fideicommissario, quis non potest impedire immissionem, si in eo deficiat fundamentum, idest titulus.*

4 *Vsusfructus, vt imputetur in legitimam non est habenda ratio ad quantitatem fructuum, per filium viuente patre, perceptorum.*

Sed est considerandum tempus post mortem patris. num. 6.

5 *Patri non licet assignare legitimam filio in fructibus.*

7 *Legitimæ consumptio in fructibus, stante sic præcepto testatoris indubitatè intrat per perceptionem fructuum spatio 27. annorum, cum minori spatio impleant sortem. num. 8. & 9.*

10 *Legitimæ substantia euacuatur spatio 20. annorum.*

11 *Legitima semel soluta, non potest valor extimatus ex futuro euentu variari, & non attenditur quid ex post facto sequatur. num. 12.*

13 *Instrumentum non in forma probanti exhibitum, non probat.*

14 *Instrumentum extractum ab Archiuio fidem meretur, & probat etiam lite pendente, & absquè solemnitate exemplatum.*

15 *Tempus quale sufficiat pro æquanda sorte, secundum dispositionem l. Hæreditatum. ff. ad l. Falcid.*

16 *Infans consensu caret.*

17 *Probationes inuicem se adminiculantur, & implentur, etiamsi aliquæ deficiant in aliquo.*

18 *Legitima, siue sit quota bonorum, siue etiam hæreditatis, semper vsusfructus formalis ratione temporis æquat sortem in quantitate debitam.*

19 *Hæreditaria corpora, si quis possederit, præsumptio est, quod omnes fructus perceperit.*

20 *Filius quando acceptat formalem vsumfructum loco legitimæ, cessat fructuum computatio, nec de illis habetur ratio, dum à lege compositio iam facta dicitur.*

21 *Filius, si loco legitimæ acceptauerit ius formalis vsusfructus, non tamen dicitur renunciaße legitimæ, quin possit ad illius supplementum, aut implementum agere.*

22 *Propterea in æstimando vsufructus, vel non est habenda ratio portionis fructuum legitimæ.*

23 *Vel ipsum ius vsusfructus formalis, & in hæreditate consistens tamquàm augens hæreditatem ad commodum eius sit imputandum.*

24 *Vsusfructus, si decrescat in quarta parte non sufficiunt 23. anni pro æquanda sorte, se augendi sunt respectiuè, & proportionabiliter ad annos 28.*

25 *Pater, si loco legitimæ reliquerit filio formalem vsumfructum, si filius hoc acceptauerit, cum desinat esse dominus legitimæ, non est habenda ratio de fructibus, & num. 30. & 31.*

Dominio cessante fructus deberi non possunt. n. 25.

26 *Fructus sequuntur dominum.*

27 *Legitimæ est semis, quando sunt plusquam quatuor filij, & fiunt tot partes de ea, quot sunt filij, num. 28. & vide num. 29.*

32 *Legitima, si implenda sit per vsumfructum, qui si deficiat cessat, & subiectum satisfactionis eiusdem legitimæ.*

33 *Fructus qua ratione pro tempore sufficienti à possessione rei fructiferæ percepti æquant sortem.*

34 *Ita eadem, præsupposito vsu rei etiam de sui natura non fructiferæ, non constito de valore reddituum excedente eamdem sortem æquare debebit.*

DECISIO XLVII.

QVOAD legitimam Beatricis, voluerunt Domini in separata disputatione, de illius releuantia videre, quo verò ad legitimam Iulij Senioris, censuerunt standum esse in decisis 23. Ianuarij * & 17. Maij 1630. * ex eiusdem rationibus in fundamentis, quia titulus legitimæ Iulij potuit
1 † remoueri ex formali vsufructu per Testatorem illa relicto iuxta terminos *decisionis Seraph. 1635. & coram bon. me. Patriarcha Manzanedo 11. Martij 1616. & 7. Maij* 1617. quæ in dubium non reuocantur, qui cum probetur consumptus siuè prætendatur habeñ. esse rationem ad certum euentum scilicet eiusdem Iulij obitum, de quo tempore iam per 27. annos gauisus fuerat materna hæreditate, siuè ad incertum per æstimationem superuenientiæ Iu-
2 liæ † post obitum matris, cum esset ætatis annorum 37. sequendo dispositionem, *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid.* sem-
3 per deficit titulus, fundamentum contradicentis † immissioni petitæ per fideicommissarium, *Bart. in l. final. num. 21. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 561.*

Non obstat quod ad effectum imputationis vsusfructus
4 in legitimam † non sit habeñ. ratio ad quantitatem fructuũ per Iulium eo superueniente per 27. annos perceptam,
5 quia hoc esset assignare legitimam † in fructibus, quod non licere patri dicebatur *per l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam. Crass. in §. legitima quæst. 15. Suar. in d. l. quoniam ampl. 3. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 49. num. 40. Seraph. d. decis. 1365. num. 24.* sed æstimari debeat de tem-
6 pore mortis testatoris omisso † futuro euentu, secundum dispositionem, *l. hæreditatum, ff. ad l. falcid. Seraph. ead. decis. 1365. num. 12. & sequent. Menoch. cons. 1079. nu. 22. Rota decis. 186. num. 5. coram Papa Gregor. XV. cum alijs allegatis.*

Quia decisio respondet ad vtrumque obiectum nam si
7 † sequenda est dispositio, *l. cum Titio, ff. ad l. Falcid.* nempè de tempore deductionis post mortem Iulij, & tunc
8 consumptio legitimæ † est indubitata ex perceptione fructuum

9 fructuum per 27. annos cum minori tempore † impleant sortem secundum *gloss. communem approbatam in Auth. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles.* si verò comparatio est attendenda de tempore mortis Angelæ debitricis legitimæ, & aditionis Iulij, & de hoc etiam tempore remanet consumpta legitima, cum tunc Iulius non excederet annum quadragesimum, & secundum rationem l. Hæreditatum
10 superessent viginti anni, † cum quibus euacuatur substantia legitimæ per eandem glosam, quæ ex multis compro-
11 batur per *Surd. consil.* 451. *num.* 39. & semel soluta † non potest valor æstimatus ex futuro euentu variari. *Ioã. Andr. ad Specul. in rubr. de vsur. Crauett. consil.* 194. *in fine, Surd. de alimentis tit.* 9. *quæst.* 45. *num.* 19. & 20. dicens hanc esse
12 quandam compositionem à lege factam, † ideò siuè crescat, siuè decrescat valor non attenditur quod ex post facto sequitur *Gabr. consil.* 168. *quæst.* 7. *num.* 98. *lib.* 1. *idem comprobans.*

Non obstat quod ætas Iulij Senioris de tempore aditæ
13 hæreditatis Angelæ sufficienter comprobetur † ex Instrumento deputationis curatorum præsente Angela in quo enunciatur Iulius maior annis 18. & minor annis 25. cum non sit in forma probant exhibitum.

Quia tanquàm extractum ab Archiuio fidem meretur,
14 † & probat etiam lite pendente, & absque solemnitate exemplatum, *Felin. in cap. cum P. Tabellio num.* 3. *de fide instrum. Rot. decis.* 27. *num.* 2. 581. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* & 640. *num.* 4. *coram bo. mem. Card. Caual.* & eò faciliùs ex tenore illius certificatur non excessisse annum trigesimum octauũ accedente Bulla sollicitationis litterarum Apostolicarum nouissimè producta in cuius admissione, & data sub die 11. Decembris 1540. enunciatur ætatis annorum quinquè, itaquè natus de anno 1535. adeundo hæreditatem Angelæ de anno 1573. necessario consequitur annum trigesimum
15 octauum non excessisse, quod tempus sufficere † pro æquanda sorte secũdum dispositionem l. Hæreditatum, iam firmatum fuit, nec dubitari potest de releuantia probatio-
16 nis ex narratiua istius Bullæ, quasi † emanauerit ab Infante consensu carente, *Surd. decis.* 100. *num.* 2. & *Rot. decis.* 638. *nu.* 6. *par.* 1. *rec.* quia obseruantia subsequuta dum Iulius obtinuit officium prædictum per annos triginta, & vltra, & ab eodem fuit resignatum de anno 1571. iuncta narratiua instrumenti deputationis Curatoris ad inuicem adminiculã-
17 tur † itaut probatio impleatur etiamsi respectiuè scripturæ ille in aliquo deficiant, *l. Instrumenta. C. de probat. Achill. decis.* 1. *de confess. Guidop. decis.* 44. *Rot. decis.* 375. *nu.* 2. *part.* 1. *diuers.*

Aetate autem firmata, non est opus ingredi alias disputationes scilicet ad quam summam ascendat valor legiti-
18 mæ Iulij: quia siuè erat quota † bonorum, siuè etiam hæreditatis semper vsusfructus formalis ratione temporis, æquat sortem in quantitate debitam, nec minus quærendum est, ad quam summam ascendant fructus per Iulium ex vsufructu percepti, quia dum possedit corpora hæreditaria,
19 † præsumptio est quod omnes fructus perceperit *Seraph. decis.* 1245. *num.* 6. & *in causa Macerateñ. Dotis* 24. *Ianuarij* 1618. *coram me,* nec demum agendum est de summa
20 fructuum ex ipsa legitima debita, quia per † acceptationẽ formalis vsufructus, ex aditione resultãtem cessat fructuum computatio, nec de illis habetur ratio, dum à lege compositio iam facta dicitur.

Non obstat quod & si Iulius acceptauerit ius formalis vsusfructus, non tantum renunciauerit legitimæ, quin
21 † possit ad illius implementum, aut supplementum agere, *Seraph. ead. decis.* 1365. *num.* 23. propterea, vel in æstiman-
22 do vsufructu non sit habenda † ratio portionis fructuum legitimæ, *Rip. in l. quartã, n.* 45. *ff. ad Treb. Pereg. de fideic. art.* 49. *num.* 53. vel ipsum ius vsusfructus formalis, & in hæ-
23 reditate consistens tamquàm † augens hæreditatem ad Cõmodum Lutij sit computandum prout fuit in hac causa resolutum 5. Iulij 1620. Vtroque autem casu, cum vsusfructus decrescat in parte non sufficere 23. annos pro æquanda sor-
24 te, sed augendos † respectiuè, & proportionabiliter ad annos vigintiocto.

Quia Domini existimantur de fructibus non esse habeñ
25 rationem, si quidem filius statim acceptato † vsufructu desinit esse Dominus legitimæ tamquam satisfactus secũdum ratam portionis illius, & eo, cessante fructus deberi nõ pos-
26 sunt, dum non habent Dominum † quem sequuntur, & nihilominus si adhuc essent computãdi, & ius vsusfructus formatum augeret hæreditatem, attamen quia Iulij portio in
27 semisse legitimæ erat sexta pars, tantum † cum essent sex filij Angelæ, & habuit vsumfructum alterius medietatis hæreditatis, ex hac medietate consequi debuisset tantummodò
28 sextam, & ad summã tertiam in cuius consumptione † sufficiebat fructus totius medietatis pro tempore septem annorum secundum regulam *glosæ supra allegatæ, in Auth. perpetua. C. de sacros. Eccles.*

Similiter neq; obstat, quod de eodem vsufructu sint de-
29 ducenda † bona alienata per Alexandrum filium Vincentii hæredem proprietarium ab eadem Angela institutum, & vlteriùs quantitas bonorum adiudicata Lutio filio Alphonsi alterius dictæ Angelæ filii pro supplemento legitimæ ipsi Alphonso debitæ, vna cum fructibus liquidatis à sententia bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Quia alienationes supradictæ non admittũt, & quatenus probentur ex eodem Instrumento poderis della Pugliana alienati, apparet reseruatus vsusfructus ad fauorem Iulij, adiudicatio verò bonorũ pro supplemento legitimæ Alphonsi non tangit interesse Iulij dum prætendit fructus legitimæ non esse computandos in ponenda ratione eiusdem, itaque Lutius de portione sui patris & bonorum, & fructus non cõ-
30 prehensa † in vsufructu formato fuit satisfactus non autem de vsufructu Iulio relicto spectãte ad alteram medietatem hæreditatis Angelæ ab ipsa legitima separandam.

Demum non obstat, quod vsusfructus sit liquidandus dẽ-
31 pto Palatio in Ciuitate Castelli nullius † fructus, aut redditus, quia decisio respondet portionem Palatii quoad fructus & redditus, quales illi sunt intrare æqualiter in diuisione ad constituendas partes æquales pro indiuiso, tam respectu legitimæ, quàm aliarum partium, itaut Iulius nullum senserit damnum in supputatione propter æqualem diminutionem vniuscuiusquè quotæ partis bonorum hæreditariorum.

Quæ responsio non tollitur ex vltima replicatione, quod scilicet non agatur de diuisione proprietatis respectiuè ad legitimam, sed de implenda legitima per vsumfructum,
32 qui si deficit, † cessat & subiectum satisfactionis legitimæ pro ea parte.

Quia non dubitatur quin Iulius Senior Palatium habitauerit, neq; certum est quanti tunc vendi potuerit Palatium,
33 vnde qua ratione fructus pro tempore sufficienti à † possessore rei fructiferæ percepti æquant sortem, secũdum ter-
34 minos allegatæ *Glos. Auth. perpetua,* eodem supposito † vsu rei etiam de sui natura non fructiferæ non constito de valore redditũum excedente eandem sortem legitimæ, æquare debebit.

Et ita &c.

* Habentur istæ duæ Decisiones supra par. 5. recent. & sunt decis. 340. & 376.

¶ Et infra in eadem causa adest alia decisio sub die Veneris 30. Aprilis 1632. coram eodem R. P. D. Pirouano.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Hæreditatis.

Die Veneris 13. *Iunij* 1631.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem bonorũ hæreditariorum defuncti ab intestato, danda est eius proximiori, & ei competit interdictũ, Quorum bonorum, contra eum, qui

pro hærede vel pro possessore possidet. Matertera succedit eius nepoti defuncto ab intestato exclusis consobrinis.

SVMMARIVM.

1 *Testes, quando plenè probent.*

2 *Ex Testibus examinatis ante litem contestatam potest desumi magnum adminiculum.*

3 *Matertera est in tertio gradu, consobrinus vero in quarto.*

4 *Defuncto ab intestato eius proximior habet ius succedendi.*

5 *Et competit ei interdictum, quorum bonorum contra alios, qui non sunt hæredes.*

6 *Interdictum, quorum bonorum, competit hæredi contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet.*

7 *Testes producens solum videtur eius personas approbare, non vero eorum dictum.*

8 *Ex Vsu, quis censetur dicta testium comprobasse.*

9 *Testium dicta contra producentem probant, stante eius approbatione.*

10 *Iudicium factum contra quoscumque omnibus interesse habentibus potest nocere, & prodesse.*

11 *Testes non probant mortem alicuius, si deponant de eius credulitate, & hoc maximè si detur fides in contrarium.*

12 *Personæ identitas ex quibus benè remaneat probata.*

13 *Proximiorem alicui non sufficit, vt quis probet ad hoc vt ipse defuncto ab intestato succedat, cum vlterius requiratur, vt probet se esse legitimum. & quid ad hoc sufficiat, num. 14.*

15 *De hæreditate coniuncti ex latere materno quando agitur, tunc exceptio illegitimitatis non releuat.*

17 *Repræsentationis ius inter collaterales dumtaxat habet locum, quando agitur de successione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi.*

18 *Repræsentationis ius inter collaterales non egreditur gradum fratrum & sororum.*

19 *Filius succedit loco patris defuncti tantùm, quando agitur de successione Aui, vel Patrui. non autem si agatur de successione alterius transuersalis.*

20 *Repræsentatio non datur, quando minimè agitur de successione patrui, qui est in tertio gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in quarto gradu.*

21 *Matertera præferenda est in successione nepoti ab intestato defuncti, cum sit prior in gradu filijs aliarum materterarum inferioris gradus.*

DECISIO XLVIII.

FVIT per DD. resolutum Iuliæ Bifolchæ esse dandam immissionem in possessionē hæreditatis Io. Iacobi Mattonei ab intestato defuncti; Quia ex testibus examinatis à Iuliano, & litis consortibus coram A. C. ad effectum probandi suam proximitatem cum Io. Iacobo apparet ipsam Iuliam, Liuiam, Margaritam, & Dianam fuisse sorores germanas, & ex Liuia natum fuisse Io. Iacobum, de cuius hæreditate agitur, qui plenè probant, cum fuerint inducti,
1 † & examinati ad instantiam Iuliani, & litis consortum, *can. si quis testib. 4. quæst. 3. l. si quis testib. C. de testib. Aym. cons. 73, num. 4.* & tantò magis probant, quia adminiculantur ex depositionibus aliorum testium, qui licet ante litem
2 contestatam fuerint examinati, † ex eis tamen desumitur magnum adminiculum, *Rot. decis. 113. n. 1. & 661. num. 1. par. 2. recent.* atquè ita cum Iulia matertera sit proximior,
3 quàm Iulianus, & consortes consobrini, cum † matertera sit in tertio gradu, consobrini verò in quarto, *l. 1. §. 3. & §. 4.*
4 *gradu. ff. de gradib. affinit.* Ipsa habet ius † succedendi ab intestato *ex text. in l. 2. §. hæredibus ff. de suis, & legit. hæred. l. Iurisconsultus. ff. de gradib. affin. l. 1. §. proximus, ff. vndè cognat. §. 1. instit. de legit. agnat. success.* & competit
5 ei interdictum, quorum bonorum, contra † Iulianum, & alios, cum non sint hæredes Iacobi, & tamen tanquàm hæredes dictam hæreditatem possideant vigore mandati
6 relaxati ab A. C. quia competit † contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, *l. 1. ff. & C. quor. bonor. vbi gloss. Bart. & Doct. Menoch. de adipisc. possess. rem. 2.*

Non obstat, quod producens testes solùm videatur eius
7 personas approbare, † non verò eius dictum, quia procedit ad effectum, vt possit producens dictum impugnare, & probare contrarium, sed in hoc casu, cum Iulianus, & alij nedum induxerint, & examinari fecerint, sed vlterius illis
8 vtendo eorum † vigore immissionem in possessionem, in qua existunt obtinuerint, ex hoc vsu censentur etiam dicta testium comprobasse, *Rota decis. 39. de procur. in nou. Surd. decis. 299. num. 7. & 229. num. 6. Rota in Bonon. fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. coram Reuerendiss.*
9 *D. Decano*, & sic contra producentem † probant *Honded. cons. 84. num. 50. & seqq. lib. 2. Farinac. de testib. quæst. 62. num. 243. Rota in Bonon. Tutelæ 1. Iunij 1615. coram Eminentiss. Card. Verospio. Addent. ad san. mem. Greg. XV. decis. 215. num. 9.* Et quàmuis in illo iudicio esset absens, cum
10 tamen iudicium † illud fieret contra quoscumquè, omnibus interesse habentibus potuit prodesse, & nocere, *l. ad edictum. ff. de iudic.* nec subsistit quod concludant Iuliam
11 esse mortuam, quia ijdem † testes dicunt solum de credulitate, vt primus, & tertius testis, & hæc eorum credulitas satis redarguitur minus vera per fidem superuiuentiæ, &
12 alios testes examinatos ante motam litem, qui † benè concludunt identitatem personæ ipsius Iuliæ, cum illam dicant esse sororem Liuiæ, ac filiam Pieriæ, & Leonardi de Spichis, & nuptam Cherubino de Bifulcis, sicut etiam deponunt testes examinati per Iulianum, & alios.

Non obstat quod Iuliæ non sufficiat probare se esse so-
13 rorem † Liuiæ Io. Iacobi, sed vlterius requiratur, vt probet se esse legitimam, *Dec cons. 471. num. 2. Soccin. cons. 39. num. 1. lib. 1. Rol. cons. 3. num. 4. & seqq. lib. 1.* Quia cum supradicti testes pariformiter deponant de Diana, & Margarita matribus Iuliani, & aliorum, easdemq; sorores natas ex eisdem parentibus, ea omnia concurrunt ipsi Iuliæ sorori, & sic vel omnes sunt legitimæ, vel omnes naturales,
14 † & propterea sufficit eadem præsumpta legitimitas, tàm in vna, quàm in alijs, sed cum dependentia vtriusquè partis
15 proueniat ex linea materna, & agatur de hæreditate † cōiuncti ex latere materno, exceptio illegitimitatis non releuat, *l. hac parte. & l. si spurius. & l. Modestinus, ff. vnde cognat. Alex. cons. 174. ad fin. vol. 5. Crauett. cons. 138. col. 2. Capra. cons. 136. in fin. Peregr. de iur. fisc. tit. 18. num. 25.*

Non obstat, quod ex Diana extet Iulianus, & ex Margarita Laurentius, & Franciscus, qui vigore repræsentationis
16 † prætendunt hæreditatem insimul cum matertera, *auth. cessante. auth. post fratres. C. de legit. hæred.* quia priuilegium repræsentationis inter collaterales dumtaxat habet
17 locum, † quando agitur de successione patrui, & propterea non debet ad alios gradus extendi, *l. iubemus. C. ad Senat. consult. Trebell. Bart. in l. liberorum la seconda. num. 6. vers. vbicumquè ff. de verb. signif. Rota in Romana Iuris succedendi. 10. Aprilis 1592. coram Card. Blanchetto*, nec
18 egreditur gradum † fratrum, & sororum, est *Text. in dict. auth. cessante, C. de legit. hæred. auth. post fratres. la seconda. vbi Bart. & Salycet. eod. tit. Guttier. lib. 3. practicabil quæst. 166. num. 2. Mantic de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 9. num. 4.*

Ita quod filius succedit loco patris prædefuncti tantum,
19 † quando agitur de successione Aui, vel Patrui, non autem si agatur de successione alterius transuersalis, vnde cum
20 non agatur † de successione patrui, qui est in tertio gradu, sed de succedendo consobrino, qui est in quarto, & ad quem gradum repræsentatio non datur; in successione Io. Iacobi ab intestato defuncti, præferenda est Iulia matertera

prior

11 prior in gradu filijs † aliarum materterarum inferioris gradus, *l. aunculo. C. communia, de successsion. vbi Bar. l. 2. C. de successor. edict. Io. Andr. in addit. ad Specul. de succes. ab intest. §. 1. in verb. vocantur, vers. sed fuit alia quæstio. Ruin. consil. 169. num. 7. lib. 2.*

Et ita vtraquè parte informante, fuit conclusum &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Dotis de Paluzzis.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Dotes mulieribus, quando sunt constituendæ, quid sit inspiciendum. Remedium Auth. res, quæ. C. comm. de legat. est in totum subsidiarium.

SVMMARIVM.

1 *Dos, antea quàm possit detrahi ex bonis fideicommisso subiectis, quid sit inspiciendum.*
2 *Mulieribus, quando est constituenda dos, inspiciendum est, quid cum Mulieribus de eadem familia obseruatum est.*
3 *Dos quando constituitur mulieri, spectandum est, quid fuit datum personis similium familiarum, illius Vrbis.*
4 *Fratres germani, siue patrui secundum statutum Vrb. cap. 145. lib. 1. tenentur dotare sorores, vel neptes de Paragio.*
5 *Legitima debetur filiæ in bonis maternis.*
6 *Tutor contrahendo nomine, & pecunijs pupilli, ipsi pupillo acquirit.*
7 *Remedium Auth. res quæ. C. comm. de leg. est subsidiarium, quatenus scilicet mulier non reperiatur dotata.*
8 *Quod procedit etiam si fideicommittens expresè iussisset, dotari descendentes de bonis ipsius fideicommissi, & num. 9.*
10 *Fœminæ cum bonis datis transeunt in alienas familias.*
11 *Bona fideicommissaria non sunt tota exhaurienda in dotibus, contra expressam mentem fideicommittentis.*
12 *Dictionis, similiter, natura est, vt denotet casuum æqualitatem.*
13 *Laudum debet esse conforme compromisso.*
14 *Quæ per modum rationis deducuntur ea minimè disponunt.*
15 *Dictio, similiter, posita post copulam, & nullam magis congruam expositionem recipere potest, quàm iuxta casum præcedentem, vel eum, de quo principaliter agitur.*

DECISIO XLIX.

IN disputatione dubii, An Domina Hieronyma esset dotanda in bonis fideicommisso subiectis, fuit die 14. Ianuarij anni 1628. * coram Eminentissimo D. Cardinali Virili tunc Rotæ Auditore capta resolutio, quod illius dos detrahi posset ex fideicommisso Angeli Senioris Proaui etiam conuentionali, & simul reseruatum, vt particulariter videretur, An d. Hieronyma aliunde haberet, vnde posset dotari, quod prædictæ resolutioni obstaret.

Et primò sub die 24. Ianuarij anni sequentis coram eodem D. Cardinali Virili, & deinde coram me in eius locum subrogato die 7. Iunij anni præteriti fuit firmatum, quod in constituenda huiusmodi dote habenda esset ratio
1 legitimæ ipsi mulieri debitæ in bonis matris, † antequàm ea dos posset prætendi ex fideicommisso iuxta dispositionem *Auth. Res quæ. C. Commun. de legat.*

Hodie verò in prosecutione eiusdem disputationis Domini dixerunt, dotem prædictam esse taxandam scuta quatuordecim millia, computatis in ea summa tàm d. legitima debita in bonis matris, quæ est scutorum quinquè millium, quàm etiam censu duorum millium, & centum scutorum empto ex pecunijs redactis ex parte legitimæ debitæ Auo ipsius paterno. De alijs vero reseruarunt, vt particulariter videretur.

Huius autem resolutionis fundamentum in eo consistit, quod ex laudo bo. me. Cardinalis Lancellotti constat, Martiam Hieronymæ Amitam in eadem summa fuisse dota-
2 tam, & in constituenda † dote de præsenti inspiciendum esse, quid cùm Mulieribus de eadem familia obseruatum fuerit, tradit *Menoch. cons. 293. num. 7. Thesaur. decis. Pedemont. 192. num. 1. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 166. & facit decis. Greg. XV. 63.* de simili dote quatuordecim millium scutorum per Lelium de Maximis nobilem Romanum constituta filiæ nuptæ in sæculo, vnde probatur etiã
3 consuetudo assignandi † dotem in d. quantitate inter personas similium familiarum Vrbis, quod obseruauit *Menoch. in cons. 251. num. 10.* Et congruit dispositio statuti, *sub cap.*
4 *145. lib. 1.* vbi habetur quod frater germanus, siue † Patruus sit paratus dotare sororem, vel neptem de Paragio, secundum conditionem illorum de domo sua.

In hac verò summa computari debent, vt supra quinquè
5 millia pro legitima † in bonis matris Hieronymæ debita, de cuius separatione à reliquis bonis constat *ex dec. bo. me. Card. Caualerij 341.* ac propterea computandus est census in sorte scutorum duorum millium, & centum, emptus per tutricem de pecunijs, vt supra, redactis ex parte legitimæ debitæ Auo paterno ipsius Hieronymæ, & per DD. de
6 Palutijs super proprijs bonis in † personam eiusdem pupillæ eorum neptis impositus, cui propterea fuit acquisitus, *l. 1. §. per procuratorem, & ibi glos. ff. de acquir. poss. l. quoties, & ibi etiam glos. in verb. suo nomine, ff de admin. tut. Rota post Modern. de Cens. decis. 172. num. 3.* in qua allegatur alia decisio in terminis acquisitionis factæ in *Veneta Census, 3. Decemb. 1610. coram bo. me. Card. Marcomontio.*
7 Cùm itaquè remedium † dictæ auth. res quæ sit subsidiarum, quatenus mulier aliunde non reperiatur dotata, vt ibi *not. Ias. num. 27. & Corn. sub num. 21. C. comm. de legat.* manifestum est respectus præmissorum cessare illius dispositionem, ad *trad. per eund. Ias. in cons. 231. num. 12. lib. 2. Paris. in cons. 63. in fin. etiam lib. 2. Roland.* qui testatur de communi *in cons. 85. num. 9. lib. 1. Rot. decis. 737. n. 1. par. 1. diuers. & decis. 66. num. 3. par. 1. recent. & coram Greg. XV. decis. 543. num. 2. vbi Add. num. 4. cum seqq. probat d. auth.*
8 habere locum, etiamsi fideicommittens expresè iussisset † fœminas dotari de bonis ipsius fideicommissi, ita vt dispositio semper intelligatur, quatenus aliunde dotari nequeant, & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Maluetijs *31. Martij 1628. coram prædicto D. Card. Virili.*

Non obstat, quod in testamento dicti Proaui fideicommittentis post præcedentem institutionem in omnibus suis bonis cùm vocatione masculorum descendentium, interiecta sint illa verba, videlicet exclusis omnino fœminis, quas earum dotibus iuxta suam conditionem contentas esse debere voluit, & mandauit, quibus verbis per copulam, & immediatè subnectuntur alia huius tenoris, & quod bona sua stabilia in infinitum transeat de descendente in descendentes masculos, vnde arguitur interiectam locutionem de dotibus debere recipere declarationem à prędictis verbis prę-
9 cedentibus, & subsequentibus, † quod videlicet intelligatur de dotibus extrahendis à bonis suis, ad *not. per Bald. in l. quæritur num. 3 ff. de stat. hom.* Quia immò ex dd. verbis subsequentibus apparet, quod dictus testator disposuerit contrarium, quod nempè bona sua stabilia perpetuò debeant remanere in familia, & cùm tali dispositioni repugnet, quod ea dentur in dotem fœminis, quæ

10 † cùm bonis datis in familias transeunt alienas, *l. familia, § fœminarum, ff. de verb. signif. Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 9. num. 195.* ideo ne in eadem dispositione contineatur contrarietas, & sequatur destructio fideicommissi, quæ admisso dicto intellectu, euitari non possent, dicta testatoris dispositio in eo sensu capienda est, vt non nisi in subsidium ex bonis fideicommisso subiectis, dotes extra-
11 hantur, cùm alias huiusmodi bona tempore procedente † in dotibus proculdubio exhaurirentur contra expressam fideicommittentis voluntatem, vt in simili casu considerauit Rota coram *Card. Seraph. decis. 440. num. 4. & not. Fusar. de substit. d. q. 131. num. 129. vers. ratio huius opinionis.*

Minus obstat laudum alias per D. Marchionem Paulutium Patruum Hieronymæ acceptatum, in quo bo. mem. Cardinalis Lancellottus pluribus consideratis, & attenta existentia ipsius Hieronymæ tunc temporis minimè nubilis, sed procedentibus annis similiter dotandæ, arbitratus fuit, dotem congruam Martię sororis in supradictam quantitatem esse detrahēdam ex bonis subiectis prædicto fideicommisso, vnde pro parte filiorum, & hæredum eiusdem Hieronymæ hodie infertur, quod ipsis eo nomine debeatur similis dos in eisdem bonis, quemadmodùm prædictæ Martiæ fuit constituta, propter verba laudi, quæ ita se ha-
12 bent, *douerà similmente esser dotata*, cùm huius † dictionis, similiter, natura sit, vt denotet casuum æqualitatem, *§. hunc autem nobis, Auth. de Monach. §. venient. Auth. de Nupt. Alber. in verb. similiter.*

Nam obiectum facile tollitur ex ipsa lectura laudi, vbi Cardinalis compromissarius post plura, ad quæ habuit considerationem, subiungit. *Et hauendo anco pensato, che v'è vna figlia d'Angelo Iuniore, quale quando sarà d'età douera similmente esser' dotata.* quibus attentis taxauit dotem solius Martiæ, non autem Hieronymæ, cùm illius
13 dotatio non esset compræhensa in compromisso, † cui Laudum conforme esse debet. *Menoch. cons. 123. num. 43.* neque in ipso Laudo de ea fuerit cogitatum, nisi per modum rationis inductiuæ, ad ita taxandum quantitatem dotis dictæ Martiæ, tunc aliunde non habentis, vnde iuxta suā, & sponsi conditionem congruè dotari posset, quæ enim
14 † per modū rationis deducuntur, ea minimè disponunt, vt dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Turri, 15. Martij 1627. coram R.P.D. meo Merlino.* Dictio verò similiter, post copulam, nullam magis congruam recipere potest ex-
15 positionem, quam iuxta † casum præcedentem, vel eum, de quo principaliter agitur, ita, vt intelligatur de dotatione Hieronymæ aliundè non habentis, quemadmodum tunc temporis Martia non habebat, *l. 1. § sed & si quis, il primo & ibi glos. in verb. similiter, C. de latin. libert. toll.* attento maximè, quod dictus Cardinalis verisimiliter non potuerit cogitare de superuenienti acquisitione hæreditatis maternæ, ante ipsius Hieronymæ nuptias, *ad tradit. per Dec. in cons. 646. num. 3.*

Et ita vtraquè parte Informante fuit decisum, &c.

* Est decisio 128. supra part. 5. recent. & alia est decisio 239. eadem part. 5.

R. P. D. QVEIPO.

Taruisina Feudi.

Die Veneris 13. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Feudum, quando quis obtinuit ex gratia, seu causa lucratiua, tunc ipse non potest præiudicare vocatis, licet secus esset dicendum, si deriuaret ex causa onerosa, & quando non dicatur acquisitum, ex causa onerosa, & quid si sit concessum ex causa meritorum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non apertum, & ex gratia concessum primus inuestitus non potest reuocare in præiudicium vocatorum.*

Cum non ab ipso, sed à Domino inuestiente ius succedendi consequantur.

2 *Feudum, si sit concessum ex causa onerosa, tunc primo inuestito licitum, est præiudicare vocatis.*

3 *Feudum dicitur concessum ex causa lucratiua, si appareat, in recompensationem, pecuniam, nequè datam, nequè promissam, nec conuentam fuisse, cum sit necessaria, ad hoc vt dicatur ex causa onerosa acquisitum.*

4 *Donatio facta ex causa onerosa dicitur, si ob benemerita dicatur facta.*

5 *Donatio omnis ob merita, & seruitia facta, connumeratur inter titulos onerosos.*

6 *Donatio remuneratoria, quatenus seruitiorum æstimationem excedat, simplex, & libera donatio dicitur.*

7 *Donatio absquè alia probatione, dicitur remuneratoria, si in ea merita specificè, & expresè referantur.*

8 *Præterquàm vbi incapacitas in donatario, vel donante reperitur, & legis fraus præsumatur.*

9 *Donatio, vt dicatur ex causa onerosa, & non gratuita, & ex mera liberalitate donantis, ob generalem meritorum expressionem, est necessaria eorum probatio.*

10 *Inuestituram ex causa lucratiua acquisitam, primus acquirens non potest alterare in præiudicium vocatorum.*

11 *In Feudo mixto hæres primi inuestiti alienantis, alienationem reuocare non potest, & quando id non procedat, num. 12.*

12 *Alienationi feudi, qui tantum consensit, non tenetur de euictione, nec ipse, nec eius hæredes, num. 13.*

DECISIO L.

CVM pro Masculis instaretur Guercium seniorem primam Inuestituram ad eorum fauorem factam anno 1259. mutare noluisse, nec potuisse, dubium proposui. An constaret de tali alteratione Inuestituræ, anno 1297. quam potuerit facere Guercius senior, & Domini responderunt Inuestituram, de qua in dubio non fuisse alteratam, cum præsupposito, quod Vbertus, & Guercius sint nepotes Guercij senioris ex filio, de quo ordinarūt particulariter videri, quæ resolutio fundata est in communi Doct. senten-
1 tia, quæ docet primum Inuestitum † feudum non apertum, & ex gratia concessum reuocari non posse in præiudicium vocatorum, cum non ab ipso, sed à Domino Inuestiente Ius succedendi consequatur, secundum *Text. in l. cum quidam. 24. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. l. quoties, C. de donat. quæ sub modo,* secus autem si ex causa onero-
2 sa feudum concessum extitisset † quod reuocare primo Inuestito liceret. secundum *text. in l. 3. ff. de ser. ex por. & ait Bart. in l. qui Roma, §. flauius, in fin. ff. de verb. oblig. & tradit Bald. in l. 1. in fin. Cod. per quas person. nob. acquir.* quem sequuntur *Aretin. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, in fin. ff. de leg. 1. Crot. in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 68. ff. de verb. oblig. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 98. ver. hoc autem, C. de bon. mater. Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteusis, quæst. 3.* & cum pluribus relatis, *Surd. cons.*

consil.303.num.36.& decis.290.num.2.& Mant.var.lib.1.
cap.74. num.2. & pluries à Rota decisum fuisse tradit *Gra-*
tian. discept. forens. c. 405. nu.1. Adden.ad Ludouis.decis.
520.num.23. Seraphin. decis.559. num.19. Rota decis. 435.
num.13.par.1.recent.

In feudo autem de quo agitur, Inuestituram Guercio
seniori factam est causa lucratiua fuisse ex eo apparere
videtur, quod in compensationem pecuniam neque da-
tam, neque promissam, nec conuentam fuisse non contro-
3 uertitur; fuisse autem † necessarium, vt Inuestitura ex causa
onerosa facta dicetur, tradunt DD. supra relati, & ex te-
nore Inuestituræ apparet ob benemerita dumtaxat fuisse
concessum.

Et quàmuis eam donationem dumtaxat ob benemerita
4 factam ex causa onerosa appellandam esse, † quæ fit ob
merita ius, & obligationem efficacem tribuentia conten-
dat, *Pinell in d.l.1.3.par.num.60. C.de bon.mater. Marti-*
nez in l.3.glo.6.num.3.lib.5 receptorum; Communis tamen
sententia docet omnem donationem ob merita, & seruitia
5 factã † connumerari inter titulos onerosos, secundum *text.*
expressum in *leg. Aquilius Regulus, ibi, defendi non meram*
donationem esse verum officium Magistri, quadam mer-
cede remuneratur ff.de donat.l.sed etsi leges, §.consuluit, ff.
de petit.hæred.l.si verò non remunerandi, ff.mandati, l.quod
autem, §.si vir ff de donat. inter vir. & vxor. cap. per tuas,
de donat. vbi docet *Abb. Tiraquell. in leg. si vnquàm, verb.*
donatione largitus ex num.16. C.de reuoc. donat. Couar. in
cap.cum in officijs num.9.de testamen. Menoch. de præsum-
ptio.lib.4.quæst.167.ex num.31. Iul.Clar. lib.5. receptarum
sentent.§. donations, quæst.3. in princip. & latè prosequitur
Ioann.Garz. in tract.de donat. remuner. ex num. 5. Rota
apud Ces.de Graff.decis.2 num.18 de donat. Mant. de con-
tract.lib.13.tit.15.num.16. Sanchez de matrim.lib.6.disp.
6 *6. num.2.* licet donatio † remuneratoria quatenus seruitio-
rum æstimationem excedit, simplex, & libera donatio di-
catur, secundum *textum in cap.relatum, il secondo, ibi iux-*
ta seruitij meritum, de testam.latè Tiraquell.vbi supra
ex num.79. Ioann Lupus in regula de donat. §.32. numer.9.
Ioan.Garz. in dicto tract. de donat. remuner.num.51. An-
gul.de meliorationibus in l.12.glos.1. num. 19. Et quando
merita specificè, & expressè referuntur alia probatione
7 opus non esse, † vt donatio dicatur remuneratoria com-
muniter receptum esse tradit cum pluribus relatis *Io. Gar.*
de nob.glo.2.num.18. præterquàm vbi incapacitas in dona-
8 tario, † vel donante reperitur, & legis fraus præsumitur se-
cundum *text. in l.qui testamentum, ff.de probat.l.cum quis,*
§.Titia, ff. de leg.3.l. fin. ff. de exercitor.act.l.si forte, & ibi
Bart.num.5.ff. de Castrens. pecul. Garz. in dict. glos.2.num.
17. in fin. & cum pluribus &c. Menoch.de arb.lib.2. q.136.
Mant.de contract.lib.13.tit.15.num.39.& 41.

Quando verò generalis meritorum mentio dumtaxat à
donante facta reperitur, eorum probationem esse necessa-
9 riam, vt donatio dicatur † ex causa onerosa, & non gratui-
ta, & ex mera liberalitate, profecta tradunt *Angel.in l.si do-*
natione, num.1.C.de collat. Dec.consil.336. num. 10. Masc.
de probat. conclus.560. num.1. latè prosequitur *Tiraquell.*
vbi supra num.85. Mantic.d.tit.15.num.43. Io.Garz in di-
cta glos.2. num.17. & in inuestitura Guercio seniori facta
anno 1259. speciali meritorum relatio non extat, neque
10 eorum probatio apparet. † Ideo eidem extantibus filiis, &
descendentibus masculis inuestituram alterari in eorum
præiudicium non licuit.

Vltra quòd considerabant Domini, quod etiam si di-
ctus Guercius secundam inuestituram petijsset, & manda-
tum dedisset ad illam petendam, quod non firmarunt Do-
mini, cum ipse de anno 1308. receperit nouam inuestitu-
ram iuxta formam, & tenorem primæ, hinc apparet noluis-
se alterare per secundam, primam inuestituram in præiudi-
cium comprehensorum in ea.

11 Nec facit, quod in feudo mixto hæres primi † inuestiti
alienantis alienationem reuocare non possit iuxta regulam
textus in l.cum à matre, C.de rei vendicat. & in specie post
Bald. tradit *Pinell in d.l.1.par.3.num.81. Molin. de primog.*
lib.4.cap.1.num.25. Rota coram Ludouisio decis.418.ex nu.
5. & ibi latè *Add.* cum prædicta Doctrina nitatur in regula
textus in l.vindicantem, ff. de euiction. Ideò non procedit
12 in hærede illius † qui alienationi tantum consensit, cum de
euictione non teneatur, vt tradit *Bald. in l.1.§.hoc quoquè*
num.20.ff.de successione feud. Fulgos. & Ias.in l. quoties, C.
de fideicomm. Pinell. vbi supra num.83. versic. limitatur,
lib.6. Tiraquell.de retract.lignag.§.1.glos.9.num.54. & 55.
Surd.consil.105.num.40. Fusar.de substit. quæst.557.num.
28. & quia in casu præsenti Guercius senior feudum non
alienauit, sed nouæ inuestituræ dumtaxat prætenditur præ-
stitisse assensum de euictione neque in eo, neque in eius
hæredibus non datur vlla obligatio, nec factum consentien-
13 tis impugnare dicuntur hæredes, & ideo neque † obstacu-
lum agendi ex proprio iure ad feudum ex prima inuestitu-
ra illis delatum iuxta regulam *textus in l fin. C. de euict.* &
alios supra relatos.

Et ita vtraque parte informante.

¶ In eadem causa habetur supra alia decisio, quæ in ordi-
ne est 18. in hac eadem parte, & infra, etiam altera ad-
est sub die Veneris 5. Martij 1632. coram eodem R.P.D.
Queipo.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Bononien. Fideicommissi de Manzolis.

Die Lunæ 16. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Filiatio, qualiter sufficienter probetur, in contractibus minorum, quando non requirantur solemnitates necessariæ. De contractus nullitate, quis possit dare.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio sufficienter probatur ex actu nominationis filij, cum institutione hæredis.*
2 *In Codicillis, quando confirmatur testamentum, tunc illorum vigore, non censetur recessum, nisi in sola parte alterata, & confirmata.*
3 *In contractibus minorum solemnitates necessariæ, quando sunt eis vtiles contractus.*
4 *De contractus nullitate, ille solus potest dare, ad cuius fauorem contractus est nullus.*
5 *Scriptura, perinde est, ac si non adesset, quando nullam fidem facit.*
6 *Consequens qui vult, necessario videtur velle antecedens.*
7 *Approbatum semel, amplius non potest reprobari.*
8 *Breue vtens in iudicio, non potest illud impugnare, quãuis eius nomine impetratum non sit.*
9 *In legitimatione filiorum naturalium, quando non sit necessaria citatio eorum, de quorum interesse agitur.*
10 *Res inter alios acta, non nocet tertio.*
11 *Filio adoptiuo debetur legitima in bonis patris adoptiui.*
12 *Vsusfructus legatus imputatur in legitimam, non autem imputantur fructus.*
13 *Fructus bonorum hæreditariorum spectant ad hæredem.*
14 *Legitima est certa ratione loci, & quotæ.*
15 *Immissio non impeditur fideicommissario ob detractionẽ legitimæ, vel Trebellianicæ, cum sint certæ ratione loci, & quotæ, alias secus.*

DECISIO LI.

DOmini persistentes in resolutis coram me sub die 15. Martij superioris anni * censuerunt immissionem concessam Marchioni Francisco in prædio del Gatto, & in possessionibus della Mezzolara, & della Palazzina di Sã Martino non sustineri, quia cum bona ista sint subiecta fideicommisso Comitis Georgij senioris, non autem Comit. Georgij iun. circa illa nihil habet agere Marchio Fracĩscus, sed spectant ad Comitem Alexandrum, cui etiam in omnẽ euentum competunt detractiones, placuerunt enim fundamenta dictæ decisionis, contra; quæ nihil quod releuaret fuit oppositum.

Non obstant enim ea, quæ contra descendentiam, fideicommissum, & identitatem, ac denique contra detractiones opponebantur; Nam quantùm attinet ad descendentiam, cum illa fuerit pluries per Marchionem Franciscum confessata, & nunquàm controuersa, & res etiam sit satis notoria, absurdum videbatur, quod hodie per Agentes ipsius Marchionis fuerit negata.

Maximè cum manifestè etiam iustificetur, ex duabus resolutionibus factis coram R. P. D. meo Pirouano sub die 10. Ianuarij 1620. & 21. Februarij 1622. In quibus fuit firmatum Comitem Georgium Iuniorem esse filium q. Comit. Melchioris, ac Vlixem patrem Com. Alexandri natum extitisse ex dicto Georgio, prout etiam ex eo, quod ex testamento Georgij senioris fideicommittẽtis apparet idem Melchior nominatus eius filius, & hæres; Vnde multo magis nulla cadere potest dubitatio circa huius descendentiæ probationem, quoniam ex huiusmodi actu nominationis
1 † cum institutione hæredis sufficienter filiatio probetur, *Bald. in cap. per tuas num. 5.* & ibi etiam *Aretin. num. 23. & Felin. num. 17. de probat. Rot. in recent. decis. 347. sub num. 2. par. 1. & coram fel. record. Gregor. XV. decis. 349. nu. 5. cum seqq.* & ibi etiam *Adden. num. 8.* Et cessat pariter difficultas ex altera resolutione coram bon. mem. Remboldo sub die 20. Februarij 1620. emanata, in qua ad instantiam Marchionis Francisci fuit etiam conclusum Isottam eius auiam paternam fuisse filiam dicti Com. Georgij Iun. & vltimam ex linea dicti Georgij senioris fideicommittentis.

Quantùm attinet ad fideicommissum non fuit reuocatum, vt prætenditur ex Codicillis, quia in eis non legitur reuocatio fideicommissi, sed mutatio dispositionis in rata, & in personis honoratis, à quibus habuit cessionem Com. Vlixses, cuius est solus hæres Com. Alexander, & ideò vigore dicti fideicommissi nihil potest prætendere Marchio Franciscus.

2 Et conclusio est indubitata, quod dum in † Codicillis confirmatur testamentum, tunc illorum vigore non censetur recessum, nisi in sola parte alterata, & confirmata, *l. alumnæ, §. qui filias, & ibi Bart. ff. de adimend. legat. Capr. consil. 3. num. 28. Paris. consil. 108. num. 27. lib. 3. Rol. cons. 31. num. 23. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 16. sub num. 4. Rota coram bon. mem. Cardinali Caualerio decis. 41. nu. 9. & in Amerina bonorum 18. Aprilis 1616. coram bo. mem. Buratto.*

Neque obstat, quod fideicommissarij non cesserunt Iura sua Com. Vlixsi, sed Comitissæ Isottæ matri, quia postmodum Comitissa Isotta cessit ad fauorem Com. Vlixsis filij præsente Com. Alexandro seniore eius viro, de cuius cessionis validitate non potest dubitari, licet Com. Vlixses esset filius familias, & se obligauerit releuare indemnem Isottam matrem pro quantitate fideicommissariis cedentibus soluta cum nihilominus satis sit, quod omnia gesta fuerint coram dicto Com. Alexandro sen. illius patre, vt disponitur in *Statuto Bononiensi* pro Marchione Francisco allegato *lib. 3. in rub. de contract. cum minor. & fil. fam. §. item dicimus, ibi, vel maior prædicta fecerit in præsentia*
3 *patris, &c.* Vltra quod aut † dicta cessio fuit vtilis dicto Com. Vlixsi, & non fuerunt necessariæ aliquæ solemnitates, *Roman. consil. 453. in princip. Soccin. consil. 160. num. 32. & 17. lib. 2. Rot. in recent. decis. 545. num. 4. par. 1.* Aut
4 fuit damnosa, & de illa non potest † opponi nisi à solo ipso Com. Vlixse, & consequenter à Com. Alexandro iuniore eius filio, & hærede vniuersali, non autem ab alijs interesse non habentibus, *Surd. consil. 284. num. 7. lib. 2. & decis. 179. num. 17. Rot. decis. 133. numero 12. part. 2. diuers.* Et quàmuis replicetur de apocha retrocessionis, tamen illa nunquàm fuit recognita, vt fuit resolutum 13. Martij 1626. coram bon. mem. Remboldo, & illud iudicium remanet coram R. P. D. meo Merlino in eius locum subrogato.

5 Et ideo perinde haberi debet † ac si non adesset, cum nullam fidem faciat, *cap. 1. & cap. 2. de fid. instrum. Paris. consil. 115. num. 4. & seq. lib. 4. Crauett. consil. 73. num. 15. in fin. Caputaq. decis. 117. num. 3. par. 3. Rot. in recent. decis. 543. sub num. 3. parte 1. & decis. 158. num. 7. in fine, par. 2.*

Quantùm verò attinet ad identitatem illa abundè fuit probata ex deductis in alia decisione, nec valet hodie replicatio, quod illa iura fuerunt producta à Procuratore Marchionis Francisci, & quidem per compulsum, quia Rota non fuit vsa ista sola productione, sed eo etiam quod Marchio Franciscus super dictis Iuribus obtinuit decisiones, & ad eius fauorem fuit decreta immissio, quare censetur approbasse dicta iura, super quibus decisiones, senten-
6 tia, & immissio est fundata, † quia qui vult consequens necessariò videtur velle antecedens, *l. illud, & l. de his, ff. de ac-*
7 *quir. hæred.* & semel † approbatum reprobari non potest, *l. Pomponius scribit, ff. de negoc. gest. Boer. in similis terminis, decis. 283. sub num. 39. versic. sed Florianus, Rot. decis. 39. de Procur. in nou.* & allegando Rotam, & Boerium,
8 quod quando quis vsus fuit Breue † in iudicio, quod suo nomine, non fuerat impetratum, dicit *Verall. decis. 195. num. 2. par. 1.*

Quantùm attinet ad detractiones, quæ debuissent fieri, quatenùs prædicta minimè suffragarentur Com. Alexandro, nulla fuit difficultas apud Dominos. Legitima enim Isottæ ei erat debita ex deductis in alia decisione, in qua fuerunt etiam sublata ea, quæ hodie contra eiusdem Isottæ legitimationem repetuntur, oppositio autem, quod interesse habentes non fuerint citati poterat omitti, cùm nul-
9 latenus videretur necessaria citatio, † ea demum ratione, quia legitimatio fuerat facta cùm clausula absque tamen præiudicio illorum, qui ad prædictas successiones, &c. & propterea, non est discutiendum an citatio esset necessaria, cùm fuerint præseruata dicta Iura, & ageretur solùm de præiudicio patris, qui pro legitimatione supplicabat, *Alexand. consil. 25. num. 2. lib. 1. Anchar. consil. 427. num. 3.* nec concordia facta de Anno 1581. quæ fuit data in sum-
10 mario num. 4. præiudicat legitimæ dictæ Isottæ, † cùm fit res inter alios acta.

Circa verò legitimam Com Vlixsis in bonis Georgij iu-
11 nioris patris † adoptiui abundè fuit in alia decisione probatum illam esse debitam. Nec hodie subsistunt ea, quæ opponuntur circa adoptionem, videlicet quod illa fuerit facta ministerio vnius Doctoris, quia cessat obiectum si legatur integer actus; ipse enim processit tanquàm deputatus à Collegio Doctorum, & nomine ipsius Collegij. Nec agendum est de consumptione legitimæ in fructibus,
12 quia, vt dicitur in præfata decisione licet † vsusfructus legatus imputetur in legitimam, secùs tamen dicendum est de fructibus etiam quod hoc voluerit Testator, nec allegata approbatio testamenti potest suffragari, quia cùm non fue-
13 rit relicta recompensa, ex quo fructus † bonorum spectant ad hæredem requirebatur expressa approbatio dispositionis Testatoris, *l. si quando §. generaliter, C. de inoff. testam. Ruin. consil. 56. num. 8. lib. 2. Curt. Iun. consil. 72. in fin* & fuit dictum in causa *Romana legitimæ de Serlupis 15. Maij 1600. coram bon. me. Iusto.*

Quantùm denique attinet ad alias detractiones videlicet dotem Semiramidis, & legata, necnon melioramenta, satis fuit firmatum dictas detractiones esse faciendas, ac o-
14 perari, quod licet † legitimæ sint certæ ratione loci, & quotæ, non propterea possit dari immissio pro indiuiso, quia tunc demum eadem immissio datur, quando sola legitima, vel

15 vel Trebellianica est detrahenda, † cum tunc sint certæ ratione loci, & quotæ, quæ quidem certitudo cessat, quando vlterius aliæ detractiones sunt faciendæ, vt pulchrè declarat *Surd. in alia decisione allegatus, in sua decisione 333. num. 13. & seqq. post quartum vol. suorum consiliorum*. Et potuit omitti, quod de prædictis non potest dare Comes Alexander, ex quo tenetur reddere rationem, quia nullam tenetur reddere Marchioni Francisco.

Ex quibus parte vtraquè audita, & informante Domini perstiterunt in vltima decisione, scilicet immissionem concessam Marchioni Francisco non sustineri.

Et ita conclusum, &c.

* Est decisio 360. supra par. 5. recent.

¶ Aliam decisionem in eadem causa coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino, habes infra sub die 26. Ianuarij 1632.

R. P. D. MERLINO.

Cæsenateñ Prædij.

Die Lunæ 16. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Marito, quando in actu traditionis dotis fuit datum prædium æstimatum, dominium illius ei irreuocabiliter acquiritur, & soluto matrimonio prædium vxori nō restituitur, sed illius æstimatio, & hoc procedit, ex quadam fictione venditionis inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi datur immissio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

2 *In dotem, quando in actu traditionis dantur res æstimatæ, non dicuntur dotales, & soluto matrimonio non redduntur ipsæ res Vxori, sed ipsarum rerum æstimatio.*

3 *In dotem, quando dantur res æstimatæ ex ipsa æstimatione insurgit quædam venditio inter Coniuges.*

Quia censetur re ipsa per mulierem, vel eius parentes vendi v. g. fundum sponso, & prætium eiusdem fundi fingitur solutum vxori, & illico ex causa dotis idem prætium breui manu datum marito num. 3. 13. 18. & 19.

4 *Contractus vnus transit in alium ex iuris ministerio.*

5 *Emptori acquiritur dominium rei emptæ irreuocabiliter per emptionem.*

6 *Dos, quando fuit tradita in fundo æstimato, dicitur re vera consistere in quantitate pecuniarum prædij æstimati, & non in prædio.*

7 *Solui non debet, aliud pro alio.*

8 *Datio in solutum, & pagamentum, est loco pecuniæ.*

9 *Pro pecunia mutuo petita, consensu partium potest tradi iumentum, & adhuc mutuum est, & pecunia est restituenda.*

10 *Datio in solutum verè, & propriè facit emptionem, & transfert dominium.*

11 *Clausulæ, iure proprio, & in perpetuum, important dominij translationem.*

12 *Dos, si consistat in fundo dotali, & vxori soluto matrimonio sit restituendus, non est acquirendus pro hæredibus mariti.*

14 *Dotis solutio censetur facta principaliter marito, contemplatiane tamen vxoris.*

15 *In contractibus potius inspici debet effectus, & illud, quod conuenit naturæ ipsius contractus, quam nominatio, & verba.*

16 *In contractu, si aliquid appositum sit, quod non conueniat effectui contractus, pro non apposito habetur.*

17 *Dos est soluenda ipsi Marito, pro oneribus matrimonij.*

20 *Iu instrumento, ridiculum est, quod vtrique parti data sit facultas absque vlla causa resiliendi à contractu.*

21 *Minoribus plura priuilegia à Iure concessa sunt.*

22 *Actio omnis realis, & personalis spatio 40. annorum perimitur.*

23 *Transactio non substinetur stante falsa causa.*

24 *Mater succedit in bonis filiorum defunctorum post patrem.*

25 *Mater, quando transit ad secunda vota tenetur conseruare filijs primi matrimonij quicquid habuit à primo viro, vel à filijs eiusdem matrimonij.*

DECISIO LII.

NOdus difficultatis istius causæ in eo positus est, An fundus Vincilianus spectaret ad Aureliam, siuè potius ad Camillum maritum, si enim ad Camillum spectabat, filij Almerici, & dictæ Aureliæ ex secundo matrimonio, nullam partem possunt hodie consequi in dicto fundo, sed solum habent actionem ad partem quantitatis dotis, & totus fundus pertineret ad Hectorem, filium posthumum, ex primo matrimonio eiusdem Aureliæ. Si verò fundus, tanquàm dotalis, erat in dominio Aureliæ, vtique filij Al-
1 merici, ex secundo matrimonio, rectè obtinuerunt † Immissionem pro medietate in dicto prędio in vim testamenti Aureliæ, *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* In cuius difficultatis discussione, quàmuis sub die 18. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Dunozetto, Rota dixerit, fundum spectasse ad Aureliam, eò quod dotalis esset, & datus in dotē, nec fuisse æstimatum tali æstimatione, quæ fecerit venditionem, Attamen sub die 27. Nouembris eiusdem anni coram eodem D. Dunozetto, Rota omisit hoc motiuum, & hodie etiam coram me reiectum fuit.

Quoniam verè dictus fundus Vincilianus non est in dote, sed pecunia, fuit enim æstimatus certo precio, & intrat conclusio, quod res æstimatæ in actu traditionis dotis, non
2 dicuntur dotales, & soluto † matrimonio non redduntur ipsæ res Vxori, sed ipsarum rerum æstimatio, *l. quoties, l. si inter virum, l. cùm dotem, vbi DD. C. de Iur. dot. l. si æstimatio, ff sol. matrim. l. fin. C. de pact. dotal. Bart. in l. 2. §. mela, num. 1. ff. de dot. præleg. Purpur. in l. ex conuentione, num. 24. C. de pact. Couar. qq. cap. 28. num. 1. Cephal. consil. 351. num. 15. & seqq. Natt. consil. 650. num. 5. Menoch. præsumptio. 74. sub num. 3. lib. 3. Simon de Pret. consil. 111. num. 19.* Ex ipsa enim æstimatione insurgit quædam venditio inter
3 Coniuges, quia † censetur re ipsa per mulierem, siuè eius parentes, vendi fundum sponso, & precium eiusdem prædij fingitur solutum Vxori, & illicò ex causa dotis idem precium breui manu datum, & numeratum pro dote eidem marito, & ità contractus quidem dotis exprimitur,
4 sed latet alius contractus emptionis, & ministerio † Iuris vnus contractus transit in alium, vt inquit *Bald. in l. si inter, num. 2. & l. quoties, numer. 2. C. de Iur. dot. Soccin. Sen. consil. 57. num. 6. versic. 7. est casus, lib. 1 Becc. consil. 42. nu. 3. Menoch. consil. 1209 num. 1. & seqq.* Ex quo deindè se-
5 quitur, vt non amplius prædium, † cuius dominium irreuocabiliter

cabiliter per emptionem acquisitum fuit marito, sed æsti-
matio illa,& pretium sint restituenda Vxori,vt concludunt
præallegati Doctores.

Quod præsertim verum est in hoc casu, quia à principio
Aureliæ fuit constituta dos in quantitate certa, ibi, *cùm do-
te,& dotis nomine scutorum* 1200.*ad rationem solidorum*
70. pro qua dote dedit,& insolutum consignauit fundum
Vicilianum, æstimatum ad rationem lib.63. pro qualibet
Tornatura, Vndè antecedens assignatio dotis in quantita-
6 te,non autem datio fundi est consideranda, & dos re † ve-
ra consistit in quantitate promissa,non autem in fundo,qui
in exequutionem dictæ promissionis,& æstimationis tradi-
tus fuit, *Ita Corn.consil.92.num.8.lib.4. Berou.consil.63 nu.*
5.Soccin.Iun.consil.141.num.4.lib.1. Couar.pract. quæstio.
cap.28.num.1.versic.2.apparet,Cephal. consil.351.num.22.
& seqq.& præsertim num.31. Vbi, quod si aliter intellige-
7 retur,prioris obligationis renouatio inducta esset,&† aliud
pro alio solueretur, *Menoch.consil.1209.num.14.*

Et hoc magis confirmatur,quia dicta datio insolutum,&
8 pagamentum, vt dicitur in Instrumento, † est loco pecu-
niæ,*l.si pro mutua C.si cert.pet.*vbi pro pecunia mutuo pe-
9 tita, consensu partium † potest tradi iumentum, & tamen
adhuc mutuum est,& pecunia est restituenda,& *l.si precij*
10 *ea,C.de rescin vend.* & propterea verè, † & propriè facit
emptionem,& transfert dominium, *l.eleganter,in princ.*
ff.de pignorat.act.& ita in his terminis tradunt *Soccin.Sen.*
consil.69.num.5.lib.4.Cephal.d.consil.351.num.12. Et hoc
solum sufficeret,vt inquit *Natt.consil.650.num.3.& seqq.*
Card.Mant.de tacit.lib.12.tit.28. num.5.Becc.consil.42.
num.5.Honded.consi.41.num.10.& 11.lib.1.Menoch.dicto
consil.1209.num.14.

11 Maximè verò concurrentibus clausulis illis † *Iure pro-*
prio,& in perpetuum, quæ important translationem domi-
nii,vt in proposito notant *Roland.consil.86.num.12. & 13.*
lib.4. Menoch.d.consil.1209.num.9. & considerauit etiam
Rota in Interamnen.dotis 2.Februarij 1589.coram Card.
Platto,in Bono.pecuniaria 14.Februarij 1605.coram Emi-
nentissimo D.Cardinali Pamphilio,& in Ciuitatis Castel-
li,seu Perusina dotis 18.Aprilis 1614 coram bo.mem.Rem-
boldo.

Et quod prædium fuit traditum Camillo pro ipso,& suis
hæredibus, & sic irreuocabiliter illi acquisitum, si enim in
12 eo dos,tanquam in † fundo dotali,constitisset,Vxori, solu-
to matrimonio,restituendum fuisset,non erat acquirendum
pro hæredibus Camilli, vt bene per *Purpurat. in l. ex con-*
uentione num.37.C.de pact.Corn.consil.172.num.2.versic.
his tamen non obstan.lib.1. Becc.d.consil.42.num.7.& 8.
Natt.consil.650.num.2.Hond.d.consil.41.num.6.Cardin.
Mant.de tacit.& ambig.d.lib.12.tit.28 num.12.Menoch.
*d.consil.1209.num.4.*Ex quibus, & ex toto contextu Instru-
menti dotalis dilucidè dignoscitur, verè dotē fuisse in quan-
titate,& prædium datū fuisse insolutum, prout disertis ver-
bis etiam asseritur ibidem.

Non obstat prædium fuisse traditum Camillo, & Aure-
liæ, & hinc benè inferri, venditum illud non fuisse eidem
Camillo solum; Quoniam verba Instrumenti non dicunt
prædium fuisse assignatum Aureliæ, & Camillo, sed quod
Camillus,& Aurelia excomputarunt, & compensarunt di-
cta scuta 1200. & ideò referuntur ad illum actum,qui in-
sequitur post venditionem, quia, vt dicebatur à principio,
ex ipsa æstimatione resultat tacita venditio, & censetur,
13 quod maritus † emat fundum, & soluat precium parenti-
bus sponsæ, & deindè breui manu ijdem parentes soluant
idem precium marito in dotem, & ita verba Instrumenti
referuntur ad hanc tacitam receptionem pecuniarum in
dotem,non autem ad traditionem fundi æstimati, & vendi-
14 ti,& solutio dotis † censetur facta marito principaliter, cō-
templatione tamen Vxoris,at magis attenditur factū,quàm
15 contemplatio, & potius † inspici debet effectus, illudque
quod conuenit naturæ ipsius contractus, quàm nominatio,
& verba,vt monuit *Neratius in l. Insulam ff.de præscript.*
verb. & in his terminis appositè notat *Menoch. dict. consil.*
1209.*num.15.* siquè aliquid appositum est in cōtractu,quod
16 † non conueniat effectui contractus,habetur pro non ap-
posito, vt docuit *Bald. in rubr. C. de iur.emphit. num.12.*
Menoch.d.consil.1209.num.18. & proindè in casu præsen-
ti,actus traditionis prædij iure attribuitur soli marito, reie-
17 cta contēplatione vxoris,quia ipsi marito † dos est soluenda
pro oneribus matrimonij, vt per *Crauett. consil.91. num.8.*
seqq. & hoc idem melius etiam deprehenditur ex Instru-
mento assignationis, quia, cùm prædium esset maioris va-
loris, quā dos taxata in scutis 1200. non dicitur quod Au-
relia, & Camillus teneantur restituere residuum, quod erat
de libris 120. sed simpliciter dicitur quod dictum residuū
ipse Camillus dumtaxat promisit reddere, signum patens,
quod fundus solummodò in dominium ipsius Camilli, tan-
quàm emptoris, irreuocabiliter translatus fuit, non autem
Aureliæ, quæ alioquin debuisset etiam ipsa promittere re-
stitutionem residui, excedentis valorem scutorum 1200.
18 prout promisit Camillus, ipsiquè Aureliæ censetur † breui
manu soluta dos scutorum 1200. redacta ex precio dicti
fundi Viciliani, per Camillum emptorem soluto, & ex si-
mili promissione,seù remissione supplementi precij ex fun-
19 do in dotem dato, † argui omninò dotem in pecunia con-
sistere,& fundum emptum esse à marito, obseruat *Menoch.*
d.consil.1209.num.12.& 13.

Aliud autem motiuum, tàm in prima, quàm in secunda
decisione coram D. meo Dunozetto approbatum, quod
scilicet DD. Abbatibus filijs Aureliæ ex primo matrimo-
nio, prætendentibus possessionem totius prædij, tanquàm
dati æstimati, & sic empti à Camillo Patre, obstet concor-
dia, in qua Aureliæ transeunti ad secunda vota, dicti filij
primi matrimonij tradiderunt prædium liberum pro sua
dote, adhuc consistere hodie etiam Domini censuerunt;
Quia verè in transactione filii prioris matrimonii assigna-
runt hoc prædium dictæ Aureliæ, adiecto pacto resolutiuo
in casu, quo filii nollent stare contractui, vt in Instrumen-
to,in quo,licet pactum illud resolutiuum concedere videa-
tur facultatem filiis primi matrimonii recedendi à contra-
ctu, tamen debet intelligi, quatenus de Iure esset locus re-
scissioni transactionis,aliàs esset ridiculum, quod in eodem
20 † Instrumento vtriquè parti data esset facultas absquè vl-
la causa resiliendi à contractu,& transactione,inita pro se-
dandis dissidiis inter matrem, & filios,& benè deprehen-
ditur,quod mens contrahentium,dum apposuerūt pactum
resolutiuum, illa fuerit, vt in casu, quo pupilli transactioni
stare noluissent, liceret Aureliæ ad primeua Iura redire,
illa enim verebatur fortasse pupillos aliquo tempore tran-
21 sactionem esse impugnaturos,ob quàm † plura priuilegia
ipsis à Iure concessa. Vnde eo casu voluit sibi Aurelia ex-
preſsè consulere, & reseruare ius redeundi ad primæua
Iura,& ita pupilli,virtute prædicti pacti,non habent facul-
tatem recedendi à transactione, nisi in casibus à Iure præ-
missis, in Iure autem cautum non reperitur, vt elapsis 40.
annis,dempta pupillari ætate, minor possit contractum, in
pupillari ætate factum, rescindere, cum, & spatio 40.an-
22 norum omnis † actio realis,& personalis perimatur, *l.sicut*
C.de præscript.30.vel 40.ann. Data autem validitate tran-
sactionis, per quam fundus Vicilianus liberè translatus
fuit in dominio Aureliæ, sequitur sustineri institutionem
filiorum secundi matrimonii in medietate dicti fundi, &
rectè illius vigore concessam fuisse eisdem pro medietate
Immissionem per sententiam Rotalem,quā ex hoc secun-
do motiuo Domini dixerunt esse confirmandam.

Verum quia hodie ab informantibus pro Abbatibus de
nouo obiiciebatur, dictam transactionem non sustineri,
23 tanquam ex falsa † causa ibi expressa emanatam; in In-
strumento enim dicitur assignari fundum Vicilianum,nedū
ratione dotis Aureliæ restituendæ, sed etiā pro successione
debita eidem Aureliæ in bonis Mutii,& Iuliæ, filiorum de-
24 functorum post Camillum † Patrem, & tamen, vel ipsa
erat exclusa, dum transiuit ad secundas nuptias, secundum
dispositionem statuti Cæsenæ, vel quatenus fortasse statu-
tum non obtineret locum in hoc casu, sicut dicebatur ab
informantibus pro Almericis, quia transitus ad secundas
nuptias contigit post mortem filiorum, & post stipulatam
25 concordiam; tenebatur tamen Aurelia conseruare † filiis
primi matrimonii quidquid habuit à primo Viro, vel à filiis

eiusdem

eiusdem primi matrimonij, iuxtà *textum l. fœmina*, C. *de secund. nupt.*

Ideò DD. voluerunt, vt super hoc excessu particulariter informetur, &c.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio sub die 12. Decemb. 1631. coram eodem R. P. D. Merlino.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Cremonen̄ Beneficij.

Die Mercurij 18. *Iunij* 1631.

ARGVMENTVM.

Collatio Beneficiorum vacantium per obitum familiarium S. R. E. Cardinalium quando spectet ad Datariam, & non ad Cardinalem Patronum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, sunt reseruata per Regulam hodie* 4. *Cancellar.*

2 *Clausula moderatoria in fine posita restringit dispositionem alioquin amplissimam.*

3 *Constitutio Pauli Quinti moderatoria Indultorum Cardinalibus concessorum, circa collationem beneficiorum suorum familiarium in quo habeatur pro perpetua.*

4 *Personam duplicem, quando quis gerit, & adest duplex dispositio, qualiter hoc casu sit agendum.*

6 *Dispositio de vtroque simplici facta seorsum, & de per se, habet locum etiam in casu mixto.*

7 *Beneficia impetrans per obitum familiarium Cardinalium, tenetur exprimere nomen, cognomen, & Titulum Cardinalis patroni, & est adhibendus consensus dicti Cardinalis patroni.*

8 *In Regul.* 33. *Cancell. quid præsupponatur.*

9 *Verba illa, vt præfertur, quid importent.*

10 *Regul.* 33. *Cancell. loquitur, quando Cardinalis collator habet indultum, & vult, quod in concursu Cardinalis patroni præferatur Cardinalis ordinarius, Collator Indultum habens.*

11 *Regul.* 33. *Cancell. non suffragatur Cardinalibus, si indultum non habeant.*

12 *Regul.* 32. *Cancell. vt in collatione beneficiorum familiarium Cardinalium debeat præstari consensus d. Cardinalis patroni, loquitur quando Cardinalis est præsens in Curia.*

13 *Regul.* 32. *Cancel. non opitulatur Cardinalibus, qui non sunt præsentes in Curia, etiamsi resideant in suo episcopatu.*

14 *Legatus Sedis Apostolicæ priuilegio Regul.* 32. *Cancel. nec gaudet.*

15 *Cardinales absentes à Curia non participant de medijs annatis.*

16 *Cardinales absentes à Curia, vt participent de medijs annatis, neceße est licentia abessendi cum prærogatiua præsentium, quam Summi Pontifices non multum libenter concedunt.*

Quia non est iustum, quod remaneant soli, & quod non possint habere consilium maximè in arduis.

DECISIO LIII.

PEr obitum familiaris Eminentissimi Cardinalis Camporei Episcopi Cremonen̄, vacauit in eadem Diœces. Beneficium, de quo agitur, Vnde cùm idem D. Cardinalis illud contulerit Petro Figino. Sanctissimus autem de illo prouiderit D. Bartholomæum Cazenigam familiarem Eminentiss. D. Cardinalis Sancti Honufrij; Dubitaui ad quem spectaret collatio dict. Beneficij; An ad Datariam, vel ad præfatum D. Cardinalem, & Rota censuit spectare ad Datariam, quæ habet intentionem fundatam in Regu-
1 la hodie 4. Cancellariæ, per quam inter alia † expresse reseruantur Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium.

Non enim obstat indultum concessum D. Cardinali, quia habet moderatoriam in ventre, ibi. Et quo ad beneficia vacantia per obitum familiarum Cardinalium, iuxta formam Constitutionis fel. record. Pauli V. prædecessoris nostri, moderatoriæ Indultorum ijsdem Cardinalibus cōcessorum: huiusmodi namque clausula in fine posita, mode-
2 ratur, & restringit † Indultum alioqui amplissimum ad terminos, & limites dictæ Constitutionis, *l. talis scriptura*, §. *fi. ff de legat.* 1. *Cassad. decis.* 5. *num.* 2. & 3. *de præb.* quam quidem Pauli V. Constitutionem, necnon aliam similem Gregor. XIV. Rota habuit pro perpetuis in hoc, quod Indultum
3 † concessum cum moderamine dictæ Constitutionis per obitum Papæ non expiret, vt fuit resolutum in causa *Assisien̄ Beneficiorum* 7. *Maij*, & 18. *Iunij* 1607. *coram bo. me. Card. Sacrato*, & *coram me in causa Ferrarien̄ Canonicatus* 30. *Martij* 1626.

Neque etiam obstat, quod casus iste videatur mixtus,
4 † cùm Cardinalis sit Ordinarius Collator, & patronus, & ideo non videtur comprehensus sub dicta moderatoria,
5 quia cùm Cardinalis sustineat duplicem personam, † & habeamus duplicem dispositionem factam seorsum; videlicet respectu Collatoris. Reg. 4. & respectu Cardinalis patroni, moderatoriam Indultorum, Regula, & Indultum compre-
6 hendunt istum casum; quia dispositio de vtroque † simplici facta seorsum, & de per se, habet etiam locum in casu mixto, *Bald.* & *Imol. in l. si ita facta, ff. de iniust. nupt. testam. Alex in l. Titia Textoris, num.* 4 *vbi Ias. num.* 23. *ff. de leg.* 1. *cum alijs per Surd decis.* 169. *num.* 8.

Neque suffragatur D. Cardinali Reg. 33. quia aduerten-
7 dum est in præcedenti regula disponi, † quod impetrans per obitum familiarium Cardinalium teneatur exprimere nomen, & cognomen, titulum Cardinalis patroni, & quod
8 adhibeatur consensus patroni, & in Regula sequenti † 33. præsupponitur casus, in quo collatio spectet ad Cardinalē Ordinarium Collatorem vigore Indultorum, ibi, cessantibus Apostolicis reseruationibus ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, & inferius ibi, sed beneficia huiusmodi ad collationem Ordinarij Collatoris liberè spectare censeantur, Et sic stantibus
9 verbis illis, † vt præfertur, dicendum est id intelligi quatenus ad illorum collationem vigore Indultorum pertinere deberent, prout ad litteram dicit *Sarnen. in regula de impetrantibus benefic. vacant. per obitum fam. Cardin. quæst.* 19 *num.* 1. *in fin.* vbi quod regula Indulto deseruit, & famulatur.

Vnde fit, quod Regul. 33. loquitur quando Cardinalis
10 † Collator habet Indultum, & vult quod in concursu Cardinalis patroni præferatur Cardinalis Ordinarius Collator præfatum Indultum obtinens, ac propterea quicquid dicendum esset, si Cardinalis Ordinarius haberet Indultum,
11 certum est quod hæc † Regula ei non potest suffragari, cum dictum Indultum non habeat, vt patet ex prædictis.

Nec ad hunc effectum ei opitulatur Regula 32. vt Cardina-
12 lis patronus debeat præstare consensum, † quia loquitur quando Cardinalis patronus est præsens in Curia, qualis nō est Cardinalis Ordinarius Collator, & quàmuis replicetur,
13 quod eo magis debet dicta † Regula ei opitulari, cum resideat in suo Episcopatu, attamen hoc non fecit ad effectum,
14 † quod debeat gaudere priuilegio huius Regulæ, cum nec Legatus

Legatus Sedis Apostolicæ hoc priuilegio gaudeat, vt dicit *Alphonsus Soto super hac Regul. num.* 18. vbi quod hoc
15 etiam seruatur † in medijs annatis, de quibus non participant Cardinales absentes, & subdit, quod est necessaria li-
16 centia abessendi cum † prærogatiuis præsentium, quam Summi Pontifices non multum libenter concedunt, quia non est iustum, quod remaneant soli, & quod non possint habere consilium, maximè in arduis.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Assecurationis.

Die Mercurij 18. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Locus quando dicatur factus assecurationi Nauis &c. & aliqua circa denominationes Nauium.

SVMMARIVM.

1 *Assecurationi Nauis est factus locus, probata eius deprædatione, & statim commissa dicitur illius stipulatio, & ex ea validè potest agi.*

2 *Et hoc procedit etiamsi eadem Nauis à Piratis recuperata sit.*

3 *Assecuratio nauis, de vna naui ad aliam, non debet extendi.*

4 *Nauis denominatio in conuentione apposita, ex sui proprietate non respicit speciem, aut indiuiduum, sed pro nomine generico accipitur, num. 5.*

6 *Genus est in qualibet specie, & in quolibet indiuiduo.*

7 *Nauis expressio in contractu apposita non distinguit qualitatem à qualitate, sed omne genus Nauigij apta comprehendere: dummodo apta sit &c.*

8 *Denominationes in loco contractus multum sunt attendendæ.*

9 *Mercatores æquiuocè, & sinominè proferunt nomina Nauis, & Vrcæ.*

10 *Expositio non diuersificat essentiam nominum, sed eamdem significat.*

11 *Naues deferunt tormenta bellica, & milites in maiori numero, & quantitate, quam Vrcæ.*

12 *Assecuratores Nauium, proculdubio magis difficiles redditi fuissent ad assecurandam Vrcam ex qualitate Nauigij minus tutam, quam Nauim.*

13 *Notitia maior dari non potest, quam illa, quæ per demonstrationes fuit descripta, & quæ alteri rei conuenire non potest.*

14 *Castall. decis. 3. num. 3. declaratur.*

15 *Mastrill. decis. 182. & Iacob. Graff. decis. 111. & Muta decis. 3. declarantur, num. 16. & 17.*

18 *Mercium assecuratio si fuerit facta super vna, & certa Naui, si merces fuerunt delatæ super diuersa, & merces fuerint deprædatæ, contra assecurantem agi non potest.*

19 *Per Exceptionem vnius casus cæteri includuntur.*

DECISIO LIV.

PRæmissa obligatione Assecurantium ex Chirographaria conuentione, & contingentia casus Nauis deprædatæ, & iam in posse, & dominio Turcarum peruentæ; quæsitum fuit, an esset factus locus assecurationi, & Domini affirmatiuè responderunt factum esse locum assecurationi.

1 Quia probata Nauis deprædatione, statim † commissa
est stipulatio, & ex ea validè potest agi, *l. fænerator, versic. si Nauis, ff. de Nau. fœner. Specul. in tit. de obligat. & solut. in principio, Castr. in l. Nauem Saufeij num. 4. ff. locat. & conduct. Dec. consil. 115. num. 2. Ias. in l. illa stipulatio ad finem principij, ff. de verb. oblig. Cotta in memorab. verbo Merca-*
2 *tor, Rota Ianuen. decis. 101. in princ.* id affirmans † etiamsi
eadem Nauis fuerit à Piratis recuperata, *Stracc. de sponſ. vers. item quærit Paul. Castr.*

Nec assecurantes eximi possunt ab hac obligatione, per contingentiam casus contracta ex eo, quod eorum obligatio in Chirographo conuentionali sit restricta ad Nauem, ibi, *Caricati, ò da caricarsi sopra la Naue*, ea verò, quæ à Piratis appræhensa probatur, non denominatur Nauis, sed Vrca, vt deponunt Testes, dati in Summario Assecurãtium
3 numero tertio, ad quam obligatio † prædicta minimè ex-
tendi potest, *l. finali, § si ea conditione ff. ad l. Rhod. de iact. Muta decis. 3 num. 4. Mastrill. decis. 282. num. 7. Castil. decis. 3. num. 3. Iacob. de Graff. lib. 2. decis. 3. num. 11. in tit. de contract. assecurat.*

Quia Nauis denominatio in conuentione, de qua agitur
4 ex sui proprietate nõ respicit speciem, aut indiuiduum, † sed
pro nomine generico accipitur, textus sunt aperti in *l. prima, §. Magistrum autem, versi. Nauem accipere debemus, ff. de exerc. act. l. prima, § ait Prætor. ff. de flumin. l. secunda, ff. de captiu. & post limin. reuers. l. prima, C. de Nauibus non*
5 *excusan. lib. 11. l. finali ff. de fund. Instr.* quibus iuribus † ad-
ductis generalitatem nominis affirmat *Stracca de sponſ. versic. item quæritor, Alexander Mercator. num. 2. & de Nauibus in principio num. 2. Alba consil. 71. num. 7. Monlignat. de appellatiu. in verb. Nauis appellatione*, & pro-
6 pterea cum † genus sit in qualibet specie, & in quolibet in-
diuiduo, *l. semper in generalibus, ff. de regul. iur. Mantic. de contr. lib. 1. tit. 4. num. 5.* expressio Nauis in contractu non
7 distinguit qualitatem à qualitate; † sed omne genus Nauigij
apta est comprehendere, quod possit capere quantitatem salmarum grani conuentam, & prædicta eo magis verificantur: quia hoc ipsum Nauigium ex Instrumentis, quæ dantur in Summario per Assicuratos numero septimo, sub nomine nauis fuit venditum, & locatum, non autem sub no-
8 mine Vrcæ, † quæ denominatio in loco contractus multum
solet attendi, idem *Stracca, de spon. Mercat. par. 3. num. 7. & 8. Mant. de contract. lib. 3. tit. 13. num. 48.* & quod magis est in contractibus assecurationis, Mercatores de Naui ad Vrcam non constituunt essentialem differentiam, nisi ob-
9 stet defectus intentionis: quia † æquiuocè, & sinonimè pro-
ferunt nomina Nauis, & Vrcę, *Rota Ianuen. decis. 5. in princip.* & vlterius aduerterunt Domini, quod testes examinati pro Assecurantibus non constituunt differentiam inter nomen Nauis, & nomen Vrcæ; sed quod hæc Nauis in lingua,
10 aut sermone Belgio dicitur Vrca, † quæ expositio non di-
uersificat essentiam nominum; sed eandem significat *Cornel. consil. 18 num. 5. lib. 3.*

Neque videtur posse dari de defectu intentionis Assecurantium, quod aliter senserint de Naui, & aliter de Vrca, ex eo quia ista Nauigia differant inter se in armamentis, & in securitate, vt deponunt Testes dati pro Assecurantibus;
11 Naues enim deferunt tormenta bellica, † & milites in ma-
iori numero, & quantitate, quam Vrcæ, quæ respiciunt defensionem, & assecurationem magis tutam aduersus deprædatores, & Piratas: vt ideo de Vrca Naui, ad Nauem simplicem contractus assecurationis transire non potuerit, sine notitia magis speciali assecurantium, qui proculdubio
12 difficiliores redditi fuissent ad assecurandam † Vrcam, ex
qualitate Nauigii minus tutam, *Mastrill. ead. decis. 182. nu. 15. & Castill. decis. 3. num. 3. cum alijs allegat.*

Quia assecurantes benè intellexerunt qualitatem Nauigii, nempè Nauem nominatam, l'Elefante sub cura, & regimine Iacobi de Cornelijs Belgii Magistri Nauis, & hanc sic denominatam, & rectam fuisse deprædatam Testes deponunt;

posuit; ita ut notitia maior dari non potuerit, quàm illa,
13 † quæ per demonstrationes qualitatum fuit descripta, & quæ alteri Nauigio conuenire non poterant, *Bart. in l. demonstratio falsa.num.14.ff.de condit.& demonstr. Alexan. consil.133.num.5.lib.5.Rot.decis.277.num.4.& 313.num.2. par.1.recent.Gratian.latissimè discept.883.num.3.& 4.* dicens incertitudinem dari non posse, nisi concurrat alia res, quæ habeat eosdem confines, & in casu præsenti alia Nauis nuncupata l'Elefante, & gubernata per Iacobum de Cornelijs Belgum, adhuc non præsupponitur, nec probatur.

14 Ex quibus patet clara responsio ad allegatas † decisiones Mutæ, Mastrilli, Castilli, & Graffij: quia *Castillus decis.3.num.3.* loquitur de assecuratione super Fregata, & frumenta fuerunt onerata super Barcha dicta Tarquia, quæ in
15 nomine, & defensione inferior erat † *Mastril.decis.* 182. in simili casu determinat de assecuratione super] Fregata,
16 quæ variari non poterat super Barcha, seu Tarquia, † & *Iacob. Graff. decis.* 111.*lib.*2. loquitur de assecuratione super Naui magna, & firme, & merces delatæ fuerunt super Na-
17 ui deteriori, † *Muta decis.*3.& ipse ponit casum de assecuratione super Polaccha; & tamen merces fuerunt delatæ super Saittia; vnde cum præcesserit indiuidua nominis Na-
18 uigij † expressio, non potuit contra voluntatem assecurantium mutari qualitas Nauigij in deteriorem qualitatem ratione defensionis contra Piratas, & firmitatis contra maris iniurias, quod secus in præsenti contigit, in quo mutatio aliqua colligi non potest, nec voluntatis assecurantium defectus, vt supra dictum fuit.

Quæ autem demum opponebantur contra Nauarchum de dolo, & culpa ad euitandam obligationem assecurationis ex eo, quod Nauem non munierit de necessariis ad victum, & defensionem pertinentibus, quod tempore incongruo, & suspecto à Portu recesserit, nec direxerit iter recta via versus Liburnum, visa fuerunt non releuare, respiciunt enim culpam in omittendo, quæ in Capitulis, seu Cedula o-
19 bligationis fuerunt remissa † exprimendo tantummodo casum Barattariæ, per cuius exceptionem solet includi omnes casus, etiam culpa nautæ sequutos, *Stracca de assecur. glos.2.num.4. Rota* Ianuen. *decis.*166. *num.*4. & idem fuit firmatum in alia causa *Romana Assecurationis* 26.*Februarij præteriti coram R. P. D. meo Ghisilerio*.

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Nullitatis contractus.

Die Mercurij 18. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Maritus non probatur, quod actualiter receperit dotem, si nihil aliud non adducitur præter eius confessionem de recepto, quæ confessio non probat numerationẽ. In contractibus minorum sunt seruandæ solemnitates statutariæ, ad hoc vt valeant, & alia circa donationem inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto regulariter non probat numerationem.*
2 *Ex Dotis sola constitutione non dicitur constare de reali numeratione.*
3 *De Dotis actuali numeratione, quando non dicatur apparere.*
4 *Minorum contractus, vt valeant debent in eis seruari solemnitates statutariæ.*
5 *In Contractibus minorum, vigore Statuti Vrbis, non potest deueniri ad constitutionem curatoris, nisi in defectum proximiorum consanguineorum, & patris minoris.*
6 *Et neque propter impedimentum patris, vel consanguineorum ad Curatoris constitutionem deueniri potest, nisi approbata à Iudice causa, & iustitia impedimenti.*
7 *In Dotis causa, quando minor se obligat, non sunt necessariæ solemnitates statutariæ.*
8 *Statutum Vrb. lib.1.cap.151. enumerando contractus læsiuos, non comprehendit contractum dotis, & donationem propter nuptias.*
9 *Statutum Vrb.lib.1.cap.151. non procedit in obligatione necessaria.*
10 *De Dotis actuali solutione, quando non constat. si eius ratificatio fuerit facta constante matrimonio, dicta confessio intelligitur donationis causa, facta à marito.*
11 *Confeßio facta in testamento pecuniæ receptæ, vel debitæ ab eo, vel ei cui Testator legare non potest, minimè valida est donatio, & legatum præsumitur factum in fraudem legis.*
12 *Mariti confeßio facta de receptione dotis, non constito de vera eius numeratione. eam quantitatem vxori donare videtur in fraudem legis, prohibentis donationem inter virum, & vxorem.*
13 *Donatio inter virum, & vxorem prohibita est, & nulla.*
14 *Donatio inter virum, & vxorem, si sit iurata, ex iuramenti virtute videtur confirmata remanere.*
15 *Donatio inter virum, & vxorem si sit simulata, & omnino præsumpta, iuramento non confirmatur.*
16 *Donatio inter virum, & vxorem, tunc iuramento confirmatur, quando sumus in vera donatione, non autem in simulata, & præsumpta, quæ resultat ex confessione dotis receptæ.*
17 *Periurij exceptio non obstat, quando fuit obtenta absolutio.*
18 *Dotis receptio certissimum est, quod subiacet exceptioni non numeratæ dotis.*
19 *Maritus quantumcunquè confiteatur in instrumento dotali, dotem sibi datam esse, potest nihilominus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere.*
20 *De Dotis vera, & reali solutione facta marito, licet adsit eius confessio receptionis, quando non constet.*
21 *Marito non præsumitur fuisse numeratam dotem ab eo confessatam, si non constet, quod ipse vxori subministrauerit alimenta.*
22 *Dotium solutiones cum conditione inuestiendi eas, ferè semper ad effectum dotes aßecurandi fieri solent.*
23 *Marito iuueni, & minori non est veresimile, quod liberè sit soluta dos, cum de facili potuißet eam consumere.*

DECISIO LV.

Reposita causa * super eo; An ex Instrumento facto à Leonardo Castellano, in quo confessus fuit se recepisse dotem Lauiniæ Gherlæ constaret de tali solutione, quæ vxori suffragetur, negatiuè fuit resolutum, cum

solutio probetur dumtaxat ex confessione de recepto,
1 † quæ regulariter non probat numerationem, vt tenuit Rota *coram Seraph. decis. 292. & 302. num. 1. & 2. Rota in Parmen pensionis 5. Iunij 1624. coram R.P.D. meo Merlino, & in Cæsaraugustana pensionis 16. Iunij 1628. & 24. Maij 1630. coram me*; Nam ex sola dote non apparet de
2 † reali numeratione, nisi pro scutis 59. residuum verò in sola confessione Leonardi consistit, quia instrumentum ab eo factum 5. Februarij 1627. continet ipsum recepisse ad
3 computum dotis promissæ scuta 300. sed † non constat de actuali numeratione, prout Instrumentum celebratum prima Martij eiusdem anni coram Iudice continet illius confessionem pro summa scutorum 139. in bonis mobilibus, sed non probat actualem traditionem, nisi pro dictis scutis 59. pro residuo dotis.

Non obstat, quod idem Leonardus ratificando à se gesta in priori Instrumento in posteriori facto coram Iudice dixerit se pro residuo dotis scutorum 500. recepisse scuta
4 139. Primò quia non probatur in Instrumento † seruatas fuisse solemnitates requisitas à statuto in contractibus minorum; patet enim ex lectura ipsius Instrumenti constitu-
5 tum fuisse curatorem, † ad quem deueniri non poterat, nisi in defectum proximiorum consanguineorum, & Patris ipsius Leonardi, quem non constat fuisse citatum, ita quòd neque propter impedimentum Patris, vel consanguineo-
6 rum ad curatoris † constitutionem deueniri poterat, nisi approbata per Iudicem, causa, & iustitia impedimenti, *vt tenuit Rota in Romana releuationis indemnitatis 22. Maij 1602. coram Ortembergo, & in Romana nullitatis census 8. Aprilis 1610. coram R.P.D. meo Pirouano.* Nec supradicta euitari possunt sub prætextu, quod in causa dotis non
7 sint † necessariæ solemnitates statutariæ, maximè cum statutum enumerando quatuor contractus, non comprehen-
8 dat contractum † dotis, & donationem propter nuptias, *Caputaq. decis. 199. par. 3. Rota in Anconitana Dotis 27. Nouembris 1598. coram Card. Lancellotto, & in Romana rescissionis contractus 1. Decembris 1608. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quia supradictæ decisiones procedunt in dote constituta ab eo, qui habet obligationem dotandi,
9 & sic statutum non procedit in obligatione † necessaria, secus autem in ratificatione solutionis, qualis est casus noster, prout declarat statutum, *alleg. decis. 199. Caputaq. par. 3.*

Secundò, quia cum non appareat de actuali solutione,
10 & talis ratificatio fuerit facta constante matrimonio, † dicta confessio intelligitur donationis causa facta, *arg. leg. qui testamentum, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia. ff. de legat. 3.* quibus probatur confessionem factam in testamento pecuniæ receptæ, aut debitæ ab eo, vel ei, cui Testator legare non potest, minimè validam esse, donationemq;
11 & legatum præsumi, atquè eo titulo factam, † vt fraus fieret legis prohibitioni, sic marito, qui matrimonio constante fatetur dotem ab vxore recepisse, de cuius vera numeratione non constat, eam quantitatem vxori donare videtur eamquè donationem, dotis acceptæ nomine ob id fa-
12 ctam fuisse præsumitur, † vt prohibitio donationis inter virum, & vxorem effugeretur, ita tenuerunt *Ioann. Andr. in Specul. tit. de donat. inter vir. & vxor. in princ. gloss. Bart. in l. si diuortio. num. 3. ff. de verb. oblig. & alii relati à Couar. lib. 1. var. cap. 7. num. 4. san. mem. Gregor. XV. decis. 67. num.*
13 *7. vbi Adden. num. 14.* quæ † donatio inter virum, & vxorem prohibita est, & nulla, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. Oldrad. consil. 8. Soccin. consil. 35. num. 5. lib. 1.*

Nec quidquàm facit si dicatur, in ea appositum fuisse
14 iuramentum, † & ex ipsius virtute eam confirmatam remansisse *Gabr. de donat. conclus. 3. num. 1. Clar. in §. donatio. q. 9. num. 3. san. mem. Greg. XV. decis. 563. num. 7.* Quia cum
15 sit simulata, & omninò † præsumpta iuramento non confirmatur, *Bart. in §. Titia, ff. de leg. 3. Cyn. in l. 1. ad fin. C. de sacros. Eccles. Roman. Signorol. Dec. & alii* quos refert, & sequitur *Couar. vbi supra num. 5.* Supradicta enim proce-
16 dunt † in vera donatione, non autem in simulata, vel præsumpta, quæ resultat ex confessione dotis receptæ, & cum
17 Leonardus † fuerit absolutus à iuramentis præstitis, exceptio periurii ei non obstat.

Nequè obstat renunciatio exceptioni non numeratæ pe-
18 cuniæ, cum † certissimi iuris sit, quod receptio dotis receptæ subiaceat exceptioni non numeratæ dotis, *ad text. in l. vltima, & in auth. quod locum, C. de dot. caut. non numer. Abb. consil. 73. num. 1. par. 2.* vbi firmat quod quantumcun-
19 que maritus confiteatur † in Instrumento dotali dotes sibi datas esse, potest nihilominus opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Nec DD. censuerunt confessionem taliter adminiculari,
20 vt per eam constet de vera, & reali solutione, † nam præcedens promissio dotis considerata in decisione, quæ reuideretur, non vrget in præsenti casu, cum non verificentur considerata *san. mem. Greg. XV. decis. 62.* sed ex supradictis apparet non probari solutionem partitarum enunciatarum in
21 confessione, nec fuerunt † subministrata alimenta, cum non constet, quod maritus retinuerit vxorem, & illi tanquàm dotatæ alimenta exhibuerit, *ad not. per Bald. in l. 1. num. 4. C. de priuileg. dot. Soccin. consil. 92. num. 3. lib. 3. Dec. consil. 536. num. 10. & alij relati à san. mem. Gregor. XV. in alleg. decis. num. 5.* Alia deniquè coniectura deducta ex responsione patris Leonardi ad positiones de dote à filio habita, & impensa in necessarijs, corruit cum in facto non iustificetur.

Sed magna insurgit inuerisimilitudo ex eo, quod talis solutio fuit facta liberè, & sine conditione inuestiendi dictas
22 pecunias, prout † ferè semper solet fieri ad assecurandas dotes, non est enim verisimile, quod summa scutorum 500.
23 fuerit soluta Leonardo, † qui cum esset iuuenis, & minor potuisset illam de facili consumere, & propterea cum dubitetur de veritate solutionum negatiuè fuit resolutũ, vtraque parte, &c.

* Proposita fuit sub die 26. Iunij 1630. Habes eam infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Officiorum.

Die Mercurij 18. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Contractum, quando quis celebrauit nomine alieno, & promisit de rato, &c. quando dicatur satisfecisse suæ promissioni. Ratificatio ex quibus actibus concludenter iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Officialis alicuius Collegij, si vendat aliquid nomine dicti Collegij, & promittat de rato, &c. quando dicatur liberatus à sua promissione.*

2 *Gesta ab aliquo nomine alieno, quando dicatur, ab eo id ratificatum.*

3 *Contractus celebratus nomine alieno, ille sine dubio dicitur dictum contractum approbasse, si pecunias ex eo prouenientes acceperit.*

4 *Ratificationis probatio corroboratur, ex commodi perceptione, & scientia.*

5 *Instrumentis acceptationis actus, vna cum scientia præcedenti, plurimum facit ad eiusdem instrumenti ratificationem.*

6 *Per procuratoris constitutionem ad aliquid defendendum etiam inducitur ratificatio.*

7 *Ra-*

7 *Ratificatio inducitur stante longo temporis spatio, quo quis aliquo vsus sit.*

8 *Ratificatio etiam per coniecturas rectè deducitur.*

9 *Actus an dicatur factus collegialiter, licet sit factus in Collegio, si ad illum actum particulariter Collegium non fuerit intimatum.*

10 *Citatio etiam defectuosa, si per illam citandus certificatus est, perinde arctat, ac si ille legitimè citatus esset.*

11 *De Ratificatione sufficienti, quando non possit dubitari.*

DECISIO LVI.

Dominus Iacobus Lampugnanus, & alij tres Medici viginti ab hinc annis asserentes se à Collegio Medicorum numerariorum deputatos, & ad eos, dictumque Collegium tanquàm veros Dominos spectare officium Notariatus, & Secretariatus ipsius Collegij, officium huiusmodi vendiderunt Cosmo Contino ementi, & acceptãti durante sua, & Francisci sui filij vita, itaut alter alteri succederet cum promissione de rato, & de euictione vsquè ad promissam ratificationem.

Cum autem post dictos viginti annos Camera Apostolica dictum officium tanquàm rem ad se spectantem vendicauerit, Franciscus ab illius possessione eiectus obtinuit ab Aud. Cameræ contra D. Lampugnanum pro restitutione precij decerni, & relaxari mandatum executiuum, quod in gradu appellationis mihi commissa causa vtraquè parte informante Domini censuerunt esse reuocandum. Quia D. Lampugnanus per adimplementum suæ promissionis,
1 † & subsequutam ratificationem fuit liberatus, secundum *text. est in leg. quod verò §. Iulianus, & l. procurator, ff. rem rat. hab. Bar. in l. verò, § sed & si non verò num. 1. versic. vlterius, ff. de solut. Castr. consil. 95. num. 1. lib. 1. Card. Seraph. decis. 548. num. 3.*

Constat enim de expressa ratificatione Collegij ex actu collegialiter facto, cui præuia, iuxta morem, intimatione Protomedicus, & alij quatuor eius Collegæ interfuerunt, ac de suprascripto venditionis contractu informati, omnia
2 † in eo contenta tãquam gesta de ipsorum ordine, & mandato ratificarunt.

Et successiuè præfati, ac alij omnes Medici Collegiales partem pretij ex eodem contractu debiti cum expressa
3 mentione dictæ venditionis receperunt, & † per huiusmodi exactionem, contractum præcedentem proculdubio facto suo approbarunt, *iuxt. tex. in l. Paulus, ff. rem rat. habe. l. quidam ex parte, ff. de euict. Castr. consil. 386. in fin. lib. 2. Calder. consil. 1. de Censi. Bald. consil. 184 num. 4. & 5. lib. 2. Aym. consil. 276. num. 6. Alexan. consil. 117. num. 2. lib. 5. Natt. consil. 341. num. 4. Menoch. de Præs. lib. 6 præsumpt. 23. num. 48. & fuit dictum in Meleuitana reuisionis computorum 31. Octobris 1595. coram bo. mem. Card. Pamphilio.* Ex residuo autem dicti pretii extinctum fuit Aes alienũ eiusdem Collegii, & ex huiusmodi commodi perceptione
4 † & scientia, ratificationis probatio corroboratur *l. sed Iulianus, §. penult. ff. ad sent. consul. Maced. Bell. cons. 15. num. 11. Dec. cons. 232. num. 3. in fin. Surd. cons. 128. num. 21. vbi multas allegat auctoritates, & decis. 33. num. 1. Rot. decis. 59. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 262. num. 6 par. 1. recent. & in Ciuitatis Castelli Census 29. Maij 1600. coram Iusto, quæ est decis. 81. num. 6. impressa penes Cenc. de Censib.*

Præterea ipsummet Collegium mandauit, vt huiusmodi venditionis Instrumentum in suo Archiuio cùm reliquis scripturis reponeretur, qui actus vna cum scientia præce-
5 denti plurimum facit ad eiusdem instrumenti † ratificationem, vt per *Bart. in l. quo enim, §. 1. num. 1. versic. quandoque superuenit, ff. rem rat. hab. Gregor. XV. decis. 31. num. 9.*

Ac denique Protomedicus, & consiliarij idem Collegium repræsentantes impartiti fuerunt præfato Francisco
6 licentiam exercendi officium per substitutum, † & insuper constituit procuratorem ad comparendum in causa, quam habebat contra Dominum Commissarium Cameræ Apostolicæ, per quam Procuratoris constitutionem etiam inducitur ratificatio *l. cum minor, §. falsus, ff. rem rat. hab. Oldr. cons. 328. num. 15. versic. item licet, & cons. 332. num. 10. Natt. consil. 142. num. 6. Vant. de nullit. qualit. & quib. mod. sent. repar. poss. num. 103. versic. idem forte, Rot. decis. 38. de Procur. in nou. & decis. 378. num. 20. coram Reuerendiss. D. meo Decano: & in Hispalensi Cappellaniæ 9. Iulij 1608. coram Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio.* Quibus
7 omnibus consideratis iuncto etiam longi † temporis spatio, quo ipsos Medicos, eorumquè Collegium alterius Notarij opera, quàm supradictorum Cosmi, & Francisci non fuisse vsos constat, visum fuit adesse sufficientem ratificatio-
8 nem, quam etiam ex coniecturis † rectè deduci dixit *Rota in Neapolitana pecuniaria 26. Iunij 1600. coram Litta.*

Non obstat vnicum obiectum, quòd ratificatio Protomedici, & aliorum quatuor Medicorum, quamuis emana-
9 uerit in Collegio, non tamen fit collegiater facta † propter defectum intimationis, in qua dictum fuerat *pro doctorando, & alijs rebus Collegij*, nulla facta mentione ratificationis faciendæ quoad venditionem officij. Quia fuit responsum, quòd etiam dato, non autem concesso, defectu dictæ
10 intimationis, in hoc casu sufficit, quòd † per talem intimationem sic certificati habeantur pro legitimè intimatis, vt post alios *not. Vant. de nullit. tit. qual. sent. nu. 122.* ac etiam constat de sufficienti ratificatione ex supradictis omnibus
11 simul iunctis, cum diuturna contractus † obseruantia scientibus, & consentientibus ipsis Medicis, *Bald. in l. 2. num. 4. C. de legit. hæred. Dec. cons. 267. nu. 3. circ. med. Gozzad. cons. 11. num. 16. Aym. de antiq. tempor. par. 2. in princ. num. 65. Mascard. de probat. conclus. 1255. num. 11. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. num. 120. cum seqq.*

Et ita vtraquè parte informante fuit decisum.

R. P. D. MERLINO.

Elnen. Eremitorij.

Die Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Præsumptio, quod beneficium in dubio præsumatur collatiuum ex quibus corroboretur. Prouisiones Apostolicæ, vt immutent statum beneficij, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quod sit Ecclesiasticum, quando ista præsumptio multò magis intret.*

2 *In Beneficialibus attenditur vltimus status, dum agitur inter prouisos, non autem inter Collatores, & si principaliter non agatur super statu, sed iure prouisi.*

3 *Ad beneficij collationem substinendam sufficit vltimus status, resultans ex quasi possessione.*

4 *De beneficij vltimo statu collatiuo, quando non possit dubitari.*

5 *Papa, ad hoc vt dicatur immutasse statum beneficij, debet constare de eius scientia.*

6 *Papa prouisiones non mutant statum beneficij.*

7 *Papa, vt dicatur voluiſſe immutare ſtatum beneficij, debet doceri de eius præciſa ſcientia, animo, & intentione, & num. 8.*

9 *Status vltimus in beneficialibus collectus ex prouiſionibus Apoſtolicis, & quaſi poſſeſſio ex eiſdem collectus, quando attendatur.*

10 *Status antiquus, & de præterito beneficij præſumitur ſimilis vltimo, & ſemper talis continuatus, non conſtito de contrario.*

11 *Et tunc prouiſiones Apoſtolicæ huiuſmodi vltimum ſtatum potius corroborant, & declarant.*

12 *Beneficij vltimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio inſurgens ex prouiſione, quæ per 40. annos habuit effectum, ſine dubio ſuffragatur pro validitate collationis, & ſufficit pro eius iuſtificatione.*

13 *Deciſ. in cauſa Monopolitana Hebdomadæ coram Card. Veroſp. quo caſu loquatur.*

14 *Sententia lata à Iudice carente iuriſdictione, non eſt attendenda, & maximè, ſi ab ea ſit appellatum.*

15 *Mors alicuius probatur ex partita libri illius, ad quem ſpectat onus ſepeliendi mortuos.*

DECISIO LVII.

PLacuit deciſio in hac cauſa emanata ſub die 7. Februa-
rij præteriti coram me; * Inconcuſſum enim rema-
net motiuum, quod hoc Eremitorium, ſiue Capellania, in
dubio præſumitur Eccleſiaſticum, & collatiuum, præſer-
tim ſuadentibus ſignis, vt in caſu præſenti, quia hæc Capel-
lania habet onus Miſſarum, dotem congruam, nuncupa-
tam Abbatiam, & ſuffragatur quaſi poſſeſſio, cum fuerit
reſignatum in manibus fel. record. Gregorij XIII & reſi-
gnatio admiſſa, & hoc idem Eremitorium viſitatum ab
Ordinarijs, & ab ijs relatum, eſſe beneficium Eccleſiaſti-
1 cum, † ex qua quaſi poſſeſſione fortiùs intrat præſumptio
illa, quod ſit re vera beneficium Eccleſiaſticum, & collati-
uum, *Gabr. concluſ. 1. num. 9. de præſumpt. Gonzal. ad reg. 8.
gloſ. 5. num. 20. & 50. verſic. hoc tamen*; & dum agitur inter
prouiſos, non autem inter Collatores, & principaliter non
2 agitur ſuper ſtatu, † ſed de iure prouiſi, ſufficit vltimus ſta-
tus ad ſubſtinendam hanc collationem, quicquid ſit in ſe-
quentibus vacationibus quatenus detegeretur hoc Eremi-
torium eſſe ſimplicem Capellaniam, non autem benefi-
3 cium collatiuum, quia † interim ſufficit quaſi poſſeſſio re-
ſultans ex vltimo ſtatu, & hæc collatio D. Gaſparis eſt fru-
ctus dictæ quaſi poſſeſſionis, vt latiùs fuit comprobatum in
alia deciſione.

Neq. de hoc vltimo ſtatu poteſt, dubitari, quia Sebaſtia-
nus Mendez, per cuius obitum contingit hæc poſtrema
4 † vacatio, fuit prouiſus à Gregorio Decimotertio in vim
reſignationis, factæ ab Emanuele Gomez.

Non obſtat dictam prouiſionem emanaſſe à Papa ad in-
5 ſtantiam † partis, qui Papa cum ignorauerit ſtatum ante-
cedentem huius Eremitorij eſſe ſimplicem Capellaniam
laicalem, non collatiuam, vtique prouidendo dictum Se-
baſtianum, non cenſeatur ex defectu voluntatis immutaſſe
6 dictum ſtatum antecedentem, ex regula, quòd † prouiſio-
nes Papæ non mutant ſtatum beneficij, *Rota deciſ. 308. nu.
3. par. 1. recent. Addent. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 434.
num. 20.*

Quoniam obiectum procederet, ſi euidenter de tempo-
re prouiſionis D. Gaſparis conſtitiſſet de contrario ſtatu
anteriori, nempè, hanc Capellaniam eſſe laicalem, & non
7 collatiuam, tunc enim, niſi † data præciſa ſcientia Papæ, &
animo, ac intentione mutandi ſtatum beneficij, non cenſe-
retur voluiſſe immutare per prouiſionem ab eodem fa-
ctam, neque tunc huiuſmodi vltimus ſtatus ſuffragare-
8 tur, ita loquuntur, † & præſupponunt præcitatæ, & quot-
quot allegare poſſunt Rotæ deciſiones, ſecus autem,
quando de ſtatu contrario antecedenti, non conſtat, tunc
9 enim de mutatione ſtatus, † qui non extat, ſeù non appa-
ret, non eſt agendum, ſed vltimus, qui benè probatur ex
collationibus Apoſtolicis, & quaſi poſſeſſio, ex iiſdem re-
ſultans, attendi debet, *cap. ſi Iudex laicus, §. idem eſſe ver-
ſic. hijquè ſtatus, de ſentent. excomm. in 6. Calderin. conſil.
28. verſic. & ſtatus præſens, de præben. Dec. conſil. 126. num.
1. & fuit dictum in Ternoden Prioratus 5. Maij 1595.
coram Orano. in Parmen Prioratus 27. Iunij 1597. co-
ram eodem, & in Ferrarien Prioratus 25. Maij 1609.
coram Penia*; præſumiturquè non conſtito de contrario,
10 † ſtatum antiquum, & de præterito beneficij, eſſe ſimilem
vltimo, & ſemper talem continuatum, *vt firmatur in præ-
allegatis deciſionibus*, & tunc prouiſiones Apoſtolicæ hu-
11 iuſmodi † vltimum ſtatum potiùs corroborant, & decla-
rant, vt fuit dictum *in præallegata Terdonen Prioratus
5. Maij 1595. coram Orano, in Virdunen Cappellaniæ 5.
Decembris 1601. coram Cardinali Lancellotto, & in Tı-
raſonen Cappellaniæ 14. Decembris 1607. coram Emi-
nentiſſimo Cardinali Pamphilio*; & proinde, in caſu præ-
ſenti, in quo, nedum non conſtat de anteriori ſtatu contra-
rio, quod Cappellania eſſet laicalis, ſed potiùs apparet, ſal-
tem præſumptiuè, ſemper, & in præteritum fuiſſe benefi-
cium collatiuum, ex ſupra deductis, negari non poteſt, quin
12 iſte ſtatus, † & quaſi poſſeſſio, inſurgens ex prouiſione,
quæ, & per quadraginta annos habuit effectum, ſuffrage-
tur validitati iſtius collationis, & ſufficiat pro eiuſdem iu-
ſtificatione, *vt dixit Rota apud Cardinal. Seraphin. deciſ.
1229. num. 2. in Toletana Parochialis 15. Maii 1587.
coram Cardinali Platto, in Peruſina beneficii 16. Ianua-
rij 1608. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Pamphilio,
& in Alerien beneficiorum 29. Martij 1610. coram eo-
13 dem*; Nec † contradicit deciſio *in Monopolitana Hebdo-
madæ 6. Decembris 1615. coram Eminentiſſimi D. Car-
dinali Veroſpio*, quia ibi ex publico inſtrumento fundatio-
nis incontinenti apparebat, quod illa Cappellania erat ſim-
plex adminiſtratio bonorum, non autem beneficium colla-
tiuum, nequè hic fieri poteſt fundamentum ſuper ſenten-
14 tia, à Collatore promulgata, quia Iudex † ſuper hoc articu-
lo de ſtatu beneficij nullam habebat iuriſdictionem, & ab
eadem ſententia fuit appellatum.

Quod obitum Sebaſtiani in menſe Iulij, Domini de hoc
15 non dubitabant, quia, ex nota libri Confraternitatis, † ad
quam ex illius inſtituto ſpectat onus ſepeliendi, & ex te-
ſtibus, atquè alijs, ſaltem ſimul iunctis, iuſtificatur obitus in
dicto menſe Iulii.

Defectus verò Iuriſdictionis Rotæ, tollitur ex lectura
Commiſſionis, cum clauſula, quam, & quas &c.

Et ex his, atquè alijs deductis in prima deciſione, hodie Domini, vtraquè parte informante, permanſerunt in deciſis.

* Eſt ſupra deciſ. 13. in hac eadem parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Donationis de Caſtellanis.

Die Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

In donationibus, quando poſſint apponi pacta, & conditiones, & quando non, Iuramentum eſt præciſè ſeruandum. Pactum nudum de donando an efficax ſit. Statuta Vrbis, quando ligent Clericos. Donatio ſine inſinuatione, quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

1 Donatio, quando non est perfecta, tunc in ea licitum est apponere pacta, & conditiones.
2 Pactum nudum de Iure Ciuili non parit actionem.
Ius Ciuile seruandum est inter Ciues Romanos, & incolas, num. 2. & 27.
3 Promissio de donando, non est donatio.
4 Pactum, vt quis seruet, non tantum ad hoc de Iure Canonico, sed etiam de Iure Ciuili compelli potest.
5 Pacta, debent custodiri.
6 Iuramentum debet seruari in forma specifica.
7 Iuramentum omnes, quod sine dispendio salutis æternæ seruari potest, seruandum est.
8 Promittens cum iuramento se obligaturum ad decem, dicitur se obligasse.
9 Monumentum facere, quando quis iurauit, illud cum effectu tenetur extruere.
Iurari debet omnes verum, & non falsum, num. 9.
10 Hæres institutus sub conditione, si iurat se facturum aliquid, vel daturum, est hæres, statim quod iurauit.
11 Factum, vel datum reputatur, ex quo statim ad faciendum, vel dandum quis compellitur.
12 Promissio de donando habet vim donationis.
13 Donatio intelligitur esse, non solum si fiat per verba præsentis temporis, sed etiam futuri.
14 Donatio hodie solo nudo pacto perficitur, etiam de Iure Ciuili.
15 Conuentio legitima illa dicitur, quæ à lege confirmata est.
16 Obligatio non tribuitur efficax, ex pacto.
17 Pactum nudum de donando, à lege confirmatur, & vtile erit, quàmuis fuerit simplex.
18 Pactum nudum, iuramento vallatum, nedum de Iure Canonico, sed etiam de Iure Ciuili parit actionem, & obligationem.
19 Transactio, quæ de Iure Ciuili inualida est, si firmatur iuramento valet, vt nudum pactum iuramento vallatum.
20 Donatio per pactum de donando vestitum ex coherentia alicuius contractus, acquiritur ius quæsitum, & num. 21.
Et an hoc procedat in actionibus bonæ fidei, & stricti iuris, num. 22. & 23.
24 Contractus matrimonij, & dotis sunt bonæ fidei contractus.
25 Promittens alicui aliquid facere, si promißum non adimpleat, teneatur ad intereße tanti scilicet, quanti eius interest, cui promissio fuit facta.
26 Liquidatio circa interesse non est necessaria, si promissio sit de certa quantitate pecuniarum.
28 Ecclesiastica persona non comprehenditur sub statuto Laicorum.
29 Confirmatio nihil de nouo concedit, sed tantùm prout est confirmat.
30 Confirmationis natura est, robur solùm addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in confirmato non reperiuntur extendere.
31 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 124. in quo disponitur, quod emphyteusi finita, bona relucentur succeßoribus, non comprehendit Ecclesiam.
32 Statut. Vrb. libro 1. capit. 154. in quo habetur, quod ad rescindendum contractum sufficiat decere de læsione vltra tertiam partem, non comprehendit Ecclesiam.
33 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 157. in quo disponitur quod fideiussor possit petere se liberari à fideiussione, etiam, quod non steterit in obligatione, non habet locum in Ecclesia.
34 Statut. Vrb. lib. 1. capit. 178. In quo disponitur, ne in vna, eademquè causa secundò liceat appellare, est seruandum in omnibus Curijs inter Ciues, Incolas, & districtuales Vrbis.
35 Decis. 452. par. 1. diuers. declaratur.
36 Decis. Seraph. 794. & 1170. intellectus.
37 Decis. in causa Portueñ Plani Vlmi coram Robosteria reijcitur.
38 Iuramenti materia, quando tractatur, etiamsi, agatur in terris Imperij est seruandum Ius Canonicum.
39 Pactum de donando, si fuerit appositum occasione matrimonij, & fuerit factum in ipso tractatu, censetur pars illius tractatus, & cum eo confunditur.
40 In contractibus bonæ fidei debet seruari æquitas, & Ius Canonicum, etiam in terris Imperij.
41 In contractibus bonæ fidei æquitas exuberare debet.
42 Text. in l. perfecta, C. de donat. intellectus.
Donatio, quando est perfecta conditiones ex interuallo in ea appositæ non tenent, num. 42.
43 Conditiones in donatione appositæ, vt valeant, requiritur, vt in continenti sint appositæ.
44 In donatione dicuntur incontinenti conditiones appositæ, quando in ipso contractu, vel post ipsum contractum succeßiuè, nullo medio temporis interuallo inseruntur.
45 Donatario non potest ius auferri, quando ei fuit irreuocabiliter acquisitum.
46 Donatio per pactum, seu promißionem de donando, ita dicitur perfecta, vt non nisi de consensu donatarij in ea conditiones apponi possunt.
47 Pactum solùm de donando de Iure antiquo, erat inefficax, sed secundum nouum ius efficax est.
48 Donatio non insinuata, non valet.
49 Donatio facta contemplatione futuri matrimonij in genere, vel extra capitula matrimonialia, an egeat insinuatione.
50 Instrumenta dotalia non solent fieri clam, prout nec ipsum matrimonium.
51 Donationes insinuari non debent, quando fiunt ex causa matrimonij.
52 Insinuatio an requiratur, in donatione stante iuramento, ardua est quæstio, & quæ sit communis, & magis communis, num. 53. & 54.
55 Donatio, quando substinetur absque insinuatione propter iuramentum in præiudicium tertij.
56 Iuramentum confirmatorium contractus non operatur in præiudicium tertij.
57 Iuramentum in donatione an nihil operetur stante statuto requirente copulatiuè iuramentum, & insinuationem.

DECISIO LVIII.

VT dictum fuit in decisione facta 17. Iunij superioris
anni * occasione matrimonij contrahendi inter q.
Bartholomæum Castellanum,& D.Ceciliam de Capitostis,
fuit in capitulis matrimonialibus conuentum. *Che Monsi-
gnor Gio. Andrea Castellano debba far donatione inter vi-
uos in forma valida contemplatione matrimonij al sodetto
Sig. Bartholomeo, e suoi figliuoli di scudi 20. mila, de' quali
però sostenendo Monsig. li pesi del matrimonio egli habbia
l'amministratione, e quando detti Signori Sposi non voles-
sero, ò potessero stare con detto Monsignor in tal caso esso
Monsig. sia tenuto consignare liberamente detti scudi 20.
mila in tanti luoghi de' monti, ò censi, ò beni stabili qui in
Roma.* Defuncto autem d. Bartholomæo idem R.P.D. Io.
Andreas non recusabat facere donationem, sed prætendés
1 in eadem donatione † tanquàm nondum perfecta, pacta
sibi bene visa,& conditiones apponere argum. textus à cō-
trario sensu in *l. perfecta C. de donat. quæ sub modo*. duobus
2 potissimum fundamentis nitebatur. Primò quia de † iure
ciuili (quod est seruandum inter Ciues, & Incolas ex Sta-
tuto Vrbis cap. 42. lib. 1.) pactum nudum non parit actio-
nem, *l. Iurisgentium, §. igitur nuda, ff. de pact. l. legem, C. eod.*
3 Secundò quia promissio † de donando est non donatio ex
latè congestis ab informantibus, quibus sufficiebat allegare
Tiraquel. de retract. conuent. ad fin. tituli num. 25. & 42. qui
DD pro vtraque parte cumulat, prout etiam *Seraph. de pri-
uil. iuram. priuil. 23. in princip.*

His tamen non obstantibus fuit per DD. resolutum dict.
D. Castellanum teneri simpliciter donare iuxta formam
dd. capitulorum absque vllo pacto, & conditione, cū pro-
missio sit simplex, & sic standum esse in decisis sub d. die
4 17. Iunij superioris anni. Ratio decisionis fuit, quia † nedū
de Iure Canonico, quis debet compelli ad seruandum id,
quod promisit, sed etiam de Iure Ciuili, de Iure quidem
Canonico ex dispositione *text. in cap. 1. de pact.* vbi dicitur,
5 † quod pacta custodiantur, *cap. qualiter. eod. tit.* ibi studiosè
agendum est, vt ea, quæ promittuntur opere compleantur,
*Abb. in cap per tuas num. 5. in fin. & num. 13. de arbitris,
Rom in l stipulationes non diuiduntur num 77. Ias. num 33.
versic. alio modo limitat, ff de verb. oblig. Garz. in d. cap. 1.
num. 16 de pact. Ant. Burgos in rub. de empt. & vend col. 2.
& quàmuis Ioan. Andr. in d. cap. qualiter, Felin. in d. cap. 1.
num. 9. versic considera, & Ferrett. consil. 171. num. 7* te-
neant, quod Ius Canonicum in hoc non discrepet à Iure
Ciuili, tamen hoc simpliciter non dicunt, sed ad effectum,
vt promittens præstando interesse liberetur, de quo hic nō
est agēdum propter iuramentum R.P.D. Castellani, quod
illum præcisè obligat ad donādum, nec potest liberari præ-
6 stando interesse, cum † iuramentum debeat in forma spe-
cifica obseruari, *cap. ad nostram il 1. de iur. iur.* & si potest
7 seruari sine dispendio salutis æternæ, † & detrimento alte-
rius omninò seruandum est, *cap. cum contingat. eod. tit cap.
quàmuis de pact. in 6. glos. in l. si pecuniam, in princ. ff. de
condit. ob causam*, quam sequitur *Bald. in l. 1. num. 77. versi.
quarto fallit, ff. de sent. quæ pro eo Alexand.* qui de commu-
ni *in d. l. stipulationes non diuiduntur num. 27. & consi. 91.
num. 6. lib. 2. Corn. consil. 256. num. 2. & 3. lib. 4. Socc. Sen.
consil. 16. num. 67. & consil. 90. num. 10. lib. 4. Ruin. consil 1.
in fin. lib. 4. Socc. Iun. consi. 95. num. 8. & 9. lib. 4. Roland con-*
8 *sil. 6. num. 32. lib. 1.* Hinc qui promittit † cum iuramento se
obligaturum ad decem, dicitur se obligasse, *Ioan. Andr. in
addit. ad specul. in tit. de obligat. & solut. in rubr.* sequitur
*Alexan. l. cum fundus, §. seruum suum imprudens, num. 2. ff.
si cert. pet. Aretin. in l. 1. num. 1. ff. de pign. act.* vbi hoc ponit
pro regula,& pro notabili tradit *Roman. in singul. 187. Go-
mez. inst. de act. in §. item. col. 1. in fin.* latè *Boer. decis. 3 num.*
2. Hinc etiam si quis iurauit monumentum construere de-
9 bet illud † cum effectu facere, quia illa promissio habet in
se tacitam conditionem scilicet, & construam, & hoc ex
priuilegio iuramenti, quia omne verum, & non falsum de-
bet iurari, *Castrens. in leg. si cum patruo ad fin. C. commun.
vtriusque Iudic. & est bonus text. in leg. quæ sub conditione,
§. quoties, ff. de condit. instit. & in l. hæc scriptura, ff. de con-
dit. & demonstr. & in l. non dubium, §. 1. ff. de leg. 3.* in qui-
10 bus iuribus hæres institutus sub conditione si iurat † se fa-
cturum aliquid, vel daturum est hæres statim, quod iura-
uit, licet non dederit, vel non fecerit, quia datum, vel
11 factum reputatur, ex quo statim ad dandum, vel † fa-
ciendum compellitur, & latè prosequitur, & respondet
contrariis *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 23. num. 13.
& 22.*

De iure etiam Ciuili D. Castellanus tenetur adimplere,
quod promisit omisso etiam eo, quod considerabant aliqui
12 ex Dominis videlicet, quod promissio † de donando ha-
bet vim donationis, *glos. in §. alia in ver. manifestauerit in-
stitut. de donat.* vbi apertè vult donationem esse intelligen-
dam non solùm si per verbum præsentis temporis, sed etiam
13 futuri † fiat donatio, quia hoc intelligitur pactum de do-
nando, quod secundum sententiam, *Azor. Accurs. &
Bart.* producit actionem in *l. si quis argentum, §. vltimo,
C. de donat.* & hanc esse communem sententiam attestatur
Soccin. Sen. consil. 102. sub num. 4. lib. 3. & tanquam verio-
rem, & magis communem amplectitur etiam *Clar. in §.
donatio quæst. 14. in fin. Guidop. consil. 12. num. 1. Arius Pi-
nellus* qui etiam alios refert *in l. 2. par. 2. cap 3. num. 30. C.
de rescind. vend.* dicens eam esse veriorem, & crebriorem.
Afflict. decis. 61. sub num. 1. & hanc sententiam nouissimè
sequitur *Menoch. consil. 1. num. 237. & seqq. & consil. 92.
n. 27. & seqq.* & etiam *Piccardus in §. aliæ autem, num. 1.
& seqq. institut. de donat.* vbi quod hodie solo consensu
14 perficitur donatio † etiam de Iure Ciuili per *d. text. in d.
§. aliæ autem, iuncto, § sciendum, & per text. in l. si quis ar-
gentum 35. § fin. C. de donat.* & subdit non obstare *text. in
l. Iuris gentium 7. §. sed cum nulla in versic. igitur nuda, ff.
de pact.* quia hodie non sumus in nuda promissione, cum
lex confirmet,& assistat simpliciter promissioni,& ideo le-
15 gitima † conuentio appellatur, quia à lege confirmata est
l. legitima 6. eod. tit. de pact. ibi, *Et interdum ex pacto actio
nascitur*, quæ verba hunc habent sensum, & quàmuis ge-
16 neraliter † ex pacto efficax non tribuatur obligatio, eam
tamen pariet, si ab aliqua lege confirmatur, & deniquè
idem Piccardus concludit, cum ergo nudum pactum de
donando, quod antea in efficax erat noua Iustiniani lege
17 confirmetur † vtile erit quantumcumque simplex sit, ex
d. l. si quis argentum 35 § fin. dabiturque Donatario si pro-
missione facta Donatorem liberalitatis pœniteat, actio,
quæ condictio ex lege dicitur ex generali traditione *Iu-
lij Pauli in l. vnica ff. de condict ex lege*, vt obseruat *Accur-
sius ver. etiam creare in d. § fin.* & ibi interpretes omnes.
Bart. in d. l. legitima num. 2. ibi, & omnes amplectuntur; ha-
ctenus Piccardus.

Nam quicquid sit de prædictis omnes Domini conue-
niebant, quod ex pluribus capitibus in casu, de quo agitur
etiam de Iure Ciuili competebat actio ex dicta promissio-
18 ne de donando. Primò † quia pactum nudum iuramento
vallatum, nedum de Iure Canonico, sed etiam de Iure
Ciuili parit actionem, & obligationem, *Abb. in cap. cum
contingat num. 31.* & ibi *Alciat. num. 245.* vbi dicit hanc o-
pinionem esse communem *de iur. iur. Matthes. sing. 36.
Ias. in l. Iurisgentium, §. sed cum nulla. fall. 11. ff. de pact.
Lancell. Dec. & Galliuall in rub. columm. 3.* & ibi, *Alexand.
colum vlt. ff. de verb. oblig. Fortun. Garz. cap. 1. num. 28. &
ibi Felin. in cap. 1. num. 4. versic. est etiam alius casus de Iu-
re Ciuili videlicet in pacto vestito iuramento, de pact. Co-
uar in cap. Rainaldus, § 3 num. 19. de testam.* vbi dicit hanc
opinionem veriorem detectam per *l. quis maior 36. C. de
transact. & in cap quàmuis pactum par. 2. §. 2. num. 26. ver-
sic. quinto*, vbi dicit hanc opinionem esse communem *de
pact. in 6. Alciat. in cap. cum contingat, num. 245.* vbi pa-
riter de communi *de iur. iur. Guttier. de iur. confirmat.
parte 1. cap. 34. num. 1.* vbi dicit esse approbatissimam o-
pinionem *Guidopap. d. consil. 12. num. 5.* Ita & transactio
19 † quæ de Iure Ciuili est inualida, iuramento firmata va-
let, vt nudum pactum iuramento vallatum *Bartol. in d. l. si
maior, C. de transact. Ias. in l. 1. §. si quis*, & ibi *Galliual.
colum. 14.* vbi sententiam *Bartol.* dicit esse communem,

ff. de

ff. de verb. oblig. Couar. in d. cap. Rainaldus, §. 3. num. 21.
de testamen. Curt. Sen. cons. 75. num. 5. vers. quod tamen,
Ias. in §. si quis postulante num. 14. instit. de act.
Secundò ex eodem pacto de donado in hoc casu com-
petit actio, quia cum istud pactum de donando propriè nõ
20 sit nudum, sed vestitum † coherentia contractus dotis, &
matrimonij statim parti fuit ius quæsitum, itaut D. Castella-
nus actione præscriptis verbis simpliciter teneatur donare,
l. Iurisgentium, §. quinimò, ff. de pact. l. bonæ fidei, vbi Bart.
in princ. C. de pact. l. contractus, & ibi idem Bart. num. 5.
C. de fid. instrum. & in d. §. quinimò, num. 21. Bald. num. 4.
& 11. in fin. Angel. num. 2. vers. sequitur in textu, Guidop.
d. cons. 12. num. 2. & seqq. Tiraquell. de retract. conuent.
21 §. 1. glos. 5. num. 25. quibus locis dicitur † etiam, quod
pactum huiusmodi vestitum operatur, si paulò ante, vel
post contractum interponatur, latè Card. Mantic. de con-
tract. lib. 24. tit. 3. num. 9. Et quàmuis controuersia sit, An
22 ista conclusio procedat † solum in contractibus bonæ fi-
dei, de quibus in §. actionum, & §§. seqq. de action. vel etiã
stricti iuris, & quod procedat solum in contractibus bonæ
fidei dicunt, Cuiac. 10 obser. 24. & ad l. Iurisgentium 7. §.
quinimò, ff. de pact. Hugo Donellus in l. 13. col. 40. ff. de reb.
credit. cum alijs per Hunnium de pactis cap. 7. numero 1.
23 Quod † tamen procedit etiam in contractibus stricti iuris
tenent glos. in d. l. bonæ fidei, & ibidem Bart. num. 1. C. de
pact. glos. in d. l. Iurisgentium in §. sed quod nulla. in ver-
bo bonæ fidei, ff. de pact. Franciscus Hotoin. quæst. illustrium
quæst. 36. & 37. Ant. Faber. 5. coniect. 10. Goedd. in tract.
de contr. & committ. stipul. cap. 8. num. 77. Petrus GileKe-
ricus in l. 13. C. de pact. & hanc sententiam tenet, & à con-
trarijs defendit d. Hunnius de pact. d. cap. 7. num. 10. vers.
sed ab hac sententia. sed quicquid sit de hac opinione, da-
to etiam citra veri præiudicium, quod verior esset opinio,
vt scilicet d. conclusio non haberet locum, nisi in contra-
ctibus bonæ fidei, nõ autem stricti iuris, hoc casu versamur
in contractu bonæ fidei, cum huiusmodi pactum de donã-
24 do fuerit appositum † contractui matrimonij, & dotis, qui
sanè contractus sunt bonæ fidei, § fuerat instit. de act. Ias.
in §. actionum, num. 1. & § præterea num. 32. & 33. instit.
de act. & latius in d. §. fuerat, num. 11. & seqq. & est text.
in l. bonæ fidei, ff. de public.
Tertiò fuit consideratum, quod quando prædicta omnia
25 cessarent adhuc D. Castellanus teneretur præstare † inte-
resse tanti scilicet, quanti interest eius cui promissio facta
est, vt pactum debitum sortiatur effectum, Ias. in l. bonæ
fidei, num. 7. ff. de eo quod certo loco, & in l. manumissione,
num. 9. ff. de Iust. & Iur. Roland cons 69. num. 25. & seqq.
lib. 3. Bursatt. cons. 100. num. 38. lib. 1. Riminald. Iun. cons.
168. num. 1. quod quidem interesse, cum sit valor rei pro-
missæ, Riminald. ibidem num. 1. Bursatt. d. cons. 100. num.
39. Roland. d. cons. 69. num. 25. lib. 3. Cephal. cons. 554. nu. 6.
26 lib. 4. Paris. cons. 1. num. 122. lib. 1. in casu isto nulla eget † li-
quidatione, cum promissio sit de certa quantitate pecunia-
rum, vt ex sententia Io. Andr. tradit Rolan. d. cons. 69. nu-
mero 2.
Nequè obstat in Statuto Vrbis cap. 42. lib. 1. disponi,
27 quod vbi Statutum aliquid non determinat, seruetur † Ius
Ciuile, quia dato, quod Statutum ligaret, & quod esset ser-
uandum Ius Ciuile, adhuc dictum Statutum non obstaret,
vt patet ex supra deductis, sed verè dictum Statutum non
intrat ex pluribus capitibus. Primò quia cum Dominus
28 Castellanus sit persona † Ecclesiastica non compræhendi-
tur sub dicto Statuto Auth. statuimus, C. de Episcop. &
Cleric. Lap. alleg. 101. num. 3. Bellamer. cons. 40. per tot.
Nequè opitulatur, quòd dicta Statuta sint confirmata à Se-
de Apostolica, & ideò dicantur Papalia, vt in decisionibus
mox allegandis, quia cum in dicto Statutò nulla habeatur
29 mentio Clericorum, confirmatio † nihil de nouo conce-
dit, sed tantum actum, prout est confirmat. cap. 1. & 2. de
confirmat. vtil. vel inutil. Rip. resp. 40. sub tit. de offic. legat.
30 num. 7. ea enim natura confirmationis † est, robur solum
addere confirmato non autem illud ad ea, quæ in confir-
mato non includebantur, extendere, Bero. cons. 7. num. 37.
lib. 3. Dec. in l. mere, num. 3. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Me-
noch. cons. 75. num. 32. vol. 1. Hinc ex præfatis rationibus,
31 quod † Statutum Vrbis lib. 1. cap. 124. in quo disponitur,
quod emphyteusi finita, bona relocentur successoribus non
compræhendit Ecclesiam fuit resolutum in causa Romana
relocationis Domus 13. Martij 1595. coram bo. me. Gipsio,
& in causa Romana relocationis Casalis 16. Martij 1615.
32 coram Francisco Cardinali Sacrato. Hinc etiam, † quod
Statutum cap. 154. lib. 1. in quo disponitur, quod ad rescin-
dendum contractum sufficiat docere de læsione vltra ter-
tiam partem non compræhendat Ecclesias, nequè perso-
nas Ecclesiasticas, fuit resolutum in causa Romana Pensio-
nis 4. Februarij superioris anni 1630. coram R. P. D. meo
33 Pirouano, & in terminis alterius † Statuti cap. 157. lib. 1. in
quo disponitur, quod fideiussor possit petere à fideiussione
liberari, etiam quod diu non steterit in obligatione, est ele-
gans decisio in causa Romana fideiussionis 4. Martij supe-
rioris anni 1630. coram R. P. D. meo Merlino.
Nequè huic fundamento obstant decisiones in contra-
rium allegatæ, quia cùm adsit Statutum Vrbis cap. 178. lib. 1.
34 † in quo disponitur, ne in vna eadéquè causa secundò li-
ceat prouocare, & subiungatur, quod illud Statutum ser-
uetur in omnibus Curijs, inter Ciues, Incolas, & Distri-
ctuales Vrbis & ex dicto modo disponendi appareat dictũ
Statutum voluisse omnes compræhendere etiam Clericos,
ex quo voluit seruari in omnibus Curijs, in hoc casu con-
firmatio dat robur non solum quòad ius, sed etiam quòad
factum, quia ex prædictis personæ Ecclesiasticæ compræ-
henduntur sub dicto Statuto, & propterea stãte confirma-
tione, quia alias Statutum nihil valeret, quòad personas
Ecclesiasticas dicitur Papale, & compræhendit etiam Cle-
ricos, & personas Ecclesiasticas, & in istis terminis loquitur
decisio sanctæ memoriæ Clementis Octaui in causa Ro-
35 mana hæreditatis 21. Iunij 1577. quæ est † decisio 452.
part. 1. diuers. & in terminis huius Statuti cap. 178. lib. 1.
loquuntur decisiones in causa Romana separationis Tho-
ri 2. Decembris 1605. & 16. Ianuarij 1606. coram bonæ
mem. Cardinali Marquemontio, & in Romana Saluiani
10. Februarij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano. 380. par.
1. recent. & etiam decisio in causa Romana de Arigonijs
27. Ianuarij 1627. coram Eminentissimo Domino meo
Cardinali Virili, ac aliæ decisiones allegatæ per Gratian.
36 discept. 913. num. 14. Decisiones verò Seraphin. † 794. nu.
25. & 26. & decis. 1170. num. 3. vel sunt intelligendæ iuxta
decis. Sanctæ memoriæ Clementis Octaui, quam allegant,
vel si intelligantur iuxta decis. Portuen. Plani Vlmi coram
Robusterio, quam etiam allegant, & quæ videtur genera-
37 liter loqui, de hoc non est curandum, † cum illa decisio
fuerit expresse reiecta in dicta causa Romana relocationis
Domus coram bon. mem. Gipsio. nec de illa fuerit habita ra-
tio in dictis decisionibus coram bonæ memoriæ Cardinali
Sacrato, & DD. meis Pirouano, & Merlino.
Secundò fuit per DD. responsum, quod quatenus prædi-
ctum Statutum alias esset seruandam inter huiusmodi per-
sonas litigantes, non tamen deberet seruari in casu, de quo
38 agitur propter iuramentum. Itaut etiam † si ageretur in
terris Imperij esset seruandum Ius Canonicum, Felin. in
cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 54. de constit. Cephal.
cons. 159 num. 12. Seraph. de priuil. iuramen. priuil. 86. sub
num. 5. Gratian. discept. 534. num. 18.
Tertiò fuit responsum, quod cum istud pactum de do-
39 nando fuerit appositum occasione † matrimonij, fuit fa-
ctum in ipso tractatu, & propterea est pars ipsius tractatus,
& cum eo confunditur, Guidop. decis. 145. num. 2. vers. sed
his non obstantibus, Vincent. de Franch. decis. 205. num. 3.
Ideoquè cum vt suprà dictum fuit, contractus dotis, & ma-
40 trimonij sit bonæ fidei, † debet seruari æquitas, & Ius Ca-
nonicum, non autem Ius Ciuile, etiam in terris Imperij, &
sic in casu, de quo agitur, dictum Statutum nõ intrat. Barz.
decis. 50. num. 52. Marta voto 68. num. 18. Menoch. cons.
41 92. num. 42. vers. hoc suadet, hoc enim patitur bona † fi-
des, quæ in huiusmodi contractibus exuberare debet, ad
text. in d. l. in bonæ fidei, ff. de peculio, & in l. si Præses, vbi
Bald. C. de donat. Tellius Fernandez ad ll. Tauri, l. 17.
num. 37. vers. quod est adeò verum, Natt. cons. 609. nu. 41.
vers.

verſ.videtur etiam, *Abb.conſ.73.numero.3. verſ.nec obſtat ſi dicatur, lib.2.Annæus Robertus rer.iudi.lib.1.cap.2.* & fuit conſideratum coram me in cauſa *Romana* Pecuniaria 12. *Nouembris* 1601.

Ex quibus ſiuè ſit attendendum Ius Ciuile, ſiuè Ius Canonicum, cùm ex dicto pacto R. P. D. Caſtellanus tenea-
42 tur ſimpliciter donare, non obſtat. †*text. à contrario ſenſu in d.l. perfecta, C.de donat. quæ ſub modo*, quia quemadmodùm diſponitur, quod perfecta donatio conditiones ex interuallo non capiat. Ita præciſa obligatio de donando, quæ in caſu noſtro reſultat ex prædictis, conditiones non recepit, opus enim fuiſſet, quod incontinenti poſt dictum
43 pactum de donando conditiones fuiſſent † appoſitè, vt apertè colligitur, ex *text. in d.l. perfecta, in ſecundo dicto, & in cap.cum dilecto de donat.Couar var.lib.1.cap.14.n.1.*
44 incontinenti autem intelligitur, † quando in ipſo contractu, vel poſt ipſum contractum donationis, ſucceſſiuè nullo medio temporis interuallo inſerũtur, vt per *Socc. in conſ. 66.col.vltima, Rip.lib.3.reſponſ.cap.1. num.4.gloſ.magna in l.ſi quidem, ad finem. C.de except.* latè *Couar. loco citato num.* 1. & ſic in caſu propoſito pacta, ac conditiones debuiſſent apponi, vel in ipſa ſcriptura promiſſionis, vel ſucceſſiuè poſt dictam ſcripturam nullo medio temporis interuallo, quod cùm non fuerit factum, nec hodiè fieri poteſt, nec vlla diuerſitatis ratio afferri poteſt inter caſum, de quo in *d.l.perfecta*, & caſum noſtrum, ſicuti enim in dicto
45 Textu ſine conſenſu Donatarij eidem Donatario † auferri non potuit Ius, quod ipſi irreuocabiliter fuerat quæſitũ, argumento *l.ſi poſt mortem, §. fin.ff.de bonor. poſſ.contra tabulas, & cap.1. & ibi per DD. de ſucceſſ. feud.* & benè conſiderat *Didacus Perez.lib.5. ordin. tit.2. col.3. verſic. quæritur vtrùm, fol.mihi* 127 *col.*1. Ita in caſu noſtro cùm ex dicto pacto ſit perfectè ius quæſitum parti ad effectum, quod eodem modo D. Caſtellanus teneatur facere donationem, non poteſt in præiudicium partis, & abſquè illius conſenſu apponere alias conditiones vltra illas, quæ in pacto continentur, & in terminis dictæ *l.perfecta*, quod per
46 pactum, † ſeù promiſſionem de donando, ita dicatur perfecta donatio, vt non niſi de conſenſu Donatarij conditiones etiam ante traditionem non capiat, dicit *gloſ.in d.l.perfecta, in verbo non capit in prima ſolutione*, quam ibidem ſequuntur *Fulgoſ.num.1. Cyn.in verb.gloſ.querit, Salyc.in verb.ſed poteſt iſta ſaluari*, declarans dictam gloſſam in ſecunda ſolutione eſſe intelligendam ſecundum Iura anti-
47 qua, non autem noua, † ſecundùm quæ ſolum pactum eſt efficax ad agendum, *Bellapert.in verſ. vnde ſi ſit donatio*, & ad finem *Aloyſ.de Leon.num.4.*

48 Non obſtat, quod huiuſmodi † donatio non fuit inſinuata, & ideo non valuit, tàm ex diſpoſitione Iuris communis, *l.Sancimus, iuncta l.penult. C.de donat.* quàm ex Statuto Vrbis *cap.* 150. *lib.*1. in quo ad validitatem donationis non ſolum requiritur inſinuatio, ſed vlterius diſponitur, quod iuramentum, tàm in ipſa donatione, quàm in renunciatione inſinuationis cenſeatur dolo extortum; Nam huic fundamento fuit reſponſum, primò quod quicquid ſit de
49 illa quæſtione, An donatio † facta contemplatione futuri matrimonij in genere, vel extra capitula matrimonialia egeat inſinuatione, de qua *Monter.in decif.10.num.10. in fin.verſ.cæterum ad propoſitum*. In hoc caſu ceſſat omnis difficultas, quia promiſſio de donãdo facta fuit in ipſiſmet capitulis matrimonialibus, contemplatione certi, & determinati matrimonij inter bon.mem.Bartholomeum Caſtellanum, & D. Cæciliam de Capitoſtis; Ideoquè valet abſquè alia inſinuatione, etiam quod ſit ſcutorum 20000. non ſolum quia fauorabilior eſt, publicæquè vtilitatis adnexam cauſam habere videtur, ſed etiam quia vix vlla falſitas, aut fraudis ſuſpicio in hanc donationis ſpeciem cadere poteſt,
50 nec enim † ſolent clam fieri dotales tabulæ, prout nec ipſum matrimonium, vt in hæc planè verba eleganter conſiderat *Ant. Fab.in ſuo C. lib.8.tit.40. de inſinuan.donat.definit.2.* quàm refert, & ſequitur *Fontanell.de pact. nuptial. tom.1.clauſ.4.gloſ.1. num.16. & gloſ.29. num.1.* & hanc ſententiam in ſimilibus terminis tenet *Guidop. decif.* 145. *num.*5. prout in puncto *Natt.conſ.609.num.9.* dicens Iura
51 diſponentia, † quod donatio inſinuari debeat non procedere in huiuſmodi donationibus, quæ non ſunt ſimplices, ſed reciprocæ, & remuneratoriæ donationes, dum ſcilicet & Vxor dat dotem marito, & eidem marito prouenit aliundè donatio contemplatione matrimonij, & refert cùm alijs *Oldrad. conſ.139. num.14.* & faciunt *Angel. in l.fin.C. de iur.dot. Purpur.conſ.353. num.18. Dec.conſ. 20. num.11. & 12. Decian.conſ.35.num.21. lib.2. Roland. conſ.44.num. 22.& 29.lib.4. Torniell. inter conſ.Portij conſ.81. ante num.25. Menoch.conſ.261.num.8.& ſeqq. Barz. de dotibus filiarum, cap.21.num.8.& 19. Monter. d. decif.10. num.1.& ſeqq.* & præſertim *num.7. & num. 14. verſ. ſequitur ſecundus caſus, cùm num.ſeqq.*& latè fuit deductum in alia deciſione, in qua ex antiquo Iudicio Rotæ, Patres amplexi ſunt hanc ſententiam.

Secundò fuit reſponſum, quod cùm idem Statutum de inſinuandis donationibus ex rationibus ſupra allegatis non
52 liget perſonas Eccleſiaſticas, licet ardua ſit quæſtio, † An ſtante iuramento requiratur inſinuatio, ex deductis per *Duen.reg. 224.donatio excedens, Torniel.inter conſ.Portij d.conſ.81.num.31. Seraph. de priuil. iuram. priuil.73. num.3.* Attamen idem *Seraph.* affirmat magis communem opinionem eſſe, quod ſtante iuramento non requira-
53 tur inſinuatio, † prout de magis communi teſtatur etiam *Menoch.conſ.1.num.377.* & communem dicit *Aym. conſ. 118.num.1. Cancer. var.cap.8.num.5.lib.1.* vbi quod veritas eſt iuramentum ſupplere defectum inſinuationis, *Becc.conſ.62.num.41.* vbi allegat alios DD. teſtantes de communi, & magis communi, *Tiber.Decian.conſ. 60.num. 1.* vbi de communi *lib. 4. Peregr.decif.91.num.7.* vbi de
54 magis communi, & veriori, & hanc † opinionem ſequitur *Rota, Caputaquen.decif.286. part.1.* vbi etiam de communi *Seraphin. decif.472.num.14.decif.801.num.5.& decif.1184. pariter num.14.* vbi dicitur, quod ita ſæpe per Rotam fuit deciſum. *Rota decif.588.num.2. verſ.3.Inſtrumentum,& decif.665.num.6.par.1.rec.ſanct. mem. Greg. decif.391. num.5. Card.Mantic.decif.166.num.17.*& fuit dictum in cauſa *Narnien. Bonorum 26. Februarij 1616. coram bo.mem. Cardinali Sacrato, & in cauſa Viterbien. Terræ Vetrallæ 10. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Piroiuano, & in cauſa Signina Caſtrorum 13. Nouembris 1623. coram me*, & alias ſæpiſſimè.

55 Non obſtat, quod quando † donatio ſuſtinetur abſquè inſinuatione propter iuramentum id non procedit in præ-
56 iudicium Tertij, ex eo, quod iuramentum † confirmatorium contractus non operatur in præiudicium eiuſdem Tertij, ex allegatis per *Cancer.var.lib.1.cap.8. num.5.in fine, & num.41.* quia quicquid ſit de hac opinione ſumus extra difficultatem, cum agatur in præiudicium donantis,
57 prout ſumus etiam extra illam difficultatem. † an iuramẽtum operetur, quando Statutum requirit copulatiuè iuramentum, & inſinuationem, vt in *decif.671.num.2. part.1. recent. & in decif.385.num.2 part.2.pariter recent. Maſcot.variar.lib.2.cap.17.num.13.& 14.*

Et ita concluſum R.P.D. Caſtellanum, ſiuè attendamus Ius Canonicum, ſiuè Ius Ciuile teneri abſquè aliqua pactorum, conditionumuè appoſitione puram, liberamquè facere donationem.

* Eſt deciſio 393.ſup.part.5.recent.

¶ In eadem cauſa habetur infra altera deciſio coram eodem Reuerendiſs.P.D.Coccino Decano ſub die 10.Maij 1632.

R. P. D. DVNOZETTO.

Ariminen. Domus.

Die Lunæ 23. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Agens Saluiano interdicto, quid probare teneat-

teneatur. Saluianum interdictum licet spatio 10. annorum præscribatur, tamen hoc, quando non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum, quibus probatis, intret.*
2 *Creditum, cum hypotheca probatur ex instrumento.*
3 *Instrumentum publicum facit rem claram, & manifestam.*
4 *Clausula, constituti, probat possessionem constituentis, aduersus habentes causam ab eo.*
5 *Identitas bonorum benè probatur per duos confines.*
6 *Saluianum interdictum spatio decem annorum præscribitur.*
7 *Sed hoc non procedit contra valentem minimè agere.*
8 *Nec, quando competit restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.*
9 *Restitutio in integrum ex capite iustæ, & probabilis ignorantiæ concedi solet.*

DECISIO LIX.

CVM Diotalleuius prætenderet ex Saluiano immitti in possessionem cuiusdam Domus ei inter alia bona à Magdalena matre in testamento relictæ insimul cum Hieronymo eius patre, & d. Magdalenæ viro respectiuè, hodie proposito super hoc dubio DD. dixerunt ei esse dandam immissionem, cum pro illius parte benè probentur requi-
1 sita Saluiani † nempè creditum eius cum hypotheca, possessio anterior debitoris, & posterior rei conuenti, necnon identitas domus, de qua agitur, quibus probatis intrat Saluianum, *Rolan. cons. 14. num. 13. lib. 1. Greg. XV. decis.* 491. *num. 6. cum ibi alleg.*

2 Creditum siquidem cùm † hypotheca d. Diotalleuij benè probatur ex instrumento dotali inter Magdalenam, & d. Hieronymum eius virum inito, in quo inter alia bona do-
3 talia, ista domus legitur descripta, quod quidem † instrumentum facit rem claram, & manifestam, *cap. cum dilecti, vbi Abb. num. 2. Bart. in l. 1. in princip. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Paris cons. 104. num. 64. & seq. lib. 1.*

Possessio verò Hieronymi debitoris remanet etiam probata ex instrumento venditionis d. domus ab ea factæ Frãcisco, à quo Iunipera emit, in quo instrumento adest clau-
4 sula † constituti, quæ probat possessionem constituentis aduersus habentes causam ab eo, *Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Grat. cons. 42. num. 12. & 13. lib. 2. Natt. cons. 439. num. 3. Tiraq. de iur. const. par. 3. limit. 1. num. 23.* vbi alios allegat. *Rota decis. 324. num. 5. par. 2. recent.*

Identitas deniquè domus probatur, tàm ex instrumento dotis, quàm ex instrumentis venditionum in quibus plures
5 confines d. domus simili modo enunciantur, cùm † duo sufficerent secundum vulgarem doctrinam, *Bart. in l. demonstratio, num. 14. ff. de condit. & demonstr. cum allegatis in Romana Vineæ 1. Iulij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

6 Non obstat, quod Iunipera possederit vltra † decenniũ bona fide, & iusto titulo, & sic Saluianum dicatur præscri-
ptum, iuxta *tex. in l. 1. & 2. C. si aduers. cred.* & ibi *Scri-*
7 *bent. Roland. cons. 79. num. 7. & 8. vol. 1.* Quia hoc † non procedit, vel contra non valentem agere, *Rota apud Pa-*
8 *cif. de Salu. decis. 147. num. 5.* nec quando † competit restitutio in integrum ex capite ignorãtiæ, *Bart. in l. 1. §. si quis, ff. de itin. act. priu. Ruin. cons. 84. num. 8. lib. 4. Cagnol. in l. 2. qui de communi testatur, quæst. 79. num. 219. C. de pact. int. empt. & vend. Pacif. de Salu. inspect. 4. cap. 3. num. 24. & fuit dictum in Romana Saluiani 20. Nouembris 1630. coram R. P. D. meo Merlino,* quæ limitationes intrant in casu isto, nam quòad ignorantiam Diotalleuij illa satis præsumitur, ex quo ipse de tempore mortis Magdalenæ eius
9 matris esset infans, † eiquè propterea ex capite iustæ, & probabilis ignorantiæ competit restitutio in integrum, *Rota apud Pacif. de Salu. decis. 171. num. 1. Caputaq. decis. 207. in fin. par. 3.*

Quò verò ad impedimenta pariter benè iustificantur, ex lite ei à Hieronymo eius patre intentata ad illum excludẽdum ab vsufructu d. hæreditatis maternæ, vt colligitur ex decisione sub die 10. Maij 1630. coram me * facta.

Et ita vna tantum, &c.

* Est decisio 372. sup. part. 5. recent.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Testator, si alicui dotem reliquit, eamque in vita soluit amplius non debetur. Tutor soluens id, ad quod non tenetur, ad eius debitum imputatur. Sententia, quæ in iudicatum transiuit, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum ad certum effectum, si testator ipse in vita adimpleuit, non debetur.*
2 *Confessio propria facit cessare omnem præsumptionem.*
3 *Hæres non potest impugnare confessionem Testatoris.*
4 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, habetur pro veritate, & facit ius inter partes.*
5 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, operatur, vt super in ea contentis non possit amplius moueri controuersia.*
6 *Sententia, si transiuit in iudicatum, nullam in contrarium admittit probationem.*

DECISIO LX.

DOmini ex nouiter deductis recesserunt à decisis sub die 28. Martij præteriti * quòad partitam scutorum 100. quam in redditione rationum tutelæ non esse ad debitum pupillarum imputandam cẽsuerunt, reseruato tamen, vt de alijs partitis scutor. 127. & 258. particulariter videatur.

Quàmuis enim per Sanctem Fencium pupillarum patrẽ hæc summa ipsius Tutoris filiæ legata fuerit, eademq; postea promissa, quando nupsit, attamen stante solutione à dicto Sancte dum adhuc esset in viuis facta, non potuit, nec
1 debuit Tutor illam denuò † soluere, cùm filiæ suæ nulla cõtra pupillas actio competeret, secundum textus expressos in *l. Lucius Titius & ibi, Bart. ff. de legat. 2. & in l. filia legatorum, vbi Salycet. num. 3. vers. quæro Testator. C. de legat. Socc. Iun. cons. 79. num. 18. lib. 3. Surd. qui dicit esse communem Doct. opinionem in cons. 119. num. 10. Rot. coram Gregor. XV. decis. 236. num. 1. & ibi, Add. num. 15.*

De huiusmodi autem solutione constat ex libro tutelari, in quo Tutor asseruit se dictæ suæ filiæ, ac genero coniugibus denegasse solutionem dictorum scutorum 100. ex ea causa, quod antea à dicto Sancte, dum viuerent, fuissent soluta, ac propterea se Aduocatum consuluisse, eiq; consuetum duorum aureorum honorarium pro informatione dedisse. Accedit protestatio eiusdem Tutoris facta in iudicio contra dictos coniuges cum expressione eiusdem causæ, quod scilicet non deberetur ea summa, quia viuente dicto
2 Sancte fuerat soluta, † vndè resultat clara ipsius Tutoris cõfessio,

fessio, quæ iustificat partitam hodie controuersam, *l. cum te.la seconda.C.de transact. Rolan.in cons.21.num. 2. & 3. lib.1.* & cùm emanauerit à patre, dictus Christophorus il-
3 lius, † filius, & hæres eam impugnare non potest per *text. in l.cum à matre, C.de rei vendic. Bal.cons.89.num.3.lib.1. MarZar. de fideicom.quæst.53.in fin. Peregr. in eod. tract. art.44.num.20.vers.item assertio. Rot. in Ariminen Legati 27. Iunij 1629. coram R.P.D. meo Vbaldo, & in Rom. de Ruspolis 5. Iulij 1599. coram Litta.*

Verùm tollitur omnis difficultas ex sententia absolutoria pupillarum ab impetitis per dictos coniuges instante ip-
4 so Tutore lata, quæ cùm deinde † transitum fecerit in iudicatum pro veritate habetur, *l. 1. de rei iud. l. res iudicata, ff. de reg. iur. facitq; ius inter partes, c cum inter d tit. de re iudic. l. 1. in fin. cum duabus seqq. ff. de liber. agnoscen.* ac
5 operatur, vt super contentis † nulla amplius possit moueri controuersia, *l.2. & 3. C. vt lit. penden. Bald. in l. præscriptionem 24. num.24. vers.& præmitte ad euidentiam, C. si contra Ius. vel vtil. public. Natt.cons.524.num.3. & decis. 170.num.15. Rot.decis.572.num.2.in fin.par.2.recent.*

Non obstat adnotatio partitæ post quindecim annos à tempore prioris adnotationis, ac sententiæ, & rei iudicatæ factæ per ipsum Tutorem in dicto libro tutelari, in quo ponit ad sui creditum eadem scuta 100. filiæ suæ promissa cũ relatione tàm ad testamentum, quàm ad instrumentum promissionis, quia huiusmodi adnotatio posterior non est
6 attendenda in concursu rei iudicatæ, † quæ nullam in contrarium admittit probationem ad *trad. per Honded. in cons.61.num.9. & 16.lib.1.* cum alijs supra allegatis. Stante præsertim inuerisimilitudine, quod dictus Tutor potest obtentam absolutoriam, & rem iudicatam nemine cogente soluerit, quod sciebat, & antè quindecim annos sustinuerat fuisse solutum.

Et ita vna tantum parte informante fuit conclusum.

* Est decis.31. sup. in hac eadem parte.

¶ In eadem causa, vide infra aliam decisionem sub die 30. Ianuarij 1632. coram eodem bo.me. Mormanno.

R. P. D. PIROVANO.

Nouarien Decimarum.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Episcopus, nè circa quartam decimarum ei debitam, ius ob carentiam directæ actionis amittat, qualiter ei succurratur, & resoluuntur nonnullæ obiectiones circa hanc materiam in casu præsenti.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, quàmuis directa actione Laicos conuenire non possit pro exactione decimarum, officio tamen Iudicis nobili subueniendum est ei, ne ius suum amittat ob carentiam directæ actionis.*

2 *Episcopus fundat intentionem de iure in quarta quarta integræ decimæ, non autem in quarta quartæ Rectori debitæ.*

3 *Parrochus non est priuandus sua portione decimarum vt quarta Episcopo soluatur.*

4 *Officium Iudicis, quod implorat Episcopus contra Parrochianos pro consecutione partis sibi debitæ decimarum, restringi debet ad id, quod alias exigeret ab ipso Parrocho.*

5 *Replicatio, quando emanat ab eodem fonte, à quo deducitur exceptio rei, quid operetur. & num.9.*

6 *Ecclesia, quando non est curata, & postea efficitur Parrochialis, &c. ad eam decimæ transire non possunt in præiudicium Episcopi Parrochi vniuersalis, nisi cum expressa mentione decimarum.*

7 *Episcopo semper remanet integra actio pro sua quarta decimarum saltem officio Iudicis nobili, contra possessores quorumcunque prædiorum decimatoriorum, dum sunt debitores, cum agatur de onere reali.*

8 *Enunciatiua antiqua supra centum annos, quando habeat vim famæ ad implendam aliquam probationem.*

10 *Decimæ de Iure spectant ad Ecclesiam Parrochialem, declara vt num. 11.*

DECISIO LXI.

TRes in hac causa fuerunt excitatæ Controuersiæ principales.

Prima, An quota decimæ esset præscripta ex eo, quod Communitas, & Homines Cameri per multos annos continuauerint soluere libras septuaginta Episcopis per tempora existentibus, sed eadem discussa in decisionibus 7. Maij 1627. * & 26. Febr. 1631. * pro Episcopo determinata remanserunt.

Secunda, quod Episcopus non habeat fundatam intentionem agendi contra laicos pro quarta decimarum, sed tantummodò contra Rectorem, & huic difficultati fuit re-
2 sponsum, † quàmuis Episcopus directa actione laicos conuenire non possit pro exactione decimarum, officio tamen Iudicis nobili subueniendum esse, ne ius suum amittat ob carentiam directæ actionis, vt in decisionibus causæ 5. Decembris 1620. 11. Martij, & 10. Iunij 1630.

Tertia, & vltima fuit, quod intentio Episcopi censeatur fundata tantummodò in quarta eius quãtitatis, quæ Rectori debetur, & sic in vna, non autem in tribus partibus ex duodecim eidem Rectori de iure debitis, & huic pariter fuit satisfactum in decisione 10. Iunij 1630. * Hodieq; hac parte iterum examinata censuerunt Domini Episcopum posse agere pro integra quarta contra homines, & sic in hoc standum esse vltimo loco decisis.

2 Quia verè Episcopus fundat intentionem † de iure in quarta integræ decimæ, non autẽ in quarta quartæ Rectori debitæ, *c. conquerente, de offic. ordin. c. de quarta, de præscr. Abb. in cap.1.num.3. de decim. Moneta cap. 3.num.2. in tract. eiusdem tituli de decimis.*

Non obstat, quod Capitulum absque controuersia percipiat duas ex tribus partibus huius decimæ, quarta verò quæ pertinet ad Episcopum aliunde extrahi non possit, quàm ex portione, quæ debetur Rectori, qui sicuti non est
3 priuandus † sua portione, vt quarta Episcopo soluatur, ita officium Iudicis restringi debet, ne plus Episcopo in actio-
4 ne contra Parrochianos, quàm ipse habeat contra † Rectorem, à quo integra quarta exigi non potest, quando vt hic altera Ecclesia, nempè Capitulum maiorem partem habet.

Quia exceptio prædicta sicut fundatur in duobus præsuppositis, ità illis sublatis euanescit, & sine ratione corruit, propterea si indubitatè probatur Capitulum percipere duas partes ex tribus de huiusmodi decima secundum diuisionem factam in Instrumento anni 1478. & indulta Pauli Secundi, & Iulij Secundi, sententias Rotales, & locationes datas in positione 7. Maij 1627. ita verissimum erit ex eisdem iuribus Episcopo deberi tres partes ex duodecim, ex
5 quo replicatio † Episcopi emanat ab eodem fonte, à quo deducitur Communitatis exceptio, *Bald. in l. si non sortem, §.1.num.5.ff. de cond. indeb. Felin. in c. ex parte 2.n.13. vers. decimo non fallit, de offic. deleg. Ias. in §. actionum, nu.128. de action. Cephal. cons.387.num.1.lib.3. Cassad. decis.10. de rescript. Garz. de benef. par.1. cap.5. num. 490.* similiter, & aliud præsuppositum, quod Rectori debeatur sua portio, qua

qua priuandus non est, vt quarta Episcopo soluatur, confunditur, quia ex eodem Instrumento diuisionis anni 1478. apparet Clerico Ecclesiæ Cameri duodecimam tantum partem deberi, cui accedit depositio vnius testis affirmantis, quod ab initio Ecclesia Cameri non erat curata, sed postmodùm erecta fuerit in Parrochialem, cum reserua-
6 tione patronatus familiæ de Testa, ad quam † decimæ trãsire non potuerunt in præiudicium Episcopi Parrochi vniuersalis, nisi cum expressa mentione decimarum, prout Rota ex sententia Sacræ Congregationis Interpretum Concilij firmauit in *Mediolanen Decimarum de Carlatio 24. Maij coram bo. me. Andrea, & in alia Mediolanen Decimarum 9. Iunij 1617. coram me*, quæ eo certiora redduntur, ex quo à die litis motæ, quæ cõtigit de anno 1624. Parrochus neque egit pro exactione decimarum contra laicos, neque comparuit in iudicio pro iure suo excipiendo contra Episcopum, aut assistendo contra laicos, itaut cessante voluntate, aut facultate Rectoris agendi pro sua portione contra laicos, semper remanet integra actio Epi-
7 scopo pro sua quarta, † quam saltem officio Iudicis nobili contra possessores quorumcunque prædiorum decimatoriorum (modo sint debitores, prout sunt homines Cameri) dirigere potest, cùm agatur de onere reali, *Feder. de Sen. cons. 81. in princ. Capic. decis. 20. num. 26. Franc. decis. 107. num. 11. Gambar. de Legat. lib. 6. num. 454. Franc. March. decis. 550. num. 5. Costa de portione, & rata par. 149. num. 11. Moneta de decimis cap. 6. num. 17.* & idem fuit firmatum *in Corduben liquidationis fructuum coram D. Cardinali Verospio 5. Iunij 1620. & in Conchen Decimarum, quæ est 442. part. 1. recent.*

Non obstat, quod ex prædictis non constet Parrochiam Cameri fuisse antiquitus penès Capitulum.

Quia enunciatiua supra centum annos de qua in Instrumento anni 1478. habet vim famæ iuncta cum depositione vnius testis, & negligentia Rectoris in non comparen-
8 do, † sufficienter coadiuuantur inuicem ad integrandam hanc probationem, *Verall. decis. 271. num. 3. par. 3. Mantic. decis. 325. num. 4. & Rota decis. 247. num. 6. coram Papa Greg. XV.* sed præterea hæc probatio desumitur ex fun-
9 damento Communitatis, tamquàm emanans † ab eisdem iuribus, à quibus replicatio desumitur, prout supra dictum fuit.

Neque tenet replicatio, quod probata pertinentia par-
10 rochialitatis respectu Capituli, adhuc non releuaret, ex † quo decimæ pertinent ad Ecclesiam parrochialem, iuxta notata communiter per DD. *in cap. cùm contingat. de decimis.*

Quia probata antiquiori parrochialitate, vel decimæ nõ
11 debentur, nisi expressè fuerint † assignatæ in erectione, vt iam dictum fuit, vel Episcopus semper fundat intentionem in parte retenta secũdum terminos decisionis *Mediolanen Decimarum de Varisio 12. Ianuarij 1618. coram me.*

Et ita, &c.

* Sunt deciss. 64. par. 5. recent. & 23. hac ead. par.

* Habes hanc decis. infra prout in Indice in fine decisionum posito.

R. P. D. MERLINO.

Romana Nullitatis Obligationis.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Notarij secundum reformationem Pauli V. super Tribunalib. Vrbis nequaquàm possunt rogare, seù stipulare instrumenta, nisi noscant contrahentes, & de hoc mentionem facere debent in instrumentis, alias condemnantur ad damna, & interesse parti læsæ, & d. instrumenta remanent sub vitio nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de iure communi non est necesse, vt habeat notitiam contrahentium ante confectionem instrumenti.*
2 *Notarius de iure communi sat est, quod habeat notitiam contrahentium eo modo, quo haberi potest, videndo personas ipsorum asserentium, se tales.*
3 *Notarius, si deberet cognoscere contrahentes esset quasi ad nihilum deducere instrumenta.*
4 *Notarij secundum reformationem Pauli V. non possunt rogare, seù stipulare obligationes aliquas, vel contractus, nisi benè noscant contrahentes.*
5 *Et de tali cognitione in instrumentis facere debent mentionem.*
6 *Decretum irritans radicitus inficit actum aliter gestum.*
7 *Clausula, sublata, nedum irritat actum, sed & ita claudit os parti, vt nec admitti possit ad probandum contrarium.*
8 *Clausula, sublata, Iudici aufert facultatem aliter iudicandi.*
9 *Clausula in fine posita, quando ad omnia superiùs relata, non possit referri.*
10 *Relatio regulariter fit ad proxima, & immediatè præcedentia, non ad ea, quæ longè distant.*
11 *Notarius, vel vnus ex testibus sufficit, quod cognoscat alterum ex contrahentibus ad hoc, vt instrumenta substineantur, & hoc secundum declarationem Reformat. Pauli V.*
12 *Constitut. Pauli V. quod Notarij debeant cognoscere contrahentes, copulatiuè continet pœnam damnorum, & interesse respectu Notarij, & annullationis actus respectu partium.*
13 *Dictio, vltra, est inclusiua, & implicatiua antecedentium, cum subsequentibus.*

DECISIO LXII.

FVIT resolutum, decretum A.C. contra Hippolytum relaxatum, esse reuocandum.

Relaxatum enim fuit in vim cuiusdam Instrumenti fideiussionis, factæ per dictum Hippolytum pro Francisco in fauorem Lucæ de Vecchis; in Instrumento autem Notarius nullibi attestatur, quod idem Hippolytus sibi esset cognitus; & propterea, licet attenta iuris communis dispo-
1 sitione, stipulatio prædictæ fideiussionis sustineatur; † quia non est necesse Notarium habere notos contrahentes, ante confectionem Instrumenti, sed satis est, quod habeat
2 notitiam eo † modo, quo potest, videndo personas ipsorum, asserentium, se tales, vt docuit *Bald. in rubr. C. de fide. instrum. num. 21. vers. in contrarium videtur*, vbi, quod si deberet Notarius cognoscere contrahentes, esset quasi
3 ad † nihilum deducere instrumenta, *Ruin. cons. 189. nu. 17. lib. 1. Cagnol. in l. si librarius, num. 64. ff. de reg. iur. Bertazzol. claus. 2. glos. 2. num. 9. Rota decis. 434. num. 1. par. 1. diuers. & in Perusina hæreditatis 28. Nouembris 1616. coram bo. mem. Buratto.* Attamen ex præscripto Constitut. fa. mem. Pauli V. super reformatione Tribunalium editæ, §. Notarij non audeant. tit. de Notarijs, dicta Hippolyti fide-
4 iussoria obligatio nõ subsistit, Ibi enim statuitur, quod † Notarij non audeant rogare, vel stipulari obligationes aliquas, vel

vel contractus, nisi iidem Notarij benè nouerint contra-
hentes, & quod de tali cognitione in instrumento mentio-
nem facere debeant; de hac autem cognitione Notarij de
5 ipso Hippolyto, & cognitionis † attestatione, nullibi appa-
ret in instrumento, cuius vigore condemnatus fuit idem
Hippolytus, & perindè nulla remanet, & inanis eiusdem
obligatio, quia constitutio prædicta munita est, clausula,
6 decreti irritantis, † quæ radicitus inficit actum aliter gestũ,
*cap. si eo tempore. de elect. in 6. Cassador. decis. 1. num. 2. de
restit. spol. decis. 3. in princ. eod. tit. in nou. & diuers. decis.
24. num. 5. par. 2* & clausula, sublata &c. quæ, nedum irritat
7 actus, secus gestos, sed ita claudit os parti, † vt nec admitti
possit ad probandum contrarium, *vt dixit Card. Seraph.*
8 *decis. 1251. num. 19.* Iudici autem † aufert facultatem ali-
ter iudicandi, *Put. decis. 50. num. 5. lib. 1. Caputaq. decis.
134. num 4. par. 3. Rota decis. 180. num. 1. par. 2. recent.*
Non obstat, quod in instrumento census, cui posteà fi-
deiussor accessit Hippolytus, adsit clausula (omnes mihi
Notario cogniti &c.) quia clausula prædicta referri non po-
test ad Hippolytum, si quidem Notarius in dicto instrumẽ-
to de Hippolyto mentionem fecit, dumtaxat in promissio-
nem Francisci, de faciendo accedere fideiussores, clausula
9 autem prædicta apposita est in stipulatione † ipsius fideius-
sionis, rogatæ per separatam, & perfectam rationem, lon-
gè à dicta promissione distantem, & post digressum ad alia
capitula, & in hac stipulatione nullum quidem verbum ha-
betur de Hippolyto, tunc absente, sed recensentur tres alij
tunc præsentes, & ad fideiussionem accedentes, ex quibus
proptereà rectè deprehenditur, quò ad Hippolytum clau-
10 sulæ prædictæ fieri non potest relatio, quæ † regulariter fit
ad proxima, & immediatè præcedentia, non ad ea, quæ
longè distant, *l. si idem. ff. de iurisd. omn. iud. Aym. cons. 147.
num. 8. Rota decis. 666. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 267.
num. 3. part. 2. recent.* Neque Hippolytus in dicto instru-
mento ad contractum fideiussor accessit, sed in alio instru-
mento post plures dies rogato, in quo nullibi legitur clau-
sula cognitionis de eodem Hippolyto.
Minus obstat declaratio, facta ab eodem sa. mem. Paulo
11 Quinto, quod sufficiat vt Notarius, vel vnus ex testibus †
cognoscat alterum ex contrahentibus, Quoniam in instru-
mento fideiussionis, factæ per Hippolytum, deficit, etiam
mentio talis cognitionis, nullaque adest clausula, cognitoq;
&c. vel cognitus &c. vt dictum est supra.
Demùm non obstat, quod Constitutioni sa. mem. Pauli
Quinti fuit satisfactum per condemnationem Notarij ad
damna, & interesse parti læsæ; quoniam Constitutio præ-
12 dicta copulatiuè † continet pœnam damnorum respectu
Notarij, & annullationis actus, respectu partium, vt colli-
13 gitur ex illis verbis (vltra pœnas adiectas) quæ dictio, † vl-
tra, est inclusiua & implicatiua antecedentium, cum subse-
quentibus, *Rebuff. in l. si quis sic dixerit, 133. vers. idem in
dictione, vltra, ff. de verb. signif. Menoch. præsumpt. 145.
num. 4. lib. 4. Surd. decis. 285. num. 9. & 12. Gratian. di-
scept. for. cap. 116. num. 29.*
Et ita, Hippolyto tantum informante, resolutum fuit, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Cremonen̄ Præpositurae.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Beneficium dicitur reseruatum, stante eius resignatione facta in manibus Papæ. Et quando beneficij resignatio dicatur sortita suum effectum, licet mandatarius non seruauerit formam mandati in resignando.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium dicitur reseruatum, stante eius resignatione facta in manibus Papæ.*

2 *Ex resignatione facta in manibus Papæ, resultat vacatio beneficij in Curia, quæ cadit sub reseruatione clausa in corpore iuris.*

3 *Narrata in gratia, vt iustificentur admittuntur leuiores probationes.*

4 *Testes bene probant presbyteratum alicuius, si pro causa scientiæ deponant, quod viderunt instrumentum ordinationis Sacerdotij suscepti ab eo, de quo deponunt.*

5 *Resignatarius, quod possederit beneficium resignatum, ex quibus satis superque probetur.*

6 *Procuratori, quando liceat verbis mandati præferre mentem ipsius mandantis.*

7 *Declarationi mandantis, & præsertim in dubijs standum est.*

8 *Mandantis mens, quando est probata, si in mandato adsint verba directò contraria eius menti, pro non appositis sunt habenda.*

9 *Superflua non sunt apta ad annullandum, & vitiandum actum, sed potius ipsa vitiantur.*

10 *Resignatio beneficij, quando sortita fuit suum effectum, omne ius dicitur abdicatum à resignante, ita vt nihil dicatur apud ipsum remansisse, quod possit vacare per eius obitum.*

11 *In Literis prouisionis beneficij resignati, non fit mentio de conditionibus ad fauorem resignantis, sed talis mentio fit in literis reseruationis pensionum.*
Et iste est stylus Officialium Curiæ, qui stylus attendendus est.

12 *Publicatio resignationis beneficij bene dicitur facta intra terminum requisitum, data eius prorogatione.*

DECISIO LXIII.

POstquam Ecclesia Parrochialis Præpositura nuncupata, de qua agitur, ex resignatione Hieronymi admissa per summum Pontificem Dominico collata fuit, idem Hieronymus diem clausit extremum. Ioannes verò eandem Ecclesiam vti per obitum huiusmodi in mense non reseruato vacantem per Ordinarium sibi conferri obtinuit. Vnde orta lite coram A.C. in literis Apostolicæ prouisionis deputato, & expeditis per dictum Dominicum alijs literis gratiosè subrogationis ad ius, & possessionem dicti defuncti. idem A.C. pronunciauit, literas huiusmodi non esse exequendas.

Verùm introducta coram me causa appellationis. Domini censuerunt dictam sententiam esse reuocandam.

Constat enim de iustificatione omnium eorum, quæ
ad obtinendam executionem dictæ subrogationis requi-
1 runtur, & primò quidem quod Ecclesia si † reseruata pro-
pter resignationem factam in manibus Papæ, vnde resultat
vacatio beneficij in Curia, quæ cadit sub reseruatione in
2 corpore iuris clausa, † *vt habetur in c. 2. & ibi* Io. *Andr. n. 7.
& Anchar. num. 1. de præbend. in 6. glos. in clem. penult. in
verb. siue ad nos. eod. tit. Rebuff. cons. 49. nnm. 10. Mandos.
in prax. Signat. Grat. tit. de resignat. num. 10. Gonzal. ad
Reg. 8. glos. 13. nu. 42. Rota decis. 1. in fin. de rer. permut. in
nou. & in Colonien̄ Canonicatus S. Vrsulæ 27. Ianuarij
1627. coram R.P.D. meo Vbaldo.*
Secundo, quod idem subrogatus sic constitutus in ordi-
ne presbyteratus ad regendam Ecclesiam parrochialem
requisito, constat ex testibus deponentibus non modo de
3 communi reputatione, † quod sufficit ad effectum huius-
modi

modi iustificationis, *Innoc. in cap. innotuit. in princip. de eo qui fuit ord. recep. Aegid. decis. 114. Caputaq. decis. 177. num. 8. par. 1. Rota decis. 14. de probat. in antiq.* & in terminis similis subrogationis *fuit dictum in Placentina Canonicatus, & præbendæ 26. Nouembris 1593. coram bo. me. Orano.* Sed prætereà, pro causa scientiæ addunt, se vidisse instrumentum ordinationis Sacerdotij ab eodem Domini-
4 co † suscepti, ita vt plenè probent. per textus expressos in *cap. 2. & seq. & vtrobique glos. in verb. argumentum, & in verb. testes, de Cleric. Peregr. Mascard. de probat. conclus. 303. num. 5.*

Tertio de possessione dictiq; Hieronymi constat etiam ex testibus, qui dicunt, se vidisse eum possidere dictam Ecclesiam, & facere omnes actus fieri solitos à vero illius Rectore, & possessore, ac eundem pro tali ab omnibus publi-
5 cè fuisse reputatum, † quæ omnia satis superq; probant possessionem, *Cas. de Grass. decis. 14. de test. Rota in Albanen. Spolij 11. Iunij 1609. coram Iusto.*

Non obstant quæ opponuntur aduersus reseruationem, quod scilicet illa non subsistat ex defectu consensus, quem dicunt nulliter fuisse præstitum resignationi per procuratorem constitutum ad consentiendum, mediante reseruatione pensionis ducatorum centum super fructibus & redditib. Eccl. Ordinarijs, ac incertis, cum tamen Dominicus resignatarius illi consenserit super certis tantum, non autem super incertis. Quia in mandato post verba super fructibus, & redditibus ordinarijs, ac incertis subsequuntur immediatè alia verba, videlicet, qui fructus ordinarij, & certi ad valorem annuum ducentorum, & viginti ducatorum ascendunt. Vnde potuit oriri probabile dubium, an forma mandati esset potius limitata ad fructus certos, quam ad certos simul, & incertos & an non per errorem Notarij scribentis irrepserit in instrumento illud verbum, incertis,
6 quo casu licuit procuratori † verbis mandati præferre mentem ipsius mandantis, consentiendo resignationi sub reseruatione pensionis super fructibus certis tantùm, *l. vlt. in fin. ff. mandat. Tiraq. in l. si vnquam. verb. libertis. num. 59.* quam intentionem postea idem resignans suis literis missi-
7 uis etiam declarauit, † mandantis autem declarationi præsertim in dubijs standum esse docet, *Felin. in cap. eam quæ, sub num. 6. in fin. de rescr. Dec. cons. 51. num. 3. Aym. cons. 234. num. 4.* Probata itaquè intentione Hieronymi de reseruatione pensionis super fructibus certis tantùm, conse-
8 quens est, vt illa verba, incertis, in mandato apposita † habenda sint pro nō appositis, *l. si ita. §. qui filio ff. de bon. poss. secund. tab.* & quod superflua fuerit promissio resignationis ad maiorem cautelam ipsius resignantis facta de exhibendo intra quatuor menses alio mandato ad consentiendum resignationi cum reseruatione pensionis super certis, cum
9 superflua † nō sint apta ad annullādum & vitiandū actum, sed potius vitientur; *Rot. in Toletana seu nullius iurisdictionis 2. Aprilis 1618. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ex his verificata conditione reseruationis pensionis super certis dubitari non potest, quin resignatio correspectiua reseruationi suum fuerit sortita effectum, & ideò per eam omne ius fuit abdicatum à resignante, ita vt penès ipsum nihil remanserit, quod potuerit vacare per eius obitum, secundum notata per Doctores in *cap. solicitè. de restit. spol. Cassad. decis. 4. eod. tit. Menoch. cons. 105. nu. 20. lib. 1. Paris. de resig. lib. 1. quæst. 7. num. 39. & fuit resolutum in Legionen. Præstimoniorum 11. Martij 1594. coram bo. mem. Card. Pamphilio.*

Nequè obstat, quod in literis prouisionis non sit facta mentio alterius conditionis in eodem mandato appositæ, quæ concernit partem domus spectantis ad eandem Ecclesiam; quam idem resignans sibi reseruauerat pro sua habitatione, vnde propter omissam huiusmodi reseruationis mentionem in literis prouisionis infertur ad illarum sub-
11 reptionem. Quia † stylus Officialium Curiæ talis reseruationis mentionem admittit solummodo in literis reseruationis pensionum, non autem in literis prouisionis, qui stylus attendi debet ad *trad. per Menoch. in cons. 287. num. 27. lib. 3. vbi plures allegat Rota in Papien. beneficij 10. Aprilis 1617 coram bon. mem. Andrea.*

Minus obstat quod pro parte dicti resignatarij non doceatur de publicatione suæ prouisionis facta intra tempus Constitutionis fel. rec. Gregorij Papa XIII. de resignationibus, intra sex menses citra montes publicandis, quia per
12 Instrumentum publicum satis † constat de publicatione iuxta formam dictæ Constitutionis subsequuta intra terminum per literas in forma Breuis expeditas protogatum, quod sufficere dixit *Rota in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij 1598. coram bo. mem. Card. Pamph. impressa apud Marches. de commis. par. 1. pag. 361.*

Et ità vtraquè parte informante fuit conclusum.

¶ Habetur infra alia decisio in eadem causa coram eodem bo. mem. Motmanno sub die 15. Decembris præsentis anni 1631.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Assecurationis Nauis.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Casus obligationis circa materiam assecurationis Nauium, quando dicatur euenisse, onus probandi implementum ad quem pertineat. Procurator in dubio cuius vigore aliquid gessisse censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Implementum probandi onus, pertinet ad adimplere debentem.*
2 *Probatio maior dari non potest, quam propria confessio.*
3 *Procurator, qui mandatum suscepit, cogi ad illud exequendum potest.*
4 *Procurator præsumitur omnia gessisse in dubio, vigore præcedentis mandati, quàmuis de illo, non fuerit facta mentio.*
5 *Mandatum sufficit, vt impleatur, quomodo possibile est, si aliter impleri non possit.*
6 *Procurator pinguius, & vtilius adimplere potest mandatum.*
7 *Præcedentia, quando alicui sunt commissa, censentur etiam commissa antecedentia.*
8 *Ex epistola responsiua arguitur præcedens epistola ante scripta.*
9 *Actus, quo animo sit gestus, deprehenditur ex antecedentibus, & subsequentibus.*
10 *Officiali publico creditur, in his, quæ spectant ad eius Officium.*
11 *Petere, id, quod quis subtus habet, bona fides hoc non patitur.*

DECISIO LXIV.

ITERVM proposita causa super eo, An euenerint casus assecurationis, commissaquè fuerit stipulatio iuxta obligationem Mercatorum Vrbis, qui assecurarunt granū Octauiano Acciaiolo, & Marco Martello, donec fuisset

I dela-

delatum ad Portum Gori, DD. affirmatiuè resoluerunt approbando resolutionem in hac causa factam 26. Februarij præteriti, * dempta tamen quantitate exacta, & recuperata pro ipsis Assecuratoribus ex pretio huius grani.

Cum verò negari non possit euenisse casum obligationis, dùm Mercatores Assecuratores voluerunt teneri ex causa cuiuslibet infortunij, & in se susceperunt omne risicum, quod ipsa Nauis pati posset à tempore, quo grano oneraretur quousquè salua, & incolumis perueniret ad Portum Gori, vt benè colligitur ex generalitate verborum assecurationis, excipiendo solum à generalitate casum (barattariæ) & propterea eò ipso quod granum non fuit adductum Gorum, ibiquè in eius Portu exoneratum, non est dubium fuisse factum locum obligationi assecuratorum,
1 à quibus † expressè id promissum extiterat, cuius obligationis implementum in ipsos transfertur *l. 1. C. de probat. glos. in l. 2. in verb. repellere circa med. C. de iur. emphit. Bart. in l. in illa stipulatione, l. Kalendis, ff. de verb. oblig. Natt. cons. 726. num. 3. lib. 5. Bero. cons. 125. num. 13. lib. 1. Surd. decis. 64. num. 29. & seqq. Rot recent. decis. 362. nu. 2. part. 1.* sed de non implemento constat ex ipsorum propria confessione, dum Mercatores assecuratores dederunt mandatum assecuratis, quod procurarent vẽdere granum eorum sumptibus, pro obseruantia assecurationis, qua nul-
2 la † potest dari maior probatio, cùm superet omnes alias probationes, *l. 1. C. de confess. l. vlt. C. de fideic. l. cuncta, C. de transact.*

Nec obstare dicebatur Acciaiolum, & Martellum assecuratos constituisse procuratores Guasconum, & Sanminiatum nomine proprio, non autem pro assecuratoribus, quia cùm præcessisset mandatum, & nomine ipsorum as-
3 securatorum acquiren. esset, & ad id † ipsi assecurati cogi possent ratione acceptationis huius mandati, *l. idemquè, §. si prõr, & l. si mandauero tibi. la seconda, §. sicuti est mand.* cum alijs *per Surd. decis. 304. num. 4. cum seqq. Rot. recent. decis. 640. num. 10. in fin. part. 1.* consequenter nomine ipsorum assecuratorum eosdem Guasconum, & Sanminiatum procuratores constitutos fuisse censentur, quamuis ab assecuratis hoc expressum non fuerit ad latè congesta per *Surd. cons. 19. sub num. 23. cum multis seqq. lib. 1.* præsertim ex quo huiusmodi mandatum fuerat specialiter ad id
4 datum ab assecuratoribus, quo casu etiam in † dubio præsumuntur omnia gesta vigore præcedentis mandati, quàmuis de illo non fuerit facta mentio, *Bart. in l. qui in alieno, §. si is qui putabat, ff. de acquir. hæred.* la è *Surd. d. consil. 19. num. 30. cum seqq. lib. 1.* & optimè *Rot. in recent. d. decis. 640. sub num. 12. par 1. & coram fel. rec. Greg. XV. decis. 472. num. 8.* vbi etiam *Adden. sub num. 9.*

Sed visa fuit cessare difficultas ex facultate assecuratis tributa ab Assecuratoribus in eodem mandato, vt patè ex ius verbis, ibi, *Come se intieramente spettassero à voi, & à loro, &c.* ex quibus colligitur ipsis notum fuisse non potuisse recuperationem obtineri, nisi nomine Acciaioli, & Martelli, cùm sub nomine ipsorum granum descriptum in Magistratu Bladarum reperiretur, & ideò sat esset ab ipsis fuis-
5 se impletum † huiusmodi mandatum, vt possibile fuit, cùm aliter impleri non potuisset, vt post alios *Crauett. cons. 203. num. 17. & cons. 247. num. 4.* Eoquè magis, cùm hoc modo facilis reddita extiterit huiusmodi recuperatio, adeò vt di-
6 cendum sit pinguius, & vtilius † hoc ipsum mandatum adimpletum fuisse, prout fieri ita potuit, *l. si hominem. ff. mãd. Surd. decis. 268. num. 25. Mant. decis. 260. num. 2. ante fin. Rot. decis. 32. num. 1. par. 2. diuersorum.*

Immo sufficeret pariter, quod data fuisset facultas ordinandi venditionem frumenti, vt ab assecuratis eo modo, quo potuisset, fuisset ordinata huiusmodi præcedens eiusdem frumenti recuperatio, quia in mandato eorum, com-
7 missis subsequentibus † censentur etiam commissa antecedentia, *Butr. cons. 44. num. 2. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 470. num. 3.* & sufficit sola verisimilis mens mandantis, *Mant. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 14. num. 31.* & fuit dictum *in vna Romana Census 13. May 1630. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quibus etiã addebatur, quod ab ipsis assecuratis fuit statim scripta priuata epistola supradictis Guascono, & Sanminiato, quod granum & pretium illius pro assecuratoribus ab
8 eis recuperaretur, vt iustificatur ex epistola † responsiua eorundem Guasconi, & Sanminiati in actis exhibita, & producta, ex qua arguitur huiusmodi præcedens epistola prius scripta, ad deducta per *Molin. de Iust. & Iur. disput. 409. num. 5.* & in vna *Romana Pecuniaria, seù Cambiorum 10. Iunij 1616. coram bo. mem. Card. Sacrato,* & in alia *Romana Cambiorum 7. Maij 1629. corã R. P. D. meo Motmanno.* Ac rursus ex computo retento ab eisdem Guascono, & Sanminiato sub nomine ipsorum assecuratorum, & assecuratis ad Vrbem transmisso, & deinde ab ipsis assecuratoribus parte citata extracto, necnon ex alio computo ab assecuratis retento in eorum libris, sub nomine etiam assecuratorum à quibus pariter fuit extractum, vnde considerato principio, medio, & fine semper apparet huiusmodi mandatum assecuratos dedisse proprio nomine, vt facilius recuperatio grani, seù illius pretij assequeretur pro ipsis asse-
9 curatoribus. Nam ex † anteceden. & subsequen. optimè deprehenditur, quo animo actus gestus fuerit, *l. reprehendenda,* & ibi *glos. in verb. comprobasti, C. de instit. & substitut. Roman. cons. 91. num. 2.* & ibi *Mandos.* alios citat, in verbo conformem, *Surd decis. 307. num. 11. & seqq. Caputaquẽ. decis 148. num. 4. par. 1. Rota coram fel. record. Gregor. XV. decis. 70. num. 8. & decis. 239. num. 8.*

Nihilominus, quia Acciaiolus, & Martellus assecurati granum non amiserunt, cùm eis restitutum fuisse appareat
10 ex † fide Magistratus Bladarum rogata à Notario eiusdem officij, cui propterea est standum, *Seraph. decis. 431. nu. 6. & 1088. num. 4. & 1390. num. 2. Rota decis. 252. numer. 3. par. 2. recen.*

Ideo certum est totius grani iacturam non fuisse passos, siquidem ipsum restitutum Venetijs vendiderunt, atquè ita cùm apud se pretium habeant bona fides nõ patitur, vt pe-
11 tant † quod intus habent, *§. sic itaquè, Instit. de act. l. qui hominem, §. si credo, ff. de solut. Bald. cons. 281. lib. 5.* Nec per ipsos assecuratos prætenditur, vt ex latè deductis per Informantes. Et propterea Domini dixerunt, quod demptis quantitatibus, videlicet, scut. 36. 7. 1. auri in auro stamparum pro quolibet centenario pro summa assecurata, quas quantitates Acciaiolum, & Martellum assecuratos recepisse constat ex scripturis per ipsos assecuratores extractis, in reliquis residuis mandatum aduersus eosdem assecuratores relaxandum esse, ac in decisis persistendum determinarunt.

Et ita vtraquè parte informante resolutum, &c.

* Est decisio 24. supra in hac eadem parte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Camerineñ Donationis de Calcalaris.

Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Vigore clausulæ, constituti, regulariter cõceditur mandatum de associando. Insinuatio in quibus donationibus requiratur, & in quibus non. Donatio, quando dicatur correspectiua alicui contractui.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando regulariter vigore clausulæ, constituti, conceditur.*
2 *Clausula, constituti, inutilis efficitur propter negligẽtiã.*
3 *Donatio ex defectu insinuationis, est nulla.*
4 *Insinuatio in donationibus puris, & simplicibus est necessaria, non autem in factis ob causam, & num. 5.*
6 *Dona-*

6 *Donatio, ex quo resultat, quod non sit simplex.*
7 *Donatio, si sit facta alicui, & donatarius eodem die se obligat ad dandum donanti decem singulis annis, censetur hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis.*
8 *Donatio quando est facta in eodem contractu, & coram eodem Notario, & testibus, censetur facta ex causa d. contractus, & num. 13.*
9 *Donatio facta in aliquo contractu censetur facta contemplatione illius contractus, etiamsi donatio fuerit posita in articulo separato.*
10 *Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. ex stylo Notariorũ solet apponi in qualibet donatione.*
11 *Clausula, ex mera, pura, & gratuita voluntate, &c. non facit donationem puram, non solum, quando causa donandi est expressa.*
12 *Sed etiam quando non est specialiter expressa dummodò aliter assignari possit causa.*

DECISIO LXV.

FVIT dictum 7. Aprilis proximè præteriti * D. Andreæ Calcalario cessionario Hersiliæ, & aliorum sororum de Calcalarijs, non esse dandum mandatum de associando ex secundo capite.

Primo, quia licet in Instrumento donationis factà à Io. Baptista dd. sororibus cedentibus adesset clausula consti-
1 tuti, † cuius vigore regulariter mandatum de associando conceditur, ex traditis per *Bart. in l. 3. in 4. quæst. princip. C. de pignor.* cum alijs allegatis in Decisione, attamen illa d. Andreæ suffragari non poterat propter negligentiam dd. sororum constitutariarum, quæ nedum neglexerant apprehendere possessionem bonorum, de quibus agitur, sed etiam passæ fuerant illam à Venantio, & alijs Io. Baptistæ
2 donantis filijs apprehendi, ex qua negligentia d. † clausula constituti effecta fuit inutilis, etiam respectu d. Andreæ cessionarij, *Rota decis. 694. num. 8. par. 1. recent.* cum alijs in Decisione allegatis.

Secundò, quia donatio facta dd. mulieribus erat nulla,
3 propter defectum insinuationis, † quæ ex constitutione Marchiæ, necnon ex dispositione Statuti Camerini omnino requirebatur, *Greg. XV. decis. 260. num. 1. & seqq.* Hodierna die posita causa super ijsdem, recessum fuit à secundo capite decisionis, ea ratione, quia licet Statutum Camerini, & Constitutiones Marchiæ requirant insinuationem
4 in donationibus, attamen debent intelligi † de puris, & simplicibus donationibus, *l. Aquilius Regulus, ff. de donat. Alber. in 1. par. Statut. quæst. 122. de prædicta materia, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 72. num. 4. & seqq. Seraph. de-*
5 *cis. 416. num. 17.* non autem de factis ob causam, † in quibus de iure communi insinuatio non requiritur, *Oldrad. cons. 139. num. 14. Curt. Iun cons. 142. num. 5. Roman. cons. 26. num. 3. Clar. in §. donatio, quæst. 3. num. 1. & quæst. 16. num. 6. Guidop. decis. 95. num. 2. Tiraq. in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, num. 127. C. de reuoc. donat.*

Quod autem donatio, de qua agitur, fuerit ob causam, satis intelligitur ex instrumento transactionis inter d. Ioan. Baptistam, & Hersiliam, aliasque sorores initæ, ex qua apparet eos ad illam deuenisse occasione diuersarum præten-
6 sionum, super quibus inuicem se plenissimè quietarunt. † Vnde resultat donationem non fuisse simplicem, *Soccin. cons. 273. num. 4. lib. 2.* vbi in fortioribus terminis post Ca-
7 strensem infert, quod si mulier aliquid † donat Hospitali, & eodem die Hospitale se obligat ad dandum mulieri decem singulis annis, censetur Hospitale hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis, *Dec. in l petens, numero 3. C. de pact. Ias. in l. lecta. num. 24. & seqq. ff. si cert. pet. Grammat. decis. 103. num. 156. & seqq. Rota in Parmen. Datij 27. Iunij 1612. coram Reuerendiss. D. meo Decano apud glos. ad Galles. decis. 113. num. 5. 13. & seqq.*
8 & quod vbi in eodem contractu coram † eodem Notario, & Testibus est facta donatio illa, censeatur ex causa d. contractus, fuit dictum in *Romana societatis 16. Decembris 1619. coram bo. mem. Vbaldo*, præcipuè ex *Menoch. præsumpt. 12. num. 4. & seq. lib. 4.*

Non obstat, quod donatio fuerit facta in Capitulo sepa-
9 rato, quia ex hoc non sequitur, quin d. donatio † fuerit facta contemplatione d. transactionis, ac proindè d. donatio censeatur correspectiua ad d. transactionem, ad tradita per *Surd. cons. 217. num. 19 vers. his vero non obstantibus, lib. 2. Aym. cons. 98. num. 12.*

Nec releuat, quod donatio facta fuerit per hæc verba, *ex mera, pura, & gratuita voluntate, & quia sic voluit,*
10 *&c.* quia vltra quod † d. clausula ex stylo Notariorum in qualibet donatione apponi solet, *Seraphin. decis. 1184. nu-*
11 *mero 2.* illa non facit † donationem simplicem, nedum quando causa donandi expressa est in ipsa donatione, *Dec. in l. si donatione, num. 4. C. de collat. Alex. cons. 40. num. 14. lib. 4. Becc. cons. 20. num. 21. lib. 1. Surd. cons. 407. num. 21. lib. 3. Gratian. discept. 96 num. 34. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. num. 58. Marescot. var. cap. 27. num. 8. & 9.*
12 *lib. 2.* sed etiam quando specialiter † expressa non est, dummodò alias assignari possit causa resultans ex transactione, in qua plura correspectiua, & vicissitudinaria sint conuenta, *Rim. sen. cons. 383. n. 24. 29. 32. 37. lib. 2.*

In præsenti autem casu, licèt non fuerit expressa causa donandi, attamen ex qualitate transactionis satis apparet donationem fuisse ob causam, non solum quia, vt dixi
13 supra, donatio † fuit facta in eodem instrumento, sed etiam quia eædem res, quarum iura fuerunt donata, erant litigiosæ, & super illis inter donantem, & donatarius vertebat lis, vnde clarè colligitur donationem fuisse factam ex causa transactionis, idquè clarius resultat ex exordio ipsius transactionis, vbi contrahentes affirmant ad effectum obuiandi litibus se ad d. transactionem deuenisse. Et ita vtraquè &c.

* Est decisio 34. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana restitutionis in integrum.

Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum, vt habeat locum quid requiratur. Testes singulares, quando probent, Testium primo dicto statur, & alia, de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum fundamentum est læsio.*
2 *Testes singulares sufficienter probant concurrentibus adminiculis, & num. 3. & 9.*
4 *Testium primo dicto regulariter statur, non autem secundo in præiudicium partis, cui ius quæsitum esse dicitur.*
5 *Testium tunc multò magis statur primo dicto, quando pro secundo nulla concurrunt adminicula.*
6 *Testes propter commissum periurium non probant.*
7 *Restitutioni in integrum, vt sit locus requiritur, vt de iniustitia sententiæ, & læsione plenè constet.*
8 *Testis subornatio, siue corruptio, deducta ex depositione ipsiusmet Testis, est concludenter probanda.*
10 *Testes, quando sunt in eorum dicto singulares non probant, & num. 11.*

12 *Testis, si non deponat certitudinaliter, sed proprio iudicio, non probat.*

13 *Procurator non potest esse testis in causa.*

14 *Procurator, qui non acceptauit mandatum, & non est in causa, potest esse testis in ea.*

DECISIO LXVI.

Altera tantùm parte informante Reuer. P. D. meus Vbaldus pridie sui ab Vrbe discessus proposuit dubium. An constaret de causis restitutionis in integrum, & Domini negatiuè responderunt.

Quia cum nulla pro parte hæredum Christophori, qui fuerunt condemnati ad restitutionem pecuniarum, de qui-
1 bus agitur, probetur † læsio, cessat quoquè fundamentum, vel causa ipsius restitutionis in integrum, *cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de restit. in integr. Salic. in l. 1. num. 8. C. si aduers. rem iud. Benint. decis. 85. num. 7. & seqq. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou. & decis. 132. num. 1. par. 1. recent.* Verùm è contra constat de iustitia sententiarum, quæ dd. hæredes condemnant ad restituendum pecunias per dictum q. Christophorum ex hæreditate Bartoli subtractas, nam existentia dd. pecuniarum in domo Christophori probatur per testes deponentes de assertione d. defuncti in extremis cõstituti, earum autem subtractio ex arculis ipsius defuncti,
2 probatur etiam per eosdem testes, qui quàmuis † in hoc dicto sint singulares, tamen sufficienter probant concurrentibus adminiculis exactè ponderatis in superioribus decisionibus R. P. D. mei Durani in hac eadem causa 5. Mar-
3 tij, & 4. Aprilis 1629. emanatis, ex quibus † ipsorum singularitas optimè suppletur, vt tradit *Castr. in cons. 250. numero 3. vers. & licèt videantur singulares lib. 2. Aym. in cons. 73. num. 36. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 6. de probat. Rot. coram Card. Mantic. decis. 260. num. 2.*

Non obstat, quod Testium vnus, qui primò deposuit se adfuisse dum Christophorus aperuit arculas, ex quibus surripuit pecunias, & argentia postmodum hanc suam depositionem reuocauit in iudicio criminali, vbi deposuit se à Gherardo altero Teste fuisse subornatum. Quia fuit re-
4 sponsum quod regulariter † in huiusmodi Testibus statur primo eorum dicto, non autem secundo in præiudicium partis, cui ius quæsitum esse dicitur, attendi non debet, *c. sicut nobis, & ibi glos. fin. de testib. DD. communiter in cap. cum in tua, & ibi Felin. num. 4. eod. tit. Dec. in consil. 189. num. 6. & 12. Surd. decis. 107 num. 2. Couar. var. resol. lib. 3. cap 13. num. 8. vers. cæterum si testis, Menoch. qui communem dicit de arbitr. cas. 408. num. 10. Farinac. de testib. q. 66. num. 124. & seq. ac num. 151.* vbi addit conclusionem for-
5 tius procedere † quotiescumquè pro secundo dicto in casu nulla concurrunt adminicula, *Rot. decis. 19. eod. tit. in nou. & decis. 346. num. 2. par. 1. diuers.* quia propter commissũ
6 † periurium non probat *d. cap. sicut nobis, & cap. testimonium, & vtrobiquè glos. de testib. Mascard. conclus. 454. num. 10. de probat.* cum tamen ad effectum, vt sit locus re-
7 stitutioni in integrum requiratur, † vt de iniustitia, & læsione constet per plenas, & concludentes probationes, *Benint. decis. 85. num. 9. Rot. post Farinac. 354. numer. 1.*
8 Subornatio autem, † siuè corruptio deducta ex depositione ipsiusmet Testis, qui dixit se subornatum ad hunc effectum non est concludenter probata, *Gratian. discept. 192. num. 2.* & proindè Gherardus accusatus de subornatione, cum non esset principalis in causa, neque haberet interesse consequutus est absolutionem; idem verò Testis propter crimen falsi fuit condemnatus, & in omnem euentum depositio alterius Testis de confessione dicti Christopho-
9 ri, quod subtraxerit † pecunias, licet sit singularis probat concurrentibus adminiculis coram D. meo Durano, enumeratis ex pluribus allegatis in d. decis. 5. Martij.

Neque obstant testes vltimo loco examinati, tum quia
10 sunt in eorum dicto singulares, † tum etiam quia quoad primum, licet ipse deponat se fuisse præsentem quando Christophorus vnam ex defuncti arculis aperuit, in qua fuerunt reperta scuta 550. nullam tamen negatiuam loco, & tempore ita coarctat, vt excludatur quin idem Christo-
11 phorus alio tempore, † & loco plures pecunias inuenerit, aut surripuerit. ad not. per *Bald. in l. apud antiquos, C. de furt. Alex. cons. 183. num. 5. lib. 7. Gregor. XV. decis. 351. num. 31. & fuit dictum in Bononien Euacuationis Molendini 12. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

Quò verò ad secundum qui dicit sibi videri impossibile, quod defunctus ex quo fuit semper operarius, & nunquam Dominus apothecæ potuerit relinquere in hæreditate sum-
12 mam scut. 2000. fuit responsum, quod cum non † deponat certitudinaliter, sed de proprio iudicio minimè probat *Felin. in cap. quoties num. 7. de testibus, Honded. cons. 79. num. 38. lib. 1. Caputaq. decis. 278. num. 1. par. 3. Rot. decis. 245. num. 5. par. 1. recent.*

Minus obstat, quod testes pro parte hæredis q. Bartoli
13 examinati, cum ab ipso hærede fuerint constituti † procuratores ad omnes eius causas, & lites, & ad exigendum non sint attendendi, per *text. in cap. insuper in fin. de testib. Specul. de test. § 1. num. 74.*

Quia non constat de acceptatione talis mandati neque
14 quod fuerint in causa, quò casu † potuerunt deponere, vt docet *Bart. in l. deferre, num. 2. ff. de iur. fisc.* præsertim volente ipso constituente, vt dixit *Rot. in Gerunden Beneficij 14. Maij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ita vna tantum parte informante fuit decisum.

¶ Altera decisio in eadem causa coram Eminentiss. D. Card. Vbaldo, habetur infra sub die 23. Ianuarij 1632.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Bonorum.

Die Veneris 4. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Vsusfructus si sit relictus alicui donec viuit, & vnico contextu alius sit institutus hæres in proprietate, is censetur purè hæres institutus, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non potest denegari immissio, si exhibeat testamentum non abolitum, neque cancellatum.*

2 *Substitutio, quando remaneat pura institutio.*

3 *Hæres vniuersalis censendus est ille non autem simpliciter substitutus, licet alius sit relictus hæres vsufructuarius, & vnico contextu ille sit relictus hæres vniuersalis proprietatis.*

Quod procedit, etiam si adsint verba post mortem, quia censentur apposita, vt vsufructuarius liberè fruatur vsufructu.

4 *Hæres vniuersalis incontinenti est hæres, licet alius sit relictus vsufructuarius.*

5 *Fundum totum nostrum esse dicimus, licet vsusfructus alienus sit.*

Vsusfructus non est pars Dominij, sed seruitus, vt via, & iter.

6 *Meum esse falso non dicitur, cuius non potest vlla pars dici alterius esse.*

7 *Vsusfructus, & via partes fundi non sunt.*

8 *Vsufructuarius Dominus non est.*

9 *Legatum, cuius vsusfructus alienus est, ab hærede tamen petendum est.*

10 *Vsus-*

10 *Vsusfructus licet in iure, & non in parte consistat, emolumentum tamen est.*

11 *Vsusfructus cùm sit seruitus, impossibile est impossibilitate iuris, quod sit pars rei.*

12 *Res mea, mihi seruire non potest.*

13 *Res communi mihi seruire non potest.*

14 *Vsusfructus nihil aliud est, quam seruitus personalis.*

15 *Vsusfructus in multis pars dominij est.*

16 *Vsusfructus dicitur similis portioni, licet non sit portio, & num. 18.*

17 *Vsumfructum fundi stipulans similis est ei, qui partem fundi stipulatur.*

18 *L. 4. ff. de vsufructu, & alia iura conciliantur.*

19 *Per mortem vsufructuarij extinguitur vsusfructus.*

20 *Vsusfructus ne dum extinguitur per mortem naturalem, sed etiam per ciuilem puta maxima, & media capitis diminutione.*

21 *Fideicommissario non potest impediri immissio per eum, qui titulum nullum habet.*

22 *Vsufructu finito, fit ipso iure consolidatio cum proprietate.*

23 *Titulum, si quis non habeat, vel non parem, non est legitimus contradictor aduersus eum, qui venit cum titulo.*

24 *Titulum apparentem, si quis habeat, potest immissionem hæredi impedire, nisi incontinenti appareat huiusmodi apparentem titulum esse nullum.*

25 *Hæredi debetur immissio in bonis defuncti probata eius possessione absquè eo, quod discutiatur dominium eorumdem bonorum.*

26 *Hæredi non potest denegari immissio propter ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

27 *Iura, quæ non sunt de actis, nec in forma probanti non releuant.*

28 *Immissio hæredi in quibus bonis sit danda, & ex quibus probetur, quod aliqua bona erant testatoris, numero 29.*

30 *Hæredi, vt competat immissio super certis bonis defuncti, sufficit quod fuerint possessa ab ipso defuncto.*

DECISIO LXVII.

GHerardus Cæsarius Cleriam sororem hæredem vsu-
fructuariam instituit, eiusquè post obitum in euentum,
in quem Testatoris filij legitimi, & naturales, vel legitima-
ti ab ipso, aut prædicta Cleria non extarent, hæredes vni-
uersales instituit Patres Discalceatos Beatæ Mariæ de Sca-
la. Quare dubitaui, an prædictis Patribus danda esset im-
missio, quod dubium duas habet inspectiones principales.
Prima est, an prædicti Patres sint hæredes Gherardi, vel
potius substituti, quia si hæredes, illis non potest denegari
1 immissio, † cùm exhibeant testamentum non abolitum,
nequè cancellatum ex dispositione, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Secunda inspectio est, in quibus bonis dan-
da sit immissio.

Et quantum attinet ad primam inspectionem, cùm di-
2 ctus Testator decesserit nullis † relictis filijs, institutio di-
ctorum Patrum remansit pura, *l vlt. §. 1. ff. de vulgar. & pupil. l si pupillis, in fin. ff. de cond. instit. Bald. in l. cum in testamento, in fin. C. de testam. manum.* ideoquè censeri debent
hæredes vniuersales Gherardi, non autem simpliciter sub-
stituti Cleriæ, quia cum ipsa fuerit hæres vsufructuaria, &
vnico contextu dicti Patres hæredes vniuersales instituti
3 illico censentur hæredes vniuersales † proprietatis, non
obstantibus verbis illis post mortem, quia censentur appo-
sita, vt Cleria liberè fruatur vsufructu secundùm opinio-
nem, quam Rota seruat, vt doctissimè more solito exami-
nato articulo, & cumulatis Doctoribus, ac Decisionibus
Rotalibus, ipsisquè concordatis fuit nouissimè resolutum
in causa *Camerinen hæreditatis 21. Februarij huius anni coram R.P.D meo Merlino.*

Et hæc sententia, quod non repugnet hæredem vniuer-
4 salem esse incontinenti hæredem, licet † alius sit hæres vsu-
fructuarius probatur ex *l recte dicimus, ff. de verbor. signif.*
vbi rectè dicimus totum fundum nostrũ esse, etiamsi vsus-
5 fructus alienus sit, quia vsusfructus non dominij † pars, sed
seruitus, vt via, & iter, nec falso dictum est meum esse, cu-
6 ius non potest vlla pars † dici alterius esse. Ad idem est
text. in l. & per iusiurandum. §. illud, ff de acceptil. vbi de
7 vsufructu, & via ait Iurisconsultus, hæ autem partes † non
sunt, & in *l. falsus, § fin. ff de furt.* textus afferens rationem
8 illius decisionis inquit; Quia vsufructuarius Dominus † non
est; Et magis in puncto est bonus textus in *l. Mæuius, §. fundo, ff. de leg. 2.* vbi dicitur, legatum, cuius vsusfructus
9 alienus est, † ab hærede tamen petendum esse, rationem
subdens, videlicet, vsusfructus enim, & si in iure, non in
10 parte consistat, † emolumentum tamen continet.

Nec est omittendus *textus in l. vsumfructum, ff de verb. oblig. & in l. cùm filius, §. Dominus, in fin. ff. de legat. 2.*
in illis verbis: *Quoniam vsusfructus, &c.* & corroboratur
11 hęc sententia efficaci ratione. Nam si vsusfructus † est ser-
uitus, *d. l. recte*, & habetur etiam in *l. 1. & 2. ff. de vsufruct.*
Impossibile est impossibilitate iuris, quod sit pars rei, quia
12 hoc modo † res mea mihi seruiret, quod vulgaribus regulis
repugnat, *l. vti frui, ff. de vsufr. Cæpoll. de seru Vrban. Præd.*
13 *cap. 14. num. 4.* Immo nec communis † seruire potest, *l. in re communi, ff. de seruit. Vrban. Præd.* benè ergo loquutus
est Iurisconsult. *in d. l. recte, in fin.* ex sententia Iuliani asse-
uerans, hanc opinionem esse veriorem; Et quod vsusfru-
14 ctus † nihil aliud sit, quàm seruitus personalis, dicunt
gloss. & DD. in princ. Inst. de seruit. rustic. præd. Gomez var. resolut. tit. de seruit. c. 15. num. 1. Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disput. 8. vers. quartus quando.

Nequè prædictis resistit, *l. 4. ff. de vsufr.* dum dicit vsum-
15 fructum † in multis partem dominij esse, nam *glos. ibidem in vers. vel verius dic.* dicit illum Textum esse intelligen-
dum respectu similitudinis tantùm, itaut vsusfructus di-
16 catur † esse similis portioni, quàmuis non sit portio, vt re
ipsa declarat *text. in d. l. qui vsumfructum, & d. l. cùm filius, §. Dominus.* In prima enim dicitur, stipulantem vsumfru-
17 ctum fundi similem esse ei, † qui partem fundi stipulatur,
& in secunda dicitur, quoniam vsusfructus portionis instar
18 obtinet, & sic ista Iura loquuntur per similitudinem, † &
cùm hac declaratione concordari debent Iura, & Aucto-
res disidentes, prout dicit *Pinell. de bonis maternis. part. 3. num. 34.* vbi multos allegat dictam cõcordiam amplecten-
tes, & benè conferunt dicta, *Bart. in d. l. qui vsumfructum, ff. de verbor. oblig. & in l. in venditione, ff. de bon. aut. iud. possid. Natt. cons. 563. num. 22. lib. 3.*

Nequè obstat, quod Cleria hæredem Marcum institue-
19 rit, quia cùm per obitum † dictæ Cleriæ extinctus fuerit
vsusfructus, *§ finitur, Instit. de vsufruct.* prout nedum ex-
20 tinguitur morte naturali, sed etiam ciuili, puta † maxima,
& media capitis diminutione, vt ibi dicitur, & in *l. si vsusfruct. ff. de Iur. dot. l fin. C. de sent. pass. l. corruptionem, vbi Bald. ff de vsufruct.* propterea dictus Marcus dato etiam,
quod possideat, non est legitimus contradictor ad impe-
diendam immissionem à Patribus petitam. Nam quoad bo-
21 na relicta per Gherardum, † nullum habet titulum, cùm il-
le proueniat à dicta Cleria, quæ contra dispositionem dicti
Gherardi Testatoris sui auctoris non poterat efficere, vt ta-
lia bona ad alium peruenirent, quàm ad ipsos Patres Discal-
ceatos, quos ipse Gherardus hęredes proprietarios institue-
rat, & ideò immediatè voluit ad eos peruenire absquè alia
22 hæredis restitutione, quia † finito vsufructu fit ipso Iure cõ-
solidatio cùm proprietate, *d. §. fin. Instit de vsufruct.* Quarè
cùm dictus Marcus non habeat titulum, quoad bona reli-
cta per Gherardum, vel non parem, non est legitimus con-
23 tradictor † aduersus Patres venientes cùm titulo, & probã-
tes Gherardi auctoris sui possessionem, vt statim dicetur,
ad tradita communiter per *DD. in d. l. fin.*

Nequè dicatur sufficere, quod Marcus exhibeat titulum apparentem ex Testamento dictæ Cleriæ, quia quicquid dicendum sit, an ipse possideat, quatenus id esset verum,
24 obiectum procederet, † nisi incontinenti appareret huiusmodi apparentem titulum nullum esse, vt patet ex prædictis, iuxta *not. in l. 2. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Dec cons.* 424. *num.* 4. *Roland. cons.* 1. *num.* 71. *vol.* 1. *& plenius cons.* 98. *num.* 40. *vol.* 3.

Nequè obstat, quod Marcus ex persona Cleriæ prætendat plura bona spectare ad hæreditatem matris, & Ioannis Baptistæ fratris dictæ Cleriæ, quia cùm Gherardus possideret omnia dicta bona, vt statim dicitur vtiquè † Patribus
25 debetur immissio in dictis bonis absquè eo, quod discutiatur dominium eorumdem bonorum, *glos. & Doct. in d. l. fin. Alciat. cons.* 162. *num.* 2. *Rolan. cons.* 2. *num.* 2. *& seqq. lib.* 3. *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *num.* 368. *& seqq. sanct. mem. Greg. decis.* 194 *num.* 11. Cùm enim inspectio, an bona fuerint matris, vel fratris, & an pertinerent ad Cleriam, requi-
26 rat † altiorem indaginem, non debet retardare Immissionem dictorum Patrum, *l. 2. vbi DD. C. de edict. Diu. Adr. toll. Dec. d. cons.* 424. *num.* 4. *& cons.* 588. *num.* 12. *Roland. d. cons.* 1. *num.* 73. *vol.* 1. *& latius d. cons.* 2. *num.* 37. *& cons.* 98. *num.* 37. *& seqq.* Nec dici potest, quod incontinenti cōstet de veritate, ex eo, quod Sancta mater hæredis instituit Gherardum, Io. Baptistam, & d. Cleriam filios, cui quidem Sanctæ assignatæ fuerant pro dote sua, Domus in Via Peregrini, & alia Domus contigua, dicti autem Gherardus, & Ioannes Baptista post obitum Sanctæ petierunt poni ad suum creditum, necnon, & Cleriæ sororis loca 11. Montium ad hæreditatem eiusdem Sanctæ spectantia; Quia
27 iura, † ex quibus hæc deducuntur non sunt in actis, nec in forma probanti, & ideo de illis non est habenda ratio, vltra alias responsiones, quæ possent afferri.

Quantum attinet ad secundam inspectionem principalem, in quibus bonis sit danda immissio, vtiquè illa est danda in Vineis iuxta descriptionem factam in Inuentario Cle-
28 riæ, & in ipso Inuentario Patrum, quò d † citata Cleria confecerunt, necnon in Domibus sitis ad Pellegrinum, quæ fuerunt descriptæ in ipso Inuentario Patrum, citata prædicta Cleria, & prædicta descriptio adminiculatur ex locationi-
29 bus factis † per Gherardum Testatorem, & pensionibus per ipsum exactis.

Concurrit etiam descriptio facta per Cleriam in suo Inuentario, cui non obstant verba illa: *che non sono sue*, scilicet Gherardi, quia sufficit, vt superius dictum est, quod
30 possiderit ab ipso Gherardo, ad effectum, vt † illius hæredi competat Immissio. Quoad loca Montium, satis constat illa fuisse in hæreditate dicti Gherardi, cùm Cleria obtinuerit immitti in dictis locis Montium vigore Testamenti dicti Gherardi, ac propterea in illis etiam concedenda est Immissio.

Et ita conclusum, &c.

¶ Alteram decisionem in hac eadem causa coram eodem Reuerendiss. P. D. Decano, vide infra sub die Veneris 19. Decembris eiusdem Anni 1631.

R. P. D. MERLINO.

Romana, seù Spoletana successionis.

Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Statuta ex defectu iurisdictionis non possunt extendi extra territorium, & tractatur hic, quod Statutum Vrb. exclusiuum feminarum requiritur subiectio respectu succedere volentis, & etiam respectu bonorum, ad effectum, vt habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Defunctus, si decedat ab intestato, tunc danda est immissio proximiori hæredi, sublata omni sexu differentia.*
2 *Remedium, quorum bonorum, datur aduersus possidentem pro hærede, vel possessore.*
3 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum non excludit fœminam propter patruelem.*
4 *Statutum excludens sororem vocans fratrem, intelligitur de fratre primi gradus non autem de fratribus patruelibus.*
5 *Forenses non subiacent Statuto Romano circa exclusionem fœminarum etiamsi bona in territorio Romano existant.*
6 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum non habet aliud motiuum, quàm ipsam conseruationem familiarum, & num.* 15.
7 *Romanorum statuentium partes non sunt consulere exteris agnationibus.*
8 *Statuta non possunt extendi extra suum territorium ex defectu iurisdictionis, & num.* 16.
9 *Statutum exclusiuum fœminarum, cui bona subiecta sunt, non potest connecti cum alio Statuto, cui personæ ad successionem contendentes sunt subditæ.*
10 *Defunctus, licet fuisset incola Vrbis, & subiectum Statuto Romano, non inde Vrbis Statutum exclusiuum fœminarum porrigitur ad personas exteras succedere volentes, quæ non cadunt sub prouidentia statuentium Romanorum.*
11 *Agnationis conseruandæ votum non cadit erga defunctum, sed erga superstitem.*
12 *Statuto exclusiuo fœminarum, quando defunctus est subiectus, sed successionem prætendentes, sunt forenses, tunc fœmina non excluditur à masculis.*
13 *Gaspar. Anton. Thesaur. qq. forens. quæst. 4. lib. 2. num. 7. & 8. reijcitur.*
14 *Defunctus non conseruat agnationem, sed viuus.*
15 *Statutum exclusiuum fœminarum Nursinum, quid disponat.*
16 *Descendentium appellatione non veniunt transuersales.*
17 *Statutum non extenditur de persona ad personam, sed coarctatur ad personas ibi expressas.*

DECISIO LXVIII.

Pompilius habens bona, tàm hic in Vrbe, quam in Territorio Nursino, Diœcesis Spoletanæ, diem clausit extremum, nullo condito testamento, ortaq; est controuersia circa illius successionem inter Ioannem Patruelem dicti Pompilij ex vna, & Dionoram, atquè Comitissam sorores germanas, & Hippolytam neptem ex Iosepho fratre eiusdem Pompilij prædefuncto ex altera partibus, & hodie fuit dubitatum, cui danda esset immissio, & Domini respō-
1 derunt in fauorem fœminarum, † cum ipsæ sint proximiores Pompilio, & ideo præferēdæ remotioribus, sublato omni discrimine sexus, vt *in Auth. post fratres. la seconda, C. de legitim. hæred. l.* 1. §. 2. *& 3. ff. de gradib. affinit.* &
2 propterea danda est immissio ex remedio, quorum † bonorum, quod datur etiam aduersus possidentem pro hærede, vel possessore, *l.* 1. *ff quorum bonorum, l.* 2. *C. eodem. Menoch de adipiscen. remed.* 1. *num.* 49. *Rota in Bonon. hæreditatis de Armis* 18. *Aprilis* 1622. *coram me.*

Nec obstare visum est Statutum exclusiuum fœminarum,

rum, quòd tam in Vrbe, quàm Nursiæ reperitur, in quo obiecto nodus huius causæ totus positus est; quia motiuum benè tollitur distinguendo territoria.

Quò enim ad bona existentia in Vrbe, neutrùm statutum obstat sororibus; non quidem Statutum Vrbis ex duabus
3 rationibus; Primò qui † non excludit fœminam propter Patruelem, sed solum propter fratrem, *vt est decis. san. me.*
4 *Gregor. XV. 464. num. 9.* & Statutum † vocans fratrem, excludensquè sororem, intelligitur de fratre primi gradus, nō autem de fratribus Patruelibus, *Bald. in l. iubemus, §. fi. num. 3 ff. ad Trebellian. Alexand. consil. 97. num 4. lib. 2. Roman. consil. 411. num. 4. & ibi Adden. in verbo, consobrini, vbi de communi testantur, Curt. Sen. consil. 9. num. 12. Tiraquell. in l. Boues, § hoc sermone, num. 82 ff. de verbor. significat. Brun. de stat. exclusiu. art. 12. quæst. 16. num. 212. & seqq. Gabr. de stat. conclus. 7. num. 11. vbi pariter de communi, Rota* Bononien *decis. 2. num. 14. & 20. & fuit dictum in Perusina bonorum 27. Iunij 1597 coram Gypsio.*

Secundò, quoniam tàm dictus Ioannes Patruelis, quam fœminæ ad hanc successionem aspirantes, sunt forenses, nec
5 subiacent Statuto Romano, † & propterea ad illos non extenditur, licet bona in Territorio Vrbis existant, cum enim
6 hoc Statutum non habeat aliud motiuum, † quàm ipsam conseruationem familiarum, non sunt partes Romanorum
7 statuentium consulere † exteris agnationibus, & ita fœminis non obstat statutum illud, *Alexand. consil. 111. in princ. lib. 7.* Peregr. *consil. 90. num. 10. & per tot lib. 1. & consil. 24. lib. 3. Viu. opin. 812. num. 58. in tertio casu. Gratian. discept. for. cap. 431. num. 26. & cap. 709. num. 13. Modern Foroliuien. de legitima. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. num. 36. & 40.* & hæc fuit constans semper opinio Rotæ, *vt coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 255. num. 2. vbi Addent. num. 8. notant quod est indubitata opinio, & coram Cardin. Blanchetto decis. 295. num. 4 & 673. num. 2. par. 1. diuers. & in Camerinen hæreditatis 29. Ianuarij* 1588. *coram Cardin. Pamphilio Seniore, & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Decembr. 1617. coram Eminentiss. Cardin. Pamphil. Iuniore, quæ est decis. 85. post Modern. Foroliuien de legitim. & nuper in Narnien successionis 22. Maij 1628. coram me, quam & sequuta fuit in Ferrarien de Tassonis 18. Martij 1630 coram R. P. D. meo Pirouano.*

Minus obstat statutum Nursiæ quoad hæc bona Romæ
8 existentia, quia dictum statutum non † potest extendi extra suum Territorium ex defectu iurisdictionis, iuxta doctrinam *Bart. in l. cunctos populos, num. 32. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. quam in his terminis semper sequuta est Rota, vt in Narnien successionis* comprobatum fuit, vbi e-
9 tiam latè ostenditur non posse connecti statutum, † cui bona subiecta sunt, cum statuto, cui personæ ad successionem contendentes sunt subditæ, quæ hic denuò repetenda non sunt.

Nilquè refert Pompilium Incolam fuisse Vrbis, & su-
10 biectum Statuto Romano, quia non inde statutum † porrigitur ad personas exteras succedere volentes, quæ non cadunt sub prouidentia statuentium Romanorum, & in hac materia non attenditur, an defunctus, de cuius hæreditate agitur, sit subditus, vel forensis, sed attenduntur perso-
11 næ ad successionem adspirantes, † erga superstites enim cadit votum conseruandi agnationem, non autem erga defunctum, & ideo quando etiam defunctus est statuto subiectus, sed successionem prætendentes sunt forenses, quod fœmina non excludatur à masculis, nec sit locus statuto,
12 † & secundum iuris communis dispositionem successio regulanda sit, docent *Alex. consil. 44. num. 15. versic. nec prædictis, lib. 5. Paris. consil. 12. num. 26. ad med. vbi de communi lib. 3. Ruin. consil. 48. num. 4. lib. 3. Viu. d. opin. 812. num. 58. versic. secundus verò casus, Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 1. & 2.* atquè secundum hanc opinionem perpetuo etiam Rota respondit, *vt coram Cardin. Blanchetto d. decis. 295. num. 3. par. 1. diuers. & in d.* Camerinen *hæreditatis 29.* Ianuarij 1588. *coram Card. Pamphilio Seniore, & in* Perusina *bonorum 13. Iunij 1590. coram Comitulo, versic. quoad bona, & in Collen hereditatis 10. Iunii 1616. coram bon. mem. Buratto, et in Perusina successionis 13. Martij 1617. coram Eminentiss. D. Card. Verospio,* nec curandum
13 est † *de Gaspar. Anton. Thesaur. et alijs ab eo relatis qq. forens lib. 2. q. 4. num. 7. et 8. et seq.* quoniam eorum rationes
14 eliduntur ex eo, quod non defunctus † conseruat agnationem, sed viuens, & Statuentes hunc scopum conseruationis
15 familiarum † solum habuerunt, & contra istorum sententiam stat communior Doctorum opinio, & à Rota semper recepta, vt supra dictum fuit.

Quò verò ad bona Nursiæ existentia, nec Romanum
16 statutum suffragatur, quia non potest extendi † ad alienum territorium, vt supra dictum est, nec etiam statutum Nursinum prodest Ioanni, quia statutum Nursiæ non excludit fœminas propter Patruelem, & alios transuersales, sed solùm propter descendentes ab eo, de cuius hæreditatis agi-
17 tur, † vt ibi, *Sopra uiuendo alcuno della linea masculina delli descendenti di quello, della cui heredità si trattasse, le sopradette donne non possino domandare, ne hauere, etc.* Quo-
18 rum descendentium defuncti † appellatione non veniunt transuersales, *Menoch. consil. 1177. num. 7. et seqq. et præsumpt. 88. num. 11. lib. 4.* Neque statutum extenditur de
19 † persona, ad personam, sed coarctatur ad personas ibidē expressas, & specificatas, *Dec. consil. 688. num. 2. Paris. cons. 49 num. 23. et seqq. lib. 3. Menoch. cons. 317. num. 1. et seq. et consil. 347. num. 44. et consil. 607. num. 12. Card. Seraph. decis. 496. num. 2. san. mem. Greg. XV. decis. 514. num. 15. et in recent. decis. 316 num. 8. et 463. num. 4 par 1. et decis. 354. num. 7. par. 2.*

Et ita pro dictis fœminis informantibus resolutum fuit.

R. P. D. MERLINO.

Ferrarien Spolij.

Die Mercurij 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Sententia quando dicatur, quod transiuerit in rem iudicatam, itaut nihil aliud remaneat, nisi, quod exequatur. Citatio ad sententiam non circumducitur ex sola protestatione partis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio intra decem dies de Iure est interponenda.*
2 *Sententia transit in iudicatum si pars intra biennium nō fuerit prosecuta appellatio.*
3 *Res iudicata, hoc solùm expectat, vt executioni demandetur.*
4 *Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi cognita earum iustitia, & validitas.*
5 *Protestatio sola partis, non potest circumducere citationem, itaut Iudex sistat, quin ferat sententiam.*
6 *Sed requiritur decretum Iudicis, num. 6.*
Confessio facta in iudicio criminali concurrentibus adminiculis in Iudicio Ciuili, magni est momenti, & nocet tertio.
7 *Decretum aliquod, quod sit scriptum à Notario in Libro, sed non interpositum à Iudice, ex quo argui potest, & num. 8.*
8 *Iudex, si post citationem ad sententiam admittat protestationem partes aduersæ, frustra ab eo petitur, vt sententiam proferat, cum dict. citatio sit circumducta.*

9 Resti-

9 *Restitutio non datur sine læsione.*
10 *Læsio aduersus sententiam opponi non potest, si constet de eius iustitia, & validitate.*

DECISIO LXIX.

INformante solum D. Comite Rouerello, dictum fuit, cõ-
stare de re iudicata, quæ veniat exequenda, nec consta-
re de causis restitutionis in integrum.
Constat de re iudicata, quia sententia Rotæ Ferrarieñ la-
ta fuit die 29. 1628 appellatio autem fuit interposita solũ
de mense Iunij, mediante commissione causæ in Rota sub
1 die 16. eiusdem, & sic, elapsis ferè tribus mensibus, † cum
tamen de iure intra decem dies fuisset appellandum, *cap.
quod consultationem, de re iudicat. Rota decis. 5. de senten.
excommunicat. in nou.* Nec intra biennium pars eam fuit
2 prosequuta, ex quo † etiam capite sententia transiuit in
iudicatum, *capitulo cum sit Romana de appellat. in 6. cle-
ment. sicut, eod. tit. Cassador. decis. 6. num. 8. de appellat.
cum alijs.*
Venit exequenda, quia res iudicata hoc solum expectat,
3 † vt executioni demandetur, *l. si se non obtulit, §. si ex con-
uentione, ff. de re indic. l. 2. C. de execut. rei iud.* Et quoniam
Rota non exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi
4 cognita † earum iustitia, & validitate; Hic visum fuit, & va-
lidam esse sententiam ex reuolutione actorum, & iustam ex
decisione Rotæ Ferrarieñ, quæ Dominis placuit.
Non obstat, dictam sententiam Rotæ Ferrariensis care-
re citatione, & quod vltima fuerit circumducta per super-
uenientem protestationem, factam à Nasello Procuratore
D. Grimaldi, & decretum Iudicis super admissione, & inti-
matione de illo facienda parti; Quoniam sola protesta-
tio partis citatæ non potest circumducere citationem, itaut
sistat Iudicem, quin ferat sententiam, *Rota coram san. mem.
Gregorio XV. decis. 457. num. 7. & Addent. ad eiusdem de-
5 cis. 140. num. 16.* sed requiritur decretum † Iudicis, quod
hic non videtur interuenisse, cum illud decretum admissio-
nis fuerit appositum à Notario, nedùm post latam senten-
tiam, sed immo post interpositam appellationem, vti No-
6 tarius causæ in iudicio criminali fassus est, quæ quidẽ † con-
fessio concurrentibus adminiculis, in iudicio ciuili magni
est momenti, & nocet tertio, *Curt. Sen. cons. 69. num. 2. ver-
sic sed præmissis omnibus: Gabr. de malef. conclus. 32. num.
15. Menoch. consil. 807. num. 24. Surd. decis. 325. num. 6. Ro-
ta decis. 362. num. 8. par. 1. recent.* Adminicula autem hic
duo potissimum vrgent, quorum alterum desumitur ex eo,
7 quia adnotatio istius decreti est in loco † admodùm incõ-
gruo, nempè in margine liberculi, quem Vacchettam ap-
pellãt, & intersecat postrema verba protestationis, in prin-
cipio alterius columnæ posita, quæ sequuntur immediatè
post decretum: alterum adminiculum est, quia procurator
Domini Comitis superuenit immediatè post protestationẽ
8 factam à Nasello, & institit † causam expediri, quæ instã-
tia inepta fuisset, si tunc Iudex admisisset protestationem
Naselli, nec Iudex sibi constituisset, si statim, admissa prote-
statione, & citatione circumducta, tamen incontinenti sen-
tentiam protulisset.
His verò positis, constare de re iudicata, & de sententiæ
iustitia, ac validitate, sequitur non constare de causis re-
9 stitutionis in integrum, † quia hæc restitutio non datur si-
10 ne læsione, lesio autem opponi nõ potest, † si sententia va-
lida est, & iusta, *Crauett. consil. 271. num. 8. versicul. quinto
respondeo, Cephal. consi. 314. num. 13. Rota coram Card. Se-
raph. decis. 634. num. 1. & decis. 1238. num. 1. & in recent.
decis. 731. num. 1. par. 2.*
Et ita altera tantùm parte informante &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Cambiorum.

Die Veneris 4. Iulij 1631.

ARGVMENTVM.

Mandatarius est seruandus indemnis à mandante, in eo, quod causa mandati agit. Cambiorum, realitas licet probetur per literas, & partitas librorum mercantiliter tentorum tamen quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius debet seruari indemnis in eo, quod soluit causa mandati.*
2 *Cambiorum realitas regulariter probatur per literas, & partitas librorum mercantiliter tentorum.*
3 *Sed hoc non procedit, quando altera pars negat realitatem partitæ, & contendit eam cum mercatore verè non fuisse factam.*
4 *Cambiorum realitatis probatio, quando non prohibeatur fieri etiam per testes.*
5 *Probari, quando aliquid potest partim per testes, & partim per scripturas tunc non solet denegari remissoria.*
6 *Probationes non sunt coaugustandæ ad scripturas tantum.*
7 *Mandatarius id quod nomine mandantis gessit, non debet ei esse damnosum.*
8 *Probatio probationem non excludit, & hoc procedit etiã in terminis remissoriæ.*
9 *Sententia fauorabilis si sit ab aliquo obtenta, contra eum cessat præsumptio calumniæ.*
10 *Remissoria non denegatur cessante calumnia.*

DECISIO LXX.

REsolutum fuit Domino Bernardino dandam esse re-
missoriam cum vel sine retardatione vlterioris pro-
cessus arbitrio Rotæ, quia articuli pro eius parte exhibiti
sunt releuantes, cum tendant ad probandum realitatem
cambiorum, de quibus agitur; Vbi enim per testes doctum
fuerit, cambium scutorum 2500. quod D. Bernardinus vti
Domini Brandani mandatarius à Francisco Ferdinando
Mercatore Lusitano Florentiæ commorante accepit esse
reale, consequens erit, vt ipse à Domino Brandano, qui de-
1 dit mandatum, & ad cuius manus dictæ pecuniæ † perue-
nerunt indemnis releuetur in scutis 500. pro residuo dictæ
summæ scutorum 2500. *iuxta text. in l. si mandassem, &
in l. ex mandato, ff. mandat. Paris. consil. 90. num. 39. lib. 1.
Rota Ianueñ decis. 174. num. 2. & dixit Rota in* Bononien
*Quaderne 22. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Lan-
cellotto Iun.*
Non obstat, quod realitas cambiorum regulariter pro-
2 betur per literas, & per partitas librorum † mercantiliter
tentorum iuxta *decis. Card. Seraph. 946. in princ.* Quia dum
3 pars altera negat realitatem partitæ, & contendit, † eam
cum prædicto Mercatore Lusitano verè non fuisse factam,
4 tunc probatio † cambij fieri non prohibetur etiam per te-
stes, qui deponant de visu, quod Ferdinandus Florentiæ ei
tradiderit ad cambium dictam summam scutorum 2500.

valutato

valutato quolibet ſcuto ad rationem 590. Rais monetæ Luſitaniæ. Quotieſcunquè autem aliquid probari poteſt
5 † partim per teſtes, & partim per ſcripturas, tunc non ſolet denegari remiſſoria. *Mil. in repert. in verb.* Remiſſio ad partes licet non ſit danda ſuper articulis *Rota deciſ. 17. nu.*
6 *1. de Teſtib. in nou.* ea ratione, quod † probationes non ſunt coanguſtandæ ad ſcripturas, vt dixit *Rota in Turitana Bonorum, 23. Februarij* 1615. *coram bon. mem. Vbaldo,* quam notabiliter allegat. *Adden ad deciſ. Gregor. XV. 254. num. 3. in fin.*

Præterea ad excludeñ intentionem D. Brandani, quod pecuniæ de quibus agitur ab ipſo D. Bernardino Florentino, non autem à prædicto Ferdinando Luſitano prouenerint quodquè non ſit ſolitum cambiari, niſi ad rationem Rais 490. pro quolibet ſcuto, idem D. Bernardinus articulat ſolitum fori Florentiæ, & Florentinorum non cambiandi per Olisbonam, niſi per Mercatores Luſitanios dantes cambia ad rationem 590. Rais, & vltra pro quolibet ſcuto, & ſe in hoc fuiſſe nudum miniſterium, ac ſimplicem mandatarium, & nullum in eo habuiſſe intereſſe, quibus proba-
7 tis, † conſequens etiam erit, vt quod hoc nomine geſſit, ipſi non debebat eſſe damnoſum, *l. ſi ſeruus communis, § quod verò, ff. de furt. Rota Ianueñ deciſ. 110. num. 1. & in præallegat. Bononieñ Quaderna coram bonæ mem. Cardin. Lancellotto.*

Non obſtat contraria probatio facta pro parte D. Brandani, quia teſtes per ipſum inducti deponunt de ſtylo Mercatorum Vrbis, non autem de ſolito fori Florentini, vltra
8 quod probatio † probationem non excludit. *Aegid. deciſ. 565. num. 1. Rota deciſ. 785. num. 5. par. 1. diu. & deciſ. 677.*
9 *num. 5. par. 1. recent.* quod etiam in terminis † remiſſoriæ concedendæ fuit dictum in *Calaguritana Proceſſionum 30. Aprilis 1629. coram Eminentiſs.* D. *Cardin. Virili.* accedit quod dictus D. Bernardinus ſententiam fauorabilem
10 ab A C. reportauit, † quæ excludit quoq; præſumptionem calumniæ, eaquè ceſſante, remiſſorium non denegari, teſtatur *Veſtr. in prax lib. 6 c. vlt. lib. 3. Rot. deciſ. 846. in fin. par. 3. Diu. & dicta deciſ 677. num. 5. par. 1. recen. & coram Gregorio XV. deciſ. 276. num. 3.*

Et ita vna tantùm &c.

EMINENTISS. ET REVER. CARD. VBALDO.

Dertuſeñ Parochialis.

Die Veneris 14. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Breue, vt executioni demandetur, quid requiratur. Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, in quo fundetur. Executor præſumitur proceſſiſſe ad executionem, cum debitis requiſitis. Subrogatio gratioſa, ad hoc, vt habeat locum, quid ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Breue non eſt exequendum, niſi præuia illius iuſtificatione.*
3 *Breuia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, fundantur tota ſuper reſeruatione.*
4 *Vacatio conſumitur propter prouiſionem de beneficio factam.*
5 *Executor præſumitur proceſſiſſe ad executionem, præuia iuſtificatione omnium narratorum.*
6 *Executor poteſt ſe extraiudicialiter informare, quando poſſeſſio eſt vacans, & non adeſt legitimus Contradictor.*
7 *Executor præſumitur omnia benè geſſiſſe.*
8 *Gratia de beneficio Parochiali eſt nulla, ob non factum concurſum.*
9 *Papa non habet opus, quando diſponit contra Concil. Trident. illi derogare, ſed ſufficit, quod contra Concilium diſponat.*
10 *Lis, ſuper titulo beneficij opus eſt, quod ſit ad validitatem ſubrogationis gratioſæ.*
11 *Subrogatio gratioſa, vt habeat locum ſufficit, beneficium eſſe reſeruatum.*
12 *Subrogatio gratioſa, vt habeat locum ſufficit, quod lis eo modo iuſtificetur, quo fuit narrata.*

DECISIO LXXI.

BAldaſſar Segarra, qui fuerat ab Ordinario prouiſus de hac Parochiali obijt de menſe Auguſti 1629. & Gulielmus Capſir, qui cum eo litigabat coram Nuntio ſuper irrationabilitate Iudicij Epiſcopi, præuia narratiua huiuſmodi litis, obtinuit à Sanctiſſimo ſubrogationem gratioſam ad ius; & poſſeſſionem dicti Segarræ, cuius vigore fuit immiſſus in poſſeſſionem Parochialis, in qua permanſit vſquè ab obitum ſequutum de menſe Decembris 1629. mortuo Capſir Ordinarius fecit concurſum, & Parochialem contulit Chriſtopharo Bonauenturæ poſſeſſione ſubſequuta. Ioſeph verò Frances illam impetrauit à Papa tanquàm adhuc vacantem per obitum dicti Segarræ in menſe Auguſti reſeruato, & vigore Breuis de capieñ poſſeſſione nomine Cameræ obtinuit ab A. C. ſententiam fauorabilem ſuper immiſſione, & declaratoria, à qua cum fuerit appellatum, & cauſa mihi commiſſa, cum clauſula *Arbitrio Rotæ,* hodie propoſito ſuper hoc particulari dubio Domini reſponderunt Arbitrium intrare pro retardatione exequutionis di-
1 cti Breuis. Et moti ſunt, † quia Arbitrium regulatur à Iure. *Caſ de Graſſ. deciſ. 7. num. 7 & deciſ. 8 in princ. de ſent. & re*
2 *iud.* De iure autem eſt, vt Breue non ſit exequeñ † niſi præuia illius iuſtificatione, vt in *Terraconeñ Archidiaconatus apud Marcheſ par. 2. fol. 305. num. 1.* & in *Salamantin. Beneficij dicta par. 1 fol 343. num. 1.* Iuſtificatio autem potiſſi-
3 mum conſiſtit in reſeruatione in qua † fundantur huiuſmodi Breuia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, *Garz. de Benef. part. 6 cap. 3. num. 9 & 10. Rota in Vicen. Beneficij num. 2. in Toletana Capellania num. 3. in Placentina Beneficiorum num. 2 apud Marcheſ. de Comm. par. 1. fol. 343. 348. & 353. ſanct. mem. Gregor. deciſ. 53. num. 6.* Hic verò de reſeruatione non docetur, quia licet Segarra obierit in
4 menſe Auguſti reſeruato, attamen † illius vacatio fuit conſumpta per prouiſionem Capſir, qui vt ſupra dixi, obtinuit ſubrogationem gratioſam, iuxta *not. per Moder. ad Reg. 8. gloſ. 15. num. 121. Rota diu. deciſ. 498. num. 2. & deciſ. 523. num. 2. & 691. num. 5. parte 2. in recent* & dixit *Rota in Vlixboneñ Beneficij 19. Decembr. 1622. coram bon. mem. D. meo Vbaldo.*

Non obſtant oppoſitiones contra gratiam Capſir quam tenetur iuſtificare Chriſtophorus, qui fuit prouiſus per mortem Capſir, quia quicquid de hoc dicendum ſit, ſatis eſt, reſpondere ex eo ſolum fuiſſe iuſtificatam gratiam Capſir,
5 quod ipſe præſentauit literas exequutori † qui procedeñ ad exequutionem, præſumitur ad illam proceſſiſſe præuia
6 Iuſtificatione omnium narratorum, de quibus potuit † etiã ſe extraiudicialiter informare, cum poſſeſſio eſſet vacans, & non adeſſet legitimus Contradictor. *Put. deciſ. 140 lib. 2. in correct. Card. Caualer. deciſ. 664. num. 2. Rotæ diuerſ. deciſ. 293. num. 6. & ſeqq & deciſ. 406. num. 1. par. 1. in recent.* & tenuit *Rota in Piſana Beneficij 1. Februarij 1630. corã R. P. D. meo Merlino.* Idq; maximè procedit poſt adeptam
7 poſſeſſionem, cũ † omnia præſumantur per Exequutorem

benè

benè gesta, *Put.decis.356.num.4.lib.1.in correct. Rot. decis. 739.num.4.par.2.in recent.*

8 Non obstat quod gratia † Capsir fuerit nulla ob non factum concursum, quia satis est quod Papa sciuerit beneficium vacare de mẽse Augusti per obitum Segarræ, & quod de illo prouiderit Capsir, etiam non facto concursu, cum
9 non habeat † opus Papa derogare Cõcilio Tridentino, sed sufficiat quod contra Concilium disponat, *Gonz. ad reg. 8. gl 6.n.120. Rot decis.179.num.6.par.2.rec. Mares.var.resol.lib.1.c.19.num.11.*

10 Non obstat, quod lis non esset super titulo † beneficij, prout requiritur ad validitatem subrogationis gratiosæ, tùm
11 quia ad hunc effectum sufficit † quod beneficium esset reseruatum ratione Mensis, vt supra, *Rot.decis.157.num.4.p.2.recent.* & tenuit *Rot. in Montis Falisci Cappellania 30. Ianuarij 1606. coram Cardin. Lancellotto, & alijs,* tùm quia non fuit narratum beneficium simpliciter esse litigiosum, sed fuit distinctè narrata lis, & quod fuit appellatum
12 ab irrationabili Iudicio Episcopi, & ideo † sufficit quod lis eo modo iustificetur quo fuit narrata *Seraphin. decis. 990.num.7.*

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. QVEIPO.

Gerundeñ Iuris conferendi.

Die Lunæ 24. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Electio Canonicorum, in Ecclesijs Regularibus, & Collegiatis ad quem spectet.

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum electio in Ecclesiis Regularibus ad Capitulum, & Prælatum simul pertinet.*
2 *Canonicorum electio in Ecclesiis Collegiatis est etiam simultanea inter Capitulum, & Prælatum, & num. 3. amplia num. 4.*
5 *Eligendi status ex quibus videatur legitimè stabilitus.*
6 *Præscriptio interrupitur ex actibus contrarijs.*

DECISIO LXXII.

Iterum causa proposita, * & dato dubio. An constet de bono iure Capituli, Dominis placuit cum præsupposito, quod Iura essent in forma probanti, de bono Iure Capi-
1 tuli constare, Tum quia de Iure † electio Canonicorum in Ecclesijs regularibus ad Capitulum, & Prælatum simul pertinet, iuxta *text. in cap.nullus. 16 quæst 7.cap. significatum est.* & ibi *Ioann.de Imol de præbend. cap.ea noscitur,* & ibi *Abb.num.4.de his; quę fin à Prelat.* Idem *Abb.in cap. cum Ecclesia Vulterana, num.8.de elect Card.in Clem.1.versic. Abbate.de stat.Monach Felin. in c.cum Venerabilis num. 11.de except Lap.alleg.vlt. Duaren.de benef.lib.3.c.4. Nauar consil.37.sub tit.de regul. Rot.decis.7.de concess præben. in nou.* Et in electione Canonicorum Diui Augustini ita constitutum fuit à Benedicto XII. vt constat ex *Bullar.nou. tom.1.fol 197.*

2 Et in Ecclesiis Collegiatis Canonicorum † electio similiter simultanea est inter Capitulum, & Prælatum, *d.c. nullus. 16.quæst.7.& d.cap.ea noscitur, de ijs quæ fiu.à Prelat. Felin vbi supra num.37. Abb.in cap.cum Venerabilis num. 45.* & ibi *Felin.num.37.Corras.de benefic.2.par.cap.4.num. 6.Bernard. Diaz de Lugo, reg.240.lim.5. Cassad.decis.22. de prębend.num.3.Put.decis.135.lib.1.Mobed.decis.27. de prębend.* & coram me in hac eadem causa fuit resolutum 11.Martij 1630. Ideoquè Ecclesia Collegiata B. Mariæ Villebertrandi, siue consideretur vti subrogata in locum primæ Regularis, siue vt nouiter Collegialis recta, semper
3 de Iure communi † Canonicorum electio inter Capitulũ, & Prælatum immediatum simultanea erit, vt latius considerandum fuit in decisione facta coram me. Tùm etiam quia prædictus modus eligendi simultaneus inter Capitulum, &
4 Prælatum † vsu, & consuetudine spatio 200. annorum, & vltra stabilitus videtur, vt constat ex electionibus, quæ dantur in Summario Capituli num. 4. ex quibus constat electiones Canonicorum in dicta Ecclesia ab anno 1386. vsquè ad annum 1517. factus fuisse per Capitulum, & Prælatum, itaut toto eo tempore non appareat de electione facta per Prælatum, absquè interuentu, & consensu Capituli
5 † atquè ita status ille eligẽdi legitimè stabilitus videtur, iuxta *text. in cap.cum de beneficio, de prȩben. in sexto,* & ibi *glo.* & DD. *Rot.decis.163.par.1.recent.* latè, *Gonz. glos.7.& 8.super reg.8.*

Nequè obstat, quod ab anno 1517. vsquè ad annum 1586. dentur ex parte Archipresbyteri à solo Abbate, absquè Capitulo factæ plures electiones, quia respondetur ex omnibus illis nouum statum induci non posse, nequè alicuius Iuris præscriptionem propter duodecim simultaneas, quæ ex parte Capituli, & Abbatis dãtur à dicto anno 1517. vsq; ad annum 1586. ex quibus omnimoda interruptio de-
6 ducitur † contra præscriptionem, vel consuetudinem ab Archipresbyteris prætensam.

Minus obstat, quod in Bulla Sæcularizationis facultas eligendi Canonicos pleno Iure Archipresbytero tribuatur, quia respondetur verbum illud *Pleno Iure*, referri ad potestatem Archipresbytero concessam his electionibus, potestas autem non fuit ei generaliter, & absolutè tributa, sed prout antea competebat, vt constat ex illis verbis, *Prout prius*, & cum ante Sæcularizationem eligendi facultas esset simultanea, ad illam prædicta verba referri debent, vt ponderarunt Domini in decisione in ista causa facta.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

* Proposita fuit sub die 11. Martij 1630. est decis.358. supra par.5.recent.

R. P. D. MERLINO.

Bononieñ Dotis, seu Attentatorum.

Die Lunæ 24. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ, quæ dantur marito pro dote, ei plenè acquiruntur, remanente vxori tantùm actione ad dotem consequendam. Hæredi vniuersali an sit licitum pendente lite possessionem capere bonorum hereditariorum absque vitio attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ si dentur marito pro dote, ei acquiritur plenum dominium, remanente Vxori dumtaxat actione ad consequendam dotem.*
2 *Vniuersalia iudicia non impediunt particularia.*
3 *Hæredi vniuersali licitum est pendente lite, possessionem bonorum defuncti absque vitio attentatorum apprehendere, & continuare ius, quod transiuit in se ipsum, prout erat penes defunctorum.*
4 *Hæres, quando dicatur attentare.*
5 *Iudicium repetitionis dotis est iudicium vniuersale.*

6 Actus

6 *Actus aliquis, si debeat fieri cum licentia alicuius, si fiat sine licentia illius, non tanquàm attentatus, sed vti malè gestus redargui potest.*

DECISIO LXXIII.

CONtendente D. Marchione Francisco Manzolo exactionem scut. 2260. quæ supererant in Monte Pietatis Florentiæ ex pecunijs dotalibus Dom. Pellegrinæ factam per D. Com. Alexandrum Bentiuolum esse attentatam, eo quòd super restitutione dotis dictæ Pellegrinæ penderet lis in Rota, Consului Dominos, An circa hanc exactionem constaret de attentatis, & negatiuè responsum fuit.

Quoniam pecuniæ vsquè ad summam scut. 20000. depositatæ super Monte Pietatis pro dotæ D. Pellegrinæ in fauorem Com. Vlixis eiusdem mariti, spectabant ad ipsum
1 Com. Vlixem, cui dotis traditæ acquisitum † fuerat plenum dominium, remanente Vxori duntaxat actione ad repetendam dotem, iuxta *textum in l. ex pecunia*, vbi *Bald. sub nu. 1. C. de iur. dot. Honded. consil. 41. num. 19. & seqq. lib. 1. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 257. sub nu. 6. versic. vbi pecunia*, & propterea quemadmodum Com. Vlixes rectè potuit maiorem partem dictæ dotis, & ferè vsquè ad summam scut. 18000. exigere, ita Com. Alexander hæres Vlixis, exercendo iura acquisita ab ipso Vlixe, cum quo vna, & eadem reputatur persona, potuit prosequi ius exigendi residuum dotis, & in eadem exactione continuare citra vitium attentatorum, non obstante lite contestata super restitutione dotis ipsius Pellegrinæ, per quam litem vitio litigiosi affectæ non fuerũt pecuniæ dotales existentes in hæreditate Com. Vlixis, & in dominio Comit. Alexandri hæredis, sed ius dumtaxat, & actio pro dotis repetitione, super quo iure nihil fuit innouatum per exactionem prædictam, sed res, & creditum hæreditarium fuit vẽ-
2 dicatum quod rectè potest fieri † non refragante litis pendentia etiam super ipsius hæreditatis petitione, vt est *text. in l. si bona fidei, ff. de petit. hæredit.* & notat *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 26. num. 1.* & hæredi vniuersali lici-
3 tum est pendente lite, possessionem † bonorum defuncti absque vitio attentatorum apprehendere, & continuare ius quod transiuit in se ipsum, prout erat penes defunctum ad *text. in auth. de litigios. & in §. & hoc autem, Auth. de litigios. Ias. in §. præiudiciales, num. 7. & seqq. Instit. de action. Mandos. de inhibit. q. 23. num. 10. Lancell. de attent. par. 2. c. 4. lim. 1. num. 17.* vbi per Rotam ita fuisse decisum testa-
4 tur, tumquè solùm attentare † diceretur hæres, si ipsi interdicta fuisset administratio bonorum, vel apprehensio possessionis, vel exercitium Iurium hæreditariorum, & inhibita creditorum exactio, *Bald. in l. emptorem nu. 12. C. locat. Ias. d. § præiudiciales num. 10. Instit. de action. Crot. cons. 24. num. 4. & 15. Mandos. de inhibit. q. 120. sub num. 2. Lancel. de attent. par. 2. c. 4. lim. 26. num. 5.* quorum neutrum, cum in præsenti casu interuenerit cumquè in Iudicijs vniuersali-
5 bus, quale † est Iudicium super repetitione dotis *l. quod dicitur, ff. de inopens. in res dotal. fact.* Reus etiam lite pendente retineat administrationem, & facultatem exigendi credita, vt supra dictum fuit, Iure meritò exactio per Com. Alexandrum facta, recta, & legitima, non autem attentata censeri debet; Præsertim verò, quia, cum assensu, & auctoritate Serenissimi Magni Etruriæ Ducis sequuta fuit amotio pecuniarum ex Monte Pietatis, ex quo suspicio vitij attentatorum videtur etiam excludi. Et hinc tollitur quoque obiectum, quod pecuniæ depositæ starent vti fundus dotalis attentis illis verbis depositi *In faccia della Signora Pellegrina &c.* quoniam per errorem, siue incuriam trascribentis videntur dicta verba, *In faccia &c.* apposita, & in originali loco verborum, *In faccia*, habentur, *In fauore &c.* ex quibus deducitur creditum illud non esse dotale, nec creatum in capite D. Pellegrinæ, sed solummodo ius, & actionem competere D. Pellegrinæ ratione suæ dotis, pro concurrenti quantitate; & in omnem casum, quatenus etiam
6 non † adfuisset licentia Serenissimi Magni Ducis, exactio non tanquàm attentata, sed vti malè facta redargui duntaxat posset.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MERLINO.

Forosempronień Emphyteusis.

Die Veneris 28. Nouembris 1631.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est finita, an renouatio sit facienda proximioribus agnatis, vel hæredibus debet inspici qualiter sit facta concessio. Et plura de clausula, ad habendum in concessione emphyteusis apposita.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis dicitur ex pacto, & prouidentia, quando concepta est pro filijs, & nepotibus, omissa mentione hæredum.*

2 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia renouatio est facienda agnatis proximioribus, non autem hæredibus.*

3 *Emphyteusis hæreditariæ renouatio est facienda hæredibus, & non agnatis.*

4 *Emphyteusis secunda concessio, & inuestitura regulari debet ad normam, & exemplum primæ inuestituræ.*

5 *Hæreditaria qualitas, quando in prima inuestitura emphyteusis est neglecta, de illa, nec est curandum in secunda.*

6 *In emphyteusis concessione, si ponatur clausula, ad habendum, operatur, vt concessio videatur facta, pro quibuscunque.*

7 *Emphyteusis concessio, cùm clausula ad habeñ efficitur transitoria ad extraneos, etiamsi emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia, & num. 8.*

9 *Clausula, ad habendum, in concessione emphyteusis apposita, restringitur inter terminos compræhensos.*

10 *Clausula, ad habendum, in concessione emphyteusis posita, debet interpretari strictè, & sufficit, vt quid minimum operetur.*

11 *Clausula, ad habendum, in emphyteusi ex pacto, & prouidentia posita, seruit de vento.*

12 *Emphyteusis renouatio ex iuris æquitate, fit proximioribus agnatis, atque eiusdem generis, & conditionis personis.*

13 *Decis. 642. par. 1. in recent. & aliæ declarantur.*

14 *In emphyteusi potius est attendenda præcisa vacatio graduum, quàm clausula ad habendum, quæ multoties apponitur à Notarijs ex quodam stylo, & oscitanter.*

15 *Clausulæ, ad habendum, virtus penitus euacuatur, & eliditur, per prohibitionem alienationis emphyteusis.*

16 *Testes, vt probent consuetudinem immemorabilem, qualiter deponere debeant, & num. 19. & 20.*

17 *Testes, vt probent consuetudinem immemorabilem, debent esse ætatis 54. annorum.*

18 *Aetas*

18 *Aetas in teste, debet attendi de tempore motæ litis.*
21 *Testes suspecti, non probant immemorabilem consuetudinem.*
22 *Obseruantia difformi stante, non est recedendum à dispositione iuris communis.*
23 *Emphyteusis hæreditaria hæredibus est renouanda.*
Emphyteusis ex pacto, & prouidentia proximioribus agnatis, est renouanda, num.23.
24 *Emphyteotica bona ex pacto, & prouidentia, non sunt de sui natura alienabilia, & sic non in pleno, & libero dominio disponentis.*
25 *Consuetudo, si sit contra Ius, & præiudicialis Ecclesiæ, debet strictè interpretari, nec debet extendi.*

DECISIO LXXIV.

Finita Emphyteusi de quibusdam prædijs, Ecclesia Forosempronien̄ fecit renouationem Catharinæ proximiori agnatæ, quàm renouationem cum impugnare niteretur Margharita, eo quod ipsa esset præferenda, tanquam hæres instituta à Camilla, per cuius obitum expirauerat emphyteusis, Domini sub die 5. Maij 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo, dixerunt, renouationem factam Catharinæ esse attendendam, nec præferendam fuisse Margharitam, quàmuis hæredem, in qua sententiam, & hodiè Domini perstiterunt.

1 Certum est enim, hanc emphyteusim esse † ex pacto, & prouidentia, ex quo concepta est pro filijs, & nepotibus, omissa mentione hæredum, *Bart. in l. vt iuris iurandi, §. si liberi. ff. de oper. libert. Soccin. Iun. cons. 42. num. 3. lib. 3. Surdus, consil. 108. num. 10. Peregrin. cons. 8. num. 25. lib. 1. Menoch. consil. 202. num. 53. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 32. num. 11. & decis. 343. nu. 3. in eius impress.*
2 *atque aliàs passim*, quo posito, sequitur, † renouationem esse faciendam agnatis proximioribus, non autem hæredibus, *Rip. in l. 1. num 8. versic. tunc tempora, ff. de priuil. credit. Dec. consil 78. num 4. Ruin. consil. 12. num. 21. & consil. 151. num. 21. lib. 1.* benè *Ferrett. consil. 103 num. 10.* & fuit dictum *in Foroliuien̄ de Torellis 24. Maij 1604. coram bo. mem.* Cardinali Pamphilio *seniore, & 14. Februarij 1605. coram Iusto, & in Imolen̄ bonorum 18. Iunij 1618. & 6. Ianuarij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; quem-
3 admodùm si emphyteusis fuisset † hæreditaria hæredibus, non autem agnatis proximioribus foret concedenda, quia tunc qualitas hæreditaria requiritur, nec sufficit qualitas agnationis, *Alex. consil. 10. num. 11. lib. 3. Anchar. consil. 38. num. 3. Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. num. 18.* benè *Bero. consil. 103. num. 4. & 5. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 3. nu. 16. Rota coram Card. Seraphino decis. 610. num. 10.* & in præallegata *Foroliuien̄ de Torellis coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, atque Imolen̄ bonorum coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Hæc enim renouatio est secunda conces-
4 sio, & inuestitura, † quæ regulari debet ad normam, & exẽplum primæ inuestituræ, siquè illa solùm admisit agnatos, hęc quoquè secunda ab ijsdem agnatis est inchoanda, & ad illos restringenda, non habita consideratione, an extent alij, qui sunt hæredes, quæ qualitas hæreditaria, cum fuerit ne-
5 glecta † in prima inuestitura, ideoquè itidem, & in secunda de illa non est curandum, vt bene per *Bero. d. consil. 103. nu. 5.* & alios præallegatos.

Non obstat, quod in dictis inuestituris adsit clausula, *ad*
6 *habendum, &c.* sitquè inserta in parte dispositiua, † per quã clausulam concessio, & inuestitura dicitur facta quibuscunquè, & data facultas disponendi de bonis concessis, prout inuestitis placuerit, adeout per hanc emphyteusis efficia-
7 tur, † transitoria ad extraneos, & de natura emphyteusis ex pacto, & prouidentia, trãsfundatur in naturam emphyteusis hæreditariæ, vt per *Crauett. consil. 256. num. 4. Laderch. consil. 1. num. 8. & seqq.* vbi virtutem istius clausulæ, *ad habendum, &c.* multum extollit, & *Rota coram Cardin. Seraphino decis. 1290. num. 12. & in recent. decis. 642. num. 3. par. 1. & decis. 152. nu. 1. & decis. 294. num. 3. & 7. par. 2. & coram bon. mem.* Cardinali Caualerio *decis. 293. num. 1. & seqq.*

Quoniam, omisso quod Menoch. *consil. 545. per tot. &* Bertazzol. *consil. ciuil. 73. & 74.* qui in eadem causa contra Laderchium cõsuluerunt, validissimis Iuris rationibus vim dictæ clausulæ, *ad habendum*, extenuant, & impugnãt: Certè in casu præsenti visum fuit Dominis, non posse clausul[a]
8 *ad habendum &c.* influere hunc effectum, † vt de emphyteusi ex pacto, & prouidentia transeat in emphyteusim hæreditariam, quoniam concessio, de qua agitur, restricta, est ad tertiam generationem, vnde, & clausula *ad habendum*
9 *&c.* restringi debet intra eosdem terminos, & † ad personas in tribus generationibus comprehensas, itaut effectus illius, non egrediatur tertiam generationem, alioquin daretur in eadem inuestitura, & incontinenti nimis exorbitãs contrarietas, & repugnantia, dum in vna parte denegaretur transitus bonorum in extraneos, & beneficium concessionis coarctaretur ad tres dumtaxat generationes; In alia verò parte, admitteretur transitus bonorum in quoscunque extraneos, & extẽderetur vltra tertiam generationem, quæ repugnantia nullatenus est ferenda, Ita *Dec. consil. 500. nu. 6. Osasch. decis. 164. num. 5. Menoch. consil. 61. num. 20.* vbi,
10 quod hæc clausula † debet strictè interpretari, & sufficit, [si ali]quid minimum operetur, & *consi. 545. num. 5. 6. & 16. Ba[r]dellon consil. 41. num. 2. & 3.* vbi, quod stante forma præcis[a]
11 emphyteusis ex pacto, & prouidentia, † & restricta ad certas personas, hæc clausula seruit de vento, *Galuan. consi. 20. num. 40.* atquè admittit etiam *Laderch. d. consil. 1. num. 18. versic. veram enim esse, Rota decis. 294. num. 8. par. 2. recent.* & in *Camerinen̄ domus 4. Iunij 1593. coram Gipsio. impress. post Giouagnon. consil. 44. num. 107. & 108. lib. 2.* ex quibus sequitur, quod cum Margherita non sit intra illam tertiam generationem, immo nec ex descendentibus vlterioris gradus, non potest illi suffragari dicta clausula, *ad habendum, &c.* sed ex Iuris æquitate, de qua per *Bart. in l. 1. §. per-*
12 *mittitur, ff. de acqu. quotid. et æstiua*, concedenda † est no[u]a inuestitura per viam renouationis proximioribus, agnatis atque eiusdem generis, & conditionis personis est facienda, quibus prima inuestitura concessa fuit.

13 Nec applicantur † *decis. 642. par. 1. recent.* & coram Cardinali Caualerio *decis. 293.* & aliæ superiùs deductæ, qu[ia] in casibus dictarum decisionum, clausula *ad habendum*, erat adiecta concessioni, quæ certis gradibus, & personis arctaretur vt est inuestitura, de qua agitur, nec vrgebat mo[...] tiuum contrarietatis, & enixa contrahentium volũtas, quod emphyteusis esset solum ex pacto, & prouidentia, de quibus supra dictum fuit, potiusquè attendenda est præcisa vo-
14 catio graduum, & generationum, † quam illa clausula, *ad habendum, etc.* quæ multoties à Notarijs ex quodam solito, & oscitanter apponitur, æquiusquè videtur, vt clausula re[-] stringatur ad vocationem generationum, quàm quod è contra, vocatio generationum euertatur per illam clausulam *ad habendum, etc.*

Præsertim, quia in casu præsenti post dictam clausulam subsequitur prohibitio alienationis, ex qua apparet de enixa voluntate contrahentium, vt emphyteusis non egrederetur illam tertiam generationem, & sic clausula, *ad habendum*, nõ potest habere illum effectum, vt faciat emphyteu-
15 sim transitoriam ad hęredes extraneos, sed per † alienationis prohibitionem illius virtus penitùs euacuatur, & eliditur, vt inquit *Dec. consil. 171. num. 3. versi. quarto, et vltimo. Curt. iun. consil. 130 num. 6. Osasch. d. decis. 164. num. 5. Cor[...] bol. de priuat. emphyt. ob alien. lim. 3. num. 2. et 3.* & dixit Rota *in Romana domus, et hospitij 7. Iunij 1591. coram Blanchetto, in Imolen̄ bonorum 22. Iunij 1592. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, et in Romana domus 9. Martij 160[.] coram bon. mem.* Patriarcha *Manzanedo.*

Non obstat immemorabilis consuetudo, quam nixa est probare Margherita, quod scilicet etiam in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, consuetum fuerit in Ecclesia Forosempronien̄ vt, finita emphyteusi, ad renouationem tunc solum admittantur agnati, non autem hæredes, quando primus acquirens, vel vltimus compræhensus de bonis emphyteo-

phyteoticis non disposuerunt, ex qua consuetudine deinde inferebatur ipsam Margheritam esse in renouatione præferendam, cum vltimus comprehensus per hæredis Institutionem in eius fauorem disposuerit; Quoniam nec probata visa fuit huiusmodi immemorabilis, & quatenus fuisset probata, non inde tamen suffragaretur.

16 Non probatur, quia testes † examinati, non deponunt, cum requisitis, *glos. in cap. de rescript. in 6.* Inter quæ illud præcipuum est, vt appareat de ætate testium annorum 54.
17 † scilicet de 40. annis vniformis obseruantiæ, de quibus non possunt deponere, nisi postquàm vsum perfectum intellectus habuerint, & doli fuerint capaces, & sic ipsi egerint annum decimumquartum, *Rota decis. 76. num. 3 & decis. 254. num. 2. part. 1. recent. & coram sanct. mem. Gregorio XV. decis. 298. num. 1. & ibi Add. num. 12.* Ex decem enim, & octo testibus duo non exprimunt eorum ætatem, nempè secundus, & tertius, nouem exprimunt quidem, sed sunt infra dd. annos 54. asserit primus testis se agere annum 43. quintus testis est annorum 35. nonus annorum 37. vndecimus annorum 39. decimus tertius habet tantum annos 30. decimus quartus attingit annum 49. decimus quintus annum agit 50. decimus sextus annos 35. decimus octauus annos 43. Alij vero quatuor testes erant quidem positi supra dictos annos 54. tempore examinis, sed non tempo-
18 re motæ litis, quod tempus est † præcisè attendendum, cum requiratur probatio obseruantiæ per 40. annos, subducto tempore litis, *Rota decis. 248. num. 4. par. 2 recent. & coram sanct. mem. Gregorio XV. decis. 205. num. 4. vbi Addent. num. 6. & decis. 298. num. 2.* Sextus verò testis super tertio articulo ingenuè fatetur se nihil scire de prætensa consuetudine, quæ in dicto tertio articulo deducebatur; Decimus secundus minus est attendendus, quia non potest deponere de hac obseruantia, quod illam viderit seruari per 40. annos, asserit enim spatio 16. annorum abfuisse à patria, & iuxta decimum quartum articulum admittit contrariam consuetudinem, quod scilicet finita linea bona deuoluuntur ad proximiores per viam renouationis, & de-
19 fecit in alijs requisitis *d. glos. in c. 1. de præscript. in 6.* † nempè de visu per 40. annos, quod maiores dixerint audiuisse ab alijs maioribus, nec contrarium fuisse seruatum, vel dictum seruari; quartus demum testis est vnicus, non deponit de fama, per verbum fuit, & est, prout in dicta glosa requi-
20 ritur, nec † contrariam famam excludit, eiusque depositio caret alijs requisitis eiusdem glosæ.

Verum, quatenus etiam probaretur dicta immemorabilis, non tamen suffragaretur; quoniam ex alijs testibus examinatis per Catherinam constat renouationes factas fuisse agnatis, quàmuis, & primus, vel vltimus comprehensus aliter disposuissent vnde testes examinati pro Margherita
21 videntur † suspecti, dum dicunt, nunquàm aliter fuisse seruatum, vel saltem apparet non esse vniformem hanc consuetudinem, nec inconcussam, cum diuersimodè fuerit obseruatum, nec ideò hæc immemorabilis attendi debet, *Put. decis. 426. lib. 2. in correct. Rot. decis. 254. num. 3. par. 1. recent. & apud san. mem. Gregorium XV. decis. 51. num. 3. & decis. 434. num. 10. & Adden. ad d. decis. 294. num. 13.*
22 data autem † difformi obseruantia, non est recedendum à dispositione Iuris communis, *Rot. decis. 438. num. 2. in fin. par. 1. & decis. 19 num. 6 par. 2. diuers.* vt scilicet emphyteusis hæreditaria, hæredibus, emphyteusis verò ex pacto, &
23 prouidentia agnatis † sit renouanda, sicquè primus acquirens, vel vltimus comprehensus potuissent disponere ad sui libitum, non erat opus in inuestitura facta de anno 1576. concedere facultatem primo inuestito, vt, deficientibus solummodò filiis, posset in eius testamento nominare vnum hæredem pro illo prædio.

Demum consuetudo hæc non applicatur; quia nec primus acquirens, nec vltimus comprehensus disposuerunt de istis bonis emphyteoticis in fauorem Margheritæ, dispositio enim particularis erat facienda, nec veniebant, sub generali dispositione per hæredis institutionem hæc bona
24 emphyteotica, † cum essent ex pacto, & prouidentia, nec essent de sui natura alienabilia, nec in pleno, & libero dominio disponentis, *Bartol. in l. vt Iurisiurandi, §. si liberi, num. 5. ff. de oper. libert. Aretin. consil. 53. num. 3. Surd. decis. 93. num. 18. & consil. 395. num. 18. Laderch. consil. 73 sub num. 9. Bellon. Iun. consil. 30. num. 76 Rota plenè decis. 375. num. 3. par. 1. recent. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 271. num. 1. & ibi Addent. num. 27.*

Nominatio verò facta per Camillam est solum restricta ad illud prædium, super quo dabatur facultas nominandi in inuestitura de anno 1576. & hac facultate sibi data in inuestitura voluit vti, non autem illa prætensa facultate, inducta ab asserta consuetudine, vnde ad alia prædia in diuersis inuestituris concessa extendi non potest hæc nominationis facultas.

Sed nec etiam hæc nominatio Camillæ suffragatur ad illud prædium, de quo in inuestitura de anno 1576. non ex Iure permisso in inuestitura; quia illud solum concessum est primo inuestito, quatenus filios non haberet, vnde expirauit dum filios reliquit; nec etiam ex asserta consuetudine de qua per testes, quatenus etiam illam probarent, quia omnes testes restringunt hanc facultatem ad primum inuestitum, & ad vltimum comprehensum; Camilla autem non erat nec prima acquirens, nec propriè secunda dici poterat comprehensa, dum non erat scripta in inuestitura, & licet fuerit nominata, hæc tamen nominatio non tribuebat veram, & propriam comprehensionem in inuestitu-
25 ra, & cum dicta † consuetudo sit contra Ius, & præiudicialis Ecclesiæ, quia, hac admissa, bona in emphyteusim concessa difficiliùs ad ipsam Ecclesiam reuerterentur, essent enim transibilia ad quoscunquè extraneos, proptereà strictam recepit interpretationem, nec debet extendi, *Grat. consil. 132. num. 20. lib. 1. Cephal consil. 345 num. 24. & 25.* cum alijs, & multiplicarentur facultates, & specialia, quia extraneus non comprehensus posset nominare, & hic nominatus postea etiam facere aliam nominationem.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Vlixbonen. erectionis Monasterij.

Die Veneris 5. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Iudex post inhibitionem Rotalem non potest ad vlteriora procedere, etiamsi inhibitio nulliter emanauerit, cum semper timenda sit, siue iusta, siue iniusta. De attentatis post rem iudicatam commissis, pendente appellatione, quando non possit dari, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Notario creditur, si deponat de his, quæ ad eius officium spectant.*
2 *Iudex non debet procedere ad vlteriora in executione pendente lite in Rota, & post inhibitionem Rotalem.*
3 *Iudex inferior non potest cognoscere de viribus inhibitionis Iudicis superioris.*
4 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta sit, semper est timenda.*
5 *Executio etiam post trium conformium post inhibitionem quando sit attentata.*
6 *Post rem iudicatam non potest dari de attentatis commißis, appellatione pendente.*

7 *Quod intellige, si in specie non fuerit causa super re iudicata, & reuocatione attentatorum, secus verò si specialiter fuerit commissa.*
8 *Attentata debent reuocari, attenta facultate ea reuocandi, de qua in commissione.*
9 *Sine actis de iure, & æquitate procedi non potest.*

DECISIO LXXV.

INterposita appellatione ab Abbatissa, & Monialibus Monasterij de Sperantia, à sententijs latis in partibus ad fauorem Sororis Ludouicæ de Plagis super restitutione dotis per ipsam eidem Monasterio elargitæ. Et causa in Rota commissa non obstante recursu à Signaturam Gratiæ, & Iustitiæ, necnon Inhibitionibus Rotalibus, tàm Iudici, quàm Parti intimatis, eadem Soror Ludouica prosecuta fuit Iudicium super executione sententiarum, & obtinuit declarare inhibitiones Rotales non afficere, nec Iudicem se dare pro inhibito; quinimò non obstantibus supradictis idem Iudex lata sententia super restitutione dotis, cum illius redditibus, non solùm relaxauit declaratoriam contra Abbatissam, & Moniales, ex quo non consignauerunt Patentes, mandatum Procuræ, & reliquas scripturas, sed etiam relaxauit mandatum executiuum in forma sequestri contra Bona eiusdem Monasterij, pro summa scutorum 3242. quæ omnia benè probantur ex attesta-
1 tione † Notarij Actuarij, qui Acta, sententias, & mandatum conscripsit, cui credendum est, cum deponat de his, quæ ad eius Officium spectant, *l. si quis Decurio vbi Bald. & Salicet. num. 4. C. ad l. Cornel. de fals. Put. decis. 475. lib. 2. Rot. coram Mantica decis. 91. num. 9. & coram Seraph. decis. 623. num. 12.* Quæ propterea Domini attentata censuerunt.

2 Quia non poterat procedi ad vlteriora † in prætensa executione, pendente causa in Rota, & post inhibitionem Rotalem, *cap. non solum de appellat. in 6. tot. tit. vt lit. pen-*
3 *dent.* Et Iudex † debebat abstinere, nec velle cognoscere de viribus inhibitionis, *Achil. decis. 7. de attentat in manuscript. & 29. de appellat. inter impress. Rot. decis. 785. num. 2. par. 1. diuers.* Etiam si inhibitio nulliter emanasset, cùm
4 † semper timenda sit siuè iusta, siuè iniusta, *Caputaq. decis. 13. par. 2. Put. decis. 395. lib. 2. Cas. de Grass. decis. 3. in fin. de*
5 *appellat.* Et executio etiam † trium conformium post inhibitionem est attentata, vt latè per *Lancellot. de attent. post inhibit. ampliat. 6. sanct. mem. Gregor. XV. decis. 434. num. 3.*

6 Non obstat, quod post † rem iudicatam non possit dari de attentatis commissis pendente appellatione, *Crescent. de re iudic.* quia conclusio est vera, si in specie causa
7 non fuisset commissa † super re iudicata, & reuocatione attentatorum; Ideò fallit in hoc casu, quo fuit commissa causa, cum clausula arbitrio Rotæ, & reuocatis attentatis, *Rip in cap. cum M. Ferrarieñ. num. 93. ante fin. versic. ad istud respondeo de constitution. Rota in Tarraconeñ Attentatorum 4. Iunij 1608. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* quam refert *Marchesan. de Commission. par. 1. fol. 59.*

Et hinc sequitur, vt debeant eadem attentata reuocari,
8 † attenta etiam facultate reuocandi attentata, de qua in Commissione, *tot. tit. vt lit. pend. cap. non solum de appellat. in 6.* Maximè cum supradictis addatur recursus habitus ad Iudices laicos, ne Acta præfata compulsarentur ad effectum transmittendi ad Curiam, vt ex attestatione Nota-
9 riorum data, & propterea de Iure, † & æquitate, absquè illis procedi potest, vt fuit dictum in *Toletana beneficij 16. Martij 1620. coram R. P. D. meo Pirouano, & coram Seraphino, decis. 1305. num. 7. in Abuleñ Parochialis 14. Aprilis 1614. coram Cardinal Sacrato, in Panormitana Archipresbyteratus 8 Iunij 1618. coram bon. mem. Buratto, & in Visen. Beneficij 20. Februarij 1630. coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Salernitana Pensionis.

Die Veneris 5. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Tractatur, quando processus compulsorialis sit validus. Et alia circa officium compulsoris.

SVMMARIVM.

1 *Iurium productio, si fuerit facta nimis generaliter, an valeat.*
2 *Relatum dicitur esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*
3 *Specul. de instr. edit. §. nunc videndum restat num. 5. & 6. declaratur.*
4 *Iurium productio recipitur, etiamsi producantur iura in sacculo existentia.*
5 *Iura exemplanda, praxis non requirit, vt designentur parti aduersæ in citatione ad dicendum contra.*
6 *Citationis formula, quando iura sunt exemplanda.*
7 *Iura extrahenda, debent per Iudicem diligenter inspici.*
8 *Iudex præsumitur, quod diligens in suo officio fuerit, & num. 30.*
9 *Compulsor est merus executor.*
10 *Compulsor sufficit, quod iura extrahenda inspiciat, ad effectum, vt exemplentur cum designationibus signorum, & vitiorum, quæ sunt in originali.*
11 *Compulsor, vt rectè procedat ad scripturas, compulsandas, sufficit, quod adimpleat formam sibi præscriptam.*
12 *Notarius fidem facere debet, quod iura extrahenda fuerint à Iudice diligenti, visa, & recognita.*
Sed hoc de consuetudine non seruatur, num. 12.
13 *Pro Iudicis decreto semper præsumitur, vt omnia præsupponantur solemniter acta.*
14 *Iudex semper præsumitur rectè processisse, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*
15 *Text. in cap. fin. de fid. instr. declaratur.*
16 *Pars, quando est præsens, quando iura extrahuntur non est opus attestatione, quod Iudex illa viderit.*
17 *Decis. in causa Anconitana, seu Auximana Florum declaratur.*
18 *Copia iurium productorum, parti petenti est danda.*
19 *Iura originalia iuxta formam compulsoriæ, non sunt exhibenda parti, sed Iudici.*
20 *Iura coram Iudice producũtur ad effectum probationis.*
21 *Iura coram Iudice compulsore, producuntur ad effectum solius extractionis, & transumptationis.*
22 *Iura producta ad effectum, vt probent, debent decerni copia parti, cum termino opponendi.*
23 *Compulsio, vt sit valida, sufficit sola productio iurium, parte præsente, vel citata, absquè traditione copiæ.*
24 *Iudicis partes sunt, non autem executoris, decernere copiam parti rei productæ.*
25 *Citatio facta pro diebus 8. cum sequentibus, substineatur per quatuor dies sequentes.*

26 *Pars*

26 *Pars citata, si intra determinatum tempus non compareat, si perquiratur, hoc fit ex vrbanitate.*

27 *Acta, quando non possint dici nulla.*

28 *Pars, si fuerit citata pro determinata hora, quando comparet, post d. terminum, & Iudex iam interposuit decretum, tunc præsumitur interpositum in termino citationis, & non antea.*

29 *In scripturis compulsatis sunt designandæ rasuræ, & mendæ, quæ sunt in earum originalibus.*

31 *Testes, vt probent, manum alicuius sufficit, vt deponant se habere notam illius manum.*

32 *Recognitio apocharum priuatarum de stylo Curiæ, qualiter fiat.*

DECISIO LXXVI.

Iterum fuit dictum Processum compulsorialem vltimo loco factum, esse validum ex rationibus deductis in decisione in hac causa 27. Iunij proximi præteriti,* quia Domini censuerunt non obstare oppositiones factas contra validitatem dicti processus.

1 Nam prima sub prætextu,† quod productio fuerit nimis generalis, cum non fuerint specificata iura producenda, *Specul. de instr. editione, §. videndum restat num. 5. & 6, & vbi Adden.* Papien. *in praxi in forma productionis in fin. versic. & primò quidam Corn. consi. 14 num. 12. versic. & si verba lib. 2.* quia cum Translatarij se restrinxerint ad Instrumenta, & iura concernentia affictus, & locationes bonorum Abbatiæ, satis videntur dicta Instrumenta specifi-
2 casse ex vulgari regula quod relatum † dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, *Bart. in l. 1. ff. de recept.* Dec. *in cap. quoniam contra num. 48. de probat. Bero. consil. 121. num. 2. volum. 1. Gozad. consil. 31. num. 2. Surd.*
3 *consil. 105. num. 30.* Non obstat doctrina † *Speculat.* vbi supra, quia postea firmat contrarium ex *l. fin. C. de annal. except. versic. argumento tamen contra Io. And. in addit. versicul. primo dicit*, Ita de facto seruari, quod recipitur talis
4 productio, etiamsi † producantur iura in sacculo existentia, & non dicitur probatio incerta, ex quo est res trita ad contenta in sacculo, iuxta *leg. penult. C. de senten. quæ sine certa quant. Butr. in cap. imputari num. 2. versic sed quis de fid. Instrum. vbi Felin. num. 10. in fin. versic. vltimo dicit.* Nec
5 praxis requirit, quod iura † exemplanda designentur parti aduersæ in citatione ad dicendum contra, sed tantum in monitione, quæ fieri debet contra personas compellendas,
6 formula † enim citationis faciendæ parti in dicta praxi est ad dicendum contra, & videndum extrahi iura per instantem specificanda, quæ quidem, specificatio iuxta stylum, & eandem praxim fit in die citationis apud acta Notarij, cum inductione Testium, iuxta *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. versic. his omnibus.*

7 Non obstat secunda oppositio, quod non † constet iura fuisse per Iudicem diligenter inspecta, vt not. *Abb. in cap. fin. num. 2. versic. nota officium Iudicis. de fid. Instrum. cum alijs allegatis, in Anconitana Florum 15. Decembr. 1617. coram bon. mem. Buratto.* Nam intrat præsumptio pro
8 Iudice, † quod fuerit diligens in suo officio, *Alex. consil. 45. volum. 1. Mascard. de probat. concl. 1088. num. 1. vol. 2.* vbi plures cumulat *Rot. decis. 3. de concess. prebend. in nou.* Et cum
9 compulsor sit merus † executor, vt inquit idem *Vestr.* vbi supra, satis est, quod iura extrahenda inspiciat ad effectum, vt exemplentur cum designationibus signorum, & etiam
10 † vitiorum cum quibus reperiuntur in originali, non autem ad effectum cognoscendi, An illa sint exemplanda, vel nè, iuxta dispositionem *dicti cap. fin. de fid. instrum.* & forma
11 compulsorialium solùm continet, vel subdelegatus † iura fideliter, & integrè extrahi, eorumquè sigilla, & signa, ac manus Notariorum recognosci faciat, non autem, vt diligenter inspiciat, An sint exemplanda; Vnde non releuat,
12 † quod Notarius, nec Iudex fidem non faciant, quod instrumenta fuerint à Iudice diligenter visa, & recognita iuxta *d. text. in cap. fin. de fid. instrum.* quia ex traditis per *Surd. decis. 334. num. 36.* constat hoc de consuetudine non seruari, & Iudicem, vt fuit dictum supra; præsumitur diligenter inspexisse, nisi concludenter probetur contrarium *sanct. mem. Gregor. XV. decis. 406. num. 7.* præcipuè quia
13 pro † decreto Iudicis semper præsumitur, vt omnia supponantur solemniter acta *l. ab ea parte ff. de probat. cap. sicut. in fin. de sent. & re iud Garz. de benefic. par. 12. cap. 2.*
14 *num. 125.* semper enim, præsumitur Iudicem † rectè processisse, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, *leg. generaliter, § petitum in fin. ff. de fideicomm. libert. leg. non est verisimile, vbi glos. in verbo presumptio. ff. quod met. caus. Dec. consil. 574. num. 1. Rot. decis. 564. num. 6. par. 1. recent.*

15 Nec *text. in allegat. cap. fin* † requirit solemnitatem inspectionis nisi in instrumentis vetustate collapsis, vt in prin. si instrumenta propter vetustatem &c. quæ fit nemine con-
16 tradicente, sed in materia compulsoriæ, quando pars † est citata, & præsens, non est opus tali attestatione. Nec vide-
17 tur applicari allegata decisio † Anconitana, seu Auximana Florum, quia in casu illius nulla cadebat præsumptio inspectionis Iudicis, coram quo iura non fuerunt exhibita, nec in ea firmatur quod Notarius faciat talem attestationem.

18 Ad tertiam difficultatem, quod fuerit petita † copia iurium productorum, & non fuerit data, fuit responsum in decisione, quæ reuidetur, quia iuxta formam compulsoriæ
19 iura † originalia non erant exhibenda parti, sed Iudici; Pars verò ipsa volens opponere, non poterat prohibire quin exemplarentur seruata dicta forma, & copia datur
20 in Iudicis, non autem in compulsatione; † quia coram Iudice producuntur iura ad effectum probationis, sed co-
21 ram Iudice compulsore † ad effectum solius extractionis, & transumptationis, & ad effectum vt iura producta
22 probent, debet decerni copia parti cum termino † opponendi Bart. communiter approbatus in *extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano colum. 2.* quem sequitur *Ias. in l. ait Pretor, §. si Iudex num. 21. ff. de re iud.* Ad effectum
23 † autem, vt compulsatio sit valida, sola productio iurium sufficit parte præsente, vel citata absque traditione co-
24 piæ, *Osasch decisione 1. numer. 46. in fin.* cum sint † parte Iudicis, non autem Executoris decernere copiam parti.

Nec releuat quarta oppositio, quod decretum procedi ad vlteriora factum sub die 10. Februarij, sit nullum ex defectu citationis, quia pars fuit citata ad dicendum contra iura, protocolla, & munimenta producta, & videndum iurare Testes super illorum recognitione, & ad dandum interrogatoria quatenus &c. in proc. fol. 29. quæ citatio est omnino conformis praxi positæ per *Vestr. lib.*
25 *6 capit. 1. num. 14.* & fuit facta pro † die 8. cum sequentibus, quæ sustinetur per quatuor sequentes dies, *bon. mem. Cardinal. Caualer. decisione 376. numero 6. Rota decisione 311. parte 1. diuers. & decis. 307. num. 1. par. 1. recent.* Et Iudex compulsor die 8. fecit decretum iuxta petita parte præsente, vt in proc. fol. 31. quæ cum dixisset velle videre iuramenta Testium, & examina interpretari, vt
26 in proc. dicto fol. 31. à tergo; ideò sub die 10. qua † debebat comparere in termino eiusdem citationis, fuit ex vrbanitate perquisita, atquè alta voce vocata per Cursorem coram Compulsore, qua non reperta Compulsor mandauit procedi ad vlteriora, & detulit iuramentum Testibus fol. 33. qui sub die 11. deposuerunt super recognitione
27 fol. 34. quæ omnia cum † acta fuerint in termino prædictæ citationis, non possunt dici nulla.

Similiter cessat quinta oppositio, quòd licet Procurator Abbatis fuisset citatus die 26. pro die sequenti hora 20. cum continuatione horarum ad videndum extrahi iura, fuerit tamen factum decretum ipso non expectato ad horam citatam, quia ex processu apparet Iudicem fecisse decretum parte aduersa non comparente, quæ cum
28 † comparuerit post horam 20. & sic post terminum, decretum potuit fieri in termino citationis, & non probatur, quod pars citata non fuerit expectata ad horam, seu ter-

 minum

minum citationis, quia illius comparitio habet, quod comparuit post horam 20. pulsatam, prout non probatur, quod compulsatio tot apocharum, & instrumentorum non fuerit facta spatio temporis competentis; Quinimò tollitur ex facto cum illa, & longè plura collationari potuerint in quatuor horis.

29 Præterea non obstat, quod in scripturis † compulsatis nō sint designatæ rasuræ, & mendæ, quæ sunt in earum originalibus, quia hoc non probatur, neque de eo datur fumus,
30 & sic semper † remanet firma præsumptio pro diligentia Iudicis, ex supra deductis.

Neque visum fuit obstare, quod Testes non recognouerint distinctè manus Notariorum, qui conscripserunt iura, nam quoad instrumenta sufficit quod Testes depo-
31 nant † se habere notam manum, præsertim, quando prout hic coram Iudice compulsore, protocolla instrumentorum fuerunt exhibita personis per ipsum compulsis, propter attestationem, quam fecerunt, quod illa sint protocolla Notariorum, qui de illis fuerunt rogati; Quò verò ad
32 † apochas priuatas recognitio sumitur, attento stylo Curiæ, de quo in *Bononien de MarZolis coram bon.mem. Remboldo 13. Martij 1626.* cum quo stylo in hoc casu concurrunt adminicula, quæ desumi possunt ex multitudine apocharum concernentium easdem res, & personas.

Et ita non obstantibus tot oppositionibus, processum compulsorialem vltimo loco factum, validum censuerunt Domini vtraque parte &c.

* Habetur infra præsens decisio, prout in Indice posito in fine Decisionum.

¶ Alia decisio in eadem causa coram eodem R.P.D.Ghislerio adest infra sub die 26. Aprilis 1632.

R. P. D. MERLINO.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurij 10. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Agere contra aliquem, quando quis non possit. Tutor non potest præiudicare pupillo. Secretarij Locorum Montium, si audeant liberè admittere resignationem Locorum Montium vinculatorum, in quam pœnam incurrant, & an eam ab aliquo possint repetere.

SVMMARIVM.

1 *Prætendere quis non potest aliquid ab eo, si contra eum nullam actionem habeat, nimirum neque personalem, nec hypothecariam, nec actionem subsidiariam.*
2 *Nec demum actionem ex dolo.*
3 *Actionem vllam, si quis non habebat contra defunctum ad aliquid dandum, ideò neque id poterit prætendere contra eius hæredem.*
4 *Per cessionem plus iuris, quàm competit cedenti non transit in cessionarium.*
5 *Actionem nullam, quis non potest prætendere contra eum, si inter ipsos nulla intercessit obligatio, nullus factus est contractus, & proindè nulla oriri potuit personalis obligatio.*
6 *Obligatio Cameralis, & stipulatio Notarij pro omnibus quorum interest, regulariter extenditur etiam ad enunciatiuas instrumenti.*
7 *Ita vt per dictam stipulationem Notarij acquiratur ius, & actio tertio, & num. 8.*
9 *Pupillus nec tacitè, nec expresse potest se obligare per tutorem ad euictionem præstandam in fauorem tertij, sine iusta causa, & solemnitatibus statutorum.*
10 *Minorum contractus, vt valeat, requiritur iusta causa, & solemnitates requisitæ, ita vt altero deficiente alterum corruit, neque vnum suppletur ab altero.*
11 *Ita vt, si minor pulsetur à contrahente ad præstandum id, quod est promissum, rectè insistit nullitati obligationis, & pulsantem repellit.*
12 *Debitori soluenti creditor de necessitate iuris tenetur id facere receputam, & quietationem.*
13 *Minorum actus necessarij sine solemnitatibus subsistunt.*
14 *Minor, quādo recipit insolutum bona immobilia, obligationibus, & hypothecis implicatis, cum eius læsione adhibendæ sunt solemnitates statutorum, num. 16.*
15 *Pacta dicuntur pars pretij.*
16 *Loca Montium, quando quis emit, vel insolutum recipit, & scit, quod sunt vinculata ad fauorem tertij, ex tali notitia, solum inferri potest.*
Quod recipiens, non valeat excipere de re sibi liberè non tradita, non autem, quod personaliter ad dictum onus se obligauerit, num. 17.
18 *Hypothecaria non datus sine personali actione.*
19 *Loca Montium dum liberè resignantur, hypothecam non recipiunt, & in secundum emptorem absquè vllo onere transferuntur.*
20 *Loca Montium transeunt in secundum emptorem liberè absquè vllo onere, & hoc prouisum est ne publicum, & liberum eorum impediatur commercium.*
21 *Obligans se per relationem ad aliquod instrumentum, cogi potest ad adimplendum, id quod in eo continetur.*
22 *Hypotheca etiam simplex, quando imponitur super bonis minorum, debent adhiberi solemnitates statutariæ.*
23 *L. si me, & Titium, ff. si cert. pet. quid disponat. Et eius dispositio diuina, & nobilis appellatur, num. 24.*
25 *L. si me, & Titium, ff. si cert. pet. habet dumtaxat locum contra eum qui recepit ex titulo lucratiuo, ne locupletetur cum aliena iactura, num. 26.*
27 *Actio subsidiaria numquam habet locum, quando adsunt alia remedia.*
28 *Tutoris dolus non debet nocere pupillo, & num. 29.*
30 *Dolus non potest considerari in ætate pupillari.*
31 *Pecuniam sibi debitam, in extinctionem sui crediti, quādo quis recepit, illamque bona fide consumpsit, & quod suum est sequutus fuit, ad restitutionem pulsari nullatenus potest.*
32 *Pretium, quando non succedat loco rei.*
33 *Creditum soluens mediante solutione, & precio numerato, dicitur emere nomen, & actionem creditoris.*
Ita vt habita cessione possit deinde contra alios reos debendi agere.
34 *Secretarij Locorum Montium, secundum reformationem Pauli V. admittendo liberè resignationem Locorum Montium vinculatorum, efficiuntur principales debitores locorum resignatorum.*
35 *Et quidem ex propria culpa, & maleficio contrauenien-do dispositioni legis.*

36 *Hinc*

36 Hinc est, quod soluendo proprium debitum ex delicto contractum non possunt reportare cessionem translatiuam iurium, & acquirere facultatem repetendi solutum ab alijs obligatis ex contractu, vel quasi.

37 Solutio in pœnalibus, quid solum operetur.

38 Pœnam impositam à lege, si quis soluat, si postea eam posset ab alijs repetere, certè illam ipse haud lueret.

39 Secretarij Locorum Montium liberè admittendo resignationem Locorum Montium, formalitas pœnæ eis imposita à Paulo Quinto consistit in amissione rei propriæ.

DECISIO LXXVII.

EMerat Excellentiss. D. Princeps Aldobrandinus à Stephano Sanminiato quædam bona stabilia in agro Brictinoriensi pro pretio scutorum quindecim millium, cuius pretij pars, nempè scuta quatuor millia erogata in emptionem tot locorum Montis Fidei, pacto adiecto, vt stare deberent perpetuò vinculata pro cautione, & securitate Dom. Principis emptoris in casum euictionis dictorum stabilium, vt in Summ. pro Mariotto numero 3. sed Regulus Mariottus de anno 1611. tunc Montis Fidei Secretarius, liberam dictorum Locorum Montium resignationem admiserat in fauorem Domini Thibaldeschi, & deinde in fauorem Mutij Passarini, & Petri Mazziotti, & tertio demum loco in fauorem Angelæ Stroppiæ, seu Thomæ Butij Tutoris recipientis illa insolutum pro residuo pretij vineæ venditæ per Angelam dd. Passarino, & Mazziotto, per quem Butium fuerunt postea in Barlum resignata, vt in d. Sum. num. 1. 2 & 4.

Interimque dictus Princeps Aldobrandinus passus euictionem dictorum stabilium emptorum à Sanminiato, & depræhendens in sui præiudicium per Mariottum Secretarium admissam fuisse liberam resignationem Locorum Montium, quæ nexu specialis hypothecæ pro euictione dictorum stabilium erant adstricta, vigore Constitutionis sanct. mem. Pauli Quinti, seu Reformationis super Montium erectionis, cuius copia datur in Summario pro Butio num. 1. exegit recta via à Mariotto Secretario, seu illius hæredibus, pretium Locorum Montium, quorum liberam resignationem indebitè idem Secretarius admiserat; ac deinde eis omnia iura, & actiones cessit, dicto Summ. num. 6. In vim cuius cessionis teneri Angelam Stroppiam, & Thomam Butium ad restitutionem dicti pretij locorum Montium sub die 17. Maij 1630 hæredibus Mariotti tantùm informantibus, coram me resolutum fuit: Qua resolutione iterum ad trutinam reuocata, & pluries proposito dubio, Domini hodie dixerunt respectu Angelæ Stroppiæ recedendum à decisis, & sic ipsam non teneri restituere dictum pretium, respectu vero Thomæ Butij Tutoris, seu illius hæredum dubium reuocarunt ad aliam disputationem.

Fundamentum resolutionis fuit, quia D. Principi Aldobrandino contra Angelam nulla competit ex propositis
1 actionibus † nimirum neque personalis, neque hypothecaria, nec actio subsidiaria, *ex leg. si me, & Titium, ff. si cert.*
2 *pet.* nec demum actio † ex dolo: & propterea, quemadmodum D. Princeps sine actione contra Angelam experiri non posset, nec illam pulsare ad restitutionem dicti pretij, *l. quoties, §. item si temporali, ff. de administr. tutor. l. si pupilli, §. videamus ff. de neg. gest. Crauett. consil. 191. nu.*
3 *1.* ita neque id permissum censeri debet hæredibus † Mariotti cessionarijs, in quos per cessionem plus iuris, quàm
4 competeret cedenti transire † non potuit, *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. l. exceptiones, ff. de except. Bald. consil. 61. num. 1. lib. 3. Surd. consil. 333. num. 15. Rota decis. 435. nume. 14. par. 1. recent. & coram bon. mem. Cardin. Caual. decis. 219. num. 17.*

Non competere actionem personalem contra Angelam Dom. Principi cedenti, & successiuè nec cessionario,
5 deducitur ex eo, quia inter prædictum † D. Principem, & Angelam nulla intercessit obligatio, nullus factus est contractus, & proinde nec vlla oriri potuit personalis actio, *§. sic itaquè, Instit. de act. l. si in area, ff. de condit. indeb. Gabr. consil. 146. num. 1. lib. 1.*

Neque obligatio Cameralis, & stipulatio Notarii, pro omnibus quorum interest &c. tribuere potest huiusmodi
6 actionem, quippè quod † virtus dictæ clausulæ, & obligationis regulariter extenditur etiam ad enunciatiuas instrumenti, & sic in casu præsenti, cum in instrumento dationis insolutum referatur loca Montium esse speciali hypotheca vinculata, in fauorem D. Principis Aldobrandini,
7 vtiquè per dictam stipulationem Notarij fuerit † eidem Principi acquisitum ius, & actio pro repetitione pretij locorum Montium, etiam contra Angelam, *iuxta tradita per Rotam decis. 663. in princ. & decis. 741. num. 12. parte 1. diuers. ac decis. 5. num. 10. & decis. 65. num. 4 & decis. 85. num. 1. & 2. post Zacch. de oblig. Camer.* & stante ex-
8 pressione vinculi, cui erant obnoxia loca montium, † acceptatione, & consensu Angelæ videatur quasi contraxisse, & se obligasse ad idem onus. Quoniam, quicquid sit respectu Butij Tutoris, responsum fuit respectu Angelæ nullam vim fieri posse super dicta obligatione Camerali, & stipulatione Notarij pro omnibus quorum interest, quia
9 cum Angela esset † pupilla, nec tacitè, nec expresse obligari potuit per Tutorem ad euictionem præstandam in fauorem D. Principis Aldobrandini sine iusta causa, & so-
10 lemnitatibus Statutis Vrbis, quæ duo copulatiuè † requirũtur, adeout vno deficiente, alterum corruit, neque vnum suppleatur ab altero, indeque Angela, pulsata per D. Prin-
11 cipem ad euictionem præstandam, rectè insistit † nullitati obligationis, & actorem repellit, *ex l. non est, l. si is. C. de præd. minor. Paris. consil. 85. num. 14. & 15. lib. 3. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6. num. 33. Montan. de tutel. c. 33. nu. 33. 38. & 124. Rota decis. 153. nu. 11. & 12. par. 1. recent. & in Romana dotis 10 Iulij 1626. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Assisien. dotis 22. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec ambigi potest, quin solemnitates statutariæ exige-
12 rentur in casu præsenti, † quia non de simplici receptione pretij vineæ agitur, & quietatione, quæ ex iuris neces-
13 sitate fit debitori, quæ tanquam actus † necessarius, sinè solemnitatibus sustineretur, vt censuit *Rota coram Puteo decis. 153. num. 3. lib. 3. & decis. 167. num. 5. versic. & dicit, par. 3. diuers. & coram Cardin. Seraphin. decis. 1183. nu. 2.* sed agitur de receptione insolutum bonorum immobi-
14 lium, obligationibus, & hypothecis implicatorum, † cum læsione pupillæ, dum vineam tradidit liberam, & pretium recepit oneribus, & pactis obnoxium, & sic immi-
15 nutum: pacta enim † dicuntur pars pretij, *leg. fundi partem, & ibi gloss. Baldus, & Salicet. ff. de contrahen. emptio. Ioann. de Amic. consil. 151. num. 4.* & propterea in si-
16 mili receptione insolutum bonorum immobilium, † quæ æquipollet emptioni, & venditioni, seu transactioni, adscribendas esse statuti solemnitates rectè tradit *Bald. in l. præses, num. 8. versic. idem apparet, C. de transact. Marsil. in rubr. de probat. numer. 345. et seq. Cephal. consilio 91. numer. 13. et 14. Montan. de tutel. cap. 33. num. 390. et 391.* Hincque fit, scientiam Angelæ, quod dicta loca montium essent vinculata in fauorem Dom. Principis, indeque deductum consensum nihil operari, stante nullita-
17 te prædicta, vltra quod ex notitia † dicti oneris locis montium infixi, solum inferri posset, vt Angela excipere non valeat de re sibi liberè non tradita, non autem quod personaliter ad dictum onus se obligauerit, *l. Lucius Titius, ff. de administr. tut. Surd. decis. 47. num. 9. in fin. versic. addo quod.*

Actione etiam hypothecaria D. Princeps contra Ange-
18 lam experiri † non poterat, tum quia regulariter hypothecaria non datur sinè personali actione, *l. si deferente, l. soluitur, ff. quib. mod. pign. vel hypotheca solu. et tradunt communiter Doctores in l. cum oportet, §. sed si tacitas, C. de bonis, quę liber. Negusant. de pignor. membr. 1. par. 8. num.*
19 *46.* tum quia loca montium, dum liberè resignantur, † hy-

pothecam non recipiunt, & in secundum emptorem absquè vllo onere transferuntur, quod per Apostolicas Con-
20 stitutiones in erectione † montium specialiter prouisum
est, ne publicum, & liberum eorum impediatur commercium, vt testatur *Gratian. discept. forens. cap. 730. num. 48. Card. Seraph. decis. 576. num. 2. et fuit dictum in Romana officij Notariatus 3. Iunij 1620. coram bon. mem. Remboldo.*

Neque obstat, quod Butius in instrumento receptionis
insolutum, per relationem ad illud habitam ad prædictum
21 † instrumentum resignationis in fauorem Sanminiati, in
quo vinculum, & hypotheca fuit constituta in fauorem D.
Principis, dicatur iterum loca montium priori hypothecæ
supposuisse quoniam, in præiudicium pupillæ id non subsi-
22 stit, non adhibitis solemnitatibus † statutariis, quæ requiruntur etiam in simplici impositione hypothecæ, *Gozzadin. consil. 15. num. 13. et seqq. Menoch. de arbitr. Iud cas. 171. num. 30. et 31. Tiraq. de retr. conuent. ad fin. tit. nu. 10. Gratian discept forens. c. 242. num. 5. et 6. Modern. Rom. ad Statut. Vrbis. glos. 7. num. 72.*

Actione pariter subsidiaria, *ex leg. si me, et Titium, ff. si*
23 *cert. pet.* carebat D. Princeps, nec repetere poterat † pretium dictorum locorum montium, eo quod fuerit versum
in vtilitatem Angelæ, vt suadet æquitas *d. leg. si me ad Ti-*
24 *tium*, quam diuinam, † & nobilem appellat *Bald. cons. 348. sub num. 1. versi. considera, lib. 1.* quoniam Angela dicta loca montium recepit ex causa onerosa, nempè loco precii
vineæ, venditæ Passarinis, & Mazziotto, dispositio autem
25 dictæ leg. locum dumtaxat, habet † contra eum, qui recipit
ex titulo lucratiuo, ne scilicet locupletetur cum aliena ia-
26 ctura, † & ex re aliena, vel alteri debita, & obligata consequatur vtilitatem, tradunt *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de distract. pignor. et ibidem Salicet. num. 2. Angel. in d. leg. si me, et Titium, num. 1. in fin. Purpurat. num. 8. in fin. et 18. Ias. num. 2. ad med. ff. si cert. pet. idem Alexand consil 92. num. 6. lib. 1. plenè Costa de remed. subsidiar. remed. 12. num. 4. et seqq.* Dumque alijs iuris remedijs consultum est indemnitati D. Principis, nempè actione contra Secretarium directa, vel quæ fortasse contra Butium Tutorem
27 dirigi potest, † cessat vtiquè subsidiaria, *Soccin Sen. consil. 224. num. 1. lib. 2. Surd. consil. 528. num. 19. Costa dict. remed. 12. num. 5.*

Demum cõtra Angelam intentari non potest actio doli ex eo quod Butius Tutor, sciens loca montium esse vinculata, liberè tamen, in spretum reformationis sanct. mem.
28 Pauli Quinti, resignauerit, quoniam quatenus † dolus adesset contra Tutorem, quod hodie firmare DD. noluerunt, sed reiecerunt ad aliam disputationem, videtur enim posse excusari, cùm, antequàm Butius resignaret eadem loca montium, liberè in Thibaldescum resignata fuerunt, & deinde in Mutium Passarinum, & Petrum Mazziotum,
29 adhuc tamen † is dolus tutoris pupillæ nocere non potest, *l. fin. de administr. tutor. l. neque cum interdicto, l. alterius, ff. de reg. iur. Montan. de tutel. cap. 31. effect. 5. num. 10. Guttier. eod. tract. par. 3. cap. 1. num. 77.* & pupilla, quæ bona fi-
30 de, & citra omnem dolum, qui † in illa ætate considerari
non potest recepit pecuniam sibi debitam in extinctio-
31 nem sui crediti, illamque bona fide consumpsit, & † quod
suum erat consequuta fuit, ad restitutionem pulsari nullatenus potest, *ad l. si alieni. ff. de solut. Dec. in l. singulari. num. 6. Ias. num. 73. ff. si cert. pet. Menoch consil. 300. num. 32. Surd. consil. 4. num. 10. & consil. 528. num. 29.* præsertim, quia modo pupilla non possidet loca montium, sed pre-
32 tium ex illis redactum, in particularibus † autem regulariter pretium non succedit loco rei, *Alex. consi. 58 num. 13. lib. 3. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 28. num. 38. Rota decis. 681. num. 8. par. 2. recent.*

Quibus addebant Domini cessionem factam per Dom. Principem Mariotto Secretario, nequaquàm ipsi, siuè illius hæredibus suffragari posse ad effectum agendi contra Angelam, & alios; quoniam, licet certum sit, quod soluens
33 creditum, † mediante solutione, & precio numerato, dicitur emere nomen, & actionem creditoris, adeout habita cessione, possit deinde contra alios reos debẽdi agere, iuxtà *l. cum is, ff. de fideiuss. cum latè deductis in Romana census 16. Maij præteriti coram me*; tamen conclusio prædicta non applicatur isti casui, quia, cum ex præscripto reformationis sanct. mem. Pauli Quinti, Mariottus Secretarius
34 † admittendo liberè resignationem locorum montium vinculatorum, effectus sit principalis debitor pretii locorũ
35 resignatorum, & quidem ex † propria culpa, & maleficio, contraueniendo dispositioni legis, hinc est, quod soluendo
36 proprium debitum † ex delicto contractum, non potest reportare cessionem translatiuam iurium, & acquirere facultatem repetendi solutum ab alijs obligatis ex contra-
37 ctu, vel quasi, in † pœnalibus enim solutio parit effectum dumtaxat liberationis citra repetitionem, vt voluit *Bart. in l. 1. §. si plures, in fine, versicul. quaro, extra glos. ff. de eo per quem fact. erit. Bald in l. 1. num. 4. in fine, C. de condit. furt. Alex. in addit. ad* Bart. *in l. semper, §. si in sepulchro, littera B, ff quod vi, aut clam*, vbi doctrinas concordantes adducit, alioquin pœnam à dicta lege impositam haud lueret Se-
38 cretarius, † si pecunias solutas ab aliis repetere posset, for-
39 malitas † autem dictæ pœnæ consistit in amissione rei propriæ, *ad leg. si quis maior, C. de transact. Soccin. Iun. consil. 26. num. 26. lib. 4. Bart. consil. 9. nu. 3. Surd decis. 99. nu. 17.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Colimbrieñ Præstimoniorum.

Die Mercurij 10. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Prelatus nomine Ecclesię, & Prælaturę potest agere, tàm in possessorio, quàm in petitorio, & tàm recuperandæ, quàm retinendæ, quod habet locum etiam si ipse faciat contractum inutilem, & habuerit se pro spoliato. Vigore possessionis ciuilis quis potest recuperare naturalem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iunior non est manutenenda, cum præsumatur clandestina, & turbatiua.*

2 *Prælatus nomine Ecclesiæ, & Prælaturæ agere potest tàm in petitorio, quàm in possessorio, nedum recuperandæ, quam retinendæ.*

3 *Quod procedit etiamsi Prælatus fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato.*

Possessio bonorum Ecclesiæ non transfertur ex inutili contractu, & num. 3.

4 *Prælatus nomine Prælaturæ, & Ecclesiæ potest petere manutentionem.*

5 *Prælaturæ, & Ecclesia, pro vt pupillus, sunt tales, vt nõ possint perdere possessionem.*

6 *Ecclesia numquàm desinit possidere, & numquàm moritur.*

7 *Prælato nomine Ecclesiæ competit restitutio in integrum.*

8 *Possessio bonorum Ecclesię est penes ipsam Ecclesiam, & Prælaturam, & non simpliciter penes Prælatum.*

9 *Possessio ciuilis bonorum Ecclesiæ est penes ipsam Ecclesiam.*

10 *Possessio bonorum Ecclesiæ dicitur plena, & nunquàm vaca.*

11 *Eccle-*

11 *Ecclesia, vel dignitate vacante, si bona occupentur per tertium, Ecclesiæ competit interdictum, vnde vi, & num. 20.*

12 *Ita quod non competit Ecclesiæ, vel dignitati manutentio.*

13 *Prælato mortuo, penes Ecclesiam remanet possessio ciuilis, & considerabilis.*

14 *Et hoc sufficit ad effectum interdicti recuperandæ possessionis.*

15 *Interdictum, vnde vi, quando alicui competit, an possit petere manutentionem.*

16 *Interdictum, vti possidetis, competit ratione ciuilis possessionis.*

17 *In possessione ciuili non potest quis tueri sine restitutione possessionis naturalis.*

18 *Interdictum, vti possidetis, licet sit retinendæ possessionis, habet vim recuperandæ, quod est mirabile.*

19 *Interdictum, vnde vi, datur ratione naturalis possessionis amissæ, & interdictum, vti posidetis, ratione ciuilis, & num. 26.*

21 *Vis sunt plures species.*

22 *Occupator, si reuertentem Dominum, non admiserit, vi magis videtur posidere, quam clam.*

23 *Interdictum, vti posidetis, non datur posidenti.*

24 *Possessor vigore possessionis ciuilis potest recuperare naturalem, & expellere occupatores.*

25 *Prælatus, quando nulliter alienat etiam quod habeat se pro spoliatio, potest agere nomine Ecclesiæ.*

27 *Decis. Seraph. & Blanchett. declarantur.*

28 *Decis. in causa Lucana Optionis coram bon. mem. Manzaned. declarantur, & num. 29.*

30 *Possessio bonorum præsumitur adepta, ex adeptione possessionis Ecclesiæ, vel dignitatis, nisi tertius Ecclesia, vel dignitate vacante cœperit possessionem.*

31 *Ecclesiæ possessionem, qui consequitur, etiam possessionem bonorum Ecclesiæ consequitur.*

32 *Aret. in l. posideri num. 8. ff. de acqu. poss. declaratur.*

33 *Canonicus, qui post adeptam possessionem Canonicatus, reperit occupantem, potest eum violenter expellere.*

34 *Possessio naturalis potest recuperari ex vi ciuilis.*

35 *Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in antiq. & aliæ declarantur.*

36 *Beneficij possessionem si quis capiat, si spolietur restituitur in integrum ad d. beneficium.*

37 *Ecclesiæ possessionem, si quis capiat per annulum, ad quæ bona restringatur d. possessio.*

38 *Prælatus potest agere nomine Ecclesiæ, & expellere occupatorem, & ex vi possessionis ciuilis recuperare naturalem.*

39 *Decis. 1. de restit. spoliat. in nou. declaratur.*

40 *Achill. decis. 4. de præscript. intellectus.*

41 *Possessio ciuilis spatio 10. annorum perditur.*

42 *Possessio ciuilis minori spatio quam decent annorum præscribatur, quando quis est capax voluntatis, & scit alium posidere, & tacet.*

DECISIO LXXVIII.

CENSVERVNT Domini Illustrissimo D. Domino Roderico de Mello, nomine præstimoniorum, quæ possidet, competere restitutionem in integrum aduersus tres sententias, in partibus latas ad fauorem Petri de Figueredo, Prioris Sanctæ Catharinæ loci de Nobra, super reintegratione ad possessionem, in qua obtinuerat manuten-
tionem ab Archidiacono Viseñ, quia cùm dicta præstimo-
nia essent in antiquiori possessione, quàm esset Sebastia-
nus de Affonseca antecessor dicti Petri, præfato Domino
Roderico nomine eorumdem præstimoniorum, nō autem
1 dicto Petro debebatur manutentio, † cum possessio dicti
Sebastiani, tanquàm iunior præsumeretur clandestina, &
turbatiua, *cap. licet causam, de probat. Bartol. in l. si duo, n. 4.*
ff. de vti possid. Indubitatum est enim, quod Prælatus no-
2 mine Ecclesiæ, vel Prælatura potest agere tàm in petitorio,
quàm in possessorio, nedum recuperandæ, sed etiam reti-
nendæ, *vt in cap. litteræ de dilat. cap. olim primo, & tertio*
de restit. spoliat. Abb. in cap. cum super, num. 19. 20. & 21.
de caus. possess. propriet. & in dicto cap. litteræ num. 3. versic.
3 *circa primum de dilat.* etiam quod ipse † Prælatus fecerit
inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato, quia cùm
ex inutili contractu facto per Prælatum possessio non trans-
feratur *Bart. in l. prima, §. si Vir Vxori, num. 3. Iason nu. 28.*
Bolognett. num. 64 ff. de acquir. possess. Verall. decis. 182. n. 9.
4 *par. 3.* nomine Prælaturæ, † vel Ecclesiæ potest petere ma-
nutentionem *Verall. loco alleg. Seraph. decis. 1417. num. 3.* &
fuit resolutum coram Illustrissimo D. meo Decano in cau-
sa *Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis* 10. *Maij* 1621.
vers. & vlterius fuit consideratū aliasquè sæpissimè *Add.*
5 *ad decis.* 116. sanct. mem. Gregorij. Prælatura † namquè
& Ecclesia, prout pupillus sunt tales, vt non possint perde-
re possessionem *Bart in d. l. prima, §. si Vir Vxori num. 3.*
quem sequitur *Paris. consil. 24. num. 7. vol. 1.* vbi quod Ec-
6 clesia nunquàm desinit possidere, † & nunquàm moritur,
ac propterea cùm ex hoc constet de læsione præstimonio-
7 rum, eidem D. Roderico eorumdem nomine, competit †
in integrum restitutio. *l. nam & postea §. si minor, ff. de iu-*
re iuran. l. sero, ff. de restit. in integr. Rota decis. 1. eod. tit. in
nou. & decis. 307. num. 1. par. 2. recent. Benint. decis. 85. nu.
10. & passim dixit Rota.

Quòd autem possessio præstimoniorum esset antiquior satis patet, quia fructus per Paulum Tertium fuerunt à quibusdam Ecclesijs dismembrati vsquè de anno 1541. & facto loco dismembrationi de anno 1546. capta fuit possessio quorumdam præstimoniorum, illorumquè bonorum, & fructuum, necnon aliorum successiuè per Dominum Aluarum de Mello, qui possedit vsque ad annum 1580. quo tempore obijt, vt deponunt Testes in Causa examinati, & cum per obitū dicti Aluari fuisset prouisus Dominus Ioannes de Barganza, qui pariter possessionem assequutus fuit, & in ea continuauit vsquè ad annùm 1609. quo tempore per obitum ipsius Ioannis dum præstimonia vacarent. Sebastianus Prior de Nobra supradictus cæpit possessionem, præfatus autem Dominus Rodericus cum fuisset prouisus mouit Iudicium. Vnde ex his satis constat de anteriori pos-
8 sessione præstimoniorum, † quia possessio est penès Eccle-
siam, & Prælaturam non simpliciter penès Prælatum. *Doct.*
in d. l. 1. in fin. ff. de acquir. possess. & de communi, & veriori
Alex. in consil. 81. num. 17. vol. 3. Paris. consil. 24. num. 5.
9 *vol. 1.* Et respectu ciuilis † possessionis conclusio est sinè
contradictore *Bolognett. in d. l. 1. num. 324. vers. in Prælato Mathes. singulari 166. & ibi Apost.* & quod possessio
10 semper † dicatur plena, & nunquam vacare, *Ripa in cap.*
sæpè num. 57. de restit. spoliat. Non est enim hic agendum de anteriori possessione Prioratus, quia, vel ea fuit priuatus per dismembrationem factam per Summum Pontificem, vel saltem amisit naturalem, & ciuilis, ei non potest suffragari vltra decennium à die captæ possessionis per præstimonia, vt inferius dicetur, nec decennium lapsum post possessionem captam per Priorem nocet præstimonijs, cum lis semper perdurauerit.

11 Non obstat, quod si Ecclesia, † vel dignitate vacante,
occupentur bona per tertium, Ecclesiæ competit interdi-
ctum, vnde vi, *cap. quærelam, vbi Abb. in fine,* vbi quod il-
le Textus loquitur de restitutione per interdictum, vnde
vi, *de electione,* idem *Abb. in dicto cap. litteræ tuæ, num. 3.*
post med. vers. & etiam si spolietur Ecclesia. de dilat. Rota
decis. 1. in principio, & ibi *Adden. num. 4. vers. Respondetur*
12 *ad primum, de restitut. spoliat. in nou.* itaut † non competat
Ecclesiæ, aut dignitati manutentio, vt videtur innuere *Ro-*

ta

ta in causa *Bergomeñ.Bonorum.28. Ianuarij* 1594. *coram bon.mem.Card.Blanchetto, & in Lucana Optionis 24. Aprilis 1606. coram bo.mem.Patriarcha Manzanedo, quæ est decisio 171.num.3.par.2.recentior.* & videtur facere *decis. Seraph.1127.*

Nam pro intelligentia huius obiecti, & pro faciliori il-
13 lius dissolutione firmandum est, quod mortuo Prælato † penès Ecclesiam remanet possessio ciuilis, & considerabilis, vt optimè declarat *Rota in causa Senen.Pontis Arrighi 12. Iunij 1573 coram Rubeo, quæ est decisio 390. num. 3.*
14 *par.1.diuers.* quæ subdit istam possessionem † sufficere ad effectum interdicti recuperandæ possessionis *allegat. dict. Add.ad decis.primam num.4.de restitut.spol. in nou.* cui allegationi addi possunt omnia deducta in obiecto. Vnde hoc posito dicendum est non inde resultare, quod Prælatus si bona Ecclesiæ, vel Prælaturæ ab alio fuerint occupa-
15 ta, † non possit petere manutentionem etiam quod competat interdictum, *Vnde vi*, quia punctus stat in eo, vt videatur quomodò competat illud interdictum, quod de directo contrariatur interdicto, *vti possidetis*. Indubitatum
16 est enim,† quo ratione ciuilis possessionis cõpetit interdictum, *vti possidetis*, quod habet naturam mixtam possessioni retinendæ respectu ciuilis, & recuperandæ respectu naturalis, Vnde est quoddam iudicium habens simpliciter naturam retinendæ quodammodò retinendæ, & in consequentiam recuperandæ, & per consequens pronuntiabit, Iudex me in ciuili possessione tuendum, & quia non pos-
17 sum in ciuili † possessione tueri sine restitutione possessionis naturalis, Iudex mandabit, vt pars, quæ occupauit reddat possessionem, ita *Bald.in l.vti possid. num. 12. in fin. vers. Respondet interdictum. C. vti possid.* & benè etiam *Bart.ibidem num.4 vers.& aduerte*, vbi quod est mirabi-
18 le, † vt interdictum, *vti possidetis*, licet sit retinendæ possessionis, habeat vim recuperandæ, subdens, *non enim potes à turbatione desistere, nisi mihi restituas naturalem, quam abstulisti, quia per retentionem illius naturalis turbas me in mea ciuili*, vt in *l.clam possidere, §.qui ad nundinas, ff. de acquir. posses.l.naturaliter, § nihil commune, ff. eodem titulo*, & idem dicit *Azor.in Summa Cod.vti possid.*
19 *num. 12.in fine* inquiens, *dicas † dari interdictum, vnde vi, ratione naturalis possessionis amissæ, & dari interdictum vti possidetis propter ciuilem, quam inquietat.* Vnde secũdum prædicta debeat intelligi iura, & DD. allegati in obiecto, dum dicunt Prælaturæ, atquè Ecclesiæ, competere in-
20 terdictum † *Vnde vi*, vt scilicet competat pro naturali possessione occupata, sed non ideò excludunt, quin ratione ciuilis competat Interdictum *vti possidetis*, in consequentiã cuius, recuperatur naturalis per interdictum *Vnde vi*, non autem per vim expulsiuam, aut compulsiuam, sed propter vim inquietatiuam, cum prohibeat Prælaturam, vel Ecclesiam naturaliter possidere, *l.1 § quod si vi, ff. quod vi, aut clam, vt per Azor. in Summa C.vti possid. num. 11.in fine,*
21 *versic.hic ergo loquimur*, vbi firmat quod † sunt plures species vis, vt ipse deduxit in eadem *Summa titulo de his, quæ vi, metusue caus. fiunt, num.1.* & optimè declarat *Text. in d. l.clam possidere, §.qui ad nundinas, ff.de acquir.posses.* vbi loquens de occupatore absente possessore, inquit, *quod*
22 *si occupator † reuertentem dominum non admiserit, vi magis intelligitur possidere non clam*, & benè etiam declarat *Castr.in d §. qui ad nundinas num. 7.* vbi quod pos-
23 sidenti non datur interdictum † *vti possidetis*, directè pro naturali recuperanda, quia est interdictum retinendæ, non recuperandæ possessionis, nec datur pro ipsa naturali retinenda, quia ipsam non habet, sed datur pro retinenda ciuili, & ne in illa inquietetur, & quia hoc fieri non potest, nisi ille, qui occupauit naturalem, eam dimittat, condemnatur occupator ad illam dimittendam, & sic in consequentiam datur pro ipsa recuperanda, & subdit idem *Castr.* quod pro hoc est optimus *Textus in cap. Pisanis de rest. spoliat.*

Et hoc est quod dixit *Rota coram san. mem.Greg. in de-*
24 *cis.203.num.3.* vbi quod quis vigore suæ † possessionis ciuilis, potest recuperare naturalem, & expellere occupatores, sicut possessor reuersus à nundinis, quinimò, hoc pacto dicitur remouere turbationes *Ias.in d.l.clam possidere, §. qui ad nundinas, num.62.ff.de acquir.posses. Paris.cons. 41.num.38.& 39.lib.1. Bero.consil.102.nu.43.lib.1. Natta consil.572.num.22. Put. decis.192.num.3.lib.1. In correctis Lancell.de attent.par.2.cap.4. limit.1.num. 35. Menoch. de retinen.remed.2.quæst.2.&* in proprijs terminis fuit resolutum in causa *Romana Capellaniæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576.coram Lauretano quæ est decisio 19. num.12.& 13.par.2.diuers. Rota decis. 560. num.4. par.1.in recent.* Et casus iste deciditur etiam ex ratione,
25 quia quando † Rector nulliter alienat, etiam quod habeat se pro spoliato, potest agere nomine Ecclesiæ, ad manutẽtionem pro ciuili, quæ remanet penes Ecclesiam, quia scilicet, dum occupans recusat restituere naturalem, facit vim inquietatiuam, cùm prohibeat Ecclesiam, vel Prælaturam
26 naturaliter possidere, & sic per interdictum † *vti possidetis*, conseruat ciuilem, in cuius consequentiam ex Interdicto, *Vnde vi*, recuperat naturalem; vt in ratione dicunt Doct.& decisiones in principio allegatæ. Vnde inter vnũ, & alium casum, non potest constitui differentia.

Nequè huic sententiæ resistunt decisiones in contrarium
27 allegatæ, quia † decisiones *Seraphini, & Blanchetti* sunt intelligendæ iuxta *decisionem Rubei in dicta Senen. Pontis Arrighi 390.par.1. diuers.* quam allegant, quæ decisio non nocet, imò fauet, vt superius ponderatum est, & decisio *Seraphini* non firmat quod Ecclesię, aut dignitati, occupata possessione naturali, mortuo Rectore non competat postmodum manutentio. Decisio autem *Blanchetti* satis per-
28 functoriè loquitur Decisio vero in causa *Lucana † Optionis 24. Aprilis 1606. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo 171. num.3.par.2.in recent.* loquitur in casu, quo antecessor in Canonicatu possederat domum, & successor prætendebat manutentionem nomine dignitatis, sed cùm alijs optasset dictam domum, mortuo Canonico, & valdè dubium esset, an domus esset annexa Canonicatui vacanti, itaut non posset optari, vel potius esset ius personale circa dictam domum Canonici defuncti, non erat certum, quod Canonicatus possideret, quod erat considerandum in di-
29 cto possessorio, cùm sinè ista † annexione, non posset dari ista manutentio Canonico successori, nomine ipsius Canonicatus *Bald.cons.141. num.3. lib. 1.* idquè disputatum etiam post modum in petitorio habuit magnam inspectionem, atquè difficultatem, vt patet ex decisione facta in eadem causa *Lucana Optionis domus 24. Ianuarij 1607. coram eodem bon.mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ est apud *Marches.par.1.fol.385.* & ideò detentori ex optione data fuit manutentio in detentione, cùm tunc annexio non esset plenè iustificata, vt patet ex dicta decisione apud *Marches.* quia tunc annexio fuit iustificata.

Nequè obstant rationes ponderatæ in dicta decisione,
30 nam dum † dicit, quod licet ex adeptione possessionis Ecclesiæ, vel dignitatis, censeatur quoquè adepta bonorum possessio, nisi tertius dignitate vacante cæperit possessionẽ, *Aret.in l.possideri num.8.versic.hæc tamen dicta sunt. ff.de acquir.posses.* vbi postquàm firmauit, quod qui consequi-
31 tur possessionem Ecclesiæ, † consequitur etiam possessionem bonorum Ecclesiæ, ex quo Ecclesia videtur possidere, subdens, *hæc tamen dicta sunt intelligenda, nisi aliquæ res Ecclesiæ possiderentur ab altero, quia tunc non posset transferri possessio in Rectorem per Ecclesiam, quam ipsa*
32 *Ecclesia non habet.* Potest responderi hoc dictum † Aretini intelligendum esse respectu naturalis possessionis, non autem ciuilis, quæ remansit penès Ecclesiam, vt pulchrè declarat *Anchar in regula sinè possessione num.12.post med.*
33 *versic. ex his infero*, vbi inquit, *quod si Canonicus † post adeptam possessionem Ecclesiæ, siuè Canonicatus reperit occupantem, potest eum violenter repellere, sicuti potest possessor reuersus à nundinis inuasorem talem, qui dicitur illum Canonicum spoliasse illa possessione, quam intelligitur retinuisse per apprahensam possessionem Canonicatus, d. l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff de acquir.posses.* & subdit idem *Anchar. si verò ante apprahensam possessionem Canonicatus fundum prabendæ aliquis occupasset non nomine suo, sed nomine suæ prabendæ expellere potest*, hoc est
34 secundum terminos supradictos, videlicet, † quod ex vi

ciuilis

ciuilis possessionis, quæ remansit penes Ecclesiam recuperat naturalem, vt in puncto dixit *Rota* in dicta causa *Romana Capellaniæ sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Lauretano num. 12. & 13. par. 2. diuers. & in alijs decisionibus supra allegatis.*

35 Neque prædictis resistunt † *decisiones 21. de restit. spoliat. in antiq. & 8. eodem tit. apud Bissignet. & 1. eodem titulo in nouis, & Achill decis. 4 de præscript.* quæ allegãtur in dicta *decisione Lucana, nam decis. 21. de restit. spo-*
36 *liat. in antiquis*, solum dicit, quod si quis † capiat possessionem beneficij si spolietur, restituitur integrè ad dictum beneficium, si verò esset potius in possessione certarum rerum, tunc si spoliatur, ad dictas res solum debet admitti, & idem in substantia dicitur in *decisione 8. eodem tit. apud Bissignet. in fine*, ibi enim dicitur, quod quando alius est in
37 possessione, tunc † capiens possessionem per annulum, non potest extendere illam possessionem, quæ solum restringẽda est ad ea, quæ tradunt, seù quorum possessio vacat, & sic illæ decisiones loquuntur solum respectu Prælati, non au-
38 tem dicunt, quod † Prælatus non potest agere nomine Ecclesiæ, & expellere occupantem, & ex vi possessionis ciuilis recuperare naturalem, vt modo ex Anchar. & alijs dictum fuit.

39 Decisio autem prima † *de restit. spoliat. in nou.* nihil penitus facit, cùm solummodò firmet, quod Prælatus qui nõdum fuit adeptus possessionem potest agere nomine Ecclesiæ, nisi alius possideat Ecclesiam, & percipiat fructus, vt patet ex verbis illis, *ibi si vellet non possessor fructus percipere, possessorem sine dubio spoliaret, quod non licet.* & ità intelligit hanc decisionem *Abb. in dicto capit. litteræ tuæ, num. 3. versic. idem clarius. de dilat.* ibi quando alius non
40 est in possessione Ecclesiæ † *Achil. autem d. decis. 4 de præscript.* solum dicit, quod præscriptio interrupta dicitur, & amissa possessio ciuilis, si Monachi timore militum relinquere Ecclesiam vacantem, quæ postea à filijs patrimonialibus fuerat occupata, quia si alias possessio ciuilis penes Ecclesiam remaneret, nunquàm contra illam curreret præscriptio, quod dictum verum esset si per decennium filij
41 patrimoniales possedissent, tãto enim † tempore possessio ciuilis perditur, *Put. decis. 258. num. 2. & sequentibus, & decis. 269. num. 4. lib. 1. in correct.* itaut postmodùm currat præscriptio *Franc. in Regula sine possessione 3. num. 2. de reg. Iur. in 6. Bart. in l. Celsus nu. 13. ff de vsucap. Bald. de præscript. par. 3. principalis par. 2. quæst. 7. num. 6.* imò & per minus tempus, quando quis est capax voluntatis, & scit alium possidere, & tacet *Franc. & Bald. loc. præcit. Aym. cons. 325. num. 1.* & fuit resolutum in causa *Romana Canonicatus Sancti Marci 23. Februarij 1610. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Pamphilio.*

Ex quibus vtraquè parte informante fuit conclusum Illustrissimo Domino Roderico de Mello nomine præstimoniorum competere restitutionem in integrum, &c.

¶ In eadem causa adest infra alia decisio sub die 18. Iunij 1632. coram eodem R.P.D. Dunozetto, & altera sub die 27. Iunij 1633. coram Reuerendissimo P.D. Coccino Decano.

R. P. D. QVIEPO.

Arimineñ Nullitatis Obligationis.

Die Mercurij 10. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Habetur in hac decisione, quod procurator debet diligenter fines mandati custodire, ad hoc vt principalis obligetur, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, quando excedit fines mandati, tunc Dominus non remanet obligatus.*
2 *Procurator habens mandatum ad transigendum, si illius fines excedat, Dominus non obligatur & nu. 6.*
3 *Mandatarius fines mandati excedens, aliud negotium gerere videtur, ad quod mandatum non habet, & num. 16.*
4 *Procurator, vt negotium iuxta mandatum perficiat, eius formam diligenter obseruare debet.*
6 *Clausula generalis antecedens debet intelligi per sequentem immediatam.*
7 *Clausula antecedens in qualibet scriptura explicatur, & intelligitur per sequentem.*
8 *Generi per speciem derogatur in omni genere negotiorum.*
9 *Dispositio generalis antecedens restringitur per specialem sequentem.*
10 *Dispositio generalis limitatur, & restringitur per specialem antecedentem.*
11 *Verba, in qualibet dispositione, & contractu, debent intelligi secundum naturam illius dispositionis, seu contractus.*
12 *Mandatores per procuratorem non obligantur, nisi circa contenta in mandato.*
13 *Verba illa in mandato apposita, scilicet, & generaliter omnia, &c. restringuntur per illa, in præmissis necessaria.*
14 *Obligati, quando sunt plures in eadem scriptura pro indiuidua, tunc intelligitur obligati singuli pro virili.*
15 *Et vt in solidum singuli obligati existant, requiritur, vel quod adijciatur verbum, in solidum, vel quod caueatur promissores esse correos debendi.*

DECISIO LXXIX.

PVrificato fideicommisso ad fauorem Ioannes Mariæ, & Io. Baptistæ, Hippolyti, & Laurentij de Pastonis per mortem alterius Laurentij filij quodam Francisci fideicõmittentis quamuis super fideicommissi existentia nõ controuerteretur, sed quia super restitutione bonorum fideicommissi controuersia imminere videbatur ex parte Domini Mengo'i, & Butrigelli hæredi D. Laurentij vltimi possessoris pro scutis 600. de quibus d. Laurentius potuit in testamento disponere, iuxtà reseruationem in donatione expressam, quam omnium bonorum ad fauorem Bartholomæi Caballi fecerat, pro qua etiam donatione pro scutis mille debitis Lucretiæ Nurui fideicommittentis, cuius Lucretiæ Caballus cessionarius extiterat, eiusquè cessionis intuitu fideicommittens in suo Testamento eidem Caballo solui disposuerat, prætendebat idem Caballus in eisdem bonis esse præferendus; pro quibus sedandis discordijs Io. Baptista & Laurentius de Pastonis fideicommissarij Procuratorem, constituerunt Ioannem Mariam etiam fideicommissarium, ad ineundam transactionem & concordiam cum possessoribus prædictorum bonorum, cui potestate obligandi eosdem constituentes, vt in mandato latiùs continetur, in cuius executionem d. Ioan. Maria Mandatarius transactionem fecit cum d. Bartholomęo Caballo, qua conuentum fuit eidem Caballo præstanda esse per fideicommissarios scuta 1000. pro cessione supradicta, & scuta 800. pro interesse donationis sibi factæ per Laurentium vltimũ possessorem, & ab eisdem fideicommissarijs esse soluenda scuta 600. Mengolo, & Butrighello vti hæredibus d. Laurentij, pro quibus omnibus d. Io. Maria obligauit insolidum suos constituentes, & Hippolytum fratrem, & se ipsum in amplio-

ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cuius transactionis executionem coram A.C. petijt Caballus pro dictis tribus partitis ascendentibus ad scuta 2400. quam executionem contra omnes fideicommissarios obligatos in dicta transactione, & contrà singulos eorum insolidum, & ab A.C. relaxatum fuit mandatum contra Laurentium fideicommissarium pro tota summa scutorum 2400. à quo appellatione interposita, & causa mihi commissa, dato dubio, An mandatum A.C. esset exequendum, Dominis placuit exequendum non esse propter nullitatem transactionis, eo quòd Io. Maria mandatarius fines mandati excesserat; nam est con-
1 clusio in Iure notissima per † Procuratorem excedentem fines mandati Dominum obligatum non remanere: *l. 3. §. vlt. l. diligenter, l. potest, & ibi gloss. ff. mandati, l. si Procurator, & ibi gloss. verb. potuit, Bald. & Alex. C. de procur.*
2 Et in transactione facta † per Procuratorem excedentem fines mandati est *text. express. in l. transactionis 7. C. de transact. & ibi Bald. & DD. Gabr. cons. 155. nu. 36. lib. 1. Surd. decis. 209. ex num. 6. Rota apud Cardin. Caual. decis.*
3 *612. num. 19.* Nam mandatarius fines † mandati excedens aliud negocium gerere videtur, ad quod mandatum non habet, vt traditur in *d. l. diligenter*, ibi: *Nam qui excessit, aliud quid facere videtur*, & ibi notauit *gloss. in verb. aliud, l. sed si ante, ff. ad Trebell. l. si itaque, ff. de iureiuran.*
4 Ideò vt negocium iuxtà mādatum perficiat † eius formam diligenter obseruandam esse traditur in *d. l. diligenter. Felin. in cap. cum dilecta, num. 5. de rescript. Molin. de primogenit. lib. 4. cap. 5. num. 22. Gregor. Lopez in l. 19. tit. 5. par. 3.*

Excessus autem d. Io. Mariæ triplici modo considera-
5 tur. Primò circa personas, cum quibus transactio † erat ineunda, quia in mandato dumtaxat fuerat permissum inire transactionem cum possessoribus bonorum ad fideicommissum pertinentium, vt patet ex illis verbis mandati, ibi: *cum quibusuis personis ipsa bona detinentibus*; mandatarius autem cum Bartholomæo Caballo transegit, qui quàuis in prædictis bonis fuisset creditor, illa tamen nullo modo possidebat, nec detinebat.

Secundus excessus inspicitur ex obligatione contracta per ipsum mandatarium contra constituentes, à quibus permissum tantùm fuit, vt transactionis causa aliquam bonorum partem ad fideicommissum pertinētem apud possessores vel detentores dimittere posset, vt constat ex illis verbis, mandati, ibi: *Et si opus fuerit, & d. D. Procuratori videbitur partem bonorum fideicommissariorum ipsi D. Procuratori beneuisam relaxam, & in vim transactionis & acordij dimitten. cui, vel quibus opus fuerit.*

6 Neque obstat clausula generalis antecedens † tùm quia debet intelligi per sequentem immediatam secundùm *regul. text. in l. hæredes palam, §. 1.* ibi *Ex vicinis scripturis, ff. de testam. l. si seruus plurium 50. § vlt.* ibi: *Item earū, quæ præcedunt, vel quæ sequuntur summarum scripta sunt, spectanda, ff. de leg. 1.* Ex quibus traditur, quod in qua-
7 libet † scriptura clausula antecedens explicatur, & intelligitur per sequentem, *gloss. in l. ille a quo 13. § quid ergo, verb. verba fideicommissi, ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. ex num. 1. Mascard. de probat. concl. 147. Nauar. cons. 6. num. 9. sub tit. de Hæreticis. Ludouis. decis. 169. num. 6. Rot. decis. 453. num. 5. par. 1. recent.* Tùm
8 quia † generi per speciem in omni genere negociorum derogatur, iuxtà *reg. text. in cap. si generi, de reg. Iur. lib. 6.*
9 Et ideò generalis dispositio antecedens restringitur † per specialem sequentem, *l. vnam quod liquidè, §. fin. ff de pæn. leg. l. cohæredi, § qui Patrem, & ibi gloss. verb. specialem, ff. de vulg. l. vxorem, 41. §. 1. de leg. 3.* & ibi, *gloss. verb. oneratum, Couar. lib. 2. var. cap. 5. num. 5. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 10. par. 6. gloss. 1.* & traditur optimè in *cap. quàmuis 38. cap. dudum, vers. Nos igitur, de præben.*
10 *in 6.* sicut generalis † dispositio sequēs limitatur, & restringitur per specialem antecedentem, *l. si de certa 31. C. de transact.* vbi verb. *(nihil amplius peti)* restringuntur ad rē certam, de qua fuerat transactum, *l. Legatorum petitio, §. fin. ff de leg. 2. l. quoties, C. famil. ercisc. Bart. & DD. in d. l. si de certa*, & ibi, *Padill. n. 2. & 3. & Gilchenius n. 14. & 25.*

Vndè quatenus Io. Maria dictos constituentes ad solutionem prædictarum summarum obligauit omninò mandati fines excessit, & negocium omninò sibi non commissum exercuit; Nam licet verum sit d. Io. Mariam potuisse constituentes obligare, vt ex scriptura mandati dignoscitur, hoc tamen intelligitur circa obseruantiam contentorū in mandato, Tùm quia secundum Iuris regulas ita intelli-
11 gendum est: Nam † in qualibet dispositione, & contractu verba debent intelligi secundum naturam illius dispositionis, & contractus, *l. damni infecti 43. in princip. ff. de dam. infect. l. si vno, in princ. ff. locati. Bart. in auth. ingressi, & ibi Castr. num. 10. C. de sacros. Eccles.* quàmuis verba improprientur, *l. ex conducto 15. §. Papin. ff locati.* vbi notat, *gloss. verb. sed transactio*, & latè *Rota decis. 569. num. 6. par. 2. recent. Molin. de primog. lib. 1. cap. 2. num. 3.* Et cùm
12 Mandatores † per Procuratorem obligari non valeant, nisi circa contenta in mandato: ideò quælibet clausula obligādi facultatem cōcedens ad prædicta negocia debet restringi, atquè ita non potuit Ioannes Maria mandatarius fideicommissarios obligare, nisi in dimissione bonorum ad fideicommissum pertinentium, de quo fuerat sibi in man-
13 dato facultas dumtaxat concessa † tum etiam quia ita ab ipsis commissarijs in scriptura mandati expressum & restrictum fuit, vt constat ex illis verbis, ibi: *Et generaliter omnia & singula in præmissis necessaria, &c.* vt notauit *Rot. apud Card. Caual. d. decis. 612. num. 22. & Decian. cons. 91. num 31. Berret. cons. 58 num. 3.*

Tertius excessus dignoscitur ex obligatione in solidum facta per mandatarium contra fideicommissarios, cùm
14 certissima sit Iuris conclusio, quod si plures † in eadem scriptura ad eandem rem diuiduam obligantur, non intelliguntur obligati singuli, nisi pro virili, & vt in solidum, sin-
15 guli obligati existant requiritur, vel † quod adijciatur verbum in solidum, vel quod caueatur promissores esse correos debendi, secundùm iura expressa in *l. 3. l. eandem 9. l. reos 11. § cum tabulis*, ibi: *partes viriles deberi, quia non fuerat adiectum singulos in solidum spopondisse, itaut duo rei promittendi fuerint; & ibi gloss. fin. Bart. Castr. & Ronchegal. ff. de duob. reis*, & expressè cauetur *in auth. de duob. reis in princ. & in princ. inst. eod. tit. & ibi Aeginarius Varo. Mantic. de contract lib. 15. tit. 3. num. 8. & 9. Ant. Goez. tom. 2. var. cap. 12. in princ. Guttier. lib. 3. pract. quæst. 96. num. 1. Matienz. in l. 1. tit. 16. lib. 5. recop. gloss. 1. idem Guttier. de Iur. confor. 1. p. cap. 23. ex num. 10. Gregor. Lopez in l. 8. tit. 12. par. 5. gloss. 5. Surd. cons. 150. num. 34. lib. 1. & cons. 511. num. 8. lib. 4. Rota apud Zacch. de oblig. Camer decis. 23. n 1.* & cum pluribus ab eo relatis *Gratian. discept. forens. cap. 682. ex num. 4. Franc. Conanus lib. 6. comment cap. 5. num. 2. Cuiac. lib. 11. respons. Papin. in d. §. cum tabulis, Ant. Faber. lib. 11. coniect. cap. 4.* Et cùm in scriptura mandati d. Io. Baptista, & Laurentius se ipsos insolidum obligandi pro alijs facultatem non dederint, neque ad eandem obligationem insolidum Io. Mariæ facultatem concesserint, prædicta obligatio per d. manda-
16 tarium † facta nullius fuit roboris, & momenti, vti extra formam & fines mandati celebrata.

Et ita responderunt Domini vtraque parte informante.

¶ Altera decisio in eadem causa coram R.P.D. Queipo, habetur infra sub die 4. Februarij 1632.

R. P. D. MERLINO.

Cæsenateñ Prædij.

Die Veneris 12. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione materia, quando mater transit ad secundas nuptias

quid

quid amittat. Item etiam de consensu filiorum, quando per matrem fit iste transitus.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio, seù assignatio ex falsa causa emanata non substinetur.*
2 *Dos debita alicui, solum est præstanda contractis nuptijs, & non anteà.*
3 *Mulier, quicquid consequitur ex substantia primi viri, & ex successione filiorum primi matrimonij, non autem filijs alterius matrimonij.*
4 *Dominium rerum, quæ liberis primi matrimonij seruantur, defuncta matre binuba, vindicantur à liberis primi matrimonij, & solum vsusfructus matri, dum vixerit reseruatur.*
5 *Et hoc procedit etiam attenta Iuris Canonici dispositione.*
6 *Mater binuba, nec etiam legitimam in bonis filiorum præmortuorum, nisi quoad vsumfructum retinet. & num. 7.*
8 *Pœna l. fœminæ. C. de secund. nupt. extenditur etiam ad legitimam debitam matri in bonis filij.*
9 *Mater transeundo ad secunda vota, funestatur prima proles, & deseritur.*
10 *Mater transiens ad secunda vota tenetur semper reseruare, quicquid consequuta est ex bonis primi viri, filijs eiusdem matrimonij, siue secundæ nuptiæ præcedant, siue subsequantur mortem dd. filiorum, & num. 11.*
12 *Constitutiones variæ circa mulieres secundò nubentium editæ fuerunt, propter inconstantiam Tribuniani.*
13 *Filij, quando consentiunt, vt mater transeat ad secunda vota cessat l. fœminæ, C. de secund. nupt.*
14 *Filiorum etiam expressus consensus in transitu parentis ad secunda vota non tollit beneficium l. fœminæ. C. de secund. nupt. nisi expresse sit renunciatũ eidem legi.*
15 *Renunciatio, cum sit odiosa, & stricti iuris non inducitur nisi verbis, vel si necessario ex antecedenti inferatur.*
16 *Filij, quando parentes transeunt ad secunda vota, propter reuerentiam eidem debitam non audent contradicere.*
17 *Filiorum acquiescentia, quando mater transit ad secunda vota, operatur quo ad remissionem iniuriæ, & contumeliæ, qua afficiuntur ijdem filij.*
18 *Iniuriam, quam facit mater filijs propter transitum ad secunda vota, leges valdè detestantur.*
19 *Filiorum acquiescentia, quando mater transit ad secunda vota non operatur, vt dicatur remissum fuisse damnum, & iacturam, quæ filijs irrogaretur, si bona eorum patris cederent in vtilitatem nouercæ, ac vitrici.*
20 *Filiorum consensus, quando mater transit ad secunda vota, requiritur quod sit expressus, & non sufficit tacitus.*
21 *Consensus expressus est necessarius, quando agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi.*
22 *Consensus expressus pupilli non sufficit, ad effectum inducendi renunciationem iurium pro eo introductorum.*
23 *Filij destituuntur materna charitate, quando mater transit ad secundas nuptias.*
24 *Consensus impuberis cum licentia Tutoris, non sufficit, quando graue præiudicium infertur ipsi impuberi.*
25 *Hæres adeundo hæreditatem, non potest impugnare testamentum defuncti.*
26 *L. fœminæ. C. de secund. nupt. quid disponat.*
27 *Præscriptio 40. annorum non attenditur stante falsitate causæ, & mala fide.*

DECISIO LXXX.

PRoposui dubium super excessu, reseruatum in disputatione habita in hac causa sub die 16. Iunij præteriti, * & Domini hodie dixerunt de illo constare.

Quoniam sententia ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* per A. C. lata, decreuit Immissionem filijs Almerici pro medietate in possessionem fundi Vinciliani, pro alia verò medietate filijs Camilli primi mariti Aureliæ, iuxta tenorem Testamenti eiusdem Aureliæ. Et tamen fundus Vincilianus non spectabat ad Aureliam, nec dicebatur esse in bonis, & hæreditate illius, licet fuerit ei assignatus in dotem, sed spectabat ad Camillum, stante æstimatione eiusdem fundi, quæ æstimatio faciebat venditionem, & transtulerat irreuocabiliter dominium fundi in Camillum, vt in alia decisione sub die 16. Iunij præteriti fuit firmatum, quæ decisio in præsenti disputatione est præsupponenda; Vndè excessus est patens in eo, quod filij Almerici ex testamento Aureliæ solummodò ius habebant ad medietatem dotis, nempè scuta 600. dos enim Aureliæ erat solum scutorum 1200. non autem ad fundum Vincilianum, cuius Dominus effectus erat Camillus per emptionem, resultantem ex æstimatione fundi, dum fuit traditus Camillo, præsertim quia fundus Vincilianus, licet fuerit æstimatus in dictis scutis 1200. tamen tractu temporis creuit ad longè maiorem valorem, vt apparet ex transactione, ex quo clarior insurgit excessus, quia, si filij Almerici secundi mariti Aureliæ, obtinet medietatem fundi Vinciliani, consequentur vltra eorum creditum, quantum accessit valori prædij post dictam æstimationem.

Nequè obstat, quod per filios Camilli eidem Aureliæ nuptias repetenti, fuerit assignatus totus fundus Vincilianus, nedum pro sua dote, sed etiam ratione successionis, & hæreditatis Iuliæ, & Mutij filiorum ex Camillo primo marito prædefunctorum, delatæ eidem Aureliæ matri, antequàm ad secundas nuptias cum Almerico transiret; Quoniam hæc
1 † assignatio, seu transactio nõ substinetur, dum emanauit ex falsa causa, *l. si ex falsis, C. de transact. l. 1. & seq. C. si ex fals. Instr. Anchar. cons. 98. num. 8. in fin. Card. Mant. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 42. & seqq. Rot. decis. 765. n. 2. par. 4. diuers.* Quæ quidem falsa causa respectu successionis Iuliæ benè deducitur, quia Iulia infans mortua erat ante contractas secundas nuptias per Aureliam, extabantquè fratres masculi, & sic erat exclusa Iulia per Statutum Cæsenæ, & dos, si quæ vigore statuti eidem Iuliæ fuisset debi-
2 ta, hæc solum præstanda erat contractis nuptiis, † & non antea, adeo, vt mortua puella innupta, ad hæredes dotem non transmitteret, vt plenè per *Gabr. cons. 130. num. 15. & 24. lib. 2. & in fin. cons.* ait quod Rota hanc approbauit conclusionem.

Respectu verò successionis, & hæreditatis Mutij, quatenus per Statutum, Aurelia mater non fuisset exclusa, ex quo secundæ eius nuptiæ sequutæ sunt post mortem dictorum filiorum, quicquid Aurelia consequuta est ex dicta successione filiorum primi matrimonij, & ex substantia
3 Camilli primi mariti, tenebatur reseruare † eisdem filijs Camilli mariti, non autem communicare cum filijs Almerici secundi matrimonij, iuxta dispositionem, *l. fœminæ. C. de-*

C.de secund.nuptijs, l.2. C.de indict.viduit. toll. l.mater. ff.
ad Senat. Consul.Tertul.& in l.generaliter, in princ. C.de
secund.nupt. vbi habetur, quod Dominium rerum, quæ
4 liberis primi matrimonij seruantur, defunctâ † matre bi-
nubâ, vindicantur à liberis primi matrimonij, solumque
vsusfructus matri binubæ, dum vixerit, reseruatur, & *in*
auth. de nupt.§. hinc nos, collat.4. versic. si autem intesta-
tus. & ibidem glos.in verb. vsum, & alijs relatis plenè do-
cet *Sanch.de matr.lib.7. disp. 89. num. 2. & 18. Caball.*
5 *cons.169. num.24. & seq lib. 1.* vbi, quod hoc procedit †
attenta etiam Iuris Canonici dispositione, *Guttier.de matr.*
cap.109. num.1. & 2. & pluries dixit *Rota, vt apud Put.*
decis.4. num.1 lib.3. & in Romana restitutionis dotis 9.
Aprilis, & 15. Iunij 1612. coram Eminentiss. D. Cardin.
Pamphilio, & apud Pacif. de Salu. decis.96 num. 2. ac de-
cis.638. nu.1. par.1. recent. Quod adeò verum est, vt nec
6 etiam † mater binuba legitimam in bonis filiorum præde-
functorum retineat, sed solum vsumfructum habeat, iuxta
sententiam *Bald. in auth.ex testamento, ante num. 1. vers.*
pone ergo, & ibidem Io. de Garonibus, nu 14. C.de secund.
nupt. Soccin.Iun. cons.97. num.4. lib.4. Peregrin. cons.78.
num.5.lib.1. & cons. 17. num.4. lib.3. Ioseph. Ludou. con-
clus.33. ampliat.2. Sanch.de matrim.d.disput 89. nu. 19.
Modern. Foroliu.de legit.lib.4 tit.2.quæst.2 num.5.& 11.
& seqq. Modern. Mantuan. controuers.forens.cap.139.
num 24. & cap.367. num.43. Guttier. de matrim.d. cap.
109.num.6. vbi Hippolytum Riminaldum, & D. Facchi-
neum contrarium sentientes reprobat, qui tamen D. Fac-
chineus verè non est contrarius huic sententiæ; Is enim
7 admittit quidem matri binubæ deberi † legitimam in bo-
nis filij primi mariti iam defuncti, sed tamen concedit te-
neri matrem hæc bona, quæ pro legitima filiorum habuit,
conseruare filijs eiusdem matrimonij, nec matrem huius-
modi bona posse alienare, inter quæ latum est discrimen,
vt benè per eumdem D. Facchineum probatur; iure au-
8 tem † merito pœna priuationis ex *l.fœminæ, C.de 2.nupt.*
extenditur etiam ad legitimam, cum hæc priuatio matris
9 proueniat ex illius culpa, nempè ex secundis nuptijs, † qui-
bus prima proles funestatur & deseritur, vt per *Peregr. d.*
cons 78.num.5.lib.1.cum alijs supra alleg.

Non obstat, quod Aurelia transiuerit ad secundas nu-
ptias post mortem filiorum, & assignatio illa fundi Vin-
ciliani præcesserit easdem secundas nuptias, vt asseritur in
eadem transactione, dum ibi dicitur, quod Aurelia secun-
das cogitabat nuptias; suspecta enim Dominis visa fuit hæc
assertio, quia apparet, quod per quatuor menses ante præ-
cesserat apocha matrimonialis cum Almerico, impositum-
que fuit filijs primi matrimonij, dum post dictam apochâ,
Aurelia curauit sibi assignari totum fundum Vincilianum,
cum solum creditrix esset quantitatis, nempè scuto-
rum 1200.

10 Verùm nihil refert ad hunc effectum, An † secundæ
nuptiæ præcedant, siue subsequantur mortem filiorum
primi matrimonij, quia semper quicquid consequuta est
ex substantia primi mariti, tenetur reseruare alijs filijs eius-
11 dem primi matrimonij, totaq; hæc distinctio, an ante, † vel
post sequatur secundæ nuptiæ, sublata fuit per postremam
constitutionem Iustiniani *in d. auth. de nupt.collat.4. §. sed*
quanta quidem, ibi, sed quanta quidem, quæ ex paterna
substantia ad filium peruenerunt, eorum solum habeat v-
sum, ad secundas, siue prius, siuè posteà veniat nuptias, &
notat Sanch.de matrim. lib.7.disp.89.num. 18. versic nec
refert, & melius *Gaspar. Anton.Thes.q forens.c.29. nu.10.*
lib.1. vbi varias Imperatorum circa hoc recentes Constitu-
tiones, & distinctione temporum conciliat antinomiam,
quæ in hac materia aliquibus subesse videri posset, prout
etiam eruditè, & chronologicè facit *Odd. cons.37. num. 48.*
12 animaduertens † ex Inconstantia Triboniani à Iustiniano
discrepantes in hac materia Constitutiones editas fuisse,
Castill. de vsuf.cap.2 num.15. Modern. Forol.de legit. lib.
4.tit.2 q.1.num.3.Gratian.discept.for.cap.702.num.2, Ro-
ta Bononien.decis.84.num 14.& fuit dictum in decis.638.
13 *num.3.& 4.par.1.recent.& apud Pacif.de Salu.dec.96. n.3.*
Minus obstat, quod filij primi † matrimonij consenserint
secundis nuptijs Aureliæ matris, dum nunquàm conquesti
sunt, & assignarunt fundum Vincilianum, quàmuis cogita-
uerint matrem ad secundas nuptias transituram esse quo
stante consensu, cessat dispositio, *l. fœminæ, ad glos. in*
authen.de non eligen.2. nuben colum. 1. in princ. verb. co-
pulantur, Menoch.cons.155 num.13. & seqq. & cons.628.
num.1. Laderch.cons 127.num.5. Sanch.de matrim. lib.7.
disput.89 num.43. cum alijs.

Quoniam, misso, quod aliquibus, & summæ auctoritatis
Doctoribus, visum est, nec etiam expressum filiorum con-
14 sensum secundis nuptijs † parentis binubæ præstitum, tol-
lere beneficium, *l.fœminæ*, nisi signanter consentiendo ad-
dant expressè renunciationem eidem beneficio, *l.fœminæ,*
ita Ang.cons.396.num 2. Adden. ad Dec.cons.206. littera
B. Franc. Sarmient. Insignis olim Rotæ Auditor, Select.
Interpret.lib.1.cap.4. D.Facchin.controu.iur.lib.3.cap.65.
vers.iam quid mihi, Odd. cons.37. num. 19. Gaspar. An-
ton.Thesau.quæst.for.cap.30. num.5 & 6. lib.1. Manent.
decis.47.per tot. vbi contrariam opinionem, licet commu-
nem, pluribus refellit, plenè *Galerat.de renunc.tom. 2.cen-*
tur.1.cap.98 nu.11.& 12. vbi, quod hæc opinio est omni-
nò retinenda, *Modern.Mantuan controu. for cap. 139.*
num.39. Non enim ex solo consensu filiorum primi matri-
monij in secundas nuptias matris rectè infertur ad renun-
15 ciationem, quæ cum sit stricti iuris, & odiosa † non indu-
citur, nisi verbis, vel si necessariò ex antecedentibus sequa-
tur, *Bald. cons 437.num.2.vers.item ista, lib.1. Honded.cõs.*
29.num.93.94 & 107.lib.1.& in his terminis *Galerat. de*
renunc.to.2.centur.prima, cap.98. num.11. Modern.Mãt.
controu for c.139.n.16.& seqq. Quorum hic neutrùm con-
currit, non expressio, vt de se patet, nec necessariò infertur,
stant enim simul, & se compatiuntur, quod filius officiosè
consentiat secundis nuptijs, ne mater vratur, & cælibatus
incommodis discrucietur, & quia salua reuerentia debita
16 † parentibus filius non audeat contradicere, & tamen ad-
huc filius retineat beneficium illud, & auxilium pro sua in-
demnitate, quod sibi à iure conceditur ob transitum matris
17 ad secundas nuptias, & † acquiescentia filiorũ operari qui-
dem potest, remissionem iniuriæ, & contumeliæ, qua affi-
ciũtur ijdem filii, dum mater, spreta charitate materna, pro-
18 lis abiecta cura, & defuncti viri † abolita memoria, ad se-
cunda vota conuolat, & nouum maritum prædiligit, quam
iniuriam leges detestantur in *§ soluto, & § si vero expectet,*
auth.de nupt. collat. 4 & alibi, non autem indè censeri de-
bet remissum fuisse damnum, & iacturam, quæ iidem filiis
19 irrogare ur, † si bona eorum Patris cederent in vtilitatem
nouercæ, ac vitrici, vt per *Sarmient. D. Facchin. locis ci-*
tatis.& Galerat.d. cap.98.nu 10.& 12.& faciunt etiam tra-
dita *in decis. 154. num. 8.& 9.post Pacif. de Saluian.*

Attamen, quicquid sit de istorum sententia, certũ est non
20 sufficere tacitum † consensum filiorum in ipsas secundas
nuptias, sed requiri expressum, quia agitur de præiudicio
21 notabili, & de renunciatione beneficii certi, & † in iure
scripti, quo casu taciturnitas non sufficit, sed expressus con-
sensus est necessarius, ita *Io. de Garonibus in rubr. de nupt.*
num.7.Sanch de matrim.d.lib 7. disput. 89. nu. 44. Peregr.
cons.78.num.11.& 17.lib.1. D.Facchin. controu.iur.d.cap.
65.vers.5.conclusio.Guttier.de matrim.cap.109.nu 51. vbi
Menoch contrarium dicen.reprobat,Castill.de vsufr.cap.2.
n 100.& seqq.Fontanell.de pact nupt.claus.5.glos.8. par.11.
num.36. vbi testatur ita fuisse iudicatum, *Rot. Bonon.decis.*
84 num.15. Præsertim verò, quia filii erant impuberes, dum
secundæ nuptiæ per matrem contractæ sunt, quo casu nec
22 etiam † expressus consensus sufficit pro inducenda renun-
ciatione iuribus, quæ à legibus concessa sunt filiis primi ma-
trimonij in recõpensationem maternæ illius charitatis, qua
23 destituuntur idem filii, † dum mater secundas petit nuptias,
Boer.decis.185.num.23.Peregr.d.cons.78.num.11.vers alia
est ratio.lib.1.D. Facchin.controu.iur.d cap.65.vers.4 con-
cl.Sanch.de matr.d.disp.89.num.47. Guttier. de matrim.d.
cap.109.n.52. vbi etiam dicit verius, quod nõ sufficiat con-
24 sensus impuberis cum licẽtia Tutoris, † ex quo graue præ-
iudicium infertur ipsis pupillis, *Surd.decis.100. n.6. & cons.*
164 n.50.Gaspar.Ant.Thes.qq for.c.30 nu.6.lib.1.Galerat.
de

de renun.tom.2.cent.1.c.98.num.7. Trentacinq. var.resol. lib.3.tit.de matr.resol.5.num.14.vers.sed dubito,in fin. vbi, quod in impuberibus hæc est conclusio indubitata, *Manet. decis.47.num.24.*& fuit etiam de mente Rotæ *in decis.368. num.6.par.1.recent.& decis.96.num.9.& 12. post Pacif. de Saluian.*

Neque obstat, quod filij ex primo matrimonio adiuerint
25 hæreditatem Aureliæ matris, † & ideò non possint impugnare illius testamentum, in quo medietatem fundi Vinciliani assignauit filijs secundi matrimonij; Quoniam & hæc assignatio Aureliæ in eius testamento facta potuit prouenire ex falsa causa, eo quod putauerit fundum Vincilianum esse proprium sui ipsius, tãquàm fundum dotalem, & æstimationem non fecisse venditionem, quod est falsum, vt in alia decisione deducitur, & quia etiam Aurelia putauerit assignationem sibi factam à filijs primi matrimonij sustineri,
26 & ignorauerit dispositionẽ † *l.fœmina*, quod scilicet teneatur reseruare filijs Camilli primi mariti, quicquid ab eodem Camillo, etiam mediante successione filiorum prædefunctorum, quos ab eodem susceperat, in primo matrimonio, consequuta fuerat, vel certè dispositio prædicta de fundo Vinciliano, ab Aurelia facta fuit in fraudem filiorum primi matrimonij, quorum commodo parum fuisse studiosam, deprehenditur ex toto testamenti contextu. Et demum quia filij ex primo matrimonio adiuerunt hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij, per quod non sunt confusæ actiones, nec vnquàm adeundo hæreditatem intellexerunt hunc fundum Vincilianum acceptum referre Aureliæ matri, vt colligitur ex eo, quod in Inuentario bonorum maternorum eundem fundum describere prætermiserunt, signum quod agnouerunt se illum habere à Patre, non autem ab Aurelia matre, ex cuius hæreditate, nec tantundem habuerunt, quod æquipolleat valori fundi Vinciliani.

27 Non obstat cursus 40. annorum, quia stante † falsitate causæ, & mala fide, dum pro coloranda dicta assignatione Aurelia allegauit successionem in bonis filiorum, quæ non suffragabatur, stante transitu ad secundas nuptias, & dispositione, *l.fœmina*, vtiquè non intrat aliqua præscriptio, *cap. fin.de præscript. Caput.decis.362.num.1.par.2. Put. decis. 383 num.3.lib.3.cum alijs.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit, &c.

* Est decis.52. supra hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Beneuentana Molendini.

Die Veneris 12. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

In contractibus minorum sat non est, quod interuenerit Iudex, sed necessè est, vt ipse suum interponat decretum, qui tamen defectus dicitur remissus, si minor maior factus per quadriennium tacuerit. Minor an possit interuenire in contractu alterius minoris, tanquàm proximior.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rerum minoris requiritur decretum Iudicis.*

2 *Decretum Iudicis, quod non interuenerit, apertè dignoscitur ex lectura instrumenti, si illud in eo nō legatur.*

3 *Alienatio rerum minoris, vt valeat, sat non est, quod Iudex in celebratione contractus interuenerit.*

4 *Quia non sola præsentia, sed positiuè decretum requiritur, per quod appareat eundem Iudicem discussisse vtilitatem contractus, & approbasse.*

5 *Decretum Iudicis in alienatione rerum minorum, non sufficit, quod sit interpositum solum super admissione, & præsentia proximiorum.*

6 *Minor, si maior factus tacuerit per quinquenniū, dicitur ratificasse contractum nullum ex defectu decreti Iudicis, celebratum in minori ætate, & num.7.& 8.*

9 *Minor non potest interuenire in contractu alterius minoris, tanquàm proximior, cùm ipse etiam indigeat alieno consilio.*

10 *Minoribus est interdicta administratio rerum suarum propter fragile, & infirmum illius ætatis consilium, multis captionibus suppositum, multorumquè insidijs expositum.*

11 *Maior aliorum curam, aut tutelam subire, & gerere prohibetur.*

12 *Auctoritatem, quando quis non habet in rebus suis proprijs gerendis, eam certè non poterit præstare in rebus alienis.*

13 *Minor non potest auctorizare contractum alterius minoris sui consanguinei, ne scilicet ambo propter ætatis lubricum, & imbecillitatem intellectus in eamdem foueam cadant.*

14 *Statutum requirens consensum proximiorum in contractu minorum, intelligitur de habentibus intellectum perfectum, & non de defectuosis.*

15 *Aliàs non intrat l.fin. C.si maior factus.*

16 *Contractus, quando nedum est nullus ex decreti defectu, sed etiam in quauis alia specie nullitatis, intrat dispositio l.fin. C.si maior factus.*

17 *Et ista opinio est verior, & communior.*

18 *Aetatis probatio, quæ deducitur ex libro patris, non dicitur concludens probatio, sed solum præsumptio, aut semiplena probatio. amplia nu. 19.*

20 *Curator non dicitur legitimus, si inuentarium non confecerit. limita num. 22.*

21 *Venditio bonorum minoris sinè auctoritate Curatoris, est nulla.*

23 *Dolo stante non intrat dispositio l.fin.C.si min.mai.fact.*

24 *Quod procedit nedum in dolo vero, sed etiã in dolo præsumpto, prout est dolus à statuto, vel à lege præsumpto.*

25 *Menoch.de recuper.remed.1.num.179. refellitur.*

26 *In minoris contractu, si defecerit tantùm decretum Iudicis, iste defectus, quando dicatur remissus, & num. 27.& 28.*

29 *In alienatione bonorum minoris pro validitate, copulatiuè requiritur, vtilitas vna cum decreto Iudicis.*

30 *Minor in contractu, quando appareat læsus.*

31 *Aestimatio bonorum immobilium fieri solet ad rationem quinquè pro centenario.*

32 *Venditor, quando dicatur læsus vltra medietatem.*

33 *Principis aßertioni standum est.*

34 *Contractus ad hoc, vt cognoscatur, an sit vtilis, vel nec ne, est attendendum tempus præcisum contractus.*

DECISIO LXXXI.

Venditio facta vsquè de anno 1596. per Bilottam, tunc minorem de hoc Molendino ad fauorem Latini fuit à principio nulla, quia Bilotta, erat minor, nec inter-

interuenerunt solemnitates præscriptæ in alienationibus
1 bonorum immobilium, † tàm à Iure communi, quàm à
Statuto Beneuentano, nempè decretum Iudicis, ex *l. ob æs*,
C. de præd. minor. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum, Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 15. & decretum
Syndici, quod exigitur, à Statuto Beneuentano, hæcquè negatiua, quod non fuerint adhibita hæc decreta ex lectura
2 Instrumenti venditionis, † apertè dignoscitur iuxta tradita
per *Bart. in l. fin. in § notabili, C. de reb. credit. Surd. cons.* 28. *num.* 114. *& cons.* 303. *num.* 7. *& decis.* 300. *n.* 11.

Nec sat est Iudicem intersuisse, quia non sola præsentia,
3 † sed positiuè decretum requiritur, per quod appareat eun-
4 dem Iudicem discussisse † vtilitatem contractus, & approbasse, *Bald. in c. cum in veteri. num.* 3. *&* 4. *de elect. & in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num.* 5. *ff. de offic. Procons. Ias. in l. omnium, num.* 4. *vers. tùm requiritur, C. de testam. Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inspect.* 3. *num.* 33. *& dixit Rota in Romana hæreditatis, & paragij dotis* 12. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Buratto*; Et in hoc Instrumento non constat de aliqua causæ cognitione, nec super contractu, & illius vtilitate interpositum fuit decretum, & approbatio,
5 † sed solùm super admissione, & præsentia proximiorum.

Verùm Domini dixerunt substineri Instrumentum, quia
idem Bilotta maior factus, per plures annos tacuit, nec vn-
6 quàm impugnauit istum cõtractum, & tamen † quinquennium sufficiebat ad inducendam huiusmodi ratificationem contractus nulli ob non interpositum decretum, *iuxta text. in l. fin. C. si maior. fact. alien. sin decr. fact. rat. hab. lib.* 5.

Nec obstare visum fuit dispositionem *d. l. fin.* inducere
7 tantum ratificationem, quando † contractus est nullus solummodò ex defectu decreti, vt ex rubrica illius tituli dedu-
8 citur. Imò & ex *tex. d. l. fin. in princ.* & ibi † alienationem minimè posse retractari occasione prætermissionis decreti, & tradunt *Cyn. in d. l. fin. vers. item quærit, Alberic. ibid. in princ. vers. item quærit, Salyc. num.* 4. *Bald. cons.* 45. *nu.* 1. *lib.* 2. *Roland. cons.* 72. *num.* 16. *lib.* 4. *Natt. cons.* 295. *sub n.* 1. *Simon de Præt. cons.* 139. *num.* 9. *Surd. cons* 49. *n.* 29. *& seqq. Rota coram sa. me. Greg. XV. decis* 260. *nu.* 13. *& decis.* 473. *num.* 19. & ideò non suffragari d. l. cum iste cõtractus etiam
9 ex defectu consensus Curatorum impugnetur, † stante quod Iulius Ventimilia datus Curator est ipse minor erat, vnde si idem in suis contractibus alieno indigebat auxilio, vt propriè consultum esset indemnitati, & eidem à Iure in-
10 terdicta erat rerum † suarum administratio, propter fragile, & infirmum minoris illius ætatis consiliũ, multis captionibus suppositum, multorumquè insidiis expositum, vt eleganter inquit *Vlpian. in l.* 1. *ff. de minor.* Ideoquè Curatoris
11 præsidio adiuuabitur † à Iure, aliorumquè tutelam, aut Curam subire, & gerere prohibeatur, *ex l. fin. C. de legitim. tutor. §. item maior. vers. minores. Instit. de excusat. Tutor.* vtiquè dicendum est nequaquàm potuisse eundem Iulium
12 in contractu alterius minoris † interuenire, & auctoritatẽ, quam in rebus proprijs gerendis, non habebat alteri minori
13 præstare, ne scilicet ambo † propter ætatis lubricum, & intellectus, imbecillitatem expertiquè Iudicij circumuenti, lumine destituti in eandem foueam inciderent, *iuxta c. quæ ipsis* 34. *distinct. ita tradit, & ratiocinatur Angel. in l. fin. in princip. vers & per hanc, C. de verb. signif. vbi testatur, ita iudicatum fuisse Perusij ipso patrocinante, Castrens. in l. si cum dotem, §. si patri, num.* 2. *&* 3. *ff. sol. matr.* vbi, quod
14 statutum † requirens consensum proximiorum, intelligitur de habentibus perfectum intellectum, non autem de defectuosis, *& cons.* 124. *num.* 2. *vers.* 2 *viden. est lib.* 1. vbi in fi-
15 ne, quod tali casu † non intrat, *l. fin. C. si maior fructus, etc. Dec. in l. aliud, num.* 4. *ff. de reg. iur.* Alex. *cons.* 62. *n.* 4. *lib.* 2. *Tiraq. de leg. connubial. glos.* 8. *num.* 43. *Moder. Roman ad Stat. Vrb. glos.* 13. *n.* 98. *Caball. qui alios cumulat. cons.* 166. *num.* 35. *& seqq. lib.* 1. *Tort. ad Stat. Papiæ ad rubr.* 119. *nu.* 87. *& inclinauit Rota in Foroliuien. rescissionis contractus* 19. *Decembris* 1603. *coram bo. me. Card. Pamphilio Seniore*, & apertè hanc opinionem *sequuta est in Romana Palatij* 4. *Iunij* 1607. *coram bon. mem. Iusto, nec ab hac sententia eadem Rota dissensit in decis.* 619. *num.* 7. *par.* 2 *recent.* quia

ibi refert dumtaxat opinionem *Bart. & Bald.* qui contrarium censuerunt, nequè ibi Rota in vlla ex dictis opinionibus figit pedes.

Quoniam omissio, quod grauissimi Auctores existima-
16 runt dispositionẽ *dictæ l. finalis* procedere, nedum † quando contractus est nullus ex defectu decreti, sed & in quauis alia specie nullitatis, vt per *Corn. consil.* 36. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 2. *Bellon. Sen. cons.* 18. *num.* 16. *in fin. &* 17. *Osasc. decis.* 177. *num.* 13. *Menoch. de recup. posses. remed.* 15. *num.* 142. *& seqq. vbi contrarium sentientes improbat Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *inspect.* 2. *cas.* 2. *num.* 25. qui hanc opinionem meliorem, veriorem, & communiorem appellat, *Addent. ad Rot. Bononien. decis.* 64. *vers. nec resistit, vbi de cõmuni Senat. Rolan decis.* 14. *num.* 63. *vbi pariter de magis communi Modern. Mantuan. controuers. forens. cap.* 181. *num.* 73.

Visum fuit tolli obiectum ex eo, quia hæc minor ætas
Iulij Ventimiliæ non probatur concludenter, vt requiritur,
18 cùm illa solùm deducatur ex libro Patris, † ex quo nõ oritur concludens probatio, *Bald. in l. nequè Natales, num.* 7. *de probat. Crauett. de antiq. tempor. par.* 1. *§. videmus, n.* 34. *&* 35. *cum seqq. Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 51. *nu.* 10. præsertim cùm dicta adnotatio paterna dicatur desumpta ex alio
19 † exemplare, quod nõ constat fuisse recognitum, nec parte citata legitimè extractũ quod proinde nihil probat. *Put. decis* 423. *num.* 2. *lib.* 3. *Rota decis* 297. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Non obstat, quod Curator ille, qui præstitit consensum
20 huic venditioni, Inuentarium † non confecerit, & sic non erat legitimus Curator. *Bart. in l. legitimos, num.* 1. *& seqq. C. de legitim. Tutor. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 5. &
21 venditio bonorum † minoris siue auctoritate Curatoris est nulla, tàm attento Statuto Beneuentano, quam dispositione iuris communis *in l. nequè l. cum qui, C. de auctor. Tutor.* Quoniam dum emptor nedum curauit adhiberi consensum Curatoris, sed etiam consanguineorum, inde fit nõ
22 obstare hanc omissionem † inuentarij respectu Curatoris, si enim erat legitimus Curator fuit satisfactum Statuto, & iuri communi, dum illius consensus adhibitus fuit, si verò non erat legitimus, perinde est, ac si non interuenisset, nec Curator fuisset, quo casu intrat Statutum Beneuentanum, vt deficiente legitimo Tutore, seu Curatore adhibeantur proximiores.

Minus obstat, quod Statutum Beneuentanum præsumat contractum gestum, sine solemnitatibus ibi præscriptis, esse
23 dolo extortum, † & stante dolo non intrat dispositio *dictæ leg. finalis. C. si maior. fact. alien. lib.* 5. *& notat Salyc. in l.* 1. *C. si maior fact. rat. habuer. Roman. cons.* 54. *n.* 3. *ad med. & seqq. Crauett. cons.* 160. *num.* 4. *Gabr. de minor. conclus.* 4. *num.* 8. *&* 9. *Osasc. decis.* 58. *num.* 32. quod procedit nedùm
24 in dolo verò, sed etiam in dolo præsumpto, prout † est dolus à lege, vel Statuto inductus. *Curt. Iun. cons.* 50. *nu.* 6. *&* 7. *Ruin. cons.* 170. *num.* 29 *lib.* 1. *Simon de Præt. cons.* 139. *n.* 11. *Caball. cons.* 145. *lib.* 1. *& dixit Rota coram sa. me. Gregor. XV. decis.* 473. *num.* 18 *& in recent. decis.* 54. *num.* 3. *par.* 1. *in Romana nullitatis contractus* 28. *Iunij* 1619. *coram bo. me. Buratto, & in Leodien. Coloniæ* 20. *Februarij* 1630. *coram*
25 *me.* Quicquid in † contrarium dixerit *Menoch. de recuper. remed.* 1. *num.* 179. *quem signanter in hac conclusione reprobant Gratian. discep. forens. cap.* 513. *nu.* 14. *Caball. cons.* 145. *num.* 131. *in fine, & ipse Menoch.* se ipsum retractat, & dicit communẽ hanc opinionẽ *in cons.* 589. *n.* 13. *in fine.*

Quoniam in hoc contractu, ex requisitis à Statuto nõ deficit, nisi decretum Iudicis, qui defectus dicitur remissus
26 † per ratificationem, quæ resultat ex eo, quod minor factus maior per quinquennium tacuit, vt supra firmatũ fuit, obiectum autem benè vrgeret, si adesset læsio, vel deficerẽt aliæ solemnitates, ex quibus dolus insurgeret, & ab ipso Statuto præsumitur, vel si statutum vltra Iudicis decretum exige-
27 ret alias solemnitates, † faciliusquè videtur per dictam taciturnitatem, & sic quandam virtualem ratificationem remissus defectus decreti, quam vel læsio, vel defectus Curatoris, & aliorum proximiorum præsertim cum hic adfuerit præsentia Iudicis, & fortasse fuit etiam interpositum decretum, sed ex in curia Notarii adnotatum dumta-

xat

28 xat super approbatione † ipsorum proximiorũ, ex quibus in casu præsenti multum eliditur suspicio doli, quam præsumit Statutum.

Neque obstat, quod defecerit etiam causa, scilicet vtili-
29 tas minoris,† quæ vna cum decreto Iudicis copulatiuè requiritur pro validitate alienationis bonorum minoris, *l. 1. in princip. l. magis puto, §. non passim, l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eorum, l. Tutor vrgentibus. ff. de minor. tot. tit. de prædijs minor. sine decret. non alienandis.* Immo de
30 ipsius iactura, & damno potiùs appareat, † cum statim facta hac venditione pro ducatis 500. locauerit emptor pro
31 ducatis annuis 111. & sic attenta æstimatione, quæ † solet fieri ad rationem quinque pro centenario, *iuxta glos. in auth perpetua. verbo iuncto, C. de sacros. Eccles. Honded. cõs.*
32 *230. n. 20. lib. 1.* videatur vẽditorem † læsum fuisse vltra medietatem; Quoniam in Instrumento dicitur, quod Molendinum erat dirutum, nec molens, & hęc veritas etiam comprobatur, quia dum à san. mem. Clemente Octauo pro interesse Camerali fuit petita confirmatio, de ordinatione eiusdem Pontificis relatum fuit, verè dictum Molendinum esse dirutum, nec molens, vt in Chirographo legitur ibi. *Noi hauendo fatto pigliare piena informatione di questo fatto, & hauuta relatione, che detto Molendino essendo rouinato, con questa vendita si restaurarà, & ridurrà maci-*
33 *nante*, cui assertioni Principis † standum est *Clem. vnic. de probat. cap. nobilissimus 87. distinct. l. antiquæ, C. ad Velleian. Rim. Iun consil 365. num 27.* vnde stant simul, quod tempore venditionis Molendinum hoc non esset maioris valoris, quam ducatorum 500. & statim ac fuit restauratum, & facta impensa per emptorem creuerit multùm eiusdem precium, itaut locari potuerit pro annua pensione ducatorũ 111. ad effectum autem dignoscendi, an vtilis vel læsiuus
34 fuerit contractus, tempus † præcisum venditionis attendi debet, non autem subsequens, *l. si voluntate in fin. C. de rescind. vend. Doctor in l. 2. C. eod. tit. Crauett cons. 11. n. 17. & cons. 114. num 15 & cons. 188 n. 4 Gabr. de empt. & vendit. conclus. 1 n. 47. Rim. Iun. cons. 97 nu. 14. Card. Seraphin. decis. 466 num. 1. cum alijs.* vltra quod pro deducenda læsione vis fieri non potest super locatione prædicta, de qua in Summario Bilottæ num. 150 quia non est de solo Molẽdino vendito per Bilottam, sed de duobus Molendinis, &
35 † sic videtur excludi læsio ex eo resultans, quod vnum Molendinum venditum pro ducatis 500. fuerit deinde locatũ pro ducatis 111. dum pensio ducatorum 111. soluebatur pro duobus Molendinis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Cremoneñ Præpositurę.

Die Lunæ 15. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Resignatio, quando valeat, & substineatur, licet procurator in resignando non seruauerit formam mandati. Ratificatio, quid operetur, & quando æquipolleat præambulo mandato.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio corruit, si forma præscripta in resignando, procurator non seruauerit.*
2 *Mandati fines per procuratorem non sunt negligendi.*
3 *Procurator, si fines mandati excesserit, quando principalis dicatur, id ratum habuisse.*
4 *Mandans, qui postquam procuratorem suum constitutum ad acceptandum beneficium certi valoris, sciuit acceptasse beneficium minoris, & fructus illius exegit, dicitur consensisse tali acceptationi.*
5 *Ratificatio potest fieri per literas missiuas.*
6 *Ratificatio operatur, vt consensus postea præstitus, perinde habeatur, ac si ab initio interuenisset.*
7 *Ratificatio æquiualet præambulo mandato.*
8 *Ratificatio tunc multò magis æquiualet præambulo mãdato, quando actus non erat omninò nullus, sed habebat implicitum statum validitatis pendentis à futuro consensu.*
9 *Contractus, quando ob non seruatas solemnitates fauore certæ personæ requisitas, non est nullus, nisi demum eadem persona volente, si ipsa velit, quod actus substineatur, non tenetur ei nouum consensum adhibere.*
10 *In Alienatione rei pertinentis ad Ecclesiam, si postea obtineatur Beneplacitum Apostolicum super illius confirmatione, non est necessarius nouus consensus partium.*
11 *Alienatio bonorum Ecclesiæ absque Beneplacito Apostolico habet implicitum statum validitatis, saltem Ecclesiæ non reclamante.*
12 *Resignatio facta à procuratore non seruata forma mandati, si resignans eam ratificauerit, post subsecutam ratificationem, prout ex tunc suum sortitur effectum.*
13 *Ratihabitio operatur in actibus, qui cum ab initio, non sint omninò, nulli in suspenso remanent.*
14 *Resignanti beneficium, quando dicatur sublata penitus facultas pœnitendi.*
15 *Ratificatio non habet locum in resignationibus beneficiorum.*
16 *Tut. decis. 111. lib. 3. & Caputaquen. decis. 211. part. 1. in quibus terminis loquantur, & num. 15.*
17 *Ratificatio resignationis factæ pro tertium absque mandato ad consentiendum, non admittitur.*
18 *Ex ratificatione, vt inducatur resignatio requiritur auctoritas Papæ.*
Paris. de resign. quæst. 17. num. 70. & decis. 153. par. 3. lib. 2. diuers. num. 19. & 20.
21 *Consensus, quando est omninò nullus, non potest per ratificationis actus conualidari, ad effectum transferendi ius, quod non fuerat abdicatum.*

DECISIO LXXXII.

Domini censuerunt persistendum esse in decisis sub die 27. Iunij præteriti, * videlicet sententiam Auditoris Cameræ esse reuocandam; quia Dominicus in ius, & possessionem defuncti subrogatus, ex iam deductis, literas gratiosæ subrogationis sufficienter iustificauit.

Neque obstat quod attentis verbis mandati per dictum defunctum dati ad consentiendum resignationi, sub reseruatione pensionis super fructibus, & redditibus Præposituræ, de qua agitur, ordinarijs, ac incertis, non sit iustificata reseruatio ex resignatione, cui procurator consensit, mediante constitutione pensionis super fructibus certis tãtum, non autem incertis. Vnde infertur quod cessante vali-
1 ditate pensionis propter non † adimpletam formam mandati, debeat quoque corruere ipsa resignatio, vt dixit *Rota decis. 446 num. 4 par. 1. diuers. & in Aretina Plebis 4. Decembris 1600 coram bo. mem. Card. Millino*, fuit enim re-
2 sponsum, † quod licet fines huiusmodi mandati per dictum

procuratorem non essent negligendi, *vulg. l. diligenter, ff.*
mand. c. per tuas de arbitr. Attamen cum idem procurator
nomine mandantis consenserit sub pensione super certis,
& dictus mandans hunc actum suis literis deinde approba-
3 uerit, † iure dicitur, ipsum mandantem habuisse ratum,
quod sciuit nomine suo fuisse gestum per procuratorem,
iuxta *glos. in c. cum olim il primo, in verbo protinus, & ibi*
Abb. num. 8. de offic. Iud. deleg. Ias. *in l. si procurator, nu. 8.*
vers. septimò limita, C. de procur. Innoc. *in c. ex parte De-*
cani num. 2. de rescript. Alex. in cons. 84. vol. 5. Rot. decis.
13. de concess. preb in nou. Vbi, quod Dominus qui postquā
procuratorem suum constitutum ad acceptandum benefi-
4 cium certi valoris, † sciuit acceptasse beneficium minoris,
& fructus illius exegit, dicitur consensisse tali acceptationi.
5 Ista autem ratificatio per † literas missiuas fieri potuit,
Magon decis. Flor. 3. num. 15. & operatur, vt consensus
6 præstitus super certis tantùm, perinde habeatur, ac si † ab
initio interuenisset, *text. est in cap. cura, & ibi glos. in verbo*
consensum, de Iur. pat. cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6.
cum alijs latè cumulatis per *Surd. decis. 69. alias 70. nu. 20.*
7 *& seqq.* Immo æquiualet † præambulo mandato *glos. in l.*
si quis mihi bona. §. iussum, & ibi DD. ff. de acq. hæred. at-
tentò præsertim, quod præcedens actus procuratoris, ex
eo quod consensit, omissa reseruatione super incertis, non
8 fuit omnino nullus, † sed habuit implicitum statum validi-
tatis pendentis à voluntate resignantis, ad trad. per *Paul. de*
Castr cons. 91 num. 5. lib. 1. quem sequuta est *Rota in Ro-*
mana hæreditatis 14. Martij 1603. coram Litta. Vbi fuit
dictum, quod contractus ob non seruatas solemnitates, fa-
9 uore certæ personæ requisitas, non sit nullus, nisi † demum
eadem persona volente, quod si nihilominus velit actum
sustineri, non tenetur nouum illi adhibere consensum, vt in
10 terminis alienationis † rei pertinentis ad Ecclesiam, quod
post obtentum Beneplacitum Apostolicum pro illius con-
firmatione non sit necessarius nouus consensus partium, ea
11 ratione † quod etiam absquè Beneplacito alienatio habe-
ret statum implicitum validitatis saltem Ecclesia nō recla-
mante dixit *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.*
374 num. 7. inter impressas, vbi decisiones similes allegan-
tur. Quo circa in præsenti casu, ita volente ipso resignante,
12 resignatio, per subsequutam † ratificationem prout ex nūc,
suum sortita fuit effectum, per ea quæ allegat *Surd. d. decis.*
69. num. 20 post Salycet. in d. l. fin. C. ad S. C. Maced. &
Natt. in cons. 262. num. 10 idemquè respondit *Dec. in cons.*
367. sub num. 4. quem præter alios DD. allegat *Mādos. su-*
per reg. 21. q. 9. num. 8. vbi probat ratihabitationem operari
13 in actibus, qui † cum à principio non sint omninò nulli, in
suspenso remanere, idem quoque dixit *Rot. decis. 65. nu. 3.*
par. 2. recent. quam conclusionem, rejectis contrarijs ex cō-
muni Doctorum sententia confirmat *Paris. in tract. de re-*
sign. lib. 6. quæst. 8. num 104. & confert. decis Caputaq. 175.
part. 2. cum alijs plenè deductis in *Illerden. Canonicatus*
14. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Durano. Vnde post di-
ctam ratificationem in vita resignantis secutā, nihil reman-
sit agendum, quod potuerit inducere vacationem per illius
14 obitum, cùm † eo ipso quod sequutum fuit adimplemen-
tum conditionis eidem resignanti esse penitus sublata pœ-
nitendi facultas, *Rota decis. 446. num. 2 par. 1. diuers.*
Nequè obstant *decisiones* Put. 111. *lib. 3. & Caputaq 211.*
15 *part prima allegatæ,* ad probandum, quod ratificatio † lo-
cum non habeat in resignationibus beneficiorum. Nam
conclusio ibi firmata procedit in ratificatione actus omni-
nò nulli, vt in casu, in quo procurator ratificauit supplicatio-
nem signatam, quàm alius procurator nullo consensu resi-
gnationi præstito, porrexerat. Altera verò decisio *Caputaq.*
16 procedit in † terminis consensus omninò extincti, & actus
nulli, cuius vigore, cùm post extinctionē amplius non adesset,
nequaquam gratiæ reualidatio substineri poterat, & in
17 similibus ferè terminis, quod scilicet non admittatur, † ra-
tificatio resignationis factæ per tertium, absquè speciali
mandato ad consentiendum, *Paris. de resign. lib. 9. quæst. 8.*
num. 13. & quæst. 17. num. 67. cum seqq.
Minus obstat defectus auctoritatis Papæ, quam ad indu-
18 cendam resignationem ex † ratificatione requisitam esse,
Paris. d. quæst. 17. num. 70. & idem voluit *Rota decis. 153.*
par. 3. lib. 2. diuers. Quia tàm *Paris.* quàm dicta decisio lo-
quuntur cum præsupposito, quod nullus consensus ab initio
19 validè fuerit præstitus, quo casu rectè firmant † ratificatio-
nem egere noua auctoritate superioris, sinè qua, quod fuit
ab initio nullum, minimè potest reualidari. Dicta enim *de-*
cis. 153. procedit cum præsupposito, quod pensio fuerit nul-
liter reseruata, quam tamen resignans deinde voluerat vale-
re, non obstante, quod resignasset mediante pensione vali-
da, & hoc facere non potuit, quia nulla subsistente pensio-
ne, ius remanserat penes resignantem, quod postea nō po-
tuit ab ipso in alterum transferri sinè noua licentia Papæ;
20 † Parisius autem firmat dictam conclusionem in casu resi-
gnantis, qui ex varijs actibus videbatur tacitè ratificasse resi-
gnationem admissam super consensu præstito, præter for-
mam mandati, qui consensus cùm propterea esset omninò
21 nullus non potuit per huiusmodi ratificationis † actus sub-
sequutos conualidari, ad effectū transferendi ius, quod non
fuerat abdicatū *c. admonet. & cap. quod in dubijs, de renunt.*
Et ex his firmata validitate, consensus præstiti vtraquè
parte informante resolutum constare de Iustificatione,
etiam quòad caput reseruationis ex resignatione.
* Est decis. 63. super hac eadem parte. Alia decisio coram
eodem est infra sub die 13. Febr. 1632.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Bonorum.

Die Veneris 19. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Hæres, quando dicatur tantum institutus in vsufructu, & nonnulla circa hanc materiam. Creditor, quis dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes, qui ostendunt testamentum non abolitum, nec cancellatum, competit remedium, l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

2 *Fideicommissario competit remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

3 *Vocatus in substitutione fideicommissaria, succedit testatori, non autem vltimo grauato.*

4 *Dominium rerum subiectarum fideicommisso, ipso iure fideicommissarijs acquiritur.*

5 *Trebellianica non detrahitur, quando pia causa fuit substituta.*

6 *Hæres, quando dicatur institutus tantum in vsufructu.*

7 *Institutus, quando aliquis est in bonis ad vtendum, & fruendum, quid importet ista institutio.*

8 *Hæres proprietarius quis dicitur ex eo, quod testator cōcessit facultatem alienandi stabilia.*

9 *Testator, si non concedat absolutam facultatem alienandi, sed limitatam hoc non inducit coniecturam institutionis in proprietate.*

10 *Hæres an dicatur proprietarius, si testator illum liberauerit ab omni fideiussione, & confectione inuentarij.*

11 *Hæres, licet sit liberatus à præstatione fideiussionis, & à confectione inuentarij, non tamen ex hoc dicitur institutus in proprietate.*

12 *Hæredi si sit facta remissio confectionis inuentarij, & liberatio præstationis fideiussoris de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, non substinetur, quia daretur occasio delinquendi.*

13 *Sinè filijs præsumitur, quis decedisse, & contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

14 *Fi-*

14 *Fideicommissario datur immissio in bonis testatoris, probata eorum identitate.*
15 *Stabilium bonorum appellatione veniunt etiam loca montium.*
16 *Iura, & actiones non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium.*
17 *Creditor is dicitur, cui aliquid debetur ex quacunque actione.*
18 *Creditores non solum, illi dicuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes illi, quibus ex quacunque causa aliquid debetur.*
19 *Creditoris loco accipitur is, cui ex contractu, vel ex delicto, vel ex populari causa aliquid debetur ante litem contestatam.*
20 *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
21 *Ius accrescendi non procedit, quando plures hæredes non sunt instituti.*
22 *Soror de iure communi succedit fratri ab intestato mortuo una cum fratribus.*
23 *Frater, si sit paratus dotare sororem, ipsa excluditur ab hæreditate fratris secundum Stat. Vrb. lib. 1. c. 145.*
24 *Testator expresse potest disponere, de rebus hæredis.*
25 *Hæres usufructuarius tenetur conficere inuentarium.*
26 *Hæres cum beneficio l. & inuentarij tenetur ratum habere ratum defuncti, quantum vires hæreditariæ suppetunt.*

DECISIO LXXXIII.

DVbium originale in hac causa, An scilicet PP. Carmelitis Discalceatis S. Mariæ de Scala danda sit immissio, fuit affirmatiuè resolutum 4. Iulij superioris anni, * quæ sententia hodiè etiam placuit Dominis; Nam aut
1 dicti Patres sunt hæredes † prout censuit Rota in alia Decisione, & vtique ex remedio, *l. fin. C. de euict. Diu. Adr. toll.* illis competit immissio, cùm exhibeant testamentum non abolitum, nec cancellatum; Aut etiam sunt Fideicom-
2 missarij & idem pariter † remedium eis competit contra hæredem Cleriæ, cùm in hoc casu Cleria esset grauata, restituere dictis Patribus *glos. in l. penul. §. cùm autem, vbi Bart. & alij, C. ad Trebell. Gabr. cons. 44. num. 6. lib. 2.* & pluries dixit Rota in Decisionibus allegatis in causa *Esina fideicommissi 29. Maij 1604 coram me*; quando enim agi-
3 tur † de substitutione fideicommissaria, vocatus succedit testatori, non autem vltimo defuncto grauato, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Bart. in l. 1. num. 5. C. de pact. latè Menoch cons.*
4 *317. n. 5.* qui testatur de communi, quia dominium † rerum subiectarum fideicommissio, ipso iure fideicommissarijs acquiritur, cùm ipsi cognoscant fideicommissum, & super eo voluntatem declarauerint, prout Patres fecerunt in casu isto, *l. legatum 82. ff. de legat. 2. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 10 num. 23. Peregr. de fideicom. art. 2. num. 63. & seq.* Nec potest opponi detractione Trebellianicæ, cùm de tempo-
5 re obitus Cleriæ dicti Patres, & † sic pia causa esset successura, *Rom. cons. 206 num. 7. & fuit dictum in eadem causa Esina fideicommissi 3. Decembris 1604. & 17. Februarij 1606 coram me.*

Et verè quod Cleria fuerit instituta hæres in vsufructu, Patres verò instituti vniuersales in proprietate; de Cleria patet ex verbis ipsius testamenti, ibi: *In tutti detti beni stabili, mobili, e censi, e luoghi de' monti, attioni, e ragioni, crediti d'esso Testatore, e di qualsiuoglia altra cosa di esso Testatore lascia herede vsufruttuaria Cleria Cesarea,* ex quibus resultat sensum dictæ dispositionis esse: *Lascia herede vsufruttuaria in tutti detti beni stabili, &c.* ac propterea cùm in verbis dispositiuis fit institutio in vsufructu,
6 ibi; *lascia herede vsufruttuaria,* illa verba † denotant fuisse Cleriam institutam hæredem in solo vsufructu; licèt secus esset, si fuisset instituta hæres in bonis, & sic bona esset in dispositione, & vsusfructus in exequutione, vt si testator
7 dixisset, † Instituo hæredem in bonis ad vtendum, fruendum &c. *Apostill ad Alex. in cons. 23. num. 5. lib. 2. vers. ad vsum, Fulgos. in l fin. in prin ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consumuntur,* & prædicta confirmantur, quia in qualibet parte testamenti, Cleria appellatur hæres vsufructuaria, & Testator declarat, quod vsusfructus non intelligatur restrictus ad alimenta, signum indubitatum, quod noluit dictam Cleriam instituere hæredem in proprietate, cùm aliàs fuissent superflua illa verba, quod vsusfructus non censeatur restrictus ad alimenta.

Non obstat, quod Cleria videatur hæres proprietaria
8 † ex eo, quod Testator concessit illi facultatem alienandi stabilia, ex allegatis per *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 5. num. 14.* nam huic obiecto fuit responsum pòderando verba Testamenti, in quo Testator sic disposuit: *Che niuno possa pretendere, che l'vsufrutto s'intenda, quoad alimenta, mà che debbia fino alla morte pacificamente godere, & vsufruttuare tutti li sodetti beni mobili, & immobili, senza però vendere li stabili, se non fosse vna necessità grandissima da dichiararsi da due Giudici della Corte Romana Ciuili, nel qual caso vuole possi vendere, e sprecare quato ci è.* Ex ista enim serie verborum clarè patet, quod, vt dictum est, institutio non restringitur ad alimenta, sed ad integrum vsumfructũ, & quamuis subdatur, *senza però vendere li stabili,* hoc tamen fuit dictum ad distinctionem mobilium, quæ voluit posse cõsumi, & prohibitio alienationis stabilium non voluit habere locum, nisi in casum neces-
9 sitatis declarandę per duos Iudices; & sic testator † non concessit absolutam facultatem alienandi, sed limitatam ad dictum casum declaran. per duos Iudices, & ideò, cùm nõ sit facultas absoluta, sed limitata, non inducit coniecturam institutionis in proprietate, vt optimè declarat, *Corn. in cons. 173. num. 1. & 5 vol. 3. & in cons. 64. nu. 3. vol. 4.* quem refert, sequitur & benè declarat *Card. Mant. d. lib. 9. tit. 5. num. 14. vers sed Corneus.*

10 Neque ex eo Cleria potest † dici hæres proprietaria, quod Testator illam liberauit ab omni fideiussione, & confectione Inuentarij, ea demum ratione, quod si non fuisset hæres in proprietate instituta, non potuisset à prædictis liberari, vt est communis sententia DD. vt dicit *Alex. in cons. 58. num. 10. lib. 3.* vbi apostilla dat concordantes; Nã per Dominos fuit responsum non valere consequentiã, est
11 liberatus à præstatione cautionis, † & confectione Inuẽtarij, ergo est scriptus hæres proprietarius, sed valere consequentiam, est scriptus hæres in vsufructu, ergo liberatio à præstatione fideiussionis, & confectione Inuentarij non te-
12 net, prout in casu isto, quia remissio Inuentarij, † & liberatio præstationis fideiussoris de vtendo, & fruendo arbitrio boni Viri non sustinetur, quia daretur occasio delinquendi, *Bart. & Ias. in l. nemo potest ff. de legat. 1.* & in terminis est *text. in l. 1. & ibi glos. Bart Bald. & cæteri Doct. C. de vsufruct. Bart in l vxori vsufructus, ff. de vsufruct. legat. vbi Alex. in apostilla,* hinc ipsa Cleria agnoscendo veritatem fecit Inuentarium, prout etiam dicti Patres proprietarij fecerunt.

Quod verò dicti Patres fuerint hęredes proprietarii, satis patet, cùm claris verbis testator post obitũ Clerię reliquerit hæredes vniuersales in omnibus suis bonis stabilibus, creditis, & debitis filios legitimos & naturales si extarent, sin minus filios legitimatos pariter si extarent, etsi prædicti nõ extarent, vel morerentur sine filiis, Patres de Scala, quare cũ nũquàm probetur extitisse filios legitimos, & naturales, aut
13 legitimatos, † qui dicit extitisse, tenetur hoc probare, *Put. decis. 43. lib. 1. in correctis, latè Fusar. de subistit. q. 436. num. 3.* cùm non probetur extitisse, intrat vocatio dictorum Patrũ de Scala, qui ideò sunt hęredes proprietarii, etiã quod sint vocati post obitum Cleriæ, quia illa verba cẽsentur prolata, vt liberè Cleria vtatur vsufructu, vt latè fuit ostensum in alia decisione, & articulo Iuris plenissimè, & doctissimè discusso resolutum fuit in causa *Camerineñ hæreditatis 21. Februarij superioris anni coram R. P. D. meo Melino.*

In quibus autem bonis danda sit immissio, Rota censuit dandam esse immissionem in vineis, domibus ad Peregri-
14 num, & locis Montium, † cùm constet de illorum identitate, & prædicta fuisse in bonis Testatoris ex deductis in alia Decisione, nec suffragantur ea, quæ deducuntur in cõtrarium, videlicet loca Montium non comprehendi, cùm Patres Discalceati de Scala fuerint vniuersales hæredes instituti in omnibus stabilibus, creditis, & debitis, non autem in locis montium, mobilibus, iuribus, & actionibus, quia
15 fuit responsum, quod appellatione bonorum stabiliũ † veniunt etiam loca montium, cum ex illis verbis contineantur redditus, liuellus, & census, quæ proueniunt à bonis stabilibus, non autem credita, & ideo testator mentionem habuit de creditis, *Simon de Pratis de interpret. vlt. volũt. dubit. 7. num. 49. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. num. 5 & seqq & fuit dictum in causa Veneta pretij bonorum 13. Nouembris 1602. coram bo. mem. Card. Pamphilio*, & nil mirum, si nihil fuit dictum de mobilibus, quia, vt supra relatum est, Cleria poterat illa consumere, & de dictis mobilibus, & remanentibus de tempore obitus Cleriæ Testator disposuit per hæc verba, ibi. *Item Iure legati lascia all'Hospedale di S. Spirito in Sassia tutto il mobile, vino, e quanto si trouarà in Casa dopò la morte di detta Cleria vsufruttuaria libere, &c.* & quamuis nihil dictum
16 fuerit expresse de Iuribus, & † actionibus, quæ non veniũt sub appellatione bonorum mobilium, & immobilium, vt per *Bertaz. de claus. claus. 27 gloss. 6 num. 2.* possunt tamen venire appellatione creditorum, in quibus expresse fuerũt instituti Patres; Creditor namque dicitur is, cui aliquid de-
17 betur ex quacumque actione, vel prosecutione, † vel Iure ciuili sine vlla exceptionis propositæ remotione vel ordinario, vel extra ordinario, siue purè, siue in diem, siue sub conditione; siue ex mutuo, siue ex quolibet alio contractu, quod debeatur, non tamen si natura tantùm debetur, *l. Creditores ff. de verb. signif.* & non tantum creditores dicun-
18 tur, qui pecuniam crediderunt, † sed omnes illi, quibus ex qualibet causa debetur, *l. creditor. ff. eod. tit* sed & creditoris loco accipitur is, cui ex contractu, vel ex delicto, vel
19 ex populari causa ante litem † contextatam aliquid debetur, *l. si cui, ff. eod. tit.* & cessat omnis difficultas, quia quatenus adessent iura, & actiones in hæreditate, & de eis non disposuisset Testator; nihilominus etiam in dictis Iuribus
20 Patres censerentur instituti, ne dicatur Testatorem † pro parte decessisse testatum, & pro parte intestatum, *Bald. cons. 140. vers. in contrarium, lib. 1.* quia non attenditur res certa, sed signum vniuersale, *Bald. cons. 186. num. 4. versic. modo sequitur, lib. 1. & cons. 110. lib. 5.* & communem sententiam dicit *Ang in cons. 358.* vbi quod communiter tenent Doct. habere locum ex Iure accrescendi, sed quod nõ est verum, quia habet locum ex iure conuersionis, quia
21 ius accrescendi † non procedit, quando non sunt plures instituti, *Fulgos. cons. 69 in princ.* & quatenus sine veri præiudicio Patres non essent hæredes vniuersales, sed substituti, sufficit ad effectum immissionis, quod sint substituti in re certa, vt supra dictum est.

Neque obstat, quod Gherardus, & Ioannes Baptista Fratres viuerent in communione, & cũ Ioannes Baptista obie-
22 rit ab intestato, † portio Ioannis Baptistæ pro medietate spectabat ad Cleriam, *l. maximũ vitium, C. de libert. præterit.* Quia Cleriæ obstat Statutum Vrbis de Successionibus ab intestato *lib. 1. cap. 145.* ibi enim disponitur inter a-
23 lia, quod quando † frater est paratus dotare sororem, ipsa excluditur ab hæreditate fratris, in hoc autem casu, quatenus Cleria vellet nubere, Gerardus ei reliquit scuta 1500. & fatest, quòd obseruantia subsecuta docuit ipsam elegisse cœlibem vitam, & fuisse contentam dicto vsufructu.

Minus etiam obstat, quod Sancta mater instituit hæredes dictos Gherardum, Ioannem Baptistam, & Cleriam, cui quidem Sãctæ assignatæ fuerant pro dote domus in via Peregrini, & alia domus contigua, & Gherardus, & Ioannes Baptista post obitum Sanctæ petierunt poni ad suum creditum, necnon, & dictæ Cleriæ sororis loca vndecim Montium. Nam huic fundamento fuit responsum, quod Gherardus disposuit expresse de dictis bonis spectãtibus ad dictũ Ioannem Baptistam, relinquendo vsumfructum Cleriæ cũ hoc, quod nihil aliud posset prætendere in hæreditate ipsius Testatoris, Ioannis Baptistæ fratris, & Sanctæ matris. Clarũ
24 est enim in Iure, † quod Testator expresse disponere potest de re hæredis, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2. Cyn. Bald. & alij in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. Iacob. de Nigris in l. 1. num. 137. ff. de leg. 1. Surd. decis. 30. nu. 20. cum alijs per Peregr. de fideicom. art. 6. n. 10. iuncto nu. 16.* vbi declarat, quare cùm dicta Cleria acceptauerit dictum vsumfructum, sibi præiudicauit, & quamuis confecerit In-
25 uentarium, aut fuit factum ex eo, quod hæres † vsufructuarius tenetur illud facere, non autem ex eo quod voluerit adire cum beneficio leg. & Inuentarij, & hoc casu censetur dispositionem Gherardi acceptasse, & approbasse, *Ruin. in l. 1 num. 89. ff de legat. 1. Alex. cons. 173. num. 4. lib. 2. & fuit dictum in causa Viterbien Castrorum 12. Iun. 1623. coram me.* Aut verò Inuentarium fecit, vt adiret cum beneficio le-
26 gis, & Inuentarij, & hoc etiam casu certum est, † quod tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus reperitur in Inuentario, *Bart. in l. cum vir, sub num. 14. vers sed si fecit Inuentarium ff. de vsucap. Dec. in l. ex qua persona, num. 2. vers & quod actum est ff. de reg. iur. Aym. cons. 225. num. 12. san mem. Greg decis. 67 in fin.*

Neque potest retardari immissio eo prætextu, quod Cleria soluerit scuta 300. pro Gherardo: quia quicquid dicendum sit, An solutio illius debiti spectaret ad vsufructuariã, vel ad proprietarios, cùm Marcus hæres Cleriæ possederit bona per tantum tempus, itaut perceperit longè vltra dictã summam, cùm teneatur ad restitutionem fructuum poterit fieri compensatio, & interim non est retardanda Immissio.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 67. supra hac eadem parte.

R. P. D. MOTMANNO.

Messanen Archipresbyteratus.

Die Veneris 9. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo, vt alicui concedatur, quid sufficiat probare. Executor mixtus partes Iudicis assumere debet, & nulliter procedens ad sententiam adiudicationis, & immissionis, non priuat aliquem sua possessione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio sufficienter probatur ex publico instrumento, alio non existente in possessione, amplia num. 2.*
3 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & vitiosa.*
4 *Clausula, vocatis vocandis, facit executorem mixtum.*
5 *Executor mixtus partes Iudicis tenetur aßumere.*
6 *Executor nulliter procedens ad sententiam adiudicationis, & immissionis non priuat, aliquem sua possessione.*
7 *Adiudicatio, & immissio tradita per executorem intra terminum datum ad appellandum, & successiuè capta per partem, non solum est nulla, sed insuper attentata.*
8 *Possessio vitiosa non est manutenibilis.*
9 *A. C. non habet iurisdictionem in Beneficialibus.*

D E-

DECISIO LXXXIV.

FVit resolutum Ioanni Francisco Cuffiro dandum esse
mandatum de manutenendo in possessione Archipre-
1 sbyteratus, quam ipsum accepisse constat ex publico † in-
strumento, quod alio non possidente sufficienter probat,
l. prędia. ff. de acq. poss. & in l. non idcirco, vbi Bald. num. 2.
2 *C. de fid. instr.* præsertim cùm illud fuerit † celebratum in
Ecclesia, vbi existit beneficium, *Put. decis. 350. num. 4. lib. 1.*
Rot. decis. 525. num. 1. par. 2. recent.
3 Cui non obstat possessio † Antonini Galbati, quia cùm
hæc fuerit posterior, præsumitur clandestina, & vitiosa. *l. 1.*
§ fin. & ibi glos. & DD. ff. vti possid. cap. licet causam, vbi
DD. communiter de probat. Rot. decis. 19. num. 2. par. 2. di-
uers. & in Cusentina Parochialis 22. Aprilis coram bo. me.
Card. Pamphilio, impressa apud Marches. de commiss. par.
1. pag. 952.
Neq; etiam obstat, quod dicta possessio capta fuerit per
dictum Antoninum vigore literarum Apostolicarum, &
de mandato Domini Matthæi Capputi Canonici Panor-
4 mitani illarum Executoris, quia cum propter † clausulam,
vocatis, in eisdem literis appositam, dictus Executor non
5 esset merus, sed mixtus, ac propterea partes † Iudicis tene-
retur assumere, per *text. in cap. exhibita, vbi Abb. num. 6.*
& Felin. num. 4. de Iud. non citato dicto Ioanni Francisco,
6 nulliter processit † ad sententiam adiudicationis, & immis-
sionis, adeòque eum sua possessione priuare non potuit,
Corn. consil. 193. in fin. lib. 3. Rot. decis. 802. num. 7. versic.
quia pro responsione par. 1. diuers. & decis. 561. num. 3. par.
1. recent. quæ quia per eundem executorem tradita, & suc-
7 cessiuè per dictum Antoninum intra † terminum datum
appellandum capta fuit, non solum nulla, vt dixi, sed in-
super attentata, *cap. non solum de appellat. in 6. Rot. decis.*
701. num. 1. par. 2. recent. & coram Gregor. XV. decis. 513.
num. 1. & 2.
Neque pariter obstat mandatum de manutenendo ab
A.C. ad fauorem dicti Antonini relaxatum, tum, quia illius
fundamentum consistit in dicta possessione, quæ tanquàm
8 vitiosa † non est manutenibilis, *l. improba, C. de acquir. pos-*
sess. Cardin. Seraphin. decis. 722. num. 5. tum etiam quia
mandatum huiusmodi nulliter fuit relaxatum ab A.C. in
9 literis Antonini minimè deputato, & sic † à non habente
iurisdictionem iuxt. *Aegid. decis. 210.* ac in terminis simi-
lis mandati *Gregor. XV. decis. 118. num. 4. Cardin. Caual.*
decis. 32.
Et ita &c.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Lunæ 12. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Iudex, quam iurisdictionem habeat, quid sit inspiciendum. Commissiones sunt strictissime interpraetandæ. Gesta coram aliquo Iudice, pendēte iudicio coram alio, quando valeant.

SVMMARIVM.

1 *Commißionis tenor debet semper attendi ad effectum cognoscendi, quam iurisdictionem habeat Iudex.*
2 *Consuetudo valde attenditur in præeminentiarum materia.*
3 *Minor, vt præferatur maiori in aliquibus casibus inconueniens non est.*
4 *Commißiones sunt stricti iuris, & strictissimè interpretandæ, adeò vt id tantum comprehendant, quod in eis expressum reperitur.*
5 *Clausula, quam, & quas, in commissione apposita, operatur, vt omnis causa ad speciem deducta videatur.*
6 *Negatiua, quod aliquid, non adsit in aliqua scriptura, probatur ex eius inspectione.*
7 *Causa dicitur solum super eò pendere, de quo principaliter fuit actum, non autem super eo, quod incidenter fuit deductum.*
8 *Gesta, coram Iudice, apud quem causa non pendet, substinentur, si pars non opponat de pendentia iudicij coram alio Iudice, & num. 10.*
9 *Auditores Rotæ faciunt vnum Tribunal, & commißiones deseruiunt pro simplici distributione causarum.*
11 *Confessio emanata in præcibus plenæ probat contra confitentem.*
12 *Confessio partis, & Rotæ auctoritas sufficiunt ad sustinendum iudicium, & ad excusandas partes, cur potius coram vno Auditore, quàm coram alio prosequuta fuerit lis.*
13 *Pro sententiæ validitate in dubio præsumi debet.*

DECISIO LXXXV.

DVm agebatur de expedienda causa, coram me pendē-
te in secunda instantia, per appellationem interposi-
tam à sententia Reuerendiss. Domini mei Decani, lata su-
per Cathedralitate Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar: altera
pars opposuit de nullitate dictæ sententiæ ex defectu iuris-
dictionis. Quæ nullitas cùm sit ex tribus, & sententia nulla
confirmari non possit, ideò volui super illa consulere Do-
minos. Qui hodiè responderunt pro validitate dictæ sen-
tentiæ. Et moti sunt: Quia prætensus defectus iurisdictionis
tollitur ex commissione iactationis, & iactationum, mole-
stationis, & molestationum, iam pendente coram bonæ me-
moriæ Remboldo, in cuius locū fuit idem Dominus meus
Decanus subrogatus. In ea enim fit expressa mentio de
hoc articulo Cathedralitatis, vt patet ex lectura eiusdem
1 commissionis, † cuius tenor semper attendi debet ad effe-
ctum cognoscendi, quam iurisdictionem habeat Iudex,
fuit tentum in *Ferrarien. bonorum 24. Ianuarij 1600. corā*
Cordubā. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 170. num. 1.
Rot. diuers. decis. 39. num. 1. par. 1. in recent.
Non obstat, quòd causa Cathedralitatis fuerit antiquitus
introducta in Rota coram Ioanne Baptista de Rubeis, sub-
rogato Ioann. de Clericis, Episcopi Maceraten. & ideò
non potuerit cognosci coram Domino Decano, tanquam
subrogato Remboldi, vigore supradictæ commissionis ia-
ctationis, & iactationum, stante clausula in eadem com-
missione apposita. *Non tamen iudicialiter illatarum.*
Quia obiectum cessare visum fuit ex lectura dictæ anti-
quæ commissionis coram Rubeo, in qua nullum verbum
de prædicta Cathedralitate, sed solùm de præeminentijs
2 inter vtramquè Ecclesiam. Quæ præeminentiæ † possunt
etiam esse separatæ à Cathedralitate, cùm in illis, vt pluri-
mum, attendatur consuetudo, *Bald. in cap. cum olim, num.*
1. & seqq. de consuet. Felin. in cap. statuimus, in princip. de
maior. & obedien. & in Seguntina præcedentiæ 8. Martij
1613. coram bon. mem. D. meo Vbaldo, vbi agebatur de iure
præsidendi in Choro, & anteà fuit dictum in *eadem Se-*
guntina 22. Iunij 1609. coram Eminentissimo Cardinali
3 *Pamphilio,* vbi quòd nequè est inconueniens, † vt in aliquibus
casibus minor præferatur maiori, & trad. *Menoch. con-*
sil. 52. num. 99. & seqq. lib. 1. Vnde dum commissio loquitur
solum de præcedentijs, non debet trahi, & extendi ad arti-
culum diuersum, & separatum cathedralitatis, ex quo com-
4 missiones † sunt stricti iuris, & strictissimè interpretandæ,

aJeò

adeò vt id tantum comprehendunt, quod in eis expressum reperitur, *glo. in cap. 1. & in c. dispendia, & in c. statutum, de rescript. in 6. Verall. decis. 153. num. 2. par. 1. Seraphin. decis. 1100. num. 4.* & dixit *Rota in Romana pecuniaria 17. Maij 1619. coram bon. mem.* D. meo *Vbaldo.*

Non obstat, quòd in prædicta antiqua commissione
5 Domini de Rubeis adsit clausula,† *Quàm, & quas, &c.* cuius vigore continetur omnis causa, ad speciem deducta, & sic etiam causa Cathedralitatis, quæ fuit articulata per Canonicos del Pilar, & super ea fuerunt etiam examinati testes. Placuit enim responsio, quod prædicta clausula in dicta commissione non adest, vt patet ex lectura eiusdē com-
6 missionis in Summario Ecclesiæ del Pilar, num. 4. Quæ† negatiua probat iuxtà trad. per *Surd. consil. 28. num. 114. & seqq. lib. 1. Rota in Conchen. decimarum de Belmōte 9. Maij 1616. coram bon. mem. Vbaldo.*

Sed quatenus etiam adesset, non propterea posset dici causa Cathedralitatis introducta coram alijs Iudicibus per dationem articulorum, continentium hanc Cathedralitatem. Quia ea fuit articulata incidenter ad colorandum possessorium, & obtinendum mandatum de manutenendo, vt constat ex eisdem articulis, datis cùm suspensione petitorij.
7 Causa enim † dicitur solum pendere super eo, de quo principaliter agitur, non autem super eo, quod incidenter fuit deductum ad colorandum negotium, de quo principaliter agebatur, *sanct. mem. Gregor. XV. decis. 335. num. 8. 9. & 12.*

Et hoc sufficiat defectum, vt causa Cathedralitatis potuerit etiam denuò expressè committi alteri Auditori, quod scilicet non fuerit principaliter deducta in iudicio, licet aliàs posset virtualiter dici comprehensa in antiqua commissione dicti de Rubeis, vt est *tex. in cap. Pastoralis, §. nos igitur, de rescript.* Et sufficit, quod iste articulus fuerit coram bon. mem. Remboldo, & corā Domino meo Decano
8 discussus, absquè eo quod † vnquàm fuerit oppositum de pendentia iudicij coram alio iudice, *Lancellott de attentat. lit. penden. 2. par. cap. 4. limit. 2. num. 68. benè Put. decis. 240. num. 8 lib. 2.*

Et quidem cōsensus partis maximè videtur operari posse in Rota ad validandam iurisdictionem, cùm Auditores
9 † faciant vnum Tribunal, & commissiones seruant pro simplici distributione causarum, *san. mem. Greg. XV. decis. 369. vbi Adden Card. Caual. decis. 33. num. 5.*

Et ex hoc cessat etiam fundamentum, desumptum ex verbis illis antiquæ commissionis, *super præcedentia, & super alijs articulis primò, vel vlteriori loco dandis, & specificandis.* Quia articulus Cathedralitatis fuit incidenter tunc deductus, vt supra, & principaliter fuit bon. mem. Remboldo commissus, & tàm coram eo, quàm coram
10 Domino meo Decano discussus, parte † non opponente, sed consentiente, quod sufficit ex supradictis, & allegatis.

Sed quod re vera vigore antiquæ commissionis non esset articulus iste in iudicium deductus, clarè probatur ex confessione Ecclesiæ Sancti Saluatoris, quæ dum commisit causam *Iactationis, & iactationum* super Cathedralitate, apposuit clausulam illam; *Non tamen iudicialiter il-*
11 *latarum*, quæ confessio † tanquam facta in precibus, probat concludenter contra confitentem *ad l. cum precum, C. de liber. caus. san. mem. Gregor. decis. 555. num. 9.*

Et id comprobatur ex decisionibus factis in *Cæsaraugustana Synodi, coram eodem Domino meo Decano*, inter easdem partes sub die 13. Februarij, & 22. Iunij 1626. in quibus firmatur litem super hac Cathedralitate pendere coram bon. mem. Remboldo, scilicet vigore supradictæ commissionis *Iactationis, & iactationum*, vt supra. Quæ
12 † partis confessio, & Rotæ authoritas in omnem casum satis esse videtur ad sustinendum iudicium, & ad excusandam Ecclesiam del Pilar, quæ sub bona fide prosequuta est iudicium, tanquàm illud esset commissum, & introductum coram bon. mem Remboldo, vt in casu simili dixit *Rota apud san. mem. Greg. decis. 399. num. 7.*

Non obstat, quod ista commissio Iactationis, contineat solum causam super præcedentia in Synodo. Tùm quia obiectum tollitur ex supradictis, tùm quia ex illius lectura clarè patet, fundamentum commissionis consistere in prædicta antiqua Cathedralitate Ecclesiæ del Pilar, dum narratur, quod Ecclesia Sancti Saluatoris fuit Cathedralis ab initio nascentis Ecclesiæ, & quod nihilominus moderni Canonici del Pilar, iactabant se velle præcedere, sub prætextu quod dicta eorum Ecclesia fuisset Cathedralis ante Ecclesiam Sancti Saluatoris, & hinc obtinuerunt committi causam super huiusmodi iactationibus, quæ in substantia consistunt principaliter in supradicta Cathedralitate. Quæ propterea negari non potest, quin fuerit principaliter, & expressè comprehensa in commissione, cuius vigore benè fuit pronunciatum à Domino meo Decano. Et ideò eius sententia debet sustineri, non solum quia ex su-
13 pradictis clarè apparet fuisse validè latam, sed quia † etiā in dubio pro illius validitate præsumi debet, *glos. in l. si post, C. de iur & fact. ignor. Menoch. consil. 110. num. 6. lib. 2. & præs. 67. num. 1. & seqq lib. 2.* vbi latè.

Et ita, vtraque parte informante, fuit conclusum, &c.

¶ In eadem causa habentur infra duæ aliæ decisiones coram eod. Eminentiss. D. Card. Vbaldo sub die 4. Februarij 1632. & die 13. eiusdem Mensis, & Anni.

R. P. D. GHISILERIO.

Auenionen. Hæreditatis.

Die Veneris 16. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Transactio quid operetur, & cuius sit vis. Pater an, & quando possit pro filijs transigere. Testatoris ordinatio quod stante contrauentione tertij, legatarius cadat à legato ei relicto, an valeat, & quo casu substineatur, & quando non. Singularis est decisio, tamquàm extensa, ab Auditore, qui est doctrina admirabili clarissimus, & in magno Iurisprudentiæ theatro, sibi suo quodam iure celebritatem magnam vindicauit.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, cum contineat exceptionem litis finitæ, impedit litis ingressum.*
2 *Transactio impedit remedium leg. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
3 *Transactione, qui nititur dicitur habere intentionem fundatam.*
4 *Transactio vt valeat, & substineatur, capi debet interpretatio.*
5 *Lites non sunt instaurandæ, si semel per transactionem fuerint extinctæ.*
6 *Iurgium nouum non debet suscitari ex sopita iam materia.*
7 *Transactio tunc multò minus venit rescindenda, si constet de obseruantia.*
8 *Obseruantia stante, difficilius rescinditur transactio.*
9 *Immissioni petitæ semper obstat transactio, donec per tres sententias conformes fuerit rescissa.*
10 *Exceptiones in continenti probatæ admittuntur in* quolibet

quolibet iudicio, quantumcunquè summario, & executiuo.

11 *Furiosi curator potest pro eo transigere.*

12 *Pater est legitimus administrator bonorum filij.*

13 *Vsusfructus, quando recedit ab vsufructuario consolidatur cum proprietate.*

14 *Pater tamquàm legitimus administrator habens vsumfructum in bonis filij, potest nomine eius transigere.*

15 *Lex longè plus tribuit patri, quàm tutori.*

16 *Tutor non habet tantam auctoritatem in bonis pupilli, quantam habet Pater in bonis filiorum.*

17 *Tutor, si potest transigere de re dubia pupilli, ergo, & etiam patri licebit, & num. 18.*

19 *Pro Filio nemo præsumitur capere vtilius consilium, quam eius pater.*

20 *Transactionis vtilitas eo ipso probatur, quàm à lite discedit ur.*

21 *Lucratus satis, qui eximitur à lite.*

22 *Transactio in dubio præsumitur vtilis.*

23 *Decretum Iudicis si interuenerit in contractu filijfamilias, facit præsumi actum fuisse cautè factum.*

24 *Transactio, vt veniat rescindenda propter læsionē, probanda est quod sit enormissima.*

25 *Pater vtiliter, & prudenter censetur pro filijs transegisse, si ita transegit pro se, sicut pro filijs.*

26 *Filijs si sit legatus vsusfructus non acquiritur patri, cum non detur seruitus seruitutis, declara num. 27. 28. & 32.*

26 *Vsusfructus relictus filijs censetur, potius relictus contemplatione filiorum, quam patris.*

28 *Testator, si instituerit aliquem hæredem proprietarium, & alteri reliquerit vsumfructum, & in casu contrauentionis disposuerit quod vsusfructus pertineat ad hæredes proprietarios.*

29 *Stante contrauentione, vsusfructus non spectabit hæredibus iure legati, sed iure consolidationis.*

33 *Vsusfructus relictus filijs censetur relictus contemplatione patris, si eius nomen fuerit expressum, quo casu ille vsusfructus acquiritur patri, etiamsi alias regulariter non acquireretur.*

36 *Mente captis non potest tribui factum, vel non factum.*

37 *Legatarius an posit priuari legato ob factum tertij.*

38 *Legatarius tunc facto tertij potest priuari legato, si ante rem quæsitam factum sit adimplendum per tertium, quo casu, si tertius non adimpleat cessat legatum.*

39 *L. si ita fuerit, ff. de manumiss. testam. licet in particularibus relictis loquatur, communiter tamen trahitur ad institutiones vniuersales.*

40 *Conditio casualis, quando est sublata, cessat etiam id quod eius vigore dispositum fuit.*

41 *Vsusfructus legatum, quando dicatur purum, & nullo modo suspensum in conditionem causualem.*

42 *Conditio in dubio potius præsumitur, quam pœna, quæ supponit actum purum.*

43 *Præsumptiones cessant in claris.*

44 *Testator, si alicui reliquerit legatum purè, & simpliciter, & deinde subiunxit, quod si Caius hoc, vel illud fecerit, vel non &c. illud adimo, modo si Caius non adimpleuerit voluntatem testatoris, an legatarius veniat priuandus legato.*

45 *Ex Facto tertij nemo hæreditate priuari, aut exhæredari conuenit.*

46 *Verba, quando important tractum successiuum, quid importent.*

47 *Testator post quam pure legatum alicui reliquerit, & faciat deinde præceptum tertio de aliquo faciendo, & casu quo illud non faciat, adimere vult legatum legatario.*

48 *Stante contrauentione an deficiat legatum, & omnes excepto Menoch. & alijs, quos ipse allegat tenent ademptionem esse nullam.*

49 *Facto alterius, iniquum est, quod quis prægrauetur.*

50 *Pœna, si apponatur inobedienti tenet, sed secus si apponatur inobedienti ob factum, vel non factum alterius inobedientis.*

51 *Testator si iubeat executoribus testamentarijs, vt sibi intra certum tempus Capellam construant, & si non construxerint hæres debeat dare 1000. hoc præceptū tanquam irrationabile non obligat hæredem.*

52 *Pœna tenet culpæ authores non alios.*

53 *Testater, si faciat me hæredem, & iubeat, quod Pater meus non me molestet, & in casu molestiæ priuet me hæreditate, huiusmodi priuatio non tenet.*

54 *Pactum non valet, quod pater cadat à feudo propter delictum filij.*

55 *Testator, si pure reliquerit legatum, & postea illud sub conditione facti alterius adimat, non tenet talis ademptio.*

56 *Dispositio textus in l. Pater familias, ff. de hæred. instituend. quando intret.*

57 *Leg. si ita fuerit. ff. de manumis. testam. quo casu loquatur.*

58 *Hæres ob alterius culpam non potest hæreditate priuari, sed ex sua mera voluntate.*

59 *Legati Ecclesiæ facti translatio valet, in pœnam administratorum ipsius Ecclesiæ, qui testatoris iussa non adimpleuerunt.*

60 *Prælati, & tutores substinent vices Ecclesiæ, & Pupilli.*

61 *Pœna inobedienti ad eius incommodum rectè iniungi potest.*

DECISIO LXXXVI.

BVrgnina Dalmes instituti hæredibus vniuersalibus Iacobo, & Hectore Dalmes nepotibus, ex fratre Iure particularis institutionis, & legitimæ reliquit Theodoro, & Gulielmo filijs mente captis cuilibet eorum summam scutotum 300. trium librarum, eosquè reliquit vsufructuarios suæ hæreditatis mandans ali in domo Iulij fratris testatricis, & post eius obitum in alijs locis prout in Testamento, & casu quo dicti sui filij non manerent, aut eiusdem permissum non esset manere apud supranominatos, hoc in casu, & non aliter dicta testatrix reuocauit legatum vsusfructus in fauorem filiorum, & voluit pertinere ad supradictos hæredes vniuersales, eaque defuncta Iulius nomine hæredum retentis pœnes se filijs mente captis hæreditatem nomine Iacobi, & Hectoris acceptauit; Verùm quia auditor Generalis Auenioneñ attenta discussione Hectoris de Bellis Patris, dd. mente captorum, qui institutis filiis in libris Turonensibus, secundum pro quolibet, in reliqua hæreditate hæredem instituit Gabrielem Bellum fratrem, quem deputauit Curatorem, & legitimum administratorem eorumdem mente captorum, mandauit dictos mente captos alimentari in domo Curatoris deputata

tati à patre, plures hinc inde lites excitatæ fuerunt, & propterea inter Gabrielem, & Iulium tàm proprio nomine, quàm vti Patrem, & legitimum adminiſtratorem Iacobi, & Hectoris hæredum Borgninæ fuit inita tranſactio. In qua nullo habito reſpectu ad id quod fuerat ordinatum per Borgninam, fuit conuentum, vt vſusfructus omnium, & quorumcunquè bonorum Borgninæ pertineret an mentecaptos, quandiu ipſi, aut vnus eorum vixerit, & perciperetur à Gabriele pro ipſius nutriendis, & alendis in domo eius habitationis, aut alibi, vbi ipſi placuerit. Mortuo Iulio interpoſita appellatione per Hectorem à ſententia Auditoris Eminentiſsimi Legati Auenionen̄, qua fuit pronunciatum ei non competere, nequè competijſſe immiſſionem in vſufructu bonorum Borgninæ, opponebatur de ſupradicta tranſactione, quam Domini obſtare cenſuerunt.

1 Quia cùm tranſactio continens † exceptionem litis finitæ impediat litis ingreſſum, *cap. 1. de lit. conteſt. in 6. l. cauſas, l fratris, C. de tranſact. ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 354. num. 1. Cardin. Caualer. deciſ. 550. num. 2.* oſtendat deficere
2 in hæredes Borgninæ dominium debet impedire, † ne immittantur in poſſeſſionem, ex remedio, *l fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Surd. plures cumulat conſil. 451. num. 16. & 17. lib. 2.* Ideò Gabriel, qui nititur tranſactione dicitur habere
3 † intentionem fundatam, *vt poſt Abb. concludit Dec. conſil. 216. num. Purpurat. conſil. 323. num. 3.* & in dubio capi de-
4 bet † præſumptio, quod tranſactio valeat, & ſubſtineatur, *cap finem litibus, cap. venerabilis, de dol. & contum. c. conſtitutis, de procur cap. Iuſgentium, de re iudicata, Bero. conſil. 176. num. 15. lib. 1 Roland. conſil. 28. num. 10. lib. 4. Surd. conſil. 451. num. 18. & 19.* cùm non ſint inſtaurandæ lites
5 † ſemel per eam terminatæ, *d. cap. cauſas, l. ſi maiores, & l. quàmuis, C. de tranſact. not. Bald. in l. terminato in ſecundo notab. C. de fruct. & lit. expenſ.* ex ſopita namquè materia
6 non † debet nouum Iurgium ſuſcitari, *ſanct. mem. Gregor. XV. d. deciſ. 354. num. 2.* maximè in præſenti caſu. In quo
7 plurimum facit obſeruantia † tranſactionis ſpatio 23. Annorum, *cap contingit. de tranſact.* propter quàm difficilius
8 reſcinditur † tranſactio, ea enim ſemper obſtat immiſſioni
9 petitæ donec per tres ſententias † conformes fuerit reſciſſa, *vt fuit dictum in Romana Caſalis de Paluzzellis coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo relata in allegata deciſione Caualerij num. 4. Decian. reſponſ. 28. num. 11. lib. 3. cum alijs per Mant. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 47. Rota coram bon. mem. Card. Caual. deciſ. 407. nu. 9. & 715. in fin. par. 2. recent.*

Nequè poteſt dubitari quin ſupradicta procedant, cum
10 in quolibet Iudicio quantumcumquè ſummario, † & executiuo admittantur exceptiones incontinenti probatæ, *Bart. in l. fin num. 21. C. de edict. Diu. Adr. toll. Ang. conſil. 135. num. 2. Dec. in cap. interpoſita, num. 1. de probat. Rota in recent. deciſ. 526. nu. 7. & 8. par. 1. & coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 425. nu. 3.* de tranſactione autem conſtat ex ſcriptura, quæ datur.

De Iuſtitia verò tranſactionis, & eius validitate patet, quia fuit facta per Gabrielem Curatorem mentecaptorū,
11 quem poſſe † pro furioſo tranſigere, firmat *text. in l. interdum § qui tutelam ff. de furioſ. Abb. in cap. 3. de tranſact.* & per Iulium Patrem, & legitimum adminiſtratorem He-
12 ctoris, & Iacobi † filiorum, nam cum dd. Hector, & Iacobus fuiſſent heredes inſtituti à Borgnina, & vſusfructus fuiſſet relictus mētecapitis, dum degerent apud ipſum Iulium, nunquam vſusfructus poteſt conſiderari vt formalis, niſi in perſonis mentecaptorum; eo enim ipſo, quod ab illis rece-
13 deret, † conſolidabatur cùm proprietate relicta hæredibus. Ita quod Pater tanquam legitimus adminiſtrator habens vſumfructum, *l. cum oportet. C. de bonis, quæ liber. §. 1. Inſtit.*
14 *per quas perſonas nobis acquir.* potuit † tranſigere nomine ſuorum filiorū, probat *tex. à contrario ſenſu, in l. de re filiorū, ff. de tranſ. & ibi tenet gl. quàm communē dicit Caccialup. in tract. de tranſact quæſt. 1. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 43. C. de bon. matern. Bald. Bertrand. et alij plures, quos refert Surd. d. conſil. 451. num. 20. Paſchal. de Patr. poteſt, par. 1. cap. 2. num. 3.* & cùm lex longè plus tribuat Patri, quàm tuto-
15 ri, † qui non tantam habet authoritatem in alienis rebus,
16 quantam habet Pater in bonis † filij quorum eſt adminiſtrator, *Iaſ. in l filiusfamilias, num. 9 ff. qui ſatiſd. cogantur,*
17 *et in l. Præſes, C. de tranſact.* Tutor autem poteſt † tranſigere de re dubia pupilli, *d. l. Præſes,* ergo multo magis lice-
18 bit Patri vtiliter † pro filijs tranſigere, *Alex. conſil. 176. circa fin. lib. 2. Crauett. conſil. 74. num. 1.* & nemo præſumitur
19 pro filio vtilius † capere conſilium, quàm Pater, *leg. Patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Iur. l. nec in ea, ff. de adulter.*
20 Probatur autem tranſactionis vtilitas † nedum eo ipſo, quod à lite diſceditur, *l. 1. C. de pact. l. ſi, ea. C. de vſur.* vbi di-
21 citur ſatis lucrari, qui † eximitur à litibus *gloſ. in cap. penul.*
22 *de empt. et vend.* & in dubio tranſactio præſumitur † vtilis, *Alex. conſil. 222. num. 12. vol. 2 Becc. conſil. 176. num. 28. vol. 1. Rol. conſil. 15. num. 51. vol. 1.* præcipuè in hoc caſu, in
23 quo interuenit Iudicis decretum, † quod facit præſumere, actum fuiſſe cautè factum, *ex pluribus adductis per. Surd. alleg. conſil. 451. num. 17. Bald. conſil. 448. in fin. lib. 1. bon. mem. Card. Caualer. deciſ. 407. num. 6.* ſed etiam Dominis viſa fuit vtilis Iulio, & filijs habita conſideratione totius contractus, & omnium pactorum in eodem contentorum,
24 vt propterea nec dari † poſſit de læſione, quæ tamen probanda eſſet enormiſſima, & in omnem caſum principaliter agebatur de intereſſe Patris, pœnes quem mentecapti ex præcepto Teſtatricis erant educandi, non autem pœnes filios, & nihilominus ſuper eo Pater, cui vſusfructus eorum-
25 dem bonorum primò † debebatur, deinde filijs ita tranſegit pro ſe, ſicut pro filijs, quibus cùm ex præcepto Teſtatricis, in caſu non habitationis mentecaptorum in domo Iulij vſusfructus de Iure non acquireretur, tranſigendo apparet Patrem vtiliter, & prudenter geſſiſſe.

Nequè facit obiectum, quod cùm ipſis filiis Iulii fuerit
26 legatus vſus fructus, non acquiratur Patri, cùm † non detur ſeruitus ſeruitutis, & cenſeatur potius legatus contem-
27 platione filii † quàm Patris, *l. 1. ff de vſufr. legat. gloſſ. in auth. idem eſt, in verb. ex lege, verſic. Item nouus, C. de bon. quæ liber. Aldobrand. in §. 1. vbi Rimin. Iun. num. 126. Inſtit. per quas perſonas nobis acquir.* quia procedit quando filio
28 ſimpliciter relictus eſt vſusfructus, † nondum facta alia Inſtitutione, per quam in ipſum conſolidetur, aliàs ſecus, vt in propoſito factum apparet, quia Teſtatrix non legauit vſumfructum filijs Iulii, ſed mentecaptis, iis autem hoc le-
29 gatum ademit in caſu, quo non manerent, † apud perſonas nominatas: aut eis non eſſet permiſſum manere, & voluit pertinere ad hæredes proprietarios; ad quos propterea in dictum caſum non ſpectabat vſusfructus hæreditatis Iure legati, ſed Iure conſolidationis. Hæc enim applicatio in fauorem hæredum, non importat, nouum legatum, ſed intel-
31 ligitur, vt ad eos pertineat † Iure conſolidationis cùm proprietate iiſdem in vniuerſali Inſtitutione relicta, *vt in § fin. Inſtit. de vſufruct. l. ſi Titio. eod. tit. Surd. conſil. 439. nu. 10. lib. 3. Soccin ſen. conſil. 102. num. 10. cum ſeqq. lib. 3.* vnde
32 ceſſat † abſurdum admittendi vſumfructum de vſufructu, ſequeretur enim quatenus filii Iulij non fuiſſent relicti hæredes proprietarij, ſed eis tantum fuiſſet ab initio relictus vſusfructus, *ex not. per gloſſ. in alleg. auth. idem eſt. C. de bon. quæ liber. cùm alijs, ſupra deductis.*

Nec ſubſtitit quod vſusfructus fuerit relictus filiis eorum
33 contemplatione non Patris, quia cùm in Inſtitutione † fuerit expreſſum nomen Iulij, eo caſu vſusfructus acquiritur Patri, etiam quod aliàs regulariter non acquireretur, *Caualc. de vſufr. mulieri relict. num. 179 ante med. verſic. quod autem debeat habere, Paſchal. de Patr. poteſt, par. 1. q. 1. c. 3. num. 101.*

Et hæc de tranſactione dicta ſint ex abundanti, cùm reſolutio huius difficultatis pendeat ab eo. An reuocatio, ſiue ademptio legati vſusfructus facta à matre in caſu, quo filii ſui mentecapti, quibus fecit dictum legatum, non manerēt, aut eiſdem permiſſum non eſſet manere apud Iulium, aut alios per eam nominatos fuerit valida, quia quatenus ſic,
34 tunc intrat, quæſtio, an Iulius potuerit † tranſigere in præiudicium Iacobi, & Hectoris hæredum proprietariorum matris mētecaptorum, quatenus verò reuocatio ſiue adem-

ptio

ptio non teneat, durat vſusfructus apud mentecaptos, &
35 conſequenter non eſſe locum Immiſſioni, † & tenet tran-
ſactio, quia tunc vſusfructus quocunquè modo ſpectabat
ad Iulium, ſiue vti Patrem Iacobi, & Hectoris hæredum, ſi-
ue ex perſona mentecaptorum ex diſpoſitione Teſtatricis
eorum matris, quæ voluit vſumfructum retineri per Iulium
pro alimentis ſuorum filiorum apud eum educandorum.

Hunc autem reuocationem non tenere dixerunt Domi-
ni, cum non verſemur in illa quæſtione an legatarius ob fa-
ctum, vel non factum proprium poſſit legato priuari; quia
cum legatarij in caſu noſtro eſſent mentecapti, non poteſt
36 eis attribui † factum, vel non factum, ad l. 1. §. adipiſcimur,
ibi, veluti ſi quis dormienti aliquid in manu ponat, ff. de
acquiren. poſſeſſ. l. fin. ibi, quo modo ſi caſu aliquo ſine facto
perſonę id accidiſſet, ſed verſamur in illa quæſtione, an
37 ob factum, vel non factum † tertij legatarius poſſit legato
priuari, vt in præſenti, ſi mentecapti ob factum Iulij, vel Iu-
dicis, aut cuiuslibet alteriùs tertij non permanerent, aut non
permitterentur permanere apud perſonas, à Teſtatrice
deſtinatas, in qua diſtinguunt Doctor. quod aut factum,
38 † vel non factum alterius adijcitur acquiſitioni, itaut ante
rem quæſitam factum adimplendum ſit per tertium, quo
caſu, ſi tertius non faciat, & dum non facit, legatum ceſſat. l.
39 ſi ita fuerint ff. de manumiſſ. teſtam. quem text. in † parti-
cularibus relictis loquentem communiter etiam Doctores
trahunt ad inſtitutiones vniuerſales, Bart. Angel. & Imol. in
l. paterfamilias ff. de hæred inſtit. Fab. Port & alij in § fin.
inſtit. de legat. & ſic in ſpecie conſuluit, Ruin. conſil. 150.
num. 9. lib. 3. Soccin conſil. 21 colum. 1. & 2. lib 3. Ea ratione,
40 quia poteſtatiua conditio dependens † à facto tertii, quoad
hæredem, ſeù legatarium cenſetur cauſalis, & ideo illius
defectus facit ceſſare diſpoſitionem. Aretin. conſil. 1. Ceph.
conſil. 52. num. 5. Bart. conſil. 36. Roman. ſingular. 102. Co-
uarr. de teſtam. in cap. Rainaldus, §. 1. num. 7. In præſenti
non verſamur in hoc caſu, quia legatum vſusfructus fuit
41 † purum nullo modo ſuſpenſum in dictum caſum, vt pa-
tet ex ſerie diſpoſitionis, iuxta not. per Bart in d. l. pater-
familias. ff. de hæred. inſtit. & clarius in l. 1. §. item ſi ita, ff.
ad l. falcid. Pariſ. conſil. 19. num. 138. lib. 2. Menoch. conſil.
42 78. num. 8. Vnde non obſtat, quod † in dubio conditio præ-
ſumatur potiùs, quàm pœna; quæ ſupponit actum purum.
Menoch. d. conſ. 78. num. 27. & Pariſ. in alleg. conſ. 19. quia
43 hic † verſamur in claris ex ſerie teſtamenti, quod legatum
vſusfructus fuit purum.

Aut verò, & ſecundò relictum eſt purum, & ſimpliciter
ſcriptum, ſed poſtea nullo præcedente poſitiuo præcepto
Teſtatoris faciendi, vel non faciendi, adimitur legatum in
caſu, quo tertius aliquid fecerit, vel non fecerit, vt puta ſi
44 quis in ſuo teſtamento alicui † purè, & ſimpliciter aliquid
legauerit, deinde poſt legatum ſimpliciter factum ſubiun-
xerit ſic, & ſi cuius hoc, aut illud fecerit, vel non fecerit le-
gatum factum adimo, aut reuoco, tali caſu Bart. quem com-
muniter ſequuntur Doct. tenet quod defectus adimple-
menti proueniens ex facto tertii non impedit acquiſitio-
45 nem, † eo quia neminem ex alterius facto, nequè hæredi-
tate priuari, aut exhæredari conuenit, vt inquit. text. in al-
leg. l. paterfamilias, vbi Bart. num. 2. Angel. & Imol. & Soc-
cin. in d. conſil. 21. num. 3. lib. 3. Couar. in cap. Rainaldus, §. 1.
num. 7. extra de teſtam. & hanc diſtinctionem retulit. Me-
noch. d. conſ. 78. num. 3. notat Peregrin. de fideicomm. art. 11.
num. 87. In præſenti autem verſamur in hoc caſu, quo Te-
46 ſtatrix reliquit † vſumfructum purè filijs ſuis mentecaptis
quoad vixerint, & deinde addit, & caſu quo dicti filii non
manerent, aut eiſdem permiſſum non eſſet manere apud
ſupranominatos &c. hoc in caſu, & non aliter &c. quæ ver-
ba, cum habeant tractum ſucceſſiuum manifeſtè importat,
quod legatum fuit purum, & quod reuocatio fuit facta poſt
legatum perfectum, & in d. caſu, qui forſan poſſet contin-
gere poſtquàm filij per plures annos iam vſumfructum
percepiſſent.

Aut verò, & tertiò Teſtator poſt legatum purum, & iam
47 acquiſitum præcepit cuidam tertiò, vt † aliquid faciat, & ſi
factum non fuerit, vult legatarium priuari legato, itaut poſt
legatum purum faciat præceptum tertio de aliquo facien-
do, & caſu, quo non fiat, adimat legatum, verbi gratia, dixe-
rit Titio centum lego, & volo quod Caius mihi ſepulchrum
conſtituat, quod ſi Caius mihi ſepulchrum non fecerit, Ti-
48 tium legato priuari volo. In hoc caſu omnes, † excepto
Menoch. in d. conſil. 18 num. 19. & paucis alijs, quos ipſe al-
legat, tenent ademptionem eſſe nullam, per text. d. l. pater-
49 familias, ff. de hæred. inſtit. quia lex iniquum † eſſe exiſti-
mauit aliquem alterius facto prægrauari, l. ſi quis in ſuo, §.
legis, C. de inoffic. teſtament. l. nemo debet, ff de reg. iur. Hãc
ſententiam tenet, & ſequitur Bald. in l. vnica num. 10. C. de
50 his, quæ pœnę nomine, vbi pro † regula tradit, quod aut
pœna apponitur inobedienti, & tenet ex d. l. vnica, aut obe-
dienti, ob factum, vel non factum alteriùs inobedientis, &
non valet d. l. paterfamilias, vnde ibidem infert idem, quod
ſi Teſtator iubeat Commiſſariis, ſiue Executoribus teſta-
51 mentariis, vt ſibi intra † certum tempus Capellam con-
ſtruant, & ſi non conſtruxerint, hæres debeat dare mille,
præceptum iſtud pœnale vti irrationabile non obligat hæ-
52 redem, quia pœna tenet † culpæ authores, non alios, l. ſan-
cimus, C. de pœnis. Ideoquè infert ad aliud, quod ſi Teſta-
53 tor faciat me hæredem, & iubeat quod pater meus † non
me moleſtet, & in caſu moleſtiæ priuet me hæreditate, hu-
54 iuſmodi priuatio non valet, ſicut vice verſa non valet † pa-
ctum quod pater cadat à feudo ob delictum filij. Ruin. con-
ſil. 122. num. 9. lib. 2. Alex. in l. hæreditas in fin. C. de his qui-
bus, vt indign. Gabr. conſ. 105. num. 2. & alij, quos refert. Pe-
reg. de fideicom. d. art. 11. num. 87.

In præſenti autem verſamur clarè, & directè in hoc ter-
tio caſu, quo Teſtatrix prius relinquit filiis vſumfructum
purè, vt dictum fuit, deinde pręcepit Iulio, & ſic tertio, quod
filius aleret domi ſuæ, & exigerat vſumfructum pro alimē-
tis; deinde in caſu quo non alerentur in domo Iulii, ſeu alio-
rum, quibus ordinauit, ademit filiis legatum alimentorum,
55 vt videre eſt, in claris verbis teſtamenti, † ex quibus appa-
ret dationem puram, ademptionem verò ſub conditione, ſi
in domo Iulii non habitauerint, Rota in Ceſenaten. primo-
genitura 26. Iunij 1630. coram Reuerendiſſimo Dom. meo
Decano, confirmata 2. Iunij præteriti coram eodem, Ruin.
conſ. 112. num. 9 lib. 2. Natt. conſ. 470. num. 25. & ſeqq. lib. 2.
Menoch. conſ. 388. num. 15. & ſeqq. quo fit, vt ſine dubio di-
cendum ſit ademptionem fuiſſe nullam, & intrare diſpo-
56 ſitionem † text. in dicta l. paterfamilias, vbi Bart. & alij,
ff de hered. inſtit. maximè ad fauorem filioru m.

Non obſtant deducta, per Menoch in d. conſ. 78. num. 5.
57 nam text. in † l. ſi ita fuerit, in princ. ff. de manumiſſ. teſtam.
decidit primum caſum, de quo ſupra, Bartol. Angel. Imol.
Fabr. & in alijs in d. prim. caſu alleg. Nec Alex. in d. l. hæ-
reditas in fin. C. de his quibus, vt indig. facit pro Menoch.
58 quia firmat hæredem ob alterius cauſam † non poſſe hæ-
reditate priuari, ſed ex ſua mera voluntate, iuxta text. in l.
ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 1. Tandem mouetur ex eo, quod
tradit Angel. in conſ. 168. dum firmat translationem legati
59 Eccleſiæ facti † valere in pœnam Adminiſtratorum ip-
ſius Eccleſiæ, qui Teſtatoris iuſſa non impleuerunt, quem
ſequuntur Ruin conſ. 27. num. 7. lib. 2. & Rip. in repetendo, §.
Diui. num. 36. l. filiusfamilias, ff de leg. 1. Id quod dicit An-
gel. de Prælato Eccleſiæ extendit etiam ad Tutorem, Soc-
cin. in l. quibus diebus, §. Temilius, num. 17. verſic. aliquan-
do, & 2. ff. de cond. et demonſtr. Sed hæc non applicantur ca-
ſui, de quo agitur, quia quicquid eſſet de prædictis, quando
eſſent vera, præmiſſi Authores loquuntur in Prælato admi-
60 niſtrante † rem Eccleſiæ, & in Tutore rem pupilli, qui pro-
ptereà ſuſtinent vices pupilli, & Eccleſiæ. Gabr. d. conſ. 105.
in fine. Pœna autem inobedienti ad eius incommodum
61 † rectè iniungi poteſt ad ablationem hæreditatis, legato-
rum, & fideicommiſſorum, d. leg. vnic. C. de his, quæ pœn.
nomine, §. fin. inſtit. de leg. Peregrin. de fideicomm. d. art. 11.
num. 90.

Vnde cum Domini poſt plures cauſæ propoſitiones fir-
mauerint ademptionem legati vſusfructus factam à matre
filiis mentecaptis non tenere, adhuc durat vſusfructus, & il-
lis viuentibus Hector non poteſt, dando de nullitate tran-
ſactionis, petere immiſſionem, ſub prætextu, quod ad ipſum
ſpectet vſusfructus bonorum, de quibus agitur &c.

In

¶ In eadem causa habetur infra altera decisio sub die Mercurij 18. Maij 1633. coram eodem R.P.D. Ghisilerio.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Romana restitutionis in integrum.

Die Veneris 23. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis de Iure Canonico probat, & in ea confessione admittitur singularitas testium adminiculatiua, Testes singulares, quando probent, Item etiam quando vnicus testis probet.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*
2 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica probat contra confitentem, & eius hæredes, etiam parte absente.*
3 *Testes præsumuntur contestes, nisi contrarium doceatur.*
4 *Singularitas testium adminiculatiua etiam admittitur in confeßione extraiudiciali.*
5 *Et hoc non solum procedit ad effectum probandi, sed etiam ad effectum inducendi obligationem, si concurrant adminicula.*
6 *Testes singulares admittuntur stantibus adminiculis.*
7 *Falsitas, & contrarietas in teste, solum attenditur in substantialibus.*
8 *Testibus non potest in totum fidem abrogari.*
9 *Testis vnicus concurrentibus adminiculis plenè probat.*
10 *Malus semel in eodem genere mali semper præsumitur malus.*
11 *Pecuniæ præsumuntur subtractæ ab eo, in cuius cubiculo, & in cuius posse reperiebantur.*
12 *Probatio per vnicum testem est sufficiens concurrentibus adminiculis.*
13 *Probationes leuiores sufficiunt, quando non agitur de substantia rei, sed de quantitate.*
14 *Testes omni exceptione maiores non requiruntur, si agatur furto noctis tempore commisso.*
15 *Testes non omni exceptione maiores sufficiunt, ad probandum aliquid, quod aliter probari non posset.*
16 *Furtum stante difficultate probationum, probatur coniecturijs.*
17 *Testium primo dicto est standum.*
18 *Singula, quæ non prosunt, simul iuncta iuuant.*

DECISIO LXXXVII.

PRæuijs duabus decisionibus coram Dom. meo Durano, emanarunt duæ sententiæ Rotales confirmatoriæ duarum sententiarum D. Vicarij, in quarum altera Georgius, & Vrsula hæredes Christophori Piscatoris condemnantur ad restituendum Michaeli Anselmo hæredi Bartoli Anselmi scut. 383. tanquàm debita ex causa mutui, vt in decisione sub die 5. Martij 1629. In altera verò idem Georgius, & alij hæredes Christophori Piscatoris condemnantur ad restituendum eidem Michaeli hæredi vt supra scut. 1440. monetæ, quæ dict. Christophorus furto subtraxit post mortem dict. Bartoli, vt in decisione 4. Aprilis 1629. coram eodem D. meo Durano, cuius sententiæ cum transitum fecerint in iudicatum, & aduersus eas peteretur restitutio in integrum, bis fuit decisum non constare de causis, ex quibus esset restitutio concedenda, vt in decisione 4. Iulij 1631. extensa per Dom. meum Motmannum, confirmata 24. Nouembris 1631. coram me. Sed cum altera pars istis duabus decisionibus non acquiesceret tanquàm emanatis vna tantum parte informante, iterum proposui dubium super eisdem, & Domini confirmarunt supradictas decisiones, quia re vera non constat, quod pars quæ fuit condemnata in dd. duabus sententijs D. mei Durani fuerit in aliquo
1 læsa, sine qua † læsione restitutio non datur, *cap. 1. de rest. in int. vbi Doct. Rot. decis. 132. num. 1. par. 1. in recent.* & benè firmatur in decisionibus in causa factis.

Nam quoad primam sententiam condemnatoriam in dd. scut. 383. ex causa mutui probatur illius Iustitia ex depositionibus duorum testium nempè primi super septimo, & octaui super octauo, & nono, qui licet deponant de confessione extraiudiciali d. Christophori, quod erat debitor d. Bartoli in summa prædicta scut. 383. ex causa mutui super quo aderat apocha priuata, attamen eorum depositio de-
2 bet attendi saltem † de æquitate Canonica, secũdum quam confessio etiam extraiudicialis probat contra confitentem, & eius hæredes etiam parte absente *Felin. in c. si cautio nu. 27. de fid. instr. Rot. decis. 4. num. 1. par. 2. diu. Gabr. cons. 48. num. 2. & cons. 71. num. 18. lib. 1. & consil. 40. num. 57. lib. 2. Ant. Gabr. de confess. concl. 1. num. 46.* Vnde multò magis attendi debet in casu nostro, cum fuerit facta Bartolo præsente, & acceptante, vt firmatur in decisione sub dicta die 5. Martij 1629.

Non obstat, quod dd. testes non sunt contestes de loco, & tempore, quia, cum sint contestes de loco potest dici, quod etiam sint contestes de tempore, cum non doceatur
3 de contrario, † & præsumptio Iuris sit, quod sint contestes, *Alexand. in l. 2. num. 10. C. de bon. poss. secund. tab. Farin. de test. q. 64. num. 317. Rot. decis. 191. num. 4. par. 1. diuers.* Vltra
4 quod cum singularitas sit adminiculatiua, ea etiam † admittitur in confessione extraiudiciali, vt testantur *Moder. Rom. de test. q. 64. num. 131. Aym. cons. 78. num. 2. & 3. Put. decis. 476. num. 3. lib. 2.*

Et non solùm id procedit ad effectum probandi, vt
5 in casu nostro, sed etiam ad effectum inducendi † obligationem, si adminicula concurrant, *Rota diuers. decisione 94. par. 1.* prout hic concurrunt ex depositionibus aliorum testium, qui dantur in summario, ex quibus probatur non solùm confessio Bartoli creditoris in mortis articulo geminata, sed etia m confessio eiusdemmet Christophori debitoris, qui coram diuersis personis, & diuersis temporibus fassus fuit se esse debitorem d Bartoli in supradicta summa scut. 383. mediante apocha mutui, de qua supra, & ideo stã-
6 tibus † adminiculis testes, etiam singulares admittuntur, & probant *Aym. cons. 73. num. 36. Rot. decis. 191. num. 4. par. 1. diuers.* & firmatur in d. decis. Domini mei Durani sub die 5. Martij 1629.

Non obstant, ea quæ contra secundum testem obijciuntur, tàm contra eius dicta, quàm contra personam, quia, càm in Iudicio Criminali, quàm in Ciuili semper idem deponit circa cõfessionem extraiudicialem Christophori debitoris scut. 383. & sic circa substantialia non potest considerari aliqua diuersitas, nec depositio circa læsionem, & lacerationem cuiusdam scripturæ, cuius tenorem ignorabat cõcludit, quod esset apocha mutui, cum posset esse alia scri-
7 ptura diuersa ab ista, & sic cessat † contrarietas, seu falsitas ex aduersò considerata, quæ solùm vt dixi, attenditur in substantialibus, & non in aliis *Roland. cons. 33. num. 5. lib. 2. Natt. cons. 96. num. 1.* fuit decisum in *Vrbeuetana alimentorum 3. Octobris 1585. coram Orano, & in Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram bon. mem. D. meo Vbaldo, & in Romana legati de Vrsinis 1. Martij 1621. coram eodem.*

Non obstant pariter obiecta contra personam quia vl-
8 tra † quod non possunt in totum illi fidem abrogare ex notat. per *Farin. de testib. q. 57. num. 1. & seqq.* suppletur ex depositione

positione aliorum testium, qui omnes præsertim simul iuncti probant d. debitum vt supra.

Circa aliam sententiam super restitutione scut. 1440. quę fuerunt subtracta ex capsis, sententia iustificatur ex depositione secundi testis dum deponit de visu, & de certa scientia, quod Christoph. eadē nocte, & nocte sequenti qua obijt Bartolus capsas aperuit, cum quodam ferro, & pecuniam subtraxit, & postea illas reseruauit recensendo totum factum, & omnes circumstantias, à primo ad vltimum, subiungendo quod ex dd. pecunijs soluit sua debita, ex quibus
9 de furto dubitari non potest, quamuis iste testis sit † vnicus, quia iunctis adminiculis plenè probat, *Crauett. consil.* 198. *num.* 5. *Caputaq. decis.* 271. *num.* 1. *&* 3. *par.* 3. & fuit dictum in Romana fideicommissi 12. Ianuarij 1615. coram bon. mem. D. meo Vbaldo, & benè firmatur in decisione D. mei Durani 4. Aprilis 1629. Adminiculum enim, & illud quidem vrgentissimum est, depositio soceri eiusdem Christophori, qui super duodecimo deponit de confessione eiusdemmet Christophori, circa subreptionem pecuniarum, propter quam eumdem soccerum adiuit pro consilio capiendo circa earumdem pecuniarū restitutionem, subiungendo quod subtraxerat longè maiorem summam scut. 1000. Nec est spernendum aliud adminiculum desumptum ex depositionibus aliorū testium, quod Christophorus lacerauerat d. apocham mutui scut. 383. in ijsdem capsis repertam, oritur enim præsumptio quod sicuti lacerando d. apocham voluit subripere pecuniam in ea contentam, voluerit pariter idem facere de aliis pecunijs ibidem repertis, cum appareat ma-
10 lus animus furandi, & semel † malus in eodem genere mali, semper præsumitur malus concurrētibus eisdem circumstantijs, quæ hic concurrunt tàm respectu apochæ, quàm respectu pecuniarum in capsis repertarum, & quæ fuerunt ferro apertæ, vt supra dixi.

Concurrit etiam rumor, quod Christophorus post mortem Bartoli ex pecunijs illius diues euaserit, & præsumptio
11 quod pecunia † fuerint ab ipso Christophoro subtractæ in cuius cubiculo, & in cuius posse reperiebantur, *cap. sapè contingit* 2. *quæst.* 4. *Luc. de Pen. in l. quemadmodum num.* 8. *C. de agr. & censit. lib.* 11. *Menoch. de præs. præs.* 31. *num.* 1. *lib.* 5. Stantibus autem præsumptionibus non est dubium
12 quod probatio † etiam per vnicum testem adducta est sufficiens, *Bald. consil.* 136. *ante fin. lib.* 2. cum alijs allegatis per *Decian. resp.* 92. *num.* 8. *lib.* 2.

Non obstat, quod non probetur præcisè quantitas furto subtracta, quod ascendat ad scut. 1440. prout fuit facta condemnatio in sententia, de qua agitur, quia cùm de existentia pecuniarium in capsis in summa scut. 2000. non videatur posse dubitari ex sequentibus, sequitur quod ad proban-
13 dum postea quantitatem, † sufficiant etiā præsumptiones, & coniecturæ, *Ias. in repet. l. admonendi num.* 202. *ff. de iur. iur. Surd. consil.* 94. *num.* 28. *Rot. decis.* 324. *num.* 4. *apud san. mem. Gregor. XV.*

Quod verò in capsis adessent dd. scut. 2000. suadetur ex reiterata assertione eiusdem Bartoli, facta paulò ante mortem in præsentia eiusdem Christophori, qui etiam fassus fuit, quod ipse sciebat Bartolum habere d. scut. 2000. & vltra illa habebat anulos aureos, & argenteos, & alia de quibus deponit sextus testis super sexto, & septimus super nono. Concurrit etiam publica vxor, & fama ex aliis testibus probata, quod Bartolus reliquerat scut. 2000. & vltra in sua hereditate, quod benè comprobatur ex notula pecuniarum scripta à Bartolo, & reperta in eius capsa, quę trascendit etiā d. summam scut. 2000. & ex ea colligi potest, quod Bartolus erat solitus habere pecuniam, & inducitur verisimilitudo existentiæ in summa dd. scut. 2000. Vnde cum in capsa post aduentum Michaelis fratris ad Vrbem non fuerint reperta in pecunia numerata, nisi scut. 560. meritò fuit facta condemnatio pro reliqua summa, quæ deficiebat in scut. 1440.
14 Non obstat, quod testes † non sint omni exceptione maiores, quia cum agatur de furto noctis tempore facto, in domo eiusdem furis, & per consequens agatur de probatione sui natura difficili, *Bartol. in l. si quis ex argentarijs, §. an verò nec hęredi num.* 5. *ff. de eden. Menoch. lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 20. *Rot. decis.* 762. *num.* 3. *versic. quod furtum, par.* 2. *recent.* admittuntur testes etiamsi non sint omni ex-
15 ceptione maiores, cum aliàs † probatio haberi non possit, *Farinac. de testib. quæst.* 55. *num.* 163. *& quæst.* 63. *num.* 38. *Mascard. de probat. in præf. quæst.* 13. *num.* 18. *Rot. decis.* 147. *num.* 4. *par.* 1. *recent. & decis.* 384. *num.* 6. in ijsdem, qui-
16 nimò quod stante difficultate probationis † furtum possit etiam coniecturis probari, tradit *Bart. in d. l. si quis ex argentarijs, §. an verò nec hæredi num.* 5. *ff. de eden.* cum aliis per *Menoch. d. lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 20. *Farinac. consil.* 158. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2.

Non obstat periurium vnius testis deductum ex retro-
17 tractione primi examinis, quia standum est † primo dicto, & non attenditur retrotractio in præiudicium heredis Bartoli, pro quo deposuit, vt firmatur in decisione Dom. mei Motmanni sub die 4. Iulij 1631. Et in omnem casum iste testis suppletur ex adminiculis, & præsumptionibus, de quibus supra, quæ responsio applicatur etiam obiectionibus datis contra alios testes, nam Domini probationes in hac causa adductas non considerabant vti singulas, sed vti si-
18 mul iunctas, adeout quæ † singula non prosunt, simul iuncta iuuent, *glos. in l.* 2. *ff de excus. tut. Gabr. conclus* 1. *num.* 1. *de probat.* & sæpè tenuit Rota in materia difficilis probationis, vt in *Neritonen.* Pensionis 7. *Aprilis* 1606. *coram san. mem. Greg. & in* Comen. Decimarum 18. *Maij* 1611. *coram bon. mem.* Cardinali Sacrato. Vltra quod singulis obiectionibus dantur pro parte Michaelis congruæ responsiones, quæ Dominis placuerunt.

Et ita vtraquè parte informante fuit conclusum &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Bononien̄ Fideicommissi de Manzolis.

Die Lunæ 26. *Ianuarij* 1632.

ARGVMENTVM.

Immissio petita à fideicommissario quando, & quibus ex causis ei est deneganda. Mulier maior de Iure communi absque aliqua solemnitate potest contrahere. & alia de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus, quando adoptat nepotem ex filio emancipatio, vel auus maternus adoptat nepotem ex filia, filius, adoptatus transit in potestatem aui propter duplex vinculum, ciuili scilicet, & naturale.*
2 *Aegidianæ, vt non sit locus, opus est, vt sententia sit nulla, vel iniusta.*
3 *Exceptio incontinenti probata impedit immißionem ex remedio, leg. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. toll.*
4 *Immissio fideicommissario non potest concedi, nisi prius hæres grauatus fecerit suas detractiones.*
5 *Cessionarius repræsentat personam cedentis, & numero* 10.
6 *In contractu filijfamilias non sunt adhibendæ solemnitates, quando ei est vtilis.*
7 *Mulier maior de iure communi absquè aliqua solemnitate potest contrahere.*
8 *Mulier maior de iure communi potest contrahere sinè vlla solemnitate, & hoc non obstante Constitut. Marchiæ, cum loquatur de Minore.*

Et additio, quæ loquitur de Mulieribus est Cardinalis Carpeñ, quæ non habet locum extra Prouinciam Marchiæ.

9 *Fideicommissum in vltimo de familia expirat.*

11 *Cessionarius succedit in iuribus cedentis, & consequitur omnia eius iura.*

12 *Et potest omnia, quæ cedenti licebat, & sic exigit à debitoribus etiam inuitis, id quod ceßionario erat debitum.*

13 *In materia probatoria singula, quæ non prosunt, simul collecta iuuant.*

14 *In identitate bonorum probanda sufficiunt leuiores probationes, & hoc maximè si simus in materia antiquissima, & num. 15.*

16 *Tempus antiquum in teste dicitur, quando agitur de probatione 60. annorum.*

17 *Testes de auditu probant in antiquis.*

18 *Verbum, antiquitus, in quo verificetur.*

19 *Subiecta sunt talia, qualia demonstrant prædicata.*

20 *Producens aliquas scripturas fatetur, quod omnia in eis contenta sunt vera.*

21 *Quod procedit etiam in productione facta à procuratore.*

22 *Productio facta per compulsum non præiudicat in iuribus alienis, sed hoc non procedit, si sic producens dd. iuribus sit vsus, & num. 24.*

23 *Confessio, quæ ex productione iurium resultat, non potest reuocari, nisi docto de errore.*

24 *Vsus inducit ratificationem.*

25 *A contradictione, vt quis repellatur sufficit, quod semel consenserit.*

26 *Ratificatio in necessariam consequentiam venit ex vsu.*

27 *In fideicommisso id tantum, quod hæres grauatus inuenit tenetur restituere.*

28 *In fideicommisso illud solum censetur in esse, quod superest deductis detractionibus.*

29 *Fideicommissario datur immißio pro indiuiso, quando detractiones sunt certæ.*

Et hoc intellige, quando datur certitudo generalis, ratione loci, & quotæ, aiias non datur immissio. & num. 31.

30 *Certitudo generalis sufficit, vt quis possit possidere.*

32 *Fideicommissarius, quando immittitur in possessionem pro indiuiso cum grauato, quia detractiones sunt faciendæ, potest restituere eas in pecunia numerata, & quando id procedat, & quando non. numero 33.*

DECISIO LXXXVIII.

COmes Georgius senior de Manzolis condito de anno 1486. testamento hæredem instituit Melchiorem filium, quem fideicommisso grauauit; prout Melchior in suo, quod de anno 1525. condidit testamento Com. Georgium Iuniorem filium hæredem institutum eodem grauauit onere fideicommissi; Com. autem Georgius Iunior habuit vnicam filiam naturalem Isottam nomine, quam præuia legitimatione nuptui tradidit Co. Alexandro Bentiuolo, ex quibus natus est Com. Vlixes, quem præfatus Co. Georgius auus maternus in filium adoptauit: itaut in illius
1 potestatem transiuerit; quando † enim Auus paternus adoptat Nepotem ex filio emancipato, vel auus maternus adoptat nepotem ex filia, filius adoptatus transit in potestatem aui propter duplex vinculum ciuile scilicet, & naturale, *l. 2. ff. de collat. §. 1. & § sed hodie. Instit. de adopt. l. cum in adoptiuis, quæ est fin. §. si verò Pater. C. eod. tit. vbi Odofred. num. 1. vers. sed certè, § sed in omnia, & ibi glo. in verb. Parens instit. de hered. quę ab intest. deferunt.* Vltimo loco idem Com. Vlixes suum condidit testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit Com. Alexandrum filium relicta legitima Marchioni Francisco alteri filio, qui prætendens se esse vocatum ad fideicommissum Georgii Iunioris petijt, & obtinuit immissionem in medietate Prædiorum della Riccardina del Gatto, & in possessionibus nuncupatis della Mezzolara, e la Palazzina; Vnde causa, mihi commissa cum clausula quatenus sit locus Aegidianæ, disputatio super hoc dubio bis negatiuè fuit resolutum sub diebus 15. Martij 1630.* & 16. Iunij 1631.* quæ sentẽtia hodiè etiam proposita tertio causa super ijsdem, placuit Dominis, & cum respectu Predij emphyteotici della Riccardina conueniretur, non esse locum Aegidianæ, difficultas reducebatur ad alia prædia, circa quæ cum fuerit actum ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.* ad effectum, vt non sit locus
2 appellationi propter Aegidianam † opus est quod sententia sit nulla, vel iniusta, vt fuit resolutum in causa *Tiburtina Castri Sambuci 27. Ianuarij 1578. coram san. me. Clemente VIII. & coram rec. mem. Ioan Garzia Card. Millino in causa Rauennateñ fideicommissi 13. Ianuar. 1595. Cardin. Mantica, decis. 33. num. 2.* Iniustitia autem deducebatur ex duplici capite.

Primò, quia Comes Alexander incontinenti probat dict. bona non esse subiecta fideicommisso Com. Georgij Iunioris, sed Com. Georgij senioris, & Com. Melchioris eius filij, seque ipsum à vocatis in dd. fideicommissis ex persona Vlixis patris, cuius est solus hæres vniuersa-
3 lis, causam habere, & propterea cum † ista exceptio sit incontinenti probata impedit immissionem ex remedio *d. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian toll. Bart. in l filium, sub num. 1. ff. ad Trebell. Dec consi. 424. num. 4. Paris. consil. 53 nu. 110. lib 3. Put. decis. 222. in princip. lib. 1. in correct, Seraph. decis. 357. nu. 4.* & latè fuit deductum in decisione facta 15. Martij 1630. Secũdò eadem iniustitia deducebatur ex eo, quod quatenus etiam sinè veri præiudicio prædicta cessarent, adhuc non poterat concedi immissio March. Francisco vigo-
4 re fideicommissi Com. Georgij † Iunioris, nisi priùs Co. Alexander fecisset suas detractiones.

Et quantùm attinet ad Primum caput iniustitiæ, quæ sufficienter videtur probata, illa principaliter pendet à duobus articulis, Primò, vt videatur an Com. Alexander ex persona Vlixis Patris habeat causam à fideicõmissarijs Georgij senioris, & Melchioris, Secundò, vt videatur an sit probata identitas bonorum, & quantum attinet ad primum articulum Isotta mater Vlixis sub die 2. Decembris 1560. obtinuit cessionem medietatis Iurium à Ioanne, & Marco Antonio q. Cæsaris de Maluctiis, & Dorotheæ de Manzolis filiæ q. Georgij senioris mediante solutione scut. 1050. auri in auro, alia verò medietas fuit cessat Constantiæ q. Camilli de Manzolis, de qua statim dicetur, insuper sub die 17. Decembris eiusdem anni eadem Isotta obtinuit similem cessionem pro dimidia à Fratribus S. Mariæ de Misericordia pro scut. 1100. reliqua verò medietas fuit cessa prædictæ Constantiæ, de qua etiam statim dicetur. Tertiò, prædicta Isotta 14. eiusdem mensis Decembris, & anni 1560. obtinuit cessionem pro dimidia ab illis de Aldrouandris descendentibus ex Antonia filia d. Georgij senioris, & à societate Hospitalis Sanctæ Mariæ de Morte mediante solutione scut. 1050. pro alia verò dimidia fuit facta cessio ad fauorem Constantiæ prædictæ, & huiusmodi cessio fuit facta nedum super Iuribus competentibus in bonis Georgii senioris, sed etiam Melchioris eius filii, Vndè cum postmodùm sub die 3. Martii 1566. cum præsentia Comes Alexandri senioris Mariti, & Patris respectiuè eadem Isotta cesserit iura huiusmodi ad fauorem Vlixis filij, qui instituit hæredem Co. Alexandrum,
5 negari † non potest, quin Com. Alexander ex dd. cessionibus repræsentet personas cedentium.

Neque est verùm, quod ista cessio fuit nulla, quia aut nullitas prætenditur ex eo, quod Vlixes erat filiusfamilias, & se obligauerat releuare indemnem Isottam matrem; Et cum

cum hæc omnia fuerint facta præsente Com. Alexandro
patre, cessat omnis amaritudo ex *Stat. Bonon. lib. 3. in rubr.
de contract. cum minor, & fil. fam. §. item dicimus ibi*, vel
6 maior prædicta fecerit in præsentia patris; & vt fuit consi-
deratum in decisione 16. Iunij 1631. si † cessio fuit vtilis,
non requirebantur solemnitates, sin minus March. Franci-
scus non potest dare de huiusmodi damno; Quæ autem di-
cuntur de retrocessione non merentur allegari, cum gratis
dicantur. Aut verò cessio prætēditur nulla ex eo, quod Isot-
7 ta cessit d. iura sine solemnitatibus, † & fuit responsum,
quod de iure communi mulier maior absquè aliqua solē-
nitate contrahere valet, *l. 2. vbi gloss. in verb. obligauit C. ad
Velleian. Gratian. latè disc. 756. num. 24. lib. 4.* nullum enim
adest statutum, quod obstet, prout nec officit Constitutio
Marchiæ, cum loquatur de minore, & additio, quæ loqui-
8 tur de mulieribus sit Cardinalis Carpeñ, quæ non † habet
locum extra Prouinciam Marchiæ, vt apparet ex secunda
approbatione Pauli III. *Rot. decis. 6. num. 3. par. 4. diuers.* &
fuit resolutum in causa *Imolen. damnorum 22. Iunij 1611.
coram bon. mem. Card. Sacrato: & in causa Viterbieñ Ter-
ræ Vetrallæ 14. Martij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano.*
Addentes ad decisionem sanct. mem. Gregorij 160.
num. 17.

Et vltra prędictas cessiones, Vlixes ipse 17. Aprilis 1565.
mediante transactione, acquisiuit ius à Dominis de Lupa-
ris, Barbatijs, Ranutijs, & Armijs, vti descendentibus ex la-
tere materno Com. Gregorij senioris, & Com. Melchioris,
Ac etiam 6. Februarij 1571. concordauit super fideicom-
misso Melchioris, cum Com. Alexandro, & aliis de Man-
zolis mediante laudo bon. mem. Card. S. Sixti, postea Greg.
XIII. cum assignatione plurium bonorum, & pecuniarum.
Ac tandem 9. Aprilis 1592. concordauit cum Co. Peritheo
Maluetio filio, & hærede prædictæ Constantiæ filiæ Com.
Camilli de Manzolis, quæ vna cum Isotta obtinuit cessio-
nem pro medietate, vt supra dictum fuit, quæ concordia
fuit super fideicommisso Co. Georgij senioris, & Co. Mel-
chioris; Comes enim Peritheus ex persona matris præten-
debat ad se pertinere omnia bona prędictorum de Malue-
9 tijs, ex eo, quod in dicta Constantia † tanquàm vltima de
dicta familia de Manzolis, expirassent dd. fideicommissa, è
contra verò d. Com. Vlixes prætendebat eam esse obligatā
restituere plura bona, sed ex causa dictæ concordię assigna-
uit eidem Co. Peritheo quædam bona stabilia, & vice ver-
sa Com. Peritheus absoluit, & liberauit ipsum Co. Vlixem,
ab omni, & toto eo quod prætendere posset ex causa dd. fi-
deicommissorum in amplissima forma.

Vndè his stantibus inficiari non potest, quin Co. Alexan-
10 der ex dd. cessionibus, † quæ omnes in eum sunt solidatæ,
repræsentet personam fideicommissariorum, *c. deniq. 7. q. 1.
l. si donata. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Ita vt successerit
11 in eorū † iuribus, *l. emptor. vbi Bald. in primo not. C. de hæ-
red. vel act. vend.* & consequutus fuerit omnia eorum iura,
l. si ager. in fi. vbi Din. Bar. & alij *ff. de rei vend.* quare po-
test omnia facere, quæ cedentibus licebant *Berou. cons. 107.*
12 *num. 18. volum. 1.* & ideo † iure meritò exigit à Marchione
Francisco etiam inuito id, quod cessionarijs, erat debitum,
*l. idemq. §. si cui mandauero, ff. mand. l. nomina. ff. de hæred.
vel act. vend. l. nomen. C. quę res pign oblig. poss.*

Circa secundum articulum, primi capitis iniustitiæ, quod
est, an sit probata identitas bonorum, illa videtur sufficien-
ter iustificata ex multis probationibus per Com. Alexan-
drum adductis, quæ simul ponderandæ, & coniungendæ
sunt, non autem scindendæ, cùm in materia probatoria tri-
13 ta sit regula, quod † singula, quæ non prosunt, simul colle-
cta iuuant *gloss. in l. 2. in verb. legitimi. ff. de excus. tut. Dec.
consil. 146. nu. 14. versic. 6. & vltimò san. mem. Gregor. decis.
245. num. 2. & seqq.* quæ eò magis procedunt, cùm agatur
14 de identitate bonorum probanda, † in qua sufficiunt leuio-
res probationes, *cap. cum causam*, & ibi *Doct. de probat.
Rimin. Sen. consil. 254. num. 11. cum seqq. lib. 2.* Decian. *cons.
17. num. 6. lib. 3. Rota in recent. decis. 459. sub num. 3. par-
te 1. sanct. memor. Gregor. decis. 459. sub num. 6.* & ibi Ad-
dent. *num.* 10. quod de facili procedit in hac facti specie,
15 cùm agatur de re antiquissima † vltra centum annos *Soc-
cin. consil. 86. num. 2. lib. 1. Seraphin. decis. 462. num. 9. & di-
xit Rota in causa Bononieñ fideicommissi de Desiderys 5.
Maij, & 14. Iunij 1627. & 24. Maij 1628. coram R. P. D.
meo Merlino.*

In proposito autem fuerunt dati plures Testes examina-
ti in alia causa de anno 1562. nempè octauus, & duodeci-
mus dati in Summ. num. 2. primus, septimus, duodecimus, &
decimusquintus dati in Summ. num. 11. deponentes de
possessione Georgij senioris, & cùm dict. Georgius obie-
rit de anno 1498. vtiquè agitur de probatione facienda
16 de re vltra 60. † annos, quod tempus in teste est anti-
quum, *Caput. decis. 5. num. 3. par. 3. Farin. de testibus quæst.
69. num. 145. Seraphin. decisione 75. in fin. Rota decis. 155.
num. 13. par. 2. diuers. & in recent. decis. 234. num. 2 & de-
cis. 694. numer. 2 post princip. versic. qui etiam, parte 2.* &
propterea regulariter loquendo isti Testes, cùm versentur
17 † in antiquis, etiam quod deponant de auditu probant
*Honded. consil. 17. num. 52. libro 1. Farinac. loc. cit. quæst.
69. num. 125.* & in puncto de bonis possessis à fideicom-
mittente, *Fusar. de substitut. quæst. 618. numero 20. cum
seqq. Rota in recent. decis. 694. num. 2. versic. vtiquè suffi-
ciunt par. 2.*

Hæc etiam probatio coadiuuatur ex Testibus datis sub
d. num. 2. & 11. qui probant in genere, quod hæc bona
fuerunt DD. de Manzolis, ab antiquo, & ex acquisitioni-
bus aliquarum petiarum Terræ factis à dict. Com. Geor-
gio sub vocabulis horum Prædiorum, ex quibus resultat,
quod dum Testes deponunt, bona fuisse DD. de Manzolis
ab antiquo, cùm Georgius senior obierit de anno 1498. &
sic per annos 64. ante d. dispositionem, Melchior au em
obierit de anno 1525. & sic per 37. annos tantùm ante
eandem depositionem factam de anno 1562. dict. Testes
sunt intelligendi de possessione Com. Georgij senioris, tùm
quia ille antiquitùs obiit, tùm quia bona transierunt respe-
ctu d. Georgij per plures generationes, Vndè propterea in
18 ipso Georgio † seniore verificatur illud verbum antiqui-
tùs, *Bald. consil. 310. num. 4. cum seqq. & consil. 370. num. 4.
lib. 3. Rota in recent. decis. 167. num. 43. in fin versic. & an-
tiquum*, & hoc de plano procedit, quia cùm constet ibi-
dem Georgium seniorem bona acquisiuisse, & Testes
distinguant, la parte vecchia, dalla nuoua, vtiquè per necesse
sunt intelligendi de possessione Com. Georgij senioris, talia
19 † enim sunt subiecta, qualia demonstrant prædicata *c. inter
dilectos, de fid. instru. las. in l. stipulatio §. hi qui, num. 1. ff. de
verb. oblig. Neuizz. consil. 92. num. 4.*

Et respectu fideicommissi Com. Melchioris filii d. Com.
Georgij satis probatur identitas, quia dd. omnes Testes cla-
rè deponunt de possessione d Co. Melchioris, plures de vi-
su, reliqui de auditu, concurrunt etiam articuli super d. exa-
mine dati de anno 1562. & descriptiones factę super his bo-
nis vti pertinentibus ad fideicommissum d. Melchioris, ex
quibus siuè dd. probationes referantur ad vnum fideicōmis-
sum, siuè ad aliud, Co. Alexander ex deductis habet inten-
tum, cùm habeat cessiones sufficiētes, vt supra probatū fuit.

Nec prædictis obstat in hoc casu, quod depositiones, ar-
ticuli, & descriptiones factæ sint in alia causa, quia, vt dictū
fuit in decisione facta 15. Martij 1630. Marchio Frācíscus
produxit omnia prædicta in ista causa, & ex illis obtinuit
20 immissionem, Vndè in necessariam † consequentiam fassus
fuit omnia contenta in dd. scripturis esse vera, *c. cum olim, de
censib. l. publia. §. fin. ff. depos. Bart. in l. post legatum in princ.
ff. depos. cum alijs per Surd. in cons. 5. num. 37. Verall. decis.*
21 *193. num. 3. par. 1.* quæ loquitur etiam in productione † fa-
cta à Procuratore cum allegatis in d. decis. & quàmuis pro-
ductio fuerit facta per compulsum, quæ non præiudicat
22 † in iuribus alienis, nihilominus, cùm dd. iuribus vsus fue-
rit Marchio Franciscus, & ex illis obtinuerit, non potest
23 prædictam confessionem, † quæ ex productione resul-
tat, reuocare, nisi doceat de errore, *leg. si quis Testibus,
C. de testib. Aym. consil. 73. num. 14. Vant. de nullit. tit. quib.
mod. sent. null. differ. possess. num. 103. Tiraquel. de constitut.
possess. parte 3. lim. 30. num. 12. Phanuc. de dot. glos. 11. num.
5. Menoch. consilio 23. numer. 1. & fuit resolutum in cau-
sa Forolivieñ census 13. Iunij 1589. coram Orano in*

M 2 *alia*

alia decis. alleg. Itaut stante d. vsu non sit distinguendum
24 inter productionem per compulsum,† & facti per ipsummet principalem, quia cum vsus inducat ratificationē, perindè est, ac si ipse Marchio iura produxisset, *l. si pupilli, §. item quæritur, ff. de neg. gest. Tiraq. de constit. par. 3. lim. 30.*
25 *num. 62.* & sufficit, † quod March. Franciscus semel consenserit, vt possit repelli à contradictione, *l. in diem, ff. de acq. pluu. arcen. Surd. cons. 60. num. 14.* & hæc omnia simul
26 sunt consideranda, cùm vnum † veniat in necessariā consequentiam alterius, cùm scilicet ratificatio in necessariam consequentiam veniat ex vsu. *Christoph. Castell. in repet. l. sciendum, num. 9. ad fin. ff. de verb. oblig.* & ita sensit *Bart. in l. si is, qui pro emptore, num. 71. de vsucap. & in l. sub conditione, num. 3. ff. de solut. Bald. in l. 1. in fin. C. quand. liceat ab empt. disced. Alex. cons. 117. num. 4. lib. 5. & fuit dictum in causa Romana Domus in Burgo 30. Martij 1590. coram bon. mem. Card. Mant.*

Neque obstat, quod fideicommissum Georgii senioris, non possit compræhendere omnia d. bona, cum in laudo Card. S. Sixti lato 6. Februarii 1571. fuerit æstimatum in libris 24. mil. quia pro dissolutione huius obiecti repetendum est, quod hic agitur de duobus fideicommissis, videlicet Com. Georgii sen. & Com. Melchioris eius filii, compromissum fuit factum in d. Cardin. super hæreditate Co. Melchioris inter Com. Vlixem ex vna, & Com. Alexandrum, & fratres de Manzolis ex alia, & fuit actum super eo, quod esset detrahendum ex fideicommisso dict. Com. Melchioris, fuitq. laudatum, quod diuersa detraherentur, & primo loco libræ 24. mill. quas partes conueniebant Vlixem, tanquàm hæredem Com. Georgii aui materni, deducere debere ex solutionibus factis pro fideicōmisso Georgii sen. vt enim supra relatum fuit, cessio à diuersis fuit facta Isottæ, & Constantiæ filiæ q. Camilli de Manzolis, & cùm Vlixes soluerit d. summam, & ageretur de concordia super fideicomm. Com. Melchioris actum fuit, quid priùs de illius hæreditate detrahi deberet, & primò fuit actum de detractione solutionis, factæ pro acquirenda cessione super fideicomm. Georgii senioris, quæ, vt supra relatum fuit, facta fuit pro dimidia Isottę matri Com. Vlixis & Constantiæ filiæ q. Camilli de Manzolis, & fuit actum de detrahendo id, quod soluit Isotta mater Com. Vlixis pro acquirenda d. cessione, non autem fuit firmatum, quod fideicom. Georgij ascenderet tantum ad d. summam, quod clarè innouunt verba ipsius laudi, ibi, *Prima che di tutto il corpo dell'heredità del Co. Marchionne, descritta nel sopradetto cartone, si deduchino per contanti 24. mila lire, e queste sono per altrettante, che confessano le parti hauer pagate il d. Sig. Conte Vlisse, come herede del Co. Giorgio, e la Sig. Constanza come herede del Co. Camillo per l'importanza del fidecommisso di Giorgio vecchio padre del Conte Marchiōne.* Et in omnem euentum ista nihil prosunt March. Francisco, quia sufficit Com. Alexandro docere, quod ista bona, qualia sint, spectent ex d. cessionibus ad Com. Vlixem cōmunem patrem, cuius solus ipse est hæres, non autem sint supposita fideicommisso Georgii iunioris, ex quo March. Franciscus prætendit se esse vocatum.

Quantùm attinet ad secundum caput iniustitiæ, illud videtur clarum, nam etiamsi omnia prædicta cessarent, vt fuit consideratum in decisione facta 15. Martii 1630. adhuc sunt faciendæ plures detractiones, cùm grauatus teneatur
27 solum restituere, † quod inuenit in fideicommisso, *l. in fideicommissarium, § quoties, ff. ad Trebell.* illud autem solùm censetur esse in fideicommisso, quod superest deductis detractionibus, *l. qui quadraginta vers. & quod hęres,*
28 *ff. ad Trebell.* & si non fierent † detractiones Com. Alexander hæres plus restitueret, quàm restituere esset iussus, vt inquit *Fulgos. in consil. 81. col. 2. post med. Natt. cons. 255. num. 9. in fine,* & pulchrè *Surd. decis. 333. num. 18. versic. & ratio est.*
29 Neque obstat, † quod quando detractiones sunt certæ, datur immissio pro indiuiso, prout seruat Rota, quia hoc est verum, quando datur certitudo generalis ratione loci, &
30 quotæ, † nam ista certitudo generalis sufficit ad effectum, vt quis possit possidere, *arg. tex. in l. qui iure militari, ff. de milit. testam. Io. Petrucc. de Montesperello in l. ab emptione, ff. de pact. Soccin. in d. l. 3. §. incertum, num. 5. post med. versic. & ad difficultatem, & ibi Ias. num. 26. propè fin. versic. 2.* & notabilius idem *Ias. in cons. 147. num. 31. & num. 41. versic. nec isto casu lib. 2. Paris. cons. 59. num. 23. lib. 1. Neguss. de pigno. par. 2. memb. 2. num. 3. in fin. Tiraq. de iur. constit. par. 2. ampliat. 32. num. 11. & part. 2. lim. 19. num. 2. & 3. Roland. cons. 97. num. 44. & 45. lib. 1.* sed in hoc casu, ista certitudo generalis ratione quotæ cessat, quia nedum est detrahenda
31 † legitima, & trebellianica, sed etiam sunt faciendæ aliæ detractiones ponderatæ in d. decisione, & hoc est, quod dicit *Surd. in decis. 333. num. 13. cum alijs alleg. in alia decisione.*

Neque obstat, quod March. Franciscus potest restituere
32 alias detractiones in pecunia numerata, † *Corn. consil. 232. num. 15. vers. non dato. lib. 4. Menoch. de adipisc. rem. 4. nu. 641.* quia hoc posset considerari, si hæreditas consisteret in
33 pecunia numerata, secus autem † quando consistit in corporibus, quia tunc detractio est incerta ratione quotæ, *Ias. d. consil. 145. num. 31. vers. item est incertitudo ratione quotæ. Rot. decis. 565. in fin. par. 1. diuers. & in rec. decis. 115. nu. 12. par. 1. & fuit dictum in Senogallien. fideicommissi 22. Maij 1606. coram bon. mem. Card. Sacrato,* & in omnem euentum cessat omnis difficultas, cū simpliciter fuerit concessa immissio March. Francisco.

Ex quibus, aut constat de fideicommisso Georgij senioris, & Melchioris eius filii, prout ex prædictis videtur constare, & cum Vlixes habuerit cessionem, Marchio Franciscus tanquàm vocatus in fideicōmisso Georgij Iunioris non potuit obtinere, aut verò sine veri præiudicio non constat de fideicommisso prædictorum, & idem Marchio minus etiam potuit obtinere, cum sint faciēdæ detractiones, & sic ex vtroque capite non est locus Aegidianæ. Vndè tertio loco Domini perstiterunt in his alias decisis, &c.

* Prima decisio est 360. supra par. 5. recent.

* Altera est decisio 51. in hac eadem part.

R. P. D. PIROVANO.

Ianueñ. Iuris Honorifici.

Die Lunæ 26. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione materia successionis in Iure honorifico, & an in eo succedere possint descendentes ex fęminis.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
2 *Iuspatronatus acquiritur ex fundatione Ecclesiæ, etiamsi non sit facta reseruatio.*
3 *Agnati proximiores deficientibus descendentibus, & ascendentibus, & succedunt defuncto.*
4 *Ius honorificum transit cum vniuersitate bonorum.*
5 *Aequales in gradu, simul succedunt æqualiter in bonis defuncti.*
6 *Statut. Ianuæ lib. 4. cap. 23. quid disponat.*
7 *Mulier si se nubat in agnatione, nec gradum, nec familiam amittit, & num. 12.*
8 *Fœmina non potest intrare ad constituendum secundum, vel tertium gradum agnationis, cum careat qualitate masculina.*
9 *Fœminæ gradus non est in consideratione, vbi masculus præcedit.*

10 Caput

10 *Caput, quando est impertinens, numquàm habendum est in consideratione, quo ad effectus producendos.*
11 *Matre exclusa, omnes sunt exclusi, qui per matrem coniunguntur.*
13 *Fœmina non est finis lineæ, nisi quando nupsit in alienæ familia.*
14 *Consil. Crauett. 831. num. 3. & alij declarantur.*
15 *Mulier impoßibile est, quod habeat suos descendentes agnatos.*
16 *Descendentium appellatione veniunt etiam descendentes ex fœminis.*
17 *Familiæ paternæ appellatione non veniunt descendentes ex fœminis.*
18 *Mulier familiæ suæ, & caput, & finis est.*
19 *Fœminæ non sunt comprehensæ in familiæ paternæ vocatione.*
20 *Fideicommissum remanet extinctum in personam hæredis vltimi vocati.*
21 *Descendentiæ verbum non differt ab ipso nomine familiæ.*
22 *Vocatio descendentium simplex, non potest confundi, cum vocatione qualificata.*
23 *Dispositionis vna pars alteram declarat.*
24 *Testator, si in testamento dixerit, bona velle, quod remaneant in agnatione masculina, & postea in Codicillis dixerit in familia, nihilominus de masculina erit intelligendum.*
25 *Capellam dotanti acquiritur iuspatronatus, & ius honorificum.*
26 *Ius honorificum transit ad vocatos.*
27 *Ius honorificum non transit ad fideicommissarios, sed remanet penès primum hæredem.*

DECISIO LXXXIX.

MOrtuo Hieronymo Saulio vltimo de linea masculorum Vincentij primi acquirentis huius Iuris Honorificii, Chori, & Capellæ Sanctæ Catherinæ Ianuæ Ordinis S. Benedicti Cassineñ. Abbas, & Monachi dicti Monasterij concesserunt, & seù recognouerunt in patronos dicti iuris Honorifici DD Iulium, Octauium, & Ioannem Antonium de Saulis vti hæredes dicti Hieronymi; Causa postmodùm in Rota commissa contra Abbatem, & Monachos ad instantiam D. Pauli Saulij, & D. Ioannis Baptistæ, qui pro suo Iure, & interesse obtinuerunt per speciale rescriptum admitti ad causam, fuit primò dubitatum de existentia huius iuris Honorifici, & die 13. Maij 1630. resolutum constare; successiuè de pertinentia illius quæsitum, & hodiè Domini responderunt ius Honorificum non spectare ad Paulum, neque ad Ioannem Baptistam; sed ad Iulium, Octauium, & Ioannem Antonium.

1 Quia dubitari non potest, quin iuspatronatus † de quo agitur sit hæreditarium, nedum iuris præsumptione per *Clem. plures, de Iure patronat. Calder. conf. 4. eodem tit. Couar. variar. resolut. lib. 2 cap. 18. num. 6. Seraphin decis. 456. num. 1. 707. num. 8. par. 1. & 756. num. 1. par. 2. recent.* Sed etiam ex ipsa Vincentij fundatoris dispositione, in qua reseruauit sibi, hæredibus, & successoribus ius Honorificum dictæ Capellæ, Chori, quæ reseruatio nedum à Canone ad-
2 mittitur; † sed vlterius si non fuisset expressa, nihilominus conceditur *cap. nobis de Iurepatronatus, Rota eodem tit. in antiq. decis. 5.* & idē latissimè fuit firmatum in *Iacen. Portionis* 10. *Decembr.* 1591. *coram Cardin. Hieronymo Pamphilio,* & in prima huius causæ decisione; vnde cum Hieronymus ab intestatn decesserit, & dicti Iulius, & Octauius, &
3 Ioannes Antonius in gradu alios omnes successibiles † præcedant, meritò ad eos sicuti differtur illius hæreditas ab intestato vti proximiores agnatos, deficientibus descendentibus, & ascendentibus *Auth. de hæred. ab intestat. venien. In princip. Grass. in §. successio ab intestato quæst. 2.* & id ipsum determinat Statutum *Ianuen lib. 6 tit. 23.* Cum exclusione fœminarum, ita, & ius honorificum pertinebit,
4 quod proculdubio cum † vniuersitate bonorum transit, *cap. ex literis, de Iurepatronatus, Abb. in c. 1. num. 2. eodem tit. Couar. variar. resolut. lib. 2. d. c. 18. num. 8. Fusar. de substit. q. 434. num. 2.*

Non obstat, quod D. Paulus Saulius si non præcedat supradictos agnatos in gradu successibili, tanquàm filius Bartholomæi Saulij, cum distet in vno gradu à persona Hieronymi, sicquè reperiatur in quinto, alii verò in quarto; Attamen vti filius Margaritinæ Sauliæ natæ ex Sebastiano Saulio, & nuptæ eidem Bartholomæo patri, & etiam vt nepos Theodoræ Sauliæ natæ, & Antonio fratre Vincentii fun-
5 datoris, & nuptæ Francisco Saulio dicti Pauli auo, ex † duplici coniunctione in quarto gradu reperitur cum Hieronymo, vnde saltem ad æqualem successionem cum Iulio, & aliis concurrere debeat *Auth. post fratres, C. de legitim. hæred. & in §. si verò neque fratres Auth. de hæred. ab intest. venien Paris. consil. 149. num. 5. lib. 4. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 34. Gratian. discept. 110. num. 14. & 15.*

6 Quia stante statuto Ianuæ † *lib. 6. cap. 23.* disponente circa successionem ab intestato, vt deficientibus descendentibus, & ascendentibus masculis, succedat agnatus masculus proximior, defuncto intestato vsquè ad quartum gradū inclusiuè, non potest Paulus in gradu cognatio existente, prętendere simultaneam successionem cum Iulio, & aliis in gradu agnatitio repertis, cum in illis deficiat qualitas agnatitia cum qua à Statuto vocantur.

Nec videtur Paulus posse se tueri ex eo, quod tam Theodora, quam Margaritina de Saulis nuptæ fuerint in eadem familia cum Bartholomæo, & Antonio respectiuè patri, &
7 auo dicti Pauli; ita vt nequè † gradum, nequè familiam amiserint; sed continuando vtrumquè conseruauerint, nempè Theodora secundum cuius respectu Paulus reperitur in quarto, & Margaritina tertium, ex qua pariter quartus subsequitur *Crauett. consil. 831. num. 3. & consil. 877. num. 3. Peregrin. consil. 50. num. 4. lib. 3. Vegg. consil. 63. num. 74. Alba consil. 86. & 87. Pasch. de Iurib. patriæ potest. par. 4 cap. 5 num. 69. Fusar. consil. 30. num. 2. Castill. controu. iur. par. 1. cap. 15 num. 54. & sequen. Franc. à Ponte consil. 154. num. 30. lib. 2. Molphes. consil. 18. num. 17. & sequent.* cum etiam aliis adductis per eundem *Fusar. de substitut. quæstio. 404. num. 12. & sequen.* ponderando quod in masculo descendente ex fœmina nupta in agnatione concurrant requisita agnationis masculinitatis, & proximitatis.

Quia aduerterunt Domini ad verba Statuti, ibi, quibus deficientibus, scilicet descendentibus masculis, & ascendētibus semper fœminis in quocunq; gradu exclusis, subditur succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato vsquè in quartum gradum exclusiuè, quæ cum desiderent gradum intra certos limites, nempè quartum, & agnatitium ac masculum, & proximiorem, certum est, quod si Theodora, aut Margaritina viuerent, & haberent gradum intra limites, & agnationem, & proximioritatem, non tamen pos-
8 sent intrare ad constituendum † secundum, vel tertium gradum ex desideratis per statutum, cum careant qualitate masculina illas excludente, *Soccin. Sen. cons. 249. num. 20. vers. 13. & consil. 252. num. 17. in fine lib. 2. Cephal. consil. 490 in fine, Ruin. consil. 151. num. 14. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 21. num. 9. Honded. consil. 70. num. 44. volum. 1. Fusar.* alios
9 adducens *quest. 357. num. 2.* dicentes gradum † fœminæ non esse in consideratione, vbi masculus præcedit; subducto autem gradu fœminarum de præscriptis per statutum, aut filii masculi exindè descendentes dinumerant gradum à matre, vel alia, & ex illo tanquàm impertinenti, & inhabili carente qualitate masculinitatis non possunt proprium gradum continuare, nec ab eodem colligari, *Bald. & Castr. in l. 1. C. de legit. hæred Gabr. consil. 6. num. 1. volum. 1.*
10 *Surd. consil. 31. num. 36.* dicens, vbi caput † est impertinens nunquàm habendum in consideratione, quoad effectus producendos, & clariùs *decis. 239. num. 8.* affirmans

 masculos

masculos ex gradu impertinenti non esse admittendos, &
11 exinde exclusa matre † omnes esse exclusos, qui per matrem coniunguntur, *Rhouden.conf.3.num.26.& seq. Bellon. Iun.conf.2.num.71. Rouit.consil.17. per totum, Castill. controu.iur.par. 3.cap.15.num.59 vers.2. & 3.* & hunc sensum habuit *Rota in causa Florentina de Cambijs 9.Iunij 1627. coram Domino meo Dunozetto*: aut verò principaliter idem Paulus dinumerat gradum à Bartholomæo eius patre, in quo requisita statuti concurrunt, cum ille reperiatur in quinto gradu, semper excluditur per Iulium, & alios supradictos.

Propterea non obstant rationes, *Crau.& aliorum supra*
12 *alleg.* vt scilicet † fœmina, quæ nupsit in eadem familia conseruet gradum, & cognomen, ex quo vt dicit idem
13 *Crauetta* non est finis lineæ; † nisi quando nupsit in aliena familia, ponderando *leg. pronunciatio in fine, ff. de verbor. signif.*

Quia in his terminis benè poterit fœmina conseruare gradum, & cognomen, quando scilicet verba disponentium siuè inter viuos, siuè in vltima voluntate non excludunt personam matris, gradum constituentem; & tunc quia requisita poterunt conuenire filio fœminæ: quia descendenti masculo, & agnato agnatione per fœminam agnatam in eadem familia conseruata, *Menoch.consil.730. num.12. Odd.consil.46.num.60. Mant.de coniect. lib.8.tit.12. num.*
14 10. benè poterunt intrare rationes, & argumenta † *Crauettæ*, & aliorum, qui illam sequuntur; secus autem semoto gradu matris propter repugnantem qualitatem masculinitatis à Statuto desideratam, sine qua existimauit, *Ca-*
15 *stren.conf.91. num.4. lib.2.* impossibile mulierem † posse habere suos descendentes agnatos, & idem confirmant *Surd Bellam. & alij supra allegati.*

Quò verò ad Ioannem Baptistam, nec ad eum visum fuit spectare ius Honorificum.

Quàmuis enim produxerit Codiclilos Augustini Saulii filii Vincentii primi acquirentis, in quibus narrato priùs, quod Hieronymus Archiepiscopus eius frater decessit cōdito testamento, cum fideicommisso omnium bonorum, sub quo compræhensum remanebat omne ius, quod poterat prætendere in Choro, & alijs per Vincentium patrem relictis, & fabricatis, subdit, quod idem codicillans filius, & hæres pro dimidia dicti q. Vincentii cupiens, quod portio sibi spectans in dicto Choro pro d. sua dimidia conseruetur in descendentia, & familia paterna ideo per dictos Codicillos ordinauerit, quod sua dimidia d. Chori, ac omne ius sibi competens nullo vnquàm tempore alienari possit, sed quod sit & esse debeat in perpetuum, & in sæcula sæculorum descendentium q. Vincentii; & similiter, & testibus formiter examinatis probauerit se descendere ex Mariettina filia Augustini Codicillantis, & exindè appellatio-
16 ne † descendentium q. Vincentij quàmuis ex fœmina prætendat se compræhensum, & vocatum, *leg. fin. C.de suis, & legitim. Peregrin.de fideicomm.art.25. num.7. cum alij cumulatis per Menoch. præs.91. lib.4. & Fusar. quæst. 325. num.3.*

Attamen prædicta omnia euitantur ex voluntate eiusdem Augustini Codicillantis; dum voluit ius Honorificum conseruare, nedùm in descendentia; sed, & in familia
17 paterna, cui paternæ † familiæ certè conuenire non possunt descendentes ex fœminis prout ex Mariettina filia Augustini, quæ fuit finis propriæ familiæ de Saulis, & prin-
18 cipalium alteriùs de Iustinianis; dum † ab ea prouenerit Alexander filius de Iustinianis, & ab eo Emilia, qui fuit pater Ioannis Baptistæ nunc agentis, *leg. pronunciatio, §. vltimo, ff. de verbor. signific §. cæterum, § media autem Inst. de legitim. Agnat. success. Peregrin.de fideicomm. art.22. num.25.* quinimò, nec ipsa Mariettina, quàmuis agnata, si viueret esset capax huius iuris Honorifici propter voluntatem Testatoris, illud conseruandi in familia paterna de Sau-
19 lis: quia tunc † fœminæ ipsæ in vocatione non sunt comprehensæ secundum veriorem, de qua per *Socc. Sen. conf. 63. num. 141. lib.3. Surd.conf.96.num.27. Peregrin art.25. num.4.& artic.26. in fine Fusar. eadem quæst.346.num.5.*
20 quam sæpiùs Rota sequuta est etiam, † quod fideicommissum remaneat extinctum in personam hæredis vltimi vocati, vt in *decis.203.par.2.recent.& in Romana de Iouardis 14. Februarij 1620.& 4. Decembris 1623.coram bon. mem.Buratto*; neque hæc ipsa voluntas Augustini potest in dubium reuocari ex eo, quod paulò infra non fuerint repetita eadem verba; sed, quod sint, & esse debeant in perpetuum, & in sæcula sæculorum descendentium d.q. Vincentij, quasi habuerit sensum vocare descendentes ex masculis
21 simpliciter, non differendo descendentiam † ab ipso nomine familiæ, *Ripa in l filiusfamil § Diui.num.112 ff de legat. primo, Peregrin. artic.30. num.15. cum sequen.* quia
22 vocatio †, descendentium simplex, non potest confundi cum vocatione qualificata, & differenti per nomen familiæ, & agnationis; nam prima est apta compræhendere agnatos, & cognatos; secunda verò non conuenit cogna-
23 tis; propterea † semper vna pars dispositionis recipit interpretationem ab altera; itaut vna non discordet ab altera *l.vtrum, ff.de petit. hæred.* & in his terminis hoc ipsum firmarunt *Gabr.de testam.conclus.10. Mantic. de coniect. lib. 5 tit.1 num.22. & Surd. d. conf.96.num.32.* dicens, si Te-
24 stator in † testamento dixerit velle, quod bona remaneant in agnatione masculina; & postea in Codicillis, dixerit solùm in familia, quod nihilominus de masculina erit intelligendum.

Prædictis accedit, quod neque Augustinus, neque Hieronymus Archiepiscopus potuerunt disponere de iure Honorifico acquisito, per Vincentium eorum patrem, quia voluntatem eiusdem patris, non adimpleuerunt assignando loca montium pro multiplico, donec ascenderent ad loca nonaginta, vt adimplerentur conditiones per eundem Vincentium expressæ; sed Bendinellus [illegible] proprio [illegible] adimpleuit, asserendo se non esse hæredem patris, & acquirendo à Monachis concessionem Cappellæ, & Chori pro se, & suis hæredibus, vt in Instrumento dato
25 summario Monachorum numero primo, vnde, † vel dotanti Cappellam Iuspatronatus, & seù Honorificum acquisitum dicendum est, *Felyn in cap significauit num.2. de testibus, Cassad.decis 6.de Iurepatronatus, Rota decis.167. num.4.par.2.diuers.& 517. num.1.par.1. recent. & in Florentina Subdiaconatus 22. Maij 1628.coram D.meo Durano; vel saltem donec per eos fuerit adimpletum, fundare se non possunt in Instrumento concessionis Chori, & Capellæ, quod non adimpleuerunt, Surd. consil. 101. num.2. & conf.396.num.36.Menoch. conf.1.num.360.Becc. consil.45. num. 6.* atquè ita cum Hieronymus vltimus de linea Vincentij successerit Bendinello patri; & deinde decesserit intestatus absquè descendentibus, & ascendentibus, semper eo modo, quo obstat Statutum Paulo, ita & Ioanni Baptistæ obstabit non existentibus in quarto gradu; sed in quinto, vt supra firmatum fuit.

Superest Testamentum Hieronymi Archiepiscopi pro altera medietate iuris Honorifici pertinentis ad eundem
26 vti Vincentii patris hæredem, quæ † ad vocatos, prout prætendit Ioannes Baptista se compræhensum, cessante linea masculina transire debet.

Verum quicquid sit de hac sua vocatione, semper duo obstant in translatione iuris Honorifici ad vocatos; scilicet non adimplementum voluntatis Patris, & quod ius Hono-
27 rificum † non transit ad fideicommissarios; sed remanet penès primum hæredem per *l. quia perindè, verbo restituta, ff.ad Trebel. Couar.variarum lib.2.cap.18 num.8 Decian. conf.107 num.9.lib.3.Fachin.controuer.lib.10. cap.94. Fusar.quæst.634. num.2.* & hanc vti veriorem sæpè Rota sequuta est, vt in Aretina Cappellæ 1.Iulij 1584.coram Bubalo, Vicent.Beneficij 11.Decembris 1619 coram bon.mem. Francisco Vbaldo, Maceraten.Iurispatronatus 15. Decembris 1625.coram Domino meo Decano, & nouissimè in Firmana Beneficij 28. Nouembris præteriti coram Domino meo Ghisilerio.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Veneris 30. Ianuarij 1632.

ARGVMENTVM.

Tutor quando ſoluit aliquam pecuniarum ſummam, quo caſu pupillis non eſt imputanda, ſed ei.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, quando præſumatur pecunias pupilli conuertiſſe in proprium vſum.*

2 *Correſpectiuitas ceſſat, ſtante longo temporis interuallo, inter vnum contractum, & alium.*

3 *Diuerſitas excludit comprehenſionem vnius rei, in alia.*

4 *Tutor, quandoquè corrigere poteſt errorem ex obliuione, ſeù incuria in inuentario commiſſum.*

5 *Tutor non poteſt in inuentario confecto de rebus tempore obitus Teſtatoris in hæreditate repertis, per ſuam declarationem quicquam propria auctoritate addere, vel detrahere.*

6 *Tutoris probitate ſtante, ex hoc infertur ad veriſimilitudinem, quod noluerit defraudare pupillos.*

Sed hoc caſu, coniecturæ debent eſſe adeò efficaces, vt ex eis animus Iudicis inducatur ad hoc credendum.

DECISIO XC.

IN proſequutione diſputationis * ſuper partitis reſeruatis, Domini hodiè dixerunt partitam ſcutorum 127 b.70. non eſſe pupillis imputandam, aliam verò, & poſtremam 253. per Tutorem exactam compræhendi in ſumma ſcutorum 500. deſcript. in Inuẽtario. Nam quoad dictam partitam ſcutorum 127. b. 70. quàmuis illa reperiatur à Tutore in libro tutelari deſcripta ad debitum pupillarum ex cauſa emptionis bouium, & veruecum pro continuanda negotiatione tabernæ macellariæ per defunctum relictæ; Attamen cum non doceatur quod pecuniæ redactæ ex venditione carnium, & coriũ dictorum animalium deſcriptæ fuerint ad ipſorum pupillorum introitum, vtique dicen-
1 dum eſt Tutorem † illas in propriam vtilitatem conuertiſſe, vt in his terminis reſpondit *Soccin. in conſ. 190. ſub num. 2. verſ. quartò quia, volum. 2.*

Non obſtant partitæ conficientes ſummam ſcutorum 258. b. 15. in eodem libro deſcriptæ in re credita exacta de eodem menſe Februarij, quo ſequuta fuit emptio dictorũ animalium, vndè prædicti hæredes conantur probare introitum pecuniarum; quæ ex dicta venditione fuerunt redactæ, quia ex ipſa lectura partitarum conſtat à die 24. mẽſis Februarij vſquè ad 12. Martij ſequentis, maiorem partem huiuſmodi creditorum exactam fuiſſe ex cauſa texerarum, quarum vna continet debitum ſcutorum 162. alia 44. & tertia ſcutorum 11. b. 65. Animalia autem prædicta non antè fuerunt empta, quàm 19. die eiuſdem menſis Februarij, poſt quod tempus duobus tãtùm diebus antè diem Cinerum licuit eo anno carnes venales exponere. Quibus inſtantibus viſum fuit ſatis liquere, quod non ex venditione carnium dictorum animalium, ſed ex re macellaria viuente patre exercitata prædictæ ſummæ fuerunt redactæ, maximè quia attenta qualitate debitorum ex cauſa dictarũ texerarum, qui erant mercatores, & tabernarij inueriſimile redditur, quod ipſi tantos ſumptus in emptionem carnis pro ſuo vſu quiſque intrà biduum, vel triduum ſolummodò fecerint.

Inſuper fuit conſideratum, illas pecunias in dicto temporis ſpatio ex huiuſmodi venditione carnium redact. non poſſe reſpondere numeris texerarum, quæ important ra-
2 tiones longioris † temporis, propter cuius interuallum ceſſat correſpectiuitas, *Tiraq de retract. conuent. §. 1. gloſs. 4. Rot. in Hiſpalen. Simoniæ 1. Ianuarij 1598. coram Card. Blanchetto.*

Quòad alteram partitam ſcutorum 253. b. 15. Domini dixerunt habendam eſſe rationem de illa vti prorſus ſeparata, ac diuerſa ab illa ſcutorum 500. in Inuentario hæreditatis deſcripta; itaut veniat, in creditum pupillarum imputanda; quia licet Tutor in libro tutelari adnotauerit illam eſſe comprehenſam, attamen cum inter ſe differant adnotatio priuata de creditis exactis, & deſcriptio pecuniarum facta in inuentario, quæ eſt publica, & aliud ſit pecunia reperta in hæreditate de tempore obitus Teſtatoris; aliud ve-
3 rò credita hæreditatis, indè oritur diuerſitas, † quæ excludit comprehenſionem vnius partitæ in alia *l. quinquaginta, ff. de probat. Alex. conſ. 4. num. 3. & ſeq. vol. 1.*

Non obſtant Teſtes deponentes quòd Tutor pecunias ſingulis diebus ex arca nummaria Tabernæ extractas deferret ad domum pupillarum, vnde infertur ad immixtionem dictarum pecuniarum, cum alijs in hæreditate reper-
4 tis, & quod idem Tutor † quandocunquè corrigere potuerit errorem ex obliuione, ſeu incuria commiſſum in Inuẽtario, poſt dictas exactiones, confecto, quia dicti teſtes, de tali immixtione non concludunt, neque Tutor deindè potuit dicto Inuentario confecto de rebus tempore obitus
5 † Teſtatoris in hæreditate repertis, per ſuã declarationem quicquam propria auctoritate addere, vel detrahere *Bald. in Auth. ſed cum Teſtator num. 2. C. ad leg. falcid. & in l. 1. §. item ſolent. num. 3. ff. de offic. Præfect. Vrb. Rot. deciſ. 71. num. 3. par. 1. diuerſ.*

Demum non obſtant coniecturæ deductæ ex teſtibus deponentibus de probitate dicti Tutoris; Vndè infertur
6 † ad inueriſimilitudinem, quod voluerit defraudare pupillas in dictis ſummis, quia tales coniecturæ, ſtantibus præmiſſis, non ſunt adeò efficaces, vt ex ijs animus Iudicis in-
7 ducatur † ad arbitrandum pro comprehenſione vnius ſummæ in alia, quemadmodum in ſimilibus terminis, & ad hũc effectum requiri nuper firmauit *Rota in Rom. Dotis 1. Decemb. præteriti coram R.P.D. meo Durano.*

Et ita vtraque, &c.

* Ideſt ſub die 28. Maij 1631. & 27. Iunij eiuſdem anni, ſunt deciſiones 31. & 60. ſuprà hac eadem parte.

¶ Et infra in eadem cauſa coram R.P.D. Pirouano, habentur aliæ deciſiones, ideſt ſub die 24. Ianuarij 1633. & 30. Maij eiuſdem anni, & 16. Ianuar. 1634.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Cæſarauguſtana Cathedralitatis.

Die Mercurij 4. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Præcedentia ex quibus capitibus oriri poteſt. In actis ea, quæ non ſunt, non habentur in conſideratione; Proteſtatio debet repeti in quolibet actu, aliàs cenſetur ab ea receſſum. Proceſſus coram ſecundo Iudice quando ſuſtineatur, non obſtante pendentia coram alio.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, non tamen, iudicialiter illatarum; appoſita in com-*

commissione Iactationis, & Iactationum, limitat, & restringit iurisdictionem ad molestationes extra iudicialiter illatas.

2 *Nullitas ex defectu iurisdictionis euitari non potest.*

3 *Præcedentia ex pluribus capitibus oriri potest.*

4 *Minor aliquando etiam præfertur maiori.*

5 *Negatiua non existentiæ scripturarum probatur ex reuolutione actorum.*

6 *Scripturæ, quæ non reperiuntur in actis, non attenduntur.*

7 *Iudex non potest moueri ex ijs, quæ extra acta existunt.*

8 *Probatio, quæ pernecessè non concludit, attendi non debet.*

9 *In actis, quæ non ponuntur, aliquid non faciunt.*

10 *Processus secundi Iudicis valet, non obstante litis pendentia coram alio, parte non opponente.*

11 *Immo nedum requiritur oppositio, sed etiam necessaria est appellatio ab vlteriori processu.*

12 *Protestans, si non repetat in omnibus actibus protestationem, censetur ab ea recessisse.*

13 *Protestatio ex defectu iurisdictionis debet repeti in quocumque actu.*

14 *Protestatio ex defectu iurisdictionis, non potest opponi post sententiam latam.*

15 *Protestatio, generalia contra, præseruat ius excipiendi, quandocumquè.*

16 *Commodum non debet, quis consequi ex propria culpa.*

17 *Aduersarium trahens coram alio Iudice, non potest allegare pendentiam litis, sub prætextu, quod continentiæ causarum diuidi non debeant.*

18 *Iudicis delegati iurisdictio, pendet à tenore commissionis.*

19 *Iudicium, vbi est cæptum, ibi debet terminari.*

20 *Lite pendente coram vno, non potest procedi coram alio.*

21 *Causarum continentiæ non debent diuidi.*

22 *Fauori pro se inducti, quilibet potest renunciare, & renunciatum censetur, quando non fuit facta necessaria oppositio.*

23 *Ratio eadem censetur inducta, vbi eadem mittat dispositio.*

24 *Pars potest renunciare clausulis ad sui fauorem appositis.*

25 *Clausulæ, Parito iudicato, & refectis expensis, sunt dilatoriæ, non autem peremptoriæ.*

26 *Exceptio litis pendentiæ, non est peremptoria, sed declinatoria fori.*

27 *Exceptio peremptoria potest opponi, quandocumquè ante sententiam.*

28 *Fauori suo, quilibet potest renunciare.*

30 *Reformatio Pauli V. super commissionibus iactationum quid requirat.*

31 *Priuilegio introducto fauore publico, non potest quis renunciare.*

32 *Priuilegio introducto secundariò propter fauorem publicum, quis potest renunciare.*

Velleiano, quare mulier possit renunciare, num. 32.

33 *Commissio Iactationis est ipso iure nulla ob non factam mentionem litis pendentiæ.*

34 *Commissio non est subreptitia ipso iure, nisi à parte opponatur.*

35 *Commissio etiam surreptitia tribuit iurisdictionem.*

36 *Rota, tota iurisdictio est Papæ.*

37 *Rotæ Auditores vnum faciunt Tribunal, & commissiones deseruiunt pro simplici distributione causarum.*

DECISIO XCI.

ITerum proposui dubium: An sententia Rotalis sit valida. Et Domini pro validitate responderunt, confirmando decisionem in hac causa factam 12. Ianuarij præteriti, * moti rationibus tunc deductis, & alijs infrà deducendis.

Opponitur enim contrà dictam sententiam, quòd articulus Cathedralitatis fuit iàm in iudicium deductus coram Domino de Clericis, vigore commissionis emanatæ vsquè de anno 1536. & ideò non potuerit Dominus meus Decanus super eadem Cathedralitate pronunciare vigore alterius commissionis *Iactationis & iactationũ, molestationis & molestationum*, stante clausula in eadem commissione
1 apposita. *Non tamen iudicialiter illatarum:* † quæ limitat, & restringit iurisdictionem ad molestationes extraiudicialiter illatas. Quapropter dictus Dominus meus Decanus, excedendo fines Commissionis, cognoscendo vltra suam iurisdictionem super Cathedralitate in iudicium deducta,
2 nullitas † ex defectu iurisdictionis euitari non possit iuxtà trad. per *Adden. ad Afflict. decis. 354. n. 4. & seqq.*

At huiusmodi obiectio tollitur in primis ex facto. Nam commissio antiqua directa Clerico, non loquitur de Cathedralitate, sed de præeminentijs, quæ de per se stare possunt sinè Cathedralitate. Ex quo necessariò non infertur:
3 Ecclesia est Cathedralis, ergò præcedere debet: † cùm præcedentia possit aliundè oriri, nempè ex consuetudine, priuilegio, conuentione, & similibus: & ideò aliquandò etiam
4 † minor præfertur maiori, vt fuit firmatum in decisione, de qua agitur.

Non obstat clausula in antiqua commissione apposita. *Rebusque alijs, in actis causæ deductis, & deducendis*: vt indè inferatur, satis esse, quòd Cathedralitatis fuerit articulata, & super ea fuerint examinati testes. Quia ex reuolu-
5 tione processus, & ex inspectione actorum, † quæ probat negatiuam non existentiæ scripturarum, iuxtà tradita per *Surd. cons. 28. num. 114. & seq. lib. 1. Rota decis. 455. n. 4. par. 2. recent. Addent. ad decis. bo. me. Gregor. 416. num. 8.*
6 prætensi articuli non reperiuntur in actis: † & ideò super illis non potest fieri aliquod fundamentum: cùm Iudex so-
7 lùm moueri † debeat ex ijs, quæ in actis existunt, *Rot. decis. 445. num. 8. par. 1. diuers. Adden. ad decis. bon. mem. Greg. 224. num. 5. & 6.*

Non obstat, quòd testes in causa examinati deponant super Cathedralitate, super qua propterea dici debeat fuisse datos articulos. Quia cùm testes fuerint examinati super præcedentia, de qua loquebantur commissio & articuli dati pro parte Ecclesiæ del Pilar, potuerũt deponere de Cathedralitate ad magis colorandam rationem sui dicti, etiam
8 quòd Cathedralitas nõ fuisset articulata; & ideò ista † probatio cùm per necesse non concludat, attendi non debet, *cap. in præsentia de probat. l. nec natales, C. eod. tit. Rota decis. 506. n. 3. par. 1. diuers.*

Nec interrogatoria super ista Cathedralitate aliquid
9 † faciunt, cùm ea non ponantur in actis, nec dicantur de actis.

Sed præsupposito etiam, quod Cathedralitas fuisset coràm Clerico in iudicium deducta, & super ea fuerint dati articuli, & examinati testes: adhuc tamen Domini dixerunt sententiam esse validam. Quia regula est in iure clara,
10 quòd processus † secundi iudicis valet, non obstante pendentia litis coram alio, parte non opponente, *Innocent. in c. cum M. Ferrarien. in fin de constit. Bald. in cap. Pastoralis col. fin. de rescript. & in l. nulli, sub num. 2. C. de iudic. Ruin cons. 61. num. 36. vol. 5. Lancell. de atentat. par. 2. cap. 4. num. 50. & seqq. Gabr. de iudic. conclus. 1. num. 18. bon. me. Gregor. decis. 369. num. 3. & 4.* Quinimò nedum requiritur
11 oppositio, † sed etiam necessaria est appellatio ab vlteriori

pro-

processu, *Ruin.d.consil.61.n.36. Curt.Iun.consil.175.num.2.* & post alios de communi opinione testatur *Lancell. vbi suprà d.cap.4.num.71.& 72.*

Non obstat, quòd in casu nostro fuerit facta protestatio: *Generalia contra*: in termino citationis ad dicendum contra articulos. Quia postmodùm Ecclesia sancti Saluatoris fecit plures actus positiuos, consentiendo in iudicem remissorialem, producendo tàm in partibus, quàm hic in Curia multa iura, concernentia Cathedralitatem, & faciendo aliàs positiuas comparitiones, de quibus latè per informantes. Quo casu etiamsi protestatio: *Generalia contra*: con-
12 tineret specialem exceptionem ex defectu iurisdictionis, † adhùc ab ea censeretur recessum per plures actus, sine tali protestatione factos, *Seraph decis.1057.num.1. & 2.decis.308.n.1.* vbi quòd protestatio ex defectu iurisdictionis de-
13 bet repeti † in vnoquoquè actu. Vndè multò minus suffragari potest in casu nostro, cùm non solùm fuerint facti plures actus, sed etiam fuerit lata sententia, absquè eo, quòd fuerit de tali defectu oppositum: & solùm hodiè fit oppo-
14 sitio post sententiam. Quòd fieri non † licet in fortioribus terminis, nequè respectu iurium productorum, cótrà quæ,
15 protestatio: † *Generalia contra*: præseruat ius excipiendi quandocumquè, *Put.decis.119.lib.2. Marescott.var.resol.lib.1.cap.81.num.10.*

Deindè cessare videtur difficultas. Quia iste defectus iurisdictionis, quatenùs adesset, prouenit culpa, & facto Ecclesiæ Sancti Saluatoris, quæ obtinuit commissionem *Iactationis*, & *Iactationum*, & coràm secundo Iudice traxit Ecclesiam del Pilar, ad disputandum super articulo Cathedralitatis: adeò vt si hodiè posset iuuari hac exceptione
16 nullitatis iudicij, consequeretur † commodum ex propria culpa: quod esse non debet, ad notat. *in l. itaquè fullo, ff de furt.* & in his terminis latè trad. *Lancell. in d.cap.4.num 89. & seqq.* vbi multis rationibus firmat, quòd ille, qui aduersarium coràm alio iudice traxit, nó potest allegare penden-
17 tiam litis, † sub prætextu, quòd continentiæ causæ diuidi non debeant: & ad propositum benè facit *d. decis. bon. me. Gregor.decis.369.num.3.& 4.*

Non obstat, quòd simus in commissione iudicis delegati, qui habet potestatem limitatam ex dicta clausula: *Non tamen iudicialiter illatarum*: & ideò non sit attendendus có-
18 sensus partium in iurisdictione, sed solùm tenor † commissionis, à quo regulatur potestas iudicis delegati, *Rot.diuers.decis.39.num.1.par.1.in recent.*

Quia illa clausula: *Non tamen, &c.* videtur posita in cómissionibus ex duplici causa: Primò per regulam, quòd
19 † vbi cæptum est iudicium, ibi debet terminari, *l. vbi cæptum, ff de iudic.§ quoniam, Authen.de testam.* ista regula non solùm habet locum in iudice ordinario, sed etiam in
20 delegato, vt pendente † lite coram vno, non possit procedi coràm alio, *cap.ex tenore, de rescript. vbi Anchar. Abb.& alij, Mandos.de inhib.quæst.121. num.2. Gabr. de iudic. conclus.1.num.6.* Secundò ponitur dicta clausula per ratio-
21 nem, † nè continentiæ causarum diuidantur, vt *tot. tit. ff. de quib.reb.ad eumdem iud.eat.l.nulli.C.de iudic.l.1. §. vlt. C.de assert.tollen. Lap.allegat.78.num. 7.* quæ ratio militat etiam in iudice delegato. Et cum hoc fiat fauore partium, ne coram diuersis iudicibus vexentur, huiusmodi fauor cósideratur, tàm respectu iudicis ordinarij, quàm delegati. Et ideò dicendum erit, quòd in vtroquè casu possint partes fa-
22 uori suo † renunciare: & renunciatum censeatur, quandò non fuit facta necessaria, & debita oppositio modo supra-
23 dicto, per regulam, quòd vbi militat † eadem ratio, ibi etiá militare debet eadem dispositio, *l. illud, ad leg. Aquil. l. à Titio, de verbor obligation. Cephal.consil.1.num.33.& consil.296.num.15.* Et quod pars possit renuntiare clausulis, ad sui
24 fauorem † appositis, extat decisio Domini mei Decani 47. *num.14. & seqq.& nu.16. Marescott. var.resol.lib.1.cap.87.num.34.*

Nec obstat, quòd dicta decisio loquatur in terminis clausulę: *Parito iudicato, & refectis expensis*: quæ clausula cùm
25 sit † dilatoria, nó autem peremptoria, vt est ista, de qua agitur, ideò non militat eadem ratio, vt dici possit, quod parte non opponente, etiam in hoc casu censeatur remissa vis dictæ clausulæ: *Non tamen, &c.* Quia hoc non videtur verum ex supradictis: cùm ea apponatur ea de causa, vt iudicium terminetur, vbi cæptum fuit, & nè continentiæ cau-
26 sarum diuidantur. Ex † quo apparet, exceptionem litis pendentiæ non esse peremptoriam, sed declinatoriam fori; de qua propterea opponi debet in principio iudicij, vt dicit *Bald.in l.peremptorias, num.40. C.sent. rescind. non poss. Gabr.de iudic. conclus. 1. num.34.* Si enim esset exce-
27 ptio † peremptoria, posset opponi quandocumquè ante sententiam, *dicta l.peremptorias, C.sent.rescind.non poss. l.præscriptionem, C.de except.seu præscript.& ibi gloss.* Et quod exceptio fori debeat opponi in principio litis, est *tex. in l.vltima, C.de except.seu præs.*

Non obstat, quòd dum pars exceptionem sibi competentem non allegat, videatur prorogare iurisdictionem, quæ protogatio applicetur iudici ordinario, & non delegato. Quia fuit consideratum, hic propriè non agi de prorogatione iurisdictionis, sed de renúciatione facta illi clausulæ, *Non tamen iudicialiter, &c.* quæ renunciatio fieri potest, vt supradixi, siuè simus in iudice ordinario, siuè delegato propter eamdem rationem, quæ viget in vtroquè,
28 quòd fuit apposita ad fauorem partis, quæ † potuit fauori suo renunciare: vt benè ad propositum faciunt trad. per. *Vgo. Donel.lib.17 commen.iur ciuil.cap.27.col.2.vers nam & iudici.* Et ideò illa clausula operatur quodammodò suspensionem iurisdictionis, parte volente: nam ea nolente, commissio operatur effectum suum, perindè ac si clausula apposita non fuisset. Quapropter dicendum est, adesse fundamentum iurisdictionis vigore commissionis quæ clarè amplectitur articulum Cathedralitatis, vt fuit firmatum in decisione, de qua agitur. Et ideò si pars non opponit,
29 † remouetur solùm obstaculú, quod proueniebat ex dicta clausula: & non prorogatur iurisdictio, sed solum dicitur omissa exceptio litis pendentiæ, *Milis.in reprob. in vers. iurisdictionis prorogatio.*

30 Non obstat reformatio Pauli Quinti, † disponens quòd in commissionibus, *Iactationum, &c.* apponatur clausula: *Non tamen iudicialiter, &c.* Quia in casu nostro non fuit contrauentum dictæ constitutioni, ex quo fuit clausula apposita: & solùm dicitur, quòd fuit illa apposita fauore par-
31 tis, quæ potest illi renunciare, vt suprà. Nec † dicatur, quòd fuerit apposita fauore publico, cui renunciari non possit. Quia fauor publicus consideratur secundariò, fauor verò
32 priuatus principaliter: quòd sufficit, ad hoc, † quod possit illi renunciari: sicuti in simili renunciatur Velleiano, ex quo principaliter est inductum iure priuato, secundariò autem iure publico, *Roman.consil.151.in princip. Præfati Consultoris, Soccin. Sen.consil.77.num.17. vol.1. Surd. consil.367. num 12.*

33 Non obstat, quòd commissio † Iactationis, fuerit ipso iure nulla ob non factam mentionem litis pendentiæ. Quia hoc est verum in commissione auocatoria, *Cassad decis.1. de rescript.& decis.2.num.6. de appell. Seraph. decis.363. num.6. Rot.diuers.decis.655.num.3 par.1.recent.* At nos nó sumus in auocatoria, sed in simplici commissione causæ, *Ia-*
34 *ctationis & Iactationum, &c.* Quæ quatenus † remaneret subreptitia ob non factam dictam mentionem: non proptereà esset nulla ipso iure, nisi opponatur (quòd factum non fuit in casu nostro) *Cassad.vbi suprà in princip. Bella.*
35 *decis.484. Processus factus.* Et est regulare, quòd † commissio etiam subreptitia tribuit iurisdictionem, vt ex *c.ex tenore, & c.ad audientiã, il secondo, de rescr. Mil.in reper. in verb.rescriptũ ad lites, Put.decis.240.n.9.lib.2. Lancell. de attent.par.2.cap 20. limit.12.nu.13.* & fuit dictum in *Hispalen. Coadiutoriæ, 13. Martij 1615. coram bon.mem. Domino meo Vbaldo.* Et hoc maximè procedit in Rota,
36 † in qua tota iurisdictio est Papæ. In qua proptereà non videtur multùm curandum, quis procedat: cùm Auditores
37 faciant vnum † Tribunal, & commissiones seruiant pro simplici distributione causarum, *bon.me.Gregor. decis.369. vbi Adden.Card.Caual.dec.33.nu.5.* & fuit deductum in decisione, de qua agitur. Ex cuius fundamentis, & alijs suprà deductis clarè constat de validitate dictæ sententiæ, quæ etiam in dubio esset confirmanda.

Et

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.
* Est decis.85. supra hac eadem parte.

¶ In eadem causa coram eodem habetur infrà altera decisio sub die 13. Februarij eiusdem anni 1632.

R. P. D. MERLINO.

Colimbrieñ Canonicatus.

Die Mercurij 4. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Beneficium, quando vacet per obitum resignantis, itaut si ex dicto capite quis illud impetret, validè dicatur de eo prouisus.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem, & narrata in sua gratia, quis impugnare non potest.*
2 *Probatio, quæ resultat ex publico instrumento, dicitur probatio probata.*
3 *A Resignante beneficium, ius non dicitur abdicatum, si resignatio non fuit effectuata.*
4 *Testes de publica voce, & fama probant obitum ad effectum probandi reseruationem, quando non agitur contra prouisum ab Ordinario.*
5 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
6 *Prouisus de beneficio, vt probetur, quod sit de origine loci, vbi adest beneficium, probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
7 *Valor beneficij obtenti, ex quibus probetur.*
8 *Supplicatio signata, si sit in forma gratiosa, dat ius in re.*
9 *Canonicatus valor computatis distributionibus, quod non excedat summam narratam, comprobari potest tum ex testibus.*
10 *Tum ex confessione aduersarij emanata in literis suæ prouisionis.*
11 *Gratia, quando est plenè iustificata, prouiso est concedenda immissio, & literis Apostolicis executio.*
12 *Beneficium non vacat per mortem resignantis, si ille viuens iam ad fauorem alterius resignauerit.*
13 *Resignationis gratia, quando fuit expedita in forma dignum, per eam datur solum mandatum, de prouidendo quatenus resignatarius reperiatur idoneus.*
14 *Et nullum tribuitur resignatario ius in re, nec à resignãte ius primæuum abdicitur, nisi postquam gratia mediante collatione facta resignatario fuerit executioni demandata.*
15 *Resignans beneficium, si non ciciderit à iure suo, nequè resignatario fuerit vllum ius quæsitum dubitari non potest, quin per obitum eiusdem resignantis vera inducta fuerit vacatio.*
16 *Per renunciationem iura sua, si quæ habet, renuncians, amittit, & hinc oritur exceptio litis finitæ.*

DECISIO XCII.

CVM Ioannes Boralbus Canonicus Ecclesiæ Colimbrieñ, Canonicatum, quem obtinebat resignasset in fauorem Antonij Mendez, ipseq; Antonius literis in forma Dignum expeditis, & illis coram executore non iustificatis, nondumq. adepta Canonicatus possessione, obijsset, impetrauit eumdem Canonicatum Emanuel Fagundez vti vacantem per obitum Antonij resignatarij, seu per resignationem Ioannis resignantis, & deinde de veritate dictæ vacationis, & de validitate suæ prouisionis dubitans obtento alio Canonicatu in Ecclesia Elboreñ, primum cessit, & renunciauit simpliciter in manibus Sanctiss. D.N. postquàm cessionem, & renunciationem, Antonius Pimentel facta præmissorum, vt supra gestorum narratione, & sequuto obitu Ioannis resignantis in mense reseruato, à Sede Apostolica fuit de dicto Canonicatu prouisus, causaq; in Rota introducta, & suscepta disputatione super iustificatione gratiæ illius prouisionis, D. Antonio Pimentel tantùm informante, gratiam esse iustificatam, quòad omnia narrata responderunt.

Quod enim iste Canonicatus fuerit resignatus à Ioanne in fauorem Antonij Mendez, & per obitum Mendez, literis in forma Dignum nondum iustificatis, nequè appræhensa possessione, de eodem fuerit prouisus Emanuel, constat ex literis resignationis, & ex literis prouisionis ipsius Emanuelis, Summ.num.1. & 2. ex quibus resultat concludens
1 probatio contra Emanuelem, † qui narrata, & confessionem emanatam in sua gratia impugnare non potest, *Caputaq.decis.190.par.1. Rota in recent.decis.379.num.7.par.1. & apud bo.mem.Card.Caual.decis.33 num.1.* Prout & per Emanuelem fuisse cessum, & renunciatum cuicumq; iuri quod habebat super dicto Canonicatu, apparet ex publico instrumento cessionis, & renunciationis liberè factæ in
2 Summ.num.3. quæ † est probatio probata, *Dec. consil.36. num.2. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.44. num.1.* obitusque Ioannis in possessione Canonicatus de mense reseruato, nempè Februarij 1630. per quem obitum
3 fuit inducta vacatio, cum ob non effectuatam † resignationem ius ab eo nullatenus abdicatum fuisset, probatur ex testibus datis in Summ. num.4. quorum vnus nempè tertius
4 iuxta quintum, deponit de visu, alij verò de publica † voce, & fama, quæ sufficit ad effectum probandi reseruationem, quando non agitur contra prouisum ab Ordinario, *Mohed.decis.1.de probat. Put.decis.266.num.4.lib.3. Rota coram san.mem.Greg.XV. decis.166. num.7. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.87.num.2. & decis.373.nu.5. ac decis.475.num.9. & coram bo.mem.Card.Caualer. decis.33.num.2.*

De Clericatu autem, seù Presbyteratu Antonij Pimentel
5 liquet † ex literis patentibus Sum.num.7. quæ ad hunc effectum suffragantur, iuxtà *Rot. decis. 16. de probat. in antiq. & apud san.me.Greg.XV. decis.78.num.5.* & de origine,
6 & Diœcesi Mirandeñ ex testibus de † publica voce & fama deponentibus Summ. num.7. qui sufficiunt, *vt dixit Rota apud san.me.Greg.XV.decis.35.nu.2. & alias passim.*

Valor verò obtentorum per Antonium, nempè quod
7 fructus † beneficij simplicis, quod obtinet in Ecclesia B. Mariæ de Oppidi de Cea, non excederet ducatos 24. auri de Camera, & quod in fauorem eiusdem Antonij esset reseruata pensio regalium 45. mill. monetæ Regni Portugalliæ super fructibus Canonicatus obtenti per Hectorem de Sousa, iustificatur ex testibus, Summ. num. 6. & ex literis reseruationis, Summ.num. 8. quemadmodum, & ius Antonij ad dictum beneficium simplex Oppidi de Cea benè
8 deducitur ex supplicatione in illius fauorem † signata, quæ in forma gratiosa dat ius in re, *Cassador.decis.4. num. 2. de caus.posses. & propr. Garz. de benefic.par.4. cap.2.num.11. Rota decis.418.num.3.par.1.diuers.cum alijs.*

Demum valor Canonicatus, quod non excedat ducatos
9 600. computatis † distributionibus, prout Papæ fuit narratum, comprobat tùm ex testibus datis in Summ.num.9. qui ad hunc effectum sufficienter probant *Put.decis.29. par.1. Rota decis.293.n.1.par.1.diuers. & dec.46.n.par.2.diuers. ac in rec.dec.140.n.3.p.1. & dec.455.n.8 p.2.* Tũ & multò ma-
10 gis ex confessione † ipsius Emanuelis emanatá in literis suæ prouisionis, *Bellamer.decis.298. & 596. Rota decis.101.numero 7.par.1.recent. & coram Reuerendiss. D.meo Decano decis.145.num.1.* quibus positis, & gratia plenè iustificata,
11 Antonio Pimentel concedenda est † immissio, & literis Apostolicis executio, *cap.si Capitulo, vbi glos. in verb.exequatur.*

quatur. de conceſſ. præbend. Mohedan. deciſ. 13. vt lite pendente, cum alijs.

Non obſtat, quod Canonicatus non vacauerit per obi-
12 tum Ioannis, † quia viuens iam illum reſignauerat, in fauorem Antonij Mendez.

Quoniam cum gratia reſignationis fuerit expedita in for-
13 ma dignum, † per quam datur dumtaxat mandatum de prouidẽdo, quatenus reſignatarius reperiatur idoneus, nullumq. tribuitur eidem reſignatario ius in re, nec à reſignan-
14 te ius primæuum abdicatur, † niſi poſtquàm gratia mediãte collatione facta reſignatario, fuerit exequutioni demandata, Put. deciſ. 158. num. 3. lib. 3. Achil. deciſ. 10. num. 4. de reſtit. ſpol. Mohedan. deciſ. 36 per tot. de renunciat. cum alijs, de qua literarum executione, & de ſubſequuta collatione facta ab exequutore, Antonio Mendez reſignatario, hic nullibi apparet, ſed contrarium iuſtificatur, propte-
15 rea dum Ioannes reſignans † non ceciderat à iure ſuo ſuper Canonicatu, de quo agitur, neque reſignatario vllum ius fuerat quæſitum, dubitari non poteſt, quin per obitum eiuſdem Ioannis vera inducta fuerit vacatio, vt in terminis reſoluit Rota in Abulen. & Zamoren. Beneficiorum 17. Iunij 1594. coram Penia, & plenè in Ampurien. Beneficij 18. Februarii 1625. coram me, vbi aliæ concordantes deciſiones cumulantur; ſemperq; Emanuel, obſtat ceſſio, & renunciatio iuris ſibi competentis ſuper hoc Canonicatu in
16 manibus Papæ facta, † per quam renuncians iura ſua, ſi quæ habebat amiſit, & hinc oritur exceptio litis finitæ, Caputaq. deciſ. 320. par. 1. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 13. num. 37. cum alijs.

Et ita Antonio Pimentel tantum informante reſolutum fuit &c.

R. P. D. QVEIPO.

Ariminen. Nullitatis Obligationis.

Die Mercurij 4. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarij plures, quando re ſunt coniuncti, tunc licet ſtante negligentia, vel mora aliquorum, reliqui poſſint petere totum fideicommiſſum, tamen partem ſociorum non poſſunt alienare, & ſic non valent conſtituere Procuratorem ad totum illud alienandum. Mandata qualiter ſint intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *In Fideicommiſſo, quando omnes re coniuncti ſunt, tunc quilibet ex ſocijs ſtante ſociorum mora, vel negligentia, poteſt totum Fideicommiſſum petere.*

2 *Sed hoc tamen intellige, quod non poſſit ſociorum partem alienare, neque ad alienandum procuratorem conſtituere.*

Mandatum debet reſtringi ad id, quod fieri poteſt, numero 2. & 3.

4 *Limitata cauſa, limitatum producit effectum, & ad illum reſtringitur.*

5 *Actus agentium vltra eorum intentionem effectum non producunt.*

6 *Obligationes, & contractus inuentæ ſunt, vt vnuſquiſq; acquirat, quod ſuum eſt.*

7 *Exceptio tua non intereſt, repellit ab agendo, & ab excipiendo.*

8 *Noſtra non intereſt, vt alij detur, vel acquiratur.*

9 *Negotium alienum nemo præſumitur velle gerere.*

10 *Negotium aliquod, ſi alicui ſpectabat tantum pro medietate, niſi pro illa parte præſumitur voluiſſe mandatum dare, & ſe obligare.*

11 *Procurator, ſi terminos mandati excedat nulliter agit.*

DECISIO XCIII.

HÆc cauſa iterum * propoſita Domini perſiſterunt in deciſis, eo præcipuè ducti fundamento, quod licet Ioannes Baptiſta, & Laurentius integrum fideicommiſſũ
1 petere potuiſſent propter Sociorum moram, vel † negligentiam, cùm in eo fideicommiſſo omnes re coniuncti eſſent, vt per Text. in l. ſi mihi & tibi, ff. de leg. 1 ſi mihi & Titio. ff. de leg. 2. l. coniunctim ff. de leg. 3. tenent Bart. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 2. Rip. in l. re coniuncti, num. 6. ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 9. num. 12. Modernus de acq. poſſ. quæſt. 8. art. 9. ex num. 224. vbi num. 231. refert hanc ſententiam
2 à Rota receptam. Sociorum tamen partem alienare, † neque ad alienandum procuratorem conſtituere non potuerunt, iuxta reg. Tex. in l. vlt. §. ſed quia noſtra, C. commun. de leg. & ibi Bald. & Salycet. Peregr. vbi ſupra art. 40. ex num. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. num. 33. Caſtill. de vſufr. lib. 1. cap. 5. num. 4. atque ita, cùm mandatum à Ioanne Baptiſta, & Laurentio conſtitutum cum facultate tranſigendi cùm poſſeſſoribus bonorum fideicommiſſi, & dimittendi partem eorundem bonorum neceſsariò ad partem conſtituentibus pertinentem debeat reſtringi, eodem modo facultas Ioanni Mariæ mandatario conceſsa ad obli-
3 gandum † quemlibet eorum, quàmuis facultatem obligandi in ſolidum contineat, ex l. ſi pluribus, & ibi gloſ. & Bart. ff. de leg. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gloſ. vnic. num. 11. Rota apud Galleſ. 22. num. 2. & deciſ. 23. num. 4. debet intelligi reſpectu partis bonorum ad ipſos mandantes pertinentis, quia facultas prædicta obligandi quemlibet, robur, & firmitatem alienationis permiſſæ reſpicit, ad id quod tantum dirigitur, vt ex eadem ſcriptura mandati conſtat: vnde cùm alienandi licentia ſit reſtricta, vt dictum eſt, eo-
4 dem modo obligandi facultas eſſe debet, † nam limitata cauſa limitatum parit effectum, & ad illum reſtringitur, l. in agris. 16. ff. de acq. rer. domin. l. cum ſeruo 63. de contrahen. empt. l. age cum Geminiano, C. tranſact. cap. 1. de ſepult. Felin. in c. cum olim, ex num. 4. de reſcript. Caſſad.
5 deciſ. 36. num. 5. de reg. iur. & actus † agentium vltra eorum intentionem effectum non producunt, l. non omnis numeratio. ff. ſi cert. petat. & ibi Bart. & DD. Anton. Gomez in l. 22. Taur. num. 24. Auend. reſponſo 12. per totum, Rot. deciſ. 14. num. 3. de conceſſ. præb. in nou. Inuen-
6 tæ namquè ſunt obligationes, † & contractus, vt vnuſquiſquè acquirat quod ſua intereſt, l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. § alteri Inſt. de inutil. ſtipul. & in prædi-
7 ctis locis, Bart. & DD. Ideò exceptio † tua non intereſt, repellit ab agendo, & ab excipiendo, l. 1. ff. quorum appell. non recep. l. ille à quo, § ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. Dec. in l. ex conuentione num. 1. C. de pact. Rota coram Ludouiſ. deciſ. 396. num. 3. Barboſ. in l. ſi alienum, num. 18. ff.
8 ſolut. matrim. Cœterum vt alii detur, † vel acquiratur noſtra non intereſt, vt expreſſis verbis traditur in d. §. alte-
9 ri, eaquè ratione alienum negotium † gerere nemo præſumitur, l. Neſſenius, ff. de neg. geſt. & ibi Bart. & DD. Vnde cùm intereſſe fideicommiſſi ad mandantes non pertineret niſi, pro dimidia parte, pro ea dumtaxat facultas
10 † obligandi quemlibet debet intelligi, & cùm Ioannes Maria quemlibet in ſolidum reſpectu totius fideicommiſſi
11 obligauerit fines, & terminos † mandati exceſſiſſe apparet, eaquè ratione obligationem fuiſſe nullam, ex traditis in prima deciſione facta in hac cauſa firmarunt Domini.

Et

Et ita resolutum, &c. vtraquè, &c.

* Proposita fuit hæc causa sub die Mercurij, 10. Decembris 1631. & est decisio 79. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANNO.

Montis Falisci Pensionis.

Die Veneris 6. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Contractus conditionalis, donec conditio non purificetur, remanet pro non facto, & inualido. Conuentiones super beneficio Ecclesiastico, quando sint improbæ, & Simoniacæ, & Ordinarius, quando motu proprio, possit reseruare pensiones, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus stipulatus sub beneplacito Apostolico, si illud non obtineatur, remanet contractus conditionalis, & pro non facto, & inualido.*

2 *Conuentione de per se super beneficio Ecclesiastico ad fauorem eius, qui non est in lite, & cum onere perpetuo commendæ semper sunt improbæ, & Simoniacæ.*

3 *Indultum habens ad aliquid faciendum, quando euenit casus, non est opus nouo indulto.*

4 *Dispositio exorbitans solet strictam recipere interpretationem, & nisi in quantum verba patiantur admittenda est extensio.*

5 *Ex dispensatione, non licet arguere à maioritate rationis.*

6 *Ordinarius pro bono pacis, & ex causa vtili Ecclesiæ potest motu proprio reseruare pensiones.*

7 *Ordinarius non potest reseruare pensiones pacto contrahentium firmatas, sed egent tamquàm improbæ auctoritate Apostolica.*

8 *Ordinarius non potest reseruare pensiones ad fauorem eorum, qui non sunt resignantes, sed omnino requiritur sedis Apostolicæ auctoritas.*

DECISIO XCIV.

IAm fuit resolutum * augumentum pensionis, & pensionem ipsam concordia anni 1601. Domino Equiti Lanfredutio iunioris reseruatam non deberi, & hodie etiam disputatione reassumpta dictum fuit standum esse in decisis.

Fundamentum vtriùsque resolutionis ex eo deducebatur: quia Concordia fuit stipulata † sub beneplacito Sedis
1 Apostolicæ, quod non fuit obtentum; itaut contractus semper remansit conditionalis, & pro non facto, ac inualido. *Mohed. decis. 1. de Simon. Rota decis. 166. num. 5. par. 2. recent.* cùm alijs in fine decisionis causæ allegatis, & con-
2 uentiones de per se super † beneficio Ecclesiastico ad fauorem eius, qui non est in lite, & cùm onere perpetuo Commendæ semper sunt improbæ, & Simoniacæ, *cap. cum pridem. de pact. constitutis, c. super eo, de transact. Garzias de benef.* latissimè comprobans *par. 1. cap. 5. numero 343.*

Non obstat, quod reseruatio beneplaciti Apostolici in Concordia prædicta legatur quatenus sit necessarium, minimè autem necessarium dicebatur cum concurrat beneplacitum Linguæ Italiæ, Magni Magistri, & Capituli generalis, quibus vigore indultorum Summorum Pontificum concessa est facultas reseruandi pensiones, & dum ab
3 eis reseruantur, † semper intrat beneplacitum Apostolicum in Bullis indultum absque eo, quòd de nouo expediatur *cap. si Apostolica de præben. in 6. Rebuff. super concord. tit. de forma Mand. Apostolici in verbo confirmatio, Seraph. decis. 1390.*

Quia facultates prædictæ indultæ tàm Magno Magistro, quàm Capitulo generali, siuè directè, siuè per approbationem stabilimentorum disponentium de facultate reseruandi pensiones vt in stabilimento tit. 5. cap. 1. sub rub. del commun Thesoro, & in altero tit. 14. cap. 49. sub rubrica delle commende delle pensioni omnes deducuntur ex Bulla Pij Quarti in Bullario antiquo 14. quæ postmodum per alios Summos Pontifices Successores fuit confirmata, & in ea formalia verba legantur; ac resignationes beneficiorum recipiendi illaque resignantibus titulum, seu denominationem, ac omnes eorum fructus, seù illorum partem, aut super illis quascumque annuas pensiones, quæ etiam transirent ad Successores reseruandi, constituendi, & assignandi; vnde videndum est an in sensu directo verba comprehendant facultatem confirmandi, & seù reseruandi pensiones ex pacto transigentium super commendis reseruatas, & ad fauorem tertij non collitigantis.

4 Et cùm versemur in materia exorbitanti, † quæ solet strictam recipere interpretationem, & nisi in quantum verba patiuntur, admittenda est extensio, *Put. decis. 88. num. 6. & 267. num. 3. lib. 1. Rot. decis. 193. num. 4. coram Papa Gregorio XV.* & quando agitur de dispensatione Apostolica est *decisio 497. num. 2. par. 1. recent.* vbi firmatur
5 quod in his, quæ veniunt † ex eadem dispensatione, non licet arguere à maioritate rationis allegando *Caputaquen. decis. 8. num. 6. & 274. num. 5. par. 1.* nulli dubium quod differunt inter se facultates reseruandi pensiones resignantibus Commendas, vel approbare pactiones litigantium super reseruatione pensionum pro vno ex litigantibus, qui transigendo iura sua cedat, vel eisdem renuntiet; nàm primo casu verba indulti benè conueniunt resignantibus Cō-
6 mendas, † ac etiam tanquam Ordinarius pro bono pacis, & ex causa vtili Ecclesiæ, poterit Magnus Magister pensiones, suò motu proprio reseruare, *Gig. de pens. quæst. 6. num. 2. Caccialup. eod. tit. quæst. 5. num. 13.* cum alijs per *Garziam allegatis de benef. par. 1. cap. 5. num. 15.* in secundo verò casu contextus non loquitur nec iure Ordinariæ
7 potestatis potest Magnus † Magister reseruare pensiones pacto contrahentium firmatas; sed egent tanquam improbæ, auctoritate Apostolica, *Mohed. decis. vlt. de simon. Garzias d. cap. 5. num. 343.* cùm alij in prima decisione allegatis; rursus verba indulti loquuntur de pensionis resignantium, ibi, illaque resignantibus reseruandi, nullumquè
8 verbum de reseruatione † ad fauorem eorum, qui non sunt resignantes, quibus nec iure Ordinariæ potestatis possunt reseruare pensiones; sed omninò requiritur Sedis Apostolicæ auctoritas, *Couarru. var. lib. 1. cap. 5. num. 5. Caputaquen. decis. 325. par. 2. Boer. decis. 2. num. 45. Garzias eodem cap. 5. num. 341.* vnde non immeritò concordia fuit stipulata etiam sub beneplacito Sedis Apostolicæ, de quo cùm non doceatur pro illius validitate visum fuit non posse respondi.

* Idest sub die 31. Martij 1631. adest infra hæc decisio pro vt in indice posito in fine deciss.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Tulleñ Reformationis.

Die Veneris 6. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Derogationum natura, quæ sit. Res qualiter geri debeant. Et non nulla circa transitum Religiosorum de vno, ad aliud Monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio, ad hoc, vt euitetur, quid sufficiat.*
2 *Derogationis natura ea est, vt licet non ampliet gratiam, neque suppleat defectum intentionis, attamen declarat voluntatem, & intentionem Principis confirmantis, seu concedentis.*
3 *Stabilitas requirit perpetuam permanentiam.*
4 *Res, ita fieri debent, nè à sapientibus redargui possint.*
5 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
6 *Exceptio declarat mentem Principis aliquid cōcedentis.*
7 *Religiosorum Ordinum scissuris est tempestatiuè occurrendum.*
8 *Vnio est contraria scissuræ.*
9 *Carthusiani retinent stabilitatem in loco, tamquàm perpetuum carcerem.*
10 *Religiosis, qui non promittunt stabilitatem in loco, sed clausuram obseruant, ex obedientia à Superiore iniuncta, varijs de causis permittitur transitus de vno loco, ad alium.*
11 *Religiosi tantò magis exercent officia promptæ obedientiæ, quò pluribus successiuè Superioribus in diuersis locis coguntur obedire.*
12 *Probatio per scripturas, testibus præualere debet.*

DECISIO XCV.

Resolutum fuit sententiam Rotalem latam pro obseruatione literarum Apostolicarum, de quibus agitur esse confirmandam. Quia nihil est, quod obijci possit aduersus illius validitatem, & iustitia comprobatur ex pluribus decisionibus in priori instātia coram R. P. D. meo Dunozetto emanatis, in quibus firmatum fuit litteras confirmationis tam à fel. recor. Paulo V. quàm etiam à Greg. XV. illius Successore concessa esse iustificatas.

Cui resolutioni non obstat, quod posteriores literæ sunt subreptitiæ, vel saltem possint redargui de defectu intentionis Pontificis concedentis, cùm post narratiuam, in qua colligitur, quòd nouæ Ordinationes Communitatis antiqui rigoris tendebant ad instaurationem veteris disciplinæ, omissa fuerit expressio, quod illæ non erant conformes institutis à primordio dictæ Religionis obseruatis. Quia fuit
1 responsum ad euitandam subreptionem, † sufficere, quod stante insertione ipsarum ordinationum in supplicatione Pontifex saltem in genere potuerit cogitare Ordinationes huiusmodi non esse dictis institutis conformes quandoquidem adhoc, vt tanquam illis conformes obseruarentur non erat opus confirmatione, *l. qui iure, ff. de milit. testament. Corn. cons. 201. num. 14. lib. 2. Cassad. decis. 1. de priuileg.* Intentio autem cōfirmandi huiusmodi ordinationes etiam non conformes dictis institutis arguitur, ex clausula derogante omnibus, ac in specie promissæ stabilitati, quatenus dictis ordinationibus non sint correspondentes, cùm ea sit
2 † proprietas derogationis, vt licet non ampliet gratiam, neque suppleat defectum intentionis, attamen declarat voluntatem, & intentionem Principis confirmantis, seu concedentis, *Bald. in l. eum quem, num. 38. C. de fideicom. Felin. in cap. nonnulli, num. 27. de rescript. Rebuff. ad concord. in form. mand. Apost. glos. in verbo non obstantibus, vers. & nota. Surd. in cons. 303. num. 9 & 10. lib. 3. Rot. decis. 532. sub num. 6. par. 1. diuers.* & fuit dictum *in Romana pecuniaria 26. Martij 1627. coram Eminentissimo Domino Cardin. Virili impressa post tract. Moderni de iurepatron.*

Neque in eo versatur defectus intentionis Papæ quod inter alia confirmauerit ordinationem, quæ habet, quod omnes Religiosi dictæ Communitatis sint communes, & nullus eorum dicatur, vel habeatur professus magis vnius, quàm alterius Monasterij dicti Ordinis, sed legitima auctoritate transmissus ad aliud quodcumque Monasterium eiusdem Communitatis ijsdem iuribus gaudeat, ac si inibi expressè emisisset professionem, & deinde subiunxerit illa verba, Dummodo seruetur formula solita professionis cū additione antiqui rigoris, quæ vltrà tria vota continet promissionem stabilitatis in loco, vt in formula descripta per *Specul. tit. de regul. in princ. & per Trull. de Canon. regul.*
3 *lib. 1. cap. 17. in fin.* cui stabilitati cùm † requirat perpetuam permanentiam, *cap. 1. & 2. 19. quæst. 3.* maximè repugnat transmissio professorum de vno ad aliud Monasterium. Quia cùm immediatè post dictam clausulam, Dummodo seruetur formula solita, sequantur verba quatenùs in alijs, quàm vt præfertur antiqui dicti Ordinis institutis non repugnent, & nulla ratio possit assignari per quàm Papa voluerit in eadem dispositione excipere stabilitatem in loco indiuiduo, & simul admittere contrariam ordinationem
4 transmissionis Religiosorum de vno loco † ad aliū vtiquè nè à sapientibus redargui possunt verba hæc confirmationis, iuxtà *l. Saluius Aristo. ff. de leg. præst. & l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.* dicendum est tàm Ordinationes, quàm dictam formulam cùm additione fuisse limitatam ad antiqua instituta præterquam in expressis, in quibus tanquàm non exceptuatis secundùm naturam exceptionis firma re-
5 manet † confirmatio, *l. quæsitum, §. denique, vbi Bart. ff. de fund. instruct. Dyn. in rubr. num. 16. de reg. iur.* & declaratur intentio Principis volentis propositas ordinationes in
6 † expressis licet primæuo instituto repugnantes ad not. *Dec. in l. 1. num. 25. ff. de reg. iur. Alex. cons. 217. num. 29. lib. 2. Greg. decis. 509. num. 3.* Itaut professio stabilitatis iuxtà prædictas ordinationes intelligi debeat de stabilitate in Congregatione Communitatis, iuxtà secundum caput distinctionis, *Calderin. cons. 23. de regu.* & decisionem in hac causa factam 10. Ianuarij anni præteriti.

Præterea non obstat, quod per prædictas ordinationes
7 non conformes primæuo instituto præiudicetur Ordini † qui admissa diuersitate professionum patitur scissuram, cui malo sit tempestiuè occurrendum, iuxta *tex. in cap. licet de vitanda, de elect.* Quia huic malo sufficientem cautelam in eisdem ordinationibus adhibitam esse constat ex eo, quod statutum fuit, vt ab omnibus dictæ Communitatis Monasterijs reuerenter agnoscatur Abbas generalis, vti caput speciale, à quo Vicarius eiusdem Communitatis suæ electionis tenetur petere confirmationem, & cui Abbati generali omnes Religiosi eiusdem Communitatis tenētur promittere in professione obedientiam, vt in literis, quod
8 procul † dubio tendit ad conseruationem vnitatis, & exclusionem scissuræ, quæ illi est contraria, *cap. loquitur Dominus, & ibi glos. 24. quæst. 1.* quod etiam in decisione huius causæ 22. Aprilis 1630. fuit comprobatum.

Minus obstat, quod ex professione cùm dictis ordinationibus compatibili inducatur relaxatio disciplinæ, quæ alias potius retinetur à Religiosis obseruātibus stabilitatem in loco tanquam perpetuum carcerem quemadmodum
9 † de Chartusianis dicitur, quàm ab alijs habentibus occasiones vagandi in transitu de vno ad aliud Monasterium; Quia huiusmodi transitus non temerè, sed ex obedientia à
10 superiore iniuncta secundum † eiusdem Ordinis Constitutiones varijs de causis, & plerisquè casibus est præmissus ipsis Præmonstratensibus, ac etiam Carthusianis,

nis, qui non promittunt stabilitatem in loco, sed clausuram obseruant, *Nauarr. de regul. comm. 4. num. 30. cum seqq.* quinimò eiusmodi debet recenseri inter officia promptæ
11 obedientiæ quibus tanto magis exercentur † Religiosi, quo pluribus successiuè superioribus in diuersis locis coguntur obedire per ea, quæ tradit *Azor. instit. moral. lib. 12. cap. 13 quæst. 3. in fin.*

Deniquè non obstant allegati defectus consensus Abbatis Generalis, & Conuentuum, qui pro oratoribus fuerunt in precibus Papæ porrectis nominati, & quod ex testibus constat de contrario, quodquè respectu Religiosorum nominatorum, non iustificetur eos esse professos in Monaste-
12 rijs ibi enunciatis. Quia huiusmodi obiecta fuerunt † quoquè sublata in dictis decisionibus R. P. D. mei Dunozetti ex scripturis, quæ testibus præualere debent, *Seraph. decis. 339. num. 7.*

Et ita vtraquè parte informante fuit decisum.

R. P. D. MERLINO.

Pistorieñ. Parrochialis.

Die Lunæ 9. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando est hæreditarium, non potest conuenire ei, qui non est hæres, veluti si hæreditatem repudiauerit, &c. & quando non obstante dicta repudiatione nihilominus sit capax huius iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, quando est hæreditarium non potest conuenire ei, nec eius hæredi, quando in eis deficit qualitas hæreditaria.*
2 *Repudiatio infringit, & penitùs tollit qualitatem hæreditariam.*
3 *Aditio hæreditatis, cum sit quid facti non præsumitur, & maximè in transuersalibus, sed debent concludenter probari.*
4 *In Filio, nec etiam præsumitur aditio hæreditatis, cum habeat beneficium abstinendi, & ideò aditio probari debet.*
5 *Portio non adita ad hæredes, non transmittitur.*
6 *Iuspatronatus potest transire in aliquem per ius accrescendi.*
7 *Portio portioni accrescit, & non personæ.*
8 *Iuspatronatus, quando est hæreditarium, & reale, cum ipsa hæreditate transit.*
9 *Repudiationem iam factam, quis potest reuocare, re adhuc integra.*
10 *Ius patronatus, quando est hæreditarium, citra ius, & nomen hæredis non potest de eo disponi.*
11 *Hæreditatis repudiatio intra triennium potest reuocari.*
12 *Ad presentandum post repudiationem, quando quis est admissus, non potest amplius obijci, quod non sit patronus.*
13 *Iurispatronatus status firmatur, quòad omnes per sententiam.*
14 *Iurispatronatus pertinentia benè probatur per confessionem partis aduersæ, quæ probat contra confitentem, & heredis, iuncta quasi possessione presentãdi. n. 15.*
16 *Ius patronatus, quando est hæreditarium, quis non potest præsentare, nisi sit hæres.*
17 *Ius patronatus hereditarium non potest transire ad hæredes extraneos, donec superest aliquis de agnatione, stante sic præcepto fundatoris.*
18 *Hæres extraneus non potest admitti ad ius patronatus, si extet aliquis heres ex familia testatoris, quando vtraque qualitas in eius successione requirebatur.*

Nempè, quod sit heres, & agnatus.

DECISIO XCVI.

Conuenerunt hinc inde informantes, Iuspatronatus, de quo agitur, fundatum a Domitio de Cancellarijs, tractu temporis in duos ex dicta familia consolidatum fuisse, in Thadæum, & Riccardum, adeòut vnusquisquè ipsorum esset pro medietate Patronus, & quod vltimi descendentes ex Thadæo, nempè pronepotes, sunt Paulus, & Riccardus, vltimi autem descendentes ex Riccardo, altero patrono pro medietate, pariter pronepotes sunt Baccius, & Riccardus, adeòut medietatem dicti Patronatus hodiè consolidatam fuisse in Paulo, & Riccardo, aliam verò medietatem in Baccio, & Riccardo, dicendum videatur.

Verùm, quia hoc Ius patronatus est hæreditarium, vt resolutũ fuit sub die 31. Martij 1628. coram me, cui resolutioni partes acquiescunt, & Paulus, ac Riccardus deficere qualitatem hæreditariam in Baccio, & Riccardo contendunt, è contra verò Baccius, & Riccardus eamdem qualitatem desiderari in Paulo, & Riccardo obijciunt; Ideò super pertinentia dicti Iurispatronatus suscepta disputatione proposui dubium, An Iuspatronatus spectet ad Baccium, siuè illius hæredes, quod post multiplicem positionem per Dominos hodiè negatiuè fuit resolutum.

In quam resolutionem ex eo potissimum adducti fuerunt Domini, quia apparet Baccium repudiasse hæreditatem Lazari patris, Lazarum verò repudiasse hæreditatem Iacobi patris, & Iacobum repudiasse hæreditatem Riccardi Senioris, in quo medietas illius iurispatronatus consolidata fuerat, vt in Summ. pro Cancellarijs, num. 1. vnde his positis repudiationibus, & deficiente in Baccio qualitate hæreditaria, Iuspatronatus hareditarium quoad medieta-
1 tem, † quæ spectabat ad Riccardum Seniorem, nullatenus transire potuit ad Baccium, aut illius hæredem, *Innocen. in rubr. de Iurepatr. num. 4. Card. in clement. 2. q. 7. num. 7. de Iurepatr. Dec. cons. 149. num. 1. Couar. var. resolut lib. 2. cap. 18. num. 7. Acchill. decis. 9. de Iurepatr. Lambertin. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 1. num. 22. Decian. cons. 107.*
2 *num. 8. lib. 3.* repudiatio enim infringit, & penitus † tollit qualitatem hæreditariam, vt per se notum est.

Non obstat, quod Riccardus Senior vltra Iacobum patrem Lazari, & Auum Baccij, reliquerit etiam tres alios filios, nempè Vincentium, Petrum, & Felicem, à quibus potuit fieri transmissio Iuris patronatus in Baccium. Quoniam non docet Baccius illos adiuisse hæreditatem Riccardi, & se adiuisse hæreditatem dictorum patruorum, seù aliorum transuersalium, adeòut per acquisitionem hæreditatis prædictorum, potuerit etiam acquirere Ius patro-
3 natus, huiusmodi autem † aditio, cùm sit, quid facti, non præsumitur, præsertim in transuersalibus, sed debet concludenter probari, *l. si pupillus, §. vltimo, in fin. ff. de acquir. hæred. Roman. cons. 154. num. 2. Crauett. cons. 33. nu. 2. Menoch. præsumpt. 99 num. 2 lib. 4. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 3. & 5.* Immò etiam in filio,
4 † quia habet beneficium abstinendi, probari debet aditio, *Bart. in l. necessary, num. 1 ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 183. num. 1. lib. 6. Cardin. Mantic. decis. 198. num. 5. & 6.* Prout nec probatur aditam fuisse à Baccio hæreditatem Riccardi Iunioris fratris, ad quem medietas medietatis patronatus Riccardi Senioris spectabat, quæ pariter

aditio

5 aditio est iustificanda ex supradictis, & portio † non adita per Baccium, ad hæredes transmitti non potuit, *l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. Crauett. cons. 37. num. 4. Rota decis. 653. num. 7. par. 1. recent.* & apparet dictam hereditatem Riccardi fuisse aditam per alium Riccardum fratrem Pauli in Summ. num. 7. & antea citato Baccio fuisse dictæ hæreditati iacenti datum Curatorem Summario num. 5.

Quo verò ad aliam medietatem Iuris patronatus, prouenientem à Thadæo, & in illius linea consolidatam, visum fuit Dominis, neque istam ad Baccium pertinere posse, & quod descendentes Thadæi repudiauerint, & ipsi Thadæi
6 hæreditatem, & sic † per Ius accrescendi transiuerit Iuspatronatus in Baccium; Quoniam, cùm ex supradictis appareat ad Baccium, nec spectare medietatem prouenientem à Riccardo Seniore eius ascendente, hoc est Proauo, nulla Iuris ratio patitur, vt idem Baccius per Ius accrescendi me-
7 dietatem Iuris patronatus Thadæi obtineat, † quia portio portioni accrescit, & non personæ, *l. si totum. ff. de acquir. hæred. Corn. cõs. 131. num. 6. lib. 1. Grat. discept. forens. c. 347. num. 12.* vel certè cum Iuspatronatus sit hæreditarium, ac
8 reale, cùmque ipsa hæreditate † transeat ad effectum consequendi portionem Thadæi probari deberet ad Baccium peruenisse dictam Thadæi hæreditatem, *Crauett. cons. 37. num. 4. Franc. decis. 60. num. 10. Menoch. presumpt. 99. numero 3. lib. 4.*

Ex quibus deprehenditur, nec opus esse ingredi disputationem, An descendentes Thadæi repudiauerint illius hæreditatem, quia huiusmodi etiam repudiatio non suffragaretur Baccio, vt supra ostensum fuit, & dubium est restrictum, An Iuspatronatus spectet ad Baccium, siuè illius hæredes, non autem ad descendentes Thadæi.

Vltrà quod repudiationes Pauli, & Riccardi descenden-
9 tium Thadæi non videtur obstare; Tum quia † cùm ijdem repudiantes intra triennium, & sic re adhuc integra disposuerint de hoc Patronatu mediante præsentatione, censentur repudiationem reuocasse, ex quo cùm Iuspatronatus
10 † esset hæreditarium, citra ius, & nomen hæredis de illo disponere non poterant, per *Text. in l. pro hærede. §. Papinianus. vbi Bart. num. 6. & 7. ff. de acquir. hæred. Alberic. in l. fin. num. 2. C. de repud. hæredit. Lambertin. de Iurepat. lib. 1. par. 2. quæst. 2. artic. 34. vers. dicentem tamen*, & faciunt tradita per *Rotam coram san. mem. Gregor. XV. decis.*
11 *371. num. 8.* posse autem repudiationem † intra triennium reuocari, indubitati iuris est, *ex tex. in l. si quis suus, ff de iur. deliber. & l. fin. C. de repud. hæred. & post Bart. Bald. Castr. & alios tradunt Tiraquel. ad l. 16. connubial. glos. 7. num. 74. Surd. cons. 457. num. 35.* Tum etiam quia Paulus, & Riccardus descendentes Thadæi à Baccio, fuerunt admissi
12 ad præsentandum, vndè ipse † hodiè, vel eius hæredes obijcere non possunt, quod non sint Patroni, vt benè *per Rotam decis. 174. num. 7 par. 2. recent. quæ est repetita coram san. mem. Greg XV. decis. 452. num. 15.* vbi aliæ decisiones cumulantur, præsertim verò, quia de pertinentia dictæ medietatis Patronatus ad Paulum, & Riccardum, constat ex sententia inter ipsos, & Baccium lata de anno 1599.
13 per quam firmatus † videtur status patronatus, quoad omnes, *Anchar. cons. 336. num. 1. Cardin. Mantic. decis. 350. num. 3. & 4. & fuit dictum in hac causa sub die 27. Ianuarii 1620. coram R. P. D. meo Pirouano*: Atquè etiam ex confessione Riccardi fratris Baccij, per quam pertinentia
14 † benè probatur contra confitentem, & hæredes, *Put. decis. 325. num. 1. lib. 2. Cassador. decis. 7. de Iurepatr. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num 276. & seqq. Rota coram Cardin. Mantica decis. 350. num. 10. & decis. 697. nu. 2. par. 1. ac decis. 174. num. 1. & decis. 349. num. 2. par. 2. recent.*
15 Iuncta quasi † possessione præsentandi firmata in decisionibus in hac causa factis coram R. P. D. meo Pirouano, & coram me.

Demùm hæredibus Baccij obstat, quod non sunt de familia de Cancellarijs, sed extranei, Iuspatronatus autem
16 istud, quàmuis sit hæreditarium, vt scilicet † quis non possit præsentare, nisi sit hæres, tamen cùm Domitius, & Iacobus Compatroni de eo ita disposuerint, vt transire non possit ad extraneũ, quousquè extat aliquis de Cippo, & familia de Cancellarijs, quæ dispositio sustinetur, dum qualitas hæreditaria à fundatore præscripta non est penitus sublata,
17 † sed solùm addita qualitas agnationis, quousquè extant agnati, vt censuit Rota in hac causa *sub die 31. Mart. 1628. coram me.* Hinc sequitur non posse extraneum hæredem Baccij admitti ad successionem Iurispatronatus, dum extãt Paulus, & Riccardus ex familia, & agnatione de Cancella-
18 rijs, † cùm vtraquè qualitas, nẽpè quod sit hæres, & agnatus, requiratur, vt benè per *Paris. cons. 48. num. 8. & seqq. lib. 4. Rocch. de Iurepatr. verb ipse, vel is, quæst. 33. num. 73. Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 2. art. 8. quæst. 2. num. 1. & seqq. Gabr. cons. 196. num. 2. lib. 2. Cardin. Seraphin decis. 578. num. 8. & in Mediolaneñ Iurispatronatus 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, atque in Ianueñ Iurispatronatus 23. Ianuarii 1612. coram Eminentiss. D. Cardinale Pamphilio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. M OTMANNO.

Romana Legati.

Die Lunæ 9. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Contra testes, quo casu non possit opponi exceptio singularitatis. Confessio qualificata quando diuidi possit, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Testes, si deponant de facto successiuo, contra eos, non admittitur exceptio singularitatis.*
2 *Testes deponentes de facto successiuo, præsumuntur contestes.*
3 *Testatoris assertio probat contra hæredem.*
4 *Confessio, qualificata diuidi potest stante vehementi præsumptione iuris in contrarium.*
5 *Possessio rerum, quæ solo temporis cursu non consumuntur, semel probata, vtiquè illa de præsenti præsumitur, amplia num. 6.*
7 *Ex custodiæ susceptione alicuius rei, per aliquem facta, arguitur quod nisi probet, se restituisse, non posset dici, quod liberationem fuerit consequutus.*
8 *Scripturæ existentia probata, & stante interesse partis, quis cogitur exhibere.*
9 *Præsumptio existentiæ rerum de præsenti ex eo, quod olim existerent apud eandem personam, non procedit in mobilibus.*
10 *Sed hoc non intellige in rebus pretiosis quarum possessio non potest dici vilis, & neglecta, amplia num. 12.*
11 *Res mobiles pretiosæ comparantur immobilibus.*

DECISIO XCVII.

Domini dixerunt constare de existentia Iocalium ex testibus, qui deponunt D. Comitissam viuente Comite Molsa penès se, ac in proprio scrinio, & cubiculo habuisse duas lineas Margaritarum, cum alijs rebus pretiosis descriptis in Summario Domini Comitis Beuilaquæ creditoris dicti Comitis defuncti, qui Testes licet non conueniant de tempore, & loco, quibus viderunt Comitissam huiusmodi Iocalia gestantem, attamen cum de-
1 ponant † de facto successiuo, in quo non admittitur exceptio singularitatis, iuxta magis communem Do-

ctorum opinionem relatam per *Gabr. de testib. conclus. 2.*
2 *num. 19.* præsumuntur † contestes, vt respondit *Aym. in cons. 78. num. 10.* & dixit *Rota decis. 191. num. 4. par. 1. diuers.* Depositiones autem huiusmodi corroborantur non modo ex eo, quod Testator inter cætera prætiosiora, reliquit eidem D. Comitissæ Margaritas, quæ assertio Testa-
3 toris † contra hæredem probat, vt per *Rotam in Perusina fideicommissi de Cencis 16. Iunij 1629. coram Eminentissimo D. Cardinali Virili. & 19. Aprilis 1630. coram R.P. D. meo Dunozetto.* Sed etiam ex confessione ipsius Comitissæ dum medio iuramento respondit, se quidem huiusmodi iocalia habuisse, quæ confessio probat nulla habita ratione qualitatis, quod illa de præsenti non habeat, nec
4 dolo habere desierit, attenta † vehementi in contrarium Iuris præsumptione, propter quam permissum est à confessione separari, qualitatem adiectam, *glos. in c. cum venissent, in verb. probatum de Instit. Bald. in l. prima, nu. 21. C. de confess. Rot. decis. 802. num. 2. par. 1. diuers. & Seraphin. decis. 644. num. 2.*
5 Cum itaquè constet D. Comitissam semel † habuisse dicta Iocalia, quæ solo temporis cursu non consumuntur, vtiquè adhuc illa de præsenti habere præsumitur, *l. si creditor, C. de pign. act. Ias. in l. si quis, §. prætor ait, nu. 12. ff. de eden. Franc. Aret. cons. 120. num. 1.* vbi probat præsumptionem procedere etiamsi Reus hæres neget habere, & idem in similibus terminis Iocalium sensit, *Rota decis. 672. num. 1.*
6 *par. 2. recent.* Attento præsertim quod illa tenebat † sub propria claui, vnde susceptum custodiæ onus arguitur, *l. cum pater, §. pater pluribus, cum glos. ff. de leg. 2. Rot. decis.*
7 *101. num. 1. part. 2. recent.* à quo nisi probet † se restituisse, non potest dici liberationem consequuta, & consequẽter stante interesse Domini Comitis Beuilaquæ petentis,
8 de quo non dubitatur eadem Iocalia exhibere † tenetur, ex stylo Rotæ, de quo *Seraph. decis. 1224. in fin.* vbi aliæ decisiones allegantur.

Non obstat, quod præsumptio existentiæ rerum de præ-
9 senti ex eo, quod olim † existerent apud eundem non procedat in mobilibus, *l. si rem mobilem, ff. de acquir. vel ammitt. possess. Speculator in tit. de act. sect. petit. § sequitur, num. 31. & alij* quos recenset *Gratian. discept. 150. nu. 39. & seq. Rot. in Ciuitatis Castelli Spolij coram bon. mem. Orano* relata per *Marches. de commiss. pag. 1016* quia con-
10 clusio procedit in alijs rebus mobilibus, quàm † in pretiosis, quæ, cum non possit facile dici, quòd earum possessio sit vilis, & neglecta, vt habetur in dicta *l. si rem mobilem,*
11 meritò † immobilibus, comparantur secundum *textum in l. lex, quæ Tutores, C. de administrat. tut.* Vltrà quod in præsenti casu, iam cessat lapsus lõgi temporis supra decem annos, qui in dicta decisione Ciuitatis Castelli fuit consideratus, constat enim de existentia dictorum Iocalium per Testes deponentes de tempore paulò ante obitum præd.
12 Comitis Mollsæ, & sic de recenti, Vndè augetur † præsumptio quod Comitissa illa habuerit, etiam de tempore motæ litis, cum penès alium extitisse, vel deuenditas esse non probetur iuxta distinctionem, *Salyc. in l. 4 nu. 4. C. ad exhiben.* quam sequuntur *Euerard.* in loco de tempore ad tempus *num. 16. Adden. ad Alciat. de presump. regul. secunda, præsumpt. 21. lit. D. Pedemon. decis. 40. num. 9.*

Et ita vtraquè &c.

¶ In eadem causa adsunt infra aliæ decisiones coram eodem sub die 27. Iunij 1633. & sub die 10. Februarij 1634. & sub die 27. Iunij eiusdem anni 1634.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Die Veneris 13. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Census, quando imponitur super bonis minorum, vt validè constituatur, quidnam sit necessarium, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Census impositio est species alienationis.*
2 *Census, quando imponitur super bonis minorum, requiruntur ea omnia, quæ sunt necessaria in alienationibus dictorum bonorum.*
3 *Et sic iusta causa, & solemnitates.*
4 *Statut. Vrb. cap. 113. & cap. 151. lib. 1. vnum ab altero suppletur.*
5 *Causa iusta alienandi bona minorum non probatur, ex eo quod alienans asserat alienare, ad effectum extinguendi aliquod debitum, sed aliunde probari debet.*
6 *Causa falsa in alienatione rerum minoris, reddit alienationem, ac minoris obligationem, & Iudicis decretum desuper interpositum, ipso iure nullum.*
7 *Causæ expressæ veritas præsumitur.*
8 *Pro Decreto Iudicis stat præsumptio.*
9 *Identitas probatur, & verificatur ex duabus demonstrationibus, etiam si in alijs adsit diuersitas, siue discrepantia, num. 10.*
11 *Pluralitas in dubio non præsumitur.*
12 *Solutio præsumitur facta in vim præcedentis conuentionis, & tractatus.*
13 *Mercatorum libri regulariter non probant pro tertio contra tertium.*
14 *Mercatorium libri, quando sunt adminiculati, probant.*
16 *Causa expressa in alienatione rerum pupilli, si in aliqua parte sit falsa in totum redditur nulla, propter decreti Iudicis indiuiduitatem.*
17 *Census, super bonis minorum imponi non debent ad soluendum eorum debita, si adsit ex quibus illa solui possunt.*
18 *Iudex, quando interponere rogatur decretum in alienatione rerum minorum, diligenter cognoscere debet causam alienationis.*
19 *Iudex non præsumitur vidisse instrumenta alienationis rerum minoris, si dies, & annus, ac nomina, & cognomina Notariorum fuerunt in albo relicta.*
20 *Iudex moueri non debet ad interponendum decretum in alienatione rerum minoris ex sola attestatione consanguineorum asserentium, se in illa non habere interesse.*
21 *Illatio, & coniunctio antecedentis cùm subsequenti dispositione, quando reddatur elusoria.*
22 *In alienatione rerum minoris, si quis asserat constare de causa necessaria, & de versione in vtilitatem minoris ei incumbit onus probandi.*
23 *Contractus celebratus cùm minori sine solemnitatibus statuti, quamuis sit vtilis minori, adhuc non substinetur.*
24 *Quæ conclusio est indubitata, quando de vtilitate euidenter non constat.*
25 *Obseruantia contractus non suffragatur, quando constat de nullitate contractus & obligationis, & sic de titulo vitioso, & de veritate principij infecti.*
26 *Census, si fuerit nulliter impositus, non attenditur obseruantia deducta, ex fructuum solutionibus.*

27 So-

27 *Solutio fructuum census, facta à muliere non saluat contractum à nullitate, resultante ob non seruatas solemnitates statutarias.*
28 *Ratificatio, & approbatio non dicitur facta, stante nullitate, & falsitate contractus, nisi constet de certa scientia.*
29 *Obligatio mulierum sine solemnitatibus statuarijs non tenet.*

DECISIO XCVIII.

POst plures causæ, & dubij positiones, hodiè censuerunt Domini, obligationem filiorum, & hæredum Tiberij, factam per Virginiam Tutricem, in Instrumento Census per eam impositi super Casale nuncupato la Bottacchia nō
1 sustineri, cùm enim huiusmodi cēsuum † impositiones super bonis stabilibus pupillorum sint species alienationis, hinc est, quod ad hoc vt sint validæ, & ipsorum pupillorum
2 obligatio in illis facta sustineatur, requirunt † ea omnia, quæ tàm de iure communi, quàm ex Statuti Vrbis dispositione in alienationibus bonorum stabilium minorum exiguntur, iuxta tradita per *Paris.cons.85.num.14. & 15.cum seqq. lib.3. Simon.de decr.lib.2. tit.6. num. 33. Mont.de tutel.cap.33.num.37.38.& num.124. & seqq. Rota decis. 36. num.2.impress. post Moder. Perus.de Cens. & in decis.678.*
3 *num.20.par.1.recent.* & sic iustam causam † & solemnitates iuxta *tex. in l. magis puto, §.non passim, ff. de reb. eor. & in l ob æs, C. de præd.minor. & Statutum Vrbis cap. 113.*
4 *& 151. lib.1.* quorum capitum datur concursus † ità vt vnum ab altero suppleatur, vt fuit dictum in *decis.59.n.19. post Pic. ad Stat.Vrb.& in Romana dotis* 10. Iunij 1626. *coram Illustris. D.meo Decano.* In proposito autem casu vtrumque deficere visum fuit.
5 Quoniam non solum constat de vera † æris alieni, pro cuius extinctione Census fuit impositus, existentia, & sic de causa expressa, de qua constare deberet aliter quàm per assertionem contrahentium, *d.l. magis puto, ff.de reb. eor. & d.l.ob æs, C.de præd.min. Paris.d cons.85 num.19.& 36. lib.3. Mont.d.cap.33. num.1.& seqq. Rot.decis.31. num.5. post Pic.ad Stat Vrb.* sed immò potius ex deductis pro parte D. Marchionis del Drago probatur oppositum, dicta enim Tutrix præuia narratiua, quod Paulus, & alij filij, atque hæredes q. Tiberij eius viri, grauati reperiebantur ære alieno scutorum 400. occasione societatis officij ad fauorem Caroli Mazzei pro eorum seruitio contractæ, & aliorum scutorum 400. pro sorte principali alterius similis societatis ad fauorem Fuluij Amodei pro eorumdem commoditate initæ, & demum aliarum summarum pro ipsarum societatum fructibus, ad effectum illud persoluendi imposuit d. annuum Censum scutorum 63. illumquè vendidit Canonicis, & Capitulo S. Marci pro scutis 900. vt in summario D.Marchionis num. 1. ex lectura verò instrumēti dictæ Societatis ad fauorem Amodei, de quo in eodem summ. num. 2. deprehenditur illam fuisse contractam per Petrum de Americis super eius officio cum accessionibus, & obligationibus Vincentij, & Felicis eius fratrum, & in ea nullo modo fuisse obligatos dd. filios, & hæredes Tiberij, & ex Instrumentis extinctionum postea factarum dicto summ. num.3. iunctis partitis extractis ex libris DD. de Ruspolis suum, num.5. apparet fructus aliquos debitos nō fuisse, ex quibus assequimur causam asserti æris alieni saltem quoad scuta 500. fuisse omnino falsam, quæ propterea red-
6 didit ipsam Census impositionem, † ac pupillorum obligationem, & Iudicis decretum desuper interpositum, ipso iure nullum, *l.magis puto, §.æs alienum, ff.de reb.eor. l.prima, §.hac verba, ff.ne vis fiat. Dec.cons.403. num.20. Rol. cons.7.num.85. & seqq. lib. 3.Pic.ad Stat.Vrb.gloss.21. numero 35.& 36.& gloss.22.num.7.& 8. Bardellon.cons.58. num.33. Rot.dec.529.n.1.par.1. diuers.& decis. 26. num.1. & 2.post Moder.Perus.de Cens.& in Leodien.Coloniæ 20. Februarij 1630.coram me.*

Neque obstat, quod in dicto Census Instrumento dies, & annus initarum Societatum, & nomina Notariorum de illarum Instrumentis rogatorum expressa non fuerint, sed in albis relicta, & consequenter constare non videatur Censum ipsum fuisse impositum pro extinguenda dicta Societate Amodei, in qua dd. filij & hæredes Tiberij non
7 erant obligati, & † sic firma remaneat præsumptio, quæ stat pro expressæ causæ veritate, vt per *Put.dec.245. lib.3. Rot. decis.25.num.8.post Moder.Perus. de Cens.* & pro Iudicis
8 † decreto, *l.ab ea parte, ff.de prob. Corn. cons.109. nu.5. lib. 3.Put.decis.205 num.2.lib.3. Rot.decis.11.n.10.& 11. post Pic.ad Stat.Vrb.& decis.25.num.6.* penes eumdem, *& coram san.me.Greg.XV.decis.406.num.7.*

Quia fuit responsum de identitate Societatis prædictæ satis constare ex eo, quod omnino conuenit qualitas contractus, summa scutorum 400. & nomen, ac cognomen creditoris, & tamen ad hunc effectum sufficit conuenien-
9 tia, † & verificatio duarum demonstrationum, *Bart. in l. demonstratio falsa. num.14.ff. de condit. et demonstr. Rot. coram sanct. mem Greg.XV. decis.172.num.2. et decis.575.*
10 *num.4. et 5. et decis.578. num.5.* etiamsi in alijs † adsit diuersitas, & discrepantia *Alex.cons.84.num.4. lib.7.Crauet. cons.198.num.2. Rot.decis.407.num.2. et decis.706. num.4. part.2.recent.cum alijs,* Præsertim qui de nulla alia Societate apparet, de qua verba dicti Instrumenti Census intel-
11 ligi possint, † & pluralitas non præsumitur *Bald. in l.vltra, in fin. C.de reb.dub. Crauet.d.cons.198. num. 1. Surd. cons. 16.num.9. et cons.355.num. 26. et cons.385. num. 10.* & fuit dictum *in Tiburtina Castrorum* 4. *Iulii* 1608. *coram Card. Marcomontio.* Idque suadetur etiam ex dictæ Societatis extinctione paulò post per dictam Virginiam Tutricem facta, vt in d. summ.num.3. quæ est ex dd. pecunijs
12 ad Censum acceptis, † & in executionem præcedentis cōuentionis, & tractatus facta præsumitur, vt per *Rot.decis. 301.num.3.par.1.recen.et decis.251.n.1. et seqq.impress.post Moder.Perus.de Cens.* Et ex partita libri tutelaris eiusdem Tutricis d.summ.n.4. ac demum ex partitis banchi DD. de Ruspolis, quo mediante ex dictæ extinctionis Instrumento apparet solutionem factam fuisse, in quibus partitis habetur sub eadem die, qua Census fuit impositus, fuisse in eodem bancho depositata dicta scuta 900. ad creditum d. Virginiæ Tutricis, cùm expressione, quod illa habuerat à dictis Canonicis, & Capitulo S.Marci, & postea ex ijsdem pecunijs fuisse soluta Amodeo dd. scuta 400. pro supradi-
13 ctæ Societatis extinctione, & licet libri Mercatorum † regulariter non probent pro tertio contra tertium, hoc tamen non procedit in casu proposito, in quo illi adminiculantur ex Instrumentis, tàm dictæ impositionis Census, quàm etiam dictæ Societatis extinctionis, & ex dicto libro
14 tutelari, † cum quibus quoad personas, tempus, quantitatem, & omnia alia optimè concordant *Rota coram sanct. mem.Gregor.XV.decis.302.num.5.& decis.537.nu.1. et ibi Adden.num.4.*

Nec releuat, quod dicta Virginia haberet in eodem bācho depositata alia scuta 600. quia partita solutionis dictorum scutorum 400. factæ Amodeo contraposita legitur dictæ partitæ scutorum 900. cui similiter etiam contraposita apparet alia partita similis summæ solutæ Francisco Mazzeo pro alterius Societatis extinctione, vt in dicto Summ. num.5. & sic bene dignoscitur solutionem prædictam ex ijsdem scutis 900. ad Censum acceptis, non autem ex alijs scutis 600. factam fuisse.

Nec quicquam facit, quod causa in dicti Census Instrumento expressa, quoad dictam aliam societatem ad fauorem Caroli Mazzei non videatur posse dici falsa, cùm re vera constet illam fuisse per d. Tiberium super proprio eius officio contractam; Quoniam vltra quod pro parte D. Marchionis dicebatur Carolum nunquàm aliquid pe-
15 tijsse, nec illi fuisse quicquam effectualiter solutum, † & fieri posse. quod dicta Societas fuerit superlucrata, vt in specie respondit *Rota in decisione 678. numero 8. versiculo quod autem dicebatur, part.1.recentior.* quicquid sit de hoc, Dominis placuit responsio, quod satis est causam fuisse falsam saltem quoad dictam aliam Societatem ad fauorem Amodei ad effectum, vt dicta

Census impositio, & pupillorum obligatio reddatur nulla
16 † in totum, propter decreti Iudicis indiuiduitatem, *Bald. in l. si non sortem. §. si centum, in princ. ff. de cond. indeb. Dec. cons. 403. num. 20. & 21. Natt. cons. 162. num. 7. & 8. Rol. cons. 7. num. 86. 87. & seqq. lib. 3. Pic. ad d. Stat. Vrb. gloss. 21. num. 36. Gratian. discept. forens. cap. 691. num. 32. & 33.*

Præterea cùm Virginia Tutrix haberet dicta scuta 600. in dicto bancho depositata, & ex Inuentario tutelari per eam confecto appareat, quod aderant nomina debitorũ, & mobilia, ac semouentia magni valoris, quæ sufficiebant pro asserti æris alieni solutione, etiam si illud re vera adfuis-
17 set, † non potuit ad dicti Census impositionem super Casali pupillorum validè deuenire, *iuxta text. in l. magis puto, §. non passim, & l prima, §. quid si fortè, ff. de reb. eor. Paris. d. cons. 85. num. 21. & 22. & seqq. lib. 3. cum alijs per Simoncell. de decr. d. tit. primo, num. 44. & 45. & Montan. de tutel. d. c. 33. num. 11. 12. 15. & seqq.*

Deniquè ex dd. Societatum Instrumentis apparet, illos de Americis, qui vti dictorum pupillorum proximiores cõsanguinei interuenerunt, habuisse proprium, ac particulare interesse, ex quo Census in effectu fuit impositus pro soluendo debito ipsorum proprio, & ex lectura ipsius In-
18 strumenti Census nõ constat causam fuisse per † Iudicem diligenter cognitam, prout debebat tàm attenta iuris communis dispositione *iux. tex. in d. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor. Dec. cons. 403. num. 19. Simonc. de decret. tit. primo, num. 31.* quam etiam *ex Stat. Vrb. d. cap. 113. & 151. lib. 1.* vt in proposito ponderauit *Rot. d. decis. 678. n. 4.*
19 *par. 1. recent.* sed imò contrarium probatur, tàm ex eo † quod dies, & annus, ac nomina, & cognomina Notariorũ fuerunt in albo relicta, vt supra dictum fuit, & sic patet Iudicem Instrumenta ipsa non vidisse *Rot. decis. 403. num. 6. par. 1. recent.* quàm etiam ex eo, quod expressè dicitur fuisse absolutè motum ex dd. Consanguineorum attestatione ibi (eo quia dd. Consanguinei attestati fuerunt, vt supra
20 decretum interposuit) quæ † tamen attestatio erat omninò insufficiens; Illi enim supra nil dixerant de creditorum vrgentia, & de non existentia pecuniarum, vel nominum debitorum aut mobilium, ex quibus assertum æs alienum solui posset, sed solum affirmauerat se nullum habere interesse, & propterea dd. hæredibus nullum præiudicium generari, quæ illatio, & coniunctio antecedentis cùm subsequenti dispositione importata per dictionem illam, Et propterea, *iuxta tex. in c. 2. de vsur. & in cap. quia propter, de elect. Seraph. decis. 682. num. 7.* est etiam prorsus inepta; fieri enim poterat, quod ipsi particulare aliquod in-
21 teresse non haberent, † prout re vera habebant, vt superius fuit dictum, & nihilominus Census impositio esset præiudicialis, ac læsiua.

Neque obstat, quòd pupillus per Tutorem, ex causa vrgenti, ac necessaria validè obligetur, quando apparet pecunias, cùm effectu versas fuisse in illius vtilitatem, ne cùm alterius iactura, ac dãno locupletaretur, *l. si in rem, C. quãd. ex fact. Tut. l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 31. num. 1. & seqq.* Quoniam in casu proposito visum fuit non constare de causa necessa-
22 ria, † nec de versione in vtilitate pupillorum, quam tamen probandi onus incumbebat illam alleganti *iuxta gloss. in l. prædiorum, & ibi DD. C. de præd. min. Natt. cons. 631. nu. 4. Menoch. præsumpt. 27. in fin. lib. 6. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 3. Rimin. Iun. cons. 51. num. 77. & 78.* & fuit dictum *in Leodien. Colonia 20. Februarij 1630. coram me,* & Contractum sine solemnitatibus Statuti celebratum,
23 † quàmuis esset vtilis minori, adhuc tamen nõ sustineri inclinauit *Rota apud Put. decis. 1. lib. 1. & coram Card. Sera-*
24 *phin. decis. 1242. num. 3.* vbi quod † est indubitatum, quandò de vtilitate euidenter non constat, & fuit dictum in *Romana Tutelæ de Ruspolis 2. Maij 1603. coram bon. me. Card. Lancellotto.*

Minùs etiam obstat obseruantia deducta ex fructuum
25 solutionibus † per plures annos factis, quoniam illa non suffragatur, cum ex prædictis constet de Contractus obligationis nullitate, & sic de titulo vitioso, & de veritate principij infecti, *Rot. decis. 136. num. 12. par. 1. recent. & dec. 31. num. 11. post Moder. Perus. de Cens.* Quæ loquitur in ter-
26 minis solutionis fructuum Census † nulliter impositi; Præsertim quia aliquæ ex dd. solutionibus factæ fuerunt à dicta Virginia, & successiuè ab Hersilia, & Pantasilea, & sic à
27 mulieribus absquè † solemnitatibus, quę propterea non releuant ad effectum, de quo agitur, vt per *Rot. decis. 31. nu. 11. post tract. de Cens.* aliquæ verò fuerunt factæ ab earumdem hæredibus, quos non appatet dictæ falsitatis cau-
28 sæ, & ipsius Census † nullitatis certam scientiam habuisse, prout requiritur ad ratificationem, & approbationem inducendam, *Rot. decis. 104. num. 15. in fine, & num. 16 par. 2. diuers. & decis. 535. num. 11. & 12 par. 1. recent. ac decis. 278. num. 23. & 24. post Moder. Perus. de Cens.*

Deniquè non visum fuit obstare, quod Pantasilea, & Ersilia fuerint filiæ, & hæredes d. Virginiæ Tutricis, quæ Censum imposuit, quoniam vltra quod d. Virginia se proprio nomine non obligauit, & dato quod se obligasset, talis obli-
29 gatio non sustineretur stante dicta falsitate causæ, † atque etiam solemnitatem defectu in mulierum contractibus, ex dispositione Statuti Vrbis requisitarum; fuit responsum hoc esse extra propositam disputationem, in qua strictè quæritur, an sustineatur obligatio dd. filiorum, & hæredum Tiberij, non autem an dicta Virginia, & illius hæredes ad aliquid teneantur.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio sub die 8. Aprilis 1633. coram eodem R.P.D. Merlino.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Die Veneris 13. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Census, si sit nullus, fructus recipi non possunt, & imputantur in sortem ex legis ministerio, cum tunc sors remaneat purum mutuum, in quo non cadit fructuum perceptio.

SVMMARIVM.

1 *Ex Censu nullo, fructus aliqui citra labem vsurariæ prauitatis recipi non possunt.*
2 *Census nullitate data, fructus imputantur in sortem, & legis ministerio, & sine facto hominis.*
3 *Census quando est nullus, sors remanet purum mutuum, in quo non cadit fructuum perceptio.*
4 *Pecuniæ receptæ pro fructibus census nulli, tamquàm vsuræ, numquàm transeunt in dominium recipientis, ex communi sententia Theologorum, & Canonistarum.*
5 *Fructus census nulli, nec etiam à soluentibus recipi possunt.*
6 *Fructus census nulli, soluti, rectè repeti possunt per condictionem indebiti.*
7 *Fructus census nulli, si sint soluti, possunt repeti, nec contraria consuetudo in hoc nullo pacto releuat.*

DECISIO XCIX.

CVM fuisset bis resolutum mandatum A.C. pro fructibus Census de quo agitur ad fauorem D. Iacobelli relaxatura

xatum esse exequen. causa super ijsdem denuò proposita Domin's placebant deducta in duabus decisionibus emanatis in hac causa, videlicet, sub die 15. Nouembris 1627. * & sub die 16. Maii anni præteriti 1631.* & conclusiones in eis firmatæ. Verùm hodie, quia repropositio dubio in alia causa super hoc eodem Censu, cùm Capitulo, & Canonicis Sancti Marci, à quibus D. Iacomellus cessionem reportauit, fuit resolutum d. Census impositionem, & filiorum, & hæredum Tiberii obligationem per Virginiam Tutricem factam non sustineri, DD. propter huiusmodi impositionis, & obligationis nullitatem, censuerunt fructus prædictos non deberi, & ex hoc dumtaxat capite, esse à primo loco
1 decisis recedendum, ex Censu † enim nullo, fructus aliqui citra labem vsurariæ prauitatis percipi non possunt, ad *tex. in cap. tua nos, & cap. tuas de vsur. Abb. consil. 4. num. 4. lib. 1. Moder. Perus. de Cens. par. 2. cap. 2. quæst. 4. art. 7. num. 1. & seqq.* & dixit pluries *Rota in decisionibus cumulatis, & impressis post Moder. Perus. de Cens. vt in decis. 12 num. 2.*
2 vbi quod † data Census nullitate fructus imputantur in sortem ex legis ministerio, & sine facto hominis, & in *decis. 31.*
3 *num. 6.* vbi quod sors remanet purum † mutuum, in quo nō cadit fructuum perceptio, & in *decis. 119. num. 3. & seqq.* vbi ex communi Theologorum, & Canonistarum senten-
4 tia, quod pecuniæ † huiusmodi pro fructibus receptæ tamquam vsuræ nunquàm transeunt in dominium recipientis, & in *decis. 227. num. 3. ac decis. 228 num. 1.* in quibus firma-
5 tur, nec etiam à sponte † soluentibus recipi posse fructus
6 Census nulli, & rectè † repeti per condictionem indebiti,
7 neque contrariam consuetudinem † in hoc nullo pacto releuare, &c.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

* * Sunt decisiones 106. pat. 5. recent. & 41. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MOTMANNO.

Cremonen. Præpositure.

Die Veneris 13. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Declarationis natura, quæ sit. Reseruatio ex resignatione, qualiter plenè iustificetur. Clausula, non alias, aliter, nec alio modo, cuius sit proprietatis. Mandati verba qualiter interprætantur, licet sint præcisa.

SVMMARIVM.

1 *Verisimilia, quæ sunt menti, & intentioni partium, dispositionem restringunt.*
2 *Declaratio nihil operatur, extra rem declaratam.*
3 *Declaratio ita inhæret rei declaratæ, vt censeatur perinde, ac si eadem in re, & eodem tempore ab initio emanasset.*
4 *Reseruationis ex resignatione iustificatio plena resultat, firmata validitate consensus semel præstiti.*
5 *Ex resignatione beneficij facta in manibus Papæ, resultat vacatio in Curia.*
6 *Reseruatio, dicitur notoria, ex resignatione beneficij in manibus Papæ.*
7 *Clausula, non alias, aliter, vel alio modo, est adeo præcisa, vt ex sui natura nullam interpretationem admittat à verbis separatam.*
8 *Verba quantumuis præcisa in aliquo mandato, debent regulari, secundum mentem mandantis.*
9 *Literæ missiuæ non æquiualent instrumento.*
10 *Promittens aliquem ratificaturum, non tenetur eam procurare, si postea reperiatur, & detegatur in instrumento, vel mandato, id quod promisit.*
11 *Promissio procuratoris extra fines mandati emanata, dominio nocere non debet.*
12 *Beneficia, quæ resignantur, si resignans infra viginti dies decedat, cadunt sub regul. Cancell. de viginti, & numer. 13. vide, quando incipiunt currere isti 20. dies.*

DECISIO C.

CVm Ioannes auctoritate ordinaria prouisus, non acquiesceret decisionibus emanatis circa iustificationem reseruationis, ex resignatione Hieronymi per Summum Pontificem, ad fauorem Dominici admissa, iterum * super eisdem causam proposui, & Domini à decisis non esse recedendum responderunt.

Placuit enim fundamentum decisionum, quod scilicet constet de reseruatione, ex eo, quod procurator constitutus ad consentiendum resignationi, mediante pensione centum ducatorum super fructibus certis, omissis incertis, validè consensit iuxta mentem, & intentionem mandantis.

Quòd autem intentio resignantis fuerit, vt pensio reseruaretur super fructibus certis tantum, colligitur non solum ex deductis in prima huius causæ decisione, sed etiam ex inspectione tenoris ipsius mandati, in quo licet post reseruationem pensionis adsint verba, super fructibus certis, & incertis, attamen ex quo post specificationem quantitatis fructuum certorum in ducationis 220. resignans non fuit progressus vlterius ad expressionem valoris incertorum, satis apparet ipsius mentem fuisse, vt pensio reseruaretur super valore expresso, quia si eandem etiam super incertis reseruari voluisset, vtiquè eorum valoris expressionem addidisset, vt stylus Datariæ requirit, qui pensiones super fructibus incertis, nisi illorum valore expresso non admittit, quinimò procurator supplicationi signandæ non potuisset validè consentire respectu incertorum, quin simul mandati fines transgrederetur, eo quod quæcunquè expressio illorum valoris excessisse quantitatem in mandato comprehensam.

Accedit, quod quantitas fructuum certorum mandato expressa in ducatonis 220. capax erat, pensionis ducatonorum centum, de qua agitur, quando verò fructus certi sunt capaces pensionis reseruandæ, tunc vt plurimum incertorū expressio omittitur ad effectum scilicet euitandi solutionem compositionis, quæ respectu incertorum debetur. Vnde verisimile redditur quod resignans cui satis consultum erat per reseruationem super certis noluerit de incertis
1 habere rationem, cùm ea quæ † sunt verisimilia menti, & intentionis partis dispositionem restringant. *Ang. in consil. 249. num. 2.* & post Dec. & alios Doctores idem respondit *Aym. consil. 70. num. 25.*

Sed ipse resignans omnem remouit difficultatem per suam declarationem, dum scripsit verba illa (incertis) fuisse apposita in mandato ex sensu Notarii, ipso non aduertente, qua declaratione secuta nihil remansit agendum, quod vel præstationem noui consensus, vel Superioris auctoritatem desideraret, cùm † declarationis ea sit proprietas, vt nō
2 solum nihil operetur extraneum à re declarata, *leg. hæredes palam, §. 1. ff. de testam. cap. litera, de dilat. Alciat. in l. 1. nu. 27. ff. de verb. oblig. Rom. in consil. 45. num. 1. Rot. decis. 1. &*
3 *ibi Addit. de accusat. in nou.* Sed † adeo inhæret dispositioni, vt censeatur perinde, ac si in eadem scriptura, eodemquè tempore ab initio emanasset, *Oldr. in consil. 263. num. 2. Rom. d. consil. 45. vbi Horat. Mandos. in Addit. in verbo emanasse,* cùm aliis per *Gratian. allegatis, discept. 147. num. 3.*

Ex his firmata validitate consensus semel præstiti resultat

4 tat † plena iustificatio reseruationis ex resignatione, quæ cùm nullam à præmissis alienam, aut diuersam possit recipere interpretationem, dicitur probatio certa, & indubitata, ac redditur euidens eo ipso, quod ex huiusmodi resigna-
5 tione † facta in manibus Papæ, resultauit vacatio in Curia, secundum *glo. in Clem. 1. in verbo, Collata, vt lit. penden. & Anchar. post Ioann. Andr. in capit. 2. num. 1. de præbend.*
6 *in 6.* Vnde † reseruatio dicitur notoria, vt in specie respondit *Ferret. in consil. 93. num. 2. cùm seqq. lib. 1.*

Non obstat, quod clausula non aliàs, aliter, nec alio mo-
7 do, apposita in dicto mandato sit † adeo præcisa, vt ex sui natura nullam interpretationem admittat à verbis separatam, vt per *glos. & Bald. in l. si quidem, C. de except.* Dec. *in consil. 67. num. 1.* quia conclusio procedit, quando non constat de alia mente proferentis, secus verò, quando vt in pre-
8 senti casu, ex pluribus constat de intentione † mandantis, à qua debent regulari verba mandati, quantùmuis præcisa, vt post Dec. *consil.* 281. *Roland. consil. 61. num. 54. vol. 2. dixit Rota in Senogallien. Pradij 18. Maij 1618. coram bon. mem. Andrea.*

Nõ obstat, quod videatur potius dicto Procuratori ignotam fuisse mentem sui principalis, dum ipse ad instantiam resignatarij promisit se exhibiturum aliud instrumentum publicum mandati ad consentiendum eidem resignationi, sub reseruatione pẽsionis, super fructibus certis tantum, cui promissioni non fuerit satisfactum, nisi per exhibitionem
9 literarum missiuarum, † quæ non æquiualent instrumento, vnde infertur ad nullitatem resignationis ex defectu consensus præstiti præter formam mandati. Quia cùm post di-
10 ctam declarationem, iuxta † illius proprietatem detectum, ac ostensum fuisset instrumentum promissum inesse priori iam exhibito, vt per *Aret. cons.* 90. *&* 100. *nu.* 1. quod etiam probauit. *Rot. coram Crescent. decis. 17. de probat. Seraphin. decis. 548. num. 2. & 3.* dicta promissio secundi instrumenti
11 tanquàm extra mandatum † emanata, & consequenter superabundãs, & superflua nocere non debet, *Mandos. super Reg. 27. quæst. vlt. num. 11.* cùm alijs inj priori huius causæ decis. allegatis.

Deniquè non obstat, quod resignans post factam exhibitionem literarum dictæ declarationis obierit infra viginti dies requisitos ad validitatem prouisionis ex resignatione,
12 & proinde inducta † fuerit vacatio per illius obitum, iuxta regulam Cancellariæ de viginti, quia stante mandato, quo validè, & iuxta intentionem sui principalis vsus fuit Procurator in vita ipsius resignantis, cessat ratio inductiua nouæ Constitutionis Procuratoris, aut iuris de nouo tribuendi, vel consensus iterum præstandi, quibus cessantibus debet quoq;
13 cessare huiusmodi computatio dierum, † quæ iuxta regulã à die consensus præstandi, non autem à die declarationis consensus iam præstiti est facienda.

Et ita vtraquè parte informante fuit decisum.

* Proposita fuit hæc causa die 27. Iunij 1631. & die 15. Decembris eiusdem Anni 1631. sunt decisiones 63. & 82. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MOTMANNO.

Suessana Beneficij.

Die Veneris 13. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Gratiam, quando dicatur, quis iustificasse. Iurispatronatus in antiquissimis qualiter sufficienter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quando probetur, quod vacauerit per mortem alicuius.*
2 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij, qui contulit Tonsuram Clericalem.*
3 *Præsentatus, quod aliquis fuerit intra tempus à iure præfixum, probatur per publicum instrumentum præsentationis.*
4 *Collitigantium narratiua importat eorum confessionem.*
5 *Iuspatronatus probatur, ex pluribus enunciatiuis antiquissimis, ac Instrumentis publicis, quæ iunctis præsentationibus spatio 100. annorum effectuatis probant illius titulum.*
6 *Iurispatronatus fama antiquissima habetur pro titulo.*
7 *Enunciatiuæ in diuersis instrumentis contentæ, & metã ducentorum annorum excedentes probant famam, & consequenter dominium.*
9 *Consensus patroni, quoad resignationem, quando dicatur effectuatus.*
10 *De Iurepatronatus constat ex successiuis præsentationibus, & institutionibus.*
11 *Iuspatronatus non acquiritur, ex modico legato relicto alicui Capellæ.*
12 *Iuspatronatus, quando aliquis acquirat, etiam sine fundatione, & dotatione.*
13 *Familiæ appellatione venire, etiam intelliguntur fœminæ, & eius descendentes.*
14 *Subreptio, quando cesset.*
15 *In successione, quando alius non concurrit, tunc satis est, quod succedere volens, ostendat se esse in gradu successibili.*
16 *Iurispatronatus qualitas hæreditaria, vt probetur, quid requiratur.*
17 *Hæreditatis aditio, quando præsumatur.*

DECISIO CI.

Domini censuerunt gratiam Caroli esse iustificatam. Nam quòd Capella, seu Beneficium, de quo agitur, vacauerit per obitum Marci Antonij vltimi illius Recto-
1 ris, probatur ex eo, † quod Antonius collitigans venit ex eadem vacatione, *Seraphin. decis. 144. num. 9. & Cavaler. decis. 55. num. 3.* Clericatus eiusdem Caroli probatur ex lite-
2 ris Ordinarij, qui contulit ei † Tonsuram Clericalem, *cap. legum 2. q. 1. Innoc. in c. super his num. 10. in fin. Felyn. nu. 18. vers. sexta concl. de accus. Rot. decis. 321. in fin. par. 1. recent.* Quod verò de eodem mense Martij, quo vacauerit Beneficium, & sic intra tempus à iure requisitum fuerit præsen-
3 tatus, † probatur per publicum instrumentum præsentationis, *iuxta not. per Lambert. de Iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 12. num. 4.*

Fuerunt prætereà iustificatæ qualitates Beneficij in eadẽ gratia narratæ, quod scilicet careat cura animarum, quod de Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione existat, illiusquè fructus valorem annuum 24. ducatorum nõ excedant; nam hæc omnia probantur per similem dicti colliti-
4 gantis narratiuam, † quę importat partis, confessionem, *Rota in Nicien. Parochialis coram bo. mem. Vbaldo,* relata per *Modern. Pisan. de Iurepatr. decis. 46 num. 5. in fin.* cum aliis allegatis in *Nepesina Canonicatus 28. Februarij 1625. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quod autem de Iurepatronatus familiæ de Gallucijs ex
5 fundatione, vel dotatione existat, sufficienter † constat ex pluribus enunciatiuis antiquissimis, & Instrumentis publicis, quæ iunctis præsentationibus spatio centum annorum effectuatis, probant Titulum Iurispatronatus, *Felyn. in cap. causam sub num. 7. versic. nequè puto de præscript. Bald. in l.*
6 *cum super num. 4. C. de rei vendic.* vbi dicit famam † Iurispatronatus antiquissimam, haberi pro titulo, *Feder. de Sen. in consil. 234. sub num. 3. versic. quis enim diceret, & de mẽte Concil. Trid. c. 9. sess. 15. de reform. Menoch. consil. 336 in princ.*

princ. Mascard. de probat. concl. 103. num. 9. Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. num. 44 Cassad. decis. 2. num. 6. de probat. Rot. decis. 541. num. 2. par. 2. recent. Et fuit dictum in *Florentina Canonicatus* 11. *Decembris* 1615. *coram bon. mem. Buratto.* Instrumenta autem dictas enunciatiuas continentia, sunt data de annis 1424. & 1474. in quorum altero continetur diuisio bonorum Beneficij, inita inter Monasterium Monialium Ciuitatis Suessanæ, & illos de Gallutijs, qui enunciantur habere Iuspatronatus Capellæ, de qua agitur; In altero verò, quod est permutationis domorũ Beneficij, cum alijs domibus, partes coram Episcopo, suam interponente auctoritatem, asseruerunt Ecclesiam, seù Capellam prædictam esse de Iurepatronatus illorum de Gallutijs, quorum duo, tunc dicto actui intererant præsentes, ac consensum permutationi præstantes. Huiusmodi autem enunciatiuæ
7 † in diuersis Instrumentis contentæ, ac metam 200. annorum excedentes, probant proculdubio famam, & consequenter dominium, *cap. cum causam, de probat. gloss. in cap. cum olim de cens. Bald. in l. cum aliquis num. 4. & Ias. eodem num. in fin. C. de iur. deliber. Rota in Sabinen. Montis Rotundi* 25. *Iunij* 1627. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Præsentationes verò continuatæ, & effectum sortitæ ab anno 1519. vsquè ad annum 1629 quo tempore d. Beneficium, per obitum Marci Antonij Gattulæ vltimi Rectoris vacauit, probant quasi possessionem presentandi vltra cen-
8 tum annos; † Nam constat, quòd prædicto anno 1519. Fabius Gallutius mediante suo Tutore, vt fieri posse docet *Feder. de Sen consil. 102. sub num. 1.* consensit resignationi eiusdem Beneficii de consensu Vincentii Guidatii, tunc illius Rectoris, ad fauorem Charitei, etiam Guidatii, qui con-
9 sensus † probatur effectuatus per possessionem subsecutam, & operatur perinde, ac si in vacatione per obitum interuenisset *Abb. consil. 54. num. 1. lib. 1. Rota in Pistorien. Archidiaconatus* 15. *Ianuarij* 1629. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Prætereà concurrente eiusdem Beneficij vacatione de anno 1528. per obitum dicti Charitei, fuit ad præsentationem Ioannis Antonij etiam Gallutii Abaui D. Caroli, institutus Ioannes Aloysius de Gallutio, quæ præsentatio probatur quoq; effectuata per subsequutam possessionem.

Item de anno 1537. successit Io. Antonius Rotundus ex resignatione d. Io. Aloysij, cum subsecuta mentione, quod huiusmodi Beneficium de Iurepatronatus dictæ familiæ extaret, vt in literis perinde valere expeditis, & Instrumento consensus per eundem Fabium, tàm proprio, quàm d. Io. Antonii alterius Patroni procuratorio nomine tunc præstiti continetur, cuius effectuatio etiam probatur per institutionem ab Exequutore Apostolico de eodem prouiso successiuè factam.

Defuncto postmodùm d. Io. Antonio Rotundo de anno 1572. ad præsentationem Io. Camilli Gallutii, ex prædicto Fabio geniti, successit in Beneficio Ioan. Aloysius Gallutius Iunior, cui deinde vigore præsentationis Prosperi Gallutii, & aliorum successorum Fabii, & Ioann. Camilli successit Marcus Antonius Gattula, quo tempore post controuersiã ortam inter Patronos, qui illũ præsentarunt, & Episcopum, ac Capitulum Ecclesiæ Suessanæ super pertinentia Iurispatronatus. Primò à Iudice delegato in partibus, & deinde in Rota latæ sententiæ super manutentione ipsorum Patronorum in quasi possessione præsentandi, ac super adiudicatione eiusdem Patronatus pro vna medietate ad fauorem Prosperi nati ex Io. Antonio Seniore de Gallutiis, & pro altera medietate ad fauorem Aloysiæ, ac sororũ etiam de Gallutiis, & successiuè in executionem huiusmodi sententiarum, idem Marcus Antonius fuit institutus, possessione subsecuta.

Eoquè demum defuncto de anno 1629. Descendentes dicti Prosperi, pro medietate, vt supra illi adiudicata, præsentarunt Carolum hodie principalem in concursu aliorum Patronorum, qui pro altera medietate præsentarunt Antonium collitigantem.

10 Ex quibus successiuis † præsentationibus, & institutionibus plenè constat de Iurepatronatus, per multiplicatas præsentationes, quæ fuerunt sortitæ effectum iuxta receptum. *Oldr. consil. 229. num. 2.*

Præmissis non obstat scriptura Testamenti, in quo legitur de anno 1372. & sic de tempore anteriori. q. Nicolaum de Sanpaulis legasse nonnullas pecunias ad ornatum Capellæ dicti Beneficii, quam vocat suam, vnde infertur ad fundationem, & dotationem omninò diuersam ab ea, quæ
11 in gratia Caroli fuit narrata; Quia ex huiusmodi † legato modicæ summæ rectè inferri non potest ad acquisitionem Iurispatronatus, in quo requiritur sufficiens assignatio pro Ministris, & aliis necessarijs, *glos. in cap. ad audientiam il 1. num. 4. de Eccles. ædif. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. part. 1. q. 5. art. 12. num. 1.* Et nihilominus Gallutij ad quos, siue Iure hæreditario, siue alio quocunquè titulo attenta dicta quasi possessione centenaria præsentandi; peruenit Patronatus,
12 † etiamsi non fundauerint, nequè dotauerint debent censeri Patroni, tàm ex præsumpta voluntate ædificãtis, quàm ex auctoritate, & consensu Ordinarii, & respondit *Calder. in cons. vlt. in fin. de Iurepat.* quem sequitur *Lamber. eodem tit. lib. 1. q. 10. art. 4. etiam in fin.*

Minùs obstat, quod narratiua indefinita Iurispatronatus familiæ illorum de Gallutiis non sit iustificata pro medietate spectante ad Patronos, qui alium præsentarunt: Quia ex Iuribus in Summario præsentis disputationis exhibitis constat, dictam alteram medietatem deuenisse in alienas agnationes per fœminas de Gallutiis, quibus (vt supra) medietas huiusmodi fuerat adiudicata, quæ tamen fœminæ, ac illius descendentes, attenta origine Iurispatronatus, ac
13 propria † significatione verbi (familiæ) sub eadem appellatione venire intelliguntur, vt per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. num. 237. & seq.* vltra quod stante derogatione dictæ alterius medietatis, nemini ex huiusmodi nar-
14 ratiua illarum est præiudicium, † quo casu subreptionem cessare dixit *Rota in Firmana Pensionis 2. Iunij 1593. coram bon. mem. Card. Mellino, impressa apud Marches. de commiss. par. 2. pag. 489.*

Fuit insuper ex parte dicti Caroli iustificata narratiua, quod sit præsentatus à medietate Patronorum, quia Ioannes Baptista, & Hieronymus successores ex Ioanne Antonio Iuniori filio Prosperi, cui medietas totius Iurispatronatus olim, vt supra, fuit adiudicata, illum præsentarunt pro vna medietate huius medietatis. Prosper verò Iunior, & Franciscus fratres, ac successores, etiam ex Fabricio altero filio dicti Prosperi Senioris præsentarunt eundem pro alia medietate dictæ medietatis præsentis. Item prædictos Ioãnem Baptistam, & Hieronymum esse filios, & hæredes D. Antonii, & Ioannem Antonium esse filium hæredem Prosperi senioris ex vna, Prosperum verò Iuniorem cum Frãcisco, & Carolo fratribus ex altera, esse filios, & hæredes Fabricii, & ipsum Fabricium esse filium, ac hæredem prædicti Prosperi Senioris, probatur Testamentis dictorum Prosperi Senioris, Ioannis Antonii, ac Fabricii de Gallutiis, quibus non leue probationis adminiculum præbet declara-
15 tio Magistratus, † quæ aliis non comparentibus, nequè concurrentibus sufficiunt ad firmandam iustificationem præsentationis Patronorum pro dicta medietate, ex allegatis in *decis. 250. in fin. inter impress. Reuerendiss. Domini mei Decani.*

Deniquè non obstat, quod minimè constet prædictos Ioannem Antonium, ac Fabricium adiuisse hæreditatem
16 Prosperi eorum Patris, vt requiritur ad † effectum probãdi qualitatem hæreditariam Iurispatronatus iuxta transactionem inter dictum Prosperum, & alios initam ad tradita per *Paris. in consil. 48 lib. 4.* Quia ex possessione bonorum hæreditariorum, tàm Auitorum, quàm Paternorum, de qua testantur Syndici Communitatis, quibus propter munus publicè exigendi collectas à possessionibus bo-
17 norum, est credendum, oritur † præsumptio, quod vnusquisquè eorum adierit hæreditatem Patris, alio præsertim titulo, vel causa non apparente, *leg. gerit. ff. de acquirend. hæredit. l. 1. Cod. de repud. hæred. Bald. in leg. non hoc, numero 1. C. vnde legitim. Angel. consil. 18. num. 3. Alexand. consil. 32. num. 1. volum. 3. & in consil. 30. num. 3. volum. 7. Mantic. de coniect. libro 12. titul. 12. Gregorio Decimoquinto,*

cimoquinto, *decis. 98. in princip.* & fuit dictum in *Firmana euictionis 9. Februarij 1629. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Et ita vtraquè &c.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Veneris 13. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Attentata cessant, stante acquiescētia partis, & Iudicis. De attentatis illa pars dare nequit, si declinare tentauit iurisdictionem Iudicis. Mandati defectus ex quo tollatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentati vitium cessat per acquiescentiam partis, quæ procedendo in causa, præsumitur attentatis renunciasse.*

2 *De attentatis ob litis pendentiam, vel ob spretum Iudicis dare non potest, qui eiusdem Iudicis iurisdictionem voluit declinare; vt dicitur de contumace.*

3 *Iudex procedens ad vlteriora, censetur attentatis renunciasse.*

4 *Mandati defectus benè tollitur ex pluribus comparitionibus, & ex impensa facta in prosequutione litis, amplia num. 6.*

5 *Procurator de omnibus censetur certiorem fecisse suum principalem.*

7 *Signatura repræsentat Papam.*

8 *De Papæ potestate, non est dubitandum.*

9 *Sententia, si sit lata in vim commissionis iactationis, & iactationum &c. si reum vocat actorem, non ideò argui debet de aliquo defectu.*

10 *Quia in hoc iudicio, ille, qui impetrauit commissionem dicitur reus, & altera pars tanquàm diffamans dicitur actrix.*

DECISIO CII.

IN relationibus causarum feci verbum in Rota super expeditione istius causæ, quæ coram me pendet in secunda instantia. Et Domini ordinarunt, vt expediretur. Quia de iustitia sententiæ D. mei Decani, de cuius confirmatione agitur, apparet ex decisione coram eo facta sub die 1. Martij 1630.* & de illius validitate apparet ex duabus decisionibus factis coram me sub die 12. Ianuarij,* & 4. Februarij præsentis anni.*

Nec obstare dixerunt inhibitionem, vigore primæ commissionis emanatam. Quia licet inhibito soleat causare attentata circa acta facta coram secundo Iudice: tamen intrat
1 regula, quòd vitium † attentati cessat per acquiescentiam partis, quæ procedendo in causa coram secundo Iudice, vt in casu nostro, præsumitur attentatis renunciasse, *Paris. consil. 41. num. 37. lib. 1. Lancellot. de attent. appellat. pend. cap. 12. lim. 42. num. 3. & 4.* & fuit dictum in *Calaguritana Beneficij, 6. Februarij 1609. coram bonæ memoriæ Penia.*

Et cùm Capitulum S. Saluatoris commiserit causam secundo Iudici, intrat alia conclusio, quòd non potest dare de attentatis ob litis pendentiam, vel ob spretum Iudicis is,
2 qui eiusdem † Iudicis iurisdictionem voluit declinare, vt dicitur de contumace, *Bart. in leg. vbi captum, versic. item aduerte, ff. de iudic. & in l. quamuis, num. 8. ff. de damn. infect. Felyn. in cap. ex tenore, num. 15. & seq. de rescript.* & in his terminis dixit *Rota in Romana de Lante, 10. Iunij 1613. coram bon. mem.* D. meo *Vbaldo.*

Et hoc circa interesse, respiciens partem Capituli. Quoerò ad interesse Iudicis, quod potest considerari respectu suæ inhibitionis, quæ dicitur spreta: cessat difficultas in casu nostro. Quia D. meus Decanus est Iudex subrogatus, tàm primæ, quàm secundæ commissionis: & dum pronunciauit vigore secundæ, noluit attendere inhibitionem factam vigore primæ commissionis, & censetur illi renunciasse: pro-
3 ut dicitur † de parte, quæ ad vlteriora procedit, vt supra. Vltra quod non constat, quod inhibitio fuerit facta Iudici.

Obiectum de mandato procuræ tollitur non solùm ex
4 verbis amplissimis mandati, sed etiam † ex pluribus comparitionibus, ex productione iurium, & ex impensa facta in prosequutione litis multorum annorum, *Rot. diuers. decis. 55. num. 2. par. 2. recent. Verall. decis. 183. num. 3. part. 2. san. mem. Gregor. decis. 44. num. 1. vsquè ad 5.* Et de omnibus
5 præsumitur, quod Procurator certiorem fecerit † suum principalem, *Roman. consil. 481.* fuit dictum in *Oscen. Archidiaconatus, 10. Iunij 1602. coram Cardinali Lancel-*
6 *lotto.* Stante maximè remissoria ad partes † transmissa, & exequuta cum interuentu Capituli: pro cuius parte fuerunt data interrogatoria coràm Iudicibus, & factæ multæ comparationes.

Cætera non indigent responsione, vt est illud, quòd cau-
7 sa si effecta Cardinalitia. Quia Signatura † quæ repræsentat Papam, illam commisit secundo Iudici: & de potestate
8 Papæ non † dubitatur. Et vt est aliud de sententia D. mei Decani, quòd dicat Ecclesiam del Pilar esse actricem, cùm tamen dicta Ecclesia non impetrauerit aliquam commissionem.
9 Quia sufficit, † quòd sententia fuerit lata in vim commissionis: *Iactationis, & Iactationũ &c.* impetratæ à Capitulo: in qua Cap. tāquàm diffamatus, dicitur reus: & Ecclesia del Pilar diffamans est actrix, vt per *Bal. in l. diffamari, col. 2. & in fin. C. de ingen. & manum.* & de communi testatur *Cagnol. ibidem, & Didac. Couar. variar. resolut. cap. 18. num. 4.* cum alijs multis cumulatis per *decis. Pedem. 151. num. 4. & seqq.*

Et ita decisum &c.

*** Sunt Decisiones 353. supra part. 5. recent. & 85. & 91. in hac eadem part.

R. P. D. PIROVANO.

Lucana Successionis.

Die Lunæ 16. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Banniti nostri temporis, quocumquè modo sint banniti, non æquiparantur deportatis, aut relegatis. Bannitus amittit tantum iura Ciuitatis bannientis.

SVMMARIVM.

1 *Defunctorum voluntates, vt seruentur debet sumi omnis interpretatio, & num. 2.*

3 *Filius natus existente patre bannito, an faciat deficere conditionem, si sine filijs, &c.*

4 *Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis. Deportati amittebant iura Ciuilia, & Ciuitatem, banniti nostri temporis amittunt tantùm Ciuitatem, num. 4.*

5 Matri-

5 *Matrimonium propter bannum non dissoluitur; sed subsistit.*

6 *Banniti nostri temporis, quocumquè modo sint banniti, siuè perpetuò, siuè ad tempus, siuè cum publicatione bonorum, aut quod poßint impunè offendi, tanquàm hostes patriæ, nunquàm æquiparantur deportatis, aut relegatis.*

7 *Bannitus cum publicatione bonorum, & diffidatione, quæ iura ammittat, & num. 8.*

9 *Patriæ potestatis ius est de iure ciuili Romanorum.*

10 *Bannitus extra territorium bannientis non prohibetur agere.*

11 *Banni effectus non porrigitur extra territorium.*

12 *Bannitus amittit iura Ciuitatis bannientis.*

13 *Bannitus in alieno territorio est capax cuiuscumq; actus legitimi sibi competentis.*

14 *Patria potestas sola non sufficit, ad hoc vt habeat pater à lege plenissimum mandatum agendi in iudicio, nisi simul habeat vsumfructum in bonis filij.*

15 *Pater non habet vsumfructum in bonis filij, si filius veniat ex priuatione patris.*

16 *Filius, quando est infans, tunc patri administratio illius bonorum committitur, quàmuis non habeat vsumfructum.*

DECISIO CIII.

SEntentiæ Rotales determinant primogenituram, de qua agitur spectare ad Ioan. Franciscum; quàmuis conceptum, & natum post bannum patris, & cum hodiè ageretur de illarum iustitia, & validitate, responsum fuit quoad vtramquè partem esse confirmandas.

Nam quoad iustitiam, decisiones causæ, quæ emanarunt, tàm in prima, quàm in secunda instantia firmant filiationem Francisci, & vocationem eiusdem tanquàm ex linea primogenitorum Nicolai, qui fuit Pater Vincentij banniti, à quo fuit genitus ipse Ioan. Franciscus, qua linea durante secundo genitis nunquàm fuit apertus locus irreuocabiliter ex voluntate fideicommittentis, quàmuis Ioan. Franciscus non extaret in rerum natura de tempore euenientis conditionis per bannum Vincentij Patris, quod euidentissimè patet: quia Testator voluit, quod bona sua in perpetuũ sint, & possideantur per infrascriptos, ordine successiuo post mortem Nicolai primogeniti de primogenitis ipsius, & de primogenito in primogenitum successiuè in infinitum quousque de linea, & descendentibus masculis Nicolai erunt, & quasi præuidens hunc casum in versiculo, & tale onus, subiungit, quod in interpretatione præmissorum omnia intelligantur rectò sensu absquè aliqua extranea interpretatione, & vbicumquè aliquod orietur dubium, omnia primò interpretentur in fauorem lineæ dicti Nicolai, & semper intelligatur primogenitus ex priori primogenito, ex quibus verbis dubitari non potest de voluntate Testatoris præferedi primogenitos Nicolai quocumquè tempore nati, aut concepti fuerint, quia aliàs reperiretur Ioan. Franciscus de primogenitis lineæ Nicolai adhuc illa durante non habens, aut possidens bona primogenituræ secundùm Testatoris præordinationem, & tamen omnis
1 † interpretatio sumi debet tàm de iure, vt illius voluntas impleatur etiam per extensionem de casu ad casum, & de persona ad personam, *Socc. Ion. consil. 129. num. 35. volum. 3. Crauett. consil. 131. num. 5. Cephal. consil. 433. num. 4. & 446. num. 36. Surd. consil. 96. num. 38. lib. 1.* quàm ex ipso Testatoris præcepto ibi, *vt omnia interpretentur in fauorem lineæ Nicolai, & semper intelligatur primogenitus ex*
2 *primogenito*, atquè ita attenta † manifesta voluntate præferatur, quàmuis non extaret de tempore purificatæ conditionis, *Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 74. in fin. Petr. eodem tractat. quæstio. 11. numero 586. cum alijs per Fusar. relatis quæstio. 318. numero 77. & sequent.*

3 Nequè ex eo, quod Ioann. Franciscus natus † fuerit existente Vincentio adhuc bannito videtur defecisse conditionem, si sine liberis, per *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel.* quia decisiones causæ huic obiecto satisfaciunt, non enim
4 banniti nostri † temporis æquiparantur deportatis, prout loquitur *textus in dicto §. ex facto*, illi amittebant iura Ciuilia, & Ciuitatem, isti verò Ciuitatem tantùm, vt propte-
5 reà filij iura filiationis non amittant, ex quo † matrimonium subsistit, nec dissoluitur secundum veriorem, de qua *per Ripam in d. §. ex facto num. 11. & 17. Petra de fideicom. quæst. 3. num. 19. & quæst. 11. num. 611. Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 7. num. 23. Fusar. 424. num. 1. & Clarus* discussis opinionibus resolutiuè tenet in *§. finali quæst. 71.* quod banni-
6 ti † nostri temporis quocumquè modo sint banniti, siuè perpetuò, siuè ad tempus, siuè cum publicatione bonorum, aut quod possint tanquàm hostes patriæ impunè offendi, nunquàm æquiparantur deportatis, aut relegatis, itaut non possit argumentari de deportato, aut relegato ad bannitum.

Quo verò ad validitatem sententiarum obiecta facilè euitabantur.

Non enim releuat, quod latæ fuerint instante Procuratore constituto ab eo, qui carebat administratione bonorum Ioan. Francisci infantis, nempè à Vincentio patre bannito cum publicatione bonorum, & diffidatione, qui sicuti amittit omnia iura tàm propriæ Ciuitatis, quàm Iuris
7 † Communis, quoad bona existentia in Domino Florentino, *Castr. in l. prima, num. 4. C. de hæred. instit. Alexand. consil. 75. num. 8. volum. 1. Menoch. consil. 565. nu. 32.* con-
8 sequenter etiam † amiserit patriam potestatem, ex qua desumitur ius administrationis, & constituendi Procuratorem ad lites.

Quia retenta opinione firmata, quod banniti quocunquè modo non amittant iura Ciuilia, quàmuis Ciuitatem bannientis, & iura illius perdant, cessat obiectum, nam ius
9 patriæ † potestatis non est de iure Ciuitatis bannientis, nec prouenit ex statutis illius, sed ex iure Ciuili Romanorum, *Instit. de patr. potest. in princ. Bald. Angel. & alij in l. si cùm dotem, § si Patri, ff sol. matr. Peregr. de iure fisci, d. lib. 3. tit.*
10 *7. num. 23.* propterea extra territorium † bannientis non prohibetur agere nomine sui filij, cum habeat plenissimum mandatum à lege *Pinell. in l. 1. par. 2. num. 63. C. de bon. mater. Rota decis. 319. num. 9. par. 1. recent.* nec banniente po-
11 test impediri, defectu Iurisdictionis, dum extra † Territorium effectus banni non porrigatur, *Vant. de nullit. ex defectu inhabil. num. 54.* nec vim facit, quod bona existant in territorio Lucensi, à quo Vincentius est bannitus, & ius
12 defensionis dirigatur in loco, cuius iura perdidit † per bannum, ita vt saltem cesset exercitium patriæ potestatis in dicto Territorio, quia hodiè agitur de validitate iudicii in Curia agitati, vbi pater adhuc retinens iura Ciuilia, quàmuis
13 bannitus † ab alieno Territorio sit capax cuiuscunquè actus legitimi sibi competentis, *Imola in l. eius qui, § si cui num. 6 ff. de testam. Berou. consil. 54. num. 10. lib. 2. Clar. in § testamentum q. 21. Vant. d. tit. ex defect. inhabil. num. 54.* & cum agetur de exequendis sententiis, tunc erit quærendum de persona legitima, sed interim iudicium, quod nunc agitatur validum est, cum mandato patris.

Demùm non obstat, quod sola patria potestas non suffi-
14 ciat, vt habeat pater à lege † plenissimum mandatum agendi in iudicio, nisi insimul habeat vsumfructum in bonis filii, cum eo cessante habeatur loco extranei, *Bart. in leg. lis nulla, num. 1. ff. de iudic. Menoch de recup. remed. 9. nu. 86. Paschal. de Iurib. patr. potest. par. 1. c. 12. num. 84.* & vsum-
15 fructum non habere, † cum filius veniat ex priuatione patris dixerint, *Castren. in auth. excipitur. num. 9. C. de bonis quæ liber.* & alij relati per *Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 105.*

16 Quia placuit Dominis responsio, quod † cùm Io. Franciscus sit infans minor septennio, permittitur patri administratio, quàmuis non habeat vsumfructum, *Bursatt. consil. 133. num. 31. lib. 2. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 88.* sequendo *Innocent. in cap. accedens, num. 2. de procur.*

Franc.

*Franc. decis.*10. *num.*8. id affirmans, quando pater non est priuatus ex dispositione hominis, & sequuntur *Mastril. decis.*59.*num.*8.*&* 9.*&* *Castill.de vsuf.cap.*3.*num.* 60.*&* *seq.*

Et ita, &c.

¶ In hac causa decisio vna adest supra par.5. recent. 394. coram R. P. D. Ghisilerio.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Iaueñ. Separationis Thori.

Die Lunæ 16. Februarij 1632.

ARGVMENTVM.

Iudex, vt possit procedere per edictum, quid requiratur, & quando per dictum modum potest procedi, quæ sint necessaria, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ordinarius de Iure ciuili potest ex sua auctoritate procedere per edictum.*
2 *Attamen hoc limita de Iure Canonico, quia ad hoc requiritur speciale rescriptum Papæ.*
3 *Commißio loquens de facultate procedendi per contradictas, non extenditur ad facultatem procedendi per edictum.*
4 *Per contradictas procedi potest, vel quando præcessit citatio personalis, vel citationes fuerunt factæ per edictum, & num.*25.
5 *Per generale mandatum de citando à Papa factum, non potest per edictum citari, sed requiritur specialis mentio.*
6 *Clausulæ appositæ in prima commissione, censentur repetitæ in alijs, dummodo dict. commissio, non sit de medio sublata.*
7 *Causa antiqua, quando complicatur cum noua, tunc eædem clausulæ censentur repetitæ, quatenus quis velit prosequi causam antiquam secus è contra.*
8 *Per edictum, quando proceditur, tunc citationes debent fieri in duobus locis in Curia.*
9 *Nec non in duobus locis vicinis in partibus, etiam si non sint de vicinioribus.*
10 *Et citationes originales debent affici, legi & dimitti affixæ per aliquas horas, & ista affixio debet fieri in Valuis Ecclesiæ Maioris.*
11 *Citatio originalis, quando legitur, non est dimittenda copia.*
12 *Put. opinio in decis.*27. *lib.*2.*non est Rotæ, sed propria ipsius Put.*
13 *In citatione debet dari competens terminus ad comparen. secundum locorum distantiam.*
14 *Appellatio requiritur à breuitate temporis in citatione appositi.*
*Quod tamen intellige, quando citatio fuit personalis, vel per edictum, & verisimile sit, quod deuenerit ad notitiam citati, num.*14.
15 *Et si de neutro constat, tunc nulla requiritur appellatio, & citatio remanet nulla, & non arctat citatum ad comparendum, nec in termino, nec post, num.*16.
17 *In Citationibus, quæ fiunt per edictum, duplicatur terminus dari solitus alijs in citationibus.*
18 *Arbitrium Iudicis remittit rigorem Iuris.*
19 *Citatio à nullitate saluatur, si procurator citatus compareat, declara num.*20.
21 *Decis. Seraph.*653. *num.*3. *declaratur.*
22 *Citationes factæ in audientia summ. Pont. aut in Aula eius Palatij, postmodum affigendæ sunt ianuæ Maioris Ecclesiæ loci, in quo Romana Curia residet, & num.*23.
24 *De essentia, & substantia processus per contradictas, quid sit.*
26 *Extrauag. iniunctæ, de dol. & contum. & Clem. dudum de Iud. declarantur, & num.*29.
27 *Absentes à Curia solent citari in Curia, & huiusmodi citatio arctat eos, ac si fuißent, apprehensi, & quando hoc procedat, num.*28.
30 *Papa per solam citationem executam in Curia, & nulla alia præcedente citatione, arctat citatum ad comparendum.*
31 *Et hoc procedit pariter in alio, qui hoc ex speciali mandato, Papæ hoc facit.*
32 *Scripturam non propriam, sed alienam producens, non sibi præiudicat.*
33 *Procuratores cauti producunt mandatum per compulsum, & postea in certa causa illud mandatum, acceptant.*
34 *Clausula non alias, aliter, vel alio modo, tollit consensum ab actu, perinde ac si non esset gestus.*
35 *Procurator potest acceptare mandatum non simpliciter, sed ad effectum substituendi.*
36 *Mandati procuræ acceptatio est necessaria.*
37 *Notarij incuria non debet nocere parti.*
38 *Clausula, vna, cum toto negotio principali, in commissione apponitur, quando appellatur ab aliquo incidenti.*
39 *Iudex si grauauerit partem super aliquo incidenti, & appellatur, tunc Iudex ad quem, potest etiam cognoscere super negotio principali, & num.*40.
41 *Clausula, cum annexis, & connexis, in commissione apposita, debet intelligi de his, quæ sunt eiusdem naturæ, cuius est ipsa causa.*
42 *Verbum, annexis, de per se in commissione appositum, importat negotium principale causæ, super qua fuit appellatum.*
43 *Mandatum præsumitur ex productione iurium, & impensa.*
44 *Actus extra iudiciales sunt, scribere, & informare in causa.*
45 *Scripturæ, & informationes in causa, vt plurimùm, non solent fieri à procuratoribus, qui habent mandatum ad causam.*

DECISIO CIV.

DVbitaui, an sententia lata super separatione Thori, cùm indè secutis sit nulla, quod quidem dubium duas habet inspectiones principales. Prima est, vt videatur, an processus factus per edictum sustineatur: secunda quatenus non, an saltim constet de valida citatione processus legitimi. Et quâtum attinet ad primam inspectionem principalem, tres occurrunt difficultates, quarum prima est, vt videatur, An Iudex haberet facultatem procedendi per edictum: Secunda, An in omnem euentum processus fuerit legitimè factus: Tertia quatenus non, An idem processus saltem

saltem sustineatur ex eo, quod processum fuit per contra-
dictas.

Et quantùm attinet ad primam difficultatem, licet de
1 Iure Ciuili † Iudex Ordinarius possit ex sua auctoritate
procedere per edictum, *auth. qui semel. quomod. et quand.
Iudex, Felin. in cap. quoniam frequenter §. porrò num.* 13.
versic. similiter circa secundum dictum, et num. 15. *præser-
tim in versic. procedunt autem ista, vt lit. non contest.* Atta-
2 men de Iure † Canonico secus est, quia requiritur specia-
le rescriptum Papæ, *Clem. dudum, de Iudic. desumpta ex
extrauagant. Bonifat.* VIII. *vnica de dol. et contum. prout in
dicta extrauaganti,* ibi, *vt citationes auctoritate Aposto-
lica, et in dicta Clem.* ibi, *ipso Papa specialiter, et ex certa
scientia id mandante,* & notat *glos. ibidem in verb. Papa,
in duabus gloss. seqq. Felin. loco citato num.* 13. *versic. circa
glo. et num.* 14. *versic. cæterum si loquimur de illis duobus
casibus, Rot. decis.* 8. *in addit. de dol. et contum. in nou. Vant.
de nullit. ex defectu citationis num.* 126. in casu autem isto,
in quo Ius Canonicum attenditur, nulla fuit concessa facul-
3 tas procedendi per edictum, † quia commissio loquitur de
facultate procedendi per contradictas, quæ longè differt
à facultate procedendi per edictum, vt statim dicetur in ex-
plicatione tertiæ difficultatis huius primę inspectionis prin-
cipalis.

Nec obstat, quod in commissione fuerit narratus non tu-
tus accessus, & Summus Pontifex rescripserit *constito de
non tuto accessu, procedatur per contradictas,* quasi voluerit
dicere per edictum, quia hoc non appositè infertur, cùm
Princeps potuerit cogitare, quod incumbentia præcede-
rent ad effectum, vt posset procedi per contradictas
4 (quod fit † quando, vel præcessit personalis citatio, vel ci-
tationes legitimè fuerunt factæ per edictum, vt statim de
vtroquè dicetur) & quod ex abundanti peteretur illa com-
missio procedendi per contradictas, qui quidem intelle-
5 ctus per necessè debet amplecti, cùm per, † generale
mandatum de citando à Papa factum non possit per edi-
ctum citari, sed requiratur, quod Papa specialiter, & ex
certa scientia hoc mandet *glos. in dict. Clem. dudum in
verb. specialiter, & ibi Doct. & præsertim Abb. post prin-
cip. versic. per generalem, & ante finem versic. quod etiam
contra.*

Neque obstat quod pro parte D. Marcelli sub die 25.
Ianuarij 1622. fuerit pręsentata commissio in actis cùm ex-
pressa facultate procedendi per edictum, quia cùm prædi-
cta esset commissio appellationis à sententia lata per Vi-
carium super separatione Thori, & nódùm Vicarius pro-
nunciasset, D. Barbara obtinuit illam commissionem tolli
perindè, ac si non emanasset, & propterea Dom. Marcel-
lus ne dum non potest iuuari ista commissione, sed nec
clausulis in ea appositis, quia regula illa, quòd clausulæ ap-
6 positæ † in prima commissione censeantur repetitæ in a-
lijs, non habet locum, quando de medio tollitur commis-
sio, perindè, ac si non emanasset, vt in facilioribus termi-
nis fuit resolutum in causa *Toletana Parochialis de Cin-
cion.* 28. *Nouembr.* 1601. *coram me, in causa Pacen. Cano-
nicatus* 18. *Martij* 1611. *coram recol. me Francisco Pe-
nia, in causa Carpentoraten. Bonorum* 28. *Nouembr.* 1612.
coram Eminentiss. D. meo Cardin. Verospio, in quibus fir-
7 matur, † quod si cùm causa antiqua complicata est causa
noua, tunc clausulæ censentur repetitæ, quatenus quis velit
prosequi causam antiquam, secus si ea omissa, nouam cau-
sam prosequatur.

Circa secundam difficultatem primæ inspectionis, An
quatenus citrà veri præiudicium adesset sufficiens Iurisdi-
ctio, processus fuerit legitimè factus, fuit absolutè respon-
sum, non constare de legitimo processu, & quidem ex du-
8 plici fundamento. Primò quia quando † proceditur per e-
dictum, citationes debent fieri in duobus locis in Curia, vt
in *d. clem. dudum de iud. & in d. extrauag. vnica de dolo, &
9 contum.* necnon in duobus locis vicinis in partibus, † etiam
quod non sint de vicinioribus, *Achil. decis.* 15. *de dol. & cō-
tum.* & citationes originales debēt affigi, legi, & dimitti af-
10 fixæ per aliquot † horas, affixioque debet fieri in valuis Ec-
clesiæ maioris, *Cassad. decis.* 1. *nu.* 2. *& decis.* 6. *de dol. & con-
tum. Rot. decis.* 5. *de rescrip. in nou. Aegid. decis.* 194. *Put. de-
cis.* 164. *lib.* 2. *in correct. Vestr. in prax. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 4. *Paz, in
prax. tom.* 2. *fol.* 15. *col.* 3. *n.* 11. In proposito autem citationes
originales non fuerunt affixæ, prout nec etiam affixum fuit
scriptum authenticum, & sic in hac parte corruit iste pro-
cessus, qui nec saluari potest, ex *dec. Put.* 17. *lib.* 2. *in correct.*
11 dum vult, quod quando citatio † originalis legitur, non est
dimittenda copia, quod dictum, quatenus esset verum, non
procederet si aliter fuisset ordinatum, *Achill. dec.* 14. *de dol.
& contum.* quia quicquid sit de ista opinione Putei, cùm sit
12 propria ipsius, † & non Rotæ, in omnem euentum non cō-
stat citationem originalem fuisse lectam. Secundò corruit
13 idem processus, quia licet in citatione debeat dari †, com-
petens terminus secundum locorum distantiam, vt in *dictis
extrauag. & clem. Bart. in extrauag. ad reprimendū in ver-
bo per edictum num.* 5. *&* 6. *vers. sed quis terminus,* vbi quod
ista est practica pulchra, & notabilis: Attamen in casu isto
fuit pręfixus terminus octo dierum dumtaxat ad comparen.
qui non est sufficiens, vt mox dicetur, ac proindè citatio fuit
nulla *Put. decis.* 150. *num.* 1. *lib.* 3. *vbi n.* 2. Doctoribus tenen-
14 tibus quod requiratur † appellatio à breuitate termini, re-
spondet eorum dicta procedere, quando citatio fuit perso-
nalis, vel quando cōstat factam per edictum venisse ad no-
15 titiam citati; Itaut si de his † non constet, nulla requiratur
appellatio, sed citatio remaneat nulla, & non arctet citatum
16 ad comparendum † nec in termino, nec post terminum,
Additio ad d. dec. 5. *num.* 20. *ad fin. vers. ideo in practica de
rescript. in nou.* Quod autem terminus octo dierum fuerit
nimis breuis, inficiari non potest, cùm in istis citationibus
17 per edictum † sit duplicandus terminus dari solitus in alijs
citationibus: si enim locus distat per decem dies, debet pręe-
figi terminus 20. dierum: si verò per 20. dies, est pręfigendus
terminus 40. dierum, *additio ad d. dec.* 5. *loco proximè alleg.*
& in omnem euentum, quatenus hoc relinquatur arbitrio
18 Iudicis, † quod remittit Iuris rigorem, itaut seruetur æqui-
tas, nulla æquitas suadet, quod terminus 8. dierum sufficiat
ad comparen. ex Ciuitate Ianuensi in Curia.

19 Neque etiam obstat, quod citatio à nullitate † saluatur, si
postmodum Procurator citatus compareat, *clem. causam
in fin. de elect. Roman. cons.* 410. *num.* 2. *Rot. decis.* 11. *de dol.
& contum. in nou. Aegid. dec.* 364. *&* 539. *Sarnen. in reg. de
Annali q.* 65. *&* 76. *Achil. decis.* 7. *num.* 1. *de dol. & contum.
Cas. de Grass. decis.* 15. *de fid. instr.* Quia fuit responsum ad
20 hunc effectum duo copulatiuè requiri. Primò, † quod Pro-
curator post citationem sit constitutus ad illam causam, &
quod in dicta causa compareat, *Achill. d. decis.* 7. *nu.* 3. *Sar-
nen. in compendio vtriusque signat. nu.* 68. *Vestr. in prax. lib.*
7. *c.* 1. *num.* 6. *Staphil. de liter. Iustit.* §. *in primis num.* 21. *&*
24. *Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num.* 121. *Seraph.
decis.* 1366. vbi alias decisiones declarat; in hoc autem casu,
licet post d. citationem D. Barbara constituerit Procurato-
rem Cabellam, attamen illa constitutio fuit generalis, nón
autem specialis in causa separationis Thori, nec ipse vn-
quàm comparuit, sed solummodò acceptauit mandatum
ad effectum substituendi tātum: substitutus verò nunquam
acceptauit mandatum, nec vnquam comparuit. Nec prædi-
21 ctis resistit † *decis. Seraph.* 653 *n.* 3. quia loquitur de Procu-
ratore quidem generali, sed qui acceptauit mādatum, & in
causa comparuit, at in casu nostro de acceptatione manda-
ti non constat, nisi ad effectum substituendi, & vt dictū est,
nec ipse Procurator principalis, nec substitutus vnquàm in
causa comparuerunt, nec quidem respectu consensus in Iu-
risdictionem fatendo se Procuratores; sed quando compa-
ruerunt se tales esse negarunt.

Circa tertiam, & vltimam difficultatem primæ inspe-
ctionis principalis, An scilicet processus sustineatur ex eo,
quod fuit agitatus per contradictas, difficultatem viden-
tur facere verba *d. extrauag. vnica de dol. & contum.* ibi,
22 *Declarantes, † vt citationes factæ in audientia litera-
rum nostrarum, aut in Aula nostri Palatij postmodum
affigendæ Ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Romana,
& cæt. residebit Curia, & cæt. arctent citatis,* necnon
dispositio *dict. clemen. dudum de Iudicijs,* ibi, *Citatio-
23 nes factæ † in Apostolicarum audientia publica litera-
rum,*

rum, vel in Papali Palatio, publicè postmodum maioris Ecclesiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum sua Curia residebit, lanuis affigenda.

Sed huic fundamento fuit responsum, quod de essentia,
24 substantia processus per contradictas, est, † quòd principalis citetur personaliter, aut si est locus citationi per edictū, tunc si principalis per se, vel per procuratorem non comparet, proceditur per contradictas, *Vestr. in prax. lib. 1. cap. 5. num. 2. in fin. & num. 4. Verall. decis.* 107. *num.* 3. *in fin. par.* 1. *&* 102. *num.* 1. *&* 135. *par.* 3. *Achill. decis.* 15. *num.* 3. *de appell. Cassad. decis.* 6. *num.* 2. *vt lit. pend. Rot. decis.* 15. *de rescript. in nou. & ibi adden. num.* 1. *Rot. decis.* 10. *num.* 1. *de re iud. in nou. &* 36. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers. Seraph. decis.* 1018. *nu.* 4. *&* 1100. *num.* 5. & propterea cùm hic non constet de
25 † citatione personali, aut legitima per edictum, non potuit procedi per contradictas.

Nequè contrarium dicitur in dicta extrauaganti, & clemen. quia dicta clem. prout extrauagans tres habet partes,
26 † in prima, & secunda loquitur de citatione edictali exequenda in Curia, non autem in loco vicino, vel propinquo habitationis citandi, sicut tota die practicatur, *Vital. in dict. clem. dudum num.* 56. & quoad citationes faciendas in locis vicinioribus, nec non quoad reliqua dd. clem. & extrauagans debent intelligi secundùm Iuris communis dispositionem, nisi aliter ex certa scientia Papæ in commissione exprimatur, *Vital. d. loco num.* 58. *versic. mandatum ergo Pa-*
27 *pæ*, ex tertia verò parte dictæ clem. colligitur, quòd† absentes à Curia solent citari in Curia, & huiusmodi citatio arctat eos, ac si fuissent apprehensi, quòd tamen est verum,
28 quando causa tractatur in Curia per deuolutionem † ex speciali mandato Papæ, & pars fuit legitimè extra Curiam citata, & hoc sufficit, quia in tali prima citatione fuit citata ad omnes actus, & successiuè, vsquè ad sententiam inclusiuè, & ideò ex abundanti fit citatio per audientiam, ita *Vital. in d. clem. dudum, num.* 56. *&* 59. *Vant. de nullit. ex defectu citationis num.* 99. *& seqq. & num.* 109. *num.* 110. vbi quod dictæ citationes fiunt de stylo, *Vestr. in prax. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. *Rot. decis.* 8. *in fin. de testibus in nou.* & sic cla-
29 rè constat, quod dictæ extrauagans, † & clem. non disponunt, quod possit procedi per contradictas, non præuia citatione personali; aut per edictum, sed loquuntur tantùm de citatione edictali, quæ fit in Curia, in reliquis remittendo se ad Ius commune, vt per *Vital loco supra allegato.*

Nequè opitulatur, quod Papa concessit facultatem procedendi per contradictas constito de non tuto accessu, & ideo etiam, quod non censeatur concessus processus per edictum, censetur simpliciter concessus per contradictas cō-
30 stito de non tuto accessu, etiam non † præcedente aliqua citatione, cùm Papa per solam citationem in Curia executam arctet citatum, & idem fit in alio, qui ex mandato speciali Papæ hoc faceret *Vital. in d. clem. dudum num.* 56. *versic. nam solus Papa.* Nam fuit per Dominos consideratum,
31 quod in hoc casu adest tale mandatum † speciale, cùm ad istum effectum requiratur, quod fiat digressio specifica, itavt non sufficiat generalis expressio, *Imol. in d. clem. dudum num.* 12. *& ibi additio in littera F.* quæ allegat concordantes: in casu autem nostro non sufficit, quod Summus Pontifex concesserit simpliciter facultatem procedendi per contradictas, cùm non expræsserit se hanc quoquè facultatem concedere etiam, quod non adesset prima citatio personalis, vel per edictum, & ideo prædicta citatio per contradictas nullatenus potest sustineri.

Quantùm attinet ad secundam inspectionem principalem, An scilicet constet de valida citatione Procuratoris D. Barbaræ, & hæc inspectio duas habet difficultates principales, Prima est, An processus agitatus cùm Cabella sustineatur. Secunda, an processus agitatus cum Lactantio substituto à Cabella sustineatur, ex mandato vero, vel præsumpto.

Et circa primam difficultatem, vt modo dictum fuit D. Barbara constituit Procuratorem generalem Cabellam, qui acceptauit mandatum ad substituendum tantùm cum clausula, nec alias, aliter, nec alio modo, & illud per compulsum produxit, & ideò per talem productionem non censentur mandatum acceptasse, & sibi præiudi-
32 casse, cùm † scriptura non esset propria, sed aliena, *Rota decis.* 3. *de fid. instr. in nou. Verall. decis.* 193. *num.* 5. *parte* 1. *sanct. mem. Gregor. decis.* 467 *num.* 9. *vbi alia decisiones allegantur, hinc Additio ad decis.* 26. *num.* 3. *de procurat. in nou.* dicit, quod inoleuit stilus, vt cauti procuratores dent mandatum per compulsum, & demum acceptant onus ad effectum substituendi tantùm, ac substituunt, & facta hoc casu substitutione non sunt amplius Procuratores, licet secus esset si mandatum simpliciter acceptarent, & in puncto *Put. decis.* 212. *in fin. lib.* 2. *in correct.* vbi quod cauti
33 † Procuratores producunt mandata per compulsum, & postea in certa causa acceptant dictum mandatum. Idque maximè procedit in casu isto, stante clausula, non alias, ali-
34 ter, nec alio modo, quæ tollit consensum ab † actu perinde, ac si non esset gestus, *Rot. in recent. decis.* 115. *num.* 6. *ad med. par.* 1. *& decis.* 647. *ad fin par.* 2. *diuers.* & propterea processus ex citatione Cabellæ non sustinetur, *cap. licet de procurat. in* 6. *l. inuitus, C. eod tit.* potuit enim d. Ca-
35 bella acceptare † mandatum non simpliciter, sed ad effectum substituendi, *clem.* 1. *vbi glo. in verb protestatione*, & ibi etiam *Vital. num.* 75. *et* 76. *de procurat. et bene Additio ad d. decis.* 26. *loco citato, Put. decis.* 13. *de procur. et d decis.* 212. *lib.* 2. *in correct.* & prædicta eo magis habent locum, quia Cabella citatus sub diebus 7. & 28. Februarij 1625. protestatus fuit se non esse Procuratorem.

Circa verò secundam difficultatem secundæ inspectionis principalis: An processus sustineatur ex mandato vero, vel præsumpto Lactantii, negatiuè fuit responsum, quia licet Cabella substituerit d. Lactantium: nihilominus nullibi apparet de acceptatione dictæ substitutionis, aut expressa
36 aut tacita, quæ quidem acceptatio † est necessaria, cum ipse non fuerit præsens dictæ substitutioni, *l.* 2. *ff. de procurat. Cassad. decis.* 3. *de rescript. Caputaq. decis.* 319. *par.* 1. *Bart. consil.* 73. *num.* 1. *et* 3. *Aret. in consil.* 68. *num.* 4. *versicul. et ideo, Rot. decis.* 7. *de procur. in nou.* de expressa quidem nullibi constat.

Nec tacita potest deduci ex eo, quod dictus Lactantius citatus ad dicen contra commissionem opposuit generalia contra, quia est aduertendum, quod duæ pendebant causæ in partibus, videlicet separationis Thori, & alimentorum, & duæ fuerunt latæ sententiæ, quæ separatim fuerunt introductæ in Curia, in causa alimentorum verè Lactantius erat Procurator, & ideò citatus ad dicendum contra commissionem, cum cōtineret materiam alimētorum, opposuit generalia contra; citatus verò semel in causa separationis Thori comparuit, & declarauit se non esse Procuratorem, vt in protestatione sub die 27. Ianuarii 1625. Nec opitulatur, quod dictæ commissiones fuerint appositæ in registro separationis Thori, quia cum verè non pertine-
37 rent ad illud iudicium, incuria† Notarii non debet nocere, & sat est in casu de quo agitur, quod illę commissiones fuerint datæ in causa alimentorum.

Nec nocet dicto Lactantio, qui opposuit generalia contra, quod prima commissio haberet clausulam, *cùm annexis incidentibus, dependentibus, et emergentibus vna cùm toto negotio principali* quia quantùm attinet ad clausulam, *vna cum toto negotio principali*, quæ si non obstat, nec minus aliæ obstabunt, vt statim dicetur, prænotandum venit,
38 quòd ista clausula † quando apponitur in causa appellationis, prout in casu isto fuit apposita, tunc apponitur, quando appellatur ab aliquo incidenti, itaut secundum *Bellamer. in decisione* 419. *Si auditor*, si Iudex grauauit
39 super illo incidenti, Iudex, † ad quem possit etiam cognoscere super negotio principali, sin minus non possit; sed Iudicium spectat ad Iudicem, à quo, *Rota decis.* 23. & ibi *Addent. numero* 1 *et seqq. de rescript. in nou. Mandos. commiss* 17 *in verb vna cum toto negotio principali, versicul. de effectu clausulæ*, quicquid sit, an negotium principale censeatur æquè principaliter commissum vna
40 † cùm incidenti, super quo fuit appellatum, etiam quod Iudex à quo super incidenti non intulerit grauamen ex alia *decisione Bellamer.* 48. *Processus, et decisione* 618.

In

In causa beneficiali, & notant *Mandos. loco modo allegato*. Hoc posito aduertendum venit, quod fuit appellatum super incidenti alimentorum, narratur enim in dicta prima commissione, quod Vicarius Ianuen. condemnauit D. Marcellum pro alimentis in scut. 1850. annuis impressionis Ianuæ, & quod fuerat appellatum, & causa commissa in partibus per Signaturam Iustitiæ, cùm clausula, sine retardatione scutorum 800. & quod postmodum eadem Signatura rescripsit Eminentissimo Domino meo Cardinali Pamphilio, tunc Rotæ Auditori, cùm clausula sine retardatione scut. 1850. iuxta sententiam Vicarij, & subiungitur in eadem commissione, quod disputato negotio in Rota fuit resolutum, reformandam esse sententiam ad scut. 1200. impressionis Ianuæ, & secundo loco coram R. P. D. meo Pirouano, subrogato eiusdem D. Cardinalis Pamphilij, in annuis scutis 1200. monetæ Romanæ, & vlterius narratur, quod stantibus istis resolutionibus Signatura Sanctissimi rescripsit, vt procederetur perinde, ac si commissio, in qua aderat clausula, sine retardatione scut. 1850. ab initio fuisset signata, cùm clausula, non retardata solutione arbitrio Rotæ, & tandem subiungitur, quod cùm R.P.D. meus Pirouanus, per decretum diffinitiuum pronunciasset procedendum esse in dicta causa non retardata solutione annuorum scut. 1200. argenti impressionis Ianuæ, & tamen aliàs Rota resoluisset taxationem debere fieri, in scutis annuis 1200. monetæ Romanæ. Ideo fuit petitum committi causam appellationis, prout fuit commissa bon. mem. Remboldo, cùm prædicta clausula, *annexis, & connexis incidentibus, & dependentibus, & emergentibus, vna cùm toto negotio principali*. At propterea ex hac serie apparet, quod fuit commissa causa appellationis super incidenti, nempè super eo, an esset attendenda taxatio scut. 1200. monetæ Ianuæ vel monetæ Romanæ; negotium enim principale huius incidentis non est separatio Thori, sed an alimenta debeantur, quod quidem negotium comprehenditur sub dicta clausula, *vna cum toto negotio principali*.

Nec etiam opitulatur antecedens clausula, *cùm annexis,*
41 *connexis, &c.* quia cùm huiusmodi † clausula sit apposita in noua commissione causæ, intelligi debet de his, quæ sunt eiusdem naturæ cuius est ipsa causa, scilicet de iudicialiter agitandis, *Bellamer. decis. 328 si Papa, Felin. in cap. sedes nu. 3. mihi colum 6. versic. & pro ho ultimo, & in cap. cæterùm num. 2. colum. 4. versic. ampliat, etiam de rescript. Cassad. decis. vlt. num. 13. de caus. possess. & propriet. Mandos. commiss. 2. in verb. annexis, & connexis versic. aduertendum*
42 *est, Et verb. annexis*, de per se positum † importat negotiũ principale rei, super qua fuit appellatum, vt allegando *Bellamer. in d. decis. 618. sic in causa beneficiali dixit Rota coram sanct. mem. Clemente* VIII. *in causa Mantuana attentatorum, 1. Iulij 1583. quæ est decis. 187. num. 6. par. 2. diuers.* in secunda verò Commissione nihil dicitur, quod faciat ad rem, itaut egeat responsione.

Nec deduci potest acceptatio substitutionis per Lactantium ex eo, quod ipse appellauit à sententia lata super separatione Thori, quia hoc non est verum in facto, cùm appellatio fuerit interposita de anno 1627. à termino habito pro seruato, & sententia super separatione Thori fuit lata vsq; de anno 1625.

Nec tandem intrat mandatum præsumptum d. Lactan-
43 tij, quia † & si ex productione Iurium, & impensa mandatum probetur, *sanct. mem. Gregor. decis. 134. num. 4. & 5.* Attamen productio Iurium fuit facta per compulsum, impensam autem non constat fuisse factam per Lactantium, & licet ipse scripserit, & informauerit in causa: Attamen
44 isti † sunt actus extraiudiciales. *Ripa in l. 2. num. 12. C. de eden. vbi Dec. num. 20. ad med. vers. sed certè, Marant. de Iudic. par. 6. act. 10. num. 58.* & huiusmodi scripturæ, & in-
45 formationes, vt plurimum non solent † fieri à Procuratoribus, qui habent mandatum ad causam.

Ex quibus resolutum sententiam cùm inde secutis esse nullam, quia Iurisdictio procedendi per edictum non adest, & quatenus adesset, citatio non fuit legitimè facta, nec ex constitutione Procuratoris præsumitur scientia; itaut substineatur processus per contradictas, ex quo mandatum fuit generale, nec processus substinetur ex citatione Cabellæ, aut Lactantij, quia Cabella Procurator non acceptauit mandatum, nisi ad effectum substituendi, & Lactantius substitutus neque expressè, neque tacitè acceptauit substitutionem, nec intrat mandatum præsumptum d. Lactantij, cùm Iura non produxerit, nec appareat impensas fecisse, licet scripserit, aut informauerit, &c.

¶ In eadem causa habes infrà alias decisiones coram eodem Reuerendiss. P. Dom. Coccino Decano nempè sub die 5. Maij 1632. & 24. Nouembr. eiusdem Anni, & 11. Aprilis 1633. & 15. Maij 1634.

R. P. D. QVEIPO.

Taruisina Feudi.

Die Veneris 5. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Instrumento publico, vt adhibeatur fides, quæ sint necessaria. In restitutione in integrum aduersus rem iudicatam, ad effectum audientiæ, quid sufficiat probare.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, reus, & si nihil præstiterit absoluendus est.*
2 *Instrumento plena fides adhibetur, si sit confectum à Notario publico, & diem, mensem, annum, testes, & Notarij signum contineat.*
3 *Scripturæ antiquissimæ non egent recognitione.*
4 *Notariatus officium assumi, & exerceri potest impleta pubertate.*
5 *Viuere, quis præsumitur vsque ad centum annos.*
6 *Instrumenti fidem non vitiat, nec adimit in Indictione error.*
7 *Pontificatus annum in instrumento publico non est necessarium.*
8 *Peritis in arte est fides adhibenda.*
9 *In restitutione aduersus rem iudicatam ad effectum audientiæ, sufficit docere de bono iure etiam semiplenè.*
10 *Immo sufficit constare de bono fumo causæ, vel etiam læsionis fumus satis est.*
11 *Enunciatiua vnica antiquissima semiplenam probationem facit, & concurrentibus adminiculis, plenam inducit fidem.*
12 *Enunciatiuæ duæ antiquæ in diuersis instrumentis excedentes centum annos, probant plenè, etiam contra tertium.*

DECISIO CV.

Feudi de Rustica, de quo agitur, duæ dantur Inuestituræ, Altera anni 1259. qua Episcopus Taruisinus inuestiuit Guercium de Vicoagere, & eius hæredes legitimos vtriusquè sexus, ita tamen, quod masculis extantibus fœminæ non succederent, sed dumtaxat masculis deficientibus. Altera Inuestitura anni 1297. qua Episcopus Taruisinus sub hac forma inuestiuit nob. viros Vbertum, & Guercium fratres prædicti Domini Guercij nepotes, filii q. Henrici de Vicoagere, recipientes pro se, suisque

hæredibus ex se descendentibus masculis, & fœminis, ita quod extantibus masculis fœminę non succedant, deficientibus verò quandocunquè sinè prole legitima, masculis fœminæ succedere debeant; Alterutriùs vero prole prorsus legitima deficiente totum feudum ad alteram deuoluatur. Ex dictis autem Vberto, & Guercio secundo loco inuestitis duæ prouenere lineæ, nam ex Guercio descendunt Antonius, & alii masculi, ex Vberto verò descendunt fœminę, nam masculus vltimus descendens ex Vberto fuit Franciscus, qui sinè filiis, & descendentibus masculis decessit, relictis dumtaxat filiabus Laura, Diana, Augusta, & Diamante, quæ acceperunt possessionem dimidiæ partis dicti feudi, quam earum pater Franciscus tenebat, in quam succedere prætendebant virtute dictæ secundæ Inuestituræ anni 1297.

Sed ex aduerso Antonius, & alii masculi descendeñ ex Guercio fratre Vberti intendebant partem d. feudi à Francisco possessam ad eos vti masculos spectare, vigore primę Inuestituræ anni 1259. Cùm per eam fœminæ, deficientibus omnibus masculis dumtaxat, admitterentur, sed ex fœminarum parte opponebatur tantum Inuestituram anni 1259. factam ad fauorem Guercij senioris fuisse alteratam per secundam Inuestituram anni 1297. factam ad fauorem Vberti, & Guercij filiorum Henrici, tùm quod masculis descendentibus ex Guercio fratre Vberti petentibus successionem integri feudi vigore primæ Inuestituræ incumbebat onus probañ inclusionem in eadem Inuestitura, atque ita probandi legitimam descendentiam à prædicto Guercio seniore primo inuestito nępè quod Henricus dd. Guercij, & Vberti pater fuisset filius Guercij senioris primi inuestiti, nam cum d. Antonius, & alij masculi essent actores, illis onus probandi fundamentum suæ intentionis incumbebat;
1 † cùm actore non probante, reus, & si nihil præstiterit absoluendus sit, *iux. tex. in §. commodum inst. de interd. l. 2. ff. de probat. l. fin. C. de eden.*

Super quo iudicio introducto coram Episcopo Taruisino, lata fuit sententia ad fauorem Antonij, & aliorum masculorum super dict. successione, quæ fuit confirmata per Nuncium Apostolicum Venetiarum, à qua appellatione interposita per fœminas, & causa in *Rota introducta die 23. Ianuarij 1621 coram Eminentiss. Cardin. Pamphilio, & 24. Maij eiusdem coram bon. mem. Vbaldo, & 16. Nouembr. 1622 coram R. P. D. meo Pirouano* resolutum fuit masculos à d. Guercio fratre Vberti, fœminas verò à dicto Vberto descendere, sed ex parte masculorum probatum non esse Henricum d. Guercij, & Vberti patrem fuisse filium Guercij senioris primi inuestiti; nam si de d. filiatione constaret, dd. masculis ius succedendi competere in medietate feudi, quam possidebat Franciscus pater fœminarum exclusis fœminis, firmatum fuit *coram R. P. D. meis Vbaldo, & Pirouano vbi supra*, sed quia in dict. probatione masculi defecerant, tres sententiæ Rotales latæ fuerunt vna per bon. mem. Vbaldum, quæ, sententias de partibus reuocauit, & ius succedendi in d. medietate feudi, quam tenebat Franciscus, declarauit fœminis competere exclusis masculis. Altera per D. meum Pirouanum, & tertiam per bon. mem. Remboldum confirmatoriæ sententiæ bon. mem. Vbaldi.

Sed ab vltima sententia bon. mem. Remboldi obtinuerunt masculi in gradu restitutionis causam mihi committi, intuitu quarundam scripturarum, quæ de nouo repertæ fuerant, præsertim Instrumentum Inuestituræ factum de anno 1343. in quo enunciatur dd. Vbertum, & Guercium fuisse filios Henrici filij Guercij, ac Instrumentum factum per Capitulum S. Petri de anno 1283. in quo superuiuentiæ Henrici filij Guercij attestatur.

Die autem 11. Maij 1629. dedi dubium, An dictum Instrumentum Inuestituræ anni 1343. esset in forma probanti, & affirmatiuè resolutum fuit, vtraque parte informante.

Et successiuè 23. Iunij 1629. Dubium proposui, An constaret de causis restitutionis in integrum, & non fuit capta resolutio, quo dubio reproposito 4 Decembr. 1630. quia in decisionibus factis coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & RR. PP. Pirouano, & Vbaldo, firmatum erat masculis descendentibus à Guercio filio Henrici, ius succedendi competere in d. dimidia parte feudi possessa per Franciscum patrem fœminarum, si à dd. masculis probatum extitisset d. Hēricum filium fuisse Guercij senioris primi inuestiti, DD. placuit resolutionem differre, & quod strictè informaretur super d. filiatione Henrici, & 13. Ianuar. 1631. causa super d. restrictione proposita; An videlicet Henricus esset filius Guercij senioris primi inuestiti, DD. non fuerunt concordes, sed dilata fuit resolutio, & iterum sub die 26. Maij dicti anni proposita causa super d. filiatione, quia ex parte fœminarum allegatum fuit primam inuestituram factam ad fauorem Guercij senioris alteratam fuisse per secundam factam ad fauorem Guercij, & Vberti filiorum Henrici, & ideò superfluum esse discutere super d. filiatione, An scilicet Henricus esset filius Guercij primi inuestiti, sed esse necesse disputare, An secunda Inuestitura alteraret primam non fuit capta resolutio, sed dilata, & ordinatum informari, an constaret de tali alteratione, & vtraquè parte informante 13. Iunij 1631. causa super d. alteratione proposita, DD. responderunt Inuestituram de qua in dubio non fuisse alteratam, cum præsupposito quod Vbertus, & Guercius sint nepotes Guercii senioris ex filio, de quo ordinarunt particulariter videri, & die 13. Februarij 1632. vtraque parte informante reassumpta disputatione super filiatione, fuit dilata resolutio ad primam, & 16. eiusd. iterum proposita, fuit etiam resolutio dilata ad primam post pisces, & ordinatum informari strictè. An Instrumentum superuiuentiæ factum per Capitulum S. Petri sit in forma probanti, & deniquè 1. Martij instāte D. Antonio Biccaro procuratore, vti Domino litis effecto negocio maturè discusso DD. responderunt scripturam superuiuentiæ esse in forma probanti, & constare de causis restitutionis.

2 Cùm enim † instrumentum superuiuentię à Notario publico confectum existat, & diem, mensem, annum, testes, Notarij signum, & subscriptionem, & Capituli sigillum cōtineat, plenam fidem meretur secundum *Doct. glos. in c. inter dilectos, verb. indictiones, de fid. instr. text. in auth. vt præponatur nomen Imper. docum. & ibi glo. verb. auctores, l. si quis ex argentarijs § si initium ff. de eden. glos. in l. generali, C. de tabell. l. b. 10. Couar. pract. c. 20. ex nu. 1. Matien. in l. 2 tit. 4 lib. 5 recop glo 7. nu. 7 & 8. & fuit dictum coram R. P. D. meo Pirouano in Nouarieñ decimarum 12. Ianuar. 1629. & coram me in hac causa 11. Maij 1629.* Et cū prædictæ scripturæ † per DD. pluries inspectæ antiquitas excedat trecentos annos recognitione non indigent *Ludouis. decis. 3. & ibi latè Adden. Seraph. decis. 333 num. 1. D. meus Coccinus decis. 258. num. 2. & fuit resolutum in præallegata Nouarieñ Decimarum.* 3

Neque obstat, quod Angelus Notarius, qui confecit prædictum Instrumentū anno 1283. alia confecerit annis 1362. 1363. & 1364. quæ in eod. Archiuio S. Petri reperiuntur. Nā
4 cum potuisset † notariatus officium assumere, & exercere impleta pubertate, atquè ita ab annis quindecim *iux. doctr. Bart. & DD. in l impubere. ff. ad l. Cornel. de falsis. quos refert, & sequitur Bald. de Perus. in tract. de tabell q. 15. num. 62 in tract diu. to. 3.* non est impossibile de iure dict. instrumentum anno 1283. & d. instrumenta anno 1364. confecisse, cū eo tempore potuisset esse ætatis 96. annorum, possi-
5 bile autem est, & à iure præsumptum, † posse quemque vsquè ad centum annos viuere, *l. fin. in fin. C. de sacros. Eccles. l. an vsusfructus. ff. de vsuf. Couar. lib. 2. var. c. 7. num. 6 Guttier. lib. 2 pract. q. 7. num. 5. Sanch. de matrim. lib. 2. dist. 46. num. 1. Menoch. de præsump. lib. 6. q. 49. ex num. 1. Card. Caual. decis. 344. num. 2. & decis. 277. num. 2. lib 2. recent.* Maxime cum ex comparatione instrumenti superuiuentiæ cū dd. repertis in Archiuio, & rogatis de dd. annis facta per plures peritos; fuerit repertum instrumentum superuiuentiæ esse eiusd. characteris dd. instrumentorum, & nullam prorsus adesse dissimilitudinem.

Minus obstat, quod in indictione erratum fuerit in prædicto instrumento, cum Indictio, quæ tunc currebat esset 11. à tempore Incarnationis, vel 12. à tempore Natiuita-
6 tis D. N. & in superuiuentia fuerit indictio 13. nam † si

error

error talis adesset, error in Indictione, instrumenti fidem non vitiat, neque adimit, *iux. doctr. Bart. in l. si nominatim, in fin. ff. de cond. & demonstr. Ias. in l. admonendi num. 155. ff. de iur. iur. Felin. in cap. inter dilectos, num. 11. de fid. instr. Dec. in c. 1. num. 11. eod. tit. & cum pluribus relat. Surd. consil. 390. num. 33. Roman. consil. 235. in fin. Io. de Platea in l. generali num. 7. C. de Tabul. lib. 10.*

Neque etiam obstat appositum esse in d. instrumento, annum quartum Martini IV. atque ita in hoc erratum fuisse, cum Martinus IV. ad Pontificatum promotus fuerit anno 1281. & d. instrumentum sit confectum anno 1283. atque ita anno 3. Pontific. Martini IV. quia respondetur, quod & si fuisset verum Martinum creatum fuisse anno
7 1281. annum † Pōtificatus in instrumento publico necessarium non esse, sed dumtaxat requiruntur solemnitates supra enumeratæ ex Doctoribus, & iuribus supra allegatis, & notat *Ioan. de Platea. vbi sup. num. 6. Felin. in cap. inter dilectos, num. 2. & ibi Dec. num. 15 de fid. instr.* Ideoq; error in partes non substantiali non officit. *Mascard. de probat. conclus. 644. num. 7.* præcipuè, quia ex abundanti d. instrumentum fuit à duobus Peritis recognitum, qui carere om-
8 ni vitio, & suspicione testantur, † quibus Peritis fides adhibenda est, *l. 2. C. fin. regund. Couar. lib. 2. var. c. 13. ex num. 2. Pacian. de probat. c. 47. Caball. pract. cap. 1. num. 24. Valasc. consult. 114. num. 14. Ludouis. decis. 49.* & ex eorum dicto cessant motiua fœminarum, deducta contra dictum instrumentum superuiuentiæ.

De causis restitutionis in integrum constare ideò DD.
9 † placuit, quia in restitutione aduersus rem iudicatam ad effectum audientiæ, sufficit docere de bono iure etiam semiplenè ex *Bart. in leg. nam, & postea, §. si minor, ff. de iur. iur. Salicet. in l. vnic. C. ne liceat tert. prouoc. Mascard. de probat. conclus. 1273. num. 10. Gratian. decis. Marchiæ 296. nu.*
10 *16.* Immo † sufficere constare de bono fumo causæ, *Ludouis. decis. 459. num. 11.* & læsionis fumum satis esse tradit *Thesaur. decis. 181. num. 3. Magon. decis. Florentina 104. num. 24. Surd. consil. 95. num. 15. Sfort. de restitut. in integr. quæst. 36. num. 72.* & sufficere qualemcumque iniustitiam, etiam non notoriam, *Rot. decis. 381. num. 1. par. 2. recent. & decis. 492. num. 1. par. 1. recent.* & cum iniustitia sententiarum Rotalium ex filiatione Henrici pendeat, An scilicet fuerit filius Guercij senioris primi inuestiti, & pro d. filiatione exhibeantur de nouo duo instrumenta antiquissima quorum quodlibet esse in forma probanti, declarauit Rota, non solum pro iniustitia dd. sententiarum Rotalium affertur semiplena probatio, & læsio qualibet, sed plena, vehemens, & vrgentissima iniustitiæ probatio, nam vnica
11 † enunciatiua antiquissima semiplenam probationem facit, & concurren. adminiculis, prout hic plurima per informantes pro masculis fuere deducta plenam fidem inducit, vt post *Bald. & Alexan. tenet Dec. consil. 428. num. 4. Rota decis. 360. par. 2. rec. num. 3.* & pluries per Rotam decisum, tradit *Add. ad Ludouis. decis. 407. num. 6. in fin.* Duæ autem
12 enunciatiuæ antiquæ in diuersis † instrumentis excedentes centum annos, probant etiam plenè contra tertium, *decis. 312. num. 6. par. 1. rec. Vinc. de Franch. decis. 357. num. 3. & ibi latè Adden.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

§ Aliquæ decisiones in hac causa habentur supra. idest decis. 18. & 50.

R. P. D. DVNOZETTO.

Ariminen. Fideicommissi.

Die Veneris 5. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Testator, quando nō habuit rationem conseruandæ agnationis, tūc conditio si sinè masculis descendētibus, verificatur etiam in masculis ex fœmina. Et quando non dicatur habita ista ratio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sinè descendentibus masculis, verificatur etiam in masculis, ex fœmina quando non fuit habita ratio agnationis, & num. 5.*

2 *Testator præferens nepotem ex fratre, nepoti ex propria filia, an ex hoc censeatur habuisse rationem conseruandæ agnationis.*

3 *Nepos ex propria filia est magis dilectus. secundùm ordinem naturalis charitatis, quam nepos ex fratre.*

4 *Contrarietas est effugienda.*

6 *Mater, quando viuit, appellatione descendentium masculorum, non veniunt filij ex fœmina.*

7 *Mater, quod sit deterioris conditionis, quam filij Iura valdè abhorrent.*

8 *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 18. num. 19. & 22. declaratur, & reijcitur, num. 10.*

9 *Bellon. in consil. 72. & 73. declaratur.*

DECISIO CVI.

Fvit resolutum factum fuisse locum fideicommisso ad fauorem Portiæ Ianottæ, quia Carolus testator eam substituit Ludouico eius nepoti ex fratre casu quo dictus Ludouicus, sinè filijs masculis decederet, qui casus euenit, cū Ludouicus decesserit sinè filijs masculis.

Non obstat, quod non solùm Testator dixerit, si dictus Ludouicus decesserit sine filijs, sed etiam addiderit, si sinè descendentibus masculis, vnde cùm Ludouicus reliquerit filiam, & ex ea masculum, nempè Ludouicum de Gridulphis, defecisse videatur conditio vocationis Portiæ Neptis,
1 cùm † conditio si sine descendentibus masculis, verificetur etiam in masculis ex fœmina, quando non fuit habita ratio agnationis, *Fusar. q. 414. num. 7. & seq. Rot. decis. 463. num. 7. par. 1. recent.*

Quoniam, quicquid sit an in casu præsenti fuerit considerata agnatio, de quo potest dubitari, cum Testator
2 † Nepotem ex fratre prætulerit Nepoti, ex propria filia
3 magis secundùm ordinem naturalis † Charitatis prædilectæ; ex quo desumi coniecturam conseruationis agnationis post alios firmat, *Fusar quæst. 499. num. 4. & 15.* præsertim iuncta repetitione masculinitatis, & alijs pro Informātes pro Portia congestis.

Cessat difficultas ex eo, quod in alio gradu substitutionis Nepotem prædictum, Testator vocauit, nempè casu, quo Portia decederet sine filijs; vnde euidens, & intolerabilis esset repugnantia, & contradictio eiusdem Testatoris, si appellatione descendentium masculorum intellexisset de masculis ex filiabus fœminis; hoc enim modò prætulisset, & non prætulisset Portiam dictis masculis ex fœminis, & modò posuisset in conditione masculos, ex fœminis ad exclusionem Portiæ, modò vocasset eosdem masculos in defectu Portiæ, & eius descendentium, ad quam effu-
4 giendam † contrarietatem dicendum est, Testatorem sensisse descendentibus masculis ex masculis, *Paris. consil. 53. num. 47. & 50. lib. 3. Soccin. Iun. consil. 125. num. 15. 16. 17. lib. 1.* Præsertim, quia extat mater dicti masculi, quamtamen idem Testator in casu deficientiæ Portiæ, & filiorum vocauit, & prætulit eidem filio masculo: ex quo
5 benè arguitur in conditione, † si sine descendentibus masculis, non contineri masculos descendentibus ex filia, nè præferantur in successione matri contra expressam voluntatem eiusdem Testatoris, vt benè per *Gabr. consil. 116. num. 20. & 24. lib. 2.* Et regulariter quando mater

6 † venit appellatione descendentium masculorum, non ve-
7 niunt filij ex fœmina, nè ipsa mater sit deterioris † conditionis, quàm filij, quod Iura abhorrent, *l. si viua matre, C. de bon. mater. Gabr. d. consil. 124. num. 20. Socc. Iun. consil. 2. num. 25. lib. 3. Curt. Iun. consil. 35. num. 2. Dec. consil. 310. nu. 2. Tiraquell. de Iur. primog. q. 12. num. 12. Fusar. de substit. q. 604. num. 8.*

8 Non censuerunt DD. applicari distinctionem † *Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 19. & 22.* vt censeatur, Testatorem sub nomine descendentium masculorum in conditione positorum voluisse vocare masculos, ex fœminis, casu, quo illi extarent tempore cedentis diei fideicommissi; quatenùs verò tunc non extarent, voluisse eos vocare in alio gradu substitutionis facto, in casu deficientiæ Portiæ, quam distinctionem videtur etiam fuisse amplexus, *Bellon. consil. 72. num. 50. & consilio 73. num. 34.*

9 Quoniam nec *Mantica*, † nec *Bellonus* loquuntur in casu, quo in vocatione fuerint prælatæ fœminæ matres masculorum, & sic adhuc viget argumentum *Gabr.* & coniectura, quod Testator in præcedenti conditione non senserit de masculis, ex fœminis, dum particularem fecit dispositionem, in qua illos vocauit, benè subsistit, neque vllo Iure, aut ratione valida nititur præallegata distinctio, &
10 contra † *Manticam* iudicatum fuisse testatur, *Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 19. in fin.* & latissimè hanc opinionem defendunt. *Menoch. consil. 172. & Cephal. consil. 581. per tot. Corn. consil. 124. num. 14. lib. 2. Butr. consil. 46.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MERLINO.

Arboreñ Canonicatus.

Die Lunæ 8. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices Laicos excommunicationis vinculo innodatur, & si agat à limine Iudicij repellitur, & incapax remanet Iuris agendi, etiam ad effectum manutentionis. Et iste recursus ad effectum denegandi audientiam qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio manutenibilis probatur ex publico instrumento, alio non existente in possessione.*
2 *Manutentio possessori non potest denegari.*
3 *In actis, ea, quæ non sunt, non suffragantur.*
4 *Ad Iudices Laycos Clericus recurrens excommunicatus est.*
5 *Excommunicatus repellitur à limite Iudicij.*
6 *Recursus ad Iudices Laycos præsumitur factus de ordine, & mandato eius, qui est nominatus in literis, & cuius interest.*
7 *Probatio melior dari non potest, quam propria confessio.*
8 *Recursus ad Iudices Laycos, ad effectum denegandi audientiam probatur, per leuiores probationes.*

DECISIO CVII.

Cvm de possessione Petri Pauli sequi in Canonicatu, & præbenda, de quibus agitur appareat ex publico Instrumento dato in Summario num. 1. Quod cum alius in
1 possessione non existeret, prout præsumitur, probat † possessionem manutenibilem, *iuxta l. prædia. vbi Doctores. ff. de acq. possess. Caputaq. decis. 334. num. 6. part. 2. Rota decis. 661. num. 1. par. 1. & decis. 525. num. 1. par. 2. recent.* Ideò
2 Domini mandatum † de manutenendo eidem Petro Paulo denegari non posse censuerunt, *ex §. retinendæ Inst. de Interdictis cum concordantibus.*

Non obsistit allegata possessio Didaci Astraldi, quia
3 † de illa non constat in actis, & quatenùs constaret, non suffragaretur, nec esset manutenibilis propter recursus, per eundem Didacum habitos ad Iudices Laycos, ex quibus
4 sequitur, ipsum † tanquàm innodatum excommunicatione contenta *in Bulla Cœna Domini* §. 16. de qua meminit, *Rota decis. 103. num. 1. post secundum volum. consil. Farinacij, & in decisionibus impressis post consilium 68. eiusdem Farinacij lib. 1. ac in decisione 491. num. 6. part. 2.*
5 *recentiorum*, Repellendum † esse à limine iudicij, & incapacem remanere Iuris agendi, etiam ad effectum manutentionis, vt respondit *Rota coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis. 64. num. 3. & ibi Addentes num. 13. & decis. 275. num. 3. post secundum volumen Consiliorum Farinacij, & apud Reuerendissimum D. meum Decanum decis. 425. num. 3.*

De Recursibus autem per Didacum habitis ad Iudices Laycos apparet ex literis Regijs, quas Saluas Guardias appellant, datis in Summario num. 2. in quibus ipsum Didacum in possessione Canonicatus confouendum esse praeci-
6 pitur, & inde deducitur † recursus fuisse factos de ordine, & mandato eiusdem Didaci, qui est nominatus in literis, & cuius interest, *vt ex Doctrina Bartoli in l. fin. num. 5. ff. de q. dixit Rota coram Card. Seraph. decis. 1094. num. 1. & 2. & in recent. decis. 529. num. 4. par. 1. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 425. num. 3.*

Immo hoc idem fassus est ipse Didacus in supplicatione porrecta pro obtinenda absolutione, vt in Summario num.
7 3. qua † confessione, non potest dari melior probatio, *l. cum præcum, C. de liber. caus.* & tamen ad effectum denegandi
8 audientiam ob recursus habitos ad Iudices Laycos † admittuntur etiam leuiores probationes, & statur scripturis informibus, & copijs, quicquid sit ad effectum pœnæ, *Card. Seraph. decis. 1094. num. 2. & 1296. nu. 10. Rota decis. 348. num. 3. post secundum volumen Consiliorum Farinacij, & decis. 602. num. 3. par. 1. recent. alias sæpius.*

Et ita Petro Paulo tantùm informante resolutum fuit.

R. P. D. PIROVANNO.

Ianueñ. Alimentorum.

Die Lunæ 8. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Mulier, quę ob viri sęuitiam discessit ab eius domo, cum licentia Ordinarij, non potest cogi inuita ad intrandum Monasterium, & cui sit committenda.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à iure est regulandum.*
2 *Arbitrium relaxat rigorem iuris, sic æquitate suadente, & hoc maximè, quando dirigitur iurisdictionem habenti.*
3 *Mulier, quæ ob viri sæuitiam, cum licentia Ordinarij, recessit ab eius domo, non potest inuita cogi ad intrandum Monasterium.*
Sed committenda est honestæ matronæ, vel socianda suis parentibus, vel consanguineis, num. 3.

4 Periti

4 *Periti iudicio in arte sua est standum.*
5 *Mulier, quando ob viri sæuitiam recessit ab eius domo, si laboret diuersis infirmitatibus, quæ egent diligenti cura, tunc non solum liberatur à clausura.*
7 *Sed si esset iam ingressa, educenda esset, & liberè ad suos consanguineos remittenda propter naturalem propriæ vitæ defensionem, & curam.*

DECISIO CVIII.

DOmina Benedicta Pinella ob prætensam viri sæuitiam è domo illius recessit, & penès matrem se recepit, ibique de licentia Ordinarij permansit; postmodum ingressa est Monasterium de mense Octobris 1610. vbi commorata fuit vsque ad annum 1620. & cùm occasione aduersæ valetudinis exijsset, & iterum ad maternam domum conuolasset; ipsa inaudita, emanauit Breue sanct. mem. Greg. XV. quo eidem iniungebatur; vt denuò vnum ex Monasterijs in Breue enunciatis ingrederetur sub pœna excommunicationis, & priuationis alimentorum: Superueniente postmodùm alio rescripto S.D.N. præceptiuo, vt in vim primi, procederetur Arbitrio Rotæ, Hodiè quæsitum fuit, An illud intraret, & affirmatiuè pro deneganda executione Breuis fuit resolutum.

1 Quia siuè arbitrium assumatur prout † de iure à quo regulandum esse censuerunt *Bart in extrauag. ad reprimen. in vers. videbitur, num. 5. & sequen. Paris. cons. 56. num. 5. lib. 1. Cæsar. de Grass decis. 7. num. 7. de re iud. Rota decis.* 348 *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* & 188. *num.* 3. & 221. *num.* 1. *co-*
2 *ram Papa Greg. XV.* siuè tanquàm relaxans de rigore † iuris æquitate suadente; maximè quando Iudici alias iurisdictionem habenti dirigitur, *Cresc. decis. 4. num. 3. de testib. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 35. Rota decis. 582. num. 2 part. 1. 284. num. 5. 450. num. 1. 587. num. 1. part. 2. recent.* semper executio est deneganda.

3 De iure namquè mulier, † quæ ob mariti sæuitiam cum licentia Ordinarij, vt in præsenti, recessit ab eius domo, nō potest inuita cogi ad intrandum Monasterium; sed committenda est honestæ matronæ, vel socianda suis parentibus, aut consanguineis, *c. ex transmissa, §. finali, vbi Abb. num. 4. de rest. spol. Cæs. de Grass. de diuort. decis. vnica, Guttier quæst. lib. 1. cap. 24. num. 4. Farinac. in prax. par. 2. quæst. 143. num. 218. Genuen. in praxi Neapol. cap. 15. n. 3.* & idem fuit resolutum in *Leodien.* *Diuortij* 7. *Iunij* 1630. *coram Domino meo Durano.*

Aequitate autem suadente eò faciliùs videtur deneganda Breuis executio; quia dantur attestationes plurium Medicorum, ex primarijs Ciuitatis Ianuæ, afferentium, D. Benedictam laborare diuersis infirmitatibus, quæ egent dili-
4 genti cura, & aeris mutatione, quibus † tanquàm in arte peritis, cùm soleat deferri, *l. septimo mense, ff. de stat. hom. Soccin. Iun. cons. 183. num. 11. lib. 2. Boer. decis. 223. num. 21. Rot. decis. 125. num. 9. coram Papa Gregorio XV.* ne dum
5 † ab ingressu clausuræ est liberanda, *Rota decis. 245. nu. 5. par. 2. diuers.* Sed iam ingressa educenda esset, & liberè
6 ad suos consanguineos † remittenda, propter naturalem propriæ vitæ defensionem, & curam, *c. vnico de Stat. Regular. Nauar. consil. 50. num. 4. de Regul. tom. 4. Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 1.*

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Valentina Pensionis.

Die Lunæ 15. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Gratia sub se plura continens, tunc ex effectuatione vnius partis censetur in totum effectuata, & quare. Regula reuocatoria vnionum non habet locum in vnione ex causa necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Vnionis reuocatio, vt impediatur sufficit gratiam in parte effectuatam esse.*
2 *Gratia plures res continens dicitur quodammodùm vniuersalitatem continere, itaut effectuatio in vna re propter vniuersalitatem causæ, dicatur omnes alias comprehendere.*
3 *Ius, quod resultat ex vnione est vniuersale, ac indiuiduum.*
4 *Beneficia plura, si fuerint vnita, & vnio quoàd vnum fuerit effectuata, hoc sufficit ad hoc vt reliqua beneficia dicatur vnica, & qualiter hoc procedat.*
5 *Confessio de recepto facta à procuratore, non præiudicat Domino, nisi constet de reali solutione.*
6 *Confessio de recepto probat solutionem ob implicitam confessionem partis super ipso facto solutionis, & hoc multò magis, procedit, si super hoc adsit stylus. n. 7.*
8 *Gratia vna, si plures gratias contineat, & nihil inter se habeant commune, tunc ex validitate, seù effectuatione vnius non potest inferri ad validitatem, seù effectuationem alterius, & num. 9.*
10 *Gratia, quando non possit esse in parte valida, & in parte non. & num. 11.*
12 *Vnionis beneficiorum indiuiduitas, in quo consistat.*
13 *Actus causa in habentibus causam vniuersalem magis attenditur, quàm illius exercitium.*
14 *A Regula reuocatoria vnionum excipiuntur reseruationes factæ ex causa dotis, vel augumenti dotis, & num. 20.*
15 *Vnio, vt non subiaceat regulis reuocatorijs, eo, quia fuit facta ex causa augumenti dotis Ecclesię, quid requiratur.*
16 *Necessitas augumenti dotis Ecclesię, ex quibus probetur.*
17 *Reuocatorijs regulis vnionum, non subiacent illę, vniones, quę fiunt ex causa necessaria.*
18 *Iudex, stante clausula sublata, & decreto irritanti, non potest procedere sine aperitione oris.*
19 *Et hoc intellige verum, quando constat quod casus de quo agitur comprehenditur sub constitutione in qua adest dicta clausula sublata, & decretum irritans.*
21 *Gratia emanata motu proprio, non indiget iustificatione.*
22 *Literę Apostolicę, quando sunt iustificatę, vel pro talibus habentur, non est locus clausulę arbitrio, propter paratam executionem.*

DECISIO CIX.

SAnctæ memoriæ Gregorius XV. volens Indemnitati Ecclesiæ Collegiatę de Xatiua prouidere, & damnis passis occurrere propter diminutos redditus Ecclesiæ ob expulsos Mauros, Motu proprio, in dotis augumentum vnica gratia, & sub vna expeditione literarum reseruantis ad fauorem Capituli quinque pensiones perpetuas, vnam ducatorum 714. super Archiepiscopatu Valentino, alteram ducatorum 357. super Archidiaconatu eiusdem Ecclesiæ Valentinæ, alteram eiusdem summæ super Partochiali de Carcaxent, & alias duas similis summæ pro qualibet super

Parro-

Parrochialibus de Castella, & de Alcoy effectuandas post
obitum Rectorium, easdem Parrochiales tunc obtinen
tium, sed cum antequàm supradicta reseruatio in totum ha-
buerit effectum, facto contigerit, quod S. D. N. sua Con-
stitutione reuocauerit perpetuas pēsiones super beneficijs
Ecclesiasticis ad fauorem quorumcumquè Capitulorum,
quæ suum nedùm sortitæ essent effectum, pro parte Capi-
tuli fuerunt obtentæ ab A.C. sententiæ declaratoriæ contra
Rectores de Carcaxent, & de Castella, pro consecutione
terminorum decursorum, cōmissa causa appellationis per
signaturā Sanctiss. in Rota, cum clausula retardata solutio-
ne pensionum, arbitrio Rotæ, datum fuit dubium, an illud
entraret pro retardatione, quod non intrare fuit resolutum.
Nam cum gratia reseruationis pensionum plures conti-
neat pensiones, & fuerit effectuata ante Constitutionem
reuocatoriam in pensione reseruata super Archidiaconatu
Valentino, & in Parrochiali de Alcoy per veras, & reales
solutiones pensionum reseruatarum in ipsis præbendis, vt
ex solutionibus, quæ dantur pro Capitulo, & pars non con-
trouertit, inde sequitur, quod dicta gratia sit in totum effe-
ctuata, etiam quòad reliquas pensiones non exactas ante
1 reuocationem, cum † ad effectum impediendi reuocatio-
nem sufficiat gratiam in parte effectuatam esse, vt in vnio-
nibus plurium beneficium, tradit *Garz. de benef. par. 12. cap.*
2. de vnion. num. 294. bom. mem. Cardin. Caualer. decis. 408.
num. 6. & 449. num. 7. Rota in Mediolanen. Canonicatus
18. Decembris 1587. coram Orolien. in Gerunden. Vnionis
13. Decembris 1613. coram Eminentissimo Cardinali Ve-
rospio. san. mem. Grogor. XV. decis. 557. num. 3. vbi Adden.
2 *num. 9.* Quia gratia plures res † continens dicitur quodam-
modò vniuersalitatem continere. Itaut effectuatio in vna re
propter vniuersalitatem causæ, dicatur omnes alias com-
prehendere, *l. possidere, vbi Doct. ff. de acq. poss. Ias. in l. Im-*
perium. nu. 23. ff. de iurisd. omn. Iud. Oldrad. cons. 267. circa
fin. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 18.
Cum igitur hoc Ius resultans ex vnione sit vniuersale
3 † ac Indiuiduum, nimirum si ad omnes pensiones in eas cō-
tentas extendatur, vt benè firmatur in *Cæsaraugustana*
Portionis de Castellar 27. Iunij prærteri, coram R. P. D.
meo Merlino eo prætextu, quòd sufficiat vnionem, & ap-
plicationem eff. ctum sortitam esse, quòad vnum Benefi-
4 cium, ad hoc vt etiam quòad reliqua beneficia † vnita di-
catur effectuata attenta vniuersalitate causæ, vt supra.
Nequè obstat, solutiones prædictas probari tantùm per
5 confessiones de recepto, quia licet confessio de † recepto
facta à procuratore non præiudicet Domino, nisi constet
de reali solutione, ex traditis à *Palador. lib. 2. vers. quotidia-*
nar. c. 17. 5. par. num. 11.
Attamen propter plura adminicula, quæ concurrunt, ex
quibus probatur realis numeratio pecuniæ & exactio cum
effectu, cum quietantiæ sint factæ nominatim Archidiaco-
no Valentino, & Rectori Parrochialis de Alcoy præsenti-
6 bus tali casu † confessio de recepto probat solutionem ob
implicitam confessionem partis super ipso facto solutionis,
l. pecunia, C. de solution. vbi Bald. num. 2. Dec. in l. 2. §. vlti-
mo, num. 27 ff. si cert. pet. Demum concurrit stylus illarum
partium, hoc modò concipiendi, & stipulandi instrumen-
7 ta solutionum, qui † stylus approbatus fuit *in causa Cæsa-*
raugustana pensionis 16. Iunij 1598. coram Penia.
Nec Dominis visa fuerunt subsistere, quæ opponuntur
de diuiduitate sub prætextu, quod supradictæ pensiones ni-
hil inter se commune habeant, & quod tot iudicentur gra-
8 tiæ, quot sunt pensiones, † itaut ex validitate, seù effectua-
tione vnius non possit inferri ad effectuationem alterius,
Franch. in c. si eo tempore. num. 4. de rescript. in 6. Felyn. in
c. sedes. num. 1. de rescript. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 9.
9 *num. 59.* cum vnaquęque stet de per se distinctim, † & se-
paratim ab alijs; nam censuerunt vnicam esse reseruatio-
nem plurium pensionum fauore vnius Ecclesiæ sub vnica
10 gratia, & ideò non applicari conclusionem quod † gratia
possit esse in parte valida, & in parte non, cum omnes pen-
11 siones sint reseruatæ † per modum vnius vniuersalis, quam
rationem approbauit, *Rota in supradictis decisionibus*, &
propterea nihil facit, quod in allegatis decisionibus suppo-
natur valorem beneficiorum fuisse narratum sub vnica ex-
12 pressione, & sic quod procedant † tantùm in vnionibus
plurium beneficiorum, quia vis non est in expressione, sed
stat in eo, quod in eis firmatur sufficere gratiam esse pro
13 parte effectuatam, ex regula, † quod in habentibus causam
vniuersalem magis attendatur causa actus, quam illius exer-
citium, *Adden. ad san. mem. Greg. XV. d. decis. 557. num. 6.*
& seqq. vbi exempla si ilia adducuntur, ex doctrina *Bald.*
in repet. l. 1. num. 24. vers. tu dic. C. de emancipat. liber. quem
passim sequitur Rota. decis. 139. num. 12. part. 2. diuers. Se-
raph. decis. 1097. num. 1. Mantic. decis. 320. num. 6.
Præterea fuit dictum hanc reseruationem non subiacere
14 Constitutioni reuocatoriæ, quia in ea excipiuntur † reser-
uationes factæ ex causa dotis, vel augumēti dotis, & quàm-
15 uis augumentum, iuxta opinionem, quam Rota seruat, †
non debeat esse ad maiorem commoditatem, sed ex causa
necessaria, attamen cū in literis reseruationis dicatur, quod
ista Collegiata aliàs insignis remanebat destituta seruitio, eo
quia amiserat scut. 3000. annua, ob expulsionem Maurorū;
Ideoquè Canonici, & cæteri Ecclesiæ inseruientes congruā
16 non habebant substentationem, † benè probatur necessi-
tas augumenti dotis, vt in terminis, *Rota decis. 449. coram*
bon. mem. Card. Caualerio, & apparet, quod hæc non sit ad
17 maiorem commoditatem, sed ex causa necessaria, † quæ
nec subiacet regulis reuocatorijs vnionum, ex adductis per
Gonzal. super reg. 8. glos. 5. § 7. num. 48. Seraphin. decis. 982.
num. 1. Mantic. decis. 355. num. 5. bon. mem. Cardin. Ca-
ualer. decis. 435. num. 3.
Non obstat, quod stante clausula sublata, & decreto ir-
ritanti, apposito in Constitutione Sanctissimi, Auditor Ca-
18 meræ † non potuerit procedere sine aperitione oris, *Capu-*
taq. decis. 164. & 218. par. 3. Cassad. decis. 10. super reg. quia
19 procederet supposito, quod gratia comprehendatur † sub
dicta Constitutione, cum casus prædicti non compræhen-
dantur in Constitutione clausulæ prædictæ, non intrant, vt
in specie fuit resolutum *in Sabinen. Castri Varcunæ 13. Iu-*
nij 1629. coram R. P. D. meo Dunozetto; Quinimò eo ipso,
quod apparet Constitutionem excipere augumentum do-
20 tis, & hanc reseruationem fuisse factam † pro augumen-
to, & exceptionem pro augumento habere etiam clausula
sublata motiuum retorquetur.
Vnde cum agatur de executione literarum Apostolica-
21 rum, quæ † emanarunt cum clausula, Motu proprio, Capi-
tulum quod in illis fundat suam intentionem non indiget
iustificatione, *Put. decis. 101 lib. 3. Achill. dec. 10. de probat.*
Seraph dec. 1461. num. 1. Rota in Firmana Pensionis *29.*
Febr. 1625. coram bon. mem. Remboldo, & vbi literæ sunt
22 iustificatæ, † vel pro talibus habentur non est locus clausu-
læ, arbitrio, propter paratam executionem.
Et ita vtraquè parte informante &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Canonum, seu Censuum.

Die Lunæ 29. Martij 1632.

ARGVMENTVM.

Emphyteoticus contractus, à contractu censuali, qualiter discernatur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in dubio censetur potius censualis, quàm emphyteoticus, & num. 13.*
2 *Pacta potissimum sunt inspicienda, ad cognoscendam speciem contractus.*
3 *In Censu regulariter solet respondere fructibus rei censualis solutio.*

In

In emphyteusi, quid minimum soluitur in recognitionem dominij directi. num. 3.

4 *Et hic est verus modus cognoscendi emphyteusim, ab alijs contractibus.*

5 *Contractus habetur pro censuali, tunc, quando fundus venditur, alienatur &c. & omne ius reperitur translatum.*

6 *In emphyteotico contractu dominium directum reseruatur Domino principali.*

7 *Contractus talis iudicandus est, qualem, nedum pacta, & effectus, sed & verba expreßa, ac partium denominatio demonstrant.*

8 *Possessor non potest diuerso iure habere rem eamdem.*

9 *Emphyteoticus dicitur contractus, si in venditione fundi reseruetur consensus Domini proprietarij. limita num. 13.*

10 *Concordia erronea non est attendenda, nec officit transigentibus, nec habentibus causam ab eis.*

11 *Res plures, quando sunt factæ eodem contextu, censetur vnicus actus.*

12 *Canonis vox solet, quandoquè confundi cum censu, & synonimè accipi.*

14 *Clausulæ præseruatiuæ, conseruant alicui omne ius illæsum.*

15 *Decis. in causa Romana Deuolutionis coram R.P.D. Pirouano declaratur.*

17 *Pactum deuolutiuum in euentũ non solutionis per triennium, conuenit contractui emphyteotico.*

18 *Et etiam tale pactum apponi potest in contractu censuali, cùm non sit contra naturam substantialem census.*

DECISIO CX.

Controuersiam vertentem inter R. P. D. Vecchiarellum, & D. Octauiam Capponiam super eo, An solutio annua scut. 48. ba. 45. quæ fit ex causa vineæ sitæ in Suburbijs extra Portam Turrionis, modo per ipsum D. Vecchiarellum possessæ debeatur pro censu, vel canone; hodiè Domini resoluerunt, & dixerunt solutionem deberi pro Censu.

Fauet enim huic resolutioni præsumptio Iuris, ex qua
1 † contractus in dubio censetur potius censualis, quam emphyteoticus, *Alberic. in l. 2. nu. 13. C. de iure emphyteotico, Menoch. præsumpt. 106. num. 3. lib. 3. Card. Mantica de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 13. num. 11. Rota apud Crescent. decis. 3. de præsumpt.* Et clarius *in decis. 1. de censib. & apud eumdem Card. Mant. decis. 134. num. 3. ac decis. 307. nu. 2. par. 1. diuers. & decis. 400. nu. 7. & decis. 606. num. 2. par. 1. recent.* dictæq; iuris præsumptioni adstipulantur etiam pa-
2 cta in Instrumentis acquisitionum vineæ apposita, † quæ ad cognoscendam contractus speciem potissimum sunt inspicienda, *Dec. cons. 160. num. 2. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 2. num. 6. &* 19. nemquè quod fuit conuentum, vt pro dicta vinea soluerentur annua scuta 48. & vltra, quæ solutio potius correspondet contractui cen-
3 suali, quàm emphyteotico, in † censu quippè regulariter solutio solet respondere fructibus rei censualis, in emphyteusi autem quid minimum soluitur in recognitionem directi dominij, *Bart. in l. 1. num. 8. C. de iure emphyteotico, Bald. in l. 1. num. 8. C. de iure emphyteotico, Bald. in l. acceptam, num. 38. C. de vsuris, Clarus in §. emphyteusis q. 1. vers. & aduerte. Natt. cons. 49. num. 5. & 30. Menoch. præsumpt. 103. num. 5. & 6. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 926. num. 11. Card. Seraph. decis. 272. num. 4. vbi ex Bart.* tra-
4 dit, quod hic est verus † modus cognoscendi emphyteusim ab alijs contractibus, *& decis. 794. num. 4. & 5. & fuit dictum in Romana Casalis S. Crucis 8. Iunij 1618. coram bo. me. Buratto, & in Romana de Nocchiellis 7. Iunij 1623. corã bo. me. Vbaldo seniore,* & quod fuerũt vendita, aliena-
ta, cessa, trãslata omnia iura, ex quibus benè infertur, quod
5 contractus † habitus fuit pro censuali, dum omne ius reperitur translatum, quod nõ contingit in contractu emphy-
6 teotico, † in quo ius aliquod, & dominium directum in re tradita reseruatur ipsi Domino directo, vt benè arguunt *Imol. in cap. ad audientiam, nu. 4. de rebus Eccles. non aliennan. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 3. num. 9. Menoch. præsumpt. 106. num. 10. lib. 3. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. n. 28. plenè Foller. de censib. tit. huiusmodi censuali super rebus num. 77.* etiamsi fuerint adiecta verba, concedo in emphyteusim, vt ponderauit *Natt. cons. 3. num. 2. lib. 1. Menoch. præsumpt. 106. num. 11. Cardin. Mant. de tacit. d. lib. 22. tit. 3. num. 12.*

Et demùm, quod magis est in duobus Instrumentis venditionis huius vineæ, de qua agitur, quorum alterum celebratum fuit de anno 1562. alterum de anno 1569. & dantur in summario D. Vecchiarelli num. 6 & in summario additionali num. 1. disertis verbis habetur, vineam esse venditam ad censum perpetuum, & pluries repetitur concessio-
7 nem fieri ad censum perpetuum, vnde contractus † talis iudicandus est, qualem nedum pacta, & effectus, sed & verba expressa, ac partium denominatio demonstrant, *l. qui fundum, § fundi, ff. de contrahen. empt. Alex. cons. 3. num. 1. lib. 1. Natt. cons. 194. num. 1. Crauett. cons. 20. num. 4. Roland. cons. 96. num. 15. lib. 2. Card. Seraph. decis. 212. nu. 1.* & licet dictum instrumentum de anno 1562. cantet, de tresdecim petijs dumtaxat istius vineæ, tamen ex qualitate censuali quoad partem, insurgit præsumptio, quod tota, & reliquæ etiam partes fuerit concessæ in contractum cen-
8 sualem, † ne eamdem vineam diuerso iure haberet possessor, vt arguit *Curt. Iun. cons. 140. nu. 10. Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. num. 54. Rota coram Card. Caual. decis. 93. num. 5. & decis. 121. num. 3.*

Non obstat, quod in Instrumento concordiæ initæ de anno 1606. inter Robertum Puccium, & Cardinalem Detũ, dicatur vineam esse sub directo dominio Dominorum de Puccis, & ibidem transigatur super caducitate incursa, recipiatur laudemium, & pacta fiant super canonibus decursis, cumquè eadem expressione, & reseruatione cõsensus Domini directi, laudemij, & canonum promissione, dicta vinea fuerit etiam per Cardinalem Detum translata Altouito, & ab Altouito sub eisdem pactis cessa Valleroi, à quo Valleroi demum vendita fuit Domino Vecchiarello, cum reseruatione consensus hæredum Puccij proprietariorum,
9 vt † ex Instrumentis datis in summario D. Octauiæ num. 1. 2. 3. 4. & 5. ex quibus resultare videtur contractum esse emphyteoticum.

Quoniam quoad concordiam cum Cardinali Deto, & venditionem ab ipso eodem die factam Altouito, responsum fuit, quod cum dicta concordia expressam habeat relationem ad Instrumentum de anno 1569. quod quidem instrumentum vna cum alio antecedente instrumento de anno 1562. ibidem enunciato, cantat vineam venditam fuisse ad censum perpetuum, nec vllum verbum habet de canone, seù emphyteusi, hinc sequitur dictam concordiam
10 tanquàm erroneam † non esse attendendam, nequè officere, aut præiudicare transigentibus, & causam ab illis habentibus, indèq. non potest argui rem esse emphyteoticam, ad tradita per *Crauett. cons. 157. Menoch. cons. 1. num 88. & 92.* & in his terminis dixit *Rota in Romana Domorum 6. Iunij 1617. coram bo. me. Andrea,* & hanc esse eamdem vineam in concordia enunciatam, conuincitur ex identitate confinium, aliaque instrumenta ibidem enunciata nequaquàm reperiuntur.

A quo errore, & principio infecto credendum est etiam duxisse originem, venditionem eodem die, & ferè contextu cum concordia factam Altouito per Cardinalem Detũ,
11 quæ censetur † vnicus actus, & solutionem pariter laudemij ab eodem factam, ac reliquas assertiones successiuè subsequutas, & dominij recognitiones, super quibus propterea vis fieri non potest ex supradictis, & venditio facta per Altouitum Valleroi, non docetur quod verè fuerit effectuata per solutionem Laudemij, & aliorum promissorũ, & videtur cõfundi ex subsequutis solutionibus alternatiuè fa-
ctis

12 ctis pro censu, vel canone, quæ † vox canonis solet confundi cum censu, & synonimè accipi ex deductis per *Valasch. de iure emphyt. quæst. 32. num. 27. in fine, Gratian. discept. forens. cap. 566. num. 14. Card. Mantic. decis. 134. num. 3. Rota decis. 170. num. 5. in fine par. 2. rec.* qua deficiente præcisa effectuatione, venditio prædicta nihil facit, *cap. in istis, §. leges, 4. dist. Surd cons. 381. num. 5. & 13.* & ille primus error falsæ relationis facilè etiam dedit causam enunciatiuis dicti Instrumenti. Reseruatio autem cōsensus Domini
13 † directi in Instrumēto emptionis factæ per R.P.D. Vecchiarellum minus releuat, stante clausula, quatenus requiratur, nec alias, aliter, nec alio modo, cum alijs præseruatiuis, quæ tuentur ab omni præiudicio R.P.D. Vecchiarellū,
14 & illi ius omne conseruant † illæsum, faciuntque reseruationem conditionalem, itaut nihil ponant in esse, *l. sticum, ff. de legat. 1. Surd. cons. 186. num. 10. Card. Seraphin. decis. 1027. num. 7. Gratian. discept. forens. cap. 926 num. 4.* Et sic nō applicatur decisio in *Romana deuolutionis 28. Maij*
15 *1625. coram R.P.D. meo Pirouano*, † quia in illo casu constabat de longæua solutione canonum, expressa, & pura reseruatione dominij, & alijs, quæ hic deficiunt, & demùm, quatenus ex dictis Instrumentis, & Iuribus pro D. Octauia exhibitis, aliquæ insurgerent coniecturæ, suadentes contractum esse emphyteoticum, adhuc cederent contrarijs validioribus coniecturis ad ostendendum contractum esse censualem supra ponderatis, vel saltem eliderentur inuicē, adeò vt firma remaneat iuris præsumptio, quod contractus
16 potius censualis, † quam emphyteoticus reputatur, illaque coniectura desumpta ex solutione summæ releuantis, & aliquo modo respondentis fructibus vineæ, potior est cæteris contrarijs coniecturis, vt, post *Aretinum, dixit Rota coram Card Seraphin. d. decis. 272. num 4.*

Minus obstat, quod etiā in Instrumento de anno 1562. ex quo deducitur contractum esse censualem, adsit pactum deuolutiuum in euentum non solutionis census per trien-
17 nium, quod videtur conuenire † contractui emphyteotico, & ibi præsupponatur tunc vineam fuisse deuolutam ob mortem Ioannis de Vercellis, vt in summario D. Octauiæ
18 num. 8. quoniam immò etiam in contractu censuali † posse huiusmodi pactum apponi, & de iure sustineri, nec esse cōtra naturam substantialem census, adeò vt mutet, aut transformet contractum censualem in aliam speciem, nempè in emphyteoticum, consulit *Honded. cons. 81. nu. 16. & seq. ac 19. lib. 2.* & tradit *Menoch præsumpt. 106. num. 17.* & sequuta est *Rota in Romana Casalis Turris Vergatæ 20. Martij 1623. coram R.P.D. meo Pirouano*, & stante iuris præsumptione suffulta pactis specialibus contractui cēsuali conuenientibus, vltimo statu censuali, ex postrema solutione in causam census facta acquisito, & verbis demum expressis in Instrumento de anno 1562. contractum censualem demonstrantibus, eo magis pactum prædictum adaptari debet contractui census, & solutionem referendam esse ad eamdem speciem contractus, nempè ad censum, resoluendum est, quemadmodùm.

Vtraque parte informante hodiè resolutum fuit, &c.

¶ In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 11. Martij 1633. coram eod. R.P.D. Merlino.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Bononień de Manzolis.

Die Lunæ 16. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Referuntur nonnulli casus, in quibus solet denegari remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur, sine iurisdictione.*
2 *Remissoria denegatur, quotiescumquè intrat suspicio calumniæ.*
3 *Remissoria non denegatur propter simplicem suspicionem calumniæ, sed secus est, quando est vehemens, & probabilis.*
4 *Remissoria denegatur propter vehementem calumniæ suspicionem resultan. ex diuturna temporis taciturnitate.*
5 *Remissoria denegatur ei, qui diu litigauit in partibus, & non probauit, cùm verisimile sit, quod si potuisset probare in partibus, vtiquè probasset.*
6 *Remissoriæ petitio reijcitur, si fuerit petita, quando dubitatur causam posse expediri.*
7 *Remissoriæ petitio in calculo sententiæ ferendæ præbet vehementem suspicionem calumniæ.*
8 *Remissoria non debet conceditur, ad probandum id, quod postquam fuerit probatum, non releuat.*
9 *Remissoria denegatur, quando articuli super quibus petitur, non faciunt ad causam.*
10 *Remissoria non datur ad probandum, id per testes, quod probari potest per scripturam.*

DECISIO CXI.

ARticuli super quibus Marchio Franciscus petebat remissoriam, tendebant ad probandum compromissum inter ipsum, & Com. Alexandrum illius fratrem, sed cùm aliàs prætenderet ipse Marchio apocham huius compromissi remansisse pœnes Com. Herculem Bentiuolum, iudicium mouit coram A.C. citatis etiam Com. Francisco Bentiuolo de Oricellarijs, & Com. Alexandro etiam Bentiuolis pro suo interesse, & A.C. cùm causa esset in prima instantia illam 6. Martij superioris anni remisit ad partes prout, & postmodum citatis etiam eisdem Com. Francisco, & Com. Alexandro adita Signatura 30. Octobris pariter superioris anni fuit idem Marchio reiectus; Ideò attenta ista serie facti visum fuit Dominus remissoriam non esse concedendam, vel quia si proceditur per viam actionis su-
1 per hoc Rota non habet iurisdictionem, sinè † qua non datur remissoria, *Abb. in cap. fraternitatis sub num. 6. vers. est enim hoc Iurisdictionis. de Cleric. non resid.* cùm *adduct. in decis. 325. num. 20. sanct. mem. Gregor.* vel quia
2 si peti potest per viam exceptionis, intrat calumnia † cuius suspicio quotiescumquè adest remissoria denegatur, *Rot. decis. 620 num. 4. par. 4. diuers. & decis. 571. sub num. 2. par. 2. recent. Cassad. decis. 3. de dilat. Chisanen. decis. 164.* & quàmuis simplex suspicio calumniæ non sit causa, quod
3 † petens remissoriam reijciatur, secus tamen est, quando est vehemens, vel probabilis, *Rot. decis. 726 num. 7 par. 4. cùm alleg. in decis. 414. num. 8. san. mem. Gregorij.*

Quod autem in casu nostro calumnia sit probabilis, imò vehemens satis deprǽhenditur, & ex pluribus quidem capitibus. Primò, quia licet fuerit intentatum iudicium super exhibitione compromissi, istud tamen iudicium fuit omissum tacendo per longum tempus, dilata huc vsquè illius prosequutione per viam exceptionis. Vndè quia verisimile est, quod si prætensum compromissum faceret ad propositum, Marchio curasset illud via Iuris exhiberi propter
4 † vehemētem calumniæ suspicionem, ex præfata diuturna tanti temporis taciturnitate resultantem, remissoria est deneganda, sicut denegatur illi, qui diù litigauit in partibus, & non probauit, quia remissoria hoc casu non est standa ad
5 probandum, cùm credendum sit, quod † si potuisset probare in partibus, vtiquè probasset, *Verall. dec. 63. par. 3. Put. decis. 195. lib. 1. in correct. Rot. in rec. deci. 491. num. 2. par. 2. & decis. 712. num. 5. par. 1.* & fuit resolutum in causa Tarentina retractus 21. Aprilis 1613. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, vbi aliæ decisiones referuntur.

Secundò, quia Marchio opposuit de isto compromisso,
6 & † super eo petijt remissoriam, quando dubitauit causam

posse

posse expediri. Die enim 20. Iunij superioris anni, cùm post auditam decisionem putaret contra se ipsum ad causæ expeditionem posse deueniri, protestatus fuit de dicto compromisso, & hodie postquàm Rota ipso audito confirmauit prædictam decisionem, cæpit prætendere remissoria n,
7 quæ tanquàm petita † in calculo ferendæ sententiæ præbet vehemẽtem suspicionem calumniæ, *Rot. diuers. decis. 322. lib. 3. par. 3.* & fuit resolutum in *causa Romana de Rambogliettis* 14. Ianuarii 1594 *coram bon. mem. Litta, san. me. Greg. decis. 356. in fin.*

Tertiò, quia quartus articulus tendit ad probandum cõfessionem Com. Alexandri, quod ipse retinet 13. corpora bonorum, ad antecessores de Manzolis pertinentia, & cùm tres reperiãtur antecessores, nempè Georgius senior, Melchior, & Georgius iunior, nec specifi etur ad quem ex ipsis dicta corpora pertinerent, confessio quàmuis probata
8 esset inutilis, & irreleuans, & ideo † remissoria non debet concedi ad *text. in l. ad probationem, C. de probat. Roman. cons. 226. num. 3. Cassad. decis. 2. de dilat.* inficiari enim non potest, quin cùm maxima calumnia id fuerit articulatum.

Quartò, & vltimò apparet vehemens calumnia, dum
10 † super articulis continet Com. dixisse, quod magis æstimat verbum, quàm mille instrumenta, quod nihil facit ad causam, & dum septimo loco articulatur, quod Marchio mouit iudicium circa executionem compromissi, & nono super scripturis pretij Clericatus in actis existentibus. Hæc
10 omnia possunt probari per scripturas, Ideoquè † non datur remissoria ad hæc probanda per testes. *Felin. in cap. 1. num. 4. de appell. Rot. decis. 10. num. 6. de offic. deleg. in nou. Aegid. decis. 384. Rot. in recent. decis. 314 sub num. 1. par. 1. & decis. 414. num 5. & decis. 589. num. 1 par. 2.* & fuit resolutum in causa *Florentina Subdiaconatus* 30. *April.* 1629. *coram R. P. D. meo Durano*, & aliàs sæpissimè.

Ex quibus meritò fuit denegata remissoria.

R. P. D. QVEIPO.

Florentina Parrochialis à Sala.

Die Mercurij 21. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus concessum alicui, & ipsius filijs hæredibus, & descendentibus, an dicatur gentilitium, vel hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato, quando non possit denegari institutio.*
2 *In iurepatronatus gentilitio extraneus penitùs excluditur.*
3 *Emphyteusis concessa alicui, & eius filijs, & hæredibus, est hæreditaria, & ad hæredes extraneos transitoria, contrarium. num. seq.*
4 *Emphyteusis concessa alicui, & eius filijs, & hæredibus, vel ex pacto, & prouidentia, vel mixta saltem est.*
5 *Inter verbum, filijs, & verbum hæredibus, si non ponitur copula, &, tunc verbum hæredibus non ponitur argumentatiuè, sed qualificatiuè.*
6 *Copula, &, quando apponitur in eadem oratione, efficit, vt qualitas in alio videatur repetita.*
7 *Bart. in l. Gallus, §. etiam si parentes, num. 4. ff. de lib. & posth. declaratur.*
8 *In iurepatronatus, in emphyteusi, &c. solent homines, hæredes, appellare descendentes, & agnatos eos, quos sperant successuros in re, de qua agitur, non attendentes ad alia bona, nec nomen hæredis, & num. 10.*
9 *Qualitas naturalis, seù ratio naturalis consideranda est, & non accidentalis.*
11 *In dispositione qualibet nullum verbum, sine effectu manere debet.*
12 *Clericus de bonis patrimonialibus, & extra intuitum Ecclesiæ quæsitis, hæredes legitimos, & testamentarios licitum est habere.*

DECISIO CXII.

1 CÆsarem præsentatum à Dominis de Venturis instituẽdum esse censuerunt Domini, & † cùm vacatio Beneficij, existentia Iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio intra legitima tempora non controuertantur; Difficultas in eo dumtaxat versabatur, an Iurispatronatus Parrochiæ S. Bartholomæi à Sala esset gentilitium, vel hæreditarium; Nam si hæreditariũ esset, præsentatus à D. Octauia sine controuersia esset præferendus, cum sit in dicto Iurepatronatus successor Roberti de Puccis, suique viri, cui in dicto Iurepatronatus duæ tertiæ partes, & ex altera ter-
2 tia quarta pars competebant: si autem sit † gentilitium, vel mixtum, D. Octauia tanquam extranea erit prorsus exclusa. Et quia Iuspatronatus prædictum ad Parrochianos dictæ Ecclesiæ S. Bartholomæi olim pertinebat, à quibus in Antonium, & Lauredium Cardinalem eius fratrẽ donationis titulo translatũ fuit; nam licet de donatione non appareat, confirmata tamen, & enunciata extat in Bulla Alexandri VI. anni 1493. vbi enunciantur hæc verba. *Antonio genitori tuo tunc in humanis agenti, ipsiusq; Antonii filiis hæredibus, & descendentibus, necnon tibi pro te, tuisq; fratribus, eorumdemq; fratrum, & cuilibet eorum filiis, & hæredibus recipienti liberaliter donarunt &c.* In quibus verbis huius litis cardo vertitur, cum partes aliam scripturam acquisitionis dicti Iurispatronatus præter dictam Bullam non produxerint.

3 Quamuis autem emphyteusim † alicui, & eius filijs, & hæredibus concessam existimauerint hæreditariam esse, & ad extraneos hæredes transitoriam, *Couar. lib. 2. var. cap. 18. num. 3. sequutus Bart. in l. Gallus, §. etiam si parente, num. 4. ff. de lib. & posthum. Aluar. Valasc. de iure emphyt. q. 44. num. 17.* qua in sententiam communiter receptam esse fatetur, *Pinel. in l. 1. 3. p. num. 35. vers. maior scribentium varietas, C. de bon. mater.*

Dominis tamen visum fuit Iuspatronatus, de quo agitur, esse mixtum, attendentes prædictam communem opinionem, plures habere contradictores, nam contrariam sen-
4 tentiam, nempè emphyteusim † in prædicto casu, vel ex pacto, & prouidentia, vel mixtam saltem esse tenuerunt *Dec. cons. 185. lib. 1. Paris cons 65. lib. 3. num. 14. & cum plurib. Pinel. vbi sup. num. 85. vers. ea tamen, & num. 91. Rota decis. 287. num. 3. par. 1. recent* quam sententiam in nostro casu facilius admittendam considerabant Domini, quia in dicta Bulla Alexandri refertur Iuspatronatus esse concessum Antonio, & eius filijs hæredibus, & descendentibus, atquè ita inter verbum filijs, & verbum hæredibus non po-
5 nitur copula, &, nam tunc verbum hæredibus † adiectum simpliciter sine copula non ponitur augumentatiuè, sed qualificatiuè, vt successor debeat esse hæres, vt post Bart. notauit *Pinel. in d. 3. par. num. 90. illat. 5.* Pro qua sententia conducit doctrina *Peregr. de fideicom. art. 32. num. 48. Fusar. de substit. q. 339. ex num. 6.* Præcipuè quia quàmuis co-
6 pula apponeretur in eadem oratione, efficit, † vt qualitas adiecta in alio videatur repetita, secundùm text. expressum in *l. Seia 20 § Caio, & ibi latè Bart ff. de fund. instr. l. fori, §. cui dulcia ff de vino tritico, & oleo legat.* ex quo fundamento prima communis sententia eneruatur; maxi-
7 mè quia Bart. † pro qua allegatur in *d § etiam si parente, num. 4.* non loquitur in nostris terminis, sed dumtaxat, quando aliquid relinquitur alicui, & suis hæredibus; quando vero aliquid reliquitur v.g. Titio, & eius filijs, & hæredibus,

dibus, ipse *Bart. num.6.* fatetur extraneos admittendos non esse, propter sensum incongruum, & tacitam voluntatem Testatoris: nam communi vsu loquendi receptum
8 est, quod in negocijs † similibus solent homines hæredes appellare descendentes, & agnatos, quos successuros sperant perpetuo in feudo, vel maioratu, de quo agitur, non attendentes ad alia bona, neque ad nomen, heredes, vt post *Dec.cons.*38.*num.6.lib.*1. tradit in terminis casus nostri *Pinel.vbi supra in d.tertia par.num* 8. *vers. ego autem puto,*
9 *circa fin.* Ratio namq; naturalis, † seù naturalis qualitas consideranda est, non vero accidentalis, *l.tertia.ff. de tutel.* & causa sanguinis non alia extrinseca, *l.tutor.*21.*§.*1.*ff. de excusat. tutor.* atquè ita verbum hæredibus intelligitur dumtaxat relatum ad successionem rei, de qua agitur, non vero ad augendas personas succedentium; nam si de hæredibus
10 † extraneis intelligeretur frustraneum prorsus esset verbũ descendentibus, vt in specie casus nostri latè docet *Paris. cons.*48.*vol.*4. nulla posset esse ratio dubitandi, quin si extranei hæredes admitterentur, descendentes etiam hære-
11 des admitti deberent. In qualibet † autem dispositione nullum verbum sine effectu debet remanere, *l. prima, §. hac verba, ff. quod quisquè iur.* & ibi latè *Bart. & Ias. l. penult. §. penult. ff. ne quis eum quis in ius voca. l.*1.*ff. ad municipal. Mantic. de coniect. lib.*3.*tit.*6.*ex num.*1.*Molin. de primogen. lib.*2. *cap* 8.*num.*76. *Ludouis. decis.* 516. *ex num.* 4.

Ex corroborantur prædicta ex manifesta voluntate Parrochianorum in donatione præfata, in qua licet donatio Iurispatronatus ab illis, Laurentio tunc Presbytero & postea Cardinali facta fuisset, respectu d. Laurentij fuit persona-
12 lis, nam licet † de bonis patrimonialibus, & extra intuitu Ecclesiæ quæsitis hæredes legitimos, & testamentarios licuisset habere, *cap. cum tibi, de testam. cap.* 1. *&* 2. *de pecul. cleric.* prædicta tamen donatio dicto Laurentio tantùm, non autem eius hæredibus facta fuit, respectu autem fratrum illis, & eorum filiis heredibus scripta reperitur, ex qua differentia apertè notatur Donatores, ad hæredes sanguinis respexisse, cum si de extraneis intelligerent eosdem, & Laurentius Cardinalis potuisset habere.

Ex quibus ita fuit vtraquè parte informante per Dominos conclusum &c.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio coram R. P. D. Panzirolo sub die 10. Iunij 1633.

R. P. D. GHISILERIO.

Salernitana Pensionis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, vt dicatur in forma probanti, quid requiratur. Instrumenta subsequentia quando dicantur habere easdem solemnitates, quæ sunt instrumentis precedentibus, Et aliqua circa protocolla Notariorum.

SVMMARIVM.

1 *Manualia Notariorum sunt, quæ diuersorum manibus sunt conscripta, & continet acta, & protestationes iudiciales.*

2 *Instrumenta dicuntur esse in forma probanti, si habeant requisita necessaria, scilicet annum, mensem, testes, & Iudicem.*

3 *Instrumenta subsequentia rogata cum præsentia Iudicis, & Testium descriptorum in alijs instrumentis immediatè præcedentibus, dicuntur habere easdem solemnitates, quas habent d. instrumenta præcedentia.*

3 *Quod intellige, si prædicta instrumenta concordarent in data, cum instrumentis immediatè præcedentibus, vel si continerent verba repetitiua earundem solemnitatum in eis contentarum secus si è contra. numero* 5.

6 *Verbum, Actum, est necessarium requisitum ad perfectionem instrumenti.*

7 *Locationum, & exactionum actus potest fieri in qualibet parte loci generalis, & ideò, quando super hoc celebratur instrumentum, non videtur de necessitate exprimendus locus loci particularis.*

8 *Iudicis, & Testium subscriptio requiritur, secundum Constit. Regn. Neapolit. in instrumentis.*

9 *In protocollis nemo potest apponere manum, præter ipsum Notarium.*

10 *Instrumentorum imbreuiaturæ, quando rediguntur in publicam formam, tunc in eis omnia necessaria supplentur per Notarium.*

11 *In Protocolli principio, si extet generalis subscriptio scilicet in hoc protocollo subscribentur instrumenta à me Notario rogata, non requiritur particularis subscriptio.*

12 *Instrumenta ad effectum, vt dicantur in forma probanti, opus est, vt constet de Notariatu illius, qui rogauit ea, & eius manus recognoscatur.*

13 *Notario creditur de gestis coram eo, & non ab eo.*

DECISIO CXIII.

POstquam per binas decisiones in hac causa factas, fuit resolutum processum vltimo loco factum à translataris bon. mem. Archiepiscopi Sanuitalis esse validum, quia productis ad effectum iustificandi valorem Abbatiæ multis iuribus consistentibus in publicis instrumentis extractis, vel ex protocollis Notariorum, vel leuatis ab ipsismet Notarijs de illis rogatis, & in priuatis apochis locationum, dubitabatur. An essent in forma probanti. DD. iura infra exprimenda probare censuerunt; Constat enim de legitima compulsatione ex supradictis decisionibus sub die 27. Iunij, * & 5. Decembris præteriti, & * de extractione instrumentorum ex protocollis formiter recognitis, quorum tamen instrumentorum, ea tantùm Domini censuerunt admittenda ad probandum, quæ continent substantialia, videlicet, diem, mensem, annum, testes, & locum, in quo Notarij de illis fuerunt rogati, nam ex facto pro parte translatariorum deducto probatur, quod dicta protocolla sunt duorum Notariorum, hoc est vnum, Matthæi Francisci Farrachiæ Notarij Salerni; alterum verò Mumij Ferrerij pariter Notarij Salerni, quæ quidem fuerunt exhibita à diuersis, cum Protocollum Ferrachæ fuerit exhibitum à Ioanne Lupulo Cõseruatore scripturarum eiusdem Ferrachiæ; Protocollum verò Ferreriæ fuit exhibitum ab Antonio de Confitore cõseruatore scripturarum eiusdem Ferreriæ, quæ cum sint distincta, & in eisdem Instrumentis adsit nomen eiusdem Notarij, qui illa confecit, & ex cuius protocollis fuerint extracta; Ideò non potest opponi, quod confundantur; itaut non constet, quæ sint instrumenta vnius, & quæ alterius
1 Notarij; Manualia verò, † quæ diuersorum manibus sunt conscripta continent acta, & protestationes iudiciales, suntque res valdè diuersæ à protocollis.

Sed quia inter instrumenta, quæ dantur in Summario translatariorum num. 1. quæ sunt num. 46. leguntur decem, quæ non sunt in forma probanti, nempè instrumentũ affictus

ctus possessionis della Sala 22. Ianuarij 1592. affictus iuriũ exigendi le Banche 2. Septembris 1592. instrumentum receptæ 4. Octobris 1593. locationis vnius feudi 11. Aprilis 1598. locationis apothecæ Ferrariæ 21. Aprilis 1598. affictus iurium Pottellæ, olei, & scannagij 7. Octobris 1600. locationes apothecæ 26. Octobris 1600. affictus molendini 14. Maij 1601. quiætantiæ de recepto 9. Augusti 1602. ac demùm instrumentum obligationis factæ 4. Martij 1603. cum in eis deficiant nomina Iudicis, & Testium; Reliqua
2 esse in forma † probanti fuit dictum, cum habeant requisita necessaria, scilicet mensem, annum, testes, & Iudicem, *Paul. de Castr. cons. 307. num. 2. lib. 1. Curt. Iun. cons. 44. nu. 4. Seraph. decis. 909. num. 2. & 3. Rot. decis. 649. num. 3. & 6. par. 1. recent.*

Nec obstat, quod prædicta decem instrumenta præsu-
3 mantur rogata, cum præsentia Iudicis, & Testium † descriptorum in alijs Instrumentis immediatè præcedentibus, & propterea dicantur habere easdem solemnitates, quas habent instrumenta præcedentia, *Bald. in l. penult. in fin. C. de accusat. Felyn. in cap. inter dilectos, nu. 11. de fid. instr. Cagnol. in l. si librarios, num. 20. de regul. iur. Surd. cons. 390.*
4 *num. 33. in fin.* quia conclusio procederet, si prædicta † instrumenta concordarent in data cum instrumentis immediatè præcedentibus, vel si continerent verba repetitiua earundem solemnitatum in eis contentarum; In præsenti autem casu instrumenta prædicta, nec cum præcedentibus concordant in data, nec continent verba repetitiua, & pro-
5 pterea † non possunt dici celebrata coram ijsdem Testibus, & Iudice, coram quibus confecta fuerunt instrumenta præcedentia.

Similiter resoluerunt apochas Caroli, & Decij Abbatũ de Caracciolis esse in forma probanti, cum factæ de eorum tempore respectiuè per eumdem Decium, & Carolum sint subscriptæ, ac recognitæ, pariter idem fuit resolutum de alijs tribus instrumentis in carta pergamena scriptis, ex quo continent omnia requisita.

6 Non obstat, quod in instrumentis Notarij Ferrachæ † nõ legatur verbum, *Actum*, quod est requisitum ad perfectionem instrumenti, quia cum in huiusmodi instrumenti adsit verbum, Salerni, sufficit, quod in extensione addi possit verbum, *Actum*, & cum dd. actus locationum, & exactionũ
7 potuerint fieri in qualibet † parte loci generalis, non videtur de necessitate exprimendus locus particularis loci, *Bart. in l. de pupillo, §. qui nuntiat, ff. de oper. nou. enunciat. Dec. Soccin. & alij relati per Mascard. de probat. volum. 1. conclusione 4. numero 24. versic. illud quidem, sine dubitatione.*

8 Minùs obstat defectus subscriptionis Iudicis, † ac Testiũ, quæ iuxtà Constitutionem Regni Neapolitani requiritur, iuxta *Capyc. decis. 29. num. 2.* quia ex eadem decisione apparet huiusmodi requisitum procedere in instrumentis extensis, & leuatis, dum ibi num. 2. dicitur, quod debet ostendi instrumentum cum signo Notarij, & subscriptione Testiũ, & Iudicis, & quod Testis possit cogi, vt subscribat instrumento, reassumendo ex protocollo, non vero intelligitur
9 de † subscriptione facienda in protocollo, in quo nemo debet apponere manum, præter ipsum Notarium, vel nisi de illius expressa voluntate, & cum in nullo dictorum instrumentorum protocollo legatur talis subscriptio, inde probatur, quod de stylo huiusmodi subscriptio in protocollo non requiritur.

Denique non obstat defectus Indictionis, Anni, Pontificatus, seù Regni, & similium, quia hæc omnia supplere potest Notarius, qui extrahit ex protocollo, vel imbreuiatura, in qua notum est, ea non describi, sed addi quotiescunque
10 imbreuiaturæ † instrumentorum rediguntur in publicam formam, similiter subscriptio Notarij nullatenus fuit necessaria cũ in principio protocolli extet generalis subscriptio,
11 † videlicet in hoc protocollo subscribentur instrumenta à me Notario rogata &c. vt fuit resolutum in *Nepesina hæreditatis 17. Nouemb. 1600. coram Card. Lancellotto.* & nouissimè *in Romana fideicõmissi de Caetanis 9. Februarij præteriti coram Reuerendiss. D. Decano.*

Quo verò ad alias apochas non recognitas, ac instru-

menta, quæ constat esse sumpta de sumpto non seruata Constitutione Regni, vel carentia Testibus, eorumquè, & Iudicum subscriptione, vel extracta, hac lite pendente sine compulsoria nullo pacto potest dici, quod sint in forma
12 probanti, cum ad effectum, † vt talia dicantur, opus sit, vt constet de Notariatu illius, qui ea rogauit, eiusquè manus recognoscatur *DD. in cap. 1. vbi Felyn. num. 18. de fid. instrum. Specul. in tit. de edit. instr. §. restat, vers. & scias, & vers. illud autem notandum, Alex. cons. 198. num. 1. lib. 7.* quod in hac materia singulare est, *Boer. decis. 36. num. 5.*
13 *cum seq. & decis. 37. num. 2.* ea ratione, quia † Notario creditur de gestis coram eodem, non ab eo, *Federic. de Sen. cons. 163. idem tenet Zabarell. cons. 73. vers. item non est dictum, Paul. de Castr. cons. 197. & alij.*

Et ita resolutum vtraquè.

** Primam vide infra prout in Indice posito in fine Decisionum. Altera est decis. 76. supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Argentineñ. Coadiutoriæ.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Princeps quando concedit gratiam alicui, si illam declaret, eius declarationi est standum, Papa potest derogare Concordatis, & quare. Derogatio regul. de iur. quæsit. non toll. non est necessaria, quando gratia est præiudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Declarationi Principis gratiam concedentis est omninò standum.*
2 *Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem.*
3 *Papa potest derogare Concordatis.*
4 *Papa non videtur taliter assensisse Concordatis, vt sibi penitus manus ligauerit.*
5 *In Concordatis, licet adsit decretum irritans, illud tamen non ligat Papam.*
5 *Princeps aliquid concedendo, censetur sibi maiorem potestatem reseruasse.*
8 *Gratia ampliùs de surreptione non potest impugnari, quando constat de potestate, & voluntate Principis.*
8 *Clausula, pro expressis, habet vim indiuidualis expressionis.*
9 *Gratia secunda, vt valeat, sufficit, quod sint narrati defectus, quos patiebatur prima gratia.*
10 *Derogatio regul. de iur. quæsit. non toll. est necessaria in gratia facta lite pendente, ad narratiuam partis.*

11 *Derogatio non est opus in gratia de sui natura præiudiciali.*

12 *Coadiutoria non subiacet regul. de iure quæsit. non tollen. cum sit gratia præiudicialis.*

13 *Coadiutoria datur pro necessitate Ecclesiæ, & non personæ, cui conceditur coadiutoria.*

14 *Gratia, perinde valere, non subiacet regul. de iur. quæsit. non toll. quando est merè præiudicialis.*

15 *Gratia, quæ continet meram declarationem facti, non subiacet regul. de iur. quæsit. non toll.*

16 *Princeps concedendo gratiam alicui, si voluisset, vt aliquid adimpleretur, id expressisset.*

DECISIO CXIV.

CVm reuideretur Decisio, in qua fuit firmatum gratiam Coadiutoriæ Eminentiss. D. Cardinalis à Lotharingia esse iustificatam, fuit confirmata prima resolutio, reseruato tamen quod particulariter videretur, An obstarent concordata Germaniæ. Cum verò pro parte Abbatis, & Monachorum Mauri Monasterij prætenderetur eis non fuisse sufficienter derogatum in gratia, perinde valere; obtenta gratia reualidatoria, seù declaratoria priorum literarum, Concordata non obstare, & gratiam esse iustificatam fuit resolutum, quia de voluntate, & potestate Papæ non dubitatur.

De voluntate patet, quia allegata noua gratia remouet difficultates excitatas, dum declarat clausulam appositam in gratia perinde valere, dummodò Monachi expresse cõsenserit, esse intelligendam de consensu ab initio præstito Coadiutoriæ, de quo constare tàm ex supplicatione, quàm ex mandato procuræ ad consentiendum Coadiutoriæ, fuit resolutum in decisionibus antea factis 21. Februarij, * & 2. Maij 1631. * Et quod in alia gratia perinde valere Papa voluit derogare Concordatis, non obstante quod lis penderet cum Conuentu, & quod Abbas, & Conuentus reuocassent consensum. Atque ita cũ super difficultatibus aliàs excitatis habeamus explicitam ipsius Papæ cõcedentis declarationem, non pot est ampliùs cadere aliqua dubitatio,
1 † cũ huiusmodi declarationi factæ à Principe omninò sit standum, *Anchar. cons. 293 nu. 2. & seqq. Angel. cons. 274. num. 1. Dec. cons. 114. num. 5 Gabr. de reg. Iur. concl. 3. n. 66.* quos refert *bon. mem. Card. Caualer. decis. 612. num. 52.* De
2 potestate Papæ non potest dubitari, quia cum † in Beneficialibus habeat omnimodam potestatem *c. per principale, c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3 cap. 2. de præben. in 6. Clem. 1. in fin.* vbi *Cardin. num. 11. vt lit. pend. Gemin. in c. si gratiosæ num. 1. & 16. de rescript. in 6. Alex. cons. 219. num. 4. vol. 6. Rot. decis. 778. num. 1. par. 2. recent. Seraph. decis. 45.*
3 *in fin. & 1043. num. 1.* potuit derogare † Concordatis, per quæ impediuntur Coadiutoriæ, in puncto, *Branden. super Concord. German. quæst. 8. per tot. Cocchier. Gloss. antiq. super reg. 8. glos. 11. num. 20. & seqq. Gonzal. glos. 28. num. 24. & seq. Mandos. super reg. 2. quæst. 2. num. 12. vers.* Imò etiã, & ita fuit decisum *in Leodien. Canonicatus 15. Martij 1610. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*; Et licet respectu nationis Germanicæ contineant pactum cum Sede Apostolica, obligans Principes Ecclesiasticos, & temporales ad illorum obseruantiam erga Sedem Apostolicam, tamen respectu Papæ continent priuilegium concessum eidem Na-
4 tioni, ita pluries censuit Rota; Non enim † videtur taliter assensisse Concordatis, vt sibi penitus ligauerit manus *ad not. in c. dudum, vers. nos igitur de præben. in 6. c. quamuis il 2. vbi glos. fin. eod. tit. Caputaq. decis. 337. nu. 8. par. 1. Cassad. decis. 8. num. 2. in fin. de præbend. Rota in Meten. Canonicatus 8. Nouembris 1577. coram D. de Rubeis,* vbi aliæ
5 recensentur, & in ea firmatur, quod licet in † Concordatis adsit decretum irritans, illud tamen nõ ligat Papam, & fuit etiam ita resolutum in *Paderbonen. Canonicatus 19. Martij 1610. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Cum censea-
6 tur sibi maiorem † potestatem reseruasse, *dicto cap. dudum, §. igitur attendentes de præb. Cassad. decis. 8. num. 2. in fin. eod. tit.* Ideò cum ex supradictis appareat non posse dubi-
7 tari de potestate, nec de voluntate Papæ † ampliùs gratia non potest impugnari de subreptione.

Nec Dominis visa fuerunt obstare quæ contra opponũtur. Nihil enim facit quod non fuerit insertus totus tenor præcedentis gratiæ ad effectum, vt Papa potuisset illam de-
8 clarare, & reualidare, quia vltra quod in ea adest † clausula pro expressis, quę vim habet indiuidualis expressionis prioris gratiæ, & omnium eius narratorum, *Butr. num. 2. Gemin. cons. 65. num. 21. & cons. 120. num. 7.* sufficit fuisse narratos
9 † defectus, quos patiebatur prima gratia, *Seraph. dec. 1110. num. 1.* Nec obstat quod in hac gratia facta lite pendente
10 ad narratiuam partis, esset necessaria derogatio † regula de Iur. quæs. non tollen. *Sarnen super regul de Iur. quæsit. non toll. quæst. 15. in fin. Put. decis. 269. lib. 2. Caputaq. decis. 30.*
11 *par. 3. Cas. de Grass decis. 3. de rescript.* quia in gratia † de sui natura præiudiciali non est opus derogatione. *Modern. Roman. discept forens. cap. 992. num. 7. & seqq. Ferret. cons. 247. num. 4. & seqq. Corn. cons. 83. num. 16. lib. 4. Rot. in Albaneñ. beneficiorum 27. Iunij 1614. coram R P. D. meo Pirouano, Cassad. decis. 1. de priuil. Seraph. decis. 762. num. 4.*
12 *& 1445. num. 5.* Et Coadiutoria non subiacet † regulæ de non tollen. iur. quæs. cum non sit gratia præiudicialis, prouidetur enim propter necessitatem indemnitati Ecclesiæ, & suppletur defectus Abbatis ad *text. in c. vnic. de Cleric.*
13 *ægrot. in 6.* cum Coadiutoria † detur pro necessitate Ecclesiæ, & non personæ, cui conceditur Coadiutoria, *Rota in recent. decis. 570. num. 4. par. 1.*

Omnis tamen difficultas tollitur ex eo, quod hæc vltima gratia continet simplicem declarationem, quod Papa in præcedenti gratia, Perinde valere, voluit derogare Concordatis, nõ obstante, quod lis penderet cum Conuentu, & quod Abbas, & Conuentus reuocassent consensum, vt iam idem declarauerat Camera in secunda expeditione literarum facta pro Eminentiss. Cardinali, & propterea si-
14 cut prima gratia perinde valere non subiacebat † regulæ de non tollen. Iure quæsito, quatenùs per eam expresse derogatum fuit Concordatis, tanquàm gratia merè præiudicialis, secundum *decis. Cassad primam de priuil.* Ita nec
15 subiacet hæc vltima, & posterior † gratia, tanquàm continens meram declarationem facti.

Nec subsistit, quod sit reualidatoria à data præsentium, & non retrotrahatur ad tempus primæ gratiæ, Itaut Coadiutoria censeatur concessa de tempore datæ præsentium, quia dum Papa vult gratiam valere à data præsentium, intelligit de gratia concessa ex tunc, quia aliàs non esset reualidata prima gratia, sed esset gratia diuersa, vel iuxtà declarationem, firmandum est Papam intellexisse de consensu præstito in prima gratia, & sic ex vi reualidationis ipsa gratia debet assumere naturam, & qualitates prioris gratiæ, ne sequantur contrarij effectus vniuersæ dispositioni eiusdem gratiæ.

Demùm ex lectura vltimæ gratiæ in *§. licet videatur, quod nos quibus, &c.* tollitur difficultas aliàs facta, quod nõ fuerit narrata lis cum Conuentu, sed tantùm, cum singulis Monachis, & tamen aliud sit cõsensus Monachorum, aliud verò consensus Conuentus. Quia Papa expresse declarat, quod intellexit de lite cum Cõuentu, & quod vult gratiam valere, ac si hoc ita fuisset narratum, & se fundauit in dicto consensu iam præstito, & ad illud se restrinxit, si enim vo-
16 luisset † nouum consensum, sciuisset illud exprimere, sicut fecit de consensu iam præstito, *Cephal. cons. 124 num. 6. Alba. cons. 321. num. 7. Surd cons. 426. num. 13.* Maximè quia de consensu huiusmodi saltem in genere, cogitauit *Rota decis. 35. num. 3. par. 1. recent.* & propterea iustificatio primi consensus sufficit.

Quare cum ex supradictis constet ipsummet Papam qui gratiam concessit declarasse quæ fuerit sua voluntas, vtraque parte informante fuit resolutum vt supra &c.

** Sunt decisiones 21. & 36. supra in hac eadem parte.

R.P.D.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Cæsarauguſtana Diſtributionum.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Capitulum, de quo hic in deciſione, an prętextu diminutionis fructuum Burſæ, potuerit in præiudicium Portionariorum diminuere portiones ſolitarium diſtributionum. Et fusè examinatur an conſtet de ſupradicta diminutione fructuū.

SVMMARIVM.

1 *Actor prius tenetur fundare intentionem ſuam.*
2 *Redditium diminutio eſt, quoddam accidens, & propterea non præſumitur.*
3 *Locupletior, & ditior, quis præſumitur in dies efficere.*
4 *Redditium diminutio non præſumitur, ſed hoc intellige, ſi præſumptio non ſit in contrarium.*
5 *Probatio præſumptiua de Iure pernecesſè non concludit, & ea non ſufficit ad obtinendum per viam actionis.*
6 *Fundamentum ſuæ intentionis, quis tenetur probare.*
7 *Creditum, & debitum tamquàm connexa, & conglutinata iudicanda ſunt, tamquàm vnum corpus, vide num. 29. & 30.*
8 *Periti electi, ad aliquid referendum, debent facere, id, quod habent in mandatis.*
9 *Introitus eſt annexus exitui, itavt ab eo, ſeparari non poſſit.*
10 *Adminiſtrator, & Tutor donationem, largitionem, vel liberalitatem de rebus adminiſtratis exercere non valent.*
11 *Et hoc procedit etiam in Syndico Reipublicæ, ac in quolibet alio Adminiſtratore. num. 12.*
13 *Adminiſtratores non poſſunt conuertere res adminiſtratas in alium vſum, quàm in deſtinatum, & n. 14.*
15 *Immemorabilis conſuetudo non probatur, nec probari poteſt, quando conſtat de initio.*
17 *Adminiſtratores, quando reddunt rationem, debent aſſignare cauſam expenſarum, & num. 16.*
18 *Pars non debet aduerſario ſuo contra ſe ipſum facere expenſas litis.*
19 *Canonici, & Portionarij non faciunt vnum collegium.*
20 *Collegium litigans cum aliquo de Collegio, ad hoc, vt ille teneatur contribuere ad expenſas litis, quid requiratur.*
21 *Diſtributiones ex eo, appellantur, quia diſtribuere eſt ſuum vnicuiquè tribuere.*
22 *Iuſtitia diſtributiua dicitur, quia iuxta vniuſcuiuſque qualitates, & merita diſtribuit.*
23 *Diſtributiones quotidianæ debitæ Canonicis, & Portionarijs, ſic appellantur, cum ſint ſtipendium quotidiè debitum præſentibus, & intereſſentibus.*
24 *Epiſcopo ſpectat ſtatuere, quænam portio diſtributionum, cuiquè horæ canonicæ, diuinoquè officio, Eccleſiaſticæue functioni, aſſignanda ſit.*
25 *Statuta confirmata à Papa, dicuntur Papalia.*
26 *Inferior non poteſt reuocare, nec moderari ea, quæ ſunt diſpoſita à ſuperiore.*
27 *Clauſula, ſinè præiudicio, quid operetur.*
28 *Clauſula, ſinè, eſt priuatiua, negatiua, & excluſiua.*

DECISIO CXV.

NOn controuertebatur, quod legitimè fuerint applicata Burſæ diſtributionum ſcuta 3400. prout nec controuertebatur, quod legitimè fuerit conditum Statutum, & æquè confirmatum, in quo diſponitur, quod quilibet Canonicus ex maſſa vniuerſali diſtributionum, debeat qualibet die pro diſtributionibus quotidianis habere regalia ſex, & quilibet Portionarius regalia tria, ſed controuerſia erat pro parte Capituli ſuper eo. An conſtaret de tali diminutione fructuum, quæ ei ſuffragetur, ità vt potuerit portiones dictarū diſtributionum diminuere, etiam in præiudicium Portionariorum. Et cùm pluries fuerit reſolutum, Non conſtare de dicta diminutione, & præſertim ſub die 9. Decembris 1630. Hodie audito iterum Capitulo eadem ſententia placuit Dominus, itaut ſtādum ſit in deciſis, ea ratione, quia cū Capitulum ſit actor, & Portionarij Rei, & in poſſeſſione exigendi dictam ſummam, licet adhuc lis ſit ſub Iudice, an iſta poſſeſſio eis ſuffragetur ad effectum manutētionis, nec
1 † aliquid excipiant, ex quo dici poſſint actores, nihil tenētur probare, vt bene ad punctum conſiderat *Seraph. in deciſ. 1422. n. 9. &* 10. Ideò prædictū Capitulum tenetur probare hanc diminutionem, præſertim cum diminutio reddi-
2 tum † ſi quoddam accidens, & propterea non præſumatur, *l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatiſd. cogant.* & præ-
3 ſumptio etiā ſtat, quod † quis in dies efficiatur locupletior, & ditior, *l. ſi defunctus, in fin. C. arbit. tut.* & quàmuis iſta
4 regula, quod diminutio non præſumatur, † non habeat locum quando præſumptio eſt in contrarium, prout in caſu iſto, propter expulſionem Maurorum, qui agros colebant, vt in *d. §. qui pro rei qualitate, Pariſ. conſ. 99. num. 54. ibi. 3.*
5 tamen cùm iſta probatio † ſit præſumptiua, nec de iure per neceſsè concludat, non ſufficit ad obtinendum per viam actionis, ſed Capitulum, vt dictum eſt, debet concludenter probare diminutionem. *Bart. in l. penul. num. 4. ff. de condit. inſtit. Verall. deciſ. 280. par. 1. Seraphin. deciſ. 1249. num. 3. & d. deciſ. 1422. num. 10.*

Tota igitur difficultas reſtringitur ad tria capita. Primò, An probetur diminutio redditum Burſæ diſtributionem. Secundo, an Capitulum ponat ad exitum huius Burſæ partitas, quæ ponendæ non ſint. Tertiò, An Capitulum omittat ponere ad introitum dictæ Burſæ partitas, ex quibus illius redditus augerentur, & de iſtis duobus poſtremis eſt omninò videndum, cùm non ſufficiat Capitulo docere de primo, niſi etiam euacuet propoſita quoàd ſecundum, & tertium, cùm teneatur probare fructus adeo diminutos, vt ex illis nō poſſint quotidie aſſignari regalia ſex cuilibet Ca-
6 nonico, † & regalia tria cuilibet Portionario, cùm diſputatio fiat ad iſtum effectum, *Bald. in auth. præterea, n 4. C. vnde vir, & vxor, Iaſ. in l. ſi conſtante, n. 145. ff. ſol. matr. Rot. deciſ. 413. num. 3. par. 2.* nec ſuffragatur Capitulo docere de diminutione, ſeù credito Burſæ, niſi etiam doceat de debi-
7 to, cum debitum, & creditum † tanquàm connexa, & conglutinata iudicanda ſint, tanquàm vnum corpus, *Alex. conſ. 85. col fin. num. 7. vol. 3. Rota Ianuen. deciſ. 16. num. 8.* quod pendet ex inſpectione ſecundi, & tertij articuli, ſcilicet, An Capitulum ponat ad exitum huius Burſæ, quæ ponenda non ſint, & An omittat aliqua ad introitum.

Et quantùm attinet ad primum, Capitulum afferebat tres ſpecies probationis. Primam deſumptam ex relatione Peritorum de partibus, qui habita ratione ad introitum, & exitum iuxta ea, quæ fuerunt poſita in Burſa, non tamen habita ratione ad ea, quæ fuerunt omiſſa poni ad introitum, nec ad ea, quæ ad exitum poſita fuere, quæ ponenda non erant; retulerunt ab anno 1605. quo Eccleſia fuit ſecularizata, vſque ad annum 1626. exitum huius Burſæ remanere debitorem in ſcutis 205. Ex quo inferebat Capitulum maiorem fuiſſe exitum huius Burſæ, quàm in-

troitum in ſcutis 205. qui licet non videatur conſiderabilis, vt dixit Rota in præcedentibus deciſionibus: tamen ſi Periti retuliſſent ab anno 1611. quo fuerunt expulſi Mauri, & cæpit diminutio reddituum huius Burſæ, & non ab anno 1605. vt fecerunt, longè maior fuiſſet dictus exitus, & in ſumma conſiderabili, quia ab anno 1605. per totum annum 1611. nulla ſucceſſit diminutio dictorum reddituum, vt admittitur inter partes; ſed diminutio reddituum cæpit ſub fine dicti anni 1611. vſquè, & per totum annum 1626. Vnde, ſi non fuiſſent incluſi in hoc calculo redditus vberes ab anno 1605. per totum annum 1611. vtique maior apparuiſſet exitus ſubſequentium annorum.

Alteram ſpeciem probationis afferebat Capitulum, fundatam in vera diminutione certorum introituum dictæ Burſæ, quos ſingillatim deduxit ad ſummam conſiderabilem, vt infra.

Et deniquè afferebat argumentum ſatis apparens, quod ſcilicèt ſi non obſtantibus tribus diminutionibus, per ipſum factis de his portionibus controuerſis ab anno 1611. per totum annum 1620. adhùc exitus huius Burſæ fuit maior, quàm introitus, certè longè maior fuiſſet, ſi non fuiſſent dictæ portiones imminutæ.

Quibus non obſtantibus, Domini ſteterunt in deciſis, approbando reſponſiones, & contrarias probationes datas, & illatas per Portionarios.

Ad primam enim probationem Capituli fuit reſpõſum, Peritos ideò retuliſſe ab anno 1605. ad annum 1626. & non ab anno 1611. ad annum 1626. quia ſic decretum fuerat à me de ordine Rotæ in ſubdelegatione tranſmiſſa ad partes, quia Domini volebant cognoſcere integrum ſtatum huius Burſæ, tàm ante expulſionem Maurorum, & ſic ante allegatam diminutionem reddituum, quàm poſt, & quãtus fuiſſet introitus, & quantus exitus in toto hoc tempore, facta computatione vnius anni fertilis, cum ſterili, vt inde poſſet iudicare, An verè diminuta eſſet dicta Burſa, ita vt potuerit per Capitulum fieri dicta diminutio portionum hactenùs
8 ſolutarum; Vnde rectè † dicebantur feciſſe, ſic referendo, tùm quia ſic habebant in mandatis, tùm quia ſic de iure fieri debet, & de ſtylo. *Sarn. in reg. de valor. quæſt. vlt. Mandoſ. in reg. 22. quæſt. 5. num. 2. Put. deciſ. 8. aliàs 9. lib. 1. Rota deciſ. 343. num. 3. par. 1. recent.*

Apparuit autem ex relatione huiuſmodi facta de anno, in annum, tàm ante, quàm poſt expulſionem Maurorum, quod anno ſterili cum fertili computato, non multùm diſtat vnus annus ab alio, ita vt iſta differentia temporum allegata per Capitulum non ſit conſiderabilis.

Ad ſecundam ſpeciem probationis magis ſtrictè allatam per Capitulum, viſæ ſunt benè applicari reſponſiones Portionariorum ſumptæ ex facto; in primis autem dicebant ſcribentes pro Capitulo, quod ab anno 1611. vſquè ad annum 1626. decreuerant cenſus huius Burſæ in ſcutis annis 603. quoad fructus, quo verò ad ſortem in ſcutis 12070. Sed fuit reſponſum, quod ab anno 1605. vſque ad annum 1626. fuerunt aucti cenſus eiuſdem Burſæ, ad ſummam ſcutorum 33300. vt in ſummario Portionariorum num. 21. itaut, quod in vna parte decreuit, in altera actum eſt, & ſic fieri debet compenſatio maioris ſummæ auctæ, cum minori ſumma deperdita, tàm reſpectu fructuum, quàm ſortis. Nec obſtare quod in dicto augmento cenſuum includantur ſcuta 12500. prouenientia ex legato Auguſtinæ de Aniſion, pro fundatione duarum portionum, necnõ ſcuta 10939. relicta eidem Burſæ pro miſſis, & anniuerſariis, necnon ſcuta mille ſpectantia ad Sacriſtiam, ac deniquè ſcuta 1206. relicta à Doctore Garzes promiſſis, quibus ſummis detractis prætendit Capitulum non conſtare de augmento huiuſmodi cenſuum. Nam placuit replicatio Portionariorum, quod dictæ omnes ſummæ conſiſtunt in cenſibus, vt dicunt periti de partibus in relatione fol. 64. & iſtę omnes intrant dictam Burſam, tanquàm ipſi relictę. Vnde nihil intereſt, quod vna, vel alia de cauſa ſint relictæ, dummodò intrent dictã Burſam adinſtar aliarum ſummarum à diuerſis, & diuerſo tẽpore, & cum diuerſis oneribus legatarum eidem Burſæ. Hæc autem relicta, ſeu legata percutiunt tempus, tàm ante, quàm poſt expulſionem prædictam, vt in dicto Summario num. 21. vbi periti de partibus referunt in confuſo.

Secundò allegabatur pro parte Capituli diminutio arrẽdamentorũ, nempè Beneficij de Cubla, & Vallaclocha, eo quòd ante expulſionem Maurorum locabatur ſcutis 1070. & tamen ab anno 1619. vſquè ad annum 1626. locatũ fuit pro ſcutis 420. tantùm, & Beneficium de Alpeſies arrendabatur ante dictam expulſionem pro ſcutis 663. & ab anno 1623. vſquè ad annum 1626. fuit arrẽdatum pro ſcutis 400. Et inſuper Plebania de Martin ante dictam expulſionem arrendabatur pro ſcutis 1094. & ab anno 1615. vſquè ad dictũ annum 1626. pro ſcutis mille. Item quod Mẽſa, ſeù Archidiaconatus arrẽdabatur vt ſupra ſcutis 3400. & ab anno 1611. vſquè ad 1613. & ab anno 1622. vſquè ad 1626. fuit per Capitulũ adminiſtrata, ex qua varietate inferebat Capitulũ fuiſſe diminutos redditus dictę Burſę in ſcutis 19348. non habita ratione ad tempus, quo non probantur arrẽdamenta, nec ad tempus, quo fuit adminiſtrata dicta Menſa, ſeù Archidiaconatus licet Capitulum prætendat diminutionem ex hac cauſa aſcendere ad ſcuta 34000. ſed hanc prætenſionem non iuſtificat.

Circa quod obiectum non negabant Portionarij fuiſſe imminuta arrendamenta in quibuſdam annis, ſed dicebant ea excreuiſſe ab anno 1612. ad 1626. vt in eorum Summar. n. 23. vbi datur particula relationis Peritorum de partibus, qui hoc dicunt, & eorum relationi ſtandũ eſt, præſertim cũ in hac parte non fuerit per Peritos de Curia reuiſores dictę relationis aliquid oppoſitũ, ibi enim affirmant, quod creuerunt arrendamenta in ſcutis 615. ab anno 1612. vſq; ad annum 1626. ſupra id, quod valuerunt de anno 1605. vſq; ad annũ 1611. referunt namquè dicti Periti, quod arrendamẽta, & fructus ſecundi computi, quod continet tempus quindecim annorũ, ſcilicet ab anno 1612. vſq; ad annum 1626. vniuerſaliter aſcendant ad ſcuta 113538.6.2. incluſis ſcutis 7707. quæ adſunt fructuum, & debitorum procedentium ab illis de anno 1626. quo fuerũt facta computa, & minimè annotata exiſtunt in computo dicti anni, ſed in computo, vt ipſi dicunt, reſultæ harum facultatum, qui diſtributi per 15. annos ſummant, & obuenerunt ſingulo quoque anno ad rationem ſcutor. 7422. taliter, quod plus valuerunt arrendamenta, & fructus à dicto anno 1612. vſq; ad annum 1626. illo quo valuerunt ab anno 1665. vſq; ad annum 1611. in ſcutis annuis 615.8.2.

Neque eſt verum, quod in dicta ſumma fuerint incluſi fructus conſignati per Archiepiſcopum pro iuribus Cappę, quæ non ſunt de iuribus ordinarijs huius adminiſtrationis, quia vt patet ex ipſa relatione Periti, nihil agunt in iſto capitulo de iuribus Cappæ, ſed in capitulo 25. ſeparato, vt patet ex quinterno ipſius relationis fol. 71. & propterea hoc non pertinet ad caſum noſtrum.

Denique reſpectu tertiæ ſpeciei probationis, in qua ſcribentes pro Capitulo, magnã vim faciebãt, tàm in anteactis, quàm in præſenti diſputatione, arguendo multũ apparẽter, quod ſi non obſtantibus tribus imminutionibus per Capitulum factis de portionibus controuerſis ab anno 1611. ad annum 1626. adhùc exitus Burſæ fuit maior, quàm introitus, vtique longè maior fuiſſet, ſi non fuiſſent factæ dictæ diminutiones. Ad hoc enim per Portionarios fuit multipliciter reſponſum, & in vltima reſponſione ità cõcludenter ſublata iſta obiectio, vt ex ea ſola Domini venerint in eam ſententiam, vt eſſet ſtandum in deciſis.

Nam vltra reſpõſiones datas in præcedentibus deciſionibus, quod ſcilicet Periti de Curia retulerint concorditer, vt in Summ. num. 4. non ſolùm non fuiſſe maiorem exitũ dictæ Burſæ, quàm introitum, vt malè retulerũt Periti de partibus, ſed è contra fuiſſe maiorem introitũ dictæ Burſæ, quã exitum in ſcutis 2579. 11.2. & ſic retorquetur argumẽtum, & hoc eſſe multùm veriſimile, quia ipſimet Periti de partibus Summario Portionariorum num. 3. retulerunt, quod redditus annui dictæ Burſæ ab anno 1605. ad annum 1611. fuerunt eiuſdem ferè quantitatis, cuius fuerunt poſt dictum annum 1611. per totum annum 1626. & aliquando maiores, exceptis illis tribus annis 11. 12. 13. quorum damnum reſarcitum eſt, per ſubſequentes annos, reſpondebant magis adæquatè ijdem Portionarij, quod ſi

Capi-

Capitulum, à quo adm inistratur hæc Bursa, intulisset in eam id omne, quod inferre tenebatur, & tenetur, & si ex eadem Bursa non extraxisset id, quod indebitè extraxit in alios vsus sibi benè visos, minimè pertinentes ad onus huius Bursæ, appareret, quod exitus illius longè minor fuisset, quàm introitus, itaut non solùm dicta Bursa posset respondere de solita portione, sed de multo maiori, ad quod probandum ipsi attulerunt quamplures partitas sumptas, tùm ex dicta relatione Peritorum de partibus, tùm ex relatione Peritorum de Curia, tùm ex ipsomet processu compulsoriali pro parte Capituli nouissimè producto, quæ licet fuerint per Portionarios latè comprobata, & eorum rationes placuerint Dominis; Itaut non esset opus hic omnia referre, tamẽ, vt tandem hæc controuersia finiretur, & præcludatur occasio vlterioris disputationis, Domini ordinarunt, quod de singulis fieret mentio in extẽsione Decisionis, qui sunt duo articuli supra propositi, *in vers. Tota igitur difficultas*, super quo videndum est de duobus.

Primò, An sit habenda ratio quinquè partitarum, de quibus bo. me. Farsettus Peritus Portionariorum, dixit, non esse habẽdam rationem in præiudicium Portionariorum, sed esse ponendas ad introitum dictæ Bursæ, bo. me. verò Ioannes Michelinus Peritus Capituli, reliquit hoc iudicio Rotæ; Secundò videndum erit de alijs partitis vltra dictas quinquè, & circa istas quinquè, licet in effectu vterquè Peritus conueniret circa existentiam nihilominùs cum Capitulum non acquiesceret, Rota deputauit, virum Curialem primarium tunc optimè sanum, nempè D. Hieronymum Valentinum, vt de subsistentia harum quinquè partitarum cognosceret, quas subsistere respondit, & Rota censuit esse admittendas ad introitum Bursæ, itaut faueant Portionariis.

Et quantùm attinet ad primam partitam scutorum 4610. perperàm à peritis de partibus fuit posita ad exitum huius Bursæ, non autem ad introitum anni 1618. quia cum hanc summam Administrator exegisset ab alia Bursa nuncupata *del Commune*, quæ erat debitrix huius Bursæ distributionum, vt patet ex verbis illis, ibi, quas debebat, scilicet Bursa communis huic Administrationi, videlicet distributionũ, propterea huiusmodi exactio debuit poni ad introitum, sicut fuit posita ad exitum huius Bursæ distributionum, quia
9 cum præcesserit exitus ex causa mutui, † introitus erat connexus dicto exitui, itaut ab eo non possit separari *Baeza de decim. tut. præstan. cap. 2. num. 169. Aym. cons. 275. num. 15. vers. tertio principaliter*, & facit *text. in l. si quis ex argentarij, §. rationem, ff. de aden.*

Nequè facit, quod cum Administrator expenderit dictã summam partim in inuestimento cuiusdam census scutorũ 3500. partim in soluendo salarium Notarij, quod ascendit ad scuta 1100. residuum, quod est scutorum 10. 10. 3. fuit positum ad onus anni sequentis: Vndè resultat, quod dicta summa debuit poni ad exitum Bursæ distributionum.

Nam fuit responsum, quod sicut dicta partita fuit posita ad exitum propter dictum inuestimentum, & salariũ, quia tendunt in vtilitatem huius Bursæ, ita debuit poni ad introitum, seù ad creditum eiusdem Bursæ, quia eius Administrator hanc eandem summam exegit à debitore eiusdem Bursæ, ex causa mutui, nempè ab alia Bursa nuncupata *del Commune.*

Secunda partita est scutorũ 4600. 10. 3. quæ percutit annum 1620. & est annotata eisdem verbis, vt prima modo relata, & propterea, aut est duplicata, quod valdè verisimile est, per ea, quæ ponit *Rota Ianueñ decis. 26. num. 25. & seqq.* & sic est detrahenda, aut nõ est duplicata, & pariter nõ potuit poni ad solum exitum Bursæ, nec suffragari creditũ datum Administratori propter inuestimentum censuum, & solutionem salarii Notarii propter rationes prædictas.

Tertia partita est scutorum 3650. 11. 9. ex fructibus censuum, & canonum exactorum, quæ quidem est detrahenda ab exitu Bursæ, vel etiam ponenda ad introitum; Nam etsi Administrator in redditione rationis asserat de anno 1626. non potuisse exigere dictos census, & canones ad dictam summam, & ob id Capitulum posuerit ad exitum Bursæ dictam summam, tanquàm inexigibilem: Nihilominus Periti retulerunt postmodùm hanc summam de anno 1627. fuisse exactam, vt in Summario Portionariorum num. 6. & 7.

Nequè obstat, quod census fuerint diminuti in sorte principali in scutis 12070. quia omisso; quod hic non agitur de augmento, aut diminutione censuum, de quo supra actum est, sed de omissione dictæ partitæ, & etiam omisso, quod ab anno 1605. vsquè ad annum 1626. fuerint aucti ad summam scut. 23300. vt in Summario Portionariorum nu. 21. & supra pariter dictum est, nihilominùs non facit, cum sufficiat quod affictus non sint diminuti, computato vno anno cum altero, licet in vno, vel altero fuerint diminuti, vt referunt Periti in Summario Portionariorum num. 22.

Quarta partita est scutorum 2100. quæ asseruntur mutuo data per Administratorẽ de ordine Capituli alteri Bursæ nuncupatæ, *della Prapositura*, & posita ad exitum Bursæ distributionum, quod nullatenùs potuit fieri etiam admisso, quod Capitulum sit Administrator, & Tutor huius
10 Bursæ, cùm vulgare sit axioma, quod Administrator † & Tutor donationem, largitionem, vel liberalitatem de rebus administratis exercere non valent, *l. vltim. ff. de cur. fur. l. Tutor ad vtilitatem, l. Lucius, §. vltimo, ff. de admin. Tut.*
11 *l pactum Curatoris*, C. *de pact.* quod etiam procedit † in Syndico Reipublicæ, *l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, ibi, *quia etsi locorum publicorum procuratio data sit,*
12 *concessio tamen data non est*, & hoc procedit † in quolibet Administratore, *l. seruus furiosi, ff. de manumiss.* ibi, *quia in administratione patrimonij Manumissio non est*, & benè ad propositum nostrum *Bobadilla lib. 3. Politicor. cap. 8. n. 8.* Vnde sequitur, quod non solùm non sit ponenda hæc partita ad exitum huius Bursæ, vt posita est, sed potiùs ponenda sit ad creditum eiusdem Bursæ, donec redintegretur à Capitulo de hac eadem summa.

Quinta partita scutorum 1849. 4. quæ ponitur ad exitum Bursæ, est delenda, ex quo fuit expensa in emendis perdicibus & caponibus, quæ fuerunt distributæ inter Dominos
13 Canonicos, quia cum illa Bursa sit destinata † pro distributionibus illius redditus, non potuerunt per Administratores in alium vsum conuerti, *l. 1. & 2. §. quod de frumentaria, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pert. Clem. 2. vbi glos. in verb. non ad alium, & Doctor. de relig. Dom.* & in puncto administratio-
14 nis Bursæ ad certum † seruitium destinatæ, est *decisio san. mem. Gregor. 154. in fine*, vbi pariter in puncto allegat aliam decisionem in causa *Valentina emolumentorum 15. Maij 1598. coram Orano*, & Capitulum circa hanc partitam videtur agnoscere bonam fidem, cùm alleget immemorabilem consuetudinem ad sui fauorem, quæ allegatio non sub-
15 sistit, cùm non † probetur immemorabilis, nec possit probari, cùm constet de initio huius Bursæ distributionum. *san. mem. Greg. decis. 467. num. 6.*

Ex quibus apparet, quod istæ quinquè partitæ de quibus bo. me. Farsettus, & Michelinus retulerunt, vt supra dictum est, ponendæ sunt ad introitum Bursæ, nõ autem ad exitum respectiuè vt supra, & simul conglutinatæ ascendunt ad summam scut. 16810.

Quantùm attinet ad alias partitas, quę sunt tres vltra istas quinquè; Prima est illa, quæ conflatur ex pluribus partitis, quæ nullam causam habent, quas periti de Curia referunt ad scuta 32782. licet Portionarii prætendant ascendere ad summam scutorum 51442. de istis partitis nulla est habẽda
16 ratio, quicquid enim esset dicẽdum, si haberent † causam, an essent iustificatæ, vel quomodò essent iustificandæ cùm in illis non appareat causa, sed quædam profusio nullatenùs approbari debent, *l. cum plures, §. in primis, ff. de admin. Tut l. 1. §. officio, ff. de Tut. & rat. distrah. Bald. in rubr. C.*
17 *de fid. Instr. n. 34.* vbi concludendo dicit, quod in † redditione rationum oportet, quod Administratores assignent causam expensarum.

Nequè est verùm, quod ex eo fuerit dictum, istam partitam, non habere causam, ex quo summatim fuit facta relatio, iuxtà ordinem Rotæ, vt in Summar. Canonicorũ n. 11. ex relatione autem peritorum constet partitas, ex quibus ista conflatur, habere causam, vt in Summario eorundem Canonicorum num. 12. Nam huic fundamento fuit responsum, quod partitæ descriptæ in libris ascendunt ad longè maiorem summam, quàm scutorum 32782. sed vsq;

ad istam summam partitas esse sine causa, & de istis solis Periti habuerunt rationem, vt clarè colligitur ex lectura ipsius processus de recenti ad Curiam delati, vt in Summario Portionariorum num. 10.

Secunda partita est scutorum 5450. quæ, Capitulum expendit in hac lite, & quæ malè fuit posita ad exitum Bursæ distributionum, quia vt fuit consideratum in decisione facta 9. Decembris 1630. Portionarij † non debent Capitulo Aduersario suo contra se ipsos facere expensas litis,
18
19 maximè cùm Canonici, & Portionarij † non faciant vnũ Collegium, cùm de iure non sint de Capitulo, nec ostendatur aliquod statutum in contrarium, *Rot.decis.708.num. 2.& seqq.par.2.recent.* & si facerent vnum Collegium, ad-
20 hùc non tenerentur, cùm causa litis debeat † esse necessaria non voluntaria, & iniusta, qualis est ista, vt patet ex ista, & alijs decisionibus.

Tertia partita est scutorum.7713. quæ ponitur ad exitum pro salarijs ministrorum, quæ nullatenùs potuerũt solui ex ista Bursa destinata pro certo seruitio, vt supra deductum fuit, maximè cũ agatur in præiudiciũ Distributionũ quotidianarũ, & sic de auferendo id, quod residētibus, &
21 prę̄sētibus debitũ est. Distributiones † enim ex eo appellãtur, quia distribuere, est suum vnicuique tribuere, *l.1.ff.famil. herisc.* vnde Iustitia distributiua dicitur, quia iuxtà
22 vniuscuiusq; † qualitates, & merita distribuit, vt habetur, *in rubr.de Iust.& Iur. Sanctus Tho.2.2.quæst.61.* & quo-
23 tidianæ quidem appellantur, cum sint stipendium † quotidiè debitum præsentibus, & interessentibus, vt colligitur, ex *Couar.var.lib.3.cap.13.in princ.*

Et sic istæ tres partitæ ascendunt ad summam scutorum 45945. quæ iuncta cum alia partita scutorum 16810. in totum ascendunt ad scut. 62755.

Quantùm attinet ad vltimam inspectionem, An scilicet Capitulum ommiserit ponere ad Introitum dictæ Bursæ partitas, ex quibus illa debeat augeri, & visum fuit, quod sic. Nam primo loco fuit consideratum, quod de anno 1614. D. Archiepiscopus extraxit ex Bursa istarum distributionum annuı scuta 3400. quæ fuerunt applicata Capitulo, quæ annuæ summæ, in totum constituunt quantitatem scutorum 46613. & prædicta extractio non potuit fieri, cum dicta annua summa scutorum 3400. fuerit de anno 1607. applicata pro augmento dictæ Bursæ, Vnde etsi prętēdatur, quod extractio fuerit facta ex decreto D. Archie-
24 piscopi, ad quem spectat statuere, quænam portio † distributionum cuiquè horæ canonicæ, diuinoque Officio, Ecclesiasticæuè functioni, assignanda sit, vt probat *Monet.de distr. quotid.par.2.quæst.3.num.15.& seqq.* tamen hoc non applicatur ad casum, de quo agitur, quia cum fuerint applicata dictæ Bursæ prædicta scuta 3400. auctoritate Bullæ sæcularizationis, & postea conditum fuerit statutum, in quo disponitur, quod massæ antiquæ distributionum quantitas necessaria ex nouis Iuribus, & bonis Canonicorum taliter addatur, vt quilibet Canonicus pro distributionibus quotidianis qualibet die habeat regalia sex, Portionarius verò regalia tria, quod quidem Statutum auctoritate Apostolica, Nuncijs Sedis Apostolicæ in dictis literis sæcularizationis attributa fuit per satis laudan. mem. Ioannem Garziam Cardinalem Millinum, tunc Sedis Apostolicæ Hispaniarum Nuncium, confirmatum, si ista applicatio minuit distributiones, non potuit fieri, stante dicta confirmatione Nuncij, quæ cum fuerit facta vigore literarum
25 Summi Pontificis † censetur confirmatio Apostolica, quæ operatur, vt statutum censeatur Papale *san. mem. Gregor. decis. 267. num. 6.* & ibi *Adden.num. 13.* quod propterea
26 per D. Archiepiscopum nec reuocari, † nec moderari potuit in præiudicium dictarum distributionum, *c. cum inferior.de maiorit.& obed.* & quatenus D. Archiepiscopus vigore Bullæ sæcularizationis potuerit aliquid facere, non tamen id potuit facere in præiudicium Portionariorum at-
27 tenta clausula posita in dictis literis † *sine præiudicio dictorum Portionariorum*, quæ operatur, quod si aliquid fiat
28 non præiudicet Portionarijs, cum dictio † (*sine*) sit priuatiua, negatiua, & exclusiua, *l.1.§.præter, ff de pignor.act. Alber.in dictionar.in verb.sine.*

Secundo loco fuit consideratum quod Canonici appropriarũt sibi ex hac Bursa quatuor regalia pro qualibet Missa, quod ex rationibus supradictis minimè facere potuerũt, & quàmuis respondeatur, quod hoc factum fuerit ante hãc litem, tamen si inde resultat præiudicium Portionariorum, Capitulum hoc non potuit facere per rationes supra allegatas, & ista partita pro toto tempore ascendit ad scuta 2904. vt referunt Periti de partibus num. 16.

Tertio loco fuit consideratum, quod erant ponenda ad introitum huius Bursæ scuta 14927. quæ erant debita huic Bursæ, ex residuo anni 1611. vt referunt Periti de partibus in Summario num. 17. cum dictum residuum spectet ad dictam Bursam, ex quo ab anno 1605. vsquè ad annũ 1611. Canonici, & Portionarij fuerunt integrè satisfacti de suis distributionibus, & propterea, cum istud residuum fuerit exactum post annum 1611. de eo est habenda ratio in ponenda quantitate fructuum ab anno 1612. vsquè ad annum
29 1626. cum, vt dictum est, † Canonici, & Portionarij ante annum 1612. fuerint integrè satisfacti de suis distributionibus, ad *text.in l.creditor, §.inter cætera, ff.de liberat. legat. l.si seruus vetitus*, & ibi, *Bart.ff.de leg.primo. Couar. var. lib.2.cap.14.num.2.vers.prima conclusio.*

Quarto loco fuit consideratum, quod erant ponenda ad introitum huius Bursæ scut. 7707. pro residuo pretij grani de anno 1626. vt referunt dicti Periti de partibus, in Summario num. 18. Nam cum Capitulum prætendat, quod redditus non sufficiant, vt ipsi possint percipere regalia sex, & Portionarij, tria, istud residuum non est ponendum ad in-
30 troitum post annum 1626. sed † de eo est habenda ratio in ponenda quantitate fructuum de anno 1626. *ad l. 1. C. de hæred. inst. l. vxori in fin.* cum ibi *not ff.de leg.3. Alex.cons. 26.num.3.lib.4.* licet secus esset, si Canonici, & Portionarij fuissent satisfacti de integris suis distributionibus pro dicto anno 1626. & pro annis antecedentibus, per superiùs deducta in tertia consideratione.

Quinto, & vltimo loco fuit consideratum, quod ad introitum huius Bursæ sunt ponenda scuta 4000. ex redditibus infirmariæ, & Capellaniæ maioris, cũ huic Bursæ fuerint applicata, vt patet ex attestatione Commissarij subdelegati à D. Archiepiscopo Cæsaraugustano pro his computis faciendis, quæ à Peritis non potuerunt liquidari in certa summa propter denegationem librorum factam à Capitulo, vt patet ex Summario Portionariorum nu. 19. & 20. quæ summa spatio 22. annorum ascendit ad scuta 8000.

Istæ autem quinquè partitæ ascendunt ad summam scutorum 160152. & computatæ cum alijs ascendunt ad summam scutorum 222907. ex quibus inficiari nõ potest, quod non potuerunt minui distributiones, cum redditus superabundent; & hæc tantò magis placuerunt Dominis, quia disputatio sit ad effectum, vt videatur, An fructus sint diminuti, itaut Portionarij non possint petere manutentionem in possessione regalium trium dietim, ad quem effectum dictæ probationes superabundant; Nam etiam admisso, quod aliquæ ex dictis partitis essent ponendæ ad exitum Bursæ, & aliquæ detrahendæ ab introitu, etiam ad summam scutorum 50000. & vltra, adhuc tamen constat de tanto redditu dictæ Bursæ, vt abundè possit respondere de solita portione ad rationem trium regalium, pro quolibet Portionario, etiam cum substentatione aliorum onerum suorum. Et ita conclusum &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Saluiani.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

In melioramentorum materia, quid sit attēdendum. Melioramenta, & ædificia cedunt domino soli, & quando hoc procedat.

cedat. Census an, & quando possint constitui super melioramentis, vide distinctionem, cum nonnullis alijs circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *In melioramentorum materia non attenditur, quid impensum fuit, sed quid fuit melioratum.*
2 *In melioramentis, si minus impensum sit, quàm melioratum, solùm debetur, & attenditur id, quod minus est.*
3 *In melioramentis solum recuperatur id, quod verè fuit impensum, & non id, quod inutiliter fuit erogatum.*
4 *Ruin. in consil. 24. num. 10. c. 1. reprobatur.*
5 *Meliorationes, & ædificium cedunt Domino, & Proprietario soli.*
6 *Aedificans scienter in re aliena, nec dominium acquirit, nec expensas repetit.*
7 *Text. in l. sed &, si quid. ff. de vsufr. declaratur.*
8 *Colono vsufructuarij denegatur repetitio melioramentorum factorum in re conducta.*
9 *Vsufructuarius, si ædificet in re sibi concessa in vsufructu, sibi imputet, si id quod fecit tollere non possit propter ornatum Vrbis, & num. 10. & 35.*
11 *Pater vsumfructum habens in bonis filiorum, si quid in eis impendat, vel ædificet, non sibi acquirit, sed melioratum, & ædificatum spectat ad filios.*
12 *Census in re aliena imponi minimè potest, & num. 34.*
13 *Tertius possessor potest opponere exceptionem, quod melioramenta super quibus est appositus census, non sunt de dominio imponentis.*
14 *Census constitui non potest super credito.*
15 *Census non est validus, si sit constitutus super iuribus.*
Iura, non veniunt appellatione immobilium, num. 15.
Iura se fructus non gignunt, num. 15.
16 *Census debet imponi super re immobili, & de sui natura fructifera.*
17 *Actiones licet secundùm aliquos connumerentur inter bona immobilia, nihilominus stabiles non sunt, nec de sui natura fructiferæ.*
18 *Census super re aliena rectè non constituitur.*
19 *Census imponi potest ab emphyteuta, à feudatario, & grauato per fideicommissum, & ab alijs, qui ad restitutionem bonorum melioramentorum tenentur.*
20 *Census imponi potest super melioramentis, quando is, qui ea fecit, interim est Dominus rei melioratæ, & pleno iure, & bona fide possidet. & num. 22.*
21 *Decis. 55. post Cenc. in tract. de Censib. & aliæ declarantur.*
23 *Melioramenta facta à grauato in bonis fideicommisso subiectis, non veniunt in restitutione fideicommissi, sed per viam detractionis remanent penès ipsum.*
24 *Census sustineri potest super re fideicommisso subiecta, quando vel est in parte libera, vel est impositus ab eo, cui competunt detractiones.*
25 *Melioramenta, quæ sunt ab emphyteuta, vel feudatario facta, non dicuntur feudalia, aut emphyteotica, etiamsi principale subiectum sit feudale, vel emphyteoticum.*
26 *Sed transeunt ad hæredes, & successores emphyteutæ, vel feudatarij meliorantis.*
27 *Grauatus restituere, & emphyteuta priuarentur dominio, & iure vtendi re, si eis in illis bonis interdictum esset imponere census.*
28 *Vsufructuarius dicitur habere ius tantum in re.*
Vsufructuarius dicitur frui re ipsa, non iure dominij, sed iure seruitutis, num. 28.
29 *Ius, quod habet vsufructuarius est multò debilius, quam ius emphyteutæ, & grauati.*
30 *Vsufructuarius non potest imponere censum super melioramentis ab eo factis in re vsufructuaria.*
31 *Vsufructuarius numquàm est Dominus melioramentorũ ab eo in re factorum, sed statim quoad dominium, & proprietatem acquiruntur Domino fundi.*
32 *Vsufructuarius meliorans rem vsufructuariam dicitur dolo facere, & quare. num. 33.*
36 *Vsufructuarius expensas, in ædificio factas recuperare potest, quatenus domus est effecta prætiosor.*
Expensas factas, in aliqua re, si sit effecta prætiosor, quilibet tertius possessor potest repetere. num. 36. & de veritate huius opinionis, vide num. 38.
39 *Census super credito non fructifero constitui non potest.*
40 *Bartol. in l. 2. C. de præd. omnib. Nauic. lib. 11. declaratur.*
41 *Vsufructuarius repetit expensas necessarias, quæ ad perpetuam proprietarij vtilitatem pertinent.*
42 *Vsufructuarius non repetit expensas factas in re vsufructuaria ad sui ipsius vtilitatem.*
43 *Vsufructuarij partes sunt tueri, quod accepit, & non nouum facere, etiam in fauorem Domini.*
44 *Colono vsufructuarij denegatur repetitio melioramentorum factorum in re conducta, quia præspicere debebat resolubilitatem iuris ipsius vsufructuarij.*
45 *Aedificans scienter in fundo alieno, ædificium cedit Domino fundi, & nihil potest repeti.*
46 *Illatio non fit ad diuersa.*

DECISIO CXVI.

POstquam Dominicus Victorius de anno 1594. donauerat, & quidem donatione inter viuos, & ex causa matrimonij, omnia sua bona Nepotibus, & aliis descendentibus ex Balthassare filio nascituris, reseruaueratq. sibi quingentos, ad effectum testandi, necnon vsumfructum bonorum donatorum, primum sibi, deindè Balthassari filio, cuiuslibet ipsorum vita naturali durante; De anno 1619. dictus Balthassar cùm aliqua melioramenta fecisset in Palatio, quod nuper emptum fuit à R.P.D. Grato, nempè Angulum domus, seù vt dicitur Cãtonata, salam, & apothecam in parte inferiori, super istis melioramentis idem Balthassar imposuit Censum redimibilem, illumque vendidit D. Ferranti Beger, qui hodiè petebat Immissionem vigore Saluiani in possessionem istius Palatii pro consequẽdis fructibus decursis, & decurrendis vigore Census super dictis melioramentis impositi, & Domini non esse dandam Immissionem responderunt. Tùm quia non probantur hæc melioramenta, Tùm quia, esto quod probarentur, super illis censum rectè imponi non posse visum fuit.

Non probantur melioramenta, quoniam in hac materia
1 non † attenditur quid impensum fuerit, sed quid fuerit melioratum, Immo & si minus impensum sit, quàm melioratum,
2 † solum debetur, & attenditur id quod minus est, dictante id ratione naturali, vt scilicet solum recuperetur id
3 quod verè fuit impensum, & non † repetatur id quod inutiliter fuit erogatum, & ex quo res non est facta melior,

nec

nec preciosior, ita per tex. in l. in fundo, versic. & si plus, ff.
de rei vindicat. originaliter consuluit Castr. consil. 270. lib.
2. quem sequitur Curt. Iun. consil. 144 num. 7 Siluan consil.
49 num. 75. Capic decis. 93 num. 9. Ioseph. Ludou. decis. Pe-
rus. 58 num. 15. Theusar decis. 351. num. 1. Rimin. Iun. con-
sil 311. num. 38. & seqq. per tot. consil. vbi opinionem Ca-
4 strensis acritèr, & doctè contra † Ruinum defendit, La-
derch. consil. 144. per totum, vbi num. 3. animosè affirmat
ab hac opinione neminem præter Ruinum dissentire, &
ferè innumeros congerit Amat. Panorm. resol. 14. num. 62.
& seqq. Valasch. de iure emphit. q. 25. num. 28 & Giurb. ad
consuetud Messan cap. 15 glo. 12. par. 1 num. 5. & Rota etiā
fuit amplexa coram Card. Seraph decis 899. num. 1. vbi de
communi testatur, & decis. 81. num. 2. & 4. post Pacif. de
Saluian. & in recent. decis. 650. num. 2. par. 2. atquè in Pe-
rusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram
Reuerendiss. D. meo Decano, & propterea cum testes non
aperiāt, quid impensum, nec quantum melioratum fuerit à
Balthassare, non videtur constare de tali melioratione, su-
per qua iste Census constitui potuerit, nec apparet quantū
occasione dd. melioramentorum aucta fuerit æstimatio
huius Palatij, super quo augmento expressim fuit impositus
Census, & Testes etiam non benè inter se conueniunt,
vnus enim affirmat ambitum salæ muris quidem fuisse
prius septum, sed discoopertum; alter verò salam iam
constructam, & coopertam, sed ex depressiori magis e-
latam.

Non etiam potuisse imponi Censum super istis melio-
ramentis, quatenus iustificarentur ex eo Domini censebāt,
quoniam de tempore impositionis, Balthassar non erat Do-
minus Palatij, sed vsufructuarius, iam enim Dominicus Pa-
ter Balthassaris donauerat illud nepotibus ex filio, reserua-
ueratque Balthassari filio solum vsumfructum, & proinde
meliorationes factæ ab eodem spectabant statim ad filios
5 donatarios, quibus † tanquam dominis, & proprietariis soli,
ædificium, & meliorationes cesserunt, §. ex diuerso instit.
de rer. diuis. l. adeo, §. ex diuerso, & l. si supra, §. sed Procu-
lus, ff. de aquir. rer. dom. l. redemptores, ff. de rei vindic. & l.
2. C. eod. & ipse Balthassar vsufructuarius nedum non ac-
6 quisiuit dominium melioramentorum, † quæ ipse sciens
fecerit, sed nec expensas repetere potest, vt bene colligitur
ex responso Neratij in l. vsufructuarius 51 ff. de vsufr. &
l. vsufructuarius 68. ac l. sed & si quid inædificauerit 19. ff.
7 eodem, qui textus loquuntur † de melioratione, quæ resul-
tat ex impositione tectorij, quæ pars est etiam melioramē-
torum, de quibus agitur in casu præsenti, & fortior etiam
est Textus in leg. si quis domum, §. hic subiungi, & §. idem
8 quærit, ff. locati, vbi Vlpianus, colono † vsufructuarij dene-
gat repetitionem melioramentorum factorum in re con-
ducta, quia prospicere debuit euenire posse, vt ius vsufru-
ctuarij resoluatur, vnde multo æquius est, vt idem seruetur
in vsufructuario; imputet enim sibi ipse vsufructuarius,
9 † qui lege resistente, ac nolente inædificauerit, id quod tol-
lere non potest, renuente etiam propter Vrbis decorem
vltra Iura præallegata, dispositione l. 2. C. de ædific. priuatis,
l. Prætor. §. hoc interdictum, ff. de nou. oper. nunciat. & quod
10 se † aliquo remedio vindicare non posse, scire debuit, vt
notant DD. in d. l. sed, & si quid inædificauerit, ff. de vsufr.
Castill. de vsufr. cap. 33. sub num. 12. atquè magis ad suam
voluptatem, quam ad vtilitatem domini pertinere, intelle-
xit, in quo motiuo niti, ll. vsufructuarias 51. & 68. arbitra-
tus est, Garz. de expens. & meliorat. cap. 11. sub num. 28.
11 quod idem procedit etiam in Patre † vsufructuario, qui si
impendat in bonis aduentitijs filiorum, non sibi acquirit,
sed ædificatum, & melioratum spectat ad filios, licet deinde
ipse Pater impensas repetat, iuxta tradita per Bald. in auth.
excipitur, num. 4. C. de bon. quæ liber. Castr. in leg. fin. §. vbi
autem in vnum, num. 7. versic. & ideo si Pater, C. eodem. Pi-
nel. in l. 1. in 2. par. num. 69. C. de bon. matern. Alba. consilio
241. num. 22. versic. si verò Garz. de expens. & meliorat. cap.
11. num. 13. versic. ob idquè Giurb. ad consuetud. Messan. c.
15. glo. 13. par. 1. num. 3. versic. in patre. Guttier. pract. quæst.
cap. 89. nu. 5. lib. 5. quæ expensarum repetitio ex priuilegio
Patri videtur concessa ratione legitimæ administrationis,
quam habet in bonis filiorum, vt innuit Castill. de vsufr. c.
33. num. 21.

Hoc posito, quod Balthassar non esset Dominus melio-
ramentorum, sed tantùm creditor impensarum, intrāt duæ
conclusiones pro nullitate census.
12 Prima est, quod super re aliena † Census imponi non
potest, quia esset absque fundo contra formam Constitu-
tionis san. mem. Pij Quinti, ità Rota decis. 678. num. 5. par. 1.
recent. plenè Modern. Perus. de Censib. par. 1. cap. 2. quæst. 2.
art. 1. num. 6 & 7. M. Anton. Amat. decis. March. 6. num.
6. & 7. Duard. ad Bullam Pij Quinti, §. 1. quæst. 5. num. 2 &
13 & seqq. & tertius † possessor, qualis est R.P.D. Gratus po-
test opponere huiusmodi exceptionem, quod scilicet me-
lioramenta, super quibus impositus fuit census, non erant
de dominio Balthassaris imponentis, Petr. Gregor. de censi-
bus, quæst. 5. num. 12. ibiquè Mastrill. in addit. num. 163.
Iacob. Chirco eodem tract. num. 20. in fin. versic. & aduertè.
Franc. Prouenzal. d. tract. num. 9. Lud. Montalt. num. 18.
in fin. & 19. Io. Aloys. de septim. num. 104. & 105. Nicol. Sa-
uan. num. 3. Blasi hus Lancea, num. 48. Milanens. decis. 1.
num. 103. lib. 2.
14 Secunda est conclusio, quod super † credito in terminis
Bullæ, non potest imponi census, cum & super Iuribus in-
corporalibus, & actionibus tàm ad res mobiles, quàm im-
mobiles competentibus, census identidem constitui non
possit, Rebel. de oblig. Iust. lib. 10. quæst 6. num. 4. versic. non
tamen. Eugen. consil. 100. num. 39 lib. 1. Modern. Perusin.
de censib. par. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 5. num. 5. & seqq. Ma-
strill. in addit. ad Petr. Gregor. de censib. quæst. 5. num. 105.
15 vbi negat validum esse † censum constitutum super Iuri-
bus, quia non veniunt appellatione immobilium, nec per se
gignunt fructus, & Bulla sanct. mem. Pij V. statuit illius im-
16 positionem super re immobili, † & de sui natura fructife-
ra, Auedan. de Cens. Hispan. cap. 56. nu. 15. Duard. ad Bul-
lam san. mem. Pij V. §. 1. quæst. 32. num. 3. & 4. vbi quod licet
17 secundùm † aliquos, actiones huiusmodi inter bona im-
mobilia connumerentur, nihilominus stabiles non sunt, nec
de sui natura fructiferæ.

Ex quibus conclusionibus necessariò sequitur nullitas
census, de quo agitur, si enim Balthassar tantùm erat credi-
tor impensarum, & melioramentorum super isto credito,
non rectè impositus fuit census, minusque imponi potuit
super proprietate, & dominio melioramentorum, quia hęc
18 erant filiorum, & super † re aliena non rectè constituitur
census, vt supra dictum fuit.

Non obstant decisiones, in quibus resolutum fuit censum
imponi posse ab emphyteuta, à feudatario, à grauato, & ab
19 alijs, qui ad restitutionem † bonorum melioratorum tenē-
tur, prout de grauato est decis. 55. num. 6. & 59. num. 12. &
13. post Modern. Perus. de censibus, & decis. 344. num. 2. par.
4. diuers. & notant Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis.
225. num. 16. versic. item si nulla, Modern. Perus. de censi-
bus par. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 6. num. 27. Duard. ad Bullam
san. mem. Pij V. §. 1. quæst. 7. num. 37. de feudatario autem, seù
emphyteuta extat decisio 40. post Modern. Perus. de censi-
bus, & decis. 349. num. 1. par. 2. recen. & tradunt ijdem Mo-
dern. Perus. de censib. par. 1. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 16. & art.
2. num. 17. Duard. ad Bullam san. mem. Pij V. §. 1. q. 10. num.
29. & q. 12. num. 51. Amat. Panorm. qui plures congerit re-
sol. 3. num. 80.

Quoniam pro responsione distinguendi sunt duo casus.
20 Primus est, quando is qui melioramenta † fecit interim
est Dominus ipsius rei melioratæ, & pleno iure, ac bona fi-
de, tanquam Dominus illam possidet, qualis est grauatus ex
fideicommisso restituere post eius obitum, vel sub aliqua
conditione, leg. generaliter, §. sub conditione, ff. qui & à qui-
bus, l. Iulianus, ff. de rei vendicat. Peregr. de fideicomm. art.
3. num. 96. & art. 40. num. 6. in quibus terminis loquuntur
21 † decis. 55. post Moder. Perus. de censibus, & decis. 344. par.
4. diuers. & quotquot DD. & decisiones supra allegatæ
fuerunt, vel idem meliorans habet dominium saltem vti-
le, veluti fæudatarius, & emphyteuta, l. 1. & 2. ff. si ager ve-
ctigal. vel emphyt. petatur, cum concordantibus, in quibus
terminis emanarunt decis. 40. post d. Modern. Perus. de cen-
sibus,

sibus,& decis.349. par.2.recent. atquè alia. Et in isto casu
22 rectè census imponi † potest super melioramentis, & sustinetur etiam postquàm venit casus restitutionis rei melioratæ, quia ipse melioransde tempore factæ meliorationis erat nedum bonæ fidei possessor, sed & verè dominus, licet res ad alium esset aliquãdo reuersura, & ab initio proprietas melioramentorum acquisita fuit ipsi melioranti, vtpotè, facta in re, quæ tunc erat sub illius dominio, ideòque
23 nec huiusmodi † melioramenta veniunt in restitutione fideicommissi, sed per viam detractionis remanent libera ipsi hæredi grauato, vt benè inquit *Rota d. decis. 344. num. 2. versic. & non comprahenduntur, par.4. diuers.* & sic super istis melioramentis rectè subsistit census, quemadmo-
24 dùm, & super re ipsa fideicommisso supposita sustineri † censum, quando vel est in parte libera, vel census est impositus ab eo, cui competunt detractiones ratione legitimę, & trebellianicæ, pluries resoluit *Rota, vt in decis.49. num. 1.& 2.& decis.53.num.5.post Modern. Perus de censib. & in decis.559.num.9.par.1.& decis.620.num.4 par.2.recent. & coram Reuerendiss. D.meo Decano decis.453.num.1. & 2.ac in Romana, seu Ciuitatis Castelli Census 27. Maij 1630.coram R.P.D.meo Pirouano.* Prout & eiusdem iu-
25 ris est † quando melioramenta sunt ab emphyteuta, vel feudatario facta, quę feudalia, & emphyteotica non dicuntur, etiam si subiectum principale sit feudale, seù emphy-
26 teoticum, sed transcunt ad † hæredes, & successores emphyteutæ melioramentis, vt ponderauit *Rota in d. decis. 349.num.1.par.2.recent.* vndè meritò, & super his melioramentis impositus census est validus, nec enim vlla æquitas, aut ratio patitur, vt huiusmodi grauatus, seù emphyteuta priuetur dominio, & iure vtendi re sua, quemadmodùm
27 † priuarentur, si censusimpositio esset illis interdicta, & quàmuis Domini sint temporaliter, & aliquo tempore, siue adueniente aliqua conditione teneantur ad restitutionem, tamen hoc est euentuale, & multa contingere possunt, ex quibus onus restitutionis expiret, & res perpetuò penès ipsos remaneat.

Secundus verò est casus, quando is, qui fecit melioramẽta, nullum habebat dominium in re meliorata, sed solummodo quandam possessionem, qualis est vsufructuarius,
28 † qui dicitur habere ius dumtaxat in rem, reque ipsa frui debet, non quidem iure dominij, sed seruitutis, *l. vti frui,*
29 *§.vtrùm autem, ff. si vsufructus petatur*, quod ius † multò debilius est, quam ius emphyteutæ, vel grauati, vt tradit *Alba consil.454.num.5.Castill.de vsufruc.c.5.num.17.* &
30 in isto casu census ab vsufructuario † super melioramentis impositus nullatenus sustinetur.

Tùm quia dd. melioramentorũ ipse vsufructuarius nun-
31 quàm fuit Dominus, † sed statim quoad dominium, & plenam proprietatem acquiruntur Domino fundi, seu proprietario, & idem vsufructuarius, quia tàm & si meliorem, excolendo ædificium, Domini causam faciat, non tamen id iure suo facere potest, vt sunt verba *text. in l. vsufructua-*
32 *rius 51.ff. de vsufruc.* & ideo quodammodò † malæ fidei possessor, siuè meliorator dici potest, vt obseruauit *Hotoman.de feud.lib.2.§ si vassallus, fol.263.* & sequitur *Castill. de vsufruct.cap.33. sub num.12. versic. quarto, & vltimo;*
33 suspicari enim licet, quod vsufructuarius non sine dolo † domum inædificauerit, nempè vt hæredibus ansam præbeat, post eius mortem diutius insistendi in domo meliorata & sub prætextu meliorationis illam retinendi in præiudicium, & damnum veri Domini, & Proprietarij, vnde meri-
34 tò huiusmodi † census super re non sua, sed aliena impositus, non subsistit.

Tùm etiam, quia quatenus malæ fidei possessor, siuè meliorator dici non debeat vsufructuarius, lege prohibente inædificans; quippe quod eo animo ædificium perficere
35 potuerit, † quod intellexerit id optari à proprietario, prout reprobandò Hotomanum tradit *Garz. de expens.& meliorat.cap.11.num.28. versic. nec constituendum*, & quod vsufructuarius expensas in ædificio factas recuperare pos-
36 sit, † quatenùs domus est effecta pretiosior, prout quemcumquè tertium possessorem illas consequi posse, ne vnus
37 cum alterius † iactura locupletetur, per *text. in l.2. C. de prædijs, & omnibus reb. nauicular. lib.11.* docuit *Bart. ibi.* & sequutus est *Ias. in l. creditor. la prima, num.7. ff. si cert. pet. Soccin.sen.consil.224.num.2.lib.2. Garz. de expens. & meliorat. cap.18. num.55. & seqq.* & conclusionem Bartoli
38 † esse communiter receptam, neminemque ab ea inueniri dissentientem, immo contrariam sententiam nullo iure posse defendi, & æquitati naturali esse repugnantem, tradit *Thesaur.Iun.quæst.71.num.4.& 5.lib.1. Amat. Panormit.resol.3.num.78.& 79.* qui loquitur de expensis factis in ædificio, in alieno solo constructo, *Giurb. ad consuetud. Messan.cap.15.glo.13.par.1. num.3.* vbi exemplicat in omnibus, qui habent ius in re, Adhuc census non sustineretur, quia semper verùm esset, cẽsum esse impositum super cre-
39 dito impensarum in melioramentis factarum, †, at super credito non fructifero census constitui non potest, vt superiùs in secunda conclusione fuit firmatum.

40 Assertio autem illa deducta † ex *Bartolo in d. l. 2. C. de prædijs, & omnibus reb. Nauicul.lib.11.* quoad tertium possessorem, quod scilicet regulariter tertio possessori melioramentorum repetitio permittitur, procedere quidem potest in vsufructuario, quando fecerit impensas in conseruatione rei necessarias, quæ non modicæ sint, & ad perpetuam
41 † proprietatij vtilitatem pertineant, & in quibus cesset suspicio illa malæ fidei, & quarum deductio vsufructuario permittitur in *l. hactenus ff. de vsufruct. cum concord.* Secus autem est dicendum, de impensis factis in constructione noui ædificij, vel additamento tectorij, siue incrustationum
42 ad ædificium iam constructum, † quæ potius ad sui ipsius voluptatem, & oblectamentum spectant, & excedunt me-
43 tas facultatis ipsius vsufructuarij, cuius partes sunt † tueri, quod accepit, non nouum facere, etiam in fauorem Domini, vt loquuntur responsa *Neratij in l. vsufructuarius 51. et 68.ff.de vsufruct.et text.in l.si quis domum, §.hic subiungi, et §. idem quærit, ff. locati*, in qua lege etiam colono
44 † vsufructuarij denegatur repetitio melioramentorum factorum in re conducta, quia prospicere debuit debilitatẽ, & resolubilitatem Iuris ipsius vsufructuarij, vt supra dictũ fuit; Et in his expensis vsufructuarius, quia scit rem esse alie-
45 nam, † nec Iure dominij possidet, ideò meritò subiacet regulæ, *§ ex aduerso, Instit. de rer. diuis.* neque de his loquuntur *Bart.* & alij præallegati DD. prout apposite distinguit *Peregrin. de fideicommiss. art.50.num.42.* & conferunt tradita per *Valasc. de iur. emphyteut. quæst. 25. num.35.* quicquid postea dicat de stylo Senatus Lusitani, quem æquiorem putat.

Ex quorum casuum distinctione, benè deprehenditur non obstare decisiones in obiecto deductas, quia emanarunt in terminis primi casus, qui cum toto cœlo distet à secundo casu, in quo versatur præsens controuersia, meri-
46 tò ad istius † definitionem decisiones illæ trahi non possunt, *l. si ita, ff. de manumiss. testam. l. si seruus, ff. de statu liber.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Romana Hæreditatis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Vrb. lib. 1. Cap. 131.

SVMMARIVM.

1 *Statut.Vrb.lib.1.c.131.disponit, quod marito decedente superstite vxore, cùm liberis, vxor quartam partẽ dotis ad vsumfructum tantum, de bonis mariti lucretur.*

2 *Vsus-*

2 *Vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & ad hæredes non transmittitur, & num.5.*
3 *Quartum dotale ex statut. Vrb.lib.1.cap.131.debetur filijs, vti hæredibus, & non vt filijs, & num.6.vide rationem num.7.*
4 *Dictio, tantum, est taxatiua.*
8 *Afflict.decis.37.& 314.reijciuntur.*
9 *Decis.209.num.3.par.1.in recent. corruit, cùm sit solum fundata in decis. Afflict.37. & 314. quæ non subsistunt, & attendi non debent.*
10 *Lucra nuptialia spectant de Iure ad filios, licet non sint hæredes patris, vel matris.*
11 *Statutum, quando dicit, quod aliquid sit faciendum iuxta dispositionem Iuris communis, debet intelligi de illa dispositione Iuris, quæ loquitur in terminis Statuti, & num. 14.*
12 *L. generaliter, & Auth. hæres, C. de secund. nupt. declarantur.*
13 *Vxor transiens ad secunda vota priuatur proprietate, eorum, quæ fuit super lucrata ex donatione propter nuptias, & acquiruntur ipso iure filijs primi matrimonij.*
15 *Vsusfructus, quando finitur, consolidatur cum proprietate.*

DECISIO CXVII.

Agitur de quarto dotali scut.2350. super lucrato per Septimiam Mancinam in bonis Dominici viri prædefuncti, nam Cleria communis filia, quæ à dicto Dominico fuit post mortem Septimiæ matris substituta, in dimidia hæreditatis occupauit etiam aliam medietatem relictam Archiconfraternitati eamquè retinere contendit pro dicto prætenso credito quarti dotalis, tanquàm filia, & hæres suæ matris, sed proposito super hoc particulari dubio Domini contra Cleriam responderunt, & moti sunt, quia extat in Vrbe Statutum in capit. 131. lib. 1. Vbi † disponitur,
1 quod marito decedente superstite vxore cum liberis, qui est casus noster, vxor quartam partem dotis ad vsumfructũ tantùm de bonis mariti lucretur, si igitur Septimia mater Cleriæ non superlucrata est dictum quartum dotale, nisi quoad vsumfructum, inde sequitur, vt nihil possit in illo
2 prætendere Cleria, vti illius filia, & hæres, † quia vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & ad hæredes non transmittitur, §. *finitur Instit. de vsufr.* sed redit ad proprietatẽ, *Tiraq. in tract. de mort. §.3. declarat. 1. num.6. & 7. Rot. decis.653. num.1. in fine par.2. recent.*

Si verò Cleria prætendit post mortem matris ex eodem Statuto dictum quartum dotale sibi deferri vti filiæ Dominici, non vti hæredi, & quod propterea sit ab hæreditate eiusdem Dominici separan. & sibi tanquam filiæ applican. Domini responderunt hunc articulum iam fuisse in Rota bene discussum, & resolutum, quod quartum dotale ex Sta-
3 tuto Vrbis, † debeatur filijs, vti hæredibus, non vti filijs, vt latè in decisione Domini mei Decani in *causa Romana de Cauallerijs 22. Martij 1632.* ad quam voluerunt haberi relationem in præsenti decisione. Statutum enim dum in casu existentiæ filiorum defert vxori superstiti quartum re-
4 spectu vsusfructus cùm dictione taxatiua, † tantùm, quæ importat, vt lucrum non acquiratur vxori pleno iure, inde sequitur, quod proprietas illius remanserit in hæreditate coniugis prædefuncti, cùm de illo Statutum non disposuerit, nec ab hæreditate extraxerit; vnde dum mortua vxore
5 † fit locus restitutioni vsusfructus, & Statutum in hoc casu subiungit, quod restituatur cui de Iure, nulla facta mentione filiorum, filij debent, & vsumfructum, & proprietatem
6 capere vti quid hæreditarium patris, non † vti rem propriã illis prouenientem tanquam filijs, vt in his terminis extat *decisio Franch. 106. num. 6.* vbi quod ita sæpe fuit in illo
7 Senatu iudicatũ per rationem, † quod proprietas nũquàm recessit ab hæreditate, à qua nunquam fuit ablata, & ita fuit etiam resolutum *in Romana quarti dotalis 16. Martij 1618.* coram bon. mem. Remboldo, & coram D. meo Pirouano in dicta *decis.653. num.4. & 7. par.2. recent. san. mem. Gregor. decis.398. num.3. seqq. & latè in dicta Romana de Caualerijs.*
8 Non obstat † *decis. Afflict. 37. nu.6. & decis.314. num.3. & seqq.* quæ contrarium decidunt, nempè quod filij in hoc lucro succedant tanquàm filij, & non tanquàm hæredes. Quia istæ decisiones fuerunt sæpe sæpius in eo consilio reiectæ, vt testatur idem *Franch. in d. decis.106. num.6. & 7.* vbi quod hæc opinio non est amplius in dubio reuocanda ex quo contra decisionem *Afflict.* fuit sæpius iudicatum, & idem testatur *Vrsil. ad eandem decis. Afflict. 314. ad fin.* & in illis non fuit considerata supradicta ratio, quod proprietas non fuit ab hæreditate patris separata, & per
9 hanc rationem corruit etiam † *decis.209 par.1. recent.* quæ est solum fundata in decisionibus *Afflicti*, quæ non subsistunt, & attendi non debent, vt supra.

Non obstat, quod mater ex dispositione Statuti teneatur
10 restituere lucrum cui de iure, & de iure † determinetur, quod lucra nuptialia spectent ad filios, licet non sint hæredes Patris, vel matris, vt in *l. generaliter, §. in his autem casibus, iuncta authen. ibi seqq. hæres, & authen. vxore mortua, C. de secundis nupt. cum similibus.* Quia dum Statutum dicit, quod sit facienda restitutio iuxta dispositionem iuris
11 communis † debet intelligi de illa dispositione iuris, quæ loquitur in terminis eiusdem Statuti disponentis solum de vsufructu, & non de proprietate, quæ remansit in hæreditate coniugis prædefuncti, & ideo non est intelligendum de dispositione iuris inducta in *d. l. generaliter, & in d. au-*
12 *then. hæres, C. de secundis nupt.* quia ibi † lex disposuerat tàm de vsufructu, quàm de proprietate, quæ cùm esset ex hæreditate deducta, & vxori superstiti applicata non mirũ si filij tanquàm filij capiunt illud lucrum iure proprio, & non tanquàm hæredes, cùm tanquàm tales non possint capere id quod in hæreditate non reperitur, vltra quod præ-
13 dicta iura loquuntur in terminis coniugis † transeuntis ad secundas nuptias, propter quas priuatur proprietate, quæ statim ipso iure acquiritur filijs ob priuationem Matris, vel Patris, vt declarat *Bald. in d. l. generaliter, §. in his autem in princ. vsquè ad num.4.* & magistraliter *Corn. in consil.309. num.2. vsquè ad fin. lib.3. Gabr. consil.101. num.11. lib.2. Surd. consil.206. num.12. & seqq. lib.2.* vnde cùm iste non sit casus noster dispositio dictarum legum, non est disposi-
14 tio, de qua loquitur Statutum, & ideo recurrendum † est ad dispositionem iuris communis, quæ decidat quomodò succedant filij circa ea, quæ reperiuntur in hæreditate paterna, & certè nulla oritur dubitatio quin succedant tanquã hæredes, siuè ex testamento, siue ab intestato, & dum ipsi sunt hęredes Testatoris, quòad proprietatem etiam duran-
15 te vsufructu, sequitur, vt eo finito † de iure idem vsusfructus, qui cùm proprietate consolidatur, eisdem hæredibus proprietarijs restituatur, vt per *Cuman. consil.48. Incipit Statutum Florentiæ, circa fin. versic. pro parte autem, Dec. consil.386. num.6. & 7.* & fuit decisum in supradictis causis *coram sanct. mem. Gregor. & Pirouano*, & nouissime *coram Domino meo Decano in Romana de Caualerijs*, cùm qua Domini in omnibus, & per omnia transiuerunt, &c.

Et ita, &c. vna, &c.

R. P. D. PIROVANNO.

Romana donationis de Vrsinis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata trino teste subscripta, quam vim habeat. Donatio, quando non

egeat

egeat insinuatione, & reliqua circa materiam donationis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio est principale requisitum ad effectum immissionis.*
2 *Scriptura priuata trino teste subscripta, de iure dicitur solemnis.*
3 *Scriptura priuata trino teste subscripta, dicitur publica, si partes conueniant, vt vim publici instrumenti habeat.*
4 *Ad probationem contentorum in scriptura priuata, trino teste subscripta, sufficit si reperiatur recognita.*
5 *Donatio non valet, si careat insinuatione de iure requisita, in donationibus excedentibus summam legalem.*
6 *Insinuatio non requiritur in donationibus, vbi iuramentum interuenit.*
7 *Insinuatio non requiritur, quando adest iuramentum, etiamsi per statutum illa requiratur.*
8 *Obligatio de renunciando, idem operatur, quod ipsa renunciatio.*
9 *Pactum de donando idem operatur, quam ipsa donatio.*
10 *Causa finalis in matrimonio illa dicitur, quæ respicit certum matrimonium, non autem in genere contrahendum.*
11 *Donatio respiciens conseruationem familiæ sub certa lege primogenituræ, reputatur ob causam finalem, & est exempta ab onere insinuationis remanet.*
12 *Decisione in causa Romana donationis de Cuppis declaratur.*
13 *Donatio sustineri non potest ex defectu stipulationis, & acceptationis pro absente, & non dum nato.*
14 *Stipulatio ex quo probetur, quod in donatione interuenerit.*
15 *Verbum, promitto, in instrumento publico, si reperiatur, sine dubio importat stipulationem.*
16 *Pater potest stipulari pro filio absente, & pro nascituro.*
17 *Constitut. san. mem. Sixt. V. requirens licentiam Papæ in donatione Castrorum, quando procedat.*
18 *Alienatio de iure non est prohibita.*
19 *Hypotheca non venit appellatione permutationis, & donationis.*
20 *Donans rem, quam quis nesciebat esse alienam, non valet.*
21 *Donatio facta verbis vniuersalibus, sustinetur pro Iure, quod donans habet in re donata.*
22 *Legans, seu donans rem, sciens non esse suam, sed sibi hypothecatam, substinetur pro iure, quod habet in re.*
23 *Donatio in totum corruit ex defectu voluntatis.*
24 *Text. in leg. Iulianus, ff. de legat. 3. declaratur, & num. 26.*
25 *Donatarius, dum potest incumbere rei, donec fuerit satisfactus de ipsa donatione, semper intrant termini, l. Iulianus, ff. de legat. 3.*
27 *Donatio de re aliena tenet, quando fuit facta coniunctæ personæ, licet donator ignorauerit rem esse alterius.*

DECISIO CXVIII.

DVm nuptui tradita fuisset Virginia Comiti Alexandro Vrsino de Pitigliano, pro parte eius dotis à patre suo Enricio recepit Castrum Mompæi, æstimatione conuenta in scutis 14. millibus, progenitis exinde ex eodē matrimonio DD. Ioann. Antonio, Bertoldo, & Cosmo; decessit primò Virginia, cui æqualiter prædicti filij successerunt; decessit secundo loco Comes Alexander, hærede instituto D. Bertoldo, nonnullis legatis D. Cosmo, tertio filio relictis; postmodùm Ioannes Antonius qui successerat vigore antiquæ Primogenituræ, vt decentiùs D. Bertoldus vxorem ducere posset, & familiam, quæ multum cordi erat eidem Ioanni Antonio propagaret, donauit primogenito nascituro de legitimo matrimonio ex D. Bertoldo fratre, *ogni rata, & portione, che se li aspetti del sudetto Castello di Mompeo*; mortuo denique Ioanne Antonio ab intestato.

Primò orta fuit litis inter DD. Bertoldum, & Cosmum fratres super proprietate Castri prædicti, asserente D. Cosmo pro medietate ad se spectare tanquàm de fundo dotali Virginiæ matris, & excipiente D. Bertoldo esse de patrimonio Comitis Alexandri, tanquàm dati in dotem æstimatam, vt propterea ad ipsum iure hæreditario Patris totum spectaret, remanente D. Cosmo tantummodò hypotheca pro recuperatione medietatis pretij eiusdem Castri, & hæc lis, præcedente Rotali resolutione coram bon. mem. Francisco Vbaldo 28. Nouembris 1622. quod Castrum prædictum fuerat datum in dotem æstimatam, fuit per transactionem composita, in qua D. Cosmus dimisit possessionem, & proprietatem dicti Castri, recepto pretio medietatis illius in tot locis Montium, & de hac lite ampliùs non agitur.

Secundò alteralis orta fuit, nato Primogenito filio Do. Bertoldi Alexandro nuncupato, super rata parte ad Ioannem Antonium spectante, & eidem Primogenito nascituro donata, & de hac in præsenti agitur, pro qua, cùm intentatum fuisset remedium adipiscendæ, emanauit sententia absolutoria ad fauorem D. Cosmi; & hodiè dum quæreretur, an eadem sententia sit confirmanda, responsum fuit.

Constare de bono iure Alexandri; sed non competere immissionem.

Fundamentum postremæ partis fuit: quia Dominus Cosmus per transactionem, iam dimiserat possessionem Castri in manibus, & posse D. Bertoldi fratris, recepto pretio in locis Montium; vnde per D. Alexandrum Iuniorem eiusdē D. Bertoldi Primogenitum erat petenda immissio contra Patrem possessorem Castri, non autem contra Dominum
1 Cosmum possessione carentem, cùm ipsa † possessio sit principale requisitum ad effectum immissionis, *l. vnic. C. de alien. mutan. Iud. caus. fact. Papien. in praxi, in lib. in Act. reali, in verbo tenet, & possidet num. 1. Seraph. decis. 1074. in princip.*

De bono autem iure D. Alexandri Iunioris visum fuit constare: quia datur scriptura donationis tàm ab ipso Ioan.
2 Antonio, quàm à D. Bertoldo subscripta, † & trino teste notata, quæ nedùm de iure solemnis dici debet, per *l. scripturas in fine, C. qui potior. in pignor. hab. § si quis igitur vult caute deponere, Auth. de Instrum. caut. & fid. Ias consil. 129. num. 4. volum. 2. Cornel. consil. 129. num. 6. volum. 1. Odd consil. 100. num. 99.* sed, & publica; cùm ex voluntate
3 partium potest † conueniri, prout in hac fuit conuentum, vt vim publici instrumenti habeat *Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Decian. consil. 11. num. 188. lib. 1. Odd. d. consil. 100. nu.*
4 23. quæ cum ad † probationem contentorum sufficiat, si recognita reperitur, *l. publia, ff depos. § si quis igitur in Auth. de Instrum. caut. & fid. Paris. consil. 19. num. 46. & cons. 81. num. 13. vol. 3. Beroi consil. 15 num. 18. vol. 3. Neuizan. cons. 45. num. 14. Crau. cons. 73. num. 15. in fine,* satis patet in verbis, & contextu Ioannem Antonium donasse Primogenito masculo nascituro ex D. Bertoldo, qui nunc est Alexander Iunior, omnem ratam, & portionem sibi spectantem in dicto Castro Mompei, quæ est tertia pars ad se spectans, ratione

ratione successionis in iuribus dotalibus Virginiæ communis matris.

Neque de validitate huius donationis dubitari potest ex
5 eo, quod † careat insinuatione de iure in donationibus summam legalem excedentibus, requisita, per *l. sancimus, C. de donat. Clar. in §. donatio. quæst.* 15. vbi regulam ponit.

Quia cum donatio ipsa contineat causam matrimonij, & legem Primogenituræ iam in familia dictorum fratrum erectæ sequi debeat, ac fuerit in ipsa scriptura donationis conuentum, vt reduceretur in publicum Instrumentum iuratum in amplissimam formam, cum solitis renunciationi-
6 bus futuris insinuationibus. non requiritur † insinuatio, propter vim Iuramenti, secundum veriorem, de qua per *Clar.*
7 *in §. donatio, q.* 18. etiam quod illa requiratur † per statutũ, dum modò vtrumque, & iuramentum, & insinuationõ sint adhibenda, *Seraph. decis.* 472. *n.* 14. *& Rot. decis.* 665. *n.* 7. *p.* 1. *recen.* nec vim facit, quod Iuramẽtũ non fuerit verè præstitum, sed promissum, quia ad effectum renunciationis idẽ
8 † operatur obligatio de renunciando, prout ipsa renun-
9 ciatio; & idem dicitur de obligatione † de donando, prout ipsa donatio, vt latissimè fuit firmatum *in Romana Donationis de Castellanis* 17. *Iunij* 1630. *coram D. meo Decano*; & nihilominus causa matrimonij, & conseruationis familiæ ex lege Primogenituræ iam erectæ, idem operatur pro validitate donationis absquè insinuatione: quia etsi Rota sequatur distinctionem, quod causa finalis illa sit,
10 † quæ respicit certum matrimonium, non autem in genere contrahendum, vt in *decis. Romana de Incasatis coram D. meo Merlino* 16. *Iunij* 1626. *&* 12. *Februarij* 1629. attamen, vbi concurrit causa respiciens conseruationem familiæ sub certa lege Primogenituræ, vt in præsenti, semper
11 † donatio reputatur ob causam finalem, & exempta ab onere insinuationis remanet, *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 18. *Port. Imol. consil.* 81. *num.* 28. *Peregrin. de fideicom. art.* 51. *num.* 64. *Grat. discept.* 924. *num.* 26. *&* 31. & in terminis Primogenituræ Rota sequuta est hanc Molinæ opinionem in *Camerinen. Bonorum de Ottonibus* 17. *Februarij* 1623. *coram Remboldo, & in Romana Hæreditatis de Matthæis* 21. *Maij* 1627. *coram D. Cardin. Virili tunc Rotæ Auditore*; nec prædictis decisionibus contradicunt
12 *Romana donationis de* † *Cuppis*, quæ est 22. inter impressas per Picum post Commentaria ad Statuta Vrbis, & supra allegatæ de Incasatis: quia in prædictis erat contemplata agnatio in genere, & aliæ causæ erant expressæ, ex quibus illa agnationis dignosci non poterat finalis; in præsenti autem sola conseruatio Primogenituræ fuit expressa, quæ tanquàm vnica, & respiciens commodum donantis ratione decoris, & perpetuitatis diuitiarum in familia habetur pro finali, & respicit commodum donantis non simpliciter tertij, quæ ratio mouit Dominos in illis decisionibus de Cuppis, & Incasatis, inter cætera, vt existimarent causam esse impulsiuam non autem finalem.

13 Similiter neque releuat, quod donatio † sustineri non possit defectu stipulationis, & acceptationis pro absente, & nondum nato, *Peregrin. de fideicomm. artic.* 51. *num.* 3. *&* 4. *Mantic. de contract. lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 11. cum alijs allegatis.

Quia de stipulatione dubitari non potest, ex quo in apo-
14 cha legitur † verbum, *promette*, & in fine adest acceptatio D. Bertoldi, quæ important stipulationem, secundùm veriorem, de qua per *Cagnol. in l. lecta, num.* 92. *ff. si cert. petat. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 41. *num.* 10. & eo maximè quia apocha erat redigenda in publicum In-
15 strumentum, in quo absquè hæsitatione verbum † *promitto* importat stipulationem, *§ si scriptum, Instit. de inutil. stipul. l.* 1. *C. de contrah. & commit. stipulat.* & latissimè comprobat hanc conclusionem, *Surd. decis.* 115. *num.* 4. posita autem stipulatione de releuantia non erit dubitandum,
16 quia Pater potest stipulari † pro filio absente, & pro nascituro, *Bart. in l. quod dicitur, num.* 4. *&* 12. *ff. de verbor. obligat. Peregrin. consil.* 8. *num.* 42. *lib.* 1. *& de fideicom. art.* 51. *num.* 6. *Mant. de contr. lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 6. *&* 19. *Rota decis.* 282. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

17 Constitutio autem † san. mem. Sixti Quinti requirens licentiam Papæ in donatione Castrorum, non etiam resisti potentiæ donantis.

Quia quicquid hæsitari posset in donatione Castri, prout loquitur eadem Constitutio, quando mutantur personæ inuestitæ, & nos versamur in donatione facta Consorti, in quem ex intentione Bullæ non cadit prohibitio, & de Iure
18 non est † prohibita alienatio, vt in emphyteusi firmant relati per *Corbulum de caus. priuat. ampliat.* 12. *num.* 7. & in Patronatu est *decisio Achillis* 10. *de Iurepatron.* & vbi non agitur de translatione dominij, vt in præsenti, quia illud remansit in hæreditate Alexandri Patris propter dotem æstimatam, vt supra dictum fuit, cessat omnis controuersia ratione translationis hypothecæ super Castro pro consequẽdo pretio ratæ spectantis ad donantem, de qua non loqui-
19 tur Bulla, sed tantummodò † de permutatione, & donatione, quorum appellatione non venit hypotheca, *Cyn. in leg. finali, num.* 2. *in tertia oppos. C. de reb. non alienan. Odd. de prohib. alienat. fideicomm. q.* 24. *num.* 84. *Fusar. q.* 695. *num.* 18. & idem in terminis dictæ Bullæ fuit firmatum *in Romana, seù Sabinen. Census* 17. *Nouemb.* 1628. *coram D. Cardinali Virili.*

Non obstat, quod data validitate dispositionis, & potestate disponendi, semper tamen deficiat voluntas donantis, qui vult donare ratam Castri, non autem iura tertiæ partis dotis; vnde si de Castri proprietate non potuit disponere, cum non esset fundus dotalis, sed æstimatus, & translatus in dominium Alexandri mariti, iuxtà resolutionem supradictam coram bonæ memoriæ Francisco Vbaldo, de iuribus, & hypotheca dicebatur non esse agendum, pro
20 quibus voluntas donantis non probatur, † sed de proprietate inutiliter donata ab ignorante suam non esse, *§. non solum Instit. de legat. l. vnum ex familia, § si rem tuam, ff. de legat.* 2. *l. cum alienam, C. de legat. Mant. de coniec. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 1. *Crass. in §. legatum, q.* 14. *num.* 2. *Menoc. præsumpt.* 116. *num.* 13. *lib.* 4. cum alijs allegatis.

Quia, cum verba donationis dicant, *dona irreuocabilmẽte ogni rata, & portione, che se aspetti al predetto Signor Marchese del sudetto Castello*; ratione illius verbi vniuer-
21 salis, † sustinetur donatio pro iure, quod habebat donans in dote Virginiæ matris per *l. Iulianus,* 66. *ff. de lega.* 3. *in prin.* ibi, *Prædium Seianum omne, eam quoquè partem fundi suprascripti, quasi ad se pertinentem videri per fideicommissum reliquisse, quam ex causa pignoris nactus esset*, & per illum textum, idem firmarunt *Abb. in c. filius, num.* 4. *& Couar. num.* 2 *de testam. Mant. de coniect. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 15. *Alex. consil.* 47. *num.* 4. *lib.* 3.

22 Nec potest euitari dispositio dictæ † *l. Iulianus*, ex eo, quod benè procedat, quando legans, & seù donans sciebat illam rem non esse suam, sed sibi hypothecatam, & in ea habere tantùm Ius pignoris, & tunc sustinetur donatio pro iure, quod habet in re; secùs autem circumscripta sciẽtia pignoris, & datã opinione donandi Castrum in proprietate portionis, quam putabat ex particulari causa dotis maternæ ad se iure dominij spectare, cum tamen ad hæredem Comitis Alexandri, qui est D. Bertoldus pertineret, & sic
23 aliena † esset; vt tunc defectu voluntatis corruat tota donatio *Imola in l. vnum ex familia, l. sed si quidem, num.* 19. *ff. de legat.* 2. *Mant. de coniect. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 20. *& Ias. in l. si domus, §. si fundus num.* 25. *ff. de legat. primo*, qui conclusionem limitat in hac parte, quando donãs intendebat donare rem ipsam totaliter, non autem ius, quod habebat in re, & prout videntur indicare illa verba, *ogni rata, & portione, che si aspetti al sudetto Sig. Marchese.*

24 Quia benè sustinetur eadem dispositio † *l. Iulianus*, quãdo, qui rem, quam legat aut donat, illam quoquè possidet, vt in præsenti contigit; nam sicuti ratione illius vniuersalis, *omnis*, includeretur, nedum quod donãs habet vti proprietarius, sed etiam, quod retinet iure pignoris, respectu partis consocij, vt in verbis dicit contextus; ita circumscripta parte proprietatis non suę remanet donatio in parte pignorata, quæ cum transeat ad donatarium cum suo effectu in
25 eadem parte, dum potest † donatarius incumbere rei, donec fuerit satisfactus de ipsa donatione, semper intrant termini dictæ *l. Iulianus*, vt benè ponderat *Alex. dicto consil.* 47. *num.* 4.

47.num.4.lib.5.& *Iaſ.in eadem l.ſi domus,§. ſi fundus, nu.* 15.admittit,& comprobat;& propterea quod ſubijcit idem *Iaſ. dicto num. 15. in ſeptima limitatione*, non pertinet 26 † ad *leg.Iulianus*, quæ præſupponit donantem eſſe poſſeſſorem partis pignoratæ, & quod illa pars ſit tranſitoria ad donatarium, cum ſuo effectu retinendi pignus, donec fuerit ſatisfactus,ſed potiùs reſpicit terminos, *leg.ſi domus, §. finali, ff. de legat.primo*, ad euitandam maiorem obligationem legantis, vel donantis, aut eius hæredis in præſtando æſtimationem; dum diſpoſitio poteſt ſuſtineri in omni iure,quod habet in re,limitando exinde,niſi donans intendebat rem ipſam totaliter donare.

Et prædicta eo faciliora reddebantur, dum agitur de donatione facta à fratre fratri, & ſeu nepoti naſcituro ex 27 fratre, quæ † tanquam coniuncto ſuſtinetur, etiam ſi donans ignorauerit rem alterius eſſe. *Mantic.de coniect.lib.9. tit.9. num.4. Menoch. dicta præſumpt. 116. num.15.lib.4. Craſſ.in §.legatum,q.14.num.3.*

Et ita,&c.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodieñ. Fructuum.

Die Veneris 30. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra ſententiam, vt ſubſtineatur, requiritur, quod ſententia, quæ infirmatur, reuocetur, alias non ſubſtinetur, & quando hoc non procedat. Beneficia plura an quis retinere poſſit. Priuilegia ita debent intelligi, vt gratiam contineant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia poſterior lata contra priorem à vitio nullitatis defendi non poteſt, ſi fuerit lata nulla facta mentione, vel ſaltem reuocatione, prioris.*

2 *Sententia lata pro vno, & poſterior lata pro alio, ac ex diuerſa cauſa, ſi poſterior ſit contraria priori, non eget reuocatione.*

3 *Notarij error non debet nocere parti.*

4 *Beneficia plura, quis retinere non poteſt.*

5 *Beneficium,ſi quis poſſederit triēnio pacificè, intrat præſumptio cuiuſcunquè iuris melioris de mundo.*

6 *Diſpenſatus, ſi quis ſit ad effectum obtinendi plura beneficia, ſi in diſpenſatione apponatur clauſula, quod beneficia debitis non priuentur obſequijs,quid ex hac clauſula. inferatur.*

7 *Et qualiter ſit intelligenda.*

8 *Diſpenſatio non debet remanere ſine effectu.*

9 *Priuilegia, & conceſſiones ita debent interpretari, vt gratiam contineant.*

10 *Conceſſio debet ſortiri ſuum effectum.*

11 *Curialibus, & Ciuibus eſt deferendum circa probationem conſuetudinis alicuius loci, tanquàm veriſimiliter informatis.*

DECISIO CXIX.

Lata fuit ſententia per R. P. D. Merlinum condemnatoria Decani Canonicorum, & Capituli Collegiatæ Eccleſiæ Sanctē Crucis Leodieñ ad ſoluendum Aegidio eiuſdem Eccleſiæ Præpoſito integros fructus, ac diſtributiones quotidianas, ei debitas ratione Canonicatus ipſi Præpoſituræ perpetuò vniti. Et ſucceſſiuè R. P. D. meus Duranus in gradu appellationis dictam ſententiam confirmauit, ac fructus huiuſmodi, aliaque emolumenta non ſoluta Henrico dicti Præpoſiti,tunc defuncti, fratri, & hæredi adiudicauit. Vnde appellatione à poſteriori ſententia pro parte Capituli interpoſita, cauſaque mihi commiſſa, dubitaui, An præfatæ ſententiæ eſſent confirmandæ. Et Domini tàm ex capite Iuſtitiæ,quàm etiam ex capite validitatis in prioribus deciſionibus abundè deductis, & comprobatis,confirmandas eſſe reſponderunt.

Pauli Rubei. Deciſ.

Neque earum validitati obſtat, quod in partibus fuerint latæ duæ ſententiæ, vna ſcilicet canonizatoria electionis Præpoſiti prædeceſſoris; altera verò condemnatoria eorundem Decani, & Capituli ad ſoluendum eidem prædeceſſori ſingulis anni, 40. modios ſpeltæ,quod que dictæ ſententiæ Rotales, nulla harum ſententiarum de partibus fa-1 cta † mentione, vel ſaltem reuocatione, à vitio nullitatis defendi non poſſint, *cap. inter Monaſterium, de ſent.& re iud. Caſſad.deciſ.1.num.4.de ſequeſt.poſſ.& fruct.* Quia vltra, quod prior ſententia eſt canonizatoria electionis, & ſic diuerſi iudicij, & altera prouiſionalis, ſcilicet, donec à Rota fuerit aliter ordinatum, vtraquè lata fuit in iudicio intentato, cum dicto prædeceſſore; quòcirca non potuerunt comprehendere Aegidium venientem ex alia electione, 2 & prouiſione; Vnde cum priores † ſententiæ pro vno, & poſteriores pro alio, ac ex diuerſa cauſa fuerint latæ, neque ſint de directo contrariæ, valent, *Innoc.in cap.cauſam,num. 7.& Butr.nu.14 Qui fil.ſint legit.Salic in l.1.num.5.in fin. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* quos allegat, & ſequitur *Felin.in d.cap inter Monaſterium,num.24. verſic. nono limita,de ſent.& re iud.*

Minus obſtat alia nullitas aduerſus poſteriorem ſententiam ex eo deducta, quod acta de partibus non fuerint integrè tranſportata; Nam licet ex annotatione, & regiſtro Notarij, conſtet de productione duorum proceſſuum, facta coram bon.mem. Lancellotto olim huius cauſæ Iudice, cum expreſſione, quod fuerint habiti coram Scholaſtico, quibus deperditis deindeè pro parte Aegidij, alij duo proceſſus fuerunt in eorum locum ſubrogati,& producti, cum enunciatiua,quod fuerint habiti,& facti coram Officiali, & Decano Sancti Ioannis Leodieñ. Attamen cum ex eodem regiſtro conſtet, Scholaſticum fuiſſe deputatum pro Compulſore, Decanum verò tanquàm Iudicem à Sede Apoſtolica Delegatum proceſſiſſe, ceſſat obiectum, cui cauſam 3 dedit error † Regiſtratoris,qui nocere nō debet, *l. ſi librarius,& ibi Dec.num.6. de reg.iur.in 6.gloſ.fin. in l.vlt. C.de fideiuſſ. Achill.deciſ.1.num.7.de fid.inſtr.*

Quò verò ad caput Iuſtitiæ earundem ſententiarū, quod reſpicit validitatem diſpenſationis prædicto Aegidio conceſſæ,de retinenda Præpoſitura Eccleſiæ Traiecteñ, cum Præpoſitura Sanctæ Crucis, & Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis non obſtant literæ felic. record. Sixti Papæ V. in quibus interdictum eſt,ne quis plures,quam vnam ex Præpoſituris ibi expreſſis,inſimul poſſit retinere. Quia cum dictæ literæ reſpectu incompatibilitatis contineant idem, 4 quod ius commune,quo, quis † prohibetur, ne plura beneficia retineat, *c.de multa,de præb.c.quia nonnulli.de cler.non reſi d.c.in quibus, 7.q.1.c.ſicut in vnaquaq; 21.q.2.& Conc. Trid.c.17.ſeſſ.24.de reform.* Pontifex non cenſetur ſibi voluiſſe manus ligare, quòminùs relaxando iuris cōmunis diſpoſitionem,cum ipſis Canonicis ſuper eo poſſet fauorabiliter diſpenſare, vt plures Præpoſituras valerent retinere, 5 Vltra quod propter deceſſum Aegidij in † pacifica triennali,imò decennali poſſeſſione vtriuſquè Præpoſituræ concurrit præſumptio cuiuſcunquè iuris melioris de mundo, iuxta *Lap.allegat.89.* de qua *Caſſad.deciſ.3.num.3. & 4. de cauſ.poſſ.& propr.& Mohed.deciſ.15.eod.tit.*

Neque obſtat clauſula appoſita in dicta diſpenſatione, 6 quod Præpoſituræ prædictæ † debitis non fraudentur obſequijs, vnde infertur, quod eadem diſpenſatio extendi nō poſſit ad facultatem percipiendi fructus ab illa Eccleſia in qua

in qua non resedit Aegidius, cum præsertim in Bulla dictæ dispensationis, hoc minimè fuerit expressum, vt per *Rebuff. de dispens. non resid. num.* 60. Quoniam pariter cessat obiectum ex tenore dictarum literarum Sixti V. quod scilicet ad Præposituras expressas aliæ personæ, præterquam Canonici Maioris Ecclesiæ actu præbendati, & personaliter in ea residentes eligi non possint. Vnde cum dictus Aegidius residendo in Cathedrali, quæ est dignior, debuerit haberi pro residente in inferiori, clausula prædicta intelligen-
7 da † est de obsequijs, quæ extrinsicè præstari debent, quemadmodum eam intellexit *Rot. in Burgeñ seruitij* 15. *Iunij* 1594. *coram bon. mem. Litta.* Cui interpretationi inhæren-
8 dum est, ne alioquin dispensatio † remaneat sine effectu, si non extenderetur ad facultatem percipiendi fructus ratione Præposituræ, quam Aegidius retinuit, cum tamen regu-
9 lariter concessiones † & priuilegia ita debeamus interpretari, vt gratiam contineant, *cap. in ijs, cùm glos. fin. de priuil. Rebuf. in prax. tit. de differen. inter priuilegium, rescriptum, & mandatum, num.* 11. præsertim, quando vt in principali casu propter personalem residentiam in Cathedrali à di-
10 cto Pontifice Sixto Quinto requisitam, concessio † aliter suum effectum sortiri non potest, iuxta *glo. in c. quia in tantum*, & ibi *Abb. num.* 4. *de præb. Ruin. consil.* 153. *num.* 14. & 17. *lib.* 4.

Deniquè non obstant exceptiones pro parte Capituli oppositæ aduersus testes, qui vigore remissoriæ fuerunt examinati super consuetudine testandi de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum Ciuitatis Leodieñ. Quia nihilominus sententia lata ad fauorem Henrici, hæredis iustificatur per testes in Curia examinatos, quibus vti Curialibus,
11 & Leodiensibus, † ac propterea de huiusmodi consuetudine verisimiliter informatis circa illius probationem est deferendum, vt per *Bart. in l. de quibus, num.* 23. *ff. de legib.* cuius dictum probauit *Rota coram Seraphin. decis.* 1159. *num.* 2. vltra quod huic obiecto satisfacit decisio R. P. D. mei Durani.

Et ita vtraquè, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Nouarieñ Bonorum.

Die Veneris 30. *Aprilis* 1632.

ARGVMENTVM.

Discutitur materia, quando aliqua bona dicantur comprahensa, in concessione emphyteusis, & quando è contra. Identitas bonorum emphyteoticorum qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones tàm, & quàm stant augumentatiuè.*
2 *Oratio imperfecta perficitur ex præcedenti, vel sequenti, si hoc congruè fieri potest.*
3 *Verbum, Poderium, denotat vniuersitatem bonorum.*
4 *Et comprehendit omnia, quæ veniunt sub eadem denominatione, quàmuis inter se diuisa.*
5 *Dictiones vniuersales nihil prorsus excludunt.*
6 *Participia, quando resoluuntur in verbum præsentis temporis cum suo relatiuo, non important conditionem, & num.* 7.
8 *Actus sequens censetur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*
9 *Identitas bonorum emphyteoticorum qualiter probetur.*
10 *Emphyteoticum præsumitur quicquid inter limites emphyteusis continetur.*
11 *Hostien. in cap. nimis, nom.* 4. *de iur. iur. declaratur.*
12 *Inuestitura concessa de bonis omnibus existentibus in Territorio, tunc omnia censentur concessa, nisi prius à priuatis fuissent possessa, &c.*
13 *Emphyteuta, si non ostendat pro quibus rebus soluat canonem, tunc bona omnia præsumuntur emphyteotica.*
14 *Emphyteuta ostendens certam quantitatem bonorum, quæ sit proportionata canoni, tunc petens maiorem quantitatem probare tenetur.*
15 *Bona beneficio temporis possunt augeri, & deteriorari.*
16 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probatur ex eo, quod grauati possident in loco, in quo testator possidebat, præsumptione scilicet tituli præambuli. cōtrarium num.* 17. *& vide num.* 18.
19 *Identitas bonorum rectè arguitur ex benè congruenti qualitate.*
20 *Adminicula ad probandam identitatem coniunguntur.*
21 *Bona aliqua, ad hoc vt dicantur comprehensa in inuestitura, apertè demonstratur ex eorum demonstratione, facta in eorum consignatione.*
22 *Bona, quæ sunt partes circumstantes, vel de pertinentijs bonorum emphyteoticorum dicuntur comprehensa in eorum concessione.*
23 *Scripturæ de stylo Mediolani producuntur in actis, & postea reportantur.*
24 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facta sine beneplacito Apostolico est nulla.*
25 *Liber æstimi non probat in præiudicium tertij.*

DECISIO CXX.

CONcessio bonorum, de quibus agitur aliàs in emphyteusim facta ad certum tempus, fuit de anno 1457. interueniente Beneplacito fel. record. Calixti III. per Abbatem, & Conuentum Monasterij Sancti Bartholomæi Vallis Vmbrosæ extra muros Nouariæ, renouata in perpetuum Roberto Sanctoseuerino per hæc formalia verba: *inuestiuerunt de Castro, sediminibus, Domibus, molendinis, campis, furnis, vineis, pratis, zerbis, nemoribus, pascuis, roggiis, pischeriis, honorantiis, & quibuscumquè alijs iuribus, cuiuscumquè qualitatis sint, iacentibus, & situatis, tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, spectantium dicto Monasterio; Et de toto Poderio dicti loci Villæ nouæ, & Territorii ipsius Diœcesis Nouarieñ, & prout dictum Poderium teneri consueuit nomine dicti Monasterii; Et de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus tàm in Territorio Villæ nouæ, quàm partium in mediatè circumstantium, vt supra, & quæ affictari consueuerunt simul cum dicto Poderio Villæ nouæ.* Quæ formalia verba reassumuntur in inuestitura de anno 1502. concessa Ioanni Iacobo Triultio confirmata per Alexandrum VI. & continentur in aliis medio tēpore concessis Galeatio Mariæ Sfort. & Ludouico Sfortiæ Ducibus Mediolani, prout enunciatur in eadem concessione facta Triultio, in qua refertur, vtrùmque Ducem possedisse iure emphyteotico Podere Villæ nouæ, cum iuribus, & proprietatibus ibi adiacentibus, & pertinentibus ad dictum Monasterium, quæ qualia essent declarantur in ipsamet Inuestitura Triultij, dum fit *de Castro, Domibus, sediminibus, &c.* sub eadem

verborum

verborum serie, atque structura, quibus bona eadem enumerantur in præfata concessione S. Seuerini; necnon repetuntur tàm in Inuestitura facta de anno 1514. Matthæo Schinerio Cardinali Sedunensi, in qua inseritur totus tenor prædicti Instrumenti, & inuestitur idem Cardinalis de bonis, & iuribus supra descriptis; nempè *de Castro Domibus sediminibus, &c.* adiecta clausula: *Et quæ hic habeantur pro descriptis, terminatis, & specificatis, prout supra descripta, terminata, & specificata fuere, &c.* quàm in Inuestitura de anno 1536. per obitum dicti Cardinalis fratri illius renouata.

Hæc bona Villæ nouæ, vnà cum quarta parte Casoli noui circumstante Villæ nouæ, necnon aliæ partes dicti Casoli noui de anno 1597. peruenerunt ex titulo infrascripto in Excellentissimum D. Mutium Sfortiam Marchionem Carauagij, vt patet ex actu adeptæ illorum possessionis, cuius verba sunt: *Ego Ioannes Franciscus Landrianus Regius Ducalis Secretarius apud Excellētissimum Senatum Mediolani, & delegatus ab eodem ordine in sententia die 15. huius mensis ab ipso facta inter Illustriss. Marchionem, & fratres Sfortiadas contra Consortes Schinerios, Regium Ducalem Fiscum, Alexandrum Carcanum, Martialem Coquium, & Ioannem Franciscum fratres Gaddios, & alios, &c. ob litem vsquè de anno 1546. ab antecessoribus eius motam, & anno 1548. restauratam aduersus Consortes Schinerios, vti possessores bonorum Villæ nouæ, & Casoli noui, olim priuati patrimonij Illustrissimi, & Excellentissimi Ducis Ludouici Mariæ Sfortiæ, propter legatum 10000. ducatorum singulis annis à dicto Duce relictum q. Illustrissimo D. Ioanni Paulo Sfortiæ ipsius Ducis filio naturali, ac ab eis petitum iure pignoris, & hypothecæ in supradicti bonis, & latius in ipsa sententia penès me existente &c.* Hactenùs actus prædictus, Et ex actu subsequēti, constat, quod capitur possessio Castri Villæ nouæ, & septem Capsinarum ibi descriptarum, & cuiusdam nemoris; Et in loco Casoli noui capitur possessio Domus, & Capsinæ, & duarum aliarum Domorum, cuiusdam molendini, & diuersarum petiarum terræ.

Stante hac facti serie, Dubitaui, an constet de identitate bonorum, & de quibus, ad effectum recognitionis; Et quoniam identitas Castri, iurium, ac pertinentiarum Villæ nouæ, nullam apud Dominos habebat difficultatem, prout etiam ex deducendis apparebit, Ideò cum tota dubietas ad bona Casoli noui reduceretur, pro faciliori resolutione huius dubij, Domini primò firmarunt lecturam dictarum Inuestiturarum in ea parte, in qua priori loco fit concessio de *Castro, Sediminibus, Domibus &c. iacentibus, & situatis, tàm in Territorio, & loco Villæ nouæ, quam partium immediatè circumstantium, &c.* & secundò loco fit pariter concessio de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus, tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium; vt vtroquè loco per subintellecta verba legendum sit, tàm in loco, & Territorio Villæ nouæ, quàm in Territorio, & loco partium immediatè circumstantium, ita vt verbo partium supplenda sint necessariò verba, loco, & Territorio, quia dictiones *tàm*, & *quàm* in hoc casu constituunt clausulam, quæ per augmentatiuā
1 † conformium specierum enumerationem extendit concessionem, vt censeatur facta non solùm respectu Territorij, & loci Villæ nouæ, sed etiam respectu Territorij, & loci partium immediatè circumstantium, *Butr. consil. 19 num. 4.* quem sequuntur *Aym. consil. 227. num. 9. in fine. Menoc. consil. 195. num. 7.* & hunc intellectum verè germanum esse
2 ostendit contextus eiusdem scripturæ, quæ alias † secundùm rationem recti sermonis, & regulas Grammaticorum integro sensu careret, & remaneret imperfecta, ita vt non possit recipere aliam suppletionem, seu interpretationem, *leg. cum pater. §. cùm imperfecta. ff. de legat. 2. Castren. consil. 195. nu. 3. Bald. consil. 422. propè finem lib. 4.*

His ergo prænotatis, considerando verba concessionis, cum inuestitura sit facta primò de Castro, & Territorio Villæ nouæ: & de toto Poderio dicti loci, verbaque concessionis satis plana sint, patet euidenter Castrum fuisse concessum cum Vniuersitate bonorum, quod depre-
3 henditur ex verbo illo, † Poderium, quod bonorum Vniuersitatem denotat *Bald. in l in legatis. num. 1. versic.*
4 *& sunt C. de legat.* & comprehendit omnia † bona, quæ veniunt sub eadem denominatione, quàmuis inter se diuisa, *Bartol. in leg. Seiæ. §. Tiranna. numer. 1 ff. de fund. instruct. Curt. Iun. consil. 184. num. 8 in fine, ver. præterea, cum seqq. Natt. consil. 446. num. 5. Surd. decis. 241. num. 13 &*
5 *14.* Maximè stante dictione illa † vniuersali, toto, quæ nihil prorsus excludit. *l. Iulianus, in princ vbi Bart. ff. de legat. 3. Tiraquell. in l. si vnquàm. in ver. Totum.* vbi latè *C. de reuoc donat. Bald. in puncto in d. consil. 422. ante finem libro 4.* quem sequuntur in his terminis, *Menoch. consil. 337. n. 29. versic. quarum prima est, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 16. num. 35.* & cum facta fuerit concessio de *Sediminibus, Domibus, Molendinis, &c.* numeratis in dictis concessionibus, & de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus tam in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm in Territorio, & loco partium circumstantium, spectantium dicto Monasterio, participium illud spectantium,
6 † quod præsentis est temporis, *glos. in clem. 1. in ver. Dignitatibus, de præb. in 6. Natt. consil. 636 num. 36. Menoch. consil. 711. num. 2. & 3.* resoluitur in præsentis temporis verbum, cùm suo relatiuo, itaut sensus sit, quæ spectant, & ideò
7 non † importat conditionem, sed dispositionem, *Bart. in l. 1. num. 35 ff. de condict. & demonstr. Natt. d. consil. 636. nume. 36. Menoch. d consil. 711. num. 4 versic. & hoc modo re-*
8 *soluendo;* quod eo magis procedit in casu isto, in quo † dispositio est certa, referens se ad *Sedimina, Domus, Molendina, &c.* & alia enumerata. *Surd. d. decis. 241. num. 18. cum seqq Ruin. consil. 71. num. 17. versic. quàmuis igitur, & numero 18. volum. 2. Zuccard consi. 5. num. 18. versic. contrarium est verius, cum seqq. Curt. Iun. d consil. 184. num. 9. Aym. consil. 54. num. 9. versic. secundò probatur ista conclusio.*

Vndè ex prædictis sequitur, quod consideratis verbis dictæ concessionis, cùm quarta pars Casoli sit in parte circumstante dicto Territorio Villę nouę, etiam in dicta quarta parte tanquàm comprehensa sub concessione, quæ clarè loquitur de Territorio, & loco partium immediatè circumstantium, & Monasterio spectantium, quoad identitatem, Ecclesia habeat intentionem fundatam; Nam quicquid dicendum esset, si ageretur de probanda identitate bonorum fideicommisso subiectorum, cùm agatur de probanda identitate bonorum emphyteuticorum, licet gene-
9 raliter, cùm certa tamen specificatione † concessorum, stāte dicta specificatione omnia censentur emphyteotica, *Specul. de locat. aliàs de emphyteusi §. nunc aliqua. quæst. 76. num. 98. Ruin. consil 50. num. 14. & seqq. & num. 17. versic. & magis, volum. 1. Ias. consil. 235. num 5. versic. tertium dubium, & seqq. volum. 2. Soccin. sen. consil. 167. nu. 21. versic. se contrarium, volum. 2 Natt. consil. 446 nu. 1. & seqq. & consil 460 num. 8. versic. Nam præsupponitur, cum seqq. & num. 20 versic ex prædictis, cum seqq. Curt. Iun d. consil. 184. num. 7. & seqq. Aym. d. consil. 54 num. 9. & seqq Petrus de Gregor. de concess feud. par. 2. quæst. 7. num. 24. & seqq. & num. 29* & latiùs *par. 7 cap. 1. per tot. Menoch. præsumpt. 101. num. 5. versic. hic casus lib. 3. Peregrin. de fideicom. art. 44. num. 23. Rosentall. de feud. cap. 12. concl. 15. num. 72. versic. quo casu stante;* Et hanc sententiam pluriès sequuta est *Rota,* videlicet, *in causa Ciuitatis Castelli bonorū, 5. Martij 1597. coram bon mem. Hieronymo Card. Pamphilio. & in eadem 28 Ianuarij 1605. & 28. Februarij 1611. coram bon. mem. Attrebaten.* & priùs *in causa Regieñ S. Thomæ 10. Februarij 1576. coram Orioleñ in Fesulana bonorum 6. Febr. 1576. coram Cotta,* in qua dicitur vnum ex Domi[nis] allegasse bonum consilium Ruini, *in Comen. bonor[um] Maij 1603. coram bon. mem. Litta, in Romana* [...] *cularum 21. Iunij 1619. coram bon. mem. Card. Sacrato. & in causa Nucerina prædij 20. Maij 1622. & 29. Maij 1623. coram D. Nauarro.*

Nec obstat, quod non præsumitur emphyteotica
10 † quicquid intra fines continetur *Hostien. in c. nimis,* [...] *4. de iureiur. Afflict.* qui de communi testatur *in* [...] *num. 12. de controu. int. masc. & fœmin. & in decis. 267. num. 4.*

Bellon. conſ.10.num.11.Clar.in §.feudum, quæſt.18. & pluries dixit Rota in deciſionibus allegatis in *deciſ.150.num.5.& deciſ.195.num.8. in fin.par.1.recent.* Nam huic obiecto pro conciliatione iſtarum opinionum dupliciter fuit
31 reſponſum, Primò doctrinam Hoſtienſis † procedere in generali conceſſione, hic autem, licet verſemur in conceſſione generali, agitur tamen de tali conceſſione generali, quæ ſpecificat Domos, ſedimina, & alia ſuperiùs enarrata, & exprimit etiam, licet generaliter, proprietates, & iura tàm in Territorio, & loco Villæ, quàm in Territorio, & lo-
32 co partium immediatè circumſtantium, † quo caſu omnia cenſentur conceſſa, niſi priùs à priuatis fuiſſent poſſeſſa, vel per emphyteutam acquiſita, *Aym. in reſp. pro Genero, num 430.verſic. quintus caſus*, qui huius ſententiæ aſſeclas refert nonnullos ex Doctoribus præcitatis, nempè *Curt. Iun.d.conſil.184 num.9, Iaſ.conſil.285.in fin.lib.2.& Natt. conſil.460.num.9 lib.2.* & vltra illos *Ruin. conſil.108.num.22.lib.2. Aretin.conſil. 164.poſt princ.benè Menoch. de præſumpt.101. num.5. verſic. hic caſus multò magis, lib.3.* Secundo reſponſum fuit, quod ſententia Hoſtienſis poſſet
33 procedere, ſi emphyteuta oſtenderet, pro quibus † rebus Canonem ſoluit, at ſi non oſtendat; prout non oſtendit in caſu iſto, bona omnia præſumuntur emphyteotica *Iaſ. in l.2.num.173. C.de Iur.emphyt.Ruin poſt Salycet.& alios in d.conſil.50.num.14.lib.1.Roland conſil.66.num.4.& 6.lib.3.deciſ.150.num.6 par.1.recent.* quæ licet ſubdat, ſatis eſſe,
34 quod emphyteuta † oſtendat certam quantitatem, quæ ſi eſt proportionata Canoni, petens maiorem quantitatem probare tenetur.*Specul.in d.§.nunc aliqua,num.79.Afflic. in cap.1.§.illud num.22.in fin de prohib feud. alien. Roland. d.conſil.66. num. 1.2.& 7.lib,3.* Attamen aduertebant Domini in re tàm antiqua impoſſibile eſſe, quod Marchio poſ-
35 ſit oſtendere rem proportionatam Canoni; quia † beneficio temporis bona potuerunt augeri, & deteriorari. *ad leg. hæreditas ff.de petit.hæred.*

Sed ceſſat omnis difficultas, cùm in hac facti ſpecie, vt ſtatim oſtendetur, concurrant alia, ex quibus res redditur indubitata, ac manifeſta; Et pro dilucidatione huius articuli firmandum eſt, quod quando agitur de probanda identitate bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, duæ ſunt opiniones inter ſe repugnantes, & contrariæ; Vna, quæ affirmat identitatem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum
36 probari ex eo, quod grauati † poſſident in Villa, ſeu loco, in quibus teſtator poſſedit, præſumptione ſcilicet tituli præambuli.*Bald.conſil.89.num.4.in princ.lib.1. Fulgoſ. in conſil.145.num.2.Peregrin.de fideicommiſſ.art.44.nu.22. Zaſius conſil.5.Natta conſil.235.num.17.Bertazzol.conſi.52.num.31.Pedroch.conſil.39.num.172.lib.1. Menoch. conſil.704.num 7.ante fin.& ſeqq.lib.6.Burſat.conſil.268.num.6. Peregrin conſil.48,num.13.& conſil 35.in fine,lib.3. conſil.19.lib.4.*vbi ad contraria reſpondet,*Fuſar.conſil.106.num.7.*cum alijs pluribus adductis per eumdem *de ſubſtit.quæſ.619.par.2.*vbi allegat *Rotam in recent. deciſ.131.num.5. in fin.par.1.& deciſ.407.in fin p.2.& in cauſa.Bononien.de Rubeis 3. Martij 1613.coram bon.mem. Cardinali Lan-*
37 *celloto*. Secunda opinio eſt, ex eo ſolum, † quod grauatus poſſedit bona in Villa, vel loco, in quo poſſedit Teſtator, identitatem non probari. *Surd.deciſ.339 num.5.*vbi refert à Senatu Pedemontano, cum per ſæpe caſus iſte accidiſſet ſemper pro hac opinione iudicatum fuiſſe, & *num.6.* dicit in hac materia cauendum eſſe à Peregrino, idem *Surd. in conſil.151.& 105.Menoch.conſ.1110.* & latè *Ioſephus Romanius in conſil.46.verſic. tertio reſpondetur*. In hac Doctorum diſcrepantia, licet Rota ſimpliciter loquendo ſequatur hanc ſecundam ſententiam, non reſpuit tamen pri-
38 mam, quando † concurrunt adminicula, in quibus etiam terminis illam amplectitur idem Senatus Pedemontanus, teſte *Surdo,d.deciſ.339 num.5.*Immo expreſsè illam Rota ſequitur, vt in *cauſa Ferrarien. de Taſſonis 1. Iunij 1615. coram Eminentiſſimo D.meo Cardinali Pamphilio,quæ eſt deciſ.706.num.2.verſic.nam licet. par.2. recent.*& fuit reſolutum *coram me in cauſa Vrbeuetana Fideicommiſſ.7. Februarij 1620.* nouiſſimè *in cauſa Bononien. de Deſiderijs 14. Martij, & 7. Maij 1629. coram R. P. D.meo Merlino*, prius in *cauſa Bononien. Fideicommiſſi de Rabeis 28. Maij 1607. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto*, in qua correcta fuit dicta deciſio facta de anno 1603 quæ ſimpliciter ſequebatur primam opinionem. In propoſito autem ſequenda eſt prima opinio, quia in hac facti ſpecie euidentiſſima concurrunt adminicula, immo claræ demonſtrationes.

Primò enim concurrit, quod cum conceſſio anni 1457. fiat S.Seuerino de omnibus proprietatibus, & iuribus exiſtentibus, tàm in territorio Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumſtantium, & quæ affictari conſueuerunt ſimul cum dicto Poderio Villæ nouæ, apparet partes immediatè circumſtantes ſolitas fuiſſe locari ſimul cum dicto Pòderio Villæ nouæ; quæ qualitas optimè congruit in bonis, de quibus agitur, quia quando Marchio cœpit poſſeſſionem expreſsè enuntiatur, quod Domus Villæ nouæ inhabitabatur per Ioannem Antonium Gaffurrum fictabilem bonorum Villæ nouæ, & Caſoli noui, idque etiam clariùs conſtat ex duabus locationibus Villæ nouæ, & Caſoli factis ſimul de anno 1575. à Præſide Senatus; ex iſta enim
19 † benè congruenti qualitate rectè arguitur ad identitatem, *Alex.conſ.133.num.5.vol.1.Aym.conſ.198 num.2.Menoc. conſ.405. num.85. volum.5. Gratian. diſcept.745. num.86.* Et quando hoc adminiculum per ſe multum non faceret,
20 nihilominùs inficiari non poteſt, † quin alijs adiunctum valde operetur, vt in puncto *Aym.conſil.400.num.40.*

Secundò concurrit, quod in conſignatione bonorum factu ſecundo cōductori inter alia dicitur *Campo della Chieſa dētro li foſſi di Caſolo,Giardino di Caſolo detto di quel-*
21 *li di Villa noua*, quæ denominatio ſatis apertè † demonſtrat illa bona in Caſolo fuiſſe de iuribus Villæ nouæ, ex adductis per *Aym. in d.conſ* 400. *num.33.*& fuit dictum *in cauſa Ferrarien.ſeu Comaclen. bonorum de Naſellis 7.Iunij 1627.coram me.*

Tertiò concurrit quod in dicta conceſſione anni 1457. habet mentio molendinorum, prout, & molendinum ſe vidiſſe teſtatur Exequutor literarum Calixti Tertij. Attamen, vt patet ex poſſeſſione capta per Marchionem, in loco Villæ nouæ non reperitur aliquod Molendinum, niſi in loco Caſoli, ſignum euidens, quod dictum Molendinum in bonis Caſoli, & ſic bona etiam ipſa, fuerunt in conceſſio-
22 ne † comprehenſa, tamquàm partes circumſtantes, vel de pertinētijs Villæ nouæ, ad tradita per *Nattam in conſ.435. num.6.verſic.item non debet,cum ſeqq.* vbi allegat *text.in l. eum qui ædes, ff.de vſucap.*

Quartò, & denique concurrit etiam, quod in proceſſu agitato in Curia Nouarien. per acta Ioannis Mariæ de Elapis, Amicus Canobius Comendatarius tempore Pij Quarti, 8.Octobris 1563. narrauit Papæ, quod tempore Pauli Quarti coram Vice Auditore Cameræ Apoſtolicæ obtinuit ſententiam diffinitiuam contraque Petrum Schinerium Militem Hieroſolymitanum, per quam inter alia fuerat ei cōceſſa immiſſio in actualem, & corporalem poſſeſſionem ſuper Caſtro Villæ nouę, ac Domibus, Sediminibus, Molendinis, & aquæductis, iuribus, & pertinentijs, tàm in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumſtantium, & toto Territorio Villæ nouæ Diœceſis Nouarien. & ſubditur, quod obtinuit decretum ab eodem Vice Auditore, cum conceſſione mandati exequutiui, & inuocationis brachij ſecularis, & cum interim obierit idem Petrus, antequam poſſet haberi exequutio dictæ ſententiæ, quia in dictis bonis ſe intruſerant Nicolaus, Matthæus, & Stephanus Schinerius, coram Franciſco de Albertis Præpoſito S. Alberti Nouariæ, ipſe Orator, Conuentus, & Monaci egerunt contra dictos intruſos pro exequutione dictæ ſententiæ Vice Auditoris Cameræ, & obtinuerunt declarari dictum brachium ſeculare eſſe exequendum, & exequutioni demandandum in omnibus, & per omnia, prout iacet, eoſdemquè Amicum Comendatarium, ac Monacos, & Conuentum in naturalem, realem, & actualem poſſeſſionem tenutam totius Caſtri, Terræ, Territorij, & omnium poſſeſſionum Territorij, & prædij Villæ nouæ, poſſeſſionumquè illi adiacentium; Vnde ex iſtis apparet, quod nedum ſemper fuit actum

ſuper

super Castro Villæ nouæ, sed super Territorio partium circumstantium. Et quàmuis ista sit narratiua Abbatis, nihilominùs aduertendum est, quod licet in toto processu Abbas pluriès petierit istam immissionem effectuari, nihilominus pars vnquàm in commissionibus Reformatorijs, aut protestationibus negauit, quod sententia contineret etiam possessiones adiacentes Castro Villæ nouæ, & quod fortiùs vrget, 9. Maij 1564. vt in processu fol. 52. & 60. Abbas produxit sententiam Vice Auditoris Cameræ latam 17. Maij 1560. per acta Ioannis Philippi de Balleatis; & alia pars in nihilo impugnauit dictam sententiam, nisi in eo, quod esset res inter alios acta, vt in eodem processu fol. 70. & 119. nec officit, quod dicta sententia non reperiatur in actis, quia de
23 stylo † Mediolani scripturæ producuntur, & postea reportantur, vt firmauit *Rota in causa Mediolanen. rescissionis contractus 14. Decembris 1601. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & apud sanct. mem. Gregor. decis. 59. num.* 2. vbi, quod notorius est stylus Mediolani, & in *causa Mediolanen. Decimarum 17. Maij 1616. coram me*, in qua aliæ decisiones allegantur.

Neque obstat, quod cum Dux Maximilianus donauerit dicto Cardinali Sadunen. Castrum Vigleuani, & alia, necnon, & bona Villæ nouæ, & bona Casoli, in transactione de anno 1522. inter Ducem Franciscum Sfortiam; & Gasparem, ac Petrum eius filium Schinerios inita, de qua in processu fol. 151. Schinerij omnia retrocesserunt Duci reseruatis sibi solum bonis Villæ nouæ, pro quibus promiserunt soluere Canonem, & bonis Casoli per caput separatum, quorum respectu nihil dicitur de Canone, quia omisso, quod isti non potuerunt præiudicare Ecclesiæ, hoc demùm posset considerari, si Ecclesia prætenderet totum Casolum, sed cùm prætendat tantùm quartam partem, quæ Territorio Villæ nouæ adhæret, tanquàm adiacentem, & de partibus circumstantibus Territorio Villæ nouæ, quæ, vt dictum est, fuit expressè concessa, parum refert, quod nihil dicatur de solutione Canonis respectu Casoli, si illa quarta pars est de comprehensis in concessione Territorij Villæ nouæ, & Territorij partium circumstantium.

Nec officit, quod Marchio non recuperauerit bona, à Schinesijs, sed à Camera Ducali, & constet alios habuisse interesse, quàm Schinerios, quia iudicium fuit cœptum cōtra Schinerios, & alios, & cùm Camera Ducalis esset in possessione, prosequutum fuit iudicium contra dictam Cameram, & medio isto tempore Ecclesia obtinuit sententiam
24 super nullitate † alienationis factæ Schinerijs, ex quo fuit facta absquè beneplacito Apostolico, licet nō potuerit exequtioni demandari, vt modo dictum est. Nec dici potest D. Marchionem habuisse ius, à Camera Ducali, non autem ab Ecclesia, quia Camera voluit adiudicare Marchioni ius, quod habebat Dux Galeatius, non autem voluit præiudicare Ecclesiæ, de quo quicquid dicendum esset, sat est, quod Ecclesia acquieuerit, & D. Marchio agnouerit bonam fidem, cùm semper soluerit Canonem, lib. 1600. Et quòad Gaddios certum est, quod habebant ius, à Schinerijs, vt colligitur ab expressione facta per ipsos Senatui de anno 1572. vt in processu fol. 150. Et idem dicendum de alijs, cùm ex serie facti appareat concessionem ab initio fuisse factam Schinerijs.

Deniquè non obstat, quod D. Marchio obtinuerit defalcari ab eius æstimo, quod soluit Cameræ Ducali, pro bonis Villæ nouæ dictum annuum Canonem libratum 1600. & ibi adiungatur attestatio per hæc verba. *Come Villa noua, si troua notata ne' libri del perticato, & misura fatta del l'anno 1552. per la somma di pertiche* 11821. 43. & 4. Quia aduertendum est, quod principaliter fuit actum de dicta defalcatione lib. 1600. non autem de prædicta mensura, & in contrarium adest depositio vnius testis examinati ad perpetuam rei memoriam, ætatis annorum 78. deponentis de auditu, quod erant pertiche 18000. negari nō potest, quin faciat aliquod adminiculum in contrarium, licet sit examinatus ad perpetuam rei memoriam, cùm nec
25 liber † æstimi, ex quo D. Marchio deducit huiusmodi fundamentum, probet in præiudicium tertij. *Seraphin. decis. 952. num.* 4.

Et ita conclusum Ecclesia tantum informante, visis tamen Memorialibus aliàs per D. Marchionem datis, &c.

¶ In eadem causa habetur infra altera decisio, sub 15. Decembris eiusdem anni 1632. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

R. P. D. PIROVANNO.

Ciuitatis Castelli supplementi Legitimę.

Die Veneris 30. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM.

Exceptio supplementi legitimæ non est valens ad impediendam immissionem petitam à fideicommissario. Possessio habita, cum clausula, sine præiudicio iurium vtriusquè partium, &c. qualiter intelligatur data. Monialis, quod emiserit professionem, ex quibus arguatur. Religiosus si decedat extra claustra, omnia eius bona transeunt in Cameram Apostolicam, & qualiter hoc procedat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario agenti ad immissionem, non est ei illa deneganda, si hæres se opponat pro legitima, & multo minùs, pro illius supplemento.*
2 *Legitima non prius debetur, quàm deducto ære alieno.*
3 *Et ideo semper expectatur liquidatio, vt sciri possit, quantum, debeatur ab hærede, nec filius, nec habens causam ab eo, potest non facta liquidatione, agere.*
Legitima est quota bonorum, & non hæreditatis, num. 3.
Legitimæ detractionis oppositio, quando sit volens ad impediendam immissionem petitam à fideicommissario, num. 3.
4 *Vsusfructus cessat, per mortem vsufructuarij.*
5 *Vsusfructus, quando cessat, tunc naturalis possessio, cum ciuili remanet consolidata.*
6 *Possessione habita, auctore Prætore, quis iuuari potest.*
7 *Possessio habita, cum clausula sine præiudicio iurium vtriusquè partium, &c. operatur, vt immissus non habeatur pro possessore ad præiudicium partis, de iure suo probantis.*
8 *Legitima ante liquidationem non debetur.*
9 *Fideicommissario non potest impediri immissio per exceptionem supplementi legitimæ, & quare.*
10 *Fideicommissario non est impedienda immissio per oppositionem inualidam.*
11 *Monialis professa semper caret facultate testandi.*
12 *Moniales non accessissent ad receptionem dotis, nequè in Monasterium ingressa adstringi potest ad illam soluendam, ante professionem emissam, & quare num. 13.*
14 *Monialis munere Abbatissæ fungi non potuisset, nisi expressam ante professionem emisisset.*

15 *Moniales oblatæ non astringuntur ad emittendam professionem, & clausuram obseruandam.*
16 *Decisio aliqua non obstat, licet aliquid in ea asseratur, dum postea apparet indubitanter probatum contrarium.*
17 *Religiosus, si decedat extra claustra, omnia eius iura, & bona transeunt in Cameram Apostolicam.*
18 *Constitutio Gregor. XIII. in nou. Bullar. 43. disponens, quod omnia iura, & bona Religiosi decedentis extra claustra transeant in Cameram Apostolicam, &c. non aufert ius ante ingressum Monasterijs quæsitum.*
19 *Sed tantummodò defert Cameræ Apostolicæ, quod acquiritur per Religiosum eo de tempore, quo viuit extra claustra, etiam ex causa testatæ, vel intestatæ successionis.*
20 *In constitutione aliqua se fundans, omnia eius requisita probare tenetur ad hoc, vt illa iuuetur.*
21 *Reus in sua exceptione est actor.*
22 *Probatio æquiuoca non releuat.*

DECISIO CXXI.

RESolutum fuit standum esse in decisis * etiam respectu legitimæ Beatricis; quia cum D. Iulius non sit hæres Angelæ, neque immediatè, neque mediatè ex persona eiusdem Beatricis eius filiæ, nec possideat, nec titulum habeat, non potest dici legitimus. Contradictor ad impedien-
1 dum fideicommissarium agentem ad immissionem † etiã quòd ille se opponat pro legitima, & multò minùs pro eius supplemento, *Bart. in l. finali, num. 21. versic. Si probat titulum, & possessionem, C. de edict.* Diu. *Adrian. tollen.* & ex solo titulo legitimæ quatenùs de eo doceretur, non potest impedire immissionem per fideicommissarium petitam;
2 quia legitima † non priùs debetur, quàm deducto ære alieno, *l. Papinianus, §. 3. ff. de inoffic. testam.* & cum sit quota bonorum, non autem hæreditatis, *Dec. in l. hæres instituta num. 5. C. de impub. & alijs substit. Fran. decis. 127. in principio. Mastrill. decis. 64.* ideò semper expectatur liquidatio,
3 vt sciri quantùm debeatur ad hærede, † nec filius, aut habens causam ab eo, potest non facta liquidatione agere, *Alex. consil. 134. num. 1. lib. 4. Picus in l. quartum num. 17. ff. ad leg. Falcid. Surd. plenè in consil. 248. num. 17. & 24. Mastril. eadem decis. 64. Franc. decis. 127. num. 1.*

Neque obstat, quòd Dom. Iulius sit hæres Beatricis, & possideat bona hæreditaria Angelæ matris Beatricis, vt ideò dicatur legitimus Contradictor ad impediendam immissionem, secundùm terminos allegatæ doctrinæ Bart.

Quia cùm hæc possessio, quæ allegatur per Dominum Iulium possit desumi ex persona Iulij Senioris fratris Beatricis, vel ex persona Clementis filij dicti Iulij, ac demùm ex persona Beatricis, & ipsius D. Iulij;

De possessione Iulij Senioris non est agendum, quia nũ-
4 quàm fuit hæres Angelæ matris, sed vsufructuarius, & † eo mortuo cessauit vsufructus, & naturalis possessio, cum ci-
5 uili † remansit consolidata *§. primo instit. quib. mod. vsufruc. finiatur, Menoch. consil. 139. num. 15. Honded. consil. 18. num. 73. lib. 2.*

Similiter neque ratio haberi potest de possessione Clementis filij Iulij, & patrui D. Iulij Iunioris, qui Clemens fuit & ipse hæres Beatricis pro medietate, quasi ex ea iu-
6 uari possit tanquàm † habita auctore Prætore per Thesaurarium generalem Cameræ Apostolicæ per *leg. iustè possidet, ff. de acquiren. possess. Mohed. decis. 4. de restitut. spoliat.*

Quia vltra responsionem datam in decisione causæ 23. Ianuarij 1630. quòd scilicet possessio illa emanauerit cum clausula præseruatiua sine præiudicio Iurium vtriusquè partis, tàm in possessorio, quàm in petitorio, & per conse-
7 quens remanserit conditionalis, † & operatur, vt immissus non habeatur pro possessore ad præiudicium hæredis de suo Iure probantis, *Put. decis. 32. lib. 2. Surd. decis. 333. num. 10. Peregr. de fideicom. art. 47. num. 29. cum alijs in dicta decisione allegatis;* adhuc possessio non esset releuans, quòad legitimam Beatricis, ex quo de tempore habitæ dictæ possessionis Beatrix viuebat, & in Clementem Iura hæreditaria eiusdem Beatricis, tunc non erant translata; nam decretum Thesaurij 1601. & de mense Februarij 1602. Beatrix obijt.

Demùm nullum potest constitui fundamentum in possessione Beatricis, vel D. Iulij ex persona illius; quia non probatur quod illa vnquàm possederit hæreditaria bona Angelæ matris, & quod magis est si reperirentur propria auctoritate occupata, vel apprehensa per eandem Beatricem, vel D. Iulium, aut alios hæredes; adhuc talis possessio non releuaret ad constituendum legitimum Contradictorem tanquàm de possessione incerta, ratione loci, & quo-
8 tæ, cum † ante liquidationem, legitima non debeatur *Bart. in l. 2. num. 4. C. quando, & quib. quarta pars, lib. 10. Alex. consil. 34. num. 1. lib. 4.* ponens casum in hærede filio, cui debetur legitima, *Ias. in l. 3. §. incertam num. 10. ff. de acquir. possess. Dec. consil. 236. num. 15. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 643. Picus in l. in quartam, num. 159. ff. ad leg. Falcid. Crass. in §. legitima, quæst. 16. num. 4.* & plenè comprobant *Modern. legitimo contrad. quæst. 13. art. 1. num. 9. & 10.* difficiliùs posset ipse D. Iulius releuari ex propria possessione incerta, cùm tàm Clemens patruus, quàm ipse D. Iulius nepos habuerint ex bonis Angelæ loca montium 62. æstimata scut. 6225. Itaut non de integra legitima, sed de supplemento esset agendum, quo casu semper expectan-
9 da erit liquidatio, & interim immissio † non potest impediri fideicommissario, quia nescitur, quanta sit portio illius, vel tertia, vel quarta, vel millesima, vt dicit idem *Bart. in d. l. 2. num. 4. versic. Item ratione quota, & Rota* idem ponderauit *in Perusina fideicõmissi de Cincijs 19. Aprilis 1630. coram D. meo Dunozetto.*

Quò verò ad titulum ex testamento Beatricis allegatum, circumscripta possessione inualida, non etiam ille potest allegari ad impediendam immissionem per fideicommissa-
10 rium petitam, quià semper † obstat defectus liquidationis, & certitudinis quotæ partis legitimæ, & nihilominùs non etiam de eo sufficienter constare, visum fuit.

Nam, & si doceatur de Testamento Beatricis, in quo de anno 1601. mensis Octobris, suos hæredes fecit Clementem ex fratre nepotem pro medietate, & pro altera medietate Iulium, & Alexandrum filios Alexandri Maiæ.

11 Attamen, quia cùm eadem Beatrix fuerit Monialis † professa semper caruit facultate testandi, *auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. c. quia ingredientibus 19. q. 3. cap. 2. de testam. Dec in c. in præsentia, nu. 78. de probat. Sanchez super Decalog. lib. 7. c. 8. num. 2.*

Nequè dubitarunt Domini, quod eadem Beatrix fuerit Monialis, & professa, nam ingressa de anno 1540. Monasterium Omnium Sanctorum nuncupatum del Sacco Ciuitatis Castelli, & adhuc intra annum probationis existens, Alexander illius pater Monialibus soluit ad computum dotis, & seù eleemosynæ scuta ducenta, & postmodum Angela eius mater de anno 1555. residuum dotis, quod erat scut. 500. eisdem Monialibus numerauit, ad quorum rece-
12 ptionem † nequè Moniales accessissent, nequè Angela adstringi potuisset ante professionem emanatã, e x quo elee-
13 mosyna † erogatur pro sustentatione perpetui oneris ex parte Monasterii alendi sororem professam; non autem ad tempus in Claustro permansuram, eidemquè Beatrici Cardinalis Vitellotius frater moriens de anno 1566. reliquit legatum scut. 25. vita durante, pro cuius consequutione, cùm diù nomine Monasterii coram diuersis Iudicibus agitatum fuisset, tandem de anno 1580. Mense Octobris, Moniales omnes professæ, & eadem Beatrix inter eas vti Abbatissa transigerunt, cum hæredibus Cardinalis, quo
14 munere † Abbatissæ fungi non potuisset, nisi expressam ante professionem emisisset, *cap. nullus, cap. indemnitatibus de elect. in 6.* & in *Concil. Trid.* idem sancitum fuit de

Regu-

Regular.cap.7.sess.25. & in eum modum per Visitatorem Apostolicum de anno 1571. per Constitutiones particulares cautum fuit ipsis Monialibus omnibus congregatis acceptantibus, & obseruare promittentibus.

Non obstant literæ Episcopi Ciuitatis Castelli responsiuæ literis sacræ Congregationis, nempè Abbatissam Monasterij del Sacco dixisse iam excedere annum trigesimũ, in quo ipsa reperitur Monialis, & quod aliqua ex Monialibus non emisit possessionem, nec Visitatorem tractasse, cum illis de professione, sed de clausura.

Quia conuincitur responsionem fuisse artificiosam, ex quo instrumenta Dotis, & legati, exercitium dignitatis Abbatissatus, Constitutiones Visitatoris, & Monialium confessiones benè determinant fuisse, & esse Monasterium professarum, non autem Oblatarum Congregationem;
15 propter formam professionis, & clausuræ indictam, † & obseruatam, ad quæ oblatæ non adstringuntur, *Boer. decis. 20, num.6.* & latissimè distinguit *Mirand. in Manual. Prælat. regular. de Sacris Monial quæst.1. art.6.*

Nec contradicit *decisio bon. mem. Card. Lancellotti 15.*
16 *Martij* 1604. quàmuis in ea asseratur † non constare de professione Beatricis, quia quod tunc non constabat, hodiè ex prædictis indubitanter probatum apparet.

Demùm non obstat, quod Beatrix decesserit extra Clau-
17 stra, & propterea omnia † eius iura, & bona ex Constitutione Gregorij XIII. in nouo Bullario 43. transierint in Cameram Apostolicam, cuius est cessionarius Dominus Iulius.

Quia, & si probetur Beatricem condidisse testamentum extra claustra 9. Octobris 1601. & obijsse prima Februarij
18 1602, attamen quia verba constitutionis prædictæ † non auferunt ius ante egressum Monasterij quæsitum, sed tantummodò deferunt Cameræ Apostolicæ, quod acquiritur
19 per Religiosum de tempore, quo viuit extra Claustra † etiã ex causa testatæ, vel intestatæ successionis, non sufficit D.
20 Iulio si probauerit obitum Beatricis extra Claustra, † nisi etiam insimul iustificauerit delatum fuisse ius legitimæ Cameræ Apostolicæ, in tempore exclusiuo Monasterij, cum hoc pertineat ad fundamentum eius intentionis, quod te-
21 netur probare, etiam si sit † reus in sua exceptione, *Bart. in l. prima per illum textum, ff. de except. Corn. cons. 223. nu.7. vol.2. Paris. cons.45. in princip. volum. primo, Aegid decis. 563 Gayl. lib.2. obseru.13. num.3. Surd. cons.248. num.3. lib.2.* aliàs hæc exceptio iurium Cameræ semper erit æqui-
22 uoca, quod scilicet legitima Beatricis pertineat, vel † non pertineat ad iura Cameræ, quæ in gradu probationis nihil solet concludere, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc, C. vnd. legitim. Surd. cons.151. num.47. volum 2.*

Et ita.

* Idest sub die 23. Ianuarij, & 17. Maij 1630. sunt decisiones 340. & 376. supra par.5. recent. & vide etiam decis.47. in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Die Mercurij 5. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Appellationi interpositæ, si quis renunciauerit, quid operetur talis renunciatio. Obligatio facta in Carceribus, quando valeat. In executiuis licita est variatio, donec creditor consequatur suum creditum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, facit probationem probatam.*

2 *Immissus in possessionem per subhastationem, præuia Iudicis auctoritate, iustè possidet.*

3 *Appellationi, si pars aduersa renunciauerit, non potest amplius de nullitate opponere, de gestis ab altera parte.*

Cum tunc de dicta appellatione non est habenda ratio, ac si numquàm interposita fuisset, num. 3.

4 *Quasi possessio amittitur per renunciationem.*

5 *Iura sua renunciantibus, non datur, amplius regressus ad illa.*

6 *Renunciatio facta in carceribus præsumitur facta per metum, & ideo non sustinetur.*

7 *Carcerati obligatio est valida, & sustinetur, quotiès quis iustè fuit carceratus.*

8 *A manutentione petita, vt quis repellatur, sufficit renunciatio, vtcumquè facta.*

9 *Possessio amittitur per renunciationem coactam, & renuncians debet agere ad rescindendum, quod est sub illo metu factum, ex edicto quod metus causa.*

10 *Possessioni, si quis coactè renunciauerit, non debet agere possessorio ad recuperandum, sed actione, quod metus causa, ad illum actum rescindendum.*

11 *Pro carcerationis iustitia præsumitur.*

12 *Obligatio, quantùmuis in carceribus facta sustinetur, si quis iustè fuerit carceratus.*

13 *Bona capta pro executione, si fuerint subhastata, & tradita emptori, non potest iterum creditor via executiua contra eundem debitorem agere ex eodem contractu.*

14 *Debitor spoliatus re sua, non debet iterum via executiua pro eodem debito, alijs bonis spoliari.*

15 *Remedia plura, si quis habeat, eligendo vnum, non præcludit sibi viam ad aliud.*

16 *In executiuis potest actor relinquere viam inceptam, & ad aliam recurrere.*

17 *Actor in executiuis potest omissa via subhastationis bonorum, procedere ad capturam personæ.*

18 *Creditor, si habeat bona debitoris sequestrata, potest tamen petere debitum, quia non est sibi satisfactum.*

19 *Et hoc maxime procedit stante obligatione Camerali, ex tritissimo, & vsitato stylo.*

20 *Depositum, quando est conditionale, & non liberum, non suffragatur.*

DECISIO CXXII.

Bartholomæus Albizzinus sub prętextu nullitatis subhastationis bonorum in vim mandati executiui sibi ablatorum, ab A. C. obtinuit manuteneri in illorum possessione. Et licet in carceribus renunciauerit dicto mandato de manutenendo per ipsum obtẽto, nihilominus obtinuit exequi dictum mandatum, à quibus interposita appellatione, & commissa causa in Rota, cum facultate manutenendi quem de Iure, ad fauorem Ioannis Baptistæ Ranucij, cui bona ablata fuerunt deliberata, fuit resolutum. Quia de eius possessione capta in vim mandati Iudicis constat ex
1 Instrumento, quod facere † probationem probatam pluries fuit resolutum, fuit enim immissus per subhastationem, prę-
2 uia † Iudicis auctoritate, *l. iustè possidet, l. qui vniuersas. §. Item cum Pretor. ff. de acquir. possess. Rota coram bo. me. Cardin. Caualerio decis 42. num.1. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.582. num.2.*

Neque Albizzinus potest manutentionem excludere, sub prætextu appellationis interpositæ à subhastatione, quia cum deinde renunciauerit appellationi, & mãdato de manutenendo sibi concesso, quinimò approbauerit, & emo-

loga-

rogauerit subhastationem, & deliberationem factam ad
fauorem dicti Ranucij, non potest amplius de nullitate op-
3 ponere, † sed omnia gesta remanent valida ex facto partis,
ita vt de appellatione non sit habenda ratio, ac si nunquàm
interposita fuisset, *vt post Franch. & alios in cap. interposi-*
ta §. ille denique num. 2. de appellatione firmat Scacc. de
appellat. lib. 2. cap. 2. quæst. 19. remed. 1. conclus. 5. numero 8.
4 fuit enim per huiusmodi renunciationē amissa quasi † pos-
sessio. *Panormit. in cap. accepta, num.* 4. *de rest. spol.* & pro-
5 pterea ei non est danda † manutentio, cum renunciantibus
Iura sua non detur regressus ad illa, *l. quæritur, §. venditor,*
ff. de edil edict. cap. ex transmissa. de renunciat. Rota in
Parmeñ pensionis. 28. *Iunij* 1627. *coram R.P.D. meo*
Durano.
Non obstat, quod postea renūciatio facta in carceribus,
6 † censeatur facta per metum; & propterea non sustineatur
ad tex. in l. qui in carcere, ff. de eo, quod met. caus. quia quo-
7 tiès iustè fuit quis † carceratus, obligatio carcerati est vali-
da, & sustinetur, vt apparet ex pluribus deductis, per
R.P.D. meum Merlinum in Romana mutui seù pecunia-
ria. 14. *Martij* 1631. in qua hæc materia latè pertra-
ctatur.
Nec in præsenti agitur de rescindenda venditione, sed
agitur super possessorio, ad quod vt Albizzinus repellatur
8 † sufficit dicta renūciatio vtcumq; facta, *l. si mulier, §. vlti-*
mo, ff. quod met. caus. Menoch de recuper. remed. 1. *n.* 104.
Paris. de resignat. benef. lib. 13. *quæst.* 2. *num.* 8. *Rota decis.* 5.
9 *de renunciat. in nou.* vbi, quod per renunciationem † coa-
ctam amittitur possessio, & renuncians debet agere ad re-
scindendum, quod est sub illo metu factum, ex edicto, quod
metus causa, *Signorol cons.* 75. *num.* 22. *Card. in clem.* 2. *§.*
sanè tertia oppositione de pœnis, Anchar. cons. 382. *in princ.*
Felin. in cap. Præterea, num. 35. *de sponsal.* & propterea nō
10 † possessorio agitur ad recuperādum, sed ea actione, quod
metus causa ad rescissionem illius actus. Et licet pro Iusti-
11 tia † carcerationis præsumatur, Attamen in præsenti casu
de ea clarè patet, quia constat de debito scutorum 531. ex
publico Instrumento obligatione Camerali vallato, cuius
vittute conuentus à creditore A.C. seruatis seruandis man-
datum executiuum relaxauit, executum primò super bonis
Ranuccio deliberatis, deinde in persona eiusdem met Al-
12 bizzini debitoris, vnde obligatio † quantùm vis in carceri-
bus facta sustinetur *ad text. in l. fin. § fin. ff. de eo quod met.*
caus. Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 5. *in princ.*
ff. de re iudic.
Nec potest carceratio argui de Iniustitia, ex eo quod bo-
na debitoris fuerint cum effectu subhastata, licitata, & ven-
dita, & quod subhastatio fuerit effectum sortita per tradi-
tionem bonorum, factam Ranuccio licitanti, vt propterea
postquàm fuerunt pignora prætoria capta pro executione
13 sententiæ † subhastata, & tradita emptori, non potuerit
creditor iterùm via executiua contra eumdem debitorem
agere ex eodem contractu, *l. à diuo Pio. §. si post additum*
pignus. ff. de re iud. ea ratione, quia debitor spoliatus re
14 † sua, non debet iterùm via executiua pro eodem debito,
alijs bonis spoliari, per ea, quæ tradit *Parlad. lib.* 2. *rer. quo-*
tidian. cap. fin. 4. *par. §.* 16. *num.* 20. *& faciunt tradita per*
Ioseph Ludouic. decis. 111. *nu.* 9 *& seqq. Gonzal. super reg.*
8. *gloss.* 6. *num.* 189. *& seqq.* Quia quandoquis habet plura
15 remedia eligendo † vnum, non præcludit sibi viā ad aliud.
Negusant. de pignor. par. 8. *membr.* 3. *n.* 27. *tom.* 6. *par.* 1. *fol.*
258. *Iacob. Caruen. var. resol. par.* 1. *cap.* 17. *de appellat. nu.*
16 38. & quod in executiuis possit † actor relinquere viam
inceptam, & ad aliam recurrere, *refert, & sequitur Capu-*
17 *taq. decis.* 50. *num.* 5. *par.* 1. vnde omissa via † subhastatio-
nis bonorum, potuit procedi ad capturam personæ, *Bart.*
in l. consentaneum, nu. 17. *vbi Bald. in l fin. C. quomod. &*
quand. Iud. Ias. in l. nulli prorsus, col fin. C. de Iudic. Aret.
cons. 111. *col. fin. Dec. cons.* 12. *num.* 2. vbi quod licet credi-
18 tor habeat bona debitoris sequestrata, † poterit tamen
debitum petere, quia non est sibi satisfactum. *Surd. cons.*
365. *num.* 11. *Crauett. cons.* 63. *num.* 9. stante præsertim o-
19 bligatione † Camerali. *Paris. cons.* 103. *num.* 3. *vol.* 3. *Gal-*
les. de oblig. Cam quæst. 15. *nu.* 2. *vbi Zacch. num.* 1. quod
procedit sine difficultate ex tritissimo, & vsitato stylo.
Nec obstat, quod in casu isto videatur satisfactum cre-
ditori per depositum factum à Ranuccio, quia cùm fuerit
20 † conditionale, non autem liberum, non suffragatur, *Bart.*
in l. soluturos. num. 5. *ff. de solut. Salicet. in l. acceptam. n.* 1.
C. de vsur. Cenc. de Cens. par. 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *num.* 28.
vbi apparet Rotam pluries ita sensisse.
Et propterea cum constet de validitate renunciationis Ra-
nuccio, & possessori, authore Prætore, fuit manutentio
concessa.
Et ita, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Tutelæ.

Die Mercurij 5. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Iudex, si remoueat tutorem, vti suspectum, vel interloquatur super eius legitima excusatione, semper erit locus tutelæ datiuæ, & non legitimæ, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Tutor se excusare potest à munere tutelæ propter officium publicum.*

2 *Tutori datiuo, & non legitimo est locus, si semel tutela deuoluta sit ad tutorem testamentarium, & ipse se legitimè excusauerit.*

3 *Et hic casus alius similis est dandus.*

4 *Iudex, si remoueat testamentarium tutorem, vel vti suspectum, vel quia se legitimè excusauerit, hoc agit, vt alium det tutorem, non autem, vt aperiatur locus legitimo tutori.*

5 *Destitutio ad quem pertinet, ad eumdem etiam debet pertinere institutio.*

6 *In Tutore testamentario, quando non simus.*

7 *Tutela datiua expirata, quando succedat legitima.*

8 *Subrogatus assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

9 *Tutor, si egeat Iudicis ministerio ad se eximendum ab onere tutelæ, tunc Iudex vtrumquè agit, nam eximit, & de alio prouidet.*

10 *Tutor legitimus donec adest, non est locus datiuo, & quando ista regula non procedat.*

11 *Tutela datiua, quando cessat non Iudicis ministerio puta morte ciuili, vel naturali, tunc locus est tutelæ legitimæ.*

12 *Iudex, quando interloquitur super excusatione tutoris, semper est locus tutelæ datiuæ.*

13 *Mater, quando funditus desijt esse tutrix filiorum, alium tutorem nominare non potest.*

14 *Iudex in decernendo tutorem pupillis, si vult, potest sequi consilium matris ad deputandum eis tutorem deferendo ei, propter amorem erga filios.*

15 *Clausula, & omni meliori modo, &c. posita in sentētia operatur, vt substineatur eo modo, quo est vtilius.*

DECISIO CXXIII.

Domina Constantia Mazzigna de Clementinis, mortuo Iacobo Antonio Rodiano eius viro, antequàm secundò

cùndò nuberet, petijt à Iudice præuia tutelæ filiorum suorũ renunciatione, deputari in tutorem Dominum Petrum Paulum Bonillum, qui deputatus, & confirmatus fuit sub die 30. Maij 1628 sed eodem post tres menses tutelam recusante, & D. Constantia iam secundis nuptijs contractis, denuo petente de alio tutore prouideri, nominauit Anibalem Serenum, qui pariter à Iudice fuit deputatus, pronunciando insuper non obstante contradictione DD. Philippi, & Iuliani de Mazzinghis, tutorem datum esse confirmandum, exclusis legitimis tutoribus; causa ad Rotam delata, quæsitum fuit, an eadem sententia esset confirmanda, & affirmatiuè fuit resolutum.

1 Quia D. Bonillus Iudicis ministerio se † exemit à tutela, excusando se propter functionem publici muneris, quo casu clara sunt verba *text. in l. si quis sub conditione, ff. de Testam. Tutel.* vt sit locus tutori datiuo, non autem legi-
2 timo; ibi & si semel ad testamentarium deuoluta sit † tutela deinde excusatus sit tutor testamentarius, adhuc dicimus in locum excusati alium dandum; non ad legitimum tutorem redire tutelam; & paulò infra ponitur ratio: nam
3 † & hic idcirco agit, vt alius detur, similis est *textus in l. 3. §. quæri potest, ff. de legitim. Tutor.* propterea *Bart. & Bald. in d. l. si quis sub conditione.* ponderant factum Iudicis id principaliter agentis; vt illum remoueat, vel tamquàm
4 † suspectũ, vel quod verè impeditus sit, & excusandus; vnde id agit, vt alium det tutorem: non autem vt aperiatur locus legitimo; & idem sentit *gloss. in Auth. sacramentum in verbo tutela. C. quando Mulier. offic. Tutel. & Gabr. consil. 27. nũm. 2. lib. 1. Montan. de tutore cap. 16. num. 8. Guttierez eod. tract. par. 5. num. 12. & cons. 52. num. 17. Gregor. Lopez lib. 5. par. 6. tit. 16 gloss. 3.* aduertẽtes prætereà, & in specie *Bald sub num. 2. in d. l. si quis sub conditione,* quod non ideo hoc Iudicij permittitur, quia durent reliquiæ datiuæ,
5 sed quia ad quem pertinet destitutio, † ad eumdem pertinet institutio; vnde eodem Iudicis ministerio debet vtrùmquè fieri.

6 Nec refert, quod in præsenti non agitur de testamentario tutore, qui se excusauit, † prout erat D. Constantia, quæ adiuit Iudicem, antequàm ad secunda vota transiret, manifestando causam suæ suspicionis, vt à tutela abiret, aliùsquè tutor à Iudice daretur, in quibus terminis videntur loqui *textus in l. si quis sub condit. & supra allegat.* & latissimè explicat *Berou. q. 66. num. 5.* secus autem quando alius
7 tutor iàm datus, nempè Bonillus desijt esse tutor: † quia tũc expirata datiua, succedit legitima, *§ finali instit. quib. mod. tutel. finit. Curt. Iun. consl. 29. num. 6. specul. de tutore, §. si verò num. 4. Gratian. discept. 63. num. 14.*

8 Quia de muliere recusante ad subrogatum recusantem, ad hunc effectum non constituitur essentialis differentia; † dum assumpsit naturam eius, in cuius locum fuit subrogatus *Salicet. in Auth. sacramentum num. 6. C. quando Mulier offic. tutel. fung. poss. Gutier. d. cons. 52. num. 9.* Sed in eo,
9 an excusatus à tutela egeat † Iudicis ministerio ad se eximendum ab onere; quia tunc vtrumque agit Iudex, & exi-
10 mit, & de alio prouidet tutore, & † in hac parte cessat regula de legitimo Tutore dando, donec extet; non autem de datiuo per *l. si tutor, §. 1. ff. de Tutel. & ration. distrah l. non solum. §. si libertus, ff. de excus. tutor.* quia vera est, quando
11 cessat tutela absquè Iudicis ministerio, † puta morte ciuili, vel naturali, vt distinguunt *Bart. & Bald. in d. l. si quis sub conditione,* ex quo tunc finitur tutela facto naturæ, non Iu-
12 dicis: sed quando intrat Iudex aliquid agens, prout † est in cognoscendo super excusatione, & interloquendo semper locus est datiuæ.

Demùm non obstat, quod postquàm D. Constantia mater transijt ad secunda vota Bonillus se excusauit, & ipsa nominauit Anibalem Serenum, & Iudex in sententia sequendo illius nominationem, diffinitiuè pronuntiauit benè cumdem Anibalem, in tutorem per dictam D. Constantiam dictis filijs suis, fuisse nominatum, & per A.C. confirmatũ,
13 de quo tempore † nominare nõ poterat; dum funditus desierat esse tutrix *Bart. & Bald. in d. l. si quis sub conditione, & in Auth. sacramentum, C. quando Mulier. offic. Tutel. fung. poss. Berou dicta q. 66. num. 5. & 6.*

Quia Iudex, & si nominatum à Matre deputauerit in tutorem, non tamen id ægit, quia teneretur nominatum de-
14 putare; sed quia potuit sequi matris consilium, † quatenùs deputandus repertus fuisset idoneus, deferendo etiam illi propter amorem erga filium. *Gabr. cons. 27. num. 4. lib. 1. Bart. in d. Auth. Sacramentum num. 4. Guttierez de tutel. part. 1. cap. 8. nu 72 Gregor Lopez in supra alleg. gloss. 3.* & proptereà Iudex non se restrinxit ad nominationem; sed in eadem sententia fecit secundam partem, ibi *quatenus opus sit eumdem Anibalem in tutorem ex officio deputa-*
15 *mus,* & cùm clausula, † *& omni meliori modo,* per quam actus sustinetur in vtroquè capite, prout vtilius est ei, ad cuius fauorem sententia lata reperitur *Grat. cons. 34. nu. 6. Caputaquen. decis. 124. par. 1. Cæsar. de Grass. decis. 1. num. 4. de elect. Rota decis. 200. num. 11. par. 1. recent.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Ianueñ separationis Thori.

Die Veneris 5. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Appellans ad Romanam Curiam, ad hoc, vt in ea, causa tractetur, quid sit necessarium. Appellationis notitia quando, & in quibus casibus, censeatur deuenisse ad partem aduersam, & stante dicta scientia, quid pars peragere debeat. Notabilis est decisio.

SVMMARIVM.

1 *Causa posteaquàm fuit commißa in Curia censetur ad illam, causa deuoluta, & habet vim peremptorij ad totam causam, præcedente intimatione, absquè alia citatione, & num. 2. vbi quid seruetur de stylo Rotæ.*

3 *Principalis censetur habuisse notitiam appellationis interpositæ, si eius procurator producat mandatum in actis illius causæ.*

4 *Priuati non poßunt dare iurisdictionem non habenti.*

5 *Citationis nullitas saluatur ex scientia citati. & numero 65.*

6 *Appellationis admissio, quando habeat vim peremptorij. & num. 8. 17.*

7 *Causa censetur prophana etiam, quod sit spiritualis, dum non agitur super titulo beneficij.*

9 *Appellans ad Papam tenetur prosequi causam in Curia, vel ad eam transmittere procuratorem cum sufficienti mandato.*

10 *Iudex à quo, quando non poßit procedere ad executionem suæ sententiæ.*

11 *Appellationi, quando per Iudicem, aut per partem non defertur, tunc non dicitur causa deuoluta ad Curiam, vt in ea poßit tractari.*

12 *Termini sola præfixio ad prosequendam appellationem habet vim peremptorij.*

13 *Causæ beneficiales de sui natura per appellationem sunt tractandæ in Curia.*

14 *Appellans habet annum ad prosequendum appellationem, & ex causa biennium.*

15 *Et*

15 *Et post hoc tempus pars amplius non auditur, nisi ex causa, saltem per viam restitutionis in integrum.*

16 *Iudex potest ex causa abbreuiare terminum appellationis, à lege præfixum.*

18 *Appellationis termini præfixio est tantæ considerationis, vt ex ea solùm causetur deuolutio, & edictum peremptorium absquè alia dilatione.*

19 *Alij contrarium sentiunt, maximè quando appellatio interposita est à diffinitiua.*

20 *Notitia alicuius rei, quando ad aliquem non peruenit, ipse diuinare non potest.*

21 *Clem. causam de appell. expressè induxit intimationem appellationis.*

22 *Iudex delegatus non potest procedere contra absentem, absquè noua citatione.*

23 *Et quando est citatus, & non comparet, tunc incipit illius contumacia, & non antea.*

24 *Iudex appellationis semper est certus. Iudex verò delegatus semper est incertus.*

25 *Causa, siuè per appellationem, siuè per citationem, siuè ex speciali mandato sit in Curia, partes sunt citandæ ad totam causam, & singulos actus, vsquè ad diffinitiuam sententiam exclusiuè.*

26 *Clem. vt causam, de appell. quare emanauerit.*

27 *Causam deuoluens ad Curiam Romanam, cum plena notitia principalis, tenetur intra mensem iter arripere ad Papam.*

30 *Causæ beneficiales citò debent expediri, ne ex diuturna vacatione damnum sentirent Ecclesiæ.*

31 *Text. in cap. 1. de elect. in 6. procedit tantum in beneficialibus, & num. 32.*

33 *Rot. decis. 1. de elect. in nou. & aliæ plures in quibus terminis loquantur.*

34 *Decisiones Rotæ vbi faciunt mentionem de Clem. causam. de appell. omnes debent intelligi de causis beneficialibus, & spiritualibus, hoc est matrimonialibus.*

35 *Statutum in causis beneficialibus, censetur idem statutum in causis matrimonialibus, quando agitur de fœdere matrimonij.*

36 *Clem. causam de appell. non habet locum, nisi quando agitur super titulo beneficij.*

37 *Causa matrimonialis, quando æquiparetur causæ beneficiali.*

38 *Appellatio ad Curiam, vt teneat, requiritur; vel quod sit interposita parte præsente, vel quod interuenerit intimatio. & num. 43.*

39 *Appellans iuxtà formam cap. vt circa. de elect. in 6. quid seruare teneatur.*

41 *Forma inducta ad certum effectum, potest sperni, dummodò habeamus effectum.*

42 *Forma, quando respicit ordinem, & substantiam actus debet seruari, & eius omissio vitiat actum.*

44 *Speculator in §. qualiter. de appellat. num. 11. quando procedat.*

45 *Appellationis scientia debet esse plena, & certa, itaut æquipolleat præsentiæ, & intimationi.*

46 *Vital. in Clem. causam. §. intimatio de appellat. nu. 33. declaratur.*

47 *Appellationis scientiam, non præsumitur quis habuisse, ex constitutione procuratoris, si non adsit clausula restrictiua ad causas deuolutas.*

48 *Nam restrictiua ista, inducit scientiam per necessè, & vide num. 49. 50. & 51.*

52 *Causa non censetur deuoluta ad Curiam, nisi ad appellatum, eius notitia certa, & plena intra tempus præfixum peruenerit.*

53 *Appellationis scientiam non præsumitur, quis habuisse, si constituerit procuratorem, antequàm sententia lata sit.*

54 *Causa deuoluta ad Curiam, postquàm est commissa, tunc sufficit partis scientia quoquo modo probata, dummodò sit plena, & certa.*

55 *Et vnus ex modis probandi istam scientiam, est quando nulliter citatus constituit procuratorem ad illam causam.*

56 *Aegid. decis. 364. declaratur.*

57 *Procurator habens generale mandatum si compareat in aliqua causa, censetur deducere illud mandatum ad speciem. & num. 58.*

59 *Scientia certa requiritur ad effectum sanandi nullitatem citationis. & num. 68.*

60 *Achill. decis. 16. de dol. & contum. intellectus.*

61 *Crescent. decis. 10. num. 1. & 5. de dol. & contum. declaratur.*

62 *Procuratoris constitutio generalis est ambigua, & indifferens, itaut ex hoc non potest argui scientia appellationis, nisi aliud concurrat.*

63 *Rot. decis. 1. de procurat. in nou. & aliæ declarantur.*

64 *Card. Seraph. decis. 1441. num. 4. in quibus terminis loquatur.*

66 *Rot. decis. 500. num. 2. coram Cardin. Caualer. intellectus.*

67 *Rot. decis. 736. num. 1. par. 2. in recent. declaratur.*

DECISIO CXXIV.

IN Decisione in hac causa facta 16. Februarij huius anni * fuit resolutum, quòd sententia Rotalis lata contra separationem Thori ad fauorem D. Marchionis cùm inde secutis, erat nulla, ex duplici fundamento. Primò, quia processus fuit nullus, cùm Iudex non haberet iurisdictionem procedendi per edictum, vt processit, & sic non præuia legitima citatione, non potuit postea processus agitari per cōtradictas, & quatenùs Iudex habuisset talem facultatem; nihilominùs processus ex alijs capitibus, non fuit legitimè factus. Secundò, quia citatio prætensi procuratoris non sustinebatur, siuè attendamus citationem factam Cabellæ, cum acceptauerit mandatum ad effectum substituendi tantùm, siuè attendamus citationem factam Lactantio substituto à dicta Cabella, cum nunquàm substitutionem accèptauerit ex latè deductis in dicta decisione. Ad euitādum huiusmodi fundamenta, duo principaliter deducebantur, Vnum, quòd fuit lata sententia in partibus super separatione Thori ad fauorem D. Marchionissæ, à qua procurator D. Marchionis appellauit ad Papam, & prætenditur, quòd dicta appellatio fuerit intimata procuratori D. Marchionissæ, quę
1 sola intimatio absquè alia citatione, postquàm causa † fuit commissa in Curia facit, vt ad illam censeatur causa deuoluta, & habet vim peremptorij ad totam causam, & operatur, quòd contra appellatum possit procedi absquè alia
2 citatione. *Clem. causam de elect.* vel ex vrbanitate † secundùm stylum Rotæ, per contradictas; vt per *Put. decis. 71. in fin. lib. 2. in correctis.* Alterum, quòd non sit curandum, an Cabella, & Lactantius fuerint legitimè citati, cum ex alio capite citatio per edictum, etiam nulla, suffragetur, vt potuerit procedi per contradictas, ex quo D. Marchionissa post dictam citationem per edictum, constituit Cabellam procuratorem, qui licet non fuerit specialiter cōstitutus ad

3 istam causam, sed generaliter, † hoc sufficit, cum produxerit mandatum in actis istius causæ, ex quibus præsumitur scietia D. Marchionissæ, citationis nulliter executæ. *Achill. decis. 16. de dol. & contum. Cavaler. decis. 500. num. 2. Rot. decis. 136. num. 1. par. 2. recent.* cum alijs pluribus allegatis.

Neque dicatur nullitatem citationis factæ per edictum minimè potuisse saluari ex scientia Dominæ Marchionissæ, cùm Iudex non haberet iurisdictionem procedendi il-
4 lo modo: priuati † enim non possunt dare iurisdictionem non habenti. *Verall. decis. 97. num. 2. & 164. num. 1. & seqq. par. 1. Achill. decis. 2. nu. 4. & 5. super Reg. de trienn. Mandos. in reg. de annal. quæst. 33. nu. 2. Lancell. de attent. lit. pēdent. in præfat. num. 142. vers. quantò intelligo*; quia hoc procederet, si Iudex nullam haberet iurisdictionem, sed cum haberet iurisdictionem procedēdi de iure ordinario, licèt citatio per edictum esset nulla ex defectu iurisdictio-
5 nis procedendi illo modo, tamen nullitas † illius citationis saluatur ex scientia D. Marchionissæ, quæ operatur, vt iure ordinario, Iudex potuerit procedere, cùm iurisdictionem haberet, quam non reassumebat ex scientia dictæ D. Marchionissæ, sed ex commissione signata manu Papæ.

His tamen duobus non obstantibus Domini perstiterunt in resolutis, ex rationibus deductis in dicta decisione 16. Februarij præteriti. Et pro dilucidatione primi oppositi,
6 quando admissio † appellationis habeat vim peremptorij, ita vt possit procedi absquè alia citatione, & ex vrbanitate per contradictas; Distinguendum est inter causas prophanas, & inter causas beneficiales, quando agitur super titulo beneficij, & matrimoniales, quando pariter agitur de fœdere coniugij, de quibus infra dicetur; Vtroquè enim casu iura diuersimodè disponunt: Et quantùm attinet ad casum
7 nostrum, in quo causa † censetur prophana, etiam quòd sit spiritualis, cum non agatur super titulo beneficij. *Verall. decis. 99. par. 1. Bellam. decis. 617.* vel non comprehenditur ad hunc effectum sub causis matrimonialibus, vt suo loco demonstrabitur, licet Iudex admiserit appellationem, & præfixerit terminum ad faciendum fidem de introductione
8 appellationis, nō tamen ista sola admissio habet † vim peremptorij, potuerit ex vrbanitate procedi per contradictas, sed solum operatur, vt causa dicatur esse in Curia, vt loquendo de appellatione ab interlocutoria, & diffinitiua declarant *Franc. in cap. Nicolao 64. num. 1. vers. sed quæritur primò, & vers. aliquando & quintò*, & apertiùs *Præpositus sub num. 6. de appellat. idem Franc. in cap. interposita, §. eidem not. 2. num. 2. eodem tit. de appellat.* sed solùm Marchio
9 appellans † tenebatur prosequi causam in Curia, vel ad eā transmittere procuratorem, cum sufficienti mandato ad prosequendum, *Præpositus vbi supra*, & si de prædictis fidem non fecisset, Iudex à quo, potuisset procedere ad exe-
10 cutionem suæ sententiæ, † licet appellatio non censeretur deserta. *Franc. in cap. personas num. 3. & 4. vers. quintò statuit, & vers. septimò aliquando de appellat. Cardinalis, num. 2. Abb. nu. 11. Alex. de Neuo, num. 38. in fin. Dec. nu. 3. Card. in cap. ex insinuatione, in fin. de appell. Rot. dec. 13. nu. 2. de appell. in nouiss. fin. Marant. in prax. vers. & quādocunq; appellatū, num. 205. vers. septimus est terminus. Add. ad Rot. dec. 25. col. 2. num. 3. de appell. in nou. Feder. de*
11 *Sen. cons. 28.* Et si appellationi † non fuisset delatum per Iudicem, aut per partem, causa non esset deuoluta ad Curiam, vt in ea posset tractari. *Franc. in cap. interposita. 70. §. eidem. not. 1. num. 1. eod. tit. de appellat.* Nec etiam sola
12 † præfixio termini ad prosequendum appellationem, habet vim peremptorij, ita ut possit procedi per contradictas, sed solùm ex ista præfixione termini, appellans tenetur impetrare, vel mittere procuratorem ad impetrandum in Curia Iudicem appellationis, qui cognoscat in partibus, non in Curia. *Præpositus vbi supra. Franc. in d. c. interposita, §.*
13 *eidem nu. 1. de appellat.* Nisi tamen causa † esset beneficialis, quæ de sui natura per appellationem sunt tractandæ in Curia. *Franc. in d. c. Nicolao, nu. 4. in fin.* ibi, *& intellige prædicta de aliis causis, quam beneficialibus. Præpositus num. 6. ibidem.*

Ad effectum igitur peremptorij ad totam causam, vt potuisset procedi in causa absquè alia citatione, & ex vrbanitate per contradictas, duo copulatiuè requirebantur, Primùm, quod Iudex, seù pars appellata detulisset appellationi, seù illam approbasset, Secundùm, quòd Iudex appellandi terminum ad prosequendam appellationem præscri-
14 psisset; licet enim † appellans ad prosequendam appellationem habeat annum, & ex causa biennium, *c. cum sit Romana 5. de appell.* & post hoc tempus non auditur nisi
15 ex causa, saltem per viam † restitutionis in integrum, *d. c. cum sit Romana. & c. ex ratione eod. tit.* Potest tamen Iu-
16 dex ex causa abbreuiare dictum † terminum, prout etiam potest pars appellata. *cap. reprehensibilis 26. cap. sæpè. 44. cap. oblatæ. 57. cap. personas. 4. eodem tit. de appellat.*

Et tunc quando ista duo simul iuncta concurrunt habēt
17 vim peremptorij † ad totam causam, adeò quòd absque alia citatione possit procedi ad instantiam vnius ex partibus contra absentem, tanquàm contumacem per contradictas, vt habetur *extra de appell. in c. personas. 4.* ibi, *appellationi suæ prolixum terminum præfixerit, & in c. reprehensibilis 26.* ibi. *competens ad prosequendam appellationem terminus præfigatur, & in c. sæpè. 44.* ibi: *post terminum appellationis edicti peremptorij vires obtineat. & in cap. ex insinuatione. 50.* ibi: *appellationi terminum non præfigens*, & ibi: *& hunc terminum appellationi præfixit, et in c. oblata 57.* ibi: *quando certus terminus ab appellante, vel Iudice appellationis præfigitur*, & ibi: *si verò non sit ad aliquis terminus à Iudice, vel appellante præfixus, & in c. Nicolao. 64.* ibi: *si vobis constiterit d. Abbatem, & Conuentum appellationi suæ terminum præfixisse, & in c. 1. de appell. in 6.* ibi: *tempore prosecutionis indulto*, & quicquid dubitatiuè dixerit, *Alex. de Neuo in d. c. sæpè de appell. num. 32. 54. 57. vers. sed aduertè*, hoc expresè tenerunt ibidem *Franch. num. 7. & 13. Bellam. num. 18. Abb. num. 22. Butr. num. 22. Imol. num. 19. & in d. c. Nicolao, de appell. Abb. num. 5. Bellam. num. 2. & 3. Butr. num. 8. Rot. decis. 32. num. 5. & seqq. de appell. in nou. Specul. de appel §. qualiter. num. 25. 26. &*
18 *27.* & est tantæ considerationis † termini præfixio, vt aliqui voluerint, quòd ex ea sola causetur deuolutio, & edictum peremptorium absq; alia delatione, vt per *Imol. in cit. c. Nicolao, num. 2. & 14. Butr. ibid. num. 3.* licet alij ibidem
19 contra teneant, maximè † quando appellatio interposita est à diffinitiua. *Specul. de appell. § qualiter. num. 25. Franc. in d. cap. sæpè, num. 30.*

Sed admisso, quòd omnia prædicta fuissent adimpleta, quòd tamen factum non fuit, adhuc D. Marchio non potuit procedere per contradictas contra D. Marchionissam absentem ex duplici capite. Primò, quia ipsi Marchionissæ non fuit, vt pro parte D. Marchionis supponebatur, notificata appellatio, vt infrà demōstrabitur, & propterea nō
20 dicitur habere † vim citationis iuris, cum non teneatur appellatus diuinare, vt singulariter aduertit *Archid. in c. 1. de elect. in 6. n. 5. in fin. vers. sed tu hoc intellige*, qui hoc probat ex iure antiquo, cum de tempore suo nondum emanauerit,
21 *clem. causam. de elect.* de qua statim dicetur, quæ † expressè induxit intimationem appellationis, & hoc dictum sequitur *Monach. ibid. num. 8. Anchar. num. 6. Io. Andr. nu. 14. in princ.* & idem notauit *Aegid. decis. 25. in fin. quæ incipit, Licet consensus.* Secundò, quia cum causa non cognosceretur per Summum Pontificem, sed à Iudice per ipsum de-
22 putato, non poterat d. Iudex procedere † contra absentē absque noua citatione, quia absens non poterat diuinare coram quo deberet comparere, & propterea debuisset ci-
23 tari à d. Iudice, † & tunc si non comparuisset, incæpisset illius contumacia, & non ante. *Innoc. in cap. per tuas il primo, per illum text. in verb. contumacia, de appell.* ibi: *& non aliter, quia in nulla culpa est absens, cum non sciat hunc Iudicem, secus autem dicemus in Iudice, ad quem appellatum est, quia ibi terminus præfixus ab homine habetur pro per-*
24 *emptorio*, & ibi: *Ratio diuersitatis est, quia semper † certus est Iudex appellationis, Iudex verò delegatus semper incertus est. Hostien. ibid. per ead verba, num. 1. 2. & 3. Io. Andr. num. 3. Anchar. nu. 3. Abb. antiquus num. 1.* qui licet distinguat inter causam commissam in Curia, & extra: tamen intrat eadem ratio in vtroque casu, præsertim in nostro, cum appellator, & appellatus essent extra Curiam. *Henric. Boich.*

ch.num.11. Bellam.num.4. Alex.de Neuo in d.c.sæpè.n.40. vers.tertia limitatio.de appell. & hinc *Rot.in decis.8.nu.2. de testib.in antiq.* dixit, quòd siuè causa sit per appellatio-
25 nem, † siuè per citationem, siuè de speciali mãdato in Curia, partes sunt citandæ ad totam causam, & singulos actus, vsque ad diffinitiuam sententiam exclusiuè, & cùm nõ aga-
26 tur de causa beneficiali, quæ de sui natura † in causa appellationis est tractanda in Curia, vt supra dictum fuit, valdè arridet ad propositum id, quod dicit *Io. Andr.in c.1.n.6. de appell.in 6.* in illis verbis: *Hac Curia non seruat, quòd cogat partes, ibi prosequi causas, quæ de sui natura non sunt in Curia, etiam si altera pars id petat; Vndè oportet de gratia id impetrare à Papa, vt pars citetur ad Curiam super causa, quæ de sui natura non est in Curia,* & idem dicit *Anchar.num.6.col.2.ad fin. vers.quod non tenet. Franc. in §. post hoc, num.4.& Gemin.in d.§.num.11. ad medium. Bellam.in d c.Nicolao, num.3.*

In causis verò beneficialibus est cõclusio fundata *in c. 1. de elect.in 6.* cum quo concordat *text. in c. cupientes, eod. tit.* vt aduertit *gloss.ibid.in princ.in verb. arripere, & in*
27 *clem.* † *causam, eod.tit.* quæ emanauit ad declarationem *d.c.1.& c.cupientes,* vt dicunt *gloss.in d.c.1.§.1. in ver.infra mensem, de elect.in 6. Card.in d clem. causam, num.4.in fin.& num.5.vers.quinto quæro. Imol.num.12.& 40. Barbatia col.2. ad medium, & col.3. post principium. Vital.nu. 36.& seqq. & in §.intimatio,num.39.* quòd appellatio iudicialis, vel extraiudicialis interposita ad Papam, vel in præ-
28 sentia † partis, vel eius procuratoris specialis, vel vtriusq; aut alteri eorum intimata infra mensem à die interpositionis appellationis, vel saltem post mensem, quando commodè fieri poterit, porrecto appellato tenore appellationis authentico, si petitum fuerit, vel perlecto illius tenore secundum formam *dictæ clem.* vel aliàs deducta ad plenã, & certam notitiam ipsius principalis, deuoluit causam ad
29 Romanam Curiam, & operatur, vt † non arripiẽte appellante iter ad Papã intra mẽsem, iuxtà *d.c.1.de elect.in 6.* vel appellatio iuxtà *d. Clemen. causam*, potest contra contumacem procedi absq; alia citatione, vt probatur in dictis iuribus, & notat ibidem *gloss.& DD.de elect.Rot.decis.1.de elect.in nou. Specul.de appell.§.qualiter, num.9.& seqq. & num.21.& 23. ad medium*, & in dictis iuribus datur bre-
30 uior terminus ad inducendam deuolutionem, † & expeditionem causæ in beneficialibus, quàm antea contingerat, nè ex diuturna vacatione damnum sentirent Ecclesiæ. *Ioann. Monac.in d.c.1.num.1.de elect.in 6.Io.Andr.num.13.col.2. post principium Hostien.n.3.11.12.17.Gemin.n.10.Rot.dec. 4.de dol et contum.in nou.* & debent ad hunc effectum seruari alia, de quibus *in cap.1.de elect.in 6. et in cap. vt circa de elect.in 6.*

Prædicta autem non suffragantur D. Marchioni ex duplici fundamento: Primò, quia habent solùm locum in beneficialibus, quando agitur de titulo beneficij, & ex identitate rationis in matrimonialibus, quando agitur de fœdere matrimonij, non autem, quando agitur super separatione Thori. Secundò, quia nec fuit seruata forma *dictæ clem.causam.* Quòd autem prædicta habeant solùm locum
31 in beneficialibus, † & ita procedere. *tex. in c.1. de elect. in 6.* dicunt ibidem *Hostien. nu.21. & 22. Archid. num.2.* vbi quòd sic seruat curia, *& nu.4. & 5. & nu. 6. Io. Andr. n.3.& 13. Gemin.nu.4.in fin.& seqq.& nu.10 ad fin. Monac.nu.9. in fin. et seqq. Franc.nu. 1.* & in terminis *dictæ clem, causam. Anchar.ibid.nu.2. vers.nota quod istud capitulum. Vital.num.40. Barbat.col.3.in princ. et col.8. in fin. Aegid.decis.222.in princ. Seraph. decis.1123. num.2.* &
32 quod in beneficialibus procedat etiam † *tex. in cap. 1. de appellat.in 6.* dicit ibidem *Hostien.num.21.* Et in beneficialibus quando agitur de titulo beneficij, loquuntur deci-
33 siones Rotales. † *Rot.in nou. decis.1. de elect. et ibi Adden. et decis.22.de rescript.et 4.de dolo et contum. et 10. 13. 17. 18.21.22.23.26. de appellat.nec non addit. ad decis.32.nu.4. in litera A.et de dol.et contum decis.1.3. 5.11.33.nu.3.39. 58.83.et 18.nu 2. et de procuratoribus decis.1.nu.1. col. 2. in fin. et de re iud.decis.10.nu.1.et in antiquis in tit. de appell.decis.36.43.53.54.56.64.Verall.decis.35.et 100. par. 1. et decis 392.par.2. Farinac.dubio 12.* & generaliter vbi deci-
34 siones † faciunt mentionem *de d.clem.causam,* & à ijs iuribus supra ponderatis, ad effectum deuolutionis debent intelligi de causis beneficialibus, & spiritualibus, hoc est matrimonialibus, vt aduertit *Achill.decis.5.n.3.de appell.*

Et quod prædicta etiam ex identitate rationis extendã-
35 tur ad causas matrimoniales † tantũ, quando agitur de fœdere matrimonij, dicunt *Monac.in c.1.nu.10. de elect.in 6. Hostien.n.21.*& quàmuis *gloss.in d.cap.1.et Gemin.n.4. Archid.n.6.* generaliter dicant, quòd prædicta extendantur ad causas matrimoniales: tamen sunt etiam ipsi intelligendi, quando agitur de fœdere matrimonij, non autem de separatione Thori, & hoc euidenti ratione. Nã sicuti *dicta clem.*
36 *causam, de elect.*& alia iura † non habent locũ, nisi quando agitur super titulo beneficij, hoc est super fœdere coniugij spiritualis, vt supra probatum fuit, ita etiam non debent habere locum, nisi agatur de fœdere coniugij matrimonialis,
37 cum in istis † terminis causa matrimonialis æquiparetur beneficiali, & ideò statutum in vna, debet censeri statutum in alia, etiam contra iuris communis regulas, *gloss.in l.si quis seruo alieno.in verbo, corrumpi, et ibi notat Bart. C.de furt. et in l.quod verò contra, ff.de legib.et in l.vt tantum, §. 1. ff. de seru corrupt. Hart.Picton.obser.192.num.13.* & sic iura prædicta non fauere huic causæ, in qua agitur de separatione Thori.

Quod verò in omnem euentũ non fuerit seruata forma *dictæ Clem.causam de elect.* satis patet, quia appellatio non fuit interposita in præsentia D. Marchionissæ principalis, aut eius procuratoris specialis, nec alteri eorũ fuit intimata infra mensem, iuxtà formam præscriptam in *dicta clem. causam;* nec sufficit, quod, si procurator D. Marchionissæ non fuit præsens appellationi, saltem cõparuit in eadem audientia paulò post, & contradixit dictæ appellationi, quod videtur sufficere, vt in his terminis, *Specul. de appell.§. qualiter, nu.11.* quia etsi ex hoc constet de scientia dicti procuratoris, illa tamen non sufficit, nisi sit vno ex duobus modis su-
38 prædictis, † vel per præsentiam quãdo interponitur appellatio, vel per intimationem sibi factam: quod clarè probatur, nam dum *in §.insinuatio* dicitur sufficere etiam, quòd ad appellatum plena, & certa notitia infra tempus prædictum peruenerit, dicit *gloss.ibidem in ver.appellatum,* non sufficere, quod scientia deuenerit ad procuratorem, ibi: *Non repetit de procuratore, per quod videtur, quod hoc casu, vbi non per modos prædictos* (scilicet si procurator non fuit præsens, aut illi appellatio non fuit intimata) *nõ sufficiat procuratorem sciuisse,* & glossam sequuntur, *Cardinalis in d.§.intimatio, n.4.Imol.n.78.Vital.nu.30. 37. et seqq.* & vi-
39 demus in simili, † quod si quis appellat, iuxtà formam *cap. vt circa, de elect.in 6.* pro forma requiritur, vt iuret duo, videlicet, quod credit obiecta esse vera, & quòd credit illa posse probare, & si non iurauit specificè, appellatio corruit. *Oldrad.cons.304.in princ. et etiam n.3. vers. constat enim,*
40 vbi quod non sufficit attestatio in † genere per Notarium facta, si dicat prædictis omnibus interfui, quia debet distinctè de vtroque iuramento attestari, sequitur *Aym.in consil. 88.num.19.* Et quàmuis posset replicari, quod præsentia procuratoris, dum appellatur, & intimatio appellationis illi facienda requiratur ad effectum scientiæ, & ideò sufficit,
41 quòd aliundè sciẽtiam habuerit, forma enim inducta † ad certum effectum potest sperni, modò habeamus effectũ ex adductis per *Card. Mantic.de tacit et ambig. lib. 2. tit. 4. num.45.* quia hæc forma non fuit inducta respectu procuratoris ad effectum scientiæ, sed respicit ordinem, & substã-
42 tiam, & ideò omissio istius † formæ facit corruere actum. *Dec.in cap.de appellationibus, num.13.& seq.eod. tit.de appellat.* maximè, quia ista competunt de iure extraordinario contra dispositionem iuris communis. *Dec. dicto loco n. 28.* Et quod ista respiciant ordinem, & substantiam probatur, quia *tex.in d.clem.causam.* solùm disponit sufficere, quòd appellatio interponatur præsente principali, vel Procuratore, aut quod alteri eorũ intimetur, dũ verò agitur de plena, & certa notitia loquitur de plena, & certa notitia principalis tãtùm, ergo firma remanet dispositio, quod in Procura-
43 tore † requiratur præsentia, dum appellatur, vel fit intimatio

tio ipsius appellationis, *l. Imperator. ff. de postul. l. statu liber. §. Stichum. de legat. 2.* & sic prædicta respectu Procuratoris respiciunt ordinem, & substantiam, non autem effe-
44 ctum. Vnde dictũ † *Speculat.* est intelligendum dum loquitur de scientia Procuratoris, quod loquatur cumulatiuè ad scientiam principalis, modò de qua in dicta clem. non autem simpliciter, quod sola scientia Procuratoris sufficiat.

Nec scientia D. Marchionissæ dictæ appellationis probatur, ad hunc enim effectum, vt dicitur in *text.* debet
45 † esse plena, & certa, & vt dicunt *gloss. & DD.* debeat esse talis, quæ æquipolleat præsentiæ, & intimationi, vt declarat *glos. ibi, in ver. intimatio, & in ver. plena, & certa,* ibi. *Nota quo non sufficit talis, qualis, &c. & plena dicit, vt totius appellationis, & omnium obiectorum in illa, notitiam habuerit, &c. certa dicit, vt indubitatum sibi sit, vel esse debeat, sic appellatum, &c.* quam *glos.* ibidem sequuntur, *Cardinalis in §. intimatio, num. 1. & 5. Imol. num. 11. & 79. Barbat. col. 5. in fin. & col. 15. Vital. in §. quod si in princ. & num. 10. & in §. verum, num. 1. & in §. intimatio num. 13. & 24. & in §. idemq. num. 4. Anchar. num. 10. Verall. decis. 35. num. 7. par. 1. Rot. decis. 26. de appell. in nou.* Scientia autem, quæ deducitur ex constitutione Procuratoris generalis longè post appellationem, non vi-
46 detur sufficere, nàm etsi † *Vital. in d. clem. causam, §. intimatio, num. 33.* dicat, ad hunc effectum scientiæ sufficere solam constitutionem Procuratoris posteà factam, siuè sit specialis, siue generalis, modò adsit in mandato clausula restrictiua, ad causas deuolutas, *Rot. decis. 1. de proc. in nou. vers. secundò non obstat decisio. & in antiq. decis. 33. eodem titulo, & 13. de rescript. Cassad. decis. 2. in fin. eodem titulo.*
47 Tamen ista constitutio Procuratoris generalis, † nihil potest operari, cùm in illius constitutione non adsit clausula restrictiua ad causas deuolutas, sed sit mandatum simpliciter generale ad omnes suas causas, cum facultate comparendi coram Iudicibus Ecclesiasticis, restrictiua enim illa, ad causas deuolutas, inducit pernecesse scientiam, cùm mã-
48 datum, † etsi generale, sit restrictum ad causas deuolutas, & hinc *Verall. in decis. 252 num. 1. & 4. par. 1.* videtur requirere vltra constitutionem Procuratoris aliquid aliud releuans, & Doctores ex alijs etiam inferunt ad scientiam,
49 vt si † appellatus consuluerit Aduocatum super tali appellatione, vt dicit *glos. in d. §. intimatio in verb. plena,* & ibi *Imol. num. 79. Vital. num. 36. Gugliel. de Monte Laudusio,*
50 *num. 23.* vel si † idem principalis confessus fuerit, appellationem fuisse interpositam, *Verall. decis. 35. num. 7. glos. in d. clem. causam, §. intimatio. ver. plena, & ibi Imol. num. 79. Vital. num. 35. Cardinalis, num. 6. Gugliel. de Monte Laudusio, num. 23.* vel quãdò appellatio præsentatur alicui præsente appellato. *Achill. decis. 16. de appell.* vel quando de
51 appellatione fuit habita † relatio à persona, cui appellans credere tenebatur, *Vital. vbi supra. num. 6.* vel quando appellati amicus, vel appellantis id appellatio significauit, *glos. vbi supra,* quod tamen negant ibidem *Vital. num. 36. & Imol. num. 79. in fin.* nisi talis amicus insinuauerit dictam appellationem, cum traditione copiæ in forma authentica, nec sola fama sufficit.

Sed in hoc casu cessat omnis difficultas, quia secundùm terminos *d. clem.* si sententia non feratur parte, vel Procuratore præsente, debet alteri eorum, intra mensem ab interpositione ipsius appellationis, vel saltè post lapsum eiusdem mensis, quàm cito commodè fieri poterit intimari, &
52 in tertio casu disponitur, quod causa † non censeatur deuoluta ad Curiam, nisi ad appellatum eius plena, ac certa notitia infra tempus prædictum aliter peruenerit, & ibi *glos. in §. intimatio. ver. prædictum,* explicat verbum, *tempus,* scilicet mensis, & postquàm commodè fieri posset, sed sic est, quod cùm D. Marchionissa existeret in Ciuitate Ianuæ, nec probetur aliquod impedimentum, intimatio potuit fieri intra mensem, & propterea etiam infra mensem requireba-
53 tur scientia, quæ etsi † induceretur ex constitutione Procuratoris non suffragatur, cùm fuerit facta longè ante sententiam, cum dicta sententia fuerit lata 5. Martij 1625. & mandatum fuerit datum 25. Februarij 1623. & sic nõ applicatur

Pauli Rubei. Decis.

glos. in dicta clemen. causam, in d. §. intimatio, ver. tempus, & ibi Cardinalis, num. 7. Imol num. 11. 76. in fin. & 80. Rota decis. 1. nu. 1. de elect. in nou. & ibi add. in litera C. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 6. num. 7. post medium. Felin. in cap. cum contingat, nu. 7 de rescript. Aegid. decis. 59. num. 2.

Quantùm attinet ad secundum principale obiectum. An probetur scientia D. Marchionissæ, ex eo, quod post cõmissam causam in Rota constituit Procuratorem generalem. Pro resolutione huius articuli dixerunt Domini suffi-
54 cere † scientiam quoquo modo probatam, dummodò tamen sit plena, & certa, *vt ex clem. causam, de elect. deducit Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. num. 3. in fin. & lib. 7. cap. 1. num. 1.* & vnus ex modis probandi istam scientiam ple-
55 nam, & certã est, quando nulliter † citatus constituit Procuratorem ad illam causam, & tunc processus agitatus, cum dicto Procuratore tenet *Rot. decis. 11. de dol. & contum. in nou. Achill. decis. 7. num. 3. de dol. & contum. Sarnen. in compend. vtriusquè Signaturæ, num. 68. Staphil. de literis grat. fol. 145. à tergo, secundùm antiquam impressionem, & tit. comm. an detur, &c. num. 2. fol. 278. secundùm paruam modernam impressionem. Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num. 132. secundum vltimam impressionem, Seraph. decis. 1366. Verall. decis. 252. par. 1. Crescent. decis. 6. de causa possess. & propriet. Vant. de nullit. tit. quib. mod sẽt. nulla repar. n. 123. Aegid. decis. 238.* qui sic etiam intelligẽ-
56 dus *in dec. 364.* † dum loquitur de Procuratore legitimè constituto post citationem, qui comparuit, & fuit dictum in causa *Laudeñ. deuolutionis 23. Maij 1594. coram bon. mem. Corduba.*

Insuper dixerunt Domini sufficere, quod post citationẽ
57 constituatur Procurator generalis, qui compareat † in causa, hoc tamen non simpliciter, sed tali modo, vt mandatum generale, quod est indifferens, scilicet, quod potest spectare ad istam, & aliam causam, cẽseatur deductum ad speciem, vt inquit *Seraph. in decis. 654. num. 3.* quæ quidem deductio ad speciem non potest inferri in casu, de quo agitur, ex
58 sola productione facta per Cabellam procuratorem † cõstitutum, cùm productio non fuerit facta, vt causam defenderet, sed ad effectum substituendi Lactantium, qui cùm nũquàm acceptauerit substitutionem, & cùm D. Marchionissa haberet aliam causam in Rota super alimentis, non potest ex isto mandato, & productione prædicto modo, facta absquè alio actu induci plena, & certa sciẽtia D. Marchionissæ, introductionis litis in Rota super separatione
59 Thori, quæ quidem plena, & certa scientia † requiritur ad effectum sanandi nullitatem citationis, vt supra deductum fuit. Hinc decisiones admittẽtes, quod sufficiat mandatum generale ad præsumendam scientiam, videntur aliquid vlteriùs requirere, vt illud mandatum generale censeatur de-
60 ductum ad speciem; nempè † *Achill. dec. 16. de dol. & contum.* loquitur de Procuratore generali comparente, cùm
61 protestationibus, *Cresent.* † *decis. 10. num. 1. & 5. de dol. & contum.* loquitur de procuratore, qui causam defendit, &
62 meritò quidem, quia cùm cõstitutio Procuratoris † generalis, sit ambigua, & indifferens, vltrà productionem mandati debet declarari per aliquos actus, & sine difficultate, quando Dominus constituens habet aliam causam, prout in casu isto, qui quidem actus declarant scientiam Domini, vt not. *per Cassador. decis. 1. in fin. num. 1. & 2. de procur. Rot.*
63 † *verò in nou decis. 1. de proc. & ibi addit. num. 5. & in antiq. decis. 23 de rescript. & 33. de procur. & Cassad. decis. 2. eodem tit. in fin.* nihil faciunt ad punctum, loquuntur enim de Procuratore constituto antè commissam causam, cùm restrictiua ad causas deuolutas tantùm, ex hoc enim constat clarè, quod ille est legitimus Procurator, quia illa causa est deuoluta, nec adest alia causa, qui nullatenus sunt ter-
64 mini nostri, *Seraph. decis. 1441. num 4.* † non loquitur de Procuratore generali, aut speciali, sed quatenùs loqueretur de generali, ibi Procurator comparuerat ad effectum excipiendi de nullitate dictarum citationum, & propterea ex illa comparitione dando de nullitate constabat de notitia,
65 & ideo stante † notitia defectus nullitatis citationis, tollebatur, & allegat *Mysinger. & Lancell.* & sic in casu illo vltra productionem mandati, aderat protestatio, quod ci-

R tatio.

66 tationes erant nullę, *Caual. dec. 500. n. 2.* † ponit obiectū de constitutione Procuratoris specialis, vel generalis post citationem, & dicit in casu suo non obstare, quia constitutio Procuratoris fuit facta, longè ante citationem, quare obiectum de Procuratore speciali, & generali simpliciter factum, debet tamen intelligi sano modo, *Rota verò dec. 736.*
67 *num. 1. par. 2. in recent.* † non firmat, quod sola comparitio Procuratoris generalis sufficiat absquè alio actu, immo ex tenore decisionis apparet, quod aliquid egerat ille Procurator, & secundum distinctionem prædictam, decisiones non sunt contrariæ, vt putant *Addentes de san. me. Greg. decis. 27. num. 14.* sed omnes sunt veræ in casu suo, & in omnem euentum, cùm Procurator generaliter fuerit constitutus, & D. Marchionissa haberet aliam causam in Rota super alimentis ex illa sola productione ad effectum prædictum nullatenùs potest declarari indifferentia mandati,
68 itaut inferatur † ad scientiam certam, & plenam citationis, quæ, vt dictum est, ad saluandum nullitatem citationis requiritur.

Et ita conclusum vtraquè parte informante.

* Est decis. 104. supra in hac eadem parte, & vide ibi in fine, Apostilla, in qua citantur aliæ decisiones in hac causa.

R. P. D. MERLINO.

Arimineñ Fideicommissi.

Die Veneris 7. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius ad effectum obtinendi immissionem remedio l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. quid sufficiat probare. Bonorum identitas quando probata dicatur. Instrumentum extractum ab Archiuista, quando dicatur in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Dominij probatio ad effectum obtinendi in remedio, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. non est necessaria, sed sufficit, quod probetur possessio.*
2 *Bona per cohæredes, quando diuiduntur ea bona, quæ obueniunt vni ex cohæredis, alius cohæres in eis amittit possessionem.*
3 *Instrumentum diuisionis bonorum hæreditariorum probat contra hæredes, & successores eorum, & causam ab eis habentes.*
4 *Testis vnicus bene probat identitatem bonorum iunctis adminiculis.*
5 *Diuisio facta inter cohæredes, ex quibus bene appareat, quod habuerit suum effectum, & num. 15.*
7 *Dominium censetur acquisitum ex titulo præambulo.*
8 *Notarij enunciatiua facta in testamento circa identitatem bonorum, quando plurimi facienda sit, quod ampliatur.*
9 *Instrumentum, si sit sumptum de sumpto, nullam fidem meretur.*
10 *Instrumentum, si sit extractum lite pendente, sine compulsoria, non probat.*
11 *Instrumentum extractum ab Archiuista, asserente se illud inuenisse inter rogitus cuiusdam Notarij defuncti, & cum suo originali collationasse, dicitur in forma probanti.*
12 *Instrumentum extractum ab Archiuio, vt dicatur in forma probanti, quid sufficiat.*
13 *Extractio instrumenti facta lite pendente, quando suffragetur etiam si fuerit facta absquè compulsorialibus.*
14 *Instrumentum extractum ab Archiuista probat, licet sit conscriptum aliena manu, dummodò ab Archiuista sit subscriptum.*
16 *Testes, si deponant, quod quis aliquid possidebat, & constet, quod ille in eo nullum habebat legitimum titulum, vtiquè dicti testes intelligendi sunt de possessione iure familiaritatis.*
17 *Fratres, & alij inter quos intercedit sanguinis necessitudo, vt plurimùm solent bona communia diuidere, vt vnusquisquè sciat partem suam.*
18 *Et nihilominus deinde insimul cohabitant, & vnusquisquè partem alterius possidet iure familiaritatis.*
19 *Identitas bonorum probatur per duos confines.*
20 *Bonorum identitas, vt dicatur probata sufficit verificatio duorum confinium, licet in alijs adsit diuersitas, & discrepantia.*

DECISIO CXXV.

POstquam præmissis in hac causa coram bon. mem. Cardinali Caualerio, quatuor decisionibus, concessa fuit immissio Giorginis, *ex remed. l. fin C. de edict. Diu. Adrian. tollen,* vigore fideicommissi in fauorem ipsorum purificati, in quam pluribus corporibus bonorum, quæ per Carolum fideicommittentem fuisse possessa vsquè ad obitum, tunc satis constare visum fuit. Insurrexerunt Salicetus, & alij tertij possessores litis consortes, atquè suam possessionem allegantes, bonaque per eos possessa vsquè in hæreditate, & bonis Caroli fideicommittentis extitisse negantes, causa mihi commissa, Interdictum retinendæ intentarunt, atquè manutentionem petierunt, quod iudicium cùm Dominis videretur satis turbidum, mandarunt disputari super bono Iure illorum de Giorginis, quæ disputatio ad hoc tantùm redigebatur, an probaretur, bona, de quibus agitur, fuisse per Carolum fideicommittentem possessa vsquè ad eius obitum, in reliquis enim, nempè circa fideicommissi existentiam, & illius purificationem, immissio per sententiam Rotalem concessa non impu-
1 gnabatur, prout & hinc inde admittebatur † ad effectum obtinendi Immissionem ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* non requirit probationem dominij, sed satis esse, quod probetur possessio fideicommittentis vsquè ad tempus sui obitus, quod millies dixit *Rota, vt in decis. 131. num. 1. & decis. 237. num. 1. par. 1. recent. & coram san. me. Greg. XV. decis. 194. num. 11. & in Bononieñ. fideicommissi de Desideriis 20. Nouembris 1628. coram me,* & aliàs passim, vnde distinctè procedendum dedi Dubium, An constet de bono Iure Giorginorum, & litis consortium quòd tria corpora, nempè quoad domum in contrata Sanctæ Agnetis, duas tornaturas, vnà cum vinea posita in contrata Sancti Laurentij, & aliud petium Terræ in Spadarolo, quo dubio pluries proposito. Hodie Domini responderunt. Non constare de bono Iure Giorginorum, & sic, quod prædicta corpora bonorum fuerint possessa per Carolum fideicommittentem vsquè ad eius obitum.

Apparet siquidē de anno 1567. diuisa fuisse per Carolū & Au-

& Augustinum omnia bona, quæ vsquè tunc in communi, & pro indiuisis possederunt, & in portione bonorum per dictam diuisionem assignata Augustino continentur, Domus posita in contrata Sanctæ Agnetis, vnum petium Terræ vnius tornaturæ tab. 80. positæ in contrata Sancti Laurentij, atquè alterum petium Terræ trium tornaturarum positum in communi Spadaroli, vt liquet ex Instrumento dato in Summario Saliceti, numero primo, vnde ex dicta diuisione, quemadmodum probatur bona prædicta fuisse in possessionem Augustini, tanquàm illi
2 † obuenta in eius parte, & cum clausula constituti in ipsum translata, ita excluditur possessio Caroli, quam in bonis prædictis per diuisionem à se penitus abdicauit, *iuxta tradita per Ruin. cons.40. num. 3. lib. 4. Decian. cons. 76. num.9. lib. 3. Peregr. cons.48. num.6. lib. 1. Fusar. de substit. quæst.618. num.17. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 371. num.9. & in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 5. Martij 1627. coram me*, & Instrumentum prædictum di-
3 uisionis † probat proculdubio contra Giorginos hæredes, & successores Caroli diuidentis, & ab eo causam habentes, *Ruin. cons.40. num.4 lib.4. Peregr. de fideicom. art.44. num.5. in fin. Surd. cons. 505. num. 4. Fusar. de substitut. quæst.618. num.50. & dixit Rota in præallegata Bononien. de Desiderijs coram me*. Immò quoad dicta duo petia Terræ, de quibus in dubio vltra diuisionem, cōcurrit etiam
4 depositio vnius testis per Giorginos inducti, † & asserentis, illa fuisse ab Augustino possessa, qui iunctis adminiculis benè probat identitatem, *Rota decis.119. num.4. par.2. recent. cum alijs*.

Neque dicatur diuisionem prædictam non habuisse effectum; quoniam immò, & effectuata, & multum adminiculata probatur diuisio, Tum ex eo quod Augustinus post
5 factam † diuisionem vendidit duo corpora bonorum existentium in portione sibi assignata, nempe vnam petiam terræ tornaturarum duarum tab.48. vendidit ipsimet Carolo Batiuo, & Consorti in diuisione, & domum sitam in regione Vergiani vendidit Francisco filio eiusdem Caroli, atque duas alias petias terræ Deto, & Diotalleuo, vt in Summario Saliceti num. 3. & 4. & 10. ac 11. signum patens, quod diuisio sortita fuit effectum, & ex titulo illius Augu-
6 stinus acquisiuit † dominium, quòd deinde ex contractu transtulit in emptores prædictos, & faciunt tradita *per Card. Seraphin. decis.747. num.3.* Tùm etiam quia Notarius, qui rogatus est de testamento Caroli explicando confines domus testatoris, in qua rogabatur testamentum, expressit, & apposuit pro confine, portionem domus Augu-
7 stini, de qua in dubio, & sic depræhenditur † non ad Carolum, sed ad Augustinum spectasse, aliàs inepta fuisset expressio huiusmodi confinis, & hæc enunciatiua Notarij in hac materia plurimi est facienda ad tradita per *Bald. in l. cū aliquis, & ibi DD. C. de Iur. deliber. Peregr. dicto art. 44. num.19. Fusar. de substit. quæst.618. n.26.* præsertim,
8 quia talis enunciatiua emanauit † in testamento per Giorginos producto, & ex quo ipsi agunt, & Ius suum deducunt, *Ruin. cons.141. n.13. vers. Quinimò dici potest, lib. 5. Rota decis.249. in fine par. 1. recent. Addent. ad san. mem. Greg. XV. decis.238. num.15.*

Non obstat, quod Instrumentum diuisionis non sit in
9 forma probanti, & sit sumptum † sumpti, quod nullam fi-
10 dem meretur, fueritque lite pendente † sine compulsoria extractum, quoniam immo Instrumentum visum fuit esse
11 authenticum, vt in forma probanti, † quia apparet extractum ab Archiuista asserente se illud inuenisse inter rogitus Iacobi de Angelinis Notarij prædefuncti in Archiuio Ari-
12 mini, & cùm suo originali collationasse, † quæ sufficiunt pro forma probanti, *Rota decis.217. n.1 par. 1. & decis.749. num.7. par.2. recent.* & huiusmodi extractio ab Archiuista, vt supra facta suffragatur etiamsi fuerit facta lite pendente,
13 & absque † compulsorialibus *Rota decis.27. num.1. par.2. recent. & coram Cardinali Caualerio decis. 640. num.2.* Immò etiamsi Instrumentum sit aliena manuscriptum,
14 † dummodo sit ab Archiuista subscriptum, vt censuit *Rota in Arimineñ. bonorum 11. Decemb.1623. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Non obstant testes per Giorginos inducti, deponentes per Carolum possessa fuisse bona, de quibus est quæstio,
15 vsque ad eius obitum, quoniam stante diuisione, † vt supra dictum fuit effectuata, & venditionibus de bonis diuisis per Augustinum factis, & teste per Giorginos inducto deponente de possessione Augustini, & sic constito, quod Ca-
16 rolus in his bonis nullum habeat † legitimum titulum, vtique testes prædicti intelligendi sunt de possessione Iure familiaritatis, *DD. in l. qui Iure familiaritatis, ff. de acquir. possess. Surd. cons.94. num.36. Rota coram Reuerend. D. meo Decano decis.239. nu.4. & in Romana Saluiani 10. Iunij 1626. coram R. P. D. meo Durano*, quæ Interpretatio ex eo
17 etiam redditur verisimilis, quia solent † fratres, & alij inter quos intercedit sanguinis necessitudo, vt plurimùm communia bona diuidere, vt vnusquisque sciat portionem propriam bonorum, & nihilominus deinde insimul cohabita-
18 re, † & vnusquisque partem alterius possidere Iure familiaritatis, *Paris. cons.87. num.5. lib. 1. Surd. cons. 260. num. 17. & seqq. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano dicta decis.239. num.6.*

Quò verò ad identitatem, nempè quod Domus, & tornaturæ terrarum possessæ per Salicetum, & in quibus Giorgini obtinuerunt immissionem, sint eædem, quæ in diuisione, & in portionem Augustini obtigerunt, benè deducitur ex conuenientia, & verificatione confinium, & demon-
19 strationum, † quarum duas sat est iustificari, iuxta theoricam *Bart. in l. demonstratio falsa, num.14 ff. de cond. & demonstr. passim à Rota receptam, vt in decis.275. num. 4. & decis.313. num.2. par. 1. recent. & coram san. me. Gregorio XV. decis.172. num.2. & 575. num.4. & alibi*, & quidem respectu domus omnes fines enunciati in Instrumento diuisionis, nempe via communis, bona Cæsaris del Sarto, & bona Angelæ Venetianæ Sum. num.7. ijdem fines referuntur etiam in articulis datis per Giorginos dicto Sum. nu.7. eademque prorsus affertur probatio circa petiū terræ vnius tornaturæ posita in contrata Sancti Laurentij, & aliud petium terræ trium tornaturarum positum in communi Spadaroli, combinando confines diuisionis cùm confinibus expressis in dictis articulis dicto Summario num. 11. & 15.

Non obstat, quod testes per Giorginos dati in Summario num.6. referant aliquos fines diuersos, quia diuersitas ex eo oritur, quod isti testes exprimunt fines antiquos, & amplius fines etiam modernos, qui loco antiquorum subrogati fuerunt, vnde potiùs confirmatur identitatis proba-
20 tio, & † sufficit conuenientia duarum demonstrationū, licet in alijs adsit diuersitas, & discrepantia, *Alex. cons. 84. num.4. lib.7. Crauett. cons.198. num.2. Rota decis.407. num. 2. et decis.706. num.4. par.2. recent. cum alijs.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Perusina Releuationis Testamenti.

Die Veneris 7. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

In hac decisione discutitur, & resoluitur, quod per statutum Perusinum lib. 2. cap. 135. &c. non censeatur derogatum dispositioni cap. cum esses ext. de testam. & quare. Egregia est decisio, & meritò, nam ab Auditore præclarissimo, & præstantissimo extensa est, & eius decisiones auidè quærendæ sunt, cū eas extēdat,

cùm tàm resoluta doctrina, & tàm firma scientia, vt nihil supra.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus, si versemur in subdito ditionis Ecclesiasticæ, vbi ius canonicum seruatur.*
2 *Et nedum substinetur vbi agitur de pia causa, sed etiam fauore causæ prophanæ.*
3 *Testamentum confectum coram Parocho, & duobus testibus potest, & debet ad instantiam nedum hæredum, sed etiam legatariorum, & aliorum quorumcumquè interesse habentium in publicam formam redigi, ad perpetuam rei memoriam.*
4 *Iudex ex quibus conuincatur ad concedendum petenti, vt scriptura in publica forma redigatur.*
5 *Processus examinis Parochi, & testium qui in aliquo testamento interuenerunt fieri debet coram Iudice sæculari, & non autem Ecclesiastico.*
6 *Testamentum, si contineat plura legata pia potest adiri Iudex Ecclesiasticus etiam contra hæredem Laicum.*
7 *Priuilegiorum communicatio intrat stante communi causa, & defensione.*
8 *Cap. cũ esses ext. de testam. quando nõ dicatur eße locus.*
9 *Cap. cum esses de testam. vt dicatur derogatum per statutum, quid requiratur.*
10 *Leges antiquæ sine voluntate, nec mutantur, nec corriguntur.*
11 *Leges sine iurisdictione tolli nequeunt.*
12 *Legi Canonicæ, vt dicatur derogatum per statutum semper requiritur specifica Papæ confirmatio, nec sufficit generalis in forma.*
13 *Statut. Perus. lib. 2. cap. 135. circa numerum testium in testamento &c. quid disponat.*
14 *Ius Ciuile in testamento requirit septem testes puberes masculos, & rogatos, cum eorumdem subscriptione.*
15 *In Testamentis de Iure Canonico desiderantur tantùm duo testes, & non tantùm masculi, sed etiam fœminæ esse possunt.*
16 *Derogatum non censetur vltra intentionem derogantis.*
17 *Testamentum, quod valeat cùm minori numero septem testium, statuto induci potest.*
18 *Quod procedit etiam si tale statutum sit conditum à Ciuitate Superiorem non recognoscente.*
19 *Laici statuentes non possunt deuenire ad derogationem Iuris Canonici, absquè Sedis Apostolicæ approbatione. & num. 31.*
20 *Statutum Laicorum si potest dirigere suos effectus ad ius Ciuile, nec repugnet dispositioni Iuris Canonici, semper cessat voluntas derogandi illi, cessantibus verbis, & repugnantia ad inuicem disponendi.*
21 *Derogationes, est regulare, vt non multiplicentur, quando in vno casu possunt habere effectum.*
22 *Statutum, quando dicatur permissiuum non autem prohibitiuum, aut abrogatiuum, & annullatiuum actus aliter gesti.*
23 *Confirmationes augent robur, quoad ius in confirmati executione, non autem augent factum comprehendendo maiora expressis.*
24 *Statutum, quando dicatur minime prohibitiuum, &* [...] *formam inducat.*
25 *Probibitione cessante, actus sustinetur.* *Bald. in cons. 404. num. 4. quo casu loquatur, nu*[...]
26 *In Testamentis de Iure Canonico sufficiunt duo tes*[...] *& Parochus.*
27 *Statuta Vrbis inter Ciues, & Incolas, & districtu*[...] *seruanda sunt, & vbi statuta non disponunt seru*[...] *dum est ius Ciuile, & in subsidium recurrendum* [...] *ad ius Canonicum.*
28 *Ius Canonicum, cum in Vrbe non sit seruandum in* [...] *cursu statuti, vel Iuris Ciuilis per implicitam n*[...] *tiuam, & prohibitionem, intrat derogatio per re*[...] *gnantiam, cum non possint simul statuta, & ius* [...] *nonicum seruari.*
29 *Decis. in Perusina Hæreditatis 20. Nouemb. 1602.* [...] *12. Decemb. 1603. coram Card. Pamphil. non* [...] *stinentur in eo, quod ibi incidenter dicitur &c.*
30 *Dec. in cons. 315. quo casu loquatur.*
31 *Statuta etiam confirmata à Papa quando non suffici*[...] *ad derogationem Iuris Canonici.*
32 *Concessum plus non est dicendum, quàm petitum fu*[...]
33 *Testator, si reseruauerit, quod testes subscriberent te*[...] *mentum, si subscriptiones secutæ non fuerint, dic*[...] *dum est testamentum imperfectum remansisse.*
34 *Cap. cum esses. de testam. reiicit solemnitates secund*[...] *leges humanas præscriptas in testamentis.*
35 *Solemnitates desideratæ in aliquo actu, si nõ sint de e*[...] *substantia, si cessent, non inualidant actum ia*[...] *perfectum.*
36 *Testamentum ne valide conficiatur si quis præstite*[...] *impedimentum, ei denegantur omnes actiones, s*[...] *sint legitimi hæredes, siue in alio testamento sc*[...] *pti.*

DECISIO CXXVI.

OCtauius viuens disposuit de bonis, & hæreditate s[...] coram Parocho, & duobus Testibus, eo postmodù[...] defuncto legatarij insteterunt coram Vicario Episcopi P[...] rusini leuari testamentum in publicam formam, qui citat[...] interesse habentibus pronunciauit scripturam testamen[...] dicti Octauij esse per publicum Tabellionem leuandam, [...] in formã publicam, & Authenticam redigendam; Cau[...] exindè per appellationem ad Rotam deuoluta; dubitatur [...] fuit, an eadem scriptura, seù dispositio Octauij de Ferret[...] sit releuanda in publicam, & authenticam formam, & a[...] firmatiuè fuit resolutum.

Quia de voluntate Octauij, quæ transierit in dispositionem constat ex tenore scripturæ ad monitionem dicti Vi[...] carij productæ per D. Ignatium Rectorem Parrochiali[...] Sancti Seueri, in qua ad præsentiam dicti D. Seueri Rectoris, & D. Damasceni Pisaurensis Abbatis S. Seueri, & Dominici Grossi, idem Octauius hæredem instituit, & quamplura legata fecit rogando eum, vt de prædictis rogatus esse vellet, prout se rogatum dixit de prædicto testamen-
1 to in fine eiusdem scripturæ, † quæ dispositio; cum versemur in subdito ditionis Ecclesiasticæ, vbi ius Canonicum seruatur, valida censeri debet per *cap. cùm esses de testam. Speculat. de Instrum. edit. & fide, §. compendiosè, versic. item per ius Canonicum num. 11.* & nedum
2 sustinetur vbi agitur de pia causa; sed etiam † fauore causæ prophanæ secundùm veriorẽ, de qua per *Clar. in §. Testamentum q. 57. vers. & in primis quidem, Ioseph. Ludou. conclus. 68. post principium, Magon. decis. Lucen. 32. numero 5. Rota decis. 497. num. 3. coram bon. mem. Cardin. Caual.*

Caual.Cenall. inter suas communes *q.319. Durand. de testam.ordin.cautel.2.num.2.*

Et hæc ipsa Octauij dispositio potuit, & debuit in formã authenticam redigi ad instantiam nedum hæredum; sed
3 & legatariorum, & aliorum † quorumcumque habentium interesse; potuit inquam ad perpetuam rei memoriam per *l. publicati.C.de testam. vbi Bald.num.1. Bart. in l.finali, num.17.C.de adict.diu.Adr.tollen. Specul.de instrum.edit. §.compendiosè num.39. Castr.cons.307.num.1. Neuiz.cons. 26.num.4. Crass. in §. testamentum, q.61.num. 1. Simon.de Prat de Interpret.vltim.vol lib.2.interpret.1. dub.2. solut. 3.num.3.* & similiter Iudex debuit Notario mandare: quia præcessit legatariorum habentium interesse petitio coram Vicario Episcopi Iudice competente, citatio hæredum in scriptura testamenti descriptorum, depositio Parochi, & testium, qui interuenerunt dispositioni Octauij formiter examinatorum, qui de voluntate eiusdem in eum modum,
4 quo scripta reperitur, deposuerunt, ex quibus Iudex † conuincitur ad concedendum petenti, vt scriptura in publicum redigatur, *Bart.in l.testamenta,C.de testam. Couar. pract. quæst.cap.8.num.1. Crass.in §. testamentum d.concl.61.n.2. Honded.cons.77.num.18.lib.1.& cons.26.num.9.lib.2.*

Nec controuerti potest iurisdictio Vicarij, quod scilicet
5 processus examinis Parochi, † & testium fieri debuerit coram Iudice sæculari; non autem Ecclesiastico per *l consulta diualia, C.de testam. Couarr.pract quæst.cap.8.num.1. Carol.de Grass.de effectu Cleric.effectu primo num.961. Crass. d.concl.61.num.2. Honded.cons.26.num.11.lib.2.*

Quia in scriptura, de qua agitur, multa continentur lega-
6 ta pia, pro quibus † potuit adiri Iudex Ecclesiasticus, etiam contra hæredem Laicum, *c.relatum de testam. l.prima, C. de Episcopal. audien. Tiraquell. de pia causa priuil.149. Guttierez pract.quæst. cap.44.num.2.lib.1.* & pro alijs lega-
7 tarijs intrat priuilegij † communicatio propter communẽ causam, & defensionem, *l.si communem, ff. quemadmodũ seruit.amittat.Felin.in c.1.n.6. de præscript. Natta cons. 590.num.16.lib.2. Thesaur.decis.177.num.5.*

Non obstat, quod dispositioni, *c.cùm esses.* derogatum reperiatur ex Statuto eiusdem Ciuitatis *Perusii lib. 2.rubr.*
8 *135.* in quo cautum reperitur, quod † in testamentis in Ciuitate condendis adhibeantur quinquè Testes, quo subsistente prædictæ dispositioni, *c.cùm esses.* non esse locum dicebatur ex *Baldo cons.404 num.3.volum.4. Dec.cõs.114. num.4. Alex.cons.177.num.2.lib.2. Magdalena. de numero Testium cap.8.num.24.* & de supradicto Statuto idem videatur determinatum in *Perusina hæred. 20 Nouembr. 1602.& 12.Decemb.1603.coram bo.me. Card. Hieronymo Pamphilio.*

Quia vbi agitur de Statuto Laicorum abrogatorio iuris Canonici; primò constare debet de voluntate statuentium derogandi verbis expressa, vel incompatibiliter repugnan-
9 te dispositioni, *c.cùm esses.* † secundò, quod Statutum auctoritate Sedis Apostolicæ fuerit confirmatum; altero verò vel vtroq; cessante, dispositio antiqua iuris Canonici semper in suo robore, & virtute permanebit: nam sine volun-
10 tate leges antiquæ, † nec mutantur, nec corriguntur, *l.præcipimus in fine, C.de appellat.l.vt liberis,C.de collat. c.cùm expediat.de elect.in 6. Crauett.cons.307.num.4. Menoch.*
11 *præsumpt.38.num.1.& 31.lib.6.* & sine iurisdictione † tolli pariter nequeant *Alex.cons.59.num.9.lib.1. Paris.cons.19. num.14.lib.1, Crass.de except.in prima except. num.7.& 8. Rota decis.103.num.27 par.2.diuers.* & idem fuit firmatũ in *Bononien successionis 9. Decemb.1612.coram bon. mem.*
12 *Francisco Vbaldo*, cum semper requiratur † specifica Papæ confirmatio, nec sufficit generalis in forma communi.

Ex tenore autem Statuti, quod datur, neque verba, neque dispositiones contrariæ, *c.cùm esses*, colliguntur; legitur
13 enim in Testamentis, & Codicillis, † & omni alia voluntate valoris librarum 100. sufficiant tres idonei Testes, à centum verò libris supra sufficiant quinquè Testes, & vbi viri tempore quo fieret Testamentum non essent, sufficiant loco vnius viri duæ mulieres, & hoc locum habeat in Comitatu, in Ciuitate verò, & Burgis Perusiæ non habeat locum; sed necessariò requirantur quinque, ex quibus verbis duò inferuntur.

Primò statuentium dispositionem non versari circa derogationem, *c.cùm esses*; sed respicere moderationem rigo-
14 ris iuris Ciuilis, † quod cum requirat septem Testes pu beres masculos, & rogatos, cum eorumdem subscriptione per *l.hac consultissima, C.de testam. Paris. cons.19. num.3. vol.3. Crass.in d.§. Testamentum, q.54.num.1.* & Statutum contentetur vt sint quinquè, & in Comitatu possint etiam mulieres adhiberi, & valeat Testamentum, etiam si Notarius non scripserit testes fuisse rogatos, iam patet, quòd prædictæ solemnitates, tàm respectu certi numeri, quàm masculinitatis, & interpellationis testium ad legem ciuilẽ pertinent, non autem ad Canonicam, in qua minor numerus
15 † nempè duorum, desideratur, & non tantùm masculi; sed etiam fœminæ possunt esse Testes nec debent esse rogati; sed sufficit, quod fuerint præsentes, prout hæc omnia colliguntur ex textu eiusdem, *c. cùm esses*, & declarant *Abbas* ibidem in fine, & cæteri Canonistæ; itaut dicendum sit, nõ
16 plus voluisse derogare statuentes, † quàm intenderint facere, moderando ius Ciuile, & addi potest, & quod potuerint facere demetiendo voluntatem à potestate, ex quo per
17 Statutum induci potest, † quod testamentum valeat, cum minori numero Testium, *Bart.in l.cunctos Populos, num. 36.C.de summa Trinit.* id affirmans etiam si tale Statutum
18 sit conditum à Ciuitate † superiorem non recognoscente, & illum sequuntur *Iason, Vasqui, & alij*, quos recenset *Crass.d § Testamentum q.55.num.23.* de veriori, affirmans, quod idem dici non potest, vbi agitur de derogatione iuris
19 Canonici, † ad quod Laici manum apponere non possunt absquè Sedis Apostolicæ approbatione, *c.per venerabilem, qui filij sint legitimi*, & notant omnes *in l.omnes populi, ff. de iust & iur.in c.cum omnes.de Constit. Paris. cons. 51.nu. 23.lib.3.* propterea cum Statutum possit suos effectus diri-
20 gere ad ius Ciuile, nec repugnet dispositioni iuris † Canonici, semper cessat voluntas derogandi, cessantibus verbis, & repugnantia ad inuicem disponendi, *Bart. in l scienaũ, num.2.ff qui satisd.cogantur, Roman.cons.322.num.2. Tiraq.de retract.consang.§.10.gloss.2.in fine, Menoch. præ-*
21 *sump.38.nu.20.lib.6.* & est regulare; vt † derogationes non multiplicentur, quando in vno casu possunt habere effectũ, *Roman.cons.199.num.6. Cephal. cons.104 num.17. lib. 1. Osasc.decis.59.nu.12. Rota decis.432.nu.10.par.1.diuers.& 563.num.1.par.1.recent.*

Secundò ex eisdem verbis infertur Statutum prædictum esse permissiuum non autem prohibitiuum, aut abrogatiuũ,
22 & annullatiuum actus aliter gesti; † permittit enim quod certus numerus Testium sufficiat in testamentis, & Codicillis, & omni alia vltima voluntate, & verba illa, *sed necessariò requirantur quinquè Testes* non sunt apposita ad personas testantium: sed ad distinctionem in Comitatus, & Ciuitatis, vbi testamenta conduntur; & similiter confirmationes Cardinalis Legati, & sanct.mem. Gregorij XIII. non contradicunt quàmuis dicatur, affirmamus, & confirmamus, & illis inuiolabilis firmitatis robur adijcimus; quia ad-
23 dunt robur quòad ius in eorum executione, † non autem augent factum, compræhendendo maiora expressis, vt dicit *Bald.in l.3.in fine, C.si aduers.rem. iud. & Soccin. Sen. cons.159.num.30.lib.2. Rota decis.301. num.1.par.1.recen. & 511.num.1.coram Papa Gregorio XV.* quod si permissiuum est. inde non arctantur volentes condere testamenta; vt testentur coram quinquè Testibus; sed eo modo te-
24 stantibus, Statutum mandat voluntates seruari, † nec aliter emanatas, vlteriùs procedit annullando, vel irritando, quod propriè pertineret ad modum prohibitiuum, & formam induceret alterius modis testandi exclusiuam, secundùm *glos. in clem.1 in verbo inhibentes, vbi Cardinalis,& Anchar. de Iurepatron. Natta cons.287. num.6. Abb.cons. 91. num.6.par.1. Rota decis.34.num.2.par.1.recent.* & ces-
25 sante prohibitione, Testamentum, quod legitimè † factum reperitur iuxta formam, *c. cum esses*, vt supra probatum fuit, semper sustinetur.

Nec contradicunt *Bald. cons.404. nu.4. vol.4.* dum affir-
26 mant, quod de iure Canonico sufficiant Parrochus, † & duo

duo testes, nisi per Statutum, vel consuetudines loci aliter esset sancitum: quia Bald. præsupponit; at hic est quæstio super facto præsupposito; idem respondetur ad *Dec. cons. 315. num. 4. vers. non obstat, & decisio Romana de Stocchis 17. Maij 1588. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamph.* loquitur in *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 2.* expressè subordinan-
27 te formas testandi, nempè † quod inter Ciues & Incolas, & districtuales seruentur Statuta, & vbi Statuta non disponunt seruetur ius Ciuile, & in subsidium recurratur ad ius Canonicum, vt propterea cum ius Canonicum non sit seruandum in concursu Statuti, vel iuris Ciuilis per implicitam
28 † negatiuam, & prohibitionem, intrat derogatio, vel per repugnantiam, cum non possint seruari statuta, & ius Canonicum, vt plenè declarat *Menoch. præsump. 38. num. 28. & seq. lib. 6.* ex quibus omnibus patet non sustineri, quæ in-
29 cidenter dicta fuerunt in terminis huius † Statuti Perusini in decisionibus *Perus. hæred. 20. Nouemb. 1602. & 12. Decemb. 1603. coram supradicto Card. Pamph.* quod scilicet, cum dictum Statutum fuerit à Sede Apostolica confirmatum, non sit agendum de capitulo, cum esses; nam firmantur per rationes *Baldi in d. cons. 404. et Decij 315.* qui lo-
30 quuntur † præsupponendo Statuto iuri Communi contrario & repugnanti, prout & dictæ decisiones præsuppon ũt; & tamen contrarium ex supradictis clarum apparet; & vlterius cessat etiam suppositum confirmationis Apostolicæ, quod est secundum requisitum responsionis supradictæ.

Nam omisso, quod de confirmatione non est agendum vbi de voluntate statuentium expressa derogādi iuri Canonico non constat: adhuc confirmationes Pij II. Leonis X. Clementis VII. quæ dantur, cum legantur in forma Com-
31 † muni, nec contineant tenorem Statutorũ, aut de mandato Papæ fuerint condita, non sufficiunt ad sustinendam derogationem iuris Canonici, *glos. in cap. Pastoralis, §. præterea, in verbo ex certa scientia, de offic. deleg. Dec. in cap. Porrecta, num. 15. de confirmat. vtil. vel inutil. Gabr. cons. 183. num. 14. lib. 2. Rota in recent. decis. 192. n. 3. par. 1.* decreta autem Cardinalis Vrbini Legati confirmata per sanct. mem. Gregorium XIII. ad Cardinalium relationem non releuant, cum nihil disponant circa ius Ciuile, aut Statuta seruanda in testamentis ordinandis contra ius Canonicum; Sed tantummodò sint ordinatoria iudiciorum; dũ mandant, quod post bannimenta seruentur Statuta confirmata per Sedem Apostolicam, & post præmissa, constitutiones Marchiæ, & in casibus non prouisis, ius Canonicum, vel Ciuile, quod in loco, vel contingentia facti præualeret; vnde cum bannimenta contineant materias iudiciorum tàm Ciuiles, quàm Criminales de Statutis contrarium disponentibus erit sensus, vt non præualeant bannimentis, non autem vt seruentur, derogando iuri Canonico in non
32 † expressis, & confirmatio Apostolica idem continebit, nec plùs concessum legitur, quàm petitum fuerit. *Dec. in l. more maiorum, num. 31. ff. de iurisd. omn. iud. Seraph. decis. 615. num. 8. & decis. 971. num. 7. Rot. decis. 555. num. 2. par. 2. recent.*

Demùm non obstat; quod si seruandum sit ius Canonicum, adhuc de voluntate perfecta, quæ transierit in dispositionem non constat; dum idem testator reseruauit testamentum subscribere & adhibere alios testes, qui testamētum subscriberent ad præsentiam fratrum suorum, vt testes, qui in testamento interfuerunt in eorum examine de-
33 ponunt, † quæ subscriptiones cum sequutæ non fuerint, dicebatur testamentum imperfectum remansisse.

Quia ijdem Testes dicunt, quod de subscriptione nō fuit actum cum Testatore, nisi post rogitum Testamenti ad interrogationem Rectoris, si intendebat, quod testamentum subscriberetur; ad quæ respondens, *non occorre*: Sed quidē desiderare, vt redirent tempore quo adessent eius fratres: quia intendebat illis satisfacere, vt essent præsentes subscriptioni per ipsum faciendæ, & per alios etiam testes, quatenùs reperiri potuissent; verum casu quo per suos fratres, vel ex alio quouis accidenti impeditus fuisset subscribere; intendebat Testamentum iam stipulatum, suum omni meliori modo effectum sortiri: atquè ità, cum Testamentũ absq; subscriptione post rogitum esset in statu validitatis secundũ terminos, *c. cùm esses*, reicientis solemnitates secundum
34 † leges humanas præscriptas; subscriptiones desideratæ tā-quàm quod non sint de substantia testamenti, si cessant nō inualidant dispositionem iam per rogitum perfectam.

Et nihilominùs constat de impedimento per eosdē fratres præstito, de quo deponunt Rector, & illi duo testes testamentarij, scilicet ne rediret idem Rector, cum testamento vt subscriberetur; & alij testes non accederent; quare primum Testamentum in suo robore permansit ex vo-
35 luntate Octauij Testatoris, & † impedimentum præstantibus denegandæ sunt omnes actiones, siuè sint legitimi hæredes, siuè in alio testamento scripti per *l. 2. ff. si quis aliquem testari prohib. Salic. in l. 1. num. 7. C. eod. tit. Menoch. de arbitr. casu 395. num. 37. Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 1. num. 100.*

Et ità vtraquè &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Donationis de Castellanis.

Die Lunæ 10. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Donatio facta sponso, & eius filijs, qualiter intelligatur facta, & plura circa hanc materiam adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filijs alicuius, vti hæredibus patris, tunc ius habendi donationem est hypothecatum, ita vt transeat cum suo onere ad filios.*
2 *Secus verò est dicendum, si sit facta vti filijs.*
3 *Nemo plùs iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat.*
4 *In donatione facta sponso, & eius filijs in capitulis matrimonialibus consideratur fauor prolis ex eo nascituræ.*
5 *Et d. filijs acquiritur ius ex persona propria, non autem ex persona patris.*
6 *Surd. in decis. 322. num. 61. & 63. declaratur.*
7 *Pater in dubio censetur stipulari filijs vti hæredibus, & non vti filijs.*
8 *Sed ab ista regula receditur, quando ex coniecturis aliud apparet, & quæ sint istæ coniecturæ. num. 9. 10. & 11.*
12 *Matrimonium dicitur causa finalis in donatione, quando fuit consideratum certum matrimonium.*
13 *Donatio posita in contractu dotalitio, dicitur correspectiua ad dotem, & est pars ipsius contractus dotalitij.*
14 *Donatio posita in contractu dotalitio, dicitur reciproca respectu dotis, & quædam permutatio, & est contractus innominatus.*
15 *In nuptijs, quando aliquid datur semper causa matrimonij dicitur finalis.*
16 *Hypotheca apposita in re emphyteotica de consensu proprietarij, ipsi præiudicat etiam post deuolutionem.*
17 *Obligatio vniuersalis omnia comprehendit.*
18 *Vocatio, quando agitur de descendentibus censetur facta ordine successiuo.*
19 *Instituendi necessitas non adest in transuersalibus, sed solum ordo charitatis, & dilectionis in eis consideratur.*

20 Pa-

20 *Pater, & filius censentur simul, & semel vocati.*
21 *Donatio facta filijs nascituris, etiam si sit facta ab extraneo censetur facta ordine successiuo non autem simul, & semel.*

DECISIO CXXVII.

POst resolutiones factas die 17. Iunij 1630.* & 23. Iunij anni sequentis,* quod D. Castellanus iuxta tenorem suæ promissionis, de qua in capitulis matrimonialibus, ibi, *Che Monsignor Gio. Andrea Castellano debba far donatione inter viuos in forma valida, contemplatione matrimonij al Signor Bartolomeo, e suoi figliuoli di scudi venti mila*, tenebatur, facere donationem puram, & liberam cõtemplatione matrimonij ad fauorem Bartholomæi fratris, & filiorum, scilicet nasciturorum: de istis namque est intelligendum, cum nondum matrimonium esset contractum, cumque post obitum dicti Bartholomæi dictus D. Castellanus vigore alterius obligationis, quàm vna cum fratre fecerat de dote, & lucro dotali restituendis, soluerit vxori scut. 2000. pro residuo dotis, quæ ipse Bartholomæus consumpserat necnon alia scuta 2000. pro quarto dotali, pro quibus dicta vxor cessit iura D. Castellano contra bona dicti Bartholomæi. Dubitaui an D. Castellanus posset se reualere contra d. donationem, & omisso, vt particulariter videtur de scutis 2000. solutis occasione quarti dotalis, quò ad alia scuta 2000. soluta pro residuo dotis fuit resolutum D. Castellanum non posse se reualere contra d. donationem. Et tota difficultas consistit in eo, an donatio debeatur filijs Bartholomæi vti hæredibus patris, vel vti filijs; si enim
1 debetur vti hæredibus dictum† Ius habendi donationem est hypothecatum, itaut transeat cum onere suo ad filios, *l. pignoris ff. de pign. l. si conuenerit vt nomen, §. si fundus, ff. de pign. act. l. si debitor, ff. de distract. pignor.* si verò debetur vti filijs secùs dicendum est, quia per obitum Bartholomæi
2 fuit extinctum illius Ius, † & omnis hypotheca si aliquo modo fuit contracta super ista donatione, *l. lex vectigali, ff. de pign. & ibi notat Bart. Castr. Salicet. & alij, l. si res 3. ff quib. mod. pign. vel hipothec. soluat. l. vbi autem 4. §. sed si Marcellus, ff. de in diem adiect. & ibi Bart. Surd. decis. 286.* & in puncto dicunt *Dec. in consil. 239. num. 4. Cassan. cons. 53. num. 55. Menoch. consil. 506. num. 10. & num. 16. versic. non obstat secundum argumentum, Soccin. Iun. consil. 58. per tot. volum. 2.* quæ habent locum etiam stante cessione
3 vxoris ad fauorem D. Castellani; cum nemo plus † Iuris in alium transferre possit, quàm ipse habeat, *l. 2. C. de pœn. l. 1. C. qui pro sua iurisdict. cap. nemo potest 79. de regul. iur. in 6.*

Et articulo maturè discusso visum fuit Dominis, hanc donationem fuisse factam filijs, vti filiis, non autem vti hæredibus, ita vt ipsi dicantur secundi donatarij, cum in dona-
4 tione facta sponso, & filijs † in capitulis matrimonialibus consideretur fauor prolis ex eo nascituræ, & non censeatur vera donatio, sed conditionata, aliàs pater sponsi, & sponsæ, & alij consanguinei non contraxissent, *Bertrand. in consil. 176. num. 4. versic. sed his non obstan. lib. 3 Dec. consil. 239. ante num. 5. versic. sed prædictis non obstan. Natt. consil. 531. num. 18. & seqq. Mastrill. decis. 211. num. 13. & seq. lib. 3. Castill. decis. 106. numer. 6. & seqq. Ioan. Franc. à Ponte consil. 25. num. 6. & consil. 80. num. 16. Giurb. de consuetud. Messanen cap. 6. glo. 59. num. 35. Mart. vot. 215. nu. 11. & seqq. Ant. de Amat. resolut. 30. num. 12. & fuit resolutum in causa Mediolanen de Porris 12. Febr. 1599. coram Orano, & in eadem 4. Iunij 1601. coram nunquàm satis laudandæ mem. Hieronymo Cardinali* Pamphilio, in
5 quibus decisionibus dicitur, quod filijs † acquiritur Ius ex persona propria, non autem ex persona patris, & idem firmatum fuit in causa *Romana pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R.P.* D. *meo Merlino.*
6 Neque obstat, quod † *Surd. in d. decis. 322. num. 61.* & 63. teneat contrarium post Doctores, quos allegat, quia cum moueatur principaliter ex duplici fundamento. Primò,
7 quia pater in dubio † censetur stipulari filijs vti hæredibus, non autem vti filiis ex congestis per ipsum *num. 32.* & alios congerit *Giurb. loco proximè allegato num. 35.* Secundò, quia matrimonium non est causa finalis, sed tantùm impulsiua ex cumulatis per eumdem *num. 84.* ista fundamenta non officiunt. Non quidem primùm, quia & si pater in dubio censeatur stipulari filijs vti hæredibus ab ista
8 † tamen regula receditur, quando ex coniecturis aliter apparet, *glo. in l. si tibi, §. si pactum, ff. de pact. quam Bartol. et communiter DD. sequuntur, idem Bart. et* DD. *in l. Gallus, § quidem rectè, ff. de liber. et posth. Bertrand in puncto dict. consil. 176. num. 4. versic. præterea, Bart.* & pariter in istis terminis *Io. Franc. à Ponte d. consil. 25. num. 3.* Coniecturæ autem sunt claræ quod pater voluit stipulari filijs, vti filiis,
9 non vti hæredibus. Primò, † quia vt dictum est promissio donationis, de qua agitur fuit facta contemplatione certi matrimonij, & filiorum eiusdem matrimonij, vnde absurdum esset dicere, quod stipulatio fuerit facta filijs vti hære-
10 dibus, ita vt donatio possit ad alios trãsire. † Secundò, quia si donatio nõ spectaret ad filios, vti filios, mulier aliàs nõ contraxisset, nec cõsanguinei consensissent, vt considerat *Bert. loco mox allegato, versic. et verisimiliter*, & alij Doctores
11 supra allegati. † Tertiò, quia, quando matrimonia contrahuntur principaliter respicitur ad filios nascituros, quod nõ esset si donatio non spectaret ad filios, vti filios, *Rauden. resolut 42. num. 34 et 38. Mastrill. d. decis. 211. num. 13. lib. 3. Io. Franc. à* Ponte *consil. 19. num. 20.*

Non obstat etiam secundum, quod matrimonium non sit causa finalis, quia contrarium est verius, cum promissio
12 † donationis fuerit facta contemplatione certi matrimonij, vt abundè fuit firmatum in decis. 23. Iunij superioris anni, *Monter. decis. 10. num. 11. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 1. num. 16. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 6. num. 48. & seqq. Molfes. ad Constit. Neapol. par. 4. quæst. 25. num. 7 & in addit. pariter num. 7. Gratian. discep. 924. num. 30.* & probatur euidenti ratione, nam cum ista donatio sit posita in contractu dotalitio, dicitur correspecti-
13 ua ad dotem, † & est pars ipsius contractus dotalitij, & censetur vnicus contractus, atquè cum eo confunditur, debetq; pariter iudicari, sicut donatio ex causa dotis, & æqualiter debet seruari, ac sustinetur velut ex quadam causa transactionis, iuxta *Text. in l. cum donationis C. de donat. Guidop. decis. 145. n. 2. versic sed his non obstan. Vincent. de Franch. decis. 205. & 436. num. 4. & seqq. Tellius Fernand. ad ll. Tauri 17. num 37. versic quod est adeo verùm, & ibidem Gomez. Arrius, num. 18. Ciufontes num. 5. Molin. de primog. lib. 3. cap. 2. num. 18. Natt. consil. 609. num. 41. Abb. consil. 73. num. 3. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 454. num. 4. Bombinus consil. 61. per tot. & præsertim num. 16.* & fuit dictum coram me in causa *Romana pecuniaria 12. Nouembr. 1601.* & ideo dicitur donatio reciproca respectu
14 dotis, † & quædam permutatio, & est contractus innominatus, vt latè per *Natt. in dict. consil. 609 num. 14. & seqq. Mastrill. d. decis. 211. num. 15.* vbi, quod non est vera donatio, sed conditionata; *Vincent. de Franc. d. decis. 436. num. 4. Surd sibi contrarius in consil. 164. num. 3. & seqq. & consil. 196. num. 15.* quibus locis expressè dicit, quod quando
15 † aliquid datur in nuptijs, semper causa matrimonij præsumitur finalis, vt latè *Castill. in d. decis. 106. num. 8. in fin. cum pluribus seqq.* qui meritò reprobat dictam *decis. Surd. 322.*

Neque est verum, quod Bartholomæus censeatur obligasse dictum Ius donationis de consensu D. Castellani, & ideo præiudicauerit filijs, dicti Bartholomæi, vt in simili de
16 hypotheca apposita † de consensu Domini directi, quod præiudicet ipsi Domino post deuolutionem, fuit resolutum in causa *Romana Saluiani 20. Nouembris 1629. coram R. P. D. meo Queipo.* Nam de tali consensu non constat, & dum deducitur ex eo quod, postquàm D. Castellanus promisit donare, Bartholomæus vna cum dicto D. Castellano promisit dotem restituere, & vniuersaliter obli-
17 gauit bona sua; Ideòque in ista vniuersali † obligatione, venit etiam istud Ius habendi donationem, licet post obitum patris, filijs in totum esset debitum, *Surd. consil. 73. nu. 61. & seqq.* tamen non inde sequitur, quod interuenerit cõsensus

sensus D. Castellani, quia illius consensus non erat necessarius ad integrandam personam Bartholomæi se obligantis, quare si dictus Bartholomæus in vniuersali obligatione censeatur voluisse obligare, etiam istud Ius donationis, nō propterea inerat consensus D. Castellani, sed deberet probari, quod ipse expresè consenserit obligationi huius Iuris habendi donationem.

Nequè etiam est verum, quod pecuniæ pro medietate fuerint acquisitæ Bartholomæo, ex eo, quod donatio fuerit facta ab extraneo, nam & si quando agitur de descenden-
18 tibus † vocatio censeatur facta ordine successiuo, quia non solum adest ordo charitatis, sed etiam necessitas instituen-
19 di, secùs tamen est, quando agitur de transuersalibus, † in quibus non adest necessitas instituendi, sed solummodo
20 ordo charitatis, & dilectionis, & ideo pater, & filij † censentur vocati simul, & semel, vt est communis sententia *Doct. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum. vt testatur ibi Ias. num. 24. & seqq.* & latè *Fusar. de substit. q. 476. num. 4. cum pluribus seqq.* Nam fuit responsum, quicquid dicendum esset, si donatio fuisset facta patri, & filijs natis, & existentibus, in quibus terminis procedunt Doctores prædicti, vel filijs iam conceptis, *vt in cap. Raynutius*
21 *de testam.* Cùm in nostro † casu donatio fuerit facta filijs nascituris, etiam, quod sit facta ab extraneo, censetur facta ordine successiuo, non autem simul, & semel. *Rubeus Alexand. in d. l. Gallus, § quidam rectè, num. 55. in fin. de liber. & posthum. Mantic. de coniectur. lib. 4. tit. 8 num. 27.* & de communi opinione testatur *Soccin. Iun. consil. 136. num. 28. lib. 3. Cæsar. Barzius decis. Bononien 9. num. 3.* & infinitos Doctores cumulat absquè cōtradictione, *Fusar. de substit. d. quæst. 476. num. 48. Surd. decis. 346. num. 16. Rot. decis. 579 par. 1. diuers.*

Et ita conclusum vtraquè parte informante &c.

* Prima est decisio 393. par. 5. recent.

* Altera est decisio 58. supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Laudemij.

Die Lunæ 10. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Agitur de probatione emphyteusis, ad effectum solutionis Laudemij. Præstatio annua quando præsumatur fieri, ex causa emphyteusis.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium, sine emphyteusi, non debetur.*
2 *In emphyteuticæ rei alienatione fieñ. per emphyteutam, est requirendus consensus proprietarij, & illi soluendum Laudemium.*
3 *In emphyteuticæ rei alienatione fieñ. per subemphyteutam non est requirendus consensus proprietarij, nec illi soluendum Laudemium.*
4 *Emphyteusis, qualiter aduersus emphyteutam, bene probari potest.*
5 *Bona accipiens sub qualitate emphyteusis, & soluens canonem, non potest amplius emphyteusim impugnare.*
6 *Qualitas contemporanea confessioni, & actui principali, non potest ab eo separari.*
7 *Præstatio annua de iure præsumitur ex alia causa, quàm emphyteusis, limita hanc conclusionem, num. 8. & 9.*
9 *Præstatio annua, quod de iure præsumatur ex alia causa, quàm ex emphyteusi, ista regula procedit in dubio non autem in claris.*
10 *Confessio propria vincit omnem aliam probationem.*
11 *Præstatio annua, fauore Ecclesiæ in dubio præsumitur ex causa Canonis.*
12 *Bona existentia intra fines aliorum bonorum emphyteuticorum, præsumuntur eiusdem naturæ, & sic emphyteutica.*
13 *Erroris prætextu, id quod factum est, si quis prætendat tollere, debet afferre contrarias probationes concludentes per necesse, non autem per possibile.*
14 *Bona, simul stare potest, quod quis emat tamquam libera, licet sint emphyteutica, & postea cognita veritate, emptor bonam fidem agnoscat.*
15 *Dominium, licet non transferatur ex sola confessione, probatur tamen ex ea.*
16 *Dominia, & proprietates rerum acquiri possunt ex longo temporis interuallo.*
17 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
18 *De emphytensi, quando non agitur principaliter ad effectum deuolutionis, sed Laudemij, & sic incidenter, docetur leuioribus probationibus.*

DECISIO CXXVIII.

Cum in controuersia Laudemiorum, de quibus agitur fuerit aliàs coram R. P. D. Vbaldo sub die 30. Maij 1629.* resolutum constare de emphyteusi Capituli Sancti Petri; à quo potissimum pendet resolutio controuersiæ
1 prædictæ, ex † quo sine emphyteusi Laudemium non debetur *Dec. consil. 138. num. 6. Rot. decis. 168. num. 1. & 4. par. 2. diu.* fuit consequenter coram me in locum prædicti D. Vbaldi subrogato sub die 1. Martij 1630. stante d. decisione disputatum dubium; an in alienatione rei emphyteuti-
2 cæ fieñ. per emphyteutas; † & subemphyteutas sit requirendus consensus Capituli, & illi soluen. Laudemium, & resolutum affirmatiuè quoad primam partem, & sic ad fa-
3 uorem Capituli, negatiuè verò † quoad secundam partem. *Iuxta distinctionem Valasc. de Iure emphyt. q. 13. num. 12.* & reclamante Capitulo, prætendenteque etiam in alienationibus subemphyteutarum requiri illius consensum cùm solutione Laudemij sicut in illis, quæ fiunt per emphyteutas fuit propterea datum dubium; an sit in secunda hac parte à decisis recedendum, quo pluriès proposito, nec resoluto, quia Puellæ redeundo ad antiquam propositionem defectus dominij, & emphyteusis impugnabant decisionem Domini mei Vbaldi prætextu quorundam Instrumētorum nouiter repertorum, de quibus infra, ideò pro faciliori dubij resolutione placuit DD. in vltima positione die 16. Iunij ordinate, quod informetur super d. decisione, & sic super emphyteusi, quo facto, die supradicta fuit per DD. resolutum standum in decisis, ex latè, & optimè in decisione deductis, potissimum verò ponderabant DD. tot
4 † reiteratas, & explicitas cōfessiones emanatas, tàm à Marco Antonio, dum vti emphyteuta ipsius Capituli alienando per viam subemphyteuticationis medio iuramento, asseruit bona esse sub proprietate, & directo dominio eiusdem Capituli quàm à Virginia illius sorore, & hærede, quæ in ipsa datione in solutum facta puellis hæredibus q. Ioann. Baptistæ Piciolotti de fitubus, & canonibus in satisfactionem debiti hæreditarij sub eadem assertione declarauit illos esse fundatos, super bonis emphyteuticis proprietati, & directo dominio Capituli subiectis, quò fit vt
5 † puellæ acceptantes Canones, & bona sub dicta qualitate non possint amplius illam controuertere, aut impugnare,
6 vt benè cōsideratur in decisione Domini mei Vbaldi, † quæ qualitas

qualitas vti contemporanea confessioni, & actui principali
non potest ab eo separari *l. si quidam. C. de except.* & ma-
ximè quia præfatæ confessiones non modicum recipiunt
robur, & adminiculum veritatis, ex tot alijs Instrumentis
ponderatis in eadem decisione.

Nec putabant Domini has confessiones, & probationes
in aliquo elidi ex Instrumentis sæpiùs pro puellis allegatis,
& nuper in actis productis, dum ex illis prætenditur pro-
bari Ioã. Baptistam de Maximis Auum Marci Antonii ac-
quisiuisse aliqua ex bonis, de quibus agitur vti libera, & sic
non supposita canoni, nec directo dominio Capituli, nam
si benè illa considerentur, aut faciunt pro Capitulo, aut ni-
hil concludunt pro puellis.

Duo enim ex illis rogata de anno 1510. 17. Februarij, &
1519. 21. Februarij procul dubio probant intentionem Ca-
pituli quatenùs in illis fuit obtentus consensus, in primò a
Cardinal. Cusentino tunc Ecclesiæ S. Iacobi Commenda-
tario, & in secundo post vnionem factam Capellæ Iuliæ à
Canonico illius administratore, cùm expressione, quod est
sub proprietate dictæ Ecclesiæ, & sub responsione annua
sex barilium musti.

7 Nec attendi debet quod præstatio annua de † Iure præ-
sumatur ex alia causa, quàm emphyteusis, tum quia obie-
8 ctum tollitur, ex consensu prædicto † qui circumscripta
emphyteusi, non fuisset adhibitus, iuxta *Dec. consil. 164. nu.
2. Crauett. consil. 216. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 3. num. 16.
& Rota decis. 400. num. 8. par. 1. recent.* Tum quia regula
9 procedit in dubio, † nos autem sumus in claris, ex præmis-
10 sis, & ex tot confessionibus, quæ † vincunt omnem aliam
probationem, tùm quia fauore Ecclesiæ præsumptio est in
11 contrarium, vt scilicet † præstatio in dubio censetur ex cau-
sa Canonis. *Rota decis. 721. nu. 4. par. 4. diu. cum alijs alleg.*
per informantes, quæ præsumptio tantò magis intrat stante
motu proprio fel. rec. Sixti V. ad fauorem Capituli emana-
to, cuius particula data fuit.

Quod attinet ad mediam petiam Canneti quatenùs sit
intra fines, de quibus agitur, de quo non constat, censetur
12 esse eiusdem † naturæ cuius sunt reliquæ partes, & sic em-
phyteuticæ, prout in decisione R. P. D. mei Vbaldi, & nihi-
lominùs, cùm Capitulum habeat intentionem fundatam
super tot confessionibus, & alij probationibus, dum pars
13 aduersa prætendit illas tollere prætextu erroris debet † af-
ferre contrarias probationes concludentes pernecessè non
autem per possibile *ad l. nequè natales, C. de probat.* cùm
14 stare simul possint bona fuisse empta vti libera, licet † es-
sent emphyteutica, prout non raro fit, & cognita veritate
emptor bonam fidem recognouerit, quod facere potuit,
15 quia licet † dominium non transferatur ex sola confessio-
ne, probatur tamen ex ea, *iuxta decis. 290. num. 2. par. 2. re-
cent.* Vltra, quod non probatur huius acquisitionis, & alia-
rum si quæ sunt, effectuatio, per apprehensionem possessio-
nis, & illius continuationẽ tanquàm de re libera cùm scien-
16 tia, & patientia Capituli, & in omnem casum ex † longo tẽ-
poris interuallo potuit Capitulum huiusmodi proprietates,
& dominia acquirere, quod sufficit ad excludendum præ-
tensum errorem.

Acquisitio cuiusdam Plateolæ facta de anno 1579. à Ma-
gistris viarum nihil facit, Imò potiùs retorquetur, vt per in-
formantes pro Capitulo, ex quo enim in duobus Instrumẽ-
tis fuit exceptuata à 30. petijs, quæ dicunt sub proprietate
17 Ecclesiæ, hæc † exceptio firmat regulam in contrarium,
quòad reliqua *Dec. in l. 1. nu. 32. ff de reg. iur. Rot. decis. 355.
num. 3. par. 2. recent.*

Quæ eò faciliùs admiserunt Domini, vt constet de em-
18 phyteusi, quia de ea † non agitur principaliter ad effectum
deuolutionis, sed Laudemij, & sic incidenter, vt fuit firma-
tum in decisione R. P. D. mei Vbaldi, in fin. quæ in omni-
bus placuit DD. & sic in decisis standum esse dixerunt, re-
seruato, quod prosequendo disputationem cæptam, de reli-
quis videatur.

* Est decisio 262. suprà par. 5. recent.

R. P. D. MOTMANNO.

Meliuitana Feudi.

Die Lunæ 10. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Feudalitatis qualitas, ex quibus probetur, & alia notanda.

SVMMARIVM.

1 *Plura, quæ simul iuncta sunt, melius probant.*
2 *Scientia certa Principis concedentis, quodquè de concessione plenè doctus, & informatus sit, ex quibus arguatur.*
3 *Sumptum de sumpto concurrentibus adminiculis probat.*
4 *Feudalitatis qualitatem probant narrata à Principe in priuilegio antiquissimo.*
5 *Orationis vna pars, alteram partem dubiam declarat.*
6 *Dictio, territorium, est nomen generale.*
7 *Pars, in toto continetur.*
8 *Alternatiua, quando est posita inter genus, & speciem, in coniunctiuam resoluitur.*
9 *Feudum, qualiter probetur.*
10 *Notario, qui aliquid annotauit, tam quàm Officiali publico, debet fides adhiberi.*
11 *Fides adhiberi debet annotationi Secretarij locorum Montium nomine publico, deputati.*
12 *Qualitatis potentior in aliqua re vincit.*
13 *Donatio non recipit naturam seruitij.*
14 *Verba; teneant, & possideant pleno iure, &c. posita in instrumentis concessionum, quid importent.*
15 *Clausula, pleno iure, reijcit omnem diminutionem.*
16 *Dec. in consil. 498. num. 8. & alij declarantur.*
17 *Dictionis, itaquè, natura est rem concludere, & tamquam accessoria non ampliat, nec immutat superiùs allegata.*
18 *Clausula, pleno iure, restringitur secundùm subiectam materiam.*

DECISIO CXXIX.

DOmini persistendo in decisis sub die 4. Decembris
1630. * dixerunt constare de feudalitate Territorij
1 de Garexen ex pluribus, † quæ simul iuncta, cùm sint, cer-
ta probant, ad *text. in l. vtrùm, ff de petit. hæred. & in l. quì
non militabat § Lutio ff. de hæred. instit. glo. vlt. in l. 2. ff. de
excusat. tut. Roman. consil. 121. in fin. Rot. in Sabinen. Mõ-
tis Rotundis 25. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Coc-
cino Decano.*

Nam primò Ioannes Siciliæ Infans in concessione di-
cti Territorij non semel, sed pluribus in locis illud feudum
nuncupauit, ac propterea narrauit à Regia Serenitate dari
solitum fidelibus. Item huiusmodi concessionem cedere
in excambium medietatis alterius feudi, ac velle, quod in
euentum ademptionis eiusdem Territorij de alio excam-
bio æquiualente in rebus, vel bonis feudalibus Stephano
prædicto per Cameram Regiam prouideretur, ac deni-
què subiunxit hæc omnia inter ipsum, & Consiliarios, at-
què Collaterales suos, præuia matura deliberatione fuis-
2 se stabilita. Vnde arguitur certa † scientia ipsius Principis
concedentis, quodque de illa concessione fuerit plenè
edoctus,

edoctus, & informatus. *Mascard. de probat. conclus. 209. num. 10.*

Accedit quod idem Stephanus hoc Territorium pro feudali agnouit, dum postea à Principe petijt licentiam illud alienandi, qui actus est secundùm propriam feudi naturam. Et quàmuis de huiusmodi licentia petita, non doceatur, nisi per sumptum de sumpto hoc est, ex processu, qui
3 non potest dici esse in forma probanti, † tamen concurrentibus præmissis tamquàm adminiculis, facit probationem. *Caputaquen. decis. 234. par. 1. Rota in Pistorien. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano.* Et cum hæc omnia à Principe narrata in priuilegio, ducen-
4 tis ab hinc annis conscripto, † propriè conferant ad ipsam feudi concessionem, vtiquè dictam qualitatem feudalitatis, probant, vt respondit *Alexand. in consil. 15. num. 2. volum. 5. Ias. in consil. 235. num. 6. volum. 2. Gozzad. consil. 50. num. 27. Natt. consil. 460. num. 7. volum. 2. Gabr. de feud. conclus. vlt. num. 3.*

Præmissis autem non obstat, locutio alternatiua conces-
5 sionis de territorio, siue feudulo, cuius † vna pars alteram orationis partem dubiam declarare debeat, *l. 1. ff. de reb. dub. Roman. consil. 131. num. 2.* Quia dictio, Territorium,
6 posita in prima parte alternatim, cum sit † nomen generale, *l. pupillus, §. territorium. ff. de verb. signific. Bald. in cap. 1. § fin. num. 3. quib. mod. feud. amit. Ruin. consil. 22. num. 4. & 5. volum. 1.* restringitur à verbo sequenti feudulum, quod
7 sub eo, tanquàm species sub suo genere, vel † tāquàm pars in toto continetur; & proinde dicta alternatiua inter ge-
8 nus, & speciem posita † in coniunctiuam resoluitur, *leg. sæpe, §. 1. ff. de verb. signific. Bart. in d. l. 1. num. 5. ff. de reb. dub.*

Subsistit etiam præsumptio feudalitatis deducta ex an-
9 notatione dicti Territorij facta inter † feudalia Regni Siciliæ, quæ cum reperiatur in libro nuncupato, *Secreta Melineti,* probat. *Aym. in consil. 276. in princ. Menoch. præ-*
10 *sumpt. 91. num. 50. lib. 3.* & Notario † qui annotauit tamquàm Officiali publico, debet fides adhiberi. *Feder. de Sen. consil. 19. num. 5. in fin. idem Aym. in tract. de antiq. temp. sect. 4. ver. quarto limitat. num. 62.* & in similibus terminis
11 fidei † adhibitæ annotationi Secretarij locorum Montis, nomine publico deputati, est *Decisio Rotæ in Romana Vineæ, seu Saluiani interdicti prima Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Prædicta igitur simul iuncta cùm alijs circumstantijs in alia Decisione consideratis, nempe recognitionis, relationis ad præcedentes cōcessiones mentionis fidelitatis, ac reuersionis ad Regiam Cameram, denotant concessionem esse feudalem, & consequenter excludunt donationem, cum enim in præsenti concessione adsint verba clarè indicantia,
12 non modò donationem, sed etiam feudum, † illud attendi debet, de cuius natura magis participat. *Vulg. l. quæritur, ff. de stat. hom.* magis enim hic præualet participatio de natura feudi, quàm donationis, propter sæpiùs repetitam mētionem feudi, fidelitatis, ac seruitiorum, & quidem personalium, cùm expressione laborum, & sudorum, quæ siue explicitè, siue implicitè sint reseruata, aut promissa, non cō-
13 ueniunt donationi, quia † non recipit naturam seruitij, *l. 1. in princ. ibi, propter nullam aliam causam, ff. de donat.*

Non obstat, quod post factam concessionem in eodem
14 instrumento subsequantur verba, † ibi: *teneant, & possideant pleno iure, &c.* quæ videntur importare puram, & simplicem donationem, iuxta *Old. consil. 159.* cuius auctoritate vtuntur *Dec. in consil. 498. num. 8. Ruin. consil. 38. num. 2. & consil. 208. volum. 1.* attenta vi dictæ clausulæ, *pleno iu-*
15 *re,* † quæ cum reijciat omnem diminutionem non conuenit feudo. *l. fideicommissa, §. quàmquàm. ff. de leg. 3. Ruin. d. consil. 38. num. 2. & Menoch. consil. 251. num. 3.* Quia quicquid dicendum esset, quando verba, *pleno iure,* sunt apposita in parte dispositiua concessionis post verbum, *concedi-*
16 *mus, & donamus,* in quibus terminis loquuntur † Doctores præallegati in casu præsentis concessionis, dicta clausula legitur longè post verba dispositiua; *concedimus, & donamus;* in parte executiua, ibi: *Itaquè ipse Stephanus, & sui hæredes prædicti, dictum territorium, siue feudulum teneant, & possideant pleno iure, fructusq; &c. concedimus, &*
17 *donamus,* proxime post illam dictionem, † *Itaque,* cuius proprietas est rem concludere, & sic in parte executiua, quæ ideo tanquàm accessoria non ampliat, neque immutat superiùs disposita. *Clem. 1. in fin. vbi omnes Doct. de præb. Ias. in leg. Ius ciuile, num. 8. ff. de iust. & iur. Dec. in consil. 500. num. 8. cum seq. & consil. 413. etiam num. 8. Natt. cons. 582. num. 1. Aym. in consil. pro Genero, num. 348. Menoch. consil. 61. num. 32. Pedem. decis. 164. num. 2.*

18 Atquè ita procedit conclusio, † quod clausula, *pleno iure,* restringatur ad subiectam materiam, videlicet, *possessionis, & perceptionis fructuum,* cui est proxime adiecta. *Bald. in l. Iulianus, ff. de rei vendic.* quem sequitur *Ruin. in consil. 138. num. 7. vol. 2.* quod etiam sensit *Rot. in Beneuentana Bonorum 18. Iunij 1594. coram bon. mem. Litta.* & fuit comprobatum in præallegata *Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1628. coram Reuerendiss. Domino meo Coccino Decano.*

Et ita vtraque, &c.

* Vide infra hanc decisionem pro vt in indice posito in fine decisionum.

¶ In eadem causa habetur infra alia decisio sub die 30. Maij 1633. coram R. P. D. Merlino, & alia sub 27. Nouemb. 1634. coram eodem, quæ valde docta, & elegans est.

R. P. D. QVEIPO.

Toletana Parochialis de Vargas.

Die Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Mandatum ad resignandum, potest reuocari, & quid si mandatarius ante scientiam reuocationis, resignet, vtrùm valeat dicta resignatio, & hoc casu qualiter ista scientia reuocationis ad eum peruenire debeat, & habes nonnulla circa materiam citationum, quando quis latitat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum simpliciter ad resignandum potest reuocari, & num. 10.*

2 *Beneficiorum permutatio est, quidam contractus innominatus.*

3 *In contractibus innominatis re integra licita est pœnitentia.*

4 *Reuocatio expressa mandati, non intimata non releuat.*

5 *Iurisdictio semel alicui competenti concessa, non censetur reuocata, donec ipse reuocationis cognitionem, & scientiam habuerit.*

6 *Beneficij collatio à Vicario reuocato, facta, ante scientiam reuocationis tenet.*

7 *Mandatum de præsentando à patrono factum, si reuocetur, & ante scientiam reuocationis, ille præsentet, tenet talis præsentatio.*

8 *Reuocatio expressa cuiuslibet mandati ad negotia, ante intimationem, vel scientiam non sortitur effectum.*

9 *Actus gestus, à procuratore reuocato, ante intimationem,*

nem, vel scientiam reuocationis, valet, & tenet, & quare num.11.

12 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

13 *Text.in cap.vlt.§.vltim. de procuratoribus in 6. declaratur.*

14 *In rebus his, quæ ab animo, & voluntate mandantis pēdent, sola reuocatio absquè scientia, vel intimatione, impedit effectum mandati.*

15 *In Matrimonio spontaneus consensus contrahentium interuenire debet.*

16 *Nuncij reuocatio ante sententiam, vel intimationem reddit actum, postea gestum, nullum.*

17 *Beneficij resignatio, siue simplex, siue ex causa permutationis, pendet à voluntate resignantis.*

18 *Resignatio est spontanea dimissio Iuris proprij.*

19 *Clemen. vnica, de renunciat. declaratur, quare fuerit condita.*

20 *Scientia absquè intimatione reuocationis mandati ad resignandum, non suffragatur, & num.23.& 24.*

21 *Quod procedit etiam in reuocatione iurisdictionis.*

22 *Citatio illegitima, cum notitia citati subsequuta, ita ligat, sicuti legitima, & perfecta citatio.*

25 *Scientia, cum consistat in facto, non præsumitur, nisi probetur.*

26 *Scientia expressa, & indubitata requiritur in præiudicialibus.*

27 *Citatio potest fieri ad domum communis habitationis, vel in qua citationis tempore, præcedente legitima citandi indagatione, citandus inhabitat.*

Notarius copiam citationis debet relinquere, vel domi affigere, num.27.

28 *Vel publicè, & palam coram seruis, vel vicinis, citationem facere, eosquè certiorare, vt sic ad notitiam citati latitantis, possit citatio peruenire.*

29 *Citatio debet fieri ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, quādo quis latitat; vel si sit Beneficiatus, ad illius Ecclesiam debet fieri.*

30 *Citatio ad domum non afficit existentem extra Ciuitatem.*

31 *Citatio ad domum est subsidiaria, quando quis per fraudem latitat, & non patitur se personaliter citari.*

32 *Latitans habetur pro citato.*

33 *Latitans præsumitur habere notitiam Citationis ad domum factæ, coram seruis, vel vicinis.*

34 *Absens à Ciuitate non præsumitur habere notitiam citationis domi factæ.*

35 *Latitatio est difficilis probationis.*

36 *Latitatio, cum sit delictum debet concludenter probari.*

37 *Iudex formam citationis à Iure præscriptam alterare non potest.*

DECISIO CXXX.

FRanciscus de Oyos Rector Ecclesiæ Parochialis loci de Vargas, & Ferdinandus de la Cuesta Beneficiatus in Ecclesia Parochiali Sancti Iacobi Ciuitatis Toletanæ sub die 23. Ianuarij 1627. Procuratorem in Curia constituerunt ad permutandum prædicta Beneficia, in cuius mādati executione supplicatio fuit Sanctissimo porrecta, illaquè signata, & consensus formaliter in Camera præstitus sub die 14. Aprilis eiusdem anni 1627. litterisquè expeditis executor pronunciauit, illas exequendas non esse, propter reuocationem supradicti mandati à Francisco sub die 24. Februarij dicti anni 1627. à qua sententia fuit pro parte Ferdinandi appellatum, & causa in Rota introducta proposui Dubium; An gratia Ferdinandi esset iustificata, & per Dominos fuit responsum vacationem per resignationem esse iustificatam, cætera ad eiusdem gratiæ iustificationem pertinentia, ad aliam inspectionem reijcere visum fuit.

Huius autem resolutionis difficultas ex valore prædictæ
1 reuocationis pendebat, nàm, & si verùm sit, † mandatum ad resignandum simpliciter posse reuocari, *Put.decis.106. lib.3. Ant. August.decis.250.lib.3.Sarnen.decis.20 lib.1.* & latè tradit *Flam.Paris.de resig.lib.9.quæst.25.num.1.& 2.* eademque pœnitentia, & reuocandi facultas admittatur in
2 resignatione ex causa permutationis facta, cùm † permutatio beneficiorum sit quidam contractus innominatus, vt tradit *Rebuff.de pacif.poss.num.145.* & in specie *Felin.in c. ex parte Decani num.15.vers.amplia 3.de rescript.* In con-
3 tractibus † autem innominatis, re integra, locus est pœnitētiæ, *l.si pecuniam*, ibi, *sed cum liceat pœnitere*, & ibi, *gloss.in verb.sed cum liceat, ff.de cond. caus.dat.l.dedi, §.1.eod.tit.l. naturalis, 5.§.vlt.l si ibi decem, 7.ff.de præscript. verb. & in prædictis locis*, Bart. & DD.

Vt autem reuocatio expressa mandati effectum fortiatur,
4 necessè est, quod intimetur, quia † reuocatio expressa non intimata non releuat, vt in reuocatione iurisdictionis, docet *tex.in l.si forte, ff.de offic.Præsid.l.hæc autem, §. non defendit, ff.ex quibus caus.in poss.c.2.de off.deleg.* Ex quibus com-
5 muniter traditur iurisdictionem † semel alicui competentem non censeri reuocatam, donec Iudex reuocationis cognitionem, & scientiam habuerit, vt probatur etiam in *c.1. §.ex parte de concess. præb. lib.6.* & tradunt *Dec.in c. si duobus.num.12.de appell. Felin.in cap.cæterum num.11. de rescript.* & cum pluribus. *Couar pract.cap 9.num.7.versic.secunda conclusio, Sanch. de matrim. lib.3 disp.30. num.11.*
6 eaquè ratione collationem beneficij † à Vicario reuocato factam ante scientiam reuocationis valere, tenuerunt, *Felin.& Dec.vbi supra, Calder. cons.4.sub tit.de offic. deleg. Rebuff.in tract.de publican.resig.glo.18. num.19. Couar. in d.num.7.Flam.Paris.de resig.l.9.q. 25.num.24.* & in man-
7 dato ad præsentan. à Patrono † facto, idem contra *Castr.* defendit *Couar.* sequutus *Lambert. & Rebuff. in d. cap. 9.*
8 *num.8.* & generaliter reuocationem expressam † cuiuslibet mandati ad negotia ante intimationem, vel scientiam non sortiri effectum, traditur in *l.si mandasset, ff.mandati, & in cap. mandato de procur. cap. ex parte* Decani, *de rescript.* quam Doctrinam pro regula tradunt *Bald.in l. si quis mihi bona.25.§.sed si postea in princ.ff.de a qu hæred.Ias.in l. eius qui in Prouincia, §. quas verò, num.1.ff. de reb. credit. Felin in d.cap. ex parte Decani, num.7. vers. secunda regula, Cassad.decis.2.num.13.de appell.Verall.decis.224.par.1. Vant.de nullit. ex def.mand.ex num. 159 Gonz. super reg. 8.glo.56.num.124.& glos.63.num.51.* & in specie de reuocatione mandati ad resignandum beneficium, traditur in *Clem.vnica*, ibi, *antequàm ad ipsius, vel illius notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta, & c.sub tit. de renūciatione,*
9 & actus gestus † à Procuratore reuocato, ante intimationem, vel scientiam reuocationis tenet, & valet vt tenēt DD. supra allegati, & in resignatione prædicto modo facta, traditur in *d.Clem. vnica*, & docet *Fel.in d. cap. ex parte Decani num. 15.vers.amplia tertiò*, & cum pluribus *Paris. in*
10 *d.q.25.num.27.Gonz.glo.63.ex num.48.* & in reuocatione † mandati ad permutationem beneficiorū, tradunt *Fel.Flam. & Gonzal.vbi supr.Lap.in cap.vlt.de procur.in 6.& ibi Gemin.in fine.*

11 Rationem, autem ob quàm intimatio, † vel scientia reuocationis exigitur, tradunt latè *Alex.cons.169.num.5.lib.5. Gabr.cons.105 num.5.lib.1.Mascard. de prob.concl.1280. num.1.Flam.Paris.in d.q.25.ex num.15.per text.in l.san-*
12 *cimus, C. de testam.* vbi traditur † voluntatis mutationem non præsumi.

13 Cui doctrinæ non obstat *text.* † *in c.vlt.§.vlt.de procur. lib.6.* vbi simplex reuocatio, matrimonium postea contractum ante eius intimationem, vel scientiam reddit nullum, & impedire dominij translationem, traditur in *l. eius qui in prouincia, versic.quas verò, ff.de reb.cred.* ex quibus cō-

muniter

14 muniter docetur, quod in his rebus, † quæ ab animo, & voluntate mandantis pendent sola reuocatio absque scientia, vel intimatione impedit effectum mandati, vt in translatione dominij, quæ pendet ex voluntate Domini, *l. id quod no-*
15 *strum, ff. de reg. iur.* & in contractu matrimonij, † quod spõtaneo consensu contrahentium debet fieri, vt notarunt *Castr. in d. l. eius qui in prouincia, versic. interdùm, Bald. in l. si Procuratorem ff. mandati, & in l. si quis mihi bona, § sed si postea circa fin. ff. de acq. hæred. Felin. in d. c. ex parte Decani num.* 14. *Sanch. de matrim. lib.* 2. *disp.* 11. *num.* 6. quam
16 doctrinam generaliter in Nuncio procedere, vt † eius reuocatio ante sententiam, vel intimationem reddat actum postea gestum nullum, per *text. in l. si pater, versic. sin autem ignorante filio, ff. de manum. vindict. l. si penituit, ff. de repud.* docent *Bald. in d. §. sed si postea, Felin. in d. c. ex parte Decani num.* 18. *versic. fallit sextò, Gonz. glos.* 63. *num.* 42. *Ant. Gomez tom.* 2. *var. cap.* 4. *ex num.* 4. *Sanch. vbi supra num.* 7. à quibus traditur ratio differentiæ inter dictam Nuncij, & Procuratoris ad negotia, reuocationem, quàmuis *Felin. in d. c. ex parte, num.* 19. aliam interpretationem referat ad *text. in d. l. si pater, versic. si autem,* & aliam *Menoch. lib.* 1. *de arb. q.* 69. *num.* 25. & 26. quem sequitur *Ant. Pichard. in §. recte num.* 10. *Inst. de mand.*

17 Et quia iuxta superiorem doctrinam † cum resignatio beneficij, siue simplex, siue ex causa permutationis, pendeat
18 ex voluntate, & consensu resignantis, cum sit † spontanea dimissio Iuris proprij, vt trad. *Paris. de resign. benefic. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 30. sola reuocatio mandati, absque intimatione, vel scientia effectum resignationis postea factæ impedire debebat, sicut impeditur matrimonium, & transla-
19 tio dominij. Cuius † difficultatis intuitu condita fuit *Clem. vnica de renunciatione,* propter rationem in eius principio expressam, de illicita illusione, & variatione in beneficialibus, vt notauit *Felin. in d. cap. ex parte Decani num.* 15. & cùm pluribus relatis, *Paris. in d. q.* 25. *ex num.* 12.

Eaque ratione ex defectu intimationis, vel scientiæ visum fuit Dominis reuocationem à Francisco factam non
20 suffragari, nam siue sit necessaria intimatio † reuocationis, & non sufficiat scientia, absque intimatione, in specie *dict. Clem. vnica de renunc.* secundum *Parisij sententiam in d. quæst.* 25. *num.* 29. quàm testatur sæpè Rotam practicasse,
21 & eandem † in reuocatione iurisdictionis veriorem iudicat *Th. Sanch. de matrim. lib* 3. *disput.* 3. *num.* 11. & 13. & *disp.* 36. *num.* 8. siue scientia, vel notitia reuocationis sufficiat, secundùm *Bart. in l.* 1. *num* 10. *C. de satisdan. Felin. in d. cap. ex parte num.* 15. *versic. amplia tertio, Cald. consil.* 4. *sub tit. de offic. deleg. Rebuff. in tract. de benefic. sub tit. de forma Vicariatus num.* 210. *Boer. decis.* 347. *colum. fin. Couar. pract. cap.* 9. *num.* 7. *versic. secunda conclusio, in fine.* Cui sententiæ fauere videtur *text. in d. Clem. vnica,* ibi, *notitiam reuocationis, l.* 1. *§. sed ego,* ibi, *& me certior esset, ff. quod iussu, Clem. causam in fin.* ibi. *& certa notitia, de elect.* Quam doctrinam *Tiraq.* cum pluribus ab eo relatis *de vtroque retract. §.* 9. *glo.* 2. *num.* 16. expendit ad probandum,
22 quod † citatio illegitima, cum notitia eius subsequuta, ita ligat, sicut legitima, & perfecta citatio. *Gomez in reg. de non iudican. iuxta formam supplicat. num.* 68. *Ruin. consil.* 61. *num.* 33. *lib.* 5. siue versemur in terminis *d. Clem. vnica de*
23 *renunc.* in qua, † vel in Pontifice, in cuius manibus permutatio fiebat, vel in procuratore ad resignandum constituto, intimatio, vel scientia desideratur, vt notauit *Felin. in d. nu.* 15. *lim.* 1. *Paris. lib.* 9. *de resign. quæst.* 26. *num.* 8. & 9. vbi notauit ad scientiam Pontificis inducendam satis esse reuocationem in Camera, & in Cãcellaria intimare; siue in terminis huius causæ, in qua agitur de resignatione ex causa
24 permutationis, quo casu sufficere † reuocationem intimatam esse illi, cùm quo fiebat permutatio, vel eius scientiam, docuit *Lap. in c. fin. circa fin. de procur. in* 6. *Felin. in d. num.* 15. *limit.* 1. *Selu. de benef.* 3. *par. q.* 16. *num.* 6. & late tradit, *Paris. d. lib.* 9. *q.* 27. *ex num.* 1.

Nam quod dicta reuocatio non fuerit intimata Procuratori constituto ad resignandum, neque in Camera, neque in Cancellaria, neq; Ferdinando resignatario, non controuertitur, & probatum non esse ad Ferdinandi notitiam per-
25 uenisse, Dominis visum fuit, † si quidem scientia, cum consistat in facto, non præsumitur. *l. verius, ff. de probat. l.* 1. *§. sciam. ff. de trib. act. Palaz. Rub. in cap. per vestras, §.* 44. *num.* 36. *Ioann. Garz. de nobil. glos.* 4. *ex num.* 19 *Bouadilla*
26 *in Polit. lib.* 1. *cap.* 6. *ex num.* 38. & in præiudicialibus, † expressa, & indubitata scientia requiritur, iuxta not. in *l. de his, ff. de transact. gloss in cap. concertationi, versic. sciuerit, & ibi Gem. num.* 15. *de appell. in* 6. *Surd. consil.* 328. *num.* 28. *Put. decis.* 397. *num.* 7. *lib.* 2. *Rota decis.* 621. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Et quàmuis in Ciuitate Toletana duplex fuerit facta citatio, vna ad domum habitationis sub diebus 26. 27. & 28. mensis Februarij, quæ in effectu, non citationis, sed diligentiarum vim obtinet; altera ad valuas sub die 2. Martij, neutrùm tamen Ferdinando officere Dominis visum fuit;
27 Nam licet verum sit citationem † posse fieri ad domum communis habitationis, vel in qua citationis tempore citatus habitat, præcedente legitima citandi indagatione secundum *text. in l.* 4 *§. Prætor ait, ff. de damn. infect. l.* 1. *§. permittit, ff. de liber. agnoscen. l. aut qui aliter, §. & si fortè, ff. quod vi, aut clam cap. causam, de dol. & contum. cap. vlt. de eo qui mittitur in possess. Clem. causam, versic. quod si for. de elect.* tradunt *Bart. Alexand. Ias. & reliqui DD. in dicto §. Prætor ait, Marant. de ord. Iudic. par.* 6. *tit. de citat. num.* 124. *Iul. Clar. in prax. crimin §. fin. quæst.* 31. & latissimè prosequitur *Tiraq. de retract. lignag. glo.* 2. *§* 9. *per tot. Parlador. lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *par §.* 9. *num.* 8. *Guttier. pract. lib.* 1. *quæst.* 133. *ex num.* 1. *per totam, Azeued. in l.* 19. *num.* 21. *lib.* 4. *recop à num.* 97. Sed quia Notarius copiam
† citationis debuit relinquere, vel domi affigere, secundùm *text. in l.* 4. *§. toties ff. de damn. infect. l. item veniunt, §. Prætor ait, ff. de petit. hæred. l. sed & si pupillus, §. de quo palam, ff. de Instit. act.* vt docent, *Ioan. Andr. & Innoc. in cap. vltimo, de eo qui mittit. in possess. Bart. in dicto §. Prætor ait. in principio, Bald. in l. consentaneum nu.* 38. *C. quom. & quando Iudex,* & cum pluribus *Tiraquell. vbi supra num.* 8. &
28 *Guttier. vbi supra num.* 6. vel publicè, † & palam, coram seruis, vel vicinis, citationem facere, eosque certiorare, vt hoc modo ad citati notitiam posset citatio peruenire, *d. cap. vltimo,* ibi, *denunciatione publicè domi facta, de eo qui mittitur in possessionem, Rebuf. in tract. de citat. art.* 2. *gl.* 3. *nu.* 9. *Azeued. in d. l.* 19. *num.* 101. *Vant. de null. ex def. cit. num.* 88. & non apparet Nuncium fecisse alterutrum, neque de eo, ipse fidem facit.

Citationem vero ad valuas, ideo non afficere Ferdinandum existimarunt DD. quia solum proponitur facta ad valuas Monasterij Sancti Clementis, in qua Ferdinandus
29 nullum habeat beneficium, cum debuisset fieri † ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, vel Ecclesiæ in qua citatus esset Beneficiatus, secundùm *text. in Clem. causam, de elect.* cuius forma in præsenti reuocatione seruari debeat, vt tradit *glos. fin. in dicta Clem. vnica, de renunciatione, & ibi Card. nu.* 25. *quæst.* 14. *Paris. de resign lib.* 9. *quæst.* 26. *num.* 11. & quæ facta fuit ad valuas Domini de Ygares, in qua Ferdinandus solebat habitare non fuit habita in consideratione, quia die 2. Martij quo exequuta fuit, Ferdinandus erat absens à Ciuitate Toletana, vt probatur ex testibus, qui dantur in illius Summario num. 16 & præsertim ex depositione D. Philippi Centurionis Canonici Toletani, in cuius
30 domo Ferdinandus habitabat, & citatio † ad domum, non afficit existentem extra Ciuitatem, *Rota coram Reuerendissimo Domino meo Coccino decis.* 74. *num.* 2. *Vincentius de Franc. decis.* 514 *num.* 2. *Parlador. vbi supra num.* 14. cum
31 citatio ad domum sit subsidiaria, quando per fraudem, † & dolum quis latitat, vel non permittit se personaliter citari, secundum *text. in l. fulcinius. §. quid sit latitare, ff. ex quibus caus. in possess. cap. quoniam frequenter, §. porrò, vbi glo. & Abb. num.* 6. *vt lit. non contest. cap. ex tunc, de Cler. non resid. Clem. causam, de elect. Vant. vbi supra nu.* 90. *versic.*
32 *vbicunquè,* & omnes DD. supra relati, vel quia † latitans habetur pro citato, *Seraph. decis.* 1094. *num.* 3. *Cresc. decis.* 18. *num.* 2. *de sent. & re iud. Adden. ad Ludouis. decis.* 584.
33 *num.* 6. *in fine,* vel quia † præsumitur habere notitiam citationis ad domum facta coram seruis, vel vicinis, vel copia illius

34 illius domi relicta, † absens autem à Ciuitate prædictæ citationis scientiam habere non præsumitur, *l. 1. §. domum, ff. de lib. agnos.* docent *Bart. in d. §. Prætor ait num. 9. & ibi Alexand. num. 12. Gabr. consil. 31. num. 34. & 35. lib. 2. Parlador. dict. §. 9. numero 10. Gratian. discept. forens. cap. 103. num. 17.*

Quod autem Ferdinandus latitauerit, visum fuit Dominis per testes ex aduerso examinatos non probari, nam
35 † latitatio est difficilis probationis, vt docent *Abb. vbi supra dicto num. 6. Tiraquell. in dicto §. 9. num. 7.* & constat ex *textu in d. l. fulcinius, §. quid sit latitare*; Nam cum
36 sit delictum, † debent concludenter probari, *l. qui accusare, C. de eden.* & habet contra se Iuris præsumptionem, *leg. meritò, ff. pro socio,* & quod Ferdinandus tempore perquisitionis palam, & publicè perambulauerit per Ciuitatẽ, deponunt testes in Summario illius num. 16.

Neque obstare visum fuit DD. quod Nuncius exequutus fuerit citationem in Monasterio Sancti Clementis, iux-
37 ta decretum Iudicis, quia Iudex † formam exequendi citationem à Iure præscriptam alterare non potuit iuxta Doctrin. *text. in l. 2. & ibi Bart. & DD. l. 4. §. final. ff. de re iudic. Aegid. decis. 194. Cassad. decis. 1. de dol. & contum. Adden. ad decis. 5. de rescript.*

Et ita vtraque parte resolutum, &c.

R. P. D. PIROVANNO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, quando fructus, quos ex corporibus hæreditarijs percepit, non faciat suos, & quando è contra, ita vt nõ teneatur reddere rationem, creditoribus hæreditarijs, de eis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, quando confecit inuentarium, in proprio grauari non potest, tanquàm præseruatus à lege à quocumquè damno, etiam minimo.*

2 *Hæres, cum beneficio l. & inuentarij adita hæreditate, fructus, quos percipit ex ea, non facit suos, sed cedere debent ad commodum creditorum.*

3 *Hoc tamen non intellige, quando creditores detecti non sunt, nec vrgent instant, aut interpellant hæredem, nec hæres ex dictis fructibus locupletior factus est.*

Tunc enim fructus medio tempore percepti, acquiruntur hæredi, num. 3.

4 *Hæres post aditam hæreditatem facit fructus suos ex titulo pro hærede, & vti de re sua perceptos.*

5 *Nec subiacet imputationi pro vero debito hæreditario.*

6 *In obligatione generali Testatoris non veniunt bona hæredis.*

Fructus ex re hæreditaria percepti non dicuntur hæreditatis, num. 6.

7 *Fructus ab hærede percepti ante motam litem, eidem acquiruntur concurrente titulo pro hærede, & bona fide possidendo, ignorando creditores hæreditarios extare.*

8 *Quo casu semper hæres facit fructus suos, tàm ex bona fide, tùm ex eo, quod saltem absit mala, & numero 9.*

10 *Hæres contra debitum detectum acquirere non potest fructus hæreditatis.*

11 *Hæres, de fructibus perceptis ab hæreditate, ante interpellationem creditorum non tenetur.*

12 *Mulier post annum potest repetere dotem, & qui potest petere dotem, non agit ad vsuram.*

13 *Hæres de fructibus perceptis post interpellationem, tenetur reddere rationem.*

DECISIO CXXXI.

IAm fuit resolutum in hac causa sub die 5. Maij 1631.* mandatum non esse relaxandum contra bona propria Santucci; nec minus contra personam pro prætensis creditis dotalibus Sulpitiæ, ad quæ tenebatur Mauritius eius maritus, & nunc Santuccius illius hæres; quia hæreditatem dicti Mauritij adiuit cum beneficio legis, & inuentarium confecit; citatus de Inuentario opposuit, & de inuentariatis ra-
1 tionem reddidit, † quibus stantibus in proprio grauari non potest, tanquàm à lege præseruatus à quocumquè damno, etiam minimo, *leg. finali, §. & si præfatam, C. de iur. delib. Alex. Imola in l. penultima ff. ad Trebell.* cum alijs in decisione allegatis.

Verùm, quia ex parte Sulpitiæ adhuc prætendebatur Santuccium possedisse per multos annos bona hæreditaria, & fructus percepisse, nec de eisdem redditam fuisse rationem. Causa iterùm proposita Domini responderunt Santuccium teneri reddere rationem fructuum hæreditatis à die interpellationis, pro solutione fructuum dotis.

2 Nam quàmuis hæres cum † beneficio legis, & Inuentarij adita hæreditate, fructus, quos percipit ex corporibus hæreditarijs non faciat suos; sed cedere debeant commodo omnium creditorum, secundùm veriorem, quam probarunt *Guidop. de Inuent. tom. 8. par. 2. num. 17. Montic. eod. tract. & tom. cap. 6. num. 10. Peregr. de fideicommiss. art. 49. num. 77. & consil. 42. num. 27. lib. 1. Riminald. senior. consil. 396. Surd. decis. 92. num. 5. Ruin. consil. 176. num. 17. lib. 1. Grass. de* Inuent. *quæst. 11. num. 3. Caball. consil.* 144. *per tot. lib. 2. Laderch. cons. 8. num.* 1. *Cyriac. Niger. cautel. 294. nu. 17. Franc. decis. 613. num. 19. Manent. decis. 34. num. 6. Rota decis. 279. & 280. impressis post tract. de Censib.* & nouissimè eamdem opinionem Rota sequuta est in *Firmana, seù Maceratẽ* Dotis 18. *Iunij 1629. coram me.* in qua declarata fuit alia decisio in eadem causa 17. Maij 1620. vbi hæsitabatur de hac opinione.

3 Attamen vsquè quò creditores † detecti non sunt, nec vrgent, instant, aut interpellant hæredem, nec locupletior idem hæres ex fructibus perceptis factus est; Fructus medio tempore percepti acquiruntur hæredi; nam verè concurrunt omnia fundamenta in dicta decisione 27. Martij pro contraria opinione ponderata; videlicet quia hæres
4 † post aditam hæreditatem facit fructus suos ex titulo pro hærede, & vti de re propria perceptos, *leg. in fideicommissariam, in principio, leg. mulier, §. si hæres, l. postulante, §. sed in huiusmodi, l. deducta, §. qui post. ff. ad Trebell. Peregrin. de*
5 *fideicomm. art. 49. num. 20.* nec subiacet † imputationi pro vero debito hæreditario secundùm veriorem, de qua per *Menoch. consil. 183. num. 50. & 292. num. 21. Surd. consilio 291. num. 11. Rota decis. 680. num. 2 par. 1. diuers.* & sequi-
6 tur idem *Surd. decis. 92. num. 6.* Secundò quia † in generali obligatione Testatoris non veniunt bona hæredis, & fructus ex re hæreditaria percepti, non dicuntur hæreditatis, *l. quod his verbis, in principio, ff. de legat. 2. Surd. consilio 128. num. 27. & d. decis. 92. numero 6.* dicens ita in illo Senatu fuisse determinatum, ac demùm quia fru-
7 ctus † ab hærede percepti ante litem motam, eidem acquiruntur concurrente titulo pro hærede, & bona fide

possidendo, ignorando creditores hæreditarios extare; dum adhuc non comparuerunt, non interpellarunt; quo
8 casu semper hæres facit fructus suos, tàm † ex bona fide, quàm ex eo, quod saltem absit mala, *Alciat. præsumpt. 5. num. 5. regula 3.* latissimè *Osasc. decis. 160. num. 6. Becc. consil. 95. num. 15. Couar. variar. lib. 1. cap. 3. num. 8. Surd. consil. 115. num. 6. 340. num. 11. & 12. & decis. 281. num. 5.* & cum hac distinctione transit, *Escobar. de Ratiocin. relatis opinionibus cap. 9. num. 83.* propter titulum, & bonam fi-
9 dem, quæ sola † sufficit ad acquisitionem fructuum, & hoc ipsum senserunt Domini in allegata *Firmana, seu Maceraten. Dotis* 18. *Iunij* 1629. quàmuis tunc quoàd hanc partem nihil voluerint determinare suspendendo iudicium, quando casus euenisset, quod hæres bona fide fructus percepisset, & consumpsisse, aut aliàs non esset factus locupletior, & creditores diù distulissent instare contra hæredem.

Non obstat, quod Santuccius, vti hæres Mauritij est testamento ignorare non potuerit, debitum hæreditarium dotis restituendæ Sulpitiæ vxoris Testatoris, dum in Testamento de ea facta fuit mentio, & etiam in Inuentario pro debito hæreditario fuit descripta dos; itaut tan-
10 quàm contra debitum † detectum, acquisitio fructuum sustineri non possit, secundùm terminos contrariæ opinionis.

Quia si ageretur de acquirendis fructibus, ex corporibus hæreditarijs perceptis ante dotem solutam; itaut ad illius satisfactionem non sufficerent stabilia; sed necesse esset de fructibus decursis, & perceptis post aditam hæreditatem supplere pro extinctione debiti, benè procederet obiectum; verùm quia Sulpitia reperitur priùs de dote sua satisfacta per alienationem bonorum hæreditariorum,
11 & deinde fuit actum pro interusurijs Dotis; si † de fructibus perceptis ante interpellationem agitur Santuccius non tenetur: quia ante non est debitor; nec ipsa creditrix; dum non promisit dotem, neque est in mora restituendi, *Plotus de in litem iuran. §. 11. num. 24. Didac. variar. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 3. Lup. de vsur. comment. 1. §. 4. num. 90. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 45. num. 2.* latissimè compro-
12 bans, & dicens † mulierem post annum posse petere dotem, & qui potest petere dotem non agit ad vsuras, & idem fuit firmatum in *Romana Fructuum Dotis coram D. meo Decano* 12. *Maij* 1625. si verò contendatur de
13 fructibus † perceptis post interpellationem, tenetur Santuccius rationem reddere, & videndum erit, pro quibus bonis, pro quo tempore, & ad quam summam ascendant.

Et quæ dicuntur, quod Santuccius hæres vendiderit quædam stabilia Lucio Noe, & Valerio Cancellotto; respondetur fuisse de pretio redditam rationem, quia scuta 300. fuerunt consignata Sulpitiæ, & scuta 200. fuerunt restituta emptori per eundem Santuccium.

Et ita &c.

* Est decisio 39. supra in hac eadem parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Placentina Pecuniaria.

Die Veneris 14. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Cambiorum interesse non benè probatur, ex sola attestatione, & confessione creditoris, etiam si adsit tale pactum, & sit iuramento vallatum. Pacta, & instrumenta suspecta de vsuris non attenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Tribunalia suprema nunquàm exequuntur sententias aliorum Iudicum, nisi sibi constet de illarum iustitia.*
2 *Sententiæ iniustæ non attenduntur ad inducendum illarum conformitatem.*
3 *Cambiorum interesse, vt iustè dicatur petitum, non sufficit sola attestatio, & dictum creditoris.*
4 *Quod amplia etiam si ista attestatio esset iuramento roborata. limita num. 6. 7. & 8.*
5 *In Cambijs veritas, & eorum substantia est attendenda.*
9 *Iuramento non obstante adhuc locus est probationi contrariæ.*
10 *Pactum factum in fraudem vsurarum, aut quoquomodò de vsura suspectum nullius est roboris.*
11 *Inter actus prohibitos non est aliquis actus, sicut confessio, in quo possit, ita facilè simulatio præsumi.*
12 *Iudex stare non tenetur declarationi partis circa interesse, vel damna, propter dolum præsumptum.*
13 *Creditoris nimia diligentia, & cautela contra omnem consuetudinem, reddunt pactum, & instrumentum suspectum de vsura.*
14 *Creditor habens pignus, vel procurare debet eius distractionem.*
15 *Vel obtinere, vt sibi insolutum adiudicetur.*
16 *Vsuræ post executionem amplius non decurrunt, quando in potestate creditoris est iudicatum exigere.*
17 *Vsuræ non debentur, cessante mora debitoris.*
19 *Actuum pluralitas in dubio non præsumitur.*
20 *Pluralitas probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*
21 *Text. in l. quingenta. ff. de probat. intellectus.*
22 *Testator si relinquat alicui in codicillis eamdem quantitatem, quam ei reliquit in testamento, censetur animo duplicandi relicta, nisi hæres contrarium probet.*
23 *Pluralitas debitorum ex quibus excludatur.*
24 *Debiti identitas, ex quo benè probetur.*

DECISIO CXXXII.

DVbitaui in hac causa, An constaret de tribus conformibus ad fauorem Venturæ Bramerij, occasione rescripti Signaturæ, in qua exequutio earumdem literarum commissa mihi fuerat sub ea conditione, quatenùs dictæ sententiæ inter se conformes apparerent. Et proposito dubio negarunt Domini posse hanc conformitatem considerari propter euidentem illarum iniustitiam, cuius causa non poterat aliquis esse effectus earumdem sententiarum, ex receptissima, & antiqua consuetudine huius Tri-
1 bunalis, quod (sicut alia omnia † suprema Tribunalia) nunquàm exequitur sententias aliorum Iudicum, nisi etiam sibi constet de illarum iustitia, vt in *decis. 5. de lit. contestat. in nou. Put. decis. 391. lib. 1. Mohed. decis. 3. de testibus, & decis. 11. de sentent. & re iudic.* Et ita sæpiùs huiusmodi
2 † rescripta Signaturæ interpratata fuit Rota, *vt apud Cardin. Seraphin. decis. 988. num. 1. & in decis. 134. num. 2 par. 1. decis. 474. num. 8. & decis. 594. num. 4. par. 2. recent. coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 294. num. 1. & in Mediolanen. rescissionis contractus 4. Iulij 1601. coram Card. Lancellotto.*

Et cùm plura dictis sententijs objicerentur ex duobus potissimum fundamentis moti fuerunt Domini, vt illas dicerent iniustas; Primùm fuit quia non probabantur cambia, quorum

quorum occasione Stephanus pater Venturæ egerat contra Andream Georgettum, & mandatum obtinuerat à Vicario Placentino, quod postea confirmarunt sententiæ, de quibus quærebatur. Etenim ex facto, quod propositum fuerat, constabat eumdem Stephanum egisse contra Georgettum, tanquàm fideiussorem Alexandri à Furno pro ducatis quadraginta, quæ idem Alexander à se ad cambium acceperat, non facta aliqua liquidatione, & non iustificatis eisdem cambijs aliter, quàm ex sola assertione. Quæ iustificatio licet esset conformis pacto, quod positum fuit in instrumento, dum promiserunt in eo, tàm Alexander debitor, quàm Georgettus fideiussor de omnibus cambijs, & expensis stare fidei creditoris, tamen non poterat in iute sustineri, dum fuit in eo remissa necessitas omnis probationis,
3 etiam assertionis iurata, quia ex sola attestatione, † & dicto creditoris non poterat dici probata ea certitudo, quæ requiritur, vt iustè petitum dicatur hoc interesse cambiorum, iuxta doctrinam *Castr. in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod certo loco,* quam sequitur, *& extollit Mohed. decis. 3. de vsur. Afflict. decis. 20. Rota Ianuen. decis. 37. n. 11. & pluriès secuta fuit Rota, vt in decis. 467. num. 1. par. 1. diuers. et decis. 52. num. 5. par. 1. recent. decis. 559. num. 2. par. 2. recent. in Romana cambiorum de Gradis 15. May 1592.* coram Card. *Millino, in Mediolanen. pecuniaria 1. Iulij 1592. coram eodem, in* Ianuen. *pecuniaria 7. Iunij 1610. coram Card. Lancellotto, et in* Ianuen. *pecuniaria 1. Martij 1613. coram bon. mem. Vbaldo,* immo neque potuisset ea declaratio valere,
4 licet confirmari deberet iuramento creditoris, dum ex † eo iuramento probari debebat non solùm quantitas damnorum, & interesse, quæ passus fuit creditor ob dilatam solutionem pecuniæ à se datæ, cum eo onere cambiorum, sed
5 veritas, † ac substantia ipsorum cambiorum, vt optimis rationibus defendit *Dec. consil. 83. num. 3. post Bart. in l. Diuus, num. 2. ff. de milit. testam. & in l. si quando, num. 4. C. vnde vi. Bald. in l. rogasti. §. si tibi, num. 14. ff. si certum petat. Rot. in d. Mediolanen. pecuniaria 1. Iulij 1592. coram Cardinali Millino.* Et licet hæc non habere locum, stante pa-
6 cto † Debitoris, qui se cum iuramento obligauerit, sequi fidem sui creditoris, visi sint voluisse aliqui relati per *Plot.* qui etiam conclusionem communem dicit *in tract. de in lit. iuran. §. 48. num. 1. Specul. in tit. de probat. § viden. num. 7.* Et hoc propter virtutem iuramenti, quo debitor se obli-
7 gauit acceptare † hanc probationem, quæ debebat sequi ex attestatione iurata, sui creditoris, vt per *Afflict. decis. 91. num. 9. Alexand. consil. 54. num. 5. volum. 2. & habetur in l. iusiurandum, quod ex conuentione, ff. de iur. iur.* Quicquid
8 tamen sit de veritate huius opinionis, quàm † nunquam verificari posse contendat *Bartol. in l. vltima, ff. de Prætor. stipulat. num. 3.* dum duæ limitationes, quæ communiter dari solent, & quas posuit idem *Specul. d. num. 7.* vt scilicet
9 non obstante iuramento, † adhuc sit locus probationi contrariæ, & possit etiam Iudex hanc probationem non sequi, videantur destruere, & tollere funditùs ipsam Regulam, quod etiam dixit *Bart. in consil. 168. num. 4. & in l. Theopompus, num. 13. ff. de dot. præleg.* & notauit Ioann. *Andr. in Addit. ad Specul. d. num. 7. in glos. in verb. creditoris, Abb. in cap. finem litibus, num. 37. Ant. de Butr. num. 28. de dol. & contum. Aret. in §. vlt. num. 8 instit. de verb. obligat.* Eandem opinionem pluribus alijs modis limitat *Plot.* & in proposito, & ad casum præsentis quæstionis *num. 8.* vbicumquè
10 hoc pactum factum videretur † in fraudem vsurarum, aut esset quocumquè modo de vsura suspectum, idemque tradit *Afflict. d. decis. 91.* vbi in specie considerandum dicit. An persona, quæ iurare debet, solita sit dare pecunias ad vsuram, *Ioan. Andr.* vbi supra *Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione, num. 20. in 6. limit. ff. de iur. iur. Bald. in l. rogasti, §. si tibi. num. 6. & 7 ff. si cert. petat.* qui vult præterea ad validitatem huius obligationis saltem requiri, vt hoc interesse probetur, per alias coniecturas, *Rota decis. 467. num. 6. par. 1. diuers.* & rationem adducit *Bald.* quia inter
11 † actus prohibitos non est aliquis actus, sicut confessio, in quo possit ita facilè simulatio præsumi, cùm autem plures coniecturæ adducerentur contra hoc pactum, ex quibus illud suspectum reddebatur, satis esse putarunt Domini ingentem summam pecuniarum, ad quam ascendebant cambia decursa, secundùm declarationem Bramerij, vt non potuisset hoc casu valere illius declaratio, & Iudex non teneretur eam sequi propter dolum præ-
12 sumptum, † qui semper consideratur, vbicumquè condemnatio facienda sit in summa, non modica, vt in *d. decisione 467 num. 3. Alexand. consil. 47. num. 6. & 7. volum. 1 Bart. in l. societatem 87. § arbitrorum, num. 24. ff. pro socio, Bald in leg. vnica, num. 23. ff. de his, qui pœn. nom. & in Rub. ff. de pœn. iudic. qui male iudic. num. 2. glos. in l. si de re. ff. de recept. arbitr.*

Vt etiam, quia in idem pactum non sponte consenserant Furnus, & Georgettus debitores, sed quia non potuerunt sub alia conditione extorquere pecunias à Bramerio, vt constabat ex verbis ipsius instrumenti, in quibus ipse hoc idem expressè protestatus fuit, quod scilicet suas pecunias, nonnisi sub hac conditione dedisset, hinc enim sequebatur ex parte debitoris, vt non posset de illius voluntate dici
13 appositum hoc pactum, ex parte † verò creditoris colligebatur nimia diligentia, & cautela contra omnem consuetudinem, quæ pariter suspectum reddere poterant idem pactum, & instrumentum, vt considerauit *Bald. in d. l. rogasti, §. si tibi, num. 8. ff. si cert. petat. Ias. in l. testamentum, num. 3. & 4. C. de testament. & in consil. 170. num. 1. volum. 2. Surd consil. 327. num. 4. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 122. num. 67.*

Alterum fundamentum, ex quo dubitarunt Domini de iustitia sententiarum, etiam ex facto dependebat, quia antequàm Bramerius egisset contra Georgettum, & obtinuisset mandatum, quod postea sequentes sententiæ confirmarunt, aliam exequutionem fecerat ex causa eiusdem crediti, contra Alexandrum à Furno principalem debitorem, & illam etiam perfecerat, & consumpserat per appræhensionem pignoris iudicialis, quàmuis illud postea reliquerit penès Riccardum, & Franciscum de Antosijs, qui intra tres
14 menses se obligarunt ei hoc debitum soluere, Cùm † enim vtrumquè facere potuisset Bramerius, vel procurare eiusdem pignoris distractionem, vt notatur in *l. si creditor, leg. creditoris, ff. de distract. pignor. & in l. 1. ff. si in causam iu-*
15 *dicati*, vel obtinere, vt sibi in solutum † adiudicaretur, vt etiam dicitur *in l. 2. & 3. C. si in caus. iudicat. & in l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic.* non potest, dum neutrum horum fecit, imputare hoc debitori, si sui crediti satisfactionem consecutus non fuit, & post eam executionem
16 non † potuerunt aliquæ ampliùs vsuræ decurrere, propter hanc eandem rationem, quod scilicet in potestate creditoris fuerit iudicatum exigere, quam ponit *text. in l. 1. §. so-*
17 *cius, ff. de vsur.* cessante † enim mora debitoris non erat causa, ob quam debitæ essent eædem vsuræ, vt arguit in his terminis, *Alciat. consil. 59. & consil. 113. num. 5. lib. 5. Surd. decis. 262.* licet in casu suæ decisionis contrarium sustineat, eò quia debitor impugnaret exequutionem, quod non est in casu huius decisionis, & fuit dictum *in Firmana, seu Maceraten. dotis 23. Ianuarij 1621. coram R.P.D. Pirouano.*

Neque huic fundamẽto dixerunt Domini obesse solam possibilitatem, vt hoc debitum, pro quo facta fuit exequutio contra Furnum, & obligatio ab illis de Antosijs, esset di-
18 uersum ab eo, † cuius causa hodiè agitur contra Georgettum, cum vel ita præsumi deberet, secundùm notata *in leg. quingenta, ff. de probat.* Vel contra hanc probationẽ probari saltem deberet identitas vtriusq; debiti, per ipsum Georgettum. Contrarium enim in iure veriùs erat, quod scilicet hæc probatio nonnisi ad creditorem spectare deberet, non
19 solùm, quia † ea pluralitas debitorum non poterat de iure admitti, propter regulam, *l. in bello, § facti ff. de captiuit. & postlim. reuers. vt per glos. in l. omnium, in verb. comprobetur. C. de testam. Bart. in l. si quis seruum §. si inter duos, ff. de leg. 2 Bald. consil. 344. num. 2. lib. 2. Castr. consil. 128. num. 2. in fin. lib. 2. Menoch. præsumpt. 15. numero 7. lib. 6.* Sed cum in ea pluralitate se fundaret idem Bramerius,
20 † vnde succedebat alia iuris regula, de qua *in leg. ab ea parte ff. de probat. Aym. consil. 198. num. 4. Corn. consilio 144.*
21 *num. 11. lib. 4.* & licet in casu *leg. quingenta*, † voluerit

Iuriſconſultus, vt hæc probatio pertinere deberet ad debi-
torem, hoc fuit, quia in ea quantitate, quæ ab eodem debi-
tore petebatur, damnatus erat hæres illius quantitatis debi-
tor à Teſtatore, non ſolùm in teſtamento, ſed etiam in co-
dicillis, & cùm valeret vtraquè diſpoſitio, ideò reſpondit
22 ibi Iuriſconſultus, vt hoc probare † teneretur hæres, quod
fuerit inane legatum relictum in ſecunda diſpoſitione,
prout ita eamdem, l. interprætantur, & rationem Iuriſcon-
ſulti explicant, *Alexand. in l. Triticum, num. 7 ff. de verb.
oblig. & in conſil. 4. num. 11. lib. 1. Bart. in l. Sempronius, 47.
num. 3 ff. de leg. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 213. num. 13. lib. 2.*
quod non eſt in caſu, de quo agitur, cum non ſolum non
23 oſtendatur hæc diuerſitas ſcripturarum, † aut obligatio-
num, ſed neque doceatur Furnum fuiſſe ex alia cauſa debi-
torem, quod etiam poterat ſatis eſſe, vt præſumi deberet,
quod ex cauſa antecedentis Cambij facta fuerit exequu-
tio ex his, quæ docet *Bartol. in d. l. Triticum, num. 2. & 3.
Alexand. num. 6. Imol. num. 4. ff. de verbor. obligat. Iaſ. con-
ſil. 70. num. 1. & 2. lib. 5.* Et concurrebat in caſu propoſito,
quod pignus, ſuper quo facta fuit exequutio, & quod de-
poſitum fuit apud illos de Antoſijs, cæptum fuit ex cauſa
crediti in ſumma ſcutorum quadragintatiuum, & ſolido-
rum decem, & ſeptem auri in auro de Marchis, ad quam
24 prorſus quantitatem aſcendebat debitum Cambij, † quod
dicitur factum cum Furno, & Georgetto, quod pariter
ſatis eſſe poterat ad probam identitatem huius debiti, ſe-
cundùm eumdem *Bartol. in dict. leg. Triticum, num. 4.
Alexand. num 6. & 7. Iaſ. numero 8. ff. de verbor. obligat.
Alexand. conſil. 4. num. 11. lib. 1. Ruin. conſil. 228. num. 2.
& 3. libro 1. Rimin. ſen. conſil. 428. num. 3. lib. 4. Afflict.
deciſione 198. num. 2. Menoch. de arbitr. dict. caſu 213.
num. 2.*

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Argentiñ. Coadiutoriæ.

Die Lunæ 17. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Immiſſio Coadiutori in poſſeſſionem &c. quando ſine dubio veniat concedenda, & an, & qualiter Coadiutor poſſit immitti in poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ, ſine dubio habent executionem paratam.*

2 *Pro Literis Apoſtolicis iuſtificatis competit immiſſio ad inſtar l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.*

3 *Ordinariè eſt agendum contra legitimum contradictorem.*

4 *Coadiutor, quando immittitur in poſſeſſionem, non aufertur coadiutor, neque titulus, neque poſſeßio.*

5 *Coadiutoris poſſeſſio eſt compatibilis cum poſſeßione coadiuti.*

6 *Poßidere poſſunt plures eadem rem, diuerſis reſpectibus.*

7 *Coadiutorem, ſi quis à Papa petierit, & coadiutoria, ſit ei, & Eccleſiæ vtilis, non poteſt variando dicere ſe illo non egere.*

8 *Coadiutoriæ officium non habet exiſtentiam ad cuius poſſeßionem poſſit dari immiſſio, & an hoc ſit verum, num. 9.*

10 *Citatio generalis ſuppletur per particularem in quolibet actu.*

11 *Aſſertioni Iudicis, & Notarij de actu coram ſe geſto, in cauſa ſibi commiſſa eſt omninò ſtandum.*

12 *Proceſſus remiſſorialis, quando dicatur validè fabricatus, & num. 13. & ſi adſit aliquis defectus, ex quo ſuppleatur, num. 14.*

15 *Proceſſus, quando dicatur in forma probanti.*

16 *Inſtantia noui termini reprobatorij, non eſt attendenda, ſi calumnioſè petatur, veluti ſi cauſa ſit in termino ferendæ ſententiæ, amplia num. 17.*

18 *Probatio maior nulla dari poteſt, quàm propria oris confeſſio.*

DECISIO CXXXIII.

PEtente Eminentiſſimo D. Cardinali à Lotharingia im-
miſſionem in poſſeſſionem officij Coadiutoris, cum
futura ſucceſſione Abbatis Mauri Monaſterij Argentin.
Diœc. Quia ex deciſionibus in hac cauſa factis ſatis apparet
de iuſtificatione literarum Apoſtolicarum, eam concedē-
dam, iuxta formam literarum fuit reſolutum, cum indubi-
tati Iuris ſit literas Apoſtolicas, quando ſunt iuſtificatæ ha-
1 bere † paratam executionem, *cap ſi quando, de reſcript.
cap. ſi Capitulo, vbi gl. in verb. exequatur de conceſſ. præben.
in 6. Rota deciſ. 605. num. 2. & 755. num. 1. par. 2. recent.* &
2 pro illis competere † immiſſionem ad inſtar, *l. fin.* C. *de e-
dict. diu. Adr. toll. Bald. in l. 2 num. 65.* C. *de ſeruit. & aqu.
Menoch de adpiſcen. remed 6. num 35. Seraphin deciſ. 357.
num. 1 ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 335. num. 15.* & alibi ſæ-
piùs fuit dictum.

Nequè poteſt retardari immiſſio ſub prætextu, quod
cum Abbas Coadiutus poſſeſſor Abbatiæ reuocauerit cō-
3 ſenſum anteà præſtitum, contra eum tanquàm † legitimum
Contradictorem, ordinariè ſit procedendum Rota *in Abu-
leñ, & Zamoreñ. Beneficiorum 17. Iunij 1604. coram Pe-
nia, in Hiſpaleñ. & Corduben. Praſtimoniorum 14. Iunij
1600. coram Cardinali Lancellotto, quas refert. Rota
deciſ. 423. num. 2. par. 1. recent.* Quia cum Sanctiſſimus
D. N. in vltima gratia de qua in deciſione 26. *Aprilis
præteriti* * canonizauerit dictum conſenſum à principio,
talis gratia inſufflat nouum ſpiritum primæ gratiæ, & tol-
lit poſteriorem reuocationem, vt non poſſit ampliùs re-
uocari in dubium, ſed debet perindè haberi, ac ſi nullo mo-
dò fuiſſet reuocatus in dubium, & propterea ſupradictæ
4 deciſiones non faciunt ad hunc caſum, † cum per immiſ-
ſionem, non auferatur Abbati, neque titulus, neque poſ-
ſeſſio.

Nam D. Cardinalis prætendit Immiſſionem ad Coad-
iutoriam, quæ eſt quid diuerſum à Iure Abbatis, & ſic cum
5 poſſeſſio Coadiutoris † non ſit incompatibilis cum poſſeſ-
ſione Coadiuti, & eandem rem duo poſſint inſolidum poſ-
6 ſidere, diuerſis tamen † reſpectibus, iuxtà terminos, *l. poſſi-
deri, §. ex contrario, ff. de acq. poſſ. Doct. in cap. licet cauſam,
de probat. Bart in l. ſi duo, n. 4 ff. vti poſſid. Rot. deciſ. 32. n.
3. par. 1. diuerſ.* & in terminis Coadiutoriæ firmauit *Rot.
in recent. dec. 457. & 637. par. 1.* Inde ſequitur Abbatem
non eſſe legitimum Contradictorem ad impediēdam exe-
cutionem literarum Apoſtolicarum, de conſenſu expedi-
tarum, de quo conſtare patet ex deciſionibus factis. Nec
obſtat, quod Abbas poſſideat liberè abſquè Coadiutore,
7 † quia cum ipſe petierit à Papa Coadiutorem, & Coadiu-
toria ſit vtilis ſibi, & Eccleſiæ, non poteſt variando dicere
ſe illo non egere, *Clem. 1. de renunc.*

Non obſtat, quod officium Coadiutoriæ, non habeat
8 exiſtentiam, ad cuius poſſeſſionem † poſſit dari immiſſio.
Quia ſufficit, quod Papa in literis Coadiutoriæ creauerit
iſtud officium ad vitam Coadiuti, & de illo ſic creato pro-
uiderit Dom. Cardinali ad ſupplicationem ipſiuſmet Ab-
batis Coadiuti. Vnde exiſtentia ſatis iuſtificatur duran-
9 te vita Coadiuti, & Coadiutoris, † ex dicta auctoritate

Papæ,

Papæ, fulcita etiam auctoritate Canonis in *cap. 1. de Cler. agrot. in sexto.*

Non obstant aliàs opposita contra processum remissorialem; Nam defectus citationis ad viden. collationari processum tollitur ex citatione generali ab initio executa, quam
10 supplere † defectum citationis aliàs particulariter in quolibet actu requisitæ, fuit resolutum in hac causa 21. Februa-
11 rij 1631. & ex attestatione Notarij, & Iudicis, † cuius assertioni de actu coram se gesto, in causa sibi commissa est omninò standum. *Aegid. decis. 103. num. 1. Rota decis. 483. num. 9. par. 2. recent.* apparet collationem, & asculationem ser. ser. factam, cum ad hunc effectum deputauerit alium
12 Notarium adiunctum, qui cum Notario † remissoriè interuenit huiusmodi collationi, & ausculationi. *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 884.* Et cum processus contineat literas remissoriales, earum præsentationem, & acceptationem, citationes, decreta, iuramenta, testium depositiones, terminum reprobatorium,
13 asculationem, & collationem, ex prædictis † apparet processum fuisse benè fabricatum, itaut non obstet, quod Iudex remissorialis dicat, ob impedimenta pestis remansisse aliqua conficienda, quia talis deficientia potest verificari in a-
14 lijs non substantialibus, † & non necessarijs, vt puta instantia pro decreto Iudicis super legalitate processus, pro clausura, & sigillo processus, eiusquè obsignatione, quæ omnia supplentur ex subscriptione Iudicis, & Notariorum cum sigil-
15 lis, † ad hoc vt processus sit in forma probanti, ad *trad. per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 2. & seqq. bon. mem. Cardin. Caualer. decis. 335. in fin.*

Instantia noui termini reprobatorij non est attenden.
16 tanquàm calumniosa, cum † fiat in termino ferendæ sententiæ *Bald. in l. non ignorat, num. 1. versic. si differt petere, C. de fruct. & lit. expens. Rot. in Gerunden. Augmenti 18. Iunij 1602. coram Cardinali Sacrato, in Elnen hæreditatis 19. Nouembris 1620. coram R. P. D. meo Pirouano, in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622. coram bon. mem. Vbaldo, & in Florentina Subdecanatus 30. Aprilis 1629.*
17 *coram* R. P. D. *meo Durano*, attento maximè, † quod à die, quo effluxit terminus reprobatorius parti assignatus transierunt duo anni, & vltra.

Et hæc quoad oppositiones circa processum sint dicta ex abundanti, cum iustificatio principaliter fundetur in cōsensu Abbatis, & Monachorum, vt fuit firmatum in prima
18 decisione * in hac causa facta, † nulla enim maior probatio datur quàm propria oris confessio, *cap per tuas, de probat. cap. si cautio. de fid. Instr. Aym. consil. 61. num. 3. Rota decis. 98. num. 2. par. 2. diuers. & 436. num. 2. par. 1. recent.* De qua constat ex deductis in eadem prima decisione, *versic. quare cum in supplicatione.*

Et ita vtraquè parte &c.

* Est decisio 114. supra in hac eadem.

* Idest sub die 21. Februarij 1631. est decisio 20. pariter supra.

R. P. D. MOTMANNO.

Cremonen. Pensionis.

Die Veneris 21. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Tractantur non nulla circa materiam attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Gesta post inhibitionem Rotalem omnia sunt attentata, etiam pendente disputatione super admissione appellationis in Signatura.*
2 *Officium Iudicis debet quiescere, donec à Superiore fuerit reiecta appellatio.*
3 *Executio facta in partibus ad instantiam eius, qui gesta in Curia ignorauit, non est attentata.*
4 *Sed ista ignorantia excluditur, quando ille ab initio coram Iudice in Curia constituit procuratorem, & num. 5.*
6 *Principalis præsumitur certioratus à suo procuratore.*
7 *Signatura eo ipso, quod simpliciter committit causam, illius rescriptum perinde habetur, ac si declarasset vsquè ab initio per appellationem, inductum fuisse effectum suspensiuum.*

DECISIO CXXXIV.

Dictum fuit constare de attentatis, quia Iudex de partibus processit ad relaxationem mandati de consignando, post interpositam appellationem pro parte Præpositi, & ad relaxationem alteriùs mandati executiui, ac etiam ad declaratoriam incursus censurarum post com-
1 missam causam dictæ appellationis in † Rota, & post factam inhibitionē, quę omnia dubitari non potest, quin fuerint attentata, etiam pendente disputatione super admissione appellationis in Signatura, cum intereà temporis, donec
2 à superiore fuerit † reiecta appellatio, Iudicis officium cōquiescere debeat, vt pluribus comprobat, *Lancellot. de attent. cap. 12. ampl. 19.* & dixit *Rota in Vrbeuetana attentatorum 17. Februarij 1626. coram bon. mem. Buratto, & in Mantuana Iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram Eminentissimo D. Cardinali Virili, & in Romana, seù Tiburtina Castrorum 4. Iulij 1607. coram bonæ memoriæ Manzanedo.*

Non obstat, quod inspecta temporis breuitate, à die 4. Martij, qua Cursor citationem, ad dicendum contra commissionem, & videndum sibi inhiberi, executus fuit contra dictum Procuratorem, vsquè ad diem 6. eiusdem Mensis, quo tempore mandatum in partibus ad instātiam prin-
3 cipalis fuit relaxatum, vnus tantùm, aut alter dies intercesserit; Vnde infertur, quod executio † facta ad instantiam eius, qui gesta in Curia ignorauit, non fuerit attentata, vt per *dictum Lancellotum de attent. cap. 4. limit. 27. per tot.* Quia allegata ignorantia excluditur, eo ipso, quod idem
4 principalis ab initio † coram A. C. constituerat Procuratorem, qui obtinuerat reuocari eiusdem A. C. præcedentem inhibitionem, cum dilatione quindecim dierum.
5 Cum autem scientia † principalis de reuocatione, probetur per illius enunciatiuam, in decreto mandati executiui dicti Iudicis expressam, iure præsumitur certioratio cōmissionis causæ in Rota, ex quo, instrumentum moderationis inhibitionis A. C. fuit à Curia expeditum post rescriptum Signaturæ; Vnde eodem contextu, quo fuit transmissum instrumentum moderationis, potuit, & debuit à Procuratore certiorari de commissione causæ simpliciter fa-
6 ctæ à Signatura in Rota, prout † verisimile est fuisse certioratum: Et nihilominus eò ipso, quod Signatura simpliciter commisit causam, illius rescriptum perinde habetur, ac
7 si declarauerit vsquè ab initio, † per appellationem inductum fuisse effectum suspensiuū, ex allegatis in *dicta Mantuana Iuris pascendi coram Eminentissimo D. Cardinali Virili, & in Nullius, seù Sabinen. hæreditatis 17. Februarij 1631. coram me.*

Et ita vtraquè, &c.

R. P. D. PIROVANNO.

Firmana Saluiani.

Die Lunæ 24. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum, quando detur pro fructibus decursis census, & adducuntur plura circa possessorem rei hypotecatæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum habetur pro euidenti probatione.*

2 *Clausula, constituti probat possessionem, ad quemcumquè effectum.*

3 *Successor non potest respectiuè impugnare confessionem sui auctoris.*

4 *In Saluiano interdicto vltimum extremum probatur, ex substentatione litis.*

5 *Clausulæ, Deducens, &c. & omni meliori modo, &c. sunt aptæ deducere, & comprehendere omne ius, in eum modum, quo actori magis proficuum est.*

6 *Iudex vltimo loco pronuncians, potest ferre sententiam super ommissis ab alijs Iudicibus.*

7 *Possessori ex æquitate hoc à lege indultum reperitur, vt absquè pacto, aut cessione possit rem emptam retinere.*

8 *Creditor posterior, vel alius si vult repetere, vel liberare pignus, non cogitur Creditor anterior illud restituere, nisi soluatur ei totum creditum.*

9 *Creditor potest retinere pignus etiam pro minimo residuo.*

10 *Hypotecæ natura est, vt in ipso contractu sit indiuidua.*

11 *Possidens non tenetur dimittere glebam ad commodum creditorum, concurrentium, nisi ipso integrè satisfacto.*

12 *Possessor soluens aliquid, ad hoc vt liberet rem emptam, illud venditori compensatur, cùm pretio.*

13 *Emptor non potest agere de euictione, quando ab eo non euincitur res, sed auocatur possessio.*

14 *Emptor, non potest se tueri aduersus priorem creditorem inquietantem, & qualiter ei sub curratur.*

15 *Possessio plurium pro indiuiso, diuersis respectibus possidentium, compatibilis est.*

16 *Vendita res præsumitur iusto pretio.*

17 *Asserenti, quod aliqua res non sit vendita iusto pretio, incumbit onus probandi.*

18 *Stabilia secundùm præsumptionem Iuris reddunt fructus, ad rationem quinquè pro centenario.*

19 *Rem, & pretium, qui simul habere non debet.*

20 *Census impositus super re vendita, cùm reseruatione dominij, est nullus, & num. 25.*

21 *Dominium rei venditæ non transit in emptorem, nisi soluto prætio.*

22 *Res, quæ est in alieno dominio, quis non habet potestatem eam hypotecandi.*

23 *Accollatio succedit loco pretij, & habet vim solutionis.*

24 *Clausulæ, Constituti, & ad habendum, de sui natura solent importare dominij translationem.*

DECISIO CXXXV.

Censo constituto per Paulum Bonaitam super certo suo prædio nuncupato, *le Coste*, in redditu scutorum 72. illum vendidit die 21. Octobris 1606. Baptistæ Bonarellæ de Mattheuccijs prætio scut. 900. & anno 1610. 13. Iunij vendidit idem prædium censuatum Antonio Battaglino pro scutis quinque millibus, cùm onere soluendi d. Baptistæ scuta 1300. in duabus partitis.

Aegit primo Baptista in Saluiano pro fructibus dicti Census, & deinde petijt manuteneri in possessione exigendi dictos fructus, ac demum petijt nouos fideiussores in locum demortuorum pro solutione eorumdem fructuum, super quibus emanarunt tres sententiæ ab Auditore Vicegubernatoris Firmi, & in gradu appellationis coram Capitaneo eiusdem Ciuitatis aliæ tres difformes; Causa postmodum ad Curiam delata, primus Iudex absoluit Battaglinum ab omnibus petitis per Baptistam, secundus verò Iudex reuocando vltimam sententiam pronunciauit dandam esse Immissionem Baptistæ, & seu hæredibus in possessionem duarum ex quinquè partibus dicti Prædij pro indiuiso, donec fuerint satisfacti de fructibus Census prædicti pro rata scut. 400. tantùm, postremò eadem causa in gradu appellationis in Rota commissa Dubitatum fuit, an intret Saluianum, itaut sententia vltima sit confirmanda, & intrare Saluianum, & vltimam sententiam esse confirmandam fuit responsum.

Quia de requisitis in Saluiano ad hunc effectum visum fuit non posse dubitari, creditum enim scutorum 400. probatur ex ipso Instrumento Census inter partes stipulato, vsquè de anno 1606. Hypotheca autem desumitur ex promissione soluendi fructus de semestre in semestre, cùm obligatione omnium bonorum suorum, iuxta formam Ca-
1 meralem, de qua in Instrumento eiusdem † Census, quod solet haberi pro euidenti probatione, *cap. cùm dilecti, vbi Abb. num. 2. de donat. Mant. decis. 69. num. 2. & 456. num. 2. par. 2. recent.* similiter, & possessio venditoris concludenter remanet probata, tàm de tempore constituti Census; quàm post, ex venditione de dicto Prædio facta per Ioannem Baptistam Lauretum, Ioanni Paulo Bonaiuto, & ab eodem Ioanne Paulo, Antonio Battaglino, & cùm clausula
2 † constituti, quæ proculdubio probat possessionem ad quécunquè effectum, contra habentes causam ab ipsis consti-
3 tuentibus, cùm non † possint respectiuè impugnare confessionem eorum auctoris. *Natta consil. 439. num. 3. Tiraq. de Iure constitut. possess. par. 3. limit. 1. num. 11. in fine, Ruin. consil. 169 in fin. lib. 1. Rota decis. 491. num. 10. coram Papa Gregorio XV.* ac demùm possessio rei conuenti est patens, dum per multum tempus litem sustinuit, & adhuc susti-
4 net, † quod sufficit pro probatione vltimi huius requisiti, prædictis autem concurrentibus, non solet denegari Immissio. *Seraphin. decis. 1200. in principio, Mantic. decis. 69. num. 2. & decis. 294. num. 1. par. 1. & 324. num. 3. par. 2. recent.*

Nec visum fuit posse excludi huiusmodi remedium defectu intentionis agentis, vel facultatis Iudicis pronunciantis.

Quia, & si narratiua libelli de partibus non exprimat nomen Saluiani, in verbis, clausulæ tamen in eo appositæ, *Deducens, &c. & omni meliori modo, &c.* aptæ sunt compræ-
5 hendere omnem modum † agendi, itaut censeatur totum Ius deductum ad sustinendum Iudicium in eum modum, quo actori magis proficuum est potest, *Papien. in praxi, in forma libelli actionis realis, in verbo deducendo num. 7. Roland. cons. 9. num. 17. lib. 1. Neguſ. de pignor. par. 8. membr. 3. Rota decis. 251. num. 1. 254. & 257. par. 1. diuers.* & iudex ip-
6 se, qui vltimo † loco pronunciauit potuit ferre sententiam super omissis, per alios Iudices, modo deducta fuerint ab initio,

initio, vel tamquàm compræhensa sub appellatione ipsius appellantis, vel per viam adhesionis, & connexionis appellati, *Rota decis. 23. num. 2. de re iudic. in nouis, Surd. decis. 143. num. 1. & sequen. per totam*, & hoc ipsum per Dominos fuit firmatum in *Romana Dotis 25. Iunij 1629. coram D. Cardinali Virili.*

Non obstat, quod data etiam validitate Iudicij nõ possit Battaglinus amoueri à sua possessione, nisi offeratur ei, & soluatur, quod prioribus Creditoribus per eum solutum
7 fuit, ex quo possessori † ex æquitate hoc à legi indultum reperitur, vt absquè pacto, aut cessione possit rem emptam retinere, *l. qui æquitate, ff. de dol. mal. except. l. finali, C. si antiq. cred. Gabr. cons. 41. num. 9. lib. 2. Rota decis. 42. & 69. apud Card. Manticam*, quas & ipse refert, & sequitur *de contract. lib. 11. tit. 29. num. 6. Gratian. discept. 269. nu. 11. & sequen.* easdem decisiones referens, *& in Spoletana Saluiani 2. Aprilis 1607. coram Card. Pamphilio*, quicquid autem sit, si Battaglinus non possideret, quia tunc sine pacto, aut cessione non posset agere, deficiente hypotheca, vt admittunt omnes supra relati, dicebatur autem Battaglinum soluisse sortem Censuarijs sibi accollatis in emptione Prædij vsquè ad scuta 2700. & esse anteriores Baptistæ; itaut semper obstet exceptio retentionis, donec integrè fuerit satisfactus.

Fuit enim responsum multùm referre, quod quis adeptus fuerit possessionem rei ex titulo emptionis, & soluerit anteriori Creditori de prætio rei emptæ, aut reperiatur possessor tamquàm hypothecarius, vt sibi soluat de fructibus rei, & ad confirmandam suam hypothecam creditori anteriori, se opponenti, soluerit cessione recepta.

In hoc posteriori casu vera est conclusio supra firmata,
8 quia † si Creditor posterior, vel alius vult repetere, vel liberare pignus, non cogitur Creditor anterior illud restituere, nisi soluatur totum debitum, *l. his consequenter, §. Celsus, l. hæredes, §. idem Iuris, ff. famil. ercìscun. l. si necessarias, §. si vnus, l. si rem. § omnis, ff. de pignor. act.* & pro
9 † minimo residuo potest omnia bona obligata retinere, *l. quamdiu, C. de distract. pignor. & dicta l. si rem, §. omnis, Surd. decis. 44. num. 7.* quia hoc est de natura hypothecæ,
10 quæ † in ipso contractu indiuidua est, *Crauett. cons. 77. nu. 15. Soccin sen. cons. 135. num. 2. lib. 1. Afflict. decis. 213. nu. 4. & in Constit. Regni de restit. in integr. lib. 2. rubr. 40. n. 22. Bald. cons. 34. num. 2. vol. 2.* vt ideò non teneatur possidens dimittere glebam ad commodum Creditorum concurren-
11 tium, † nisi ipso integrè satisfacto, seruando posterioribus tantummodò beneficium legis auocandi pignus offerendo, & soluendo Creditum integrum ipsius prioris Creditoris per *l. potior, ff. qui potior, in pignor. habeantur, l. tutor, §. Lucius, ff. de vsur. l. acceptam, C. eod. tit. Neguf. de pignor. 3. membr. quintæ par. num. 17. Moratius latissimè de secundo Creditore num. 68. vers. 9. in prædictis.*
12 Cæterum vbi possessor soluit † anteriori de pretio rei à debitore emptæ, qui non soluit, vt confirmet suam hypothecam, sed vt liberet rem emptam à pignore & hypotheca; quod solum tenetur præstare venditor per *textum in l. quoniam liberum, C. de compens. & l. cùm tibi, C. de euict.*
13 dum verè non euincitur, sed † auocatur possessio ab emptore, donec soluat Creditori pretium, aut litis æstimationem, idest valorem rei hypothecatæ, *l. si cùm venditor, ff. de euict. glos. in l. qui rem, & in l. ex his prædijs, C. eodem tit. de euict. Crauett. cons. 298. num. 14. Morot. de possess. offer. in principio*, & tunc sublata hypotheca per liberationem
14 pignoris, quia non posset se † tueri emptor aduersus alium anteriorem Creditorē inquietantem, subuenitur ex æquitate, *l. qui à debitore, C. qui potior, in pign. hab.* vt eatenùs tueatur quatenùs ad priorem Creditorem, ex pretio pecu-
15 nia peruenit, propterea, quia † possessio plurium pro indiuiso, diuersis respectibus possidentium compatibilis est, *l. 3. §. si ex pluribus, ff. de acquir. possess.* emptor tenetur pati rei possessæ auocationem, in parte non conseruata, donec iste Creditor fuerit satisfactus, vel de residuo pretij pignus, & hypothecam liberare, & hunc sensum Domini habuerunt inhærendo æquitati *d. l. qui à debitore, in Romana, seu Sabinen. Census* prius *coram bon. mem. Cardin. Caualerio inter impressas 654. &* deinde *in eadem causa coram bon. mem. Francisco Vbaldo, inter impressas per Cincium de Censib. in 2. par. decis. 128.*

Nec Battaglinus potest euitare terminos *dictæ l. qui à debitore*, ex eo, quod valor Prædij non excedat summam solutam per eum anterioribus Censuarijs, vel quod fundus ipse non sit capax pro maiori redditu, ex quo debent satisfieri possessores, secundum terminos Saluiani.
16 Quia quòad valorem, præsumptio est pro iustitia † pretij conuenti in venditionibus sequutis; primò inter Lauretum, & Bonaitam, & secundò inter Bonaitam, & ipsum Battaglinum, *Bald. in l. per diuersas, num. 13. C. mandati, Roland. cons. 64. num. 18. lib. 4. Card. Mantic. de contract. lib. 4. tit. 19. num. 21. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 43. C. de rescind. vendit. Menoch. cons. 358. num. 23.* & tenuit *Rota decis. 524. num. 5. & 553. num. 2. coram Papa Gregorio XV.*
17 & qui dicit contrarium † probare tenetur, vt dicunt, *Bald. & Rolan.* in locis supra allegatis, & idem sentit *Rota decisione 194. numero 21. coram Papa Gregorio XV.* sufficientia autem fructuum, & ipsa probatur ex testibus formiter examinatis, affirmantibus fructus Prædij ascendere ad scuta 300. & quàmuis testes Battaglini discordent, concludentes de florenis 500. annuis, qui sunt scuta 250.
18 forte inhærentes præsumptioni Iuris, quod † stabilia reddant fructus ad rationem quinquè pro centenario, secundùm, *glos. in authent. perpetua, C. de sacros. Eccles.* quam *Rota* passim sequitur, vt in causa *Romana Dotis 7. Nouẽbris 1629. coram D. Cardinali Virili*, vbi multæ decisiones allegantur. Attamen sequendo etiam illorum dictum respectiuè, ad pretium scutorum 5000. supersunt pro Censibus accollatis, duæ partes, ex quinquè in sententia reseruatæ, quæ sunt scuta 150. quæ relata ad pretium, & sortem Censuum extinctorum in summa scut. 2700. excedunt metam scut. quinquè, pro centenario.

Et quæ replicantur, quod Census non fuerint extincti, sed translatiuè per Battaglinum empti, & fructus ad rationem octo, & decem, pro centenario, prout ab initio fuerũt constituti, capiant eandem summã fructuum totius Prædij, itaut pro possessoribus nihil remaneat, non videntur habere fundamentum, quia vltra quod instrumenta, quæ dantur expresse loquuntur de extinctione, nihilominùs, quando etiam Censuum extinctio, & seu acquisitio facta fuit de pretio rei emptæ, à debitore, Battaglinus, acquirens contra se non potest habere Censum propter incompatibilita-
19 tem, nequè contra venditorem fundi, ne † simul habeat rē, & pretium, ideò, vel cessio erit nulla, vt fuit resolutum, *coram Papa Gregorio XV. decis. 68. num. 5.* vel erit intelligenda de translatione Iurium, ad effectum excipiendi, prout *Rota* intellexit in *Romana Saluiani 27. Maij 1619. & 23. Iunij 1623. coram me*, recedendo à duabus decisionibus, coram bon. mem. Remboldo, in eadem causa factis, non obstante, quod etiam adessent verba positiua translationis Census, *ad habendum, &c.* & Instrumenta inciperent à verbo, *cesserunt, &c.*

Demùm non obstat, exceptio nullitatis Census, vel saltem deficientis hypothecæ, dum impositus fuit per Bonaitam super fundo, qui in dominio eius non erat, sed Laureti
20 venditoris propter † reseruationem dominij, donec integrè de pretio fuisset satisfactus, ex qua reseruatione res libera non dicitur, & Census nulliter constitutus iudicatur, *Bald. in l. ea lege, num. 4. C. de cond. ob caus. Surd. decis. 157. num. 1. cùm alijs per Gratian. discept. 175. n. 1. & 14.*

Quia etsi reseruatio dominij se conformet, cùm dispo-
21 sitione Iuris Communis, secundùm, quod † dominium rei venditæ non transit in emptorem, nisi soluto pretio, *l. traditionibus, C. de pact. l. finali, ff. de fund. dotal.* & latissimè comprobant *Couarr. variar. resol. cap. 11. num. 5. lib. 3.*
22 *Surd. decis. 220. num. 11.* & dum est † in alieno dominio, deficiat potestas obligandi eandem rem, *l. prima, §. primo, vbi Bart. & alij, ff. de pignor. l. rem alienã, ff. de pignor. act.* Attamen nos versamur in Censibus, accollatis per Bonaitam, cùm quietantia venditoris in eodem Instrumẽto, quæ
23 accollatio † cùm succedat loco pretij, & habeat vim solutionis, *Rota decis. 386. num. 1. coram Papa Gregorio XV.*

Ma-

Mastril. decis. 37. num. 7. Gratian. discept. 326. num. 14. dubitari non potest de dominij translatione, concurrenti-
24 bus præsertim clausulis † *Constituti, & ad habendum, &c.* quæ de sui natura solent importare dominij trãslationem, vnde reseruatio dominij, de qua in dicto Instrumento, nõ
25 potest se referri ad impediendam translationem, † sed ad cautelam pro hypotheca, vt sensit, *Rota* sequendo *Couarr. d. cap. 11. num. 5. lib. 3. in Romana Affictus, 23. Iunij 1606. coram bon. me. Card. Marcomontio,* aliàs sicuti Census sunt perpetui, ità & dominium nunquàm fuisset translatum, sed perpetuò esse debebat pœnes Lauretum, ac si contractus venditionis factus non fuisset, quod absurdum esset, nisi intelligatur de hypotheca conseruata in casum molestiarum. Et ita, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Viceñ. Collegij.

Die Lunæ 7. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Beneficiati, ad hoc, vt habeant facultatem faciendi Collegium in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, quid probare teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati, in vna, eademquè Collegiata Ecclesia, præter Canonicos, debent considerari, vti singuli, qui non possunt facere Collegium.*

2 *Capitulo Ecclesiæ Cathedralis valdè interest, ne illius Beneficiati, & alij Clerici inferiores, ius acquirant faciendi Collegium.*

3 *Beneficiati, quod habeant priuilegium faciendi Collegium in Ecclesia Collegiata, quid probare teneantur, & num. 4.*

5 *Testes, vt probent consuetudinem immemorabilem, qualiter debeant deponere.*

6 *Testes, vt probent tempus immemorabile, debent deponere de auditu à maioribus, qui dicerent se idem vidisse, aut audiuisse à maioribus suis.*

7 *Testes ad hoc, vt probent tempus immemorabile, debent deponere de publica voce, & fama, per verbum, fuit.*

8 *Episcopus solus, sine consensu, vel consilio Capituli an posset Beneficiatis inferioribus concedere facultatem faciendi Collegium.*

9 *Beneficiati, ad hoc, vt habeant facultatem faciendi Collegium, non sufficit hoc docere per actus æquiuocos.*

10 *Iuri suo nemo censetur velle præiudicare per concessionem actus facultatiui.*

11 *Facultas, & licentia præsupponunt prohibitionem.*

12 *Quasi possessio iuris negatiui consistit in contemptu prohibitionis, seù contradictionis præcedentis, & numero 13.*

14 *Consuetudo non inducitur per actus difformes, & varios.*

15 *Enunciatiua vnica impropria, vel erronea non attenditur.*

16 *Collegium aliquod esse, vt probetur, debet constare de arca communi, deputata ad conseruandum iura ipsius Collegij, & num. 17. vide de sigillo.*

DECISIO CXXXVI.

Beneficiati Ecclesiæ Viceñ. petebant manutentionem in possessione se congregandi collegialiter, & faciendi Collegium in Capella Sancti Michaelis eiusdem Ecclesiæ, sed cum Dominis placuisset, vt videretur de bono iure, hodie fuit resolutum, non constare de bono iure ipsorum Beneficiatorum, & consequenter denegandam esse peti-
1 tam manutentionem. Quia iuri cõmuni resistit, vt in † vna eademquè Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, Beneficiati præter Canonicos, aliter considerentur, quam vti singuli, qui non possunt facere Collegium. *Abb. in cap. dilecta in fin. de excess. Prælat. & in c. nobis, num. 8. de Iur. patron. Cas. de Grass. decis. vlt. num. 14. de his quæ fiunt à maior. part. Capit, Rota in Barchinoneñ. Collegij coram Clemente Octauo, quæ est 455. part. 1. diuers.* & nouissimè *in Gerundeñ. Iurisdictionis 22. Aprilis 1630. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* vbi dicitur, quod valdè interest
2 † Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, ne illius Beneficiati, & alij Clerici inferiores, ius acquirant se congregandi, & faciendi Collegium. Vnde necessarium est, quod prædicti Bene-
3 ficiati doceãt se huiusmodi † ius habere ex priuilegio particulari, vel ex consuetudine, iuxta *doctr. Hostien. in Summ. de excess. Prælat. §. 1. vers. subditi verò*, ibi, *sed quomodo scietur.* & tradita *per Rip. respons. 12. num. 3. vers. fin. de rescript. Felyn. cons. 2. num. 3. & seqq.* quorum neutrùm hic est sufficienter probatum.

Non obstat, quasi possessio iuris se congregandi, probata per testes deponentes de tanto tempore, cuius initij me-
4 moria in contrarium non existat, † ad effectum, vt ex tali cursu temporis præsumatur priuilegijs, vt per *Bald. in l. cũ de in rem verso. num. 2. ff. de vsur. Felin. in cap. cum nobis, num. 2. vers. præterea de præscript. Alex. cons. 6. nu. 1. vol. 1.* quia de consuetudine immemorabili, vel de quadragenaria cum titulo, minimè constat ex testibus pro parte Beneficiatorum productis.

Quod enim attinet ad immemorabilem, testes super ea
5 examinati deficiunt in ijs † quæ sunt præcipuè requisita, per *gl. fin. in c. 1. de præscript. in 6. Gregor. XV. decis. 169. num. 1.* non enim deponunt de auditu à maioribus, qui dicerent se
6 idem vidisse, & audiuisse à maioribus, & † quod non fuerit auditum, vel visum in contrarium, iuxta *Couarr. in cap. possessor, par. 2. §. 3. num. 7. Mohed. decis. 3. de Iurepatr. Caputaq. decis. 71. par. 2. & 273. lib. 1. Rot. in Signina Pœnarum 20. Nouembris 1600. coram bo. mem. Ortembergo. Seraph. decis. 102. num. 4. Greg. decis. 196. & ibi Add. num. 3.*
7 Neque etiam deponunt † de publica voce, & fama per verbum, fuit, quod pariter est de requisitis *dicta gl. Rot. in dicta Signina pœnarum.* Nec deniquè probant, quod eius initij memoria non existat, per illa verba, scilicet, articulum esse verùm, quam depositionem ad hunc effectum non sufficere, dixit *Rota coram Caputaq. decis. 291. par. 3. & in Iacen. Parrochialis 27. Iunij 1603. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio.*

Quadragenariam verò non fouet titulus desumptus à licentia se congregandi per Episcopum data Beneficiatis de
8 anno 1393. Nã omisso articulo quæstionis, an solus † Episcopus, sine consensu, vel consilio Capituli possit Beneficiatis inferioribus concedere facultatem faciendi Collegium, quam *Rota in dicta decis. 155. par. 1. diuers.* ac etiam, *in dicta Gerundeñ. Iurisdictionis coram Reuerendissimo Domino meo Decano* relinquit in decisam, allegata licentia, vel facultas se congregandi ad sonum campanarum, in quodã loco pro sepulturis, & concionibus, & constituendi Oeconomos, Syndicos, & Procuratores ad lites, & negotia, ac talleas pecuniarias, in certos vsus conuertendi, non potest comprehendere facultatem faciendi Collegium, neque sufficiunt communes tractatus ad sonum Campanulæ pro expediendis negotijs, cum massa communi, cum sint signa
9 † æquiuoca, eò quod possunt esse de ijs, quæ spectant ad omnes, vti singulos, & non tanquàm vniuersos, vt per *Achil. decis. 10. num. 2. de præb. Caputaq. decis. 295. par. 1.* facit *decis. 673. num. 1. par. 1. recent.*

Deniquè per dictos testes non probatur quadragenaria, quia

quia in eorum concursu exhibentur scripturæ, quæ probāt spatio ferè centum annorum Beneficiatos, aliquando obtinuisse licentiam se congregandi, aliquando verò illis fuisse denegatam, ex quibus actibus facultatiuis, ac pendentibus à libera voluntate Ordinarij, petitas licentias, dantis, seù recusantis, veriùs destruitur, quam probetur, quasi possessio se congregandi, absquè licentia, & inuito Episcopo, qui
10 non debet † censeri per huiusmodi actus facultatiuos iuri suo voluisse præiudicare, vt per *Panor. in cap. Abbate. num. 10. de verb signif. Innoc. in cap. cum Ecclesia, num. 5. de*
11 *caus. poss. & propriet.* Cum enim facultas, & licentia † præsupponat prohibitionem, *l fin. C. de iur. emphyt.* & quasi possessio iuris negatiui consistat in contemptu prohibitio-
12 nis, † seù contradictionis præcedentis, testes deponentes de actibus continuatis Congregationis Beneficiatorum, quàmuis dicant eos processisse absquè licentia, tamen cum subiungant aliquando Superioris authoritatem interuenisse, non probant huiusmodi actus processisse contempta
13 auctoritate Superioris, † vt in negatiuis præscriptionibus regulariter requiritur, *Rota decis. 411. num. 7. par. 1. diuers. & decis. 530. num. 3. par. 3. recent. Card Caualer. decis. 91. in fin. Add ad decis. Greg. XV. 162. num. 15.*

Prætereà quatenùs actus huiusmodi, de quibus deponūt testes Beneficiatorum processissent, absque licentia, non tamē potest euitari ipsorum actuum defformitas, & varie-
14 tas, † deducta ex prædictis licentijs concessis & denegatis, quæ prohibet ne inducatur consuetudo, *Bald. & Doct. in l. 1. C. de probat. Aym. in cons. 96. num. 5.* & dixit *Rota coram Greg. XV. d. decis. 162. num. 8. & in Treuireñ. Abbatiæ 24. Ianuarij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Neque obstat enunciatiua antiqua de Collegio, contenta in instrumento Aggregationis cuiusdam Beneficiati, admissæ per Capitulum, ibi: *Numero, & Collegio aliorum*
15 *Beneficiatorum aggregamus,* quia cum sit vnica, † & essentia Collegij aliter non probetur, impropriè, vel erroneè apposita censeri debet dictio illa, Collegio, vt per *Aym. cons. 157. num. 8.*

Minùs suffragantur signa desumpta ex Arca, & sigillo communi. Quia testes deponunt de Arca in qua reponuntur deposita, etiam extraneorum, cum tamen ad effectum
16 † Collegij debeat constare de Arca deputata ad conseruandum iura ipsius Collegij, *Card. in d. cap. dilecta, de excess. Prælat. Rota in Verulan. Abbatiæ 17. Iunij 1596. coram Penia,* vbi quod ad effectum Collegij non sufficit Ar-
17 ca, quæ habetur pro vestimentis Ecclesiæ. † Sigillum verò, quod deponunt continere insignia, vel communitatis ipsorum Beneficiatorum, vel Capibreuij eorum exactoris, & ministri, cum non videatur magis destinatū ad actus ipsius Communitatis, quàm ad actum dicti Capibreuij, pro signo denotante per necessè Collegium deseruire non potest.

Et ita vtraquè, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seù Vrbeuetana legitimæ.

Die Lunæ 7. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Filiæ fœminæ exclusæ à Statuto, faciunt numerum, & partem in legitima paterna, ad commodum masculorum, & an idem procedat, quando versamur in legitima materna.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi matrimonij, æqualiter cum filijs secundi matrimonij admittuntur in successione matris.*
2 *Filij sinè dubio transmittunt legitimam, seù ius illam petendi ad eius filios, seù hæredes.*
3 *Legitima ex taciturnitate filij non amittitur, nisi ex proprio facto, vel nisi prohibitionem detractionis approbauerit, vel aliter consenserit.*
4 *Legitima filiorum est semis, quando excedunt numerum quatuor.*
5 *In Legitimæ computatione debet haberi ratio, tàm filiorum masculorum, quàm fœminarum.*
6 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. excludit filias fœminas propter masculos.*
7 *Statut. exclusiuum fœminarum, vt liget requiritur vtraquè subiectio.*
8 *Filiæ fœminæ à Statuto exclusæ à successione matris, an faciant numerum in legitima ad fauorem masculorum, & num. 10. & 15.*
9 *Filiæ fœminæ exclusæ à Statuto à successione patris, cum eis dos succedat loco legitimæ, faciunt partem in masculorum legitima.*
11 *Mater non tenetur dotare filias.*
12 *Statutum potest tollere legitimam fœminis ex iusta causa, prout, quando aliunde sunt dotatæ.*
13 *Filiæ fœminæ exclusæ à Statuto computantur in numero liberorum, & faciunt numerum, & partem in legitima, quando hoc filijs prodest.*
15 *In Filiorum electione est, an velint, quod filiæ exclusæ à statuto faciant numerum in eorum legitima.*
16 *Statuentium intentio excludentium fœminas propter masculos, eò tendit, vt agnatio conseruetur.*
17 *Fratres vterini non sunt agnati sororis vterinæ, cum sint de alia familia.*
18 *Portio, à qua excluditur fœmina à Statuto, acquiritur masculo, cuius contemplatione excluditur, si illi, qui ad eam concurrunt, non conseruant agnationem.*
19 *Fratres vterini non tenentur dotare sorores vterinas.*
20 *Statutum non faueat forensibus, sed subditis.*

DECISIO CXXXVII.

VIctoria decedens ex Iordano Clemētino primo viro, reliquit res filios, Octauium, Flaminiam, & Lauram; & ex Comite Dulcio de Corbaria secundo viro, alios tres, nempè Ranutium, Leonettum, & Sulpitiam, præmissa ante eius obitum Donatione suæ Dotis, & aliorum bonorum ad fauorem filiorum Comitis Ranutij filij, cum expressa reseruatione legitimæ, quæ filijs suis de Iure naturæ debetur, & dum per DD. Ioannem Baptistam, & Hieronymum filios dicti Octauij esset petita portio de Iure ipsis debita. Dubitatum fuit an legitima debeatur, & ad quam summā ascendat, cui dubio fuit per Dominos responsum legitimum deberi, & esse semissem.

Legitimam deberi visum fuit non posse dubitari: quia Octauio eorum patri illa debetur in bonis Matris, cum
1 æqualiter cum † filijs secundi matrimonij in successione matris admittatur, *§. illud quoque super hoc, in Auth. de nupt. §. si quis igitur Auth. de hæred ab intest. venien. Dec. cons. 236. num. 6. Crass. in §. legitima, quæst. 3. Menoch. cons. 1126 num. 20.* latissimè comprobans etiam habita ratione
2 bonorum ante obitum donatorum, & illa † & seù Ius petendi proculdubio transmittitur ad filios, & hæredes, *Salyc. in l. quoniam in prioribus, num. 7. C. de inoff. testam. Bald. in l. 2. in fine, C. de liber. præter. Peregr. de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 79. Surd. cons. 341. num. 1.* nec taciturnita-
3 te † filij potest tale ius amitti, nisi ex facto proprio, vel prohibitionem detractionis approbauerit, vel aliter consenserit non detractioni, in quibus terminis loquuntur *Surd. cons.*

conſ. 570.*num.*7. *& Honded.conſ.*66.*num.*2.*lib.*2.in contrarium allegati.

De quantitate igitur eſt difficultas, & cùm numerus filiorum excedat, quatuor regulæ ſunt pro DD. Clementi-
4 nis, legitimam † eſſe ſemiſſem, §.*ſi verò vltra quatuor. Auth. de triente, & ſemiſſe*, *Auth.nouiſſima*, C. *de inoffic. te-*
5 *ſtam.* & in illius computatione † debet haberi ratio, tàm fœminarum, quàm maſculorum, cum æqualiter ſuccedant matri, ſiuè in hæreditate ſiuè in dote. *Pariſ. conſ.*17. *nu.*27. *&* 25.*num.*33.*vol.*2. *Dec d conſ.*236.*num.* 6. *Craſſ.in* § *legitima,quæſt.*7. quod ſi ſinguli ex primo matrimonio filij, vel habentes reſpectiuè cauſam ab eis, agerent in capita, & ex perſona propria contra donatarios Victoriæ, pro portione illos tangente, non poſſent ijdem donatarij differre ſolu-
6 tionem, aut bonorum pro rata reſtitutionem, † nec excipere de *Statut.Vrbis cap.* 145.*lib.*1. ad excludendas fœminas ſorores Octauij, vt exindè legitima reducatur ad trientem, ex quo neque Statutum Vrbis, cum ipſi ſint forenſes, neque Statuta Corbariæ, quatenùs adeſſent, cum DD. Clementini non ſint ſubiecti in aliquo præiudicare poſſent,
7 quandoquidem † requiratur vtraquè ſubiectio litigatium, vt ex diſpoſitione Statutorum iuuari poſſint; aliàs Statuta defectu poteſtatis ſtatuentium non comprehendunt foreſes, *Bart.in l.cunctos populos, queſt.*2.*num.*73. *C. de ſumma Trinit & Fid. Cathol.* quem Rota ſemper ſequitur, vt in *deciſ.*255.*coram* Papa Gregorio XV. *Collen. hæreditatis* 10.*Iunij* 1626.*coram bo. mem. Buratto*, *Narnień. ſucceſſionis* 22.*Maij* 1628.*coram* D.*meo Merlino*, *& Ferrarien.de Taſſonis* 18.*Martij* 1630.*coram me.*

Cæterùm quia DD. Clementini volunt ex diſpoſitione Statuti prædicti, iuuari pro conſequenda tota legitima ex perſona Octauij eorum patris, Flaminia, & Laura fœminis
8 excluſis, tanquàm † quod faciant numerum, & partem ad commodum ipſius Octauij, videndum eſt an fœminæ prædictæ ita à Statuto excluſæ à ſucceſſione matris faciant numerum, & partem ad commodum maſculorum. Secundò an ad commodum fratrum, qui ex vtroquè latere ſunt coniuncti tantùm; vel ad commodum etiam aliorum, qui ex eadem matre, de cuius ſucceſſione agitur geniti ſunt.

Quantùm ad primam difficultatem ſi ageretur de hæreditate patris, & de ſumenda legitima filiorum ex bonis illius, quàmuis plures ſint Doctorum opiniones relatæ per *Gabr. de legitima*, *concl.*2. attamen quia Statutum excludit fœminas maritatas, & dotatas à patre; & item non maritatas, nec dotatas; modo frater germanus, vel patruus ſint parati dotare; non autem ſimpliciter excludat fœminas, & deindè mandat illas congruenter dotari, tunc quia dos ſuc-
9 cedit loco legitimæ, faciunt numerum, † & partem ad cõmodum maſculorum, vt diſtinguendo determinauit, *Caſtr. in l.Titio centum*, §.*Titio genero*, *num.*8.*ff de cond. & demonſtr. & conſ.*275.*num.*2.*par.*1. *& conſ.vlt. num.*4.*par.*2. *Soccin.Sen.conſ.*25.*num.*22.*vol.*1.*& conſ.*75.*num.*8.*vol.*3. *Ludou.Morot.antiques recenſens conſ.*23.*num.*2. *Peregr. de fideic. art.*8. *num.*23.*Galuan.conſ.*31.*num.*12. & hanc opinionem ſæpiùs Rota ſequuta eſt vt in *deciſ.* 540. *par.*1. *diuerſ.& 74.& 106. impreſſ poſt tract. Merlini de legitima, & reſolutiuè in terminis Statuti Vrbis* 145. *lib.* 1. *tenuit in Romana de Lante, quæ eſt* 266.*par.*1. *diuerſ. & in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitima coram Card.Lancellotto* 5.*Martij* 1604. *& in Romana Dotis* 4. *Ian.* 1628. *coram* D.*Card.Virili*.

Maior difficultas videbatur vbi agitur, vt in præſenti de
10 ſucceſſione † matris, in qua Statutum neque priuat dotatas, & maritatas, aut eas, pro quibus, frater, vel patruus ſint parati dotare, neque mandat eas dotari de bonis maternis,
11 ex quo † mater non tenetur dotare filias; itaut cognoſci nõ poſſint, an dos ſuccedat loco legitimæ, vt propterea videantur excluſæ ſimpliciter, & haberi, ac ſi natæ non eſſent, quòad numerum, & partem, ſecundum diſtinctionem eiuſdem *Caſtr.* ſupra relatam in *d.*§. *Titio genero*, *& conſ* 286.*num.*4.*par.*1.

Verùm, & hæc difficultas ceſſare videtur: quia etſi non agatur de ſucceſſione matris pro dote ſubrogata loco legitimæ, vel pro dote conſtituenda in compenſationem ſucceſſionis, ex eo, quod ad eam non pertineat onus dotandi;
12 nihilominùs etiam verum eſt, quod † Statutum poteſt tollere legitimam fœminis ex iuſta cauſa, prout eſt, quando aliundè ſunt dotatæ, *Caſtr. in Auth. nouiſſima. n.* 2. *C. de inoff.teſtam. Dec.conſ.*29 *nu.*6 *Gabr.conſ* 11. *num.*1. *vol.*1. indè videndum eſt, an fœminæ fauore maſculorum ſint excluſæ, prout de huiuſmodi fauore in Statuto, de quo agitur
13 dubitari non poteſt, & tunc † fœminæ excluſæ computantur in numero liberorum, & faciunt numerum, & partem quando filijs prodeſt, *Rub.Alex.conſ.*122. *lib.*3. *Gabr.de legit.concl.*2.*num.*7. *Cephal.conſ.*245.*nu.*24 *lib.*2 *Laderch. conſ.*126.*num.*6 *Decian conſ.*46.*num.*36.& quàmuis *Caſtr.*
14 *in ſupra allegato conſ* 286.*num.*4. in ſucceſſione † matris videatur contrarium ſentire; attamen Rota eamdem opinionem pro maſculis ſequuta eſt in terminis præſentis Statuti in *Romana de Lante* 266 *par.*1.*diuerſorum*, & magis in indiuiduo in *Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ* 4. *Martij* 1614.*coram Cardin.Lancellotto*, in qua agebatur de ſucceſſione matris, & nihilominus reſolutum fuit fœminas facere partes ad commodum maſculorum ad conſtituendam ſemiſſem.

Non obſtat, quod filii ſecundi matrimonii diſſentiant à filijs primi matrimonij, & recuſent ad illorum fauorem numerum, & concurſum fœminarum; itaut legitima non excedat trientem.

Quia cum DD. Clementini habeant regulam de triente, & ſemiſſe ad illorum fauorem, & ſecundum veriorem
15 poſſunt ex perſonis † ſororum eligere, quod ipſi vtilius exiſtimant, non poſſunt DD. Com. de Corbaria mutare pro eorum voluntate Iuris diſpoſitionem in præiudicium filiorum primi matrimonij.

Supereſt nunc ſecunda quæſtio, an fœminæ de Clementinis faciant partem ad commodum omnium maſculorum, vel tantùm vtrinquè coniunctorum, & ad commodum propriorum fratrum de Clementinis viſum fuit facere par-
16 tem: quia intentio ſtatuentium, † fœminas, excludentium propter maſculos eò tendit, vt agnationes conſeruentur, §. *cæterùm, Inſtit.de legitima agnat.ſucceſſ. Menoch. conſ.*6. *num.*11.*& conſ.*95.*nu.*60.*lib.*1. *Honded. conſ* 1.*num.*3 *lib.* 2. & latiſſimè in terminis huius Statuti Vrbis, fuit firmatum in *Romana ſucceſſionis* 15.*Nouembris* 1630.*coram D meo*
17 *Veroſpio*; ſed † fratres iſti vterini non ſunt agnati ſororis vterinæ, cum ſint de aliena familia, nempè de Corbaria, *Bald. conſ.*30.*lib.*1.*Soccin.Sen.conſ.*241.*num.* 10 *lib.*2. *Tob. Non.conſ.*12.*num.*5. ergo ne Statutum operetur contrariũ
18 effectum, † nihil poteſt acquiri fratribus vterinis propter qualitatem cognatitiam, quam habent à Statuto excluſam, *Rub. Alexan. in l.pater filium num.*178.*C.de inoff.teſtam. & in conſ.*122.*num.*3.*Honded.conſ.*1.*num.* 97. *vol.* 2. cuius potiſſima fuit ratio reſpondendi in terminis huius quæſtionis contra *Gabr.conſ.*15. *lib.*1. & magis Dominis placuit, &
19 addi poteſt, quia † fratres vterini non tenẽtur ſorores vterinas dotare, *l..cum.plures, cum tutor.de adminiſt. & Boer. dec.*129. & vlteriùs Domini de Corbaria ſunt forenſes, qui-
20 bus † Statutum non fauet, ſed DD. Clementinis ſuis ſubditis, vt ſupra fuit firmatum.

Et prædicta locum habere debent reſpectu bonorum conſiſtentium in Vrbe, ſeù iuriſdictioni Vrbis ſuppoſitorum, quo verò ad alia extra territorium Vrbis conſiſtentia, cum in loco de Corbaria ſuccedatur de Iure cõmuni, DD. Clementini ſuccedere poſſunt tantummodò in capite, ſed cum non fuerit probatum, quæ bona in loco illo conſiſtant, ſuperflua remanet illorum prætenſio.

Et ita &c.

¶ In hac eadem cauſa adeſt infra altera deciſio ſub die 10. Decembris 1632.coram eodem R.P.D. meo Pirouano.

R.P.D.

R. P. D. PIROVANO.

Seneñ. Coadiutoriæ.

Die Lunæ 14. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Gratia Papæ concessa, cum clausula, quatenus ad hoc idoneum reperiatur, quid operetur, Aetas, qualiter concludenter probetur. Vita, & morum honestas alicuius quomodò doceatur, & an in dubio præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Papæ, cum clausula, quatenus ad hoc idoneum reperiatur, concessa, cessante idoneitate, executio gratiæ, semper impeditur.*
2 *Aetas probatur ex partita libri Baptismi extracta.*
3 *Et iste est modus probandi concludenter ætatem.*
4 *Testes magis informati præferuntur testibus minùs informatis.*
5 *In Teste decipi non potest sensus visus.*
6 *Clericatus probatur ex literis patentibus sui Ordinarij.*
7 *Testes, quando probent vitam, ac morum honestatem alicuius.*
8 *Honestas morum, & vitæ integritas præsumitur, vbi contrarium non probatur.*
9 *Aetas 22. annorum est legitima ad sacros Ordines Subdiaconatus, & Diaconatus suscipiendos.*
10 *Testes duo in omni materia sufficiunt.*

DECISIO CXXXVIII.

PRoposito Dubio, An gratia Crescentij Ronconi sit iustificata; itaut Sententia de partibus sit confirmanda, vel reuocanda; Domini responderunt, nouum examen nõ suffragari, in cœteris gratiam esse iustificatam.

Et quidem, cum agatur de qualitate in literis apposita per Papam, ibi, *quatenus ad hoc idoneum repereris, &c.* & in primo examine coram Ordinario reprobatus fuerit; ac demum in gradu appellationis de nouo admissus ad examen, ab Examinatoribus fuerit renũciatus idoneus ad Coadiutoriam, si Canonicatus non habeat annexam Præbendam, Curam Animarum, aut aliquid huiusmodi, videbatur non posse suffragari examen, quia si Idoneitas excluditur à præbenda, & Beneficium Coadiuti habet annexam Præbendam (vt dicunt Testes dati) per consequens cessat ex
1 eadem fide data, † idoneitas Crescentij, & executio gratiæ semper impeditur, *Felyn. in cap. finali, nu. 17. de præsumpt.* & ibidem *Io. And. Imol. & Abb.* & idem fuit dictum in *Burgen. Canonicatus coram bo. me. Cardin. Pamphilio 28. Aprilis 1592. & in Leodieñ Canonicatus Sancti Dionysij 27. Martij 1623 coram Domino meo Decano.*

Cœtera verò narrata, tàm respectu Coadiuti, quàm ipsius Crescentij Coadiutoris benè iustificantur.

Nam ætas Coadiuti sexaginta septem annorum proba-
2 tur † ex partita libri Baptismi extracta, iuxta stylum in hoc Tribunali approbatum, in qua adnotata legitur natiuitas Alexandri Tegliaccij Coadiuti in die 8. Iunij 1564. à quo
3 tempore rectè concluditur narrata ætas, & esse † modum probandi concludenter ætatem, admittunt, *Maurit. de restit. in integr. cap. 321. Mandos. in reg. 18. quæst. 10. num. 3.* cum alijs cumulatis per *Modern. de prob. conclus. 672. nu. 2. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 55. num. 7. Rota decis. 592. nu. 2. part. 1. recent.*

Aduersæ corporis valetudines probantur per Testes for-
4 miter examinatos, nempè Physicos, † qui assisterunt curæ Coadiuti, cum infirmaretur, quibus magis deferendum est, quam alijs de visu, & aspectu, aut relatione deponentibus, *Bart. in l. quæsitum, num. 6. vers. sed qualiter, ff. de re Iud. Abb. in cap. tenor. num. 2. eodem tit. de senten. & re Iud. Afflict. in Constit. Regni de liter. citat. num. 27. lib. 1. rubr. 96.*

Seruitium Ecclesiæ narratum per 27. annos continuos probatur per eosdem Testes rationem concludentem afferentes: quia viderunt inseruire Ecclesiæ, toto tempore, quo possunt recordari, qui, cum sint legitimæ ætatis respectiuè ad depositionem per supradicta tempora, benè conclũdũt
5 hanc partem per visum, cum sit † sensus, qui non potest in teste decipi, *Bald. in l. solum in principio, C. de testib.*

Quò verò ad narrata per Crescentium Coadiutorem
6 Clericatus probatur † literis patentibus, sui Ordinarij *Gramat. decis. 81. Felyn. in cap. post cessionem num. 17. de probat. Rota decis. 78. num. 5. coram Papa Gregorio XV.*

Vita, & morum honestas probatur ex eisdem Testibus;
7 datis; dum deponunt, † quòd supplicantem benè nouerũt; quia cum ipso familiariter sunt conuersati; nec vnquam ab eo audiuisse, nisi, quæ optimis moribus conueniant, & nihilominùs vbi contrarium non probatur, semper remanet
8 † præsumptio firma pro honestate morum, & vitæ integritate, *cap. fin. de præsumpt. Innoc. in cap. 1. num. 3. de concess. præben. in 6. & ibidem Gemin. num. 5.*

Aetas verò narrata annorum 22. respectu temporis iu-
9 stificatur † ex libro Baptismi per extractionem partitæ,
10 quæ datur Summario num. 10. & esse † legitimam ætatem ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines suscipiẽdos, admittit *Concilium Trident. sess. 23. cap. 12. de reform.*

Deniquè probatur valor narratus per non excessum in ducatis viginti quatuor, & iunctis distributionibus quotidianis, in sexaginta, per duos Testes in Curia examinatos, qui dantur, concludentes per non excessum, & reddentes rationem, quia practici in dicta Ecclesia Metropolitana, qui numerus in omni materia sufficit, *l. vbi numerus, ff. de testib. Aegid. decis. 674. Rota decis. 245. num. 1. & 4 par. 1. diuersorum.*

Et ita, &c.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio coram eodem R.P.D. Pirouano sub die 25. Iunij 1632.

R. P. D. DVNOZETTO.

Colimbrieñ. Præstimoniorum.

Die Veneris 18. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, cum retineat apud se ciuilem possessionem bonorum, potest eius vigore naturalem possessionem recuperare, & quid si dicta possessio naturalis sit occupata, sede vacante, Colonus an possit interuertere possessionem sui Domini, & plura circa Interdictum, vti possidetis, & vnde vi. Magistralis est decisio, & extensa est ab insigni Auditore, qui est ornatissimæ doctrinæ spectabilis, & inest ei innata ingenij claritudo.

SVMMARIVM.

1 *Ex sententiæ iniustitia resultat læsio, quæ est causa restitutionis in integrum.*

2 Et

2 *Et hoc multò magis procedit, quando constat de notoria iniustitia, licet sufficiat valdè concludens, etiamsi non sit notoria.*

3 *Et hoc multò magis habet locum in supremis Tribunalibus.*

4 *Spolio agens tenetur probare primum extremum, & quidem concludenter.*

5 *Dismembrationis effectuatio, ex quibus minimè inficiari potest.*

6 *Gratiæ iustificatio non potest controuerti, stante lapsu longissimi temporis, iuncta obseruantia, cum literæ concessionis præsumantur iustificatæ.*

7 *Executor ritè, & rectè procedendo priuat possessione.*

8 *Can. redintegranda, remedium, secundùm communem sententiam est præscriptibile.*

9 *Ecclesia retinet apud se ciuilem possessionem.*

10 *Et ideo ex hoc sequitur, quod eadem ciuilis possessio non potest esse penès alium.*

11 *Possessionem naturalem, si quis tantùm habebat in aliquo beneficio, illa euanescit per aßecutionem alterius beneficij, & vide num. 12.*

12 *Beneficiatus potest propria auctoritate possessionem vacantem beneficij, quando fuit sibi occupata, reassumere.*

13 *Et hoc eà ratione, qui suam possessionem inuenit vacantem, reassumit, neminem spoliare dicitur. & num. 24.*

14 *Possessionem recuperans suam, habet commodum retentionis, nec contra, tum potest competere interdictum, vnde vi.*

15 *Ecclesia, cum retineat ciuilem possessionem, eam non perdit, ex eo, quod quis sibi occupet naturalem.*

16 *Ita vt ratione eiusdem ciuilis possessionis propulsare potest turbatores illisquè reiectis, naturalem primæuam poßessionem continuare.*

17 *Et ista propulsatio, quando fieri possit.*

18 *Decretum iniustum non oppitulatur.*

19 *Ciuilis possessio cum resideat, seu conquiescat super naturali, ideo si quis naturalem ammiserit, censetur ammisisse omnem possessionem.*

20 *Colonus, vt interuertat possessionem Domini, alium recognoscendo in Dominum, quid requiratur.*

21 *Colonus tradendo possessionem alteri, vel illum recognoscendo in Dominum interuertit possessionem primi Domini, & hoc de Iure antiquo.*

22 *Colonus non interuertit possessionem Domini alium recognoscendo in Dominum, vel illi tradendo possessionem, & hoc de Iure nouo.*

23 *Ciuilis possessio non amittitur, quando non interuenit aliqua negligentia Domini, in recuperanda naturali.*

25 *Prælatus nouus possidet bona Ecclesiæ absquè alia apprehensione, quia Ecclesia possidet.*

26 *Possessio bonorum Ecclesiæ continuatur in Prælatum absquè noua apprehensione.*

27 *Prælatus potest nomine Ecclesiæ agere Iudicio manutentionis, quando aliquis Ecclesia vacante occupauit naturalem possessionem.*

28 *Prælatus, si malè alienat bona Ecclesiæ, potest ipsemet nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ, & hoc plus est, quàm si possessio naturalis occupetur sede vacante. num. 29.*

30 *Bona Ecclesiæ, quando occupantur sede vacante, Ecclesię competit interdictum, Vnde vi, & n. 4.*

31 *Interdictum, vti possidetis, habet duos effectus, alterum principalem, pro conseruatione ciuilis possessionis, Alterum verò consequutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, & in hoc æquiparatur interdicto, recuperandę.*

32 *Interdictum, vti possidetis, habet naturam mixtam, nempe ciuilis retinendę, quę est penes actorem, & recuperandę naturalis ab aduersario occupatę.*

33 *Interdictum, vnde vi, datur ratione naturalis possessionis amissę.*

Interdictum, vti possidetis, datur propter ciuilem possessionem, quam aduersarius inquietat.

34 *Interdictum, vti possidetis, licet sit retinendę possessionis, habet tamen vim recuperandę possessionis naturalis, quod est mirabile.*

35 *Decis. in Senen. Pontis Arrighi 12. Iunij 1593. coram de Rubeis, in quibus terminis loquatur, & vide num. 38. & 40.*

36 *Ecclesiæ possessio non est ciuilissima, sed ciuilis, & est considerabilis ad effectum recuperandi naturalem possessionem.*

37 *Possessio naturalis posterior tertij, non est sufficiens ad effectum summarijssimi possessorii, stante possessione ciuili Ecclesiæ anterior. & vide num. 39.*

42 *Remedium, retinendæ, antiquitùs raro practicabatur, & hoc probatur ex decis. Bisignet. vlt. de restit. spoliat. vbi Capitulum, cui fuerunt denegatæ Candelæ, quas percipere solebat, intentauit iudicium spolii.*

43 *Interdictum, retinendæ, cœpit eße obuium, ac frequentiùs practicari non multis ab hinc annis, pro vt hodie paßim practicatur.*

44 *Decis. 1. de restit. spoliat. & aliæ decisiones in quo casu loquantur, & num. 45.*

46 *Ecclesiæ possessio, dum cognoscitur an sit valida nec nè, possessor est manutenendus.*

47 *Decisiones sunt intelligendæ, iuxta terminos decisionum, quas allegant.*

48 *Prælatus si fuerit negligens in recuperanda possessione naturali, per decennium, eadem naturalis possessio amittitur.*

DECISIO CXXXIX.

ILlustrissimus D. Domnus Rodericus de Mello obtinuit ab Ordinario Colimbrien. sub die 22. Maij 1612. reformari mandatum de manutenendo, ab eodem Ordinario die 26. Martij eiusdem anni 1612. concessum D. Petro de Figueredo, Priori parochialis Ecclesiæ S. Catharinæ loci de Nobra, in possessione exigendi omnes fructus dictæ Ecclesiæ; ita vt intelligeretur pro tertia parte fructuum, relinquendo prædictum D. Rodericum in duarum aliarum partium possessione. Verùm cum postmodùm latæ fuerint tres sententiæ conformes super reintegratione dicti D. Petri, causa restitutionis in integrum commissa in Rota, & sub die 10. Decembris præteriti; * proposito dubio an constaret de causis restitutionis in integrum: fuit dictum constare, quæ resolutio, causa hodie iterum reproposita, fuit confirmata.

Cum enim constet de bono iure D. Roderici, euidenter sequitur claram esse iniustitiam sententiarum de partibus, quæ ab Ordinario Bracharen. alijsque Iudicibus super restitutione dicti D. Petri emanarunt, ex qua † quidem iniustitia resultat læsio, quæ est causa restitutionis. *cap. 1. vbi Abbas num. 2. de restitutione in integrum. Salicet. in leg. 1. num. 8. & seq. Cod. si aduersus rem iud. Caputaq. decis. 94. par. 3. Benintend. decis. 85. num. 9. & 10. Guidop. decis. 251.*

215. *sub num.*8. *&* 368. *Rota decis* 354. *num.*1. *post secundum volumen Consiliorum Farinacij*: & fuit latè deductũ in *Pistorien. Beneficij* 11. *Martij* 1618. *coram bon. me Bu-*
2 *ratto.* quod maximè procedit in casu isto, in quo † constat de notoria iniustitia, licet sufficiat valdè concludens, etiam si non sit notoria. *Cæsar. de Graff. decis.* 10. *num.* 12. *de sent. Seraphin. decis.* 251. *num.* 2. *Rota decis.* 351. *num.* 5. *part.* 1.
3 *diuers.* vbi dicitur hoc magis procedere † in supremis Tribunalibus. *Rota in recent. decis.* 635. *in fine, par.* 2. *&* 392. *num.* 1. *par.* 1.

Notoria autem iniustitia, vel saltem admodùm concludens dictarum sententiarum, clarè depræhenditur ex duobus: & Primò ex eo, quod non constat de primo extremo ad fauorem d. D. Petri Prioris. Secundò, quia in omnem euentum non poterat negari manutentio D. Roderico.

Et quantùm attinet ad primum, cum D. Petrus tanquàm
4 agens Spolio, teneretur probare † primum extremum, & quidem concludenter. *Rota diuers. par.* 2. *decis.* 165. *numero* 1. *& par.* 3. *decis.* 643. *num.* 3. & in illius probatione omninò defecit.

Nam aut nititur antiqua possessione parochialis; & illa non suffragatur, quia cum fœl. rec. Paulus Tertius de anno 1541. dismembrasset duas ex tribus partibus fructuum dictæ parochialis, pro præstimonio in eadem Ecclesia erecto: de anno 1546. dicta dismembratio habuit effectum per prouisionem D. Domini Aluari de Mello, qui pacificè possedit vsque ad annum 1580. per cuius obitum prouisus fuit D. Domnus Ioannes de Barganza, qui possedit vsque
5 ad annum 1609. ex quibus † inficiari minime potest, dictæ dismembrationis effectuatio, iuxta notata per *Oldrad. in cons.* 229. *num.* 2. *Seraph. decis.* 1432. *num.* 4. *Caualer. decis.* 373. *num.* 1. & fuit dictum in causa *Lauretana Iurisdictionis* 2. *Iunii superioris anni* 1631. *coram R. P. D. meo Durano.* Prout neque etiam istius gratiæ iustificatio potest controuerti, cùm per lapsum tanti temporis, iuncta obser-
6 uantia, literæ ipsius dismembrationis † præsumantur iustificatæ. *Seraphin. decis.* 642. *num.* 3. *Rota decis.* 534. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & in Recent. decis.* 122. *num.* 5. *& decis.* 406. *sub num.* 3. *par.* 1. & fuit resolutum in causa *Oscen. Pensionis coram Cardin. Lancellotto,* penès *Marches. de Commiss. tom.* 2. *fol.* 538. latè *Garzia de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 478. *& sequitur.* Vnde penès Ecclesiam Parochialem quoad
7 istas duas tertias partes nulla remansit possessio, † quia exequutor ritè, & rectè procedendo priuat possessione. *Angelus in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num.* 2. vbi etiam *Alexan. Soccinus, Iason, & alij, ff. de acquirend. possessione. Soccinus in cap. quoniam, §. quod si super, num.* 152. *ante medium, vers. secus autem in Iudice, vt lite non contestat. Sarnen. in regula de Annali, quæst* 45. *num.* 2. *&* 3. *Ferret. cons.* 18. *num.* 10. *Mohedan. decis.* 10. *num.* 4. *&* 5. *de restitutione spoliat. Rota decis.* 802. *num.* 1. *par.* 1. *&* 62. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *diuers.* & fuit latè deductum in causa *Gabrien. Beneficii* 17. *Iunii* 1605. *coram bo. mem. Horatio Cardin. Lancellotto.* Et cessat omnis difficultas, quia cùm remediũ
8 † Canonis redintegranda, 3. *quæst.* 1. secundùm communem sententiam sit præscriptibile, vt latè per *Seraphin. decis.* 1360. antiquæ possessioni obstaret præscriptio 40. annorum. *Castren. cons.* 105. *sub num.* 3. *vers. ex quibus omninò, lib.* 1. *Balbus de præscriptionibus* 4. *par. quarta partis principalis, quest.* 24. *sub num.* 5. *vers. sed quoad Ecclesiam, Menoch. de recuperand. remed.* 15. *num.* 247.

Aut verò nititur possessione per Sebastianum de Affonseca Priorem Parochialis capta, vacante præstimonio per obitum D. Ioannis de Barganza, cuius quidem possessionis vigore, siue ex alio titulo, de quo non constat, obtinuit idẽ D. Petrus mandatum de manutenendo ab Archidiacono Visen. sub die 5. Aprilis 1612. & illa minus suffragatur, cũ præualeat possessio D. Roderici, qui prouisus de dicto præstimonio, eadem Parochiali Ecclesia vacante, adeptus fuit possessionem dicti præstimonij, necnon duarum ex tribus
9 partibus fructuum eiusdem Ecclesiæ: Vnde † si præstimonium ipsum retinebat possessionem ciuilem, vt latè fuit deductum in alia decisione, & probant *Innocent. in cap. cum super, num.* 4. *post principium, & vers. & propter hoc dicimus, de causa possessionis, & propriet. & in cap. cum in officij num.* 6. *vers. si autem solummodò de testamẽtis. Bart. in leg.* 1. *§ final. num.* 4. *vers. sed in Collegio Ecclesia ff. de acquirend. possessione, & in leg. sicut, §. final. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bald. in l. non minus, §. hæreditarium, vers. & dico quod non, ff. de hæredibus instituendis. Castr. in leg. si sorori, num.* 2. *circa finem, vers. sed non sic in eo, Cod. de Iure deliberan. Natta cons.* 562. *num.* 10. *in fine, vers. secundo præsuppono, cum seq. Parisius consil.* 24. *nu.* 7. *& sequent. volum.* 1. *Felinus in cap. constitutus, num.* 19. *vers. ista non parum, de rescript. Ripa in cap. sæpe, num.* 57. *de restitutione spoliat. Guidopap. decis.* 355. *Pontanus de spolijs lib.* 1. *num.* 114. & latiùs *lib.* 3. *num.* 148. *&* 149. *Cassad. decis.* 7. *num.* 13. *de caus. possess. & propriet. Tiraquel. in tract. le mort. &c. prima parte in præfatione, declara-*
10 *tione* 5. Clarè sequitur † quod eadem ciuilis possessio non potuit esse penès dictum Sebastianum Priorem, *leg. si vt certò, §. si duobus vehiculum,* vbi *Gloss. in verbo dominium,* & *Castren. num.* 7. *ff. Commod.* ac propterea, cum dictus
11 Sebastianus haberet solùm possessionem naturalem † in ipso illa euanuit per assequutionem alterius Parochialis, ad tradita per *Alexand. cons.* 94. *sub num.* 5. *vers. & modò sic aut nos dicimus, volum.* 5. Vnde præfatus D. Rodericus obtinens præstimonium penès quod residebat dicta ciuilis
12 possessio, vt dictum est, † rectè potuit Parochiali Ecclesia vacante, dictam possessionem naturalem capere, *cap. cum dilectus, §. verum,* vbi, *Butrius in* 4. *notabili, sub num.* 4. *vers. sed habenti proprietatem, de ordine cognit. Alexand. dicto cons.* 94. *num.* 6. *vol.* 5. & in puncto *Bald. cons.* 387. *sub num.* 1. *col.* 2. *post medium, vers. & si diceretur, volum.* 1. dicens Archidiaconum potuisse authoritate propria, possessionem naturalem vacantem, quando sibi fuerat oc-
13 cupata, † reassumere: ea demùm ratione, quia qui suam possessionem inuenit vacantem, neminem spoliare dicitur, ex notatis *in leg. si quis in tantam, Cod. Vnde vi.* benè etiam *Speculator. de petit. & possess. & spolias. §.* 1. *num.* 35.
14 dicens ita recuperantem † suam possessionem habere cõmodum retentionis, nec contra eum posse competere Interdictum, *Vnde vi,* & idem dicit *Paris. dicto cons.* 24. *num.* 13. *vers. stantibus istis, cum sequent. vol.* 1. *Rota decis.* 390. *par. prima diuers.* Ecclesia enim retinet ciuilem possessio-
15 nem, † quam non perdit, ex eo, quod quis sibi occupet naturalem, itaut ratione eiusdem ciuilis, propulsare possit
16 turbatores, illisque reiectis † naturalem primæuam continuare; iuxta *Theoricam Bart. in l. prima, §. Interdictum, num.* 3. *vers. quandoquè per illam clandestinam apprehensionem. ff. vti possidetis, & in leg.* 3. *§. cum igitur, num.* 1. *vers. ideo in istis, ff. de vi armata. Iason. in leg. clam possidere, dicto §. qui ad nundinas, num.* 24. *vers. etsi tenent, ff. de acquirend. possessione. Paris. dicto cons.* 24. *num.* 24. *vers. ita in terminis,* qui alios refert, & *num.* 15. dicens huius-
17 modi † propulsationem fieri in continenti, eo ipso, quod turbatio continuauit ad ciuilem, quàm semper Ecclesia penès se retinuit.

Aut tertiò nititur mandato de manutenendo obtento die 26. Martij 1612. ab Ordinario Colimbr. & illud tam-
18 quàm † iniustum non potest oppitulari; cum fuerit obtentum ex possessione dicti Sebastiani, quæ non suffragatur ex deductis. Nec dicatur suffragari ex eo, quod cùm dictus Ordinarius præcepisset laboratoribus bonorum, sub pœna excõmunicationis, ne amplius dicto D. Roderico de fructibus responderent, præfati laboratores de ijsdem fructibus responderunt ante dicto Sebastiano, ac propterea cũ
19 † possessio ciuilis resideat, seù conquiescat super naturali, D. Rodericus ammisit omnem possessionem, ex eo quod coloni prædictum Sebastianum in dominum recognouerunt, *Soccinus Iunior, cons.* 35. *nu.* 2. *lib.* 3. *Decius cons.* 103. *per totum, Ripa in leg. prima, ff. de Interdictis. Menoch. remed.* 14. *de recuper. num.* 43. latè *Surdus in consil.* 407. *n.* 21. *lib.* 3. Quia huic obiecto respondetur, aduertendum esse non constare, quod coloni recognouerint in dominum, vel dictum Sebastianum, vel prædictum D. Petrum; prout
20 nec etiam constat, quod voluerint † interuertere possessionem D. Roderici, vel quoad effectum, vt dicatur illa-

tum præiudicium ipsius possessioni, concurrat alia requisita de quibus *Benintend. decis. 93. num. 3.* Sed in omnem euentum, quatenùs etiam de prædictis posset constare, adhuc illa non releuarent: nam ommisso, quod licet de Iure
21 antiquo, colonus † tradendo possessionem alteri, vel illum recognoscendo in dominum, interuerteret primi domini possessionem, in quibus terminis loquuntur Doctores præcitati: attamen secus esse videatur hodiè de Iure nouo, se-
22 cundùm cuius dispositionem, † colonus non interuertit possessionem domini, alium recognoscendo in dominum, vel illi tradendo possessionem, *leg. final. C. de acquiren. possessione*, vbi *Cast.* id notat in finalibus verbis, & hanc esse communem Modernorum sententiam dicit *Baldus, in cõsilio 330. num. 7. vers. sed in quantum dicit, et cons. 325. nu. 40. vers. aut tradit alteri, lib 1. Glossa in leg prima, in verbo domino. Cod. commun. de vsucap.* Cessat omnis difficultas, quia cum dictus D. Rodericus retineret vtranque possessionem, ciuilem quidem animo proprio, naturalem verò corpore colonorum, etiam quod ijdem coloni voluissent, aut potuissent interuertere illius possessionem natu-
23 ralem, eamque Sebastianus † fuisset ingressus, nõ propterea perdidit ciuilem, cum non interuenerit aliqua ipsius negligentia in recuperanda naturali. *Castren in dicta leg. final. post principium. Cod. de acquirend. possessione. Soccinus senior. cons. 266. num. 20. in fine, vers sed illam amisit cum sequent. vol. 2.*

Quantùm verò attinet ad secundum, quod D. Roderico denegari non posset manutentio, quod duas ex tribus partibus fructuum dictæ Ecclesiæ; itaut reintegratio D. Petro concessa sit iniusta, patet euidenter, tàm ex persona propria ipsius D. Roderici, quàm nomine præstimonij. Ex propria quidem persona cõpetebat manutentio D Roderico, duplici ex capite; Et primò, quia cœpit possessionem dictorum bonorum, & quidem legitimam, vt superiùs probatum fuit. Secundò, quia licet Sebastianus occupasset naturalem, cum tamen illam postea dimisisset per alterius parrochialis assequutionem, possessio illa naturalis vacua remansit, ita vt ratione ciuilis, quæ penès præstimonium
24 ipsum, licet † vacans residebat, adipiscendo D. Rodericus possessionem eiusdem præstimonij, consequutus fuerit possessionem etiam bonorum dicti præstimonij. *Anchar. in Regul. Beneficium, colum. vltima ante num. 12. vers. & ideo ego. & in Regul. sine possessione, num. 10 in fine, et seq. de Reg. Iuris in 6. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 3. artic. 9. quæst. 11. num. 3. Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 13. Ferret. cons. 14. num. 4. et 5. volum. 1. et cons. 236. num. 10, lib. 2. cum alijs per Rotam, decis. 19. par. 2. diuers. Bart. in leg. cum hæredes, num. 1. in fine, ff. de acquirend. possessione,* vbi quod
25 nouus Prælatus possidet, † absque noua appræhensione, quia Ecclesia possidet. *Pontanus de Spol. lib. 3. num. 149.*
26 vbi, quod possessio rerum Ecclesiæ, continuatur † in Prælato absque noua appræhensione. *Guidopap. decis. 355. nu. 1.* Nomine etiam præstimonij competebat D. Roderico manutentio, quia vt ostensum fuit in alia decisione, potest
27 † Prælatus nomine Ecclesiæ agere Iudicio manutentionis, quando aliquis, Ecclesia vacante, occupauit naturalem ex Doctoribus ibidem cumulatis & vltra illos faciunt *Bald. in disputatione incipiente; Accusatus de vi turbatiua, col. 6. vers. Veniamus ad solutionem,* & declarat *Menoch. de retinen. remed. 3. num. 507. ante finem, vers. qui ergo naturali, cum seq.* Prout etiam videmus, quod si Prælatus malè
28 † alienat bona Ecclesiæ, potest ipsemet nomine ipsius Ecclesiæ, agere Interdicto retinendæ; *Cassad. decis. 7. num. 13. de caus. possess. et propriet. Seraph. decis. 1417. nu. 3. Adden. ad decisionem 116. num. 5. sanctæ mem. Gregory XV.* & fuit dictum in causa *Theatina Iurisdictionis 10. Maij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* quod plus
29 est, quàm † si possessio naturalis occupetur sede vacante, per ea quæ notat *Alexand. in leg. naturaliter, § nihil commune, num. 18.* vbi etiam *Ripa, num. 74. ff. de acquirend. possess. Seraphin. decisione 756. Mantic. decis. 332. numero primo.*
30 Non obstat, quod quando bona ab altero † occupantur Sede vacante, Ecclesiæ competere Interdictum *Vnde vi,* dicant *Innoc. in cap. cum super, num. 4. vers. etsi spolietur de caus. possess. et propriet. et in dicto cap. cum in officiis, nu. 6. vers. ideo videtur, de testamentis. Speculator in titulo de petit. et possess. § 1. num. 36. Abbas in cap. litteræ, num. 3. vers. etsi spolietur de dilationibus, et in dicto cap. cum super, num. 19 Felin. in cap. constitutus, num. 19. vers. similiter important, de præscriptionibus. Add ad decisionem primam, num. 4. vers. Respondeo ad primum, de Restitutione spoliat. in nouis. Guidopap. decis. 355. num. 1. vers. Vnde dicit Natta cons. 562 num. 14. et sequent.* Quia pro Respon-
31 sione aduertendum est, † Interdictum, *Vti possidetis,* habere duos effectus, alterum principalem pro conseruatione ciuilis possessionis; alterum verò consequutiuum pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ; & in hoc æquiparatur Interdicto, recuperandæ. *Bolognet. in Repetitione legis naturaliter, §. nihil commune, num 43. vers. vnus est principalis; & vers. secundùm habet, ff. de acquirend. possessione. Glossa in leg. clam possidere, §. qui ad nundinas, in vers. clam post medium, vers. erit ergo,* vbi quod hoc
32 † Interdictum *Vti possidetis* habet naturam mixtam, nempe ciuilis retinendæ, quæ est penès actorem, recuperandæ naturalis ab aduersario occupatæ. *Berous, cons. 102. nu. 38. & 43. lib. 1. Menoch. de retinend. remed. 15. num. 26. Surd. cons. 160. num. 71. & 73. volum. 2. Rota decis. 560. num. 4. part. prima Recent.* Hinc Doctores in alia decisione alle-
33 gati dicunt, dari Interdictum, *Vnde vi,* ratione † naturalis possessionis amissæ, & interdictum, *Vti possidetis,* propter ciuilem, quam aduersarius inquietat; & dicunt hoc es-
34 se mirabile, quod † Interdictum, *Vti possidetis,* licet sit retinendæ possessionis, habeat tamen vim recuperandæ respectu naturalis. *Azor. in Summa, num. 12. C. Vti possidetis, Bart. in leg. vti possidetis. num. 4. vers. & aduerte. Cod. eodem titulo,* vbi etiam *Bald. num. 12. in fine, vers. Respondet,* quorum Doctorum tanta est authoritas, vt sola sufficiat, & in his terminis loquitur decisio in causa
35 † *Senen Pontis Arrighi 12. Iunij 1593. coram D. de Rubeis, parte prima diuers. decis. 390. num. 3. vsque ad finem.*
36 dum dicit, quod possessio Ecclesiæ nõ est ciuilissima, † sed ciuilis, & est considerabilis ad effectum recuperandæ, scilicet, naturalis, prout est sensus dictæ decisionis, dum vult,
37 quod possessio posterior † illius Equitis Thomasij ad effectum Summatissimi possessorij non suffragatur, stante possessione ciuili Ecclesiæ.

Nec dicatur decisionem istam fuisse reuocatam 12. Decembris 1580. coram Scipione Cardinali Lancellotto,
38 vt in † *decisione 682. parte prima diuers.* in qua fuit resolutum, quod idem met Eques Thomasius, licet agere non possit Iudicio manutentionis, poterit tamen agere Iudicio Spolij: & fuit reseruatum vt videretur, an constaret de primo extremo. Vnde per consequens dicendum vide-
39 tur, Ecclesiæ non competere Interdictum, *retinendæ,* † quando tertiùs, Sede vacante, acquisiuit possessionem, ita vt si iste spolietur, ipsi competat Interdictum *recuperandæ,* ex quo fundamento deducitur Iustitia sententiarum de partibus. Nam pro responsione aduerterunt
40 Domini, quod in eadem causa 26. Iunij 1577. † coram eodem Scipione Cardinali Lancellotto (vt in copia decisionis, quæ data fuit manuscripta) resolutum fuit, mandatum de manutenendo relaxatum ad fauorem prædicti Equitis Thomasij fuisse iustum, & postmodum sub die 8. Martij 1578. coram sanct. memor. Clemente Octauo, vt in *decisione 240. par. 2. diuers.* fuit recessum ab ista decisione Lancellotti, ea demùm ratione, quod Ecclesia Sancti Leonardi, meliùs probabat suam possessionem.

Vnde in casu dictarum decisionum, opus erat videre, quis possessionem probaret, quia cùm quidam Ascanius vtranque Commendam Sancti Leonardi, & Sancti Martini possideret, non constabat, an tenutam Pontis Arrighi possideret magis, ratione vnius, quàm alterius Commendæ, vt videre est in eadem decisione sub num. 2. ac propterea iure meritò, in causa dictarum decisionum, debebat inspici actualis possessio, cùm non constaret, an vna, vel altera Ecclesia possideret.

Vnde

Vnde ſtante hac ſerie facti, fuit in eadem deciſione 682.
opportunè ordinatum, vt videretur, an conſtaret de primo
extremo dicti Equitis Thomaſij? Et tantùm abeſt, quod
in prædictis deciſionibus reprobetur concluſio firmata in
dicta deciſione, *Senen. Pontis Arrighi* 390. *parte prima*
41 *diuerſorum* (nempè quod ſi Sede vacante, † naturalis poſ-
ſeſſio occupetur, competat Eccleſiæ manutentio,) quod
imò expreſſis verbis confirmatur in eadem *deciſione* 240.
part.2.diuerſ.coram ſanct.mem.Clemente Octauo, in fine,
dum allegatur eadem *deciſio ſub die* 12. *Iunij* 1573. *coram
D. de Rubeis Decano*. Et prædictæ concluſioni aſſentit etiã
*deciſ.*203. *num.*3. *apud ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ.* 19.
*num.*12. *&* 13. *part.*2. *diuerſ. & deciſ.*560. *num.*4. *part.*1. *in
recent.* quæ in alia deciſione fuerunt etiam ponderatæ. Pro
quorum corroboratione, fuit etiam conſideratum, quod
42 † antiquitùs remedium *retinendæ*, rarò practicabatur, vt
videre eſt ex *deciſione Biſignet. vltima, de reſtitut. ſpoliat.*
vbi Capitulum, cui denegatæ fuerant Candelæ, quas perci-
pere ſolebat; intentauit Iudicium ſpolij, ex vnica denega-
43 tione, & hoc Interdictum † *retinendæ*, cæpit eſſe obuium,
ac frequentiùs practicari non multis ab hinc annis, vt vide-
re eſt apud *Puteum deciſ.*192. *num.*3. *lib.*1. *& deciſ.*409. *lib.*
2. *in correctis*, prout hodie paſſim practicatur.

Non obſtat Rotæ authoritas, in deciſionibus in contra-
rium allegatis, quia *deciſioni primæ de reſtitutione ſpoliat.*
44 *in nouis*, † viſum fuit DD. ſufficienter ſatisfactum in alia
deciſione, prout *deciſioni* 390. *&* 682. *parte prima diuerſ.*
quibus etiam ex proxime deductis patet reſponſio; quem-
admodùm ex alia deciſione deducitur quoque reſponſio
ad *deciſionem Seraphini* 1127. *ad deciſionem* 171. *part.* 2.
recent. & ad aliam in cauſa *Bergomen. Bonorum* 18. *Ianua-
rij* 1594. *coram bon.mem.Cardinali Blanchetto*. In præfa-
45 tis enim deciſionibus † Rota iuxta caſuum diuerſitatem
reſpondit. Nam in caſu dictæ *deciſionis Seraphini*, clarè
patet, quod dubitabatur de validitate Vnionis, & dum ea
46 cognoſcebatur † manutenendus erat poſſeſſor, prout etiam
in dicta *deciſ.*171. *par.*2. *recent.* ambigebatur, an domus eſ-
ſet annexa Canonicatui. In deciſionibus verò *bon. me. Pe-
niæ in cauſà Hypporigieñ. Cappellæ Sancti Martini* 25.
Maii, & 21. *Octob.* 1611. agebatur idem caſus, de quo in
dicta *Senen. Pontis Arrighi*, quia eadem perſona poſſede-
rat Eccleſiam Sancti Martini in Caſtro, & extra Caſtrum,
& dubium erat, cuius Eccleſiæ bona eſſent. Deciſioni *bon.
me.Cardinalis Caualerii* 209. Reſpondetur illam eſſe in-
47 telligendam † iuxta terminos deciſionum *Seraphini*, &
dictæ *Senen.Pontis Arrighi*, quas allegat. Rationi verò re-
petitæ, quod aliàs nunquam daretur præſcriptio contra Ec-
cleſiam, placuerunt DD. reſponſiones datæ in alia deciſio-
ne ponderando, quod ſi Prælatus fuerit negligens in recu-
48 peranda naturali per decennium, † eadem naturalis poſ-
ſeſſio amittitur, vt in puncto dicit *Soccinus ſenior, allegato
conſ.*266. *num.*20. *in fine, verſ. ſed illam amiſit, volum.* 2.
Ripa in cap.cum Eccleſia Sutrinæ, num. 23. *de cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Roland. conſ.*50. *num.*26. *lib.*2. *Aym.conſ.* 235.
num. 1.

Et ita deciſum, vtraque parte Informante.

Eſt deciſio 78. ſupra in hac eadem parte.

¶ Et infra adſunt in hac cauſa aliæ deciſiones coram Reue-
rendiſs. P.D. Coccino Decano nempe die 27. Iunij 1633.
& 28. Aprilis 1634.

R. P. D. MERLINO.

Romana Hæreditatis.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Actio vna, quando eſt ab aliquo intentata, an & quo caſu poſſit redire ad aliam, & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, quando oſtenditur non abolitum, neque cancellatum, nec in vlla parte vitiatum, tunc hæredi ſcripto, non poteſt denegari auxilium l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

2 *Conditionem adimplere debens, ſi faciat, quantùm in ſe ipſo eſt, vt conditio adimpleatur, tunc habetur pro completa.*

3 *Hæres petens admiſſionem iuxta formam, & tenorem teſtamenti, ſatis dicitur velle adimplere, id quod teſtator præcepit.*

4 *Contrahentes, ſi aliquid voluiſſent, vt fieret, id expreſſiſſent.*

5 *Debitorum nomina propriè nõ veniunt appellatione bonorum, ſed tertiam conſtituunt ſpeciem.*

6 *Actor, poſtquàm intentauit vnam actionem, tunc ad aliam redire amplius ei non eſt conceſſum.*

7 *Electio vnius viæ per errorem, non per hoc cenſetur renunciatum alteri viæ.*

8 *Hæres non viſo, & oculariter perlecto teſtamento non poteſt illi tacitè, vel expreſsè renunciare.*

9 *L. de his, ff. de tranſact. habet etiam locum in renunciationibus.*

10 *Actio vna, quando eſt electa, quæ ſecum non traxit exequutionem, nec ius perfectè fuit quæſitum tunc licita eſt variatio.*

11 *Actiones alicui competentes, ſi ortum habeant ex diuerſa cauſa, tunc per electionem vnius, non cenſetur alteri actioni renunciatum.*

12 *Immiſſio non impeditur per exceptionem redditionis rationis, ſi requirat altiorem indaginem.*

13 *Actioni familiæ erciſcendæ eſt locus, quando aliquid eſt diuidendum inter cohæredes.*

14 *Identitas bonorum hæreditariorum ad effectum immiſſionis, ex quo benè probetur.*

DECISIO CXL.

DOmino Cæſari Vannutio in teſtamento per Cathari-
nam matrem hæredi ſcripto pro indiuiſo vna cum alijs
cohæredibus, dandam eſſe Immiſſionem in bonis hæredi-
tarijs dictæ Catherinæ teſtatricis ex *remed.l.fin.C. de edict.
Diu.Adr. tollen.* hodiè Domini cenſuerunt, quia produxit
teſtamentum non abolitum, nequè cancellatum, nequè in
1 vlla ſui parte vitiatum, vnde † pro aſſequenda poſſeſſione
bonorum, in quibus fuit hæres ſcriptus, non eſt illi denegã-
dum auxilium *d.l fin.C.de euict. Diu. Adr. tollen.* vt com-
muniter notant ibidem ſcribentes, & *Menoch de adipiſcẽ.
remed.* 4. *numero* 363. *Caputaquen. deciſ.*351. *par.*2. *Rot.
deciſ.*654. *num.* 1. *par.*1. *recent. & coram ſan. me. Greg. XV.
deciſ.*206. *num.*1. *& alias paſſim.*

Nec obſtare viſum fuit, quod D. Cæſar ſcriptus fuerit hæres ſub conditione collationis, ſeù accommunationis bonorum per ipſum, ex titulo donationis ab eadem teſtatrice factæ, acquiſitorum, ideoq; non purificata hac conditione, careat exercitio actionis ex teſtamento. Quoniam placuit reſponſio, quod cum teſtatrix ſuper bonis Cæſari donatis ſibi reſeruauerit vſumfructum, & dicta teſtatrice de anno 1626. vita functa, D. Porfirius frater poſſeſſionem omnium bonorum apprehẽderit, de quo tempore

D. Cæsar iussu Principis in Castris degebat, hinc fit dictæ
conditioni satisfactum censeri per verbalem declaratione
à dicto Cæsare emissam, quod vult, atquè intendit bona
donata habere pro collatis, & accommunatis, nisi per fratrem cohæredem impediatur, hæcquè declaratio Cæsaris
videtur importare quandam renũciationem bonorum donatorum, nec desiderari ab eo potest positiua collatio bonorum, quæ à patrimonio testatricis donantis, nunquàm
fuerunt abdicata, neque ipsi donatario per apprehẽsionem
possessionis incorporata, & cùm Cæsar animo implendi
2 conditionem, † fecerit quantùm in ipso erat, vt impleretur
conditio, vtique pro impleta haberi debet, iuxta tradita per
Soccin. Sen. in l. testam. la 2. num. 6. ff. de condit. & demonst. Ias. in l. si pater, vers. similiter sufficit, C. de collat. Menoch. cons. 30. num. 19 Peregr. de fideicomm. artic. 16. num. 122. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. Dumquè idem
3 Cæsar Immissionem † petit iuxta formam, ac tenorem testamenti, satis dicitur velle bona conferre, vti præcepit testatrix, *Surd. cons. 128. num. 21. Rot. decis. 262. num. 6. par. 1. recent.*

Nec subsistit, quod idem Cæsar teneatur etiam conferre creditum per Catharinam matrem ipsi Cæsari, & sororibus de anno 1602. remissum, & condonatum, quoniam
imò præceptum de conferendo, & accommunando loquitur dumtaxat de bonis donatis sub die 17. Decẽbris 1601.
vt in sum. num. 2. Vndè solum de contentis in dicto instru-
4 mento donationis, † quæ sigillatim expressit, non autem de
credito remisso, censeri debet, quod voluerit collationem
fieri, *arg. l. vnica, §. sin autem, C. de caduc. tollend. Surd. cons. 466. num. 7. Rota decis. 627. num. 6 part. 2. recent.* præ-
5 sertim, quia nomina † debitorum propriè non veniunt appellatione bonorum, sed tertiam constituunt speciem, *Oldrad. cons. 219. Lap. alleg. 91. num. 9. Socc. Sen. cons. 101. num. 6. lib. 1.*

Minùs obstat, quod D. Cæsar eligendo, & intentando
actionem ex donatione, censeatur renunciasse actioni ex
6 testamento, † adeò vt ad hanc redire non sit ampliùs illi
permissum, ex *l. serui electione, ff. leg. 1. Gabr. de act. conclus. 1. in princ.* Quoniam cessare visum fuit obiectum ex eo,
quod non probatur, Cæsarem de tempore electæ actionis
ex stipulato, seù donatione habuisse specificam scientiam
hæreditatis sibi per Matrem relictæ in testamento, & claram notitiam omnium qualitatum testamenti, ac signanter
optionis sibi competentis agendi, vel ad bona donata, vel
ad delatam hæreditatem, qua deficiente certa scientia, pri-
7 ma via dicitur electa per errorem, nec per electionem †
istius dicitur renunciatum alteri viæ, circa quam, cum ignoraret illam sibi competere, deliberare nusquàm poterat,
iuxta tradita per *Bart. in d. l. serui electione, num. 1. Alex. num. 3. Castr. num. 3. Ias. num. 6. Rip. num. 6. & 7. ff. de leg. 1. Gabr. de act. concl. 2. num. 4. Menoch. cons. 533. num. 19.* vbi quod deberet cohæres intimare testamentum, *Rot. decis. 95. num. 2. & decis. 111. num. 7. par. 1. recent. & in Vrbeuetana hæreditatis 14. Iunij 1623. & 22. Maij 1624. co-*
8 *ram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* Imò non † viso,
& oculariter perlecto testamento, Cæsar illi tacitè, aut expresè renunciare non potuit, obstante *l. de his, ff. de tran-*
9 *sact.* † quam locum etiam habere in renunciatione, tradunt
post alios, *Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 15. & 20. Fusar. de substit. quæst. 594. num. 1. & 20 ac 21. Gratian. discept. forens. cap. 299. num. 24. Rot. in Parmen. Datij 23. Februarij 1602. coram Reuerendissimo D. meo Decano,* & latè in *Meleuitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram me.*
Vltra quod, si D. Cæsar non poterat succedere, nisi facta
collatione bonorum donatorum, putauit se rectè agere pro
illorum consequutione, vt deinde in exequutionem præcepti testatricis accommunaret, nequè adhuc integra, &
10 dũ electio actionis † ex donatione secùm nõ traxerat exequutionem, nequè adhuc perfectè ius fuerat acquisitum
Porfirio cohæredi, licitum fuit Cæsari variare, *l. apud Aufidium, ff. de opt. legat. Rimin. Iun. consil. 693. nu. 23. Surd. cons. 264. num. 33 & 34. & cons. 413. nu. 18. Bardellon. cons. 23. num. 30. Rot. Bononien. decis. 107. num. 24. & 25.* Præsertim verò, quia actiones Cæsari competentes ortum ha-
11 bent ex diuersa † causa, quo casu per electionem vnius, nõ
censetur alteri renunciatum, & prior actio deseri potest,
atque ad aliam haberi regressus, *l. quod in hæredem, §. eligere, ff de tribut. act. Crauet. cons. 16. num. 9. Gabr. de act. conclus. 2. nu. 17. Rot. coram san. me. Greg. XV. decis. 270. nu. 2.*

Demùm nec aduersatur, quod D. Cæsar sit debitor matris in pluribus pecuniarum summis, quoniam cum debitorum huiusmodi liquidatio pendeat à discussione administrationis ipsius Catharinæ matris, & ratiocinio tutelæ per
ipsam gestæ, tàm ante, quàm post transitum ad secunda
12 vota, hinc meritò hæc † exceptio, vti requirens altiorem
indaginem, admitti non debet in hoc iudicio, adipiscendæ,
ad retardandam Immissionem, sed ad petitorium est reijcienda, *Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 726. Rot. decis. 131. num. 9. & decis. 229. num. 1. part. 2. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 194 num. 22.* maximè, quia Immissio petitur pro indiuiso, qua obtenta, poterunt postea
hinc inde rationes debitorum, & creditorum subduci, ex-
13 pungi, atquè putari, & † locus erit Iudicio familiæ erciscũdæ, iuxta tradita in *Romana Palatij dell'Aquila 5. Iunij 1602. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

De bonorum autem identitate, pro quorum Immissione agitur, visum fuit Dominis non posse dubitari, quia Porfirius cohæres, adeundo hæreditatem matris, & adipiscendo illorum, tanquàm hæreditariorum, possessionem, atquè
vti talia in Inuentario describendo, fassus fuit illa esse hæ-
14 reditaria, † & hinc remanet plenè probata identitas ad effectum obtinendi Immissionem contra Porfirium describentem dictum inuentarium, *Bald. cons. 89. num. 3. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 5. & cons. 48. num. 5. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 618. num. 1. Rot. decis. 407. num. 2. par. 2. recent. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 575. num. 3.*

Et ita vtraquè parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. MERLINO.

Camerineñ. Bonorum.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Sententia non subsistit, si fuerit lata non præcedente citatione specifica, præcisa, & nominatim ad eam, facta, ita quod hoc casu, nec admittantur verba æquipollentia. Legitimatio personarum in omne iudicio est facienda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non subsistit, si nominatim non præcesserit citatio ad sententiam.*

2 *Citatio non potest dici nominatim facta ad sententiam, si ea facta fuerit ad viden. præuia reproductione omnium fauorabilium, causam expediri, cum victoria expensarum, & quare, num. 6.*

3 *Expressum id satis dicitur, quod venit in necessaria, antecedentiam.*

4 *Citatio ad sententiam debet esse specifica, & præcisis verbis ad sententiam concepta.*

Adeò vt, nec virtualis comprehensio, nec verba sufficiant æquipollentia. num. 4.

5 *Citatio ad videndum determinari causam, non sufficit, ad hoc, vt dicatur, quod citatio sit ad sententiam,*

7 *Iudex, si causam expediat per decretum, deinde parte instante, potest illud reuocare.*

8 *Pars citata, debet esse certa, quando Iudex vult ferre sententiam, cum agatur de re satis præiudiciali, cum ampliùs reuocari non possit.*

9 *Ad Expensarum condemnationem procedi potest per decretum.*

10 *Sententia, quando est proferenda, requiritur citatio ad hoc specifica, & præcisa, cum agatur de re magni præiudicij.*

11 *Prorogatio non potest amplius operare, quàm ipsa res principalis prorogata.*

12 *Stylus aliquis, vt dicatur consuetudinem introduxisse, quid requiratur.*

13 *Stylus, vt attendatur, requiritur, vt sit obtentum in contradictorio iudicio, præsertim, quando est contra ius.*

14 *Styli probatio, vt excludatur sufficit vnicus actus contrarius.*

15 *Cessionarius, vt validè agat, quid debeat docere.*

16 *Personarum legitimatio in omni iudicio, quàmuis priuilegiato, plenè, & concludenter facienda est.*

17 *Notarij attestationi fidem facientis de instrumento à se rogato non statur.*

18 *Personarum legitimationi non dicitur satisfactum per fidem, quia dum integra non exhibentur instrumenta, non potest reus contra illa proponere exceptiones sibi competentes, & indagare quem gradum probationis contra se faciant.*

19 *Personarum valida legitimatio non dicitur facta per productionem fidei, maximè stante protestatione partis aduersæ, quod legitimè fieret.*

DECISIO CXLI.

FVit per Dominos conclusum sententiam de partibus esse nullam, quia lata fuit sine citatione, quæ nominatim
1 † præcedere debet ipsam sententiam, aliàs sententia non subsistit, *Clem. sæpè, & ibi glos. de verb. signif. Afflict. decis.* 182. *num.* 3. *Capic. decis.* 1. *num.* 35. *Rota decis.* 17. *de re iudic. in nou. & coram Card. Mantica decis.* 291. *nu.* 1. *cum alijs.*

Neque obstat, quod facta fuerit citatio ad videndum, præuia reproductione omnium fauorabilium causam expediri ad fauorem, cum victoria expensarum, per quam
2 citationem, pars censeatur vocata ad vidēdum † ferri sententiam, ac verba prædicta nihil aliud importare posse videantur, & condemnatio expensarum non fiet, nisi post latam sententiam; Ideoque pro sustinenda sententia, sufficere
3 huiusmodi citationem, dicendum sit, cum † satis dicatur expressum, quod venit in necessariam antecedentiam, *Rota decis.* 450. *num.* 8. & 9. *part.* 1. *diuers.*

Quoniam placuit responsio, quod citatio ad sententiam
4 debet esse specifica, expressis verbis ad sententiam † concepta, adeout nec virtualis compræhensio, nec verba sufficiant æquipollentia, *glos. in clem. sæpè. verb. ad id, de verb. signif. Roman. cons.* 369. *num.* 8. *Gonzal. in annot. contr. nullit. num.* 118. *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 209. *num.* 4. & *ibi Addent. num.* 7. & *coram Cardinali Caualerio decis.* 376. *num.* 1. & *in recent. decis.* 486. *num.* 7. *part.* 2.
5 vbi quod nō sufficit citatio ad videndū determinari † causam, & in *Terdonen. Pensionis* 16. *Ianuarij* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo.* Talis autem non est præallegata citatio,
6 quia sub illa citatione Iudex potuisset causā expedire † per
7 decretum, & deinde parte instante † illud reuocare, *c. cum cessante de appellat. l. quod iussit, ff. de re iudic. & vtrobique Doctores omnes, Vestr. in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 6. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 13. & *seqq.* qui etiam de stylo Romanæ Curiæ testantur; & sic pars citata
8 non reddebatur certa, quod esset ferenda † sententia, quæ magis erat præiudicialis, quia ampliùs reuocari non poterat, *vt per Rotam decis.* 18. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* eademque
9 prorsus ratione per decretum potuisset procedere † ad cōdemnationem expensarum, & sic satisfactum non fuit iuribus exigentibus, vt citatio sit specifica, & præcisa ad sententiam; & dicta citatio pernecessè non inferebat, quod
10 proferenda esset sententia, prout omninò † requiritur in re tanti præiudicij, *Rotam coram san. mem. Gregorio XV. decis.* 457. *num.* 8. & *in recent. decis.* 274. *num.* 3. *par.* 1. *cum alijs supra allegatis.*

Nec releuat, quod in termino reproductionis dictæ citationis, facta fuerit monitio ad secundam, quia hæc moni-
11 tio eodem vitio laborat, quo, citatio, nec † magis operari potest, quàm ipsa citatio, cuius est quædam prorogatio, *vt per Seraph. decis.* 583. *n.* 1. *in fine.*

Minùs ad hoc suffragatur deductus stylus illarum partiū, quod citatio ad videndum causam expediri, fungatur vice citationis ad sententiam, super quo datur fides Curialium Camerinen. in summario num. 4. quoniam ex dicta fide non probatur, nec asseritur, quod vniformiter semper ita
12 fuerit seruatum in omnibus causis † per tanti temporis spatium, quod sufficiat ad consuetudinem inducendam, & quod ita fuerit in contradictorio iudicio obtentum, prout
13 requiritur ad hoc, † vt stylus sit attendendus, præsertim, quando est contra ius, *Anchar. cons.* 178. *num.* 7. *in fin. Alex. cons.* 131. *num.* 9. *lib.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 694. *num.* 56. *Rota coram Reueredissimo D. meo Decano decis.* 182. *num.* 5.

Imò de contrario potiùs apparet, in summario enim pro Venantio num. 4. datur citatio specificè concepta ad senté-
14 tiam in eodem processu, in hac causa confecto inserta, † & sic excluditur probatio prætensi styli, ad quem effectum sufficit vnicus actus contrarius, *Surd. cons.* 393. *num.* 24. *Rota decis.* 112. *num.* 5. *par.* 2. *recent.*

Aliam quoquè nullitatem in prædicta sententia Domini depræhenderunt ex eo deductam, quod Andreas interdi-ctum, adipiscendæ, intentauit tanquàm cessionarius fratrū,
15 † ac sororum, & tamen de cessione legitimè non docuit, & sic personam non legitimauit, quàmuis de legitimatione fuerit expressè oppositum, vt in summario Venantij n. 1.
16 Vnde resultat nullitas, quia † legitimatio personarum in omni iudicio quantùmuis priuilegiato, plenè, & concludēter est facienda, *Bart. in l.* 2. *num.* 3. *C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Rota coram san. mem. Gregorio XV. decis.* 233. *num.* 3. & *in recent. decis.* 142. *num.* 2. *par.* 1.

Nec ex fide Notarij attestantis se de instrumento cessio-
17 nis rogatum fuisse, † insurget sufficiens probatio legitima-
18 tionis personæ; quia non statur attestationi Notarij † fidem facientis de instrumento à se rogato, *Put. decis.* 15. *de fid. instrum. & coram Card. Seraphino decis.* 430. *n.* 4. nec per fidem huiusmodi satisfit legitimationi personarum facien-
19 dæ, quia dum † integra non exhibentur instrumenta, non potest reus contra illa proponere exceptiones sibi competentes, & indagare quem gradum probationis contra se faciant, eoque minùs fides huiusmodi potest suffragari, dū
20 post illius productionem, † repetita fuit protestatio, de legitimatione ritè facienda, vt in Summario Venantij num. 2.

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Lunæ 21. *Iunij* 1632.

ARGVMENTVM.

Probari, quando aliquid potest per scripturas, & maximè, quando aliter probari

non potest, remissoria sinè dubio tanquam calumniosè petita denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ sunt præferendæ testibus, quando agitur de probanda re antiqua.*

2 *Instrumentis antiquis indubitata lucis veritas, assistit.*

3 *Remissoria denegatur, quando articuli tendunt ad subuertendum id, quod per decisiones fuit firmatum. num. 8.*

4 *Codex vetustissimus originalis Moralium S. Gregorij Papæ conseruatur Cæsaraugustæ in Ecclesia Beatæ MARIÆ de Pilari.*

5 *Testes, vt probent immemorabilem, debent percutere tempus ante motam litem.*

6 *Immemorabilis cessat, quando actus sunt impossibilis probationis, & denegatur remissoria.*

7 *Probari, quando aliquid potest per scripturas, non est opus subire maximos labores, & sumptus remissoriæ.*

9 *A Remissoriæ concessione suspicio calumniæ retrahere solet Rotam.*

10 *Scripturæ, quando sunt simplices, & emanarunt à personis suspectis non faciunt fidem.*

11 *De probatione scripturarum non est ampliùs quærendum, quando iam cum omnibus suis qualitatibus abundè fuerunt discussæ.*

DECISIO CXLII.

Domini negarunt remissoriam propter irreleuantiam articulorum. Quæ probatur, quia primus, secundus, tertius, sextus, vndecimus, decimus tertius, decimus quartus, & decimus sextus, vsquè ad vigesimum tertium, continent, quòd Ecclesia Sancti Saluatoris à sui initio, ac post Cæsaream Augustam, à Maurorum Tyrānide anno 1118. liberatam, fuit habita, & reputata pro Cathedrali, & Matrice Cæsaraugustana; cui donata fuerit Ecclesia Beatæ MARIÆ Virginis de Pilari. Et quod Reges pleraq. concesserint priuilegia. Eamque vti Matricem Prior, & Canonici dictæ Ecclesiæ B. Mariæ in publicis actibus, & functionibus, ac ritibus, & cæremonijs recognouerint. Quodquè eadem Ecclesia Beatæ Mariæ post Ciuitatis recuperationem erecta, fuerit in Collegiatam, sub regula Canonicorum Sancti Augustini, cum deputatione vnius ex Canonicis S. Saluatoris in Priorem. Pro cuius assertionis authoritate referuntur Historici, & rerum Hispaniarum Scriptores: cum argumentis ductis ab amplitudine templi, & situs, nec non ab insignibus, & imaginibus.

Quæ omnia, cùm non percutiant tempus anterioris, & antiquissimæ Cathedralitatis ad fauorem prædictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Pilari, quæ luculenter, & ex pluribus venerandæ antiquitatis monumentis, & scripturis, firmata fuit in Decisione * Reuerendissimi Domini mei Decani, dictam anteriorem Cathedralitatem alterius Ecclesiæ nequaquàm excludunt. Et quatenùs etiam tenderent ad illius
1 exclusionem: sunt improbabilia per testes: † quibus in probandis antiquis, præferuntur scripturæ, *gloss. fin. in cap. tertio loco, de prob.* Bald. *in c. cum causam, num. 3. eod. tit. l. census, ff. eod. tit.* Aym. *conf. 54. num. 15.* qui allegat Bald. dicētem,
2 instrumentis † antiquis indubitatam lucis veritatem assistere: *Mascard. de prob. conclus. 540. num. 13.* Cum itaquè ex scripturis, coram Reuerendissimo Domino meo Decano ponderatis, constet de antiquissimo statu, contrario illi, qui
3 in articulis † continetur, deneganda est Remissoria iuxta stylum Rotæ: de quo testatur *Aegid. decis. 9. nu. 1. Seraph. decis. 1460. num. 3.*

Alij articuli, nempè quartus, quintus, nonus, decimus, vigesimus quartus, & vigesimus quintus versantur circa probationem famæ, quod ab antiquo fuerit habita, & reputata prædicta Ecclesia Sancti Saluatoris pro Cathedrali: necnon circa probationem consuetudinis immemorabilis accedendi ad eandem, ac in ea assistendi: & propterea tendunt ad abolendam simul religiosam traditionem, quòd in
4 prædicta Ecclesia † Beatæ Mariæ de Pilari, conseruetur vetustissimus Codex originalis Moraliū Diui Greg. Papæ.

Hæc autem articulata, siuè concernant famam, & consuetudinem immemorabilem, siuè respiciant gesta ante hanc litem, quæ ab hinc ferè centum annis fuit mota, nequaquàm possunt probari per testes: quandoquidem illi,
5 subducto toto dicto tempore debeant † de proprio visu, & auditu percutere tempus ante motam litem, vt requiritur: *Caputaq. dec. 9 & 413. p. 3.* Et quando actus sunt impossi-
6 bilis probationis, tunc cessare immemorabilem, † & denegari remissoriam dictum fuit *in causa Caputaquen. vnionis 20. Maij 1594. coram bo. me. Penia, & in Burgen. iurisdictionis 3. Iulij 1595. coram Litta, & in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram Card. Lancellotto.*

Denique contenta in reliquis articulis de priuilegijs, & Regum concessionibus, ac lectionibus antiquis, cùm ea
7 possint minori impensa probari, per scripturas, † non est opus subire maximos labores, & sumptus expeditionis Remissoriæ iuxta dictam *decis. Aegid. 9. in princip.* cum alijs allegatis *in Florentina Subdecanatus 30. Aprilis 1629. coram R.P.D. meo Durano.*

Præterea visum fuit Dominis, quòd agentes pro Ecclesia S. Saluatoris figurauerint consuetudinem immemorabi-
8 lem, cæterosque articulos conceperint † ad euitanda fundamenta dictæ elaboratissimæ Decisionis Reuerendissimi D. Decani. Vnde oritur suspicio calumniæ, quæ Dominos
9 à concessione Remissoriæ † retrahere solet, vt *in dictis Burgen. iurisdictionis coram Litta, & Vlixbonen. iuris conferendi coram Card. Lancellotto,* ac nouissimè *in Cracouien. iuris legendi 3. Decembris 1629. coram R.P.D. meo Ghisilerio.*

Non obstat, quòd scripturæ, de quibus in dicta Decisione Reuerendissimi Domini mei Decani, non cōtineant factum, sed simplices assertiones, siuè enunciatiuas Cathe-
10 dralitatis Ecclesię B. Mariæ: † & cùm illæ emanauerit à personis suspectis, quibus non creditur, sit recurrendum ad probationes qualitatum scripturarum. Quia placuit respon-
11 sio, quod postquam scripturæ cum omnibus suis † qualitatibus abundè fuerint discussæ in sæpe allegata decisione huius causæ coram Reuerendissimo Domino meo Decano, non est ampliùs de illis inquirendum.

Et ita vtraquè &c.

* Idest sub die 1. Martij 1630. est dec. 353. supra par. 5. rec.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Officij.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Ciuitas, aut Collegium &c. quando obligetur ex mutuo facto per administratorem illius, & quando non. Emptor, quando possit agere de euictione. Executio, quādo est facienda cōtra Vniuersitatem pro eius debitis, qualiter sit procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Euictio, quando est secuta, tunc emptori est aperta via ad agendum pro recuperatione pretij soluti.*

2 *Col-*

2 *Collegium non obligatur ex mutuo facto per eius administratorem, nisi probata versione pecuniarum in vtilitatem eiusdem Collegij.*
3 *Vniuersitas tota si contrahat, vel mandet cum aliquo, suo nomine contrahere, tunc ipsa obligatur, etiam non probata versione in eius vtilitatem.*
4 *Forma non seruata, semper actus corruit.*
5 *In negatiua obseruationis se fundans. tenetur illam probare, aliàs semper præsumitur pro validitate actus.*
7 *Mandatum est nullum, & iniustum propter crediti incertitudinem.*
8 *Emptor euicta re, & possessione ablata, tunc agit ad damna, quæ sunt ipsum pretium solutum.*
9 *L. hæreditatum, ff. ad l. falci. quando cesset.*
10 *Venditor non tenetur de euictione, quando secuta est per Iudicis imprudentiam, vel ex facto Principis.*
11 *Sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, pro ea præsumitur, alio non probato, quod fuerit ritè lata.*
12 *Ad Emptorem spectat periculum rei venditæ, si post cõtractum eueniat euictionis noua causa.*
13 *Ad Venditorem spectat periculum rei venditæ, ex causa præcedenti ante contractum.*
14 *Venditor sibi imputet, si molestias de iure, & facto non amoueat emptori, illatas.*
15 *Pro Vniuersitatis debito sunt dirigenda mandata aduersùs eius bona, & eis non existentibus indicenda est collecta.*
16 *Collectæ indictio est modus à iure appròbatus.*
17 *Præsidentes, & Administratores Vniuersitatis illam repræsentant, & habent facultatem soluendi illius debita, vel in bonis eiusdem Vniuersitatis, vel per indictionem collectæ.*
18 *Priores, & Consules Vniuersitatis, tunc pro debito illius possunt carcerari, quando sunt in mora soluendi.*
19 *Mora, in via executiua committitur, quando quis in termino mandati relaxati, non soluit.*
20 *Mora committitur, quando fuit facta interpellatio iudicialis.*
21 *Officialis Collegij Medicorum non habent facultatem imponendi collectas pro soluendis debitis eiusdem Collegij absquè licentia Pontificis.*
22 *Collegij corpus repræsentatur per ipsos Officiales.*

DECISIO CXLIII.

VEndito officio, de quo agitur Notariatus, & Secretariatus nuncupato, per Deputatos Collegij Medicorũ Vrbis, Cosmo Contino, & ad vitam Francisci eius filij, eos in pacifica possessione emolumentorum manutenere promiserunt, & de euictione Officij, & defensione in forma iuris valida, & ad omnia damna in forma Cameræ se obligarunt. Contigit euictio per Cameram Apostolicam, & propter eam Franciscus filius, primò egit contra Lampugnanum pro restitutione pretij scut. 700. qui postmodùm per sententias Rotales * obtinuit declarari non esse obligatum de proprio, ex quo, Collegium venditionem ratam habuit; egit secundo loco idem Franciscus ex nouo rescripto, & mandatum obtinuit contra bona Collegij, & personas Protomedici, & Camerarij respectiuè totum Collegium repræsentantes; causa postmodùm appellationis commissa, cum facultate procedendi ad legitimam executionem; quæsitum fuit de vlteriori Processu, & per Dominos fuit responsum.

Esse procedendum ad legitimam vlteriorem executionem, nisi infra duos menses de solutione fuerit doctum.

De Iustitia Francisci Contini Agentis non fuit dubitatũ, quia nititur instrumento obligatione Camerali vallato, & ratificatione subsequuta, ex quo Collegium tenetur manutenente Contino in pacifica possessione percipiendi emo-
1 lumenta Officij, & de euictione, & ad damna, vndè † cum euictio sequuta fuerit effectualiter per possessionis Officij priuationem, statim apertus est locus emptori ad agendum pro recuperatione pretij soluti, *leg. si plus vel minus, ff. de euict. leg. qui rem, C. eod. tit. Crauet. consil. 682. num. 6. & 845. num. 12.* dicens rem esse euictam, quando possessori fuit ablata, *Surd. consil. 36. num. 22. Thesaur. decis. 85. num. 1.*

2 Nequè obstat defectus actionis, non probata † versione pecuniarum in vtilitatem Collegij per *l. Ciuitas, ff. si cert. petat. Coller. de processu execut. part. 2. c. 3. num. 337. Mant. de contr. lib. 8. tit. 12. num. 2.*

Quia quicquid sit in particulari de Vniuersitate, vel Officiali, aut Syndico accipiente mutuò nomine Vniuersitatis, qui tenentur probare versionem pro obliganda Vniuersi-
3 tate; secùs tamen est, quando tota † Vniuersitas contrahit, vel mandat cum aliquo suo nomine contrahere, vt in præsenti: quia tunc non est probanda versio, *Ripa in l. si is, qui num. 10. ff. de pignor. Alciat. in d. l. Ciuitas, num. 2. Mant. de contract. lib. 8. tit. 13. num. 6. Costa de retrotract. casu 4. c. 8. num. 1.*

Similiter neque obstat omissio formæ Statuti Collegij cap. 30. prohibentis nihil determinari, nisi per secreta suffragia, quod dicebatur factum non probari, in venditione
4 præsentis Officij; vt ideò forma non † seruata, semper actus corruat, *cap. cum dilecta. de rescript.* & latissimè comprobat, *Becc. consil. 12. num. 17.*

Quia etsi possit dubitari de existentia statutorum, quæ dantur, & etiam Bullæ Clemen. VII. cum non sint in actis
5 producta; attamen Collegium, qui se fundat in negatiua † obseruationis, tenetur illam probare; aliàs semper præsumitur pro validitate actus, *Innoc. in c. super his, num. 10. de accus. Bart. in l. actor. num. 6. C. de probat. Gabr. eod. tit. conclus. 6. in princ.* latissimè comprobans.

Nec releuans est alia exceptio, quæ deducitur ab excessu, ex eo, quod interesse emptorum restringebatur ad emolumenta officij, quæ non excedebant scuta octuaginta quolibet anno, non autem ad ipsum officium, cuius dominium non erat in ipsos translatum, nec poterat ab eis vendi, & tamen fuit relaxatum mandatum pro sorte scut. 700. &
6 † vlteriùs cùm officium fuerit venditum ad vitam Cosmi, & Francisci eius filij, & Cosmus iam decesserit, habenda erat ratio temporis decursi ad formam, *l. hæreditatum, ff.*
7 *ad leg. Falcid.* & ante liquidationem dicebatur † mandatum fuisse, & esse nullum, & iniustum propter crediti incertitudinem, *Bald. consil. 99. num. 1. lib. 1. Seraphin. decis. 1168. cum alijs allegat.*

Quia fuit responsum Collegium promisisse, nedum manutenere emptores in pacifica possessione exigendi emolumenta officij, sed de euictione, & de damnis; vnde officio
8 euicto, † & possessione ablata agit Franciscus ad damna, quæ sunt ipsum pretium solutum, *glos. in leg. prima, verbo, quanti, C. de his, qui à non Domino, Alex. consil. 67. num. 2. lib. 2.* & de computatione, legis hæreditatum, non est habenda ratio: quia officium per Cameram Apostolicam vẽ-
9 ditum fuit ad vitam vnius tantùm pro scutis 2000. & † vbi agitur de damno certo non est locus præsumptioni legis prædictæ *l. Titius, § fin. ff. de act. empt. Rot. decis. 13. nu. 2. & 368. num. 1. par. 4. diuers.*

10 Demùm non obstat, quod euictio sequuta † fuerit per Iudicis imprudẽtiam, & ex facto Principis, quæ Collegium non potuit obligare ad restitutionem pretij.

11 Quia cùm præcesserit sententia, quæ fecit † transitum in iudicatum, per quam Collegium fuit priuatum dominio officij, de quo agitur, & pro ea præsumitur, alio non probato, quod fuerit ritè lata *Abb. in cap. quoniam contra. num. 23. de probat. Grat. cons. 77. num. 3. vol. 2. Gabr. de sent. conclus. 4 num. 2.* etiamsi petita fuerit restitutio in integrum, nõ est agendum de Iudicis imprudentia, aut de facto Princi-
12 pis, tanquàm † de contingentibus post contractum, quorũ periculum

periculum solet spectare ad emptorem, quæ fuit ratio legis *si per imprudentiam ff. de euict.* & fundata in *l prima, C. de peric. & commod. rei vend. & l. finali, C. de euict.* sed dum causa fuit iudicialiter tractata, & officium euictum ex cau-
13 sa præcedente, euictionis † periculum semper spectat ad venditorem, *Angel. in l. prima, in secundo notab. C. de comod. & pericul. rei vend. Ofasc. decis. 48. num. 7.* præterea cū Collegium teneatur vigore eiusdem obligationis instrumentalis, in se suscipere iudicium, & defendere emptores à
14 molestationibus, † sibi, & non alijs imputet, si molestias de iure, & de facto non amouit, prout fuit dictum in *Romana Dotis, quæ est 180. num. 4. impress. per Statil. post suum tractat. de Saluian.*

Maior difficultas videbatur in hac via executiua super modo exequendi mandata contra Collegium prædictum,
15 † in qua multi senserunt dirigenda esse mandata contra bona Collegij, aut eis non existentibus indicendam esse collectam, cum particulares de Collegio, neque eorum bona teneantur pro debito Vniuersitatis per *l. sicut, §. primo, ff. quod cuiusquàm vniuers. c. Imperatorum, de iur. calumn.*
16 & indictio † Collectæ sit modus à iure approbatus, iuxta *Bart. doctrinam in l. 4. §. actor de re iud.* & cum hac opinione transierunt *Guttier. de Gabell. quæst. 169. num. 19. Felic. de censib. lib. 2. cap. 3. num. 8. Capiblanc. de offic. Baron. lib. 2. Pragmat. 10. cap. 67. num. 2. Auedan. de execut. Mand. Reg. cap. 14. 21. & 27.* & idem fuit firmatum in *Anconitana Florum 10. Maij 1630. coram me*; alij verò existimarunt dirigenda esse mandata contra Præsidentes, & Administratores, grauando illos in persona, quatenùs non soluerint de-
17 bitum, cùm repræsentet totum Collegium, & † habeant facultatem soluendi, vel in bonis eiusdem Vniuersitatis, vel per indictionem Collectæ, sequendo antiquos huius opinionis auctores, nempè *Bald. in l. etiam, num. 11. C. de execut. rei iud. Angel. in l. si quid, num. 1. & Castr. in leg. sicut, num. 2. ff. quod cuiusquàm vniuers. nomine*, atquè ita senserunt *Garz. de expens. & melior. cap. 20. num. 4.* idem *Guttier. de Gabell. quæst. 168. num. 19. Mauson. de causis executiuis ampl. 3. num. 29. Anton. Fabr. in suo Codice lib. 7. tit. 33. diffin. 1. num. 4.* & clariùs *lib. 4. tit. 7. defin. 5. nu. 2. Bobadill. in sua politica, tom. 2. lib. 2. cap. 8. num. 78.* & cum hac secunda opinione Domini transierunt in via executiua, quæ competit Contino emptori Officij, vigore obligationis Cameralis, quæ postrema opinio, verè non discordat à prima: quin *Bald. in dicta l. etiam, num. 11.* admittit Priores, aut
18 Consules Vniuersitatum posse carcerari; † ita autem si fuerint in mora soluendi; propterea aliter moram committunt Priores, quando agitur via ordinaria contra eorum Vniuersitates, nulla præcedente obligatione personali, secundùm formam Cameræ Apostolicæ, scilicet non indicendo Collectam à Iudice ordinatam; & tunc possunt carcerari ob nō paritionem, secundùm terminos decisionis *Anconitana Florum* supra allegatæ, in qua referuntur tenentes primam opinionem; aliter verò committitur mora in via executiua,
19 vt in præsenti, quæ statim oritur contra Priores, † quando in termino mandati relaxati non soluunt, cùm habeant bona Vniuersitatis sufficientia, vel Collectam indicere possint singulis de Vniuersitate, pro debito extinguendo absquè alia Iudicis auctoritate; aliàs non esset dare distinctionem inter viam ordinariam, & viam executiuam, & actionem personalem ex contractu, & obligatione descendentem, & realem ex non paritione causatam, vt dicunt allegati pro hac secunda opinione, & in his terminis potest admitti stylus A.C. de quo per *Salust. in suo praxi lib. 1. cap. 36.* & addito, quod etsi moram fuisse commissam, ex eo probetur,
20 † quod Protomedicus, & Camerarius fuerint iudicialiter interpellati, *Dec. & Cagnol. in l. qui siuè, ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. cas. 220. num. 45.* non tamen in instanti relaxationis mandati, statim videtur mora commissa ratione subiectæ materiæ habendi pecunias à particularibus per indictionem Collectæ; sed intra competentem terminum datum ad soluendum, vt declarat idem *Menoch. d. cas. 220. num. 45.* propterea Domini voluerunt non priùs mādatum esse exequendum, quàm si vltra bimestre Collegium distulerit debitum soluere.

21 Non obstat, quod Officiales Collegij † Medicorum non habeant facultatem imponendi Collectas particulares pro debitis Collegij soluendis, absq; licentia Pontificis: quia nō agitur de interesse Cameræ Apostolicæ soluere propria debita; sed de obligatione Collegij, & sic priuatorum, pro quo non legitur legalis prohibitio.

Nequè ex eo, quod non essent Officiales de tempore venditionis officij possunt eximi à personali obligatione: quia non conueniūtur vti particulares de Collegio; sed tan-
22 quàm officiales † repræsentantes corpus Collegij, qui semper extant sub nomine dignitatis, vt benè probant supra relati pro secunda opinione.

Et ita &c.

* Decisio in hac causa sub die 18. Iunij 1631. coram bon. mem. Motmanno, est supra 56. in hac eadem parte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononieñ. Successionis.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Renunciatio filiarum de bonis paternis, maternis, & fraternis est strictè accipienda, & prout iacet interpretanda.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis materia strictè venit interpretanda.*
2 *In renunciatione ea tantùm veniunt, quæ sunt expressa.*
3 *Hereditas per aditionem desinit esse, & efficitur propriū patrimonium hæredis.*
4 *In renunciatione filiarum de bonis paternis, & maternis non veniunt ea, quæ per aditionem sunt effecta proprium patrimonium fratrum &c.*
5 *Pater, quando censeatur adire hæreditatem maternam filio delatam.*
6 *Hæreditas solo animo aditur.*
7 *Renunciatio sororis de bonis fratrum nominatorum non extenditur ad non nominatos.*
8 *Verbum, Dictum, est personalissimum, & num. 10.*
9 *Renunciatio bonorum debet tantùm, referri ad bona, & personas specificatas.*

DECISIO CXLIV.

Comes Ferdinandus Barbatius de Mangiolis ex persona Blanchæ Bentiuolæ eius matris prætēdebat ratam partem bonorum, quæ ex hæreditate Peregrinæ Capellæ peruenerant ad Georgium eiusdem Blanchæ fratrem ab intestato prædefunctum. Ex aduersò autem Comes Alexander Bentiuolus frater prædictæ Blanchæ excipiebat de renunciatione facta à Blancha occasione dotis sibi à patre constitutæ; vnde proposito à me dubio: An prædicta renunciatio obstaret, DD. vnanimiter negatiuè responderunt.

Licèt enim renunciatio amplissimis verbis legatur facta, tùm in narratiua ibi, Dummodò ipsa quoquè renunciet, & cedat omnia, & quæcunquè Iura præsentia, & futura sibi competentia, vel competitura in bonis, vel hæreditate olim D. Peregrinæ eius matris, & DD. Francisci, & Alexandri eius fratrum vtrinquè coniunctorum, & omnium singulorum aliorum eius ascendentium, tàm ex causa successionis ab intestato &c. Tùm etiam in dispositiua, ibi cessit, renun-

ciauit

ciauit Comiti Vlixi eius patri pro se, suisquè hæredibus &c. omnia, & quæcunquè iura, actiones, & cuiuscunquè qualitatis, & conditionis, omneque edictum, & interdictum, quę, quas, & quod ipsa habuit, habet, & habitura est in futurum, ex causa successionis ab intestato &c. sibi debita, seù debeñ. in bonis, & hæreditate, seù hæreditatibus dd. parentum, & fratrum, & cuiuslibet eorum, ex causa legati &c. quæ iura, & alia sic, vt supra. Et proptereà videatur comprehendere etiam bona, quæ ex hæreditate Peregrinæ peruenerant ad
1 Georgium eius filium, tamen cum agatur de † materia renunciationis, quæ strictè venit Interprætanda. *Purpurat. consil.372.num4. Gabr.consil.60.num 6.lib.1.Goζad. consil.1.num.7. Surd consil.432. num.2. Caual. decis.340. num.1.* tantùm censetur per eam renunciatum, quantùm fuit in ea
2 † specificatum, qua propter cum de ista portione Georgij nulla fuerit facta mentio, non potest dici in renunciatione compræhensa, *Surd.d.consil.431. num.13. & seqq. Seraphin.decis.658.num.2. Rot.decis.624.num.1. & seqq. par.1. diuers.*

Nec obstare visum fuit, quod ista portio Georgij prouenit ex hæreditate Peregrinæ, quia cum per mortem eiusdem Peregrinæ hæreditas illius statim delata fuerit ad singulos filios, & sic etiam ad Georgium pro rata, sequuta deinde aditione facta per eundem Georgium non dicitur
3 † ampliùs hæreditas, & patrimonium Peregrinæ, sed efficitur proprium patrimonium filiorum, *Menoch consil.124. num.5. Cephal. consil.489.num.73. & 74. Surd.consil.562. in princ.*

4 Vnde licet in renunciatione fuerint † compræhensa bona materna, non tamen veniunt ista bona, quæ per aditionem fuerunt effecta proprium matrimonium Georgij filij, *Alber.in l.si quam, §.illud, num.7.C. de inoffic. testam. Dec.in l.hæreditas num.8.ff.de reg.iur. Bald.consil.48.lib.2. Alba cons.7 num.16. Afflict.decis.178.num.4.*

Quòd Georgius paternam hæreditatem adiuerit satis iustificatur, Nam cum tempore obitus matris esset infans, pater retinendo dotem, & bona mulieris, illorumquè fructus
5 exigendo † censetur nomine filiorum hæreditatem mulieris adiuisse, iuxta doctrinam, *Bart.in l.gerit, num.28. in fin. ff.de acquir.hæred. Surd.d.consil 562.num.7. & decis.140. num.1. & 10. versic.sed quia alìàs.*

Quod in præsenti casu absquè difficultate procedit. Ex quo, pater circa aditionem dictæ hæreditatis plures actus positiuos fecit, nomine Georgij filij, semper ipsum matris
6 hæredem enunciando, quod ad hunc effectum † sufficit, cum hæreditas solo animo adeatur *l. pro hærede, ff. de acquir. hæred glos.in l.posuit, in verb. voluntas. C. de iur.delib.* cum alijs relatis per *Mart. de success. par.4. quæst.14. art.2. & 3.*

Minùs obstat, quod Blancha renunciauerit hæreditatibus, & bonis fratrum, & sic censeatur renunciasse etiam bonis Georgij fratris, quia cum in dicta renunciatione fuerint specificata nomina fratrum scilicet Comitum Franci-
7 sci, & Alexandri, † renunciatio facta de bonis fratrum nominatorum, non potest extendi ad bona Georgij fratris nõ nominati. *Dec.consil.379.num.3. & 4. & consil.419.num.9. Bald.consil.48.per tot.lib.2. Aretin.consil.161.num.5. Eug. consil.88.num.82.lib.1. Caual.decis.340. num.3. Gregor. decis.15.num.3.*

8 Ponderato maximè verbo. † Dictorum, quod est personalissimum, & demonstratiuum personarum priùs nominatarum, ad quarum portiones restringit renunciationem. *Ias.in l.filiusfamilias.§.Diui.in secunda lectura, num.51. de leg.1. Mandos. consil.201. num.3. Surd.consil 464. num.2.* Rot. *coram Gregor. decis.495. num.1. & 7. & decis.607.num.6.*

Deniquè non obstant verba generalia, ibi, Pro eo, & toto, quod prætendere possit, quæ verba sunt apta compræ-
9 hendere etiam hæreditatem Georgij, quia † nihilominus referuntur ad bona, & personas specificatas. *Surd.consil.431.num.12.* Maximè stantibus verbis restrictiuis, & repetitiuis, ibi. Dictorum vt supra, & similibus, quæ restringunt dispositionem ad superiùs specificata, prout de dictione,
10 seù, verbo. † Dictorum, tenent DD. proximè relati, & de altera. Vt supra, firmat *Surd. decis.291. num.15. Rota decis.125. in fin par.1. recent.*

Et ita vtraquè &c.

R. P. D. PIROVANO.

Assisieñ Repetitionis Dotis.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Auus, si leget, aut promittat dotem nepti, quibus signis, & coniecturis cognoscatur, quod sit relicta contemplatione filij tantum, & non nepti, & nonnulla de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Filias dotandi onus spectat ad patrem.*
2 *Dos debita filiæ exclusæ à statuto, debetur ei tamquàm extraneæ.*
3 *Soror, quando non habet, vnde se dotet, tunc frater in subsidium tenetur illam dotare.*
4 *Minorum bona stabilia, quando non alienantur, sed solùm obligantur pro debito necessario, tunc interuenire non debent solemnitates.*
5 *Minoris bona, non possunt sine causa necessaria alienari.*
6 *Hæredes æquis portionibus tenentur ad legatum dotium filiarum ipsius testatoris.*
7 *Dos ab auo data, vel legata nepti, patre eius viuente, an censeatur legata patris contemplatione, vel solius neptis intuitu.*
8 *Pupillus non potest per tutorem obligari, ex causa voluntaria.*
9 *Auus si promittat, aut leget dotem nepti, præsumitur hoc facere, contemplatione patris.*
10 *Auum reliquisse dotem nepti eius contemplatione coniecturis, & præsumptionibus ostenditur.*
11 *Auus relinquendo dotem nepti iam natæ, & per consequens prædilectæ, an eius contemplatione censeatur relicta.*
12 *Auus, licet propter filium diligat nepotem, hoc tamen non est sufficiens causa, vt dos ei relicta, dicatur relicta eius contemplatione, & non filij, num.13.*
14 *Pater, præsumitur magis diligere filium, quàm nepotem ex eo.*
15 *Auus si relinquat dotem nepti, quæ adhuc non est nubilis, tunc præsumitur relicta eius contemplatione, non autem filij.*
16 *Auus, legans aliquid simpliciter nepti, an illud præsumatur relictum, causa compensandi, cum dote.*
17 *Pater, vel Auus in dubio præsumitur legare filiabus pro dote.*
18 *Ruin. in consil. 72.num.7.lib.2. in quibus terminis loquatur.*
19 *Dos constituta nepti ab auo, quibus signis colligitur, eam reliquisse contemplatione filij, & num.20.21.22. & 24.*
23 *Exceptio solet firmare regulam in non exceptis.*

25 *L. dotem dedit. ff. de coll. bonorum, extenditur.*

26 *Auum reliquisse dotem nepti eius contemplatione, coniecturijs vehementißimis debet ostendi.*

28 *Statuta particularia loci sunt seruanda, non autem generalia Prouinciarum.*

29 *Contractus antequam non est perfectus, non est executioni demandandus.*

DECISIO CXLV.

DVbitatum fuit, an sententia Rotalis sit confirmanda, & esse reuocanda Domini responderunt.

Præcesserat enim Iudicium coram A. C. in quo Franciscus Nita petijt, & obtinuit relaxari mandatum contra Bernardinum Lucatellum Iuniorem, pro residuo dotis Claræ suæ vxoris, & sororis dicti Bernardini in summa scutorum 1500. vigore pacti in Instrumento dotali appositi per Palminiam matrem, & tutricem, quod quatenùs Mita consequi non potuisset in termino triennij, dicta scuta 1500. ab hæredib. Seriati Lucatelli fratris Papirij vigore legati Bernardini senioris communis patris Papirij, & Seriati, tunc pupillus teneretur de proprio facta illi retrocessione legati contra dictos Seriati hæredes, cuius quidem pacti conditiones tàm respectu litis, & diligentiæ, quàm temporis, cùm adimpletæ fuissent, exinde deuentum fuit ad relaxationem mandati prædicti, & executionem, quæ in Iudicio appellationis per Signaturã fuit præseruata, quamuis postmodùm per sententiam Rotalem reuocata.

Fundamentum resolutionis fuit, quia validè potuit Bernardinus Iunior obligari per Palminiam eius tutricem ad constituendam, & soluendam dotem Claræ eius sorori in summa scutorum 3000. ex quo ad eum huiusmodi neces-
1 sitas dotandi pertinebat, siuè ex persona Patris, † ad quem spectat onus dotandi filias, *l. final. C. de dot. promiss. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. Hond. consil. 50. num. 16. lib. 2.* cui cum successerit filius vti hæres, in ipsum propterea transierit tale onus, *Ruin. consil. 138. num. 3. lib. 4. Phanuc. de lucro dotis, glo. 8. num. 82. Menoch. præsumpt. 109. num. 25. lib. 4.* siuè ex persona propria, ita disponente Statuto Asissij fœminarum exclusio, & masculis hæreditatem paternam deferente, cũ
2 onere dotandi † sorores, quibus propterea tanquam extraneis competit actio pro dote, contra fratres successores, *Brun. de Statuto, quod stan. masculis, art. 11. principali nu. 15. Gabr. consil. 15. num. 12. & 13. lib. 2. Honded. consil. 83. num. 26. lib. 1.* ac demùm prædictis cessantibus, in subsidiũ
3 sustinet onus prædictum, quando † soror non habet, vnde possit se dotare; *Bald. in l. finali, num. 9. C. de dot. promiss. Campeg. de dote par. 1. quæst. 23. Natta consil. 658. num. 1. lib. 4. Honded. consil. 18. num. 32. volum. 1.* posita autem necessitate dotãdi cessat exceptio nullitatis, ex defectu solemnitatis Iuris Communis, vel Statutorum, quando, vt hic non
4 fuerunt alienata † stabilia pupilli, sed tantummodo obligata ad soluendum debitum necessarium, *Menoch. consil. 242. num. 1. Gratian.* plenè comprobans *discept. 647. num. 22.* & idem fuit receptum in *Maceraten. dotis 48. impressa post tract. de oblig. Camer. Mant. decis. 13. num. 4. & decis. 282. num. 1 par. 4. diuers.*

Non obstat defectus causæ necessariæ, obligandi pupillum, quæ nũquàm censetur remissa de iure aut Statutorum dispositione, quandoquidem ab ea dependeat validitas decreti Iudicis, & à decreto validitas obligationis, dùm sine
5 causa necessaria † bona minorum, non possunt alienari, *l. ob as, C. de præd. minor. l. magis puto, §. non possint, ff. de reb. eorũ l. 1. in princ. C. de admin. tutor. Guttier. de tutor. par. 2. cap. 6. Surd. decis. 86. num. 9.* & propterea, cùm Clara filia Papirij esset dotata à Bernardino Auo, in scutis tribus millibus in testamento, cùm quo decessit, dicebatur obligationem Bernardini Iunioris pupilli, tunc continere causam voluntariam, non autem necessariam, ex quo Seriatus, & Papirius
6 fuerunt † hæredes Bernardini patris, & æquis portionibus tenebantur ad legata dotium filiarum ipsius Papirij, & ita ad scuta 1500. cessa contra hæredes Seriati, tenebantur successores illius, non autem Bernardinus frater Claræ, & hæres Papirij, & in hoc falsitatem causæ dicebatur consistere; dum præsupposuerunt necessitatem dotandi in pupillo.

Nam etsi tàm coram A. C. quàm exinde in Rota fuerit principalis difficultas, prout ex decisionibus causæ colligi
7 potest, an scilicet dos ab auo data, vel legata † nepti patre eius viuente censeatur legata patris contemplatione, vel solius neptis intuitu, quod si neptis, aut neptum intuitu mandata executiua, non poterant ab iniustitia saluari, & decisiones causæ, & ipsa sententia, erant confirmandæ, quoniam
8 † pupillus non poterat per tutricem obligari, ex causa volũtaria, si verò patris contemplatione id actum fuerat, semper intrabat causa necessaria, & decreti validitas, ex iusta causa non poterat controuerti.

Ideò pro responsione dicebatur veram esse conclusio-
9 nem dotem, aut promissam, † aut legatam nepti, contemplatione patris, & non legatarij præsumi relictam, nisi aliud appareat, & de legitima ipsi, aut portione hæreditaria patri suo debita, esse deducendam, *Bart. in l. dotem dedit, nu. 2. ff. de collat. bonor. Alciat. præsumpt. 17. num. 1. Pic. in l. in quartam, num. 141. & 173. ff. ad leg. Falcid. Menoch. præsumpt. 17. num. 19. lib. 3. Gabr. de Iur. dot. conclus. 5. num. 2. Cephal. consil. 105. num. 23. lib. 1. Menoch. consil. 183. num. 10. lib. 2. Simon de Pratis consil. 65. per totum, Surd. consil. 219. num. 1.* & pleniùs *decis. 118. num. 6. Honded. consilio. 90. num. 1. & seqq. lib. 1.* & hoc ipsum fuit firmatum coram *Seraphin. decis. 440. & in Romana dotis, 124.* impressæ, per tract. de legitima, & admissum in decisionibus causæ.

10 Neque obstat, quod quando † ex coniecturis, præsumptionibus, & inditijs apparet Auum legasse dotes neptibus contemplatione, & intuitu ipsarum, quod tunc de sola hæreditate, & non de portione hæredum sint detrahendæ, vt admittunt supradicti omnes, & probant, *Bologn. in d. l. in quartam, num. 364. Soccin. Iun. consil. 79. num. 5. lib. 3. Gabr. de Iur. dot. conclus. 3. num. 7.* & alij allegati per *Honded. d. consil. 90. num. 9.* & plures concurrere præsumptiones præsupponebatur, in decisionibus causæ.

Primam deducendo, ex eo, quod filiæ Papirij, essent iam
11 natæ, & Auo cognitæ, & per † consequens prædilectæ, itaut illarum personæ potuerint contemplari, *Decius consi. 81. num. 5. Menoch. eadem præsumpt. 17. num. 5.* cùm alijs allegatis.

Verùm ex ea nulla concludens deduci potest, nam sicu-
12 ti pater, si illam pro se allegaret, nihil † concluderet, secundùm *Alexand. consil. 8. num. 10. lib. 3. & Nattam cons. 363.*
13 *num. 10.* dùm non est sufficiens causa, † quod Auus propter filium diligat nepotem, vt dicit, *Bart. in l. Gallus, §. quod si is, ff. de lib. & posthum.* cùm potuerit moueri etiam alijs de causis, ita nec nepos ex eo solo, quod sit natus, & Auo cognitus potest concludere in Auo, erga se ipsum maiorem
14 † dilectionem, & excludere filij amorem, ab ordinata charitate liberorum, de qua in *l. fin. C. de verb. signifi. Surd. decis. 322. num. 51. Simon de Prat. consil. 165. num. 14. causa prima.*

Secunda coniectura subordinatur ab ætate neptum, quæ
15 de tempore testamenti, non erant nubiles, vt exinde † cessaret necessitas in Auo dotandi neptes, filij contemplatione, & dotes dicantur aduentitiæ, quam ponderant, *Menoc. consil. 183. num. 13. & eadem præsumpt. 17. num. 10. Ruin. cons. 72. num. 7. lib. 2. cùm alys.*

Cæterùm, & hæc secunda coniectura deseruire non potest ad distinguendam Aui voluntatem, quæ iam certa est, cùm legauerit pro dote, nec eget vlteriori declaratione per præsumptiones, quod voluerit compensare, cùm debito dotis, ex dispositione legali, necessario, siue ex persona propria, siuè ex persona filij, quod secùs esset, si legata es-
16 sent nepti scuta tria millia simpliciter, † quo casu posset dubitari de voluntate compensandi, cùm debito necessario, ita *Bald.* mirabiliter distinguens, in *l. quod autem stipulatio, ff. de iur. dot.* cuius dictũ pro notabili notat *Alex. in l. huiusmodi, §. cùm pater, n. 2. ff. de legat. 1.* & tunc, quando legatur
17 nepti simpliciter, quia lex † in dubio determinat, quod præsumatur

sumatur pater, vel Auus legare pro dote, *l. si cùm dotem, §. si pater, ff. solut. matrimon. Auth. præterea, C. unde vir, vel uxor, Alexand. in all. §. cùm pater, num. 2. Surd. decis. 244. num. 2.* & pleniùs *consil. 112. num. 1. & 2.* benè potest deseruire præsumptio contraria, ad declarandam legantis voluntatem, qui non est casus noster, & in illis terminis loquitur,
18 † *Ruin.* in quo fundat, *Menoch. tàm in consil. 183. quàm in præsumpt. 17. & 1. in consil. 58. n. 24. & deindè in consil. 72. num. 6. volum. 2.* vbi coniecturam hanc deducit ex dictis, *Alexand. in l. huiusmodi, §. cùm pater, num. 2. de legat. 1.* qui loquitur, cùm supradicta distinctione, & in *cons. 68. nu. 17. lib. 4.* nullum verbum legitur, de hac præsumptione.

Tertia elicitur coniectura, ex cōditione in legato apposita pro omni, & toto, quod habere, petere, & consequi possint in bonis ipsius testatoris, ex quacunquè causa, & ratio-
19 ne, ex quibus verbis † videtur testator voluisse consulere liberationi bonorum suorum, & non filij, *Alciat. præsumptio. 17. num. 2. reg. 1. idem Menoch. eadem præsumpt. 17. num. 13.*

Sed ex facto cessat, quia prohibitio legitur in testamen-
20 to in bonis testatoris, & Papirij eorum patris † quo casu ab eadem coniectura recedunt, idem *Menoch. d. præsump. 17. num. 13. & cons. 183. num. 18. Cephal. cons. 485. nu. 40. & 41. Hond. cons. 90. num. 10. vol. 1.*

Quarta in decisionibus causæ ponderatur coniectura,
21 quod Auus, præter dotem neptibus † relictam, hæredem instituit Papirium patrem dd. filiarum, quasi voluerit honorare filium titulo hæreditario, & neptes legato, *Menoch. eodem cons. 183. num. 11. & præsumpt. 17. num. 18. Soccin. Iun. in cons. 33. num. 5. lib. 1.*

Verùm effectus illius tollitur ex conditione, quòd neptes
22 habeant legatum pro omni, † & toto, quod possint consequi in bonis Papirij eorum patris, & sic pro causa exonerationis necessitatis paternæ, illas dotandi, non autem, vt simpliciter voluerit separare à filio, quod neptibus reliquit, vt dicit *Soccin. Iun. d. num. 5.*

Quinta fuit addita coniectura, quod cùm testator vltimæ filię Papirij reliquerit dotem in casum Monachationis tantùm, & deinde subiunxerit, quod si voluerit nubere in sæculo, teneatur Papirius supplere, dicebatur indè, declarari voluntatem legantis, quod in reliquis ipse, & non filius te-
23 neatur, † arguendo ab exceptione, quæ solent confirmare regulam in cæteris.

Et ex hac pariter coniectura, nihil inferri potest ad distinctionem voluntatis aut legantis, quòd mágis de tota sua hæreditate, quàm de portione propria de fideicommisso
24 † supposita, dotes detrahere deberet Papirius, sequendo dispositionem, *Authores, quæ, C. com. de legat.* & rationes allegatas in *decisione Seraphini 440. & per Simon de Prætis de vltim. volunt. lib. 4. dub. 12. num. 14* vt scilicet attento fideicommisso teneat consequentia in subsidium de portione vinculata, sed non de portione cohæredum.

Cessantibus autem coniecturis contrariæ voluntatis, remanet firma regula desumpta, ex *l. dotem dedit, ff. de collat.*
25 *bonor.* quæ † procedit etiamsi aliquo modo possit hæsitari de voluntate, vt admittunt, & probant allegati supra, pro
26 hac conclusione, † ex quo, probatio per coniecturas non admittitur in hac materia, nisi illæ sint vehementissimæ, & necessariæ. *Ang. in l. in quartam in fin. ff. ad leg. Falcid. Cephal. cons. 485. num. 32. Gabr. de iur. dot. concl. 5. nu. 7. Honded. d. cons. 90. num. 9. lib. 1.*

Superest secunda exceptio, ex defectu insinuationis firmata in decisionibus causæ, & requisitæ in Constitutione Aegidiana in contractibus minorum, cui non occurritur per iuramentum, eadem Constitutione contradicente, nequè per existentiam particularium Statutorum loci contra-
27 ctus, aliter disponentium † circa ipsam insinuationem, quando cum ipsa Constitutione se compatiuntur, vt *Rota declarauit in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram D. Cardinali Pamphilio, & decis. 385 part. 2. recent.* quæ est in eadem causa *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Sed ex facto tollitur ista compatibilitas, quia Statutum Assisij, quod datur lib. 1. rubr. 30. continet certam formam minoribus in contrahendo præscriptam absquè insinuatione, qua seruata decernit contractus validos, & executioni
28 demandandos, quo † casu Statutum illud particulare, non autem Constitutio Aegidiana generalis ad omnes Prouincias propter extensionem Pauli III. seruandum est *Seraphin. decis. 343. per tot. & decis. 57. num. 5. impressa per Pic. ad Statut. Vrbis*, & pleniùs in Recanateñ. *successionis 6. Iunij 1618. coram bon. mem. Buratto*; ex illa enim facultate exequendi positiuè excluditur insinuatio, quia verè ante il-
29 lam, contractus non potest executioni demandari, † cùm non sit perfectus, *Bald. in leg. sancimus num. 2. C. de donat. Gabr. cons. 158. num. 4. & 6. lib. 1. Rim. iun. cons. 119. nu. 92. Barz. decis. Bonon. 94. num. 8.*

Et ita fuit resolutum.

R. P. D. PIROVANNO.

Assisieñ. Crediti Dotalis.

Die Lunæ 21. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Auus, si det, vel promittat nepti dotem, cuius contemplatione censeatur data, vel promissa, filij scilicet, vel eius propriæ neptis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes pro virili, ad præstanda legata, tenentur.*
2 *Legatum ab Auo, neptibus factum contemplatione filij, non autem eius filiarum, censetur factum.*
3 *Auus, quando dat nepti dotem, vel promittit, videtur id facere, vt transeat primò ad filium, & breui manu, ab eo, in neptem.*
4 *Auus, quando dat nepti dotem, non propter se, sed pro filio, quando filius soluere tenetur, vel propter filiū, qui soluere non potest.*
5 *Et officium Aui in hac parte, circa neptem semper pendet ex officio patris, erga filium.*
6 *Auus, quando soluit dotem nepti, dicta dos prouenit à patre, cuius contemplatione soluitur, vel promittitur, semper est ea imputanda in legitimam illius, debitam in bonis patris.*
7 *Auus dum dotat filiam, tenetur & ipsa imputare eam in legitimam, sibi debitam in bonis sui patris.*
8 *Auus tenetur dotare neptem ex legali necessitate.*
9 *Neptes sub nomine progeniei comprehenduntur.*
10 *Auus, quando dotat neptem, an videatur eius personam principaliter contemplare.*
11 *Filias dotandi officium principaliter pertinet ad patrem, quando potest dotem dare.*
12 *Filius propriam filiam non habet in potestate viuente Auo.*
13 *Non tamen ex hoc concludi debet, quod pater hoc casu non teneatur ad dotandam filiam.*
14 *Probationes non leues, sed vehementes adduci debent ad limitandam aliquam legalem dispositionem.*

DECISIO CXLVI.

Dictum fuit hæredes Seriati Lucatelli non teneri ad solutionem medietatis dotis Claræ vxoris Francisci Mitæ, & sororis Bernardini Lucatelli Seriati nepotis.

Nam,

Nam, etsi Bernardinus senior moriens condiderit testa-
mentum, in quo hæredes instituit Seriatum, & Papirium
eius filios, æquis portionibus, dotesque legauerit filiabus Pa-
pirij, tūc existentibus, nēpè illis duabus, quæ nupserint in sę-
culo sæcuta tria millia, pro qualibet earū: vltimæ verò dotē
1 tantùm nubenti in Domino congruam, & † pro virili dicti
hæredes ad præstanda legata teneantur; *l.2.C.de hæred. act. Cagnol.in l.hæredem, num.16.ff.de reg.iur.Pinell.in l.1.par. 3.num.26.C.de bonis mater. Surd. decis.90. num.2. & 224. num.21.*

Attamen visum fuit cessare hanc obligationem in Fran-
cisco filio, & hærede Seriati, quia legatum ab auo neptibus
2 factum, contemplatione Papirij, † non autem eius filiarum,
censetur relictum, *l.dotem dedit, ff. de collat. bonor. l. profe-
ctitia in princ.ff.de iur.dot. Alciat.præsumpt.17.num.1. re-
gula 1. Menoch. præsumpt.17. in princ.lib.3. Gabr. de iur.
dot.conclus.3.in princ. Cephal. cons.105.num.23.lib.1.* ple-
nissimè *Surd.cons.118.num.1.& seq. Honded.consil.90. in
princ.lib.1.* qui infinitos addunt pro hac opinione de verio-
ri affirmantes, & prout hanc vti veriorem Rota admisit in
hac eadem causa inter Bernardinum Iuniorem, & eum-
dem Franciscum Mitam, cui fuit promissa dos per Tutricē
3 dicti Bernardini, quando enim auus dat † dotem nepti, vel
promitti, videtur id facere, vt transeat primò ad filium, &
breui manu ab eo in neptē, vt dicit *Angel. in l.in quartam,
num. 17. ff. ad l. Falcid.* & semper auus dat dotem, non
4 † propter se, sed pro filio, quando filius soluere tenetur, vel
propter filium, qui soluere non potest, & officium aui in
5 hac parte circa neptē, † semper pendet ex officio patris er-
ga filium, vt dicit *textus d.l.dotem dedit, ff.de collat. bonor.*
& benè declarant *Cephal.d.cons.105. num.38. & Honded.
d.cons.90.num.1.* & tunc, quia dos prouenit à patre, & cuius
6 contemplatione soluitur, vel promittitur, semper est † im-
putanda in legitimam illius debitam in bonis patris, & sic
in propriam rationem, non autem de tota hæreditate de-
trahendam, cum damno cohæredis, *Cyn. in l. cum scimus,
quæst.5.C.de inoffic.testam.Crauett. consil.219. num.1. lib.
2. Cephal. dicto consil. 105. num.23. lib.1. Gabr. dicta con-
clus.3.num.2. de iur. dotium*, & similiter dum peruenit ad
7 neptem, tenetur, & ipsa imputare † in legitimam sibi debi-
tam, in bonis sui patris, vt dicunt *Angel. Alexand. & Ripa
in d.l.in quartam, ff.ad leg.Falcid.* & alij allegati per dictū
Honded.cons.90. nu.6. lib.1. & per consequens semper ex-
cludatur à portione, de qua non debetur legitima.

8 Non obstat, quod auus † teneatur dotare neptem ex le-
gali necessitate, per *l.cognouimus, C.de hæred.instit.* ibi, *sed,
& dotem pro filiabus, & neptibus, & in l.fin. C. de dot.pro-
miss.* ibi, *pro sua dare progenie*, sub qua progenie, neptes
9 † comprænhenduntur, *Campeg.de dote, par.1.q.16.Socc.Iun.
in l.1.num.190.ff.solut. matrim. & cons.79. num.35. lib.3.*
10 atquè ita semper persona neptis, & non filij † principaliter
videatur in legato contemplata, & cesset causa dotis pro-
fectitiæ.

11 Quia officium dotandi † filias principaliter pertinet ad
patrem, quando potest dotem dare, ita expressè determi-
natur in *d.l finali, C.de dotis promiss. & in l.qui liberos, ff. de
ritu nuptiarum*, & licet filius propriam filiam non habeat
12 † in potestate, viuēte auo, non tamen excluditur à necessi-
13 tate dotandi, † & obligatio aui accedit, tanquàm accesso-
ria, *Auth.præsente, C.de fideiuss.Butr. consil. 56. incipit Fi-
lius, Cephal.d.consil.105. num.39.* & idem admittit *Hond.
dicto consil. 60.num. 26. lib.1.* quàmuis ipse moueat hanc
difficultatem.

Non obstant coniecturę voluntatis aui, quod magis con-
templatione neptum, dotes legauerit, quam respectu Papi-
rij filij, cum quibus intentionem posse declarari admittunt
omnes supra allegati, pro contraria opinione, quia omnibus
fuit responsum in resolutione * capta inter Bernardinum
Iuniorem, & Franciscum Mitam, & ostensum, vel non re-
leuare, vel leues esse, cum tamen debeant afferri vehemen-
14 tes, dum tendunt † ad limitandam pręsumptionem *l.dotem
dedit, ff.de collat. bonor.Cephal.cons.485. num.32. Gabr. de
iur.dot.concl.5.n.7.Hond.cons.99.n.9.lib.1.* Et ita &c.

* De qua, vide in præcedenti decisione.

R. P. D. PIROVANO.

Seneñ. Coadiutoriæ.

Die Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Pro integra actorum transportatione stat præsumptio, itaut contrarium asserenti incumbat onus probandi. Acta, quando dicantur verbaliter producta, & an illa sint transportanda. Contradictor legitimus, quis non dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Acta præsumuntur integrè transportata.*
2 *Productio, quando dicatur facta verbaliter.*
3 *Acta producta verbaliter, non egent transportatione.*
4 *Contradictor legitimus, non dicitur is, ad aliquid impediendum, dum non tangitur suum ius.*
5 *Aetas annorum 21. non est legitima ad Subdiaconatum.*
6 *Beneficium requirens aliquam qualitatem in accipiente, sufficit, quod ista habilitas interueniat intra annum etiam à die adeptæ possessionis pacificè.*
7 *Beneficium requirens literaturam in Clerico, requiritur, quod ista qualitas interueniat de tempore examinis, & non post, vide num.9.*
8 *Appellari potest à reprobatione examinatorum.*
10 *Pars non est citanda, quando examinatur quis, ad effectum obtinendi aliquod beneficium.*

DECISIO CXLVII.

Causa iterum * super eisdem proposita, dictum fuit, stādum esse in decisis quòad secundam partem, & quoad primam recedendum.

Visum enim fuit gratiam Crescentij in omnibus narratis esse iustificatam, prout in decisione causæ fuit firmatum.

Nequè obstant, quę replicantur de non integra transportatione Actorum, cum deficiant Indulta, & alia in productione specificata.

1 Quia regula est contra † dantem de non integra tran-
sportatione, nisi contrarium probauerit, *Crauet. de antiq.
temp.par.2.num.55.Rot. decis.59. num.1. coram Papa Gre-
gorio XV.* Contrarium autem probatum dici non potest
2 eo ipso, quod non docetur de productione † reali per ver-
ba, tenoris, vel *facto producit*, vel *animo rehabendi*, vel
Instrumentum incipit sic &c. quibus circumscriptis, pro-
3 ductio † remanet verbalis, quæ in transportatione non est
necessaria, *Rota decis.561.num.10.par.1 recent. & Add.ad
supradictam decis. 59. coram Papa Gregor. XV.* latissimè
comprobant.

Non obstat falsitas narratiuæ seruitij Ecclesiæ Coadiuti per 35. annos, nec obstare gratiam, Perinde valere, ac si expressum fuisset per 27. annos, cùm non fuerit facta mentio litis, dum adhuc penderet.

Quia cum sanatio, & seù reualidatoria non tangat ius
4 Capituli, ex quo non est † legitimus Contradictor, quando
Canonicatus non vacant, vt in præsenti, tunc non est neces-
saria litis mentio. *Innocent. in cap. mandatum num. 7. de
rescript. Rota coram Papa Gregorio XV. decis. 221. num.
4. & coram bon.mem.Card. Caualcrio in decis.450.n.3.*

Dequè non obstat, quod Crescentius, non habeat æta-

tem

5 tem sufficientem ad Subdiaconatum † tanquàm natus anno 1610. 11. Augusti, & gratia est expedita de anno 1630. 26. Augusti, itaut vix attigerit annum vigesimum primum.

6 Quia sufficit, quod habilis fuerit † ad faciendum se promoueri intra annum, etiam à die adeptæ pacificæ possessionis, *cap. commissa de elect. in 6. c. si pro Clericis pauperibus de præben. eod. lib. 6. Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. de elect.* de qua habilitate respectu temporis hodiè dubitari non potest.

Recesserunt autem Domini à prima parte, quia constat Crescentium fuisse examinatum, & approbatum, quatenùs Canonicatus non habeat annexam præbendam Theologalem, vel Curam animarum, & ideò, cùm non appareat Canonicatum habere dictas qualitates, examen suffragatur.

Non obstat, quod idem Coadiutor fuerit examinatus de mense Septembris præteriti in partibus, fueritquè reprobatus; vnde ad nouum examen de mense Maij sequen-
7 tis in Curia non debuisset admitti, cum habilitas † requiratur de tempore examinis, non autem post, de quo tempore potuit addiscere, *cap. si eo tempore cum glosa in verbo, effectus, de rescript. in 6.*

Quia, & si ista qualitas litreraturæ sit talis, quæ possit superuenire, nec inferatur ex tempore præsenti in præteritum, vt dicit *Menoch. de præsumpt. 24. num. 5. lib. 1.* attamen
8 quando reprobatus statim † appellauerit, & Iudicem adiuerit, & se obtulerit examini, non est, quod ei imputetur,
9 etiam † si examen sequatur ex interuallo, *Rota decis. 527. num. 3. coram Papa Gregor. XV. & 968. num. 7. coram bon. mem. Card. Seraphino,* in quibus ponderatur tempus, quod consumitur in obtinẽda citatione, cum inhibitione in compulsandis Actibus, in itinere de partibus ad Curiam, antequàm deueniatur ad secundum examen.

Nec releuat, quod postremum hoc examen factum fuerit absquè partis citatione: quia partem † non esse citan-
10 dam apertè senserunt, *Innoc. in cap. finali in fine de transl. Prælat. Felin. in cap. fin. num. 36. de præscript.* & ratio est, quia huiusmodi clausulæ magis sonant in monitionem, quam in conditionem, vt aduertit idem *Felin. num. 18.* vt propterea magis sit satisfaciendum conscientiæ Executoris quàm parti opponenti in actu extraiudiciali.

Et ita &c.

* Causa hæc fuit proposita sub die 24. eiusdem mensis, & anni, & est decis. 138. supra in hac eadem parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Prænestina Census.

Die Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Pecunia numerata an requiratur in extinctione census.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio admittitur in extinctione Census.*
2 *In Census extinctione, non requiritur pecunia numerata.*
3 *In Census extinctione, licet requiratur actus retrosimilis, non tamen exigitur pecunia numerata.*
4 *Census non posset cedi, permutari, aut donari, si in eius extinctione requireretur pecunia numerata.*
5 *Census, creditore consentiente, potest extingui pro quacumquè summa, & eo inuitò pro parte considerabili.*
6 *Compensatio habet vim solutionis.*
7 *Compensatio est solutio.*
8 *Scriptura pro interesse habente, non probat.*
9 *In contractibus posteriora derogant prioribus.*

Pauli Rubei. Decis.

DECISIO CXLVIII.

Census venditus per Ioannem Vbertum Hieronymo Belo remansit valoris scut. 600. vt in decisione in hac causa facta 4. Martij 1630. * quare, cùm dubitauerint, an integri fructus huius Census deberentur, vel solum pro rata scut. 250. Rota bis censuit solum pro ista rata deberi, quæ sententia etiam hodiè placuit DD. ea demùm ratione, quia vigore compensationis iste Census fuit extin-
1 ctus, prout eadem † compensatio admittitur in Census extinctione ex allegatis in dict. decis. 4. Martij, * & in alia 14. Iunij 1630. * ad quorum corroborationem addi po-
2 test, quod in extinctione Census non requiritur † pecunia numerata, vt fuit resolutum in *causa Romana Census 7. Februarij 1607. coram bon. mem. Attrebaten.* in qua fuit dictum, quod licet in extinctione Census requiratur
3 actus retrosimilis, non autem exigitur pecunia † numerata, quia clausula illa, hanc autem salutiferam &c. de qua in Bulla Pij V. in extinctione non potest referri ad numeratæ pecuniæ interuentum, alioquin Census non posset
4 † cedi, permutari, aut donari, vt fuit etiam consideratum coram me in *causa Beneuentana Census 18. Martij 1613.* & nouissimè ponderat *R.P.D. Leonardus Duratus Ord. Cler. Regul. in suo eleganti tractatu de Censibus quæst. 25. num. 59.*

Quod autem Census fuerit extinctus, per compensationem satis patet ex descriptione facta in libris Ioannis Vberti iuncta subscriptione, & approbatione Hieronymi de Belis.

Ad debitum enim dicti Hieronymi fuit scripta sequens partita, videlicet, *Adì 9. Marzo 1590. s'è saldato il conto con il Signor Girolamo, & resta debitore di scudi 350. defalcatosi tutti li frutti, che lui haueua hauere da noi fino al dì detto, tanto del Censo, come del resto della dote, & altri denari spesi per noi, se n'è fatto il detto Instrumento per mano del Ricchetto, & se li sono anco menate buone le partite di ricontro.* Et huic computo vna cum partitis è regione de quibus statim dicetur, Hieronymus per hæc verba subscripsit. *Io Girolamo Belo accetto, & confermo quanto di sopra è scritto da vna banda, & dall'altra, & affermo non solo questo conto, ma quanti ne sono in ogni altro libro di Giouanni Vberto mio Socero,* quare cum ista subscriptio Beli ipsum afficiat, vt latè fuit dictum in alijs decisionibus, sequitur omnibus computatis Hieronymum remansisse debitorem in scutis 350. & sic Censum qui erat scut. 600. remansisse solum pro scut. 250. Clarum est enim,
5 quod consentiente † creditore Census potest extingui pro quacunquè parte, & eo inuito pro parte considerabili, ex cumulatis in decis. facta 4. Martij 1630. versic. non obstat, quod Census, quæ quidem rata in hoc casu, cum sit considerabilis, Hieronymus cogitur inuitus compensare, cum
6 compensatio † habeat vim solutionis, *Cenc. de cens. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 6. num. 5. & 6. & in Addit. num. 8. & 9.* & est de mente Rotæ ex allegatis in decisione facta 4. Mar-
7 tij 1630. & quod compensatio † sit solutio, probat *text. in l. si debitor. ff. qui pot. in pign. habe.* latè *Felin. in cap. suborta numer. 2. de re iud. Tiraquell. de retract. consang. §. 3. glos. 3. num. 6. Crot. consil. 139. num. 7. Paris. consil. 121. num. 19. vol. 1.*

Non obstat partita posita in regione ad creditum Hieronymi Beli sub 5. Martij 1590. videlicet 20. Octobris 1589. *Deue hauere* (scilicet Hieronymus) *per vn semestre delli denari hauuti à Roma à censo da lui, sono stati scudi 600. delli quali n'hà hauuto fino ad hoggi scudi 367. come nelle partite si vede, di modo che restano in scudi 233. per li quali deue hauere per li frutti del semestre del dì sopradetto scudi 8. b. 74.* ex quibus infertur non esse habendam rationem istarum partitarum, cum in ista

ad creditum Hieronymus remaneat creditor in solis scut. 233. nec fructus Census correspondeant; nam pro responsione aduertebant Domini. Primò, quod ista partita est anni 1589. licet fuerit descripta 5. Martij 1590. Secundò, quod eadem partita fuit descripta ante solidationem computorum, & in ipsa solidatione fuit illius habita ratio eo modo, quo debuit haberi, prout clarè deprehenditur ex dicta partita debiti Hieronymi, scripta 9. Martij. Ibi. *S'è saldato il conto con il Signor Girolamo*, & ibi. *Se li sono anco menate buone le partite di rincontro*, & sic etiam ista partita posita è regione, vt dictum fuit.

Nequè facit, quod Hieronymus in proprijs libris descripsit se debitorem Ioann. Vberti in scut. 350. pro quibus dixit interesse non esse soluendum, hincquè constat noluisse extinguere Censum ex eo, quod si voluisset extinguere non constituisset se debitorem, quod etiam comprobatur, dum per acta Ricchetti constituit se debitorem Ioann.
8 Vberti. Nam omisso, quod illa † scriptura tanquàm personæ interesse haben. non probat pro scribente, *leg. exemplo, l. rationes, & leg. instrumenta, C. de probat.* cum alijs per *Genu. descript priuat. lib. 4. tit. 1. in princip.* cum dicta partita fuit scripta 9. Martij prout etiam eadem die rogatum fuit per Ricchettum Instrumentum, si dictum Instrumentum non obstat, nequè etiam obstat dicta partita, & quod dictum Instrumentum non obstet satis deprehenditur, quia de eo fuit facta mentio in partita libri approbata à Hieronymo, ex qua cum colligatur extinctio Census pro rata scut. 350. parum refert, quod Hieronymus ante constituerit se debitorem, cum hoc facere potuerit ad docen. magis de suo debito, vt cautiùs posset per viam compensationis fieri pro illa rata extinctio Census, & faciunt regulæ vulga-
9 res, quod in † contractibus posteriora derogant prioribus, *l. pacta nouissima, C. de pact.*

Et ita conclusum vtraquè parte informante.

* * Prima est decisio 354. supra par. 5. recent. Altera verò tota in facto consistit.

R. P. D. MERLINO.

Romana Nullitatis Obligationis.

Die Lunæ 28. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Contractus, quando non subiaceat vitio nullitatis, non obstante, quod in eius instrumento, Notarius non asseruit, quod contrahentes cognoscebat, cum hoc sit necessarium, iuxta reformationem felic. rec. Pauli V.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, vel vnus ex testibus, si non cognoscat contrahentem, secundùm reformat. Pauli V. contractus non sustinetur, & etiam requiritur quod de cognitione fiat mentio in instrumentis.*
2 *Et ista Constitutio nititur tantùm ratione illa vt obuietur fraudibus, & suppositioni personarum, Notario ignotarum.*
3 *Ex Proemio mens, & ratio finalis Legislatoris apprimè colligitur.*
4 *Rationi finali, quæ est intrinseca, & prædominans virtus legis, quando satisfit, excluditur fraus, & contractus sustinentur.*
5 *Forma aliqua in contractu, quando est inducta à lege, ad certum effectum, obuiandi scilicet fraudibus potest per æquipollens adimpleri, & adimpleta, quando dicatur.*
6 *Personæ suppositionis fraus, quando non possit considerari in aliquo contractu.*
7 *Fideiussor dilationem petendo à creditore, dicitur fateri fideiussoriam obligationem.*
8 *Fideiussor dicitur fateri fideiussoriam obligationem, si soluerit partem debiti.*
9 *Fideiussor aliquis, quod se obligauerit in aliquo contractu, ex quibus reddatur certum.*
10 *Contractus tunc irritantur, secundùm reformat. Pauli Quinti ex omissa attestatione per Notarium, quod cognosceret contrahentem; quando negatur ab illo contrahente, in instrumento obligato se contraxisse.*
11 *Vnde cessat dispositio dùm contrahens contractum, & obligationem realem fassus est, tunc enim non sinè dolo peteret annullationem contractus.*
12 *Ex Dolo, & culpa aliena, quis patrocinium non debet exquirere.*
13 *Forma substantialis in aliquo actu requisita, non potest, per æquipollens adimpleri.*
14 *Forma in aliquo contractu, si sit inducta ad certum effectum, sat est, quod satisfiat menti Legislatoris illam formam inducenti, & ille ab eo cogitatus effectus sequatur.*
15 *Per Statutum, si requiratur pro forma, vt in instrumentis exprimatur, nomen, agnomen, & cognomen contrahentium, satisfactum illi censetur.*
16 *Si quis nominetur, aliquo nomine singulari, ex quo æquè benè habeatur identitas personæ, & sic per æquipollens.*

DECISIO CXLIX.

PLacebant Dominis fundamenta decisionis in hac causa, emanatæ sub die 27. Iunij anni præteriti coram me, * in qua firmatum fuit obligationem Hippolyti ex eo nullam esse, quia non apparebat Notarium habuisse notitiam dicti Hippolyti obligati, nequè in instrumento attestatus fuerat, se cognoscere eundem contrahentem, prout exigitur à Constitutione felic. record. Pauli Quinti super reformatione Tribunalium, quæ procedit annullando actum, cum clausula decreti irritantis, & clausula sublata &c. verùm quia decisio prædicta emanauit Hippolyto tantùm informante, hodie exhibitis iuribus pro Sauonantio, & diligentiùs ab eo propositis circumstantijs causæ, vtraquè parte informante resolutum fuit, recedendum esse à decisis.

Quoniam, licèt clara sit dispositio reformationis Pauli
1 V. quod † vbi Notarius, vel vnus ex testibus contrahentem non cognoscit, & de huiusmodi cognitione tabello non testatur in instrumento, contractus non sustineatur; Tamen Domini animaduerterunt dictam Constitutionem, illa
2 duntaxat niti † ratione, vt obuietur fraudibus, & suppositioni personarum Notario ignotarum, alijsque imposturis prouideatur, quibus fieri posset alterum pro altero in obligationis nexum non consentientem inijci, quod & habe-
3 tur in proemio, ex † quo mens, & ratio finalis legislatoris apprimè colligitur, *l. 1. ff. ad Macedon. l. fin. ff. de hæred. instit.* Et propterea quotiescunquè rationi finali, quæ est in-
4 trinseca, & prædominans virtus legis, satisfit, † excluditurque fraus, & personarum suppositio, cessare dispositionem reformationis, & obligationes atque contra-

ctus

ctus sustineri dixerunt Domini; & quatenus etiam mentio huiusmodi cognitionis Notarij esset pro forma, cum ta-
5 men † sit inducta ad certum effectum, obuiandi, scilicet fraudibus, posse per æquipollens adimpleri, & adimpletam dici, dum intentus habetur effectus exclusionis fraudis, *iuxta tradita per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. num 42. Rota coram* Cardin. *Seraphin. decis. 309. num. 1. & decis. 1413. num. 3. & decis. 267. num. 6. part. 1. diuers.*

In casu autem præsenti non posse considerari fraudem,
6 & personæ suppositionem † visum fuit apparere nedum ex eo, quia in instrumento, in quo deficit clausula, mihi Notario cognitus &c. reuera Hippolytus fideiussor intercessit, sed & quia idemmet Hippolytus præuia mentione præstitæ fideiussionis pro censu, consensit vnum ex fideiussoribus liberari, & Dom. Sauonantium subrogari, & sic propriam fassus est, & confirmauit obligationem, vt in
7 Summario num. 3. & † deinde dilationem ad soluendum petijt à creditore, Summario numer. 5. per quam pariter confessus fuit fideiussoriam obligationem, *leg. ad solutionem, & ibi* DD. C. *de re iudic. Felin. in cap. quoad consultationem, numer. 7. de re iudic. Becc. consil. 106. num. 45. & seqq. & dixit Rota in Romana domus 13. Aprilis 1614. coram bon. mem. Vbaldo*; & demum habita dilatione idem Hippolytus partem census, nempè scuta 100. ministerio Ioann. Francisci fratris persoluit, dict. Summ. num. 5. sicq.
8 † iterùm obligationem ratam habuit, ad tradita per *Crescent. decis. 1. de procurat. Surd. decis. 62. num. 13. & seqq. Cardin. Mantic. decis. 13. num. 10.* Ex quibus omnibus benè deducitur reuera hunc Hippolytum fuisse illum, qui, stipulante Notario, in primo instrumento fideiussor acces-
9 sit; † indeque cessat omnis fraudis suspicio, & personæ suppositio, & videtur casus iste in Constitutione Pauli Quinti omissus: ibi enim dum irritantur contractus ex o-
10 missa per Notarium attestatione, † quod cognosceret contrahentem, præsupponitur negari ab illo contrahente in instrumento obligato, se contraxisse; vnde cessat dispositio
11 dum contrahens contractum, & obligationem † realem fassus est, vt in casu præsenti, tunc enim non sine dolo peteret annullationem contractus, & ex culpa aliena, doloue
12 Notarij † patrocinium exquireret.

Non obstat, quod attestatio huiusmodi cognitionis Notarij, cum requiratur in actu, dicatur forma substantialis,
13 † adeout per æquipollens adimpleri non possit, *Bart. in leg. vniuersa num. 5. C. de precib. Imper. offerend.* cum alijs, quoniam immo hæc forma est inducta ad certum effectum, vt supra dictum est, & reformatio habuit scopum, vt euitarentur fraudes, quemadmodùm in simili censuit *Rota in Romana societatis officij 5. Iulij 1627. coram*
14 *me*; vnde sat est, quod satisfiat menti Legislatoris † illam formam inducentis, & ille ab eo cogitatus sequatur effectus, *Roman. consilio 433. numero 1. versiculo 7. considero, Ruin. consilio 137. numero 9. libro 1. Rota decisione 33. numero 4. & 5. parte 2. diuers. & in præallegata Romana societatis officij, coram me, & in his ferè termi-*
15 *nis*, quod si per Statutum requiratur pro forma, † vt in instrumentis exprimatur nomen, agnomen, & cognomen contrahentium, satisfactum illi censeatur, si quis nominetur singulari aliquo nomine, ex quo æquè bene
16 † habeatur identitas personæ, & sic per æquipollens, tradit post alios *Brun. in tractat. de forma, titul. quando censeatur aliquid traditum per forma, conclus. 12. colum. 5. sub §. istæ ergò sunt, versic. & sic etiam procedit, & in titul. de potentia, & effect. form. versic. 3. prædicta conclusio fol. mihi 56.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

* Est decis. 62. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Clusina Parochialis.

Die Lunæ 28. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Beneficia venientium ad Curiam, & recedentium ab ea, sunt reseruata, si isti decedant intra duas dietas, nulla habita distinctione Curialitatis, vel ne, quod tamen hoc non intelligitur, si talia beneficia sita sint in Vrbe.

SVMMARIVM.

1 *Dietæ legales solent computari viginti milliaria, pro qualibet die.*
2 *Beneficia venientium ad Curiam, & recedentium ab ea, vel decedentium intra duas dietas, sunt reseruata, & num. 12.*
3 *Et ita reseruatio habet locum, siuè isti sint Curiales, siuè non, & nulla habita distinctione negotiorum. vide num. 5. & num. 11.*
4 *Text. in cap. præsenti, de præben. in 6. generaliter loquitur.*
6 *Capit. præsenti. de præben. in 6. est intelligendum discretiuè.*
7 *Sedes Apostolica, & Romana Curia idem est.*
8 *Cap. 2. de præben. in 6. nullam constituit differentiam ad effectum reseruationis, inter Vrbem, & Romanam Curiam, de morientibus apud Sedem.*
9 *Cap. præsenti de præben. in 6. declaratur.*
10 *Curialitatis distinctionem, stylus Datariæ numquàm attendit, quando agitur de reseruatione beneficiorum vacantium, apud Sedem, quæ non sunt sita in Vrbe.*
13 *Auditor Cameræ negari non potest, quin sit de primarijs Iudicibus Curiæ.*
14 *Curialitatis qualitas, requiritur in decedente apud Sedem, ad hoc vt eius beneficia sita in Vrbe, sint reseruata.*
15 *Papa, si beneficia vacantia apud Sedem intra mensem non conferat, expirat reseruatio.*
16 *Cap. Statutum, de præb. in 6. est antiquatum, & abrogatum, per Extrauag. Bonifac. VIII. prima, de præben.*

DECISIO CL.

Vacante Beneficio, de quo agitur de mense Iunij 1630. de eo, ordinaria auctoritate fuit prouisus Franciscus, & postea Sebastianus illud obtinuit à Sede Apostolica, cum narratiua, quod vacauerit per obitum Dominici Ferrini, qui priùs accesserat ad Vrbem, & mox recedendo intra duas dietas obijt; & ex indè idem Sebastianus obtinuit Breue de capienda possessione nomine Cameræ, ac sententiam super Immissione, & declaratoriam. Cæterùm appellatione interposita rescriptum fuit cum clausula, arbitrio, super quo, cùm esset suscepta disputatio, ordinatum fuit, vt videretur de bono iure, apposito sequestro, & hodiè eo discusso, dictum fuit constare de bono iure Sebastiani prouisi Apostolici.

Quia ex testibus datis formiter examinatis, constat Dominicum venisse ad Vrbem, & adhuc febricitantem à Curia recessisse, ac in terra Cottanellæ obijsse, quæ cùm reperiatur intra duas dietas legales, dum ab Vrbe distat per 35. milliaria tantùm, vt dicunt Testes dati, & Communitas
1 eiusdem Terræ fidem facit, † dictæ autem dietæ legales soleant computari viginti milliaria, pro qualibet die, *l. vicena millia, quæ est prima, ff. si quis caut.* & hoc ipsum determinat *glos. in cap. præsenti, in verbo legales. de præb. in 6.* inde colligitur clara reseruatio desumpta *ex cap. præsenti, in princip. de præben. in 6.* in qua consistit substantia boni iu-
2 ris Sebastiani, vbi reseruantur Beneficia venientium † ad Curiam, & recedentium ab ea, & decedentium intra duas dietas, quæ etiam clariùs repetitur in *Extrauag. Ad regimen.* innouata per regulas, secundùm *Put. decis.* 100. *in fine, lib.* 3. ibi, *necnon quorumlibet pro quibuscunquè negocijs ad Romanam Curiam venientium, seù etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia vltra duas dietas legales non excedentibus, forsan obierit.*

3 Et in hac reseruatione non est † constituenda differentia personarum ad Vrbem venientium, aut recedentium, siuè Curiales sint, vel non; nam in textu, & Legati, & Nun-
4 tij Sedis includuntur, & demùm † qui vis alij, quæ verba exponuntur per *Glos. siuè Curiales, siuè non*, & eundem sensum habuit *Gulielmus de Monte Lauduno in d. capit. præsenti, & vtrùmquè Rota sequuta est in causa Sabinen. beneficij 24. Martij 1631. coram Domino meo Verospio.*

5 Similiter nequè distinguenda sunt † negocia, pro quibus, quis Curiam ingreditur, & ab ea recedit; scilicèt peregrinationis, recreationis, negociationis, litis, & similium, aut pro eisdem, ad quos destinantur accedentes ad Vrbem, & postea recedentes, quasi in hac parte Vrbs ipsa sit distinguenda à Curia, nam si ad Vrbem, nulla adsit reseruatio; Si verò ad Romanam Curiam intret reseruatio; prout eum-
6 dem textum in *cap. præsenti* discretiuè † videntur intellexisse *Ioan. Andr. ibidem num. 5. Gemin. num. 4. Butr. num. 5.* dicentes Sedem Apostolicam, & Romanam Curiam idem
7 † esse, & ideò posse inferri huiusmodi distinctionem, secundùm qualitatem negociorum, & eorum, cùm quibus negocia veniant pertractanda.

Quia sicuti in principali reseruatione, de qua in *cap. 2.*
8 *eiusdem tituli de præben. in 6.* de morientibus, † apud Sedem nulla constituitur ad effectum reseruationis differentia inter Vrbem, & Romanam Curiam, nisi in limitatione casuum expressorum in secunda parte dicti *cap præsenti*, vt plenè firmatur in eadem *decis. Sabinen. beneficij*; ita nec etiam est habenda ratio dictæ distinctionis in ampliatione reseruationis, quòad accedentes, & recedentes à Romana
9 Curia, de qua in *d. cap. præsenti*, † ex cuius lectura patent duæ partes principales; in prima disponitur de venientibus, & recedentibus à Romana Curia, qui obierunt intra duas dietas, & de hac non est quæstio inter scribentes, quod
10 quis veniat ad Vrbem, vel ad Curiam, † & stylus Datariæ, semper fuit non attendere hanc distinctionem; secunda verò pars est, quæ incipit, ibi, *Idem est si aliquis Curialis*, & in casibus ibi expressis benè est habenda ratio Curialitatis; sed de prædictis nunc non agitur, & quatenùs daretur, vt ad qualitatem negociorum esset recurrendum pro di-
11 stinctione † Curialitatis, difficultas sublata remanet per *Extrauag. ad Regimen.* semper innouatam per *Regul. Cancellariæ*, vt dicit *Put. alleg. decis. 190. lib. 3.* vbi pro quibuscumquè negocijs, venientes, & recedentes, & morien-
12 tes intra duas dietas † includit; & nihilominùs siuè attendatur negocium tractatum coram A. C. siuè coram Cardinali Episcopo Sabineñ, de quibus deponunt Testes dati, semper negocia prædicta ad Curiam pertinent; nam quò-
13 ad A. † C. negari non potest, quin sit de primarijs Iudicibus Curiæ *Clem. Ne Romani, in verbo, expirare, de elect.* quò verò ad Cardinalem Episcopum, cùm habeat suas facultates, de quibus in Breui dato, exercendi iurisdictionem in Curia, non potuit Dominicus intrare Vrbem, quin ad Curiam venerit, in qua negocia iudicialia tractantur.

Demùm ad eundem effectum reseruationis non est habenda ratio Beneficiorum vacantium per obitum prædictorum, nisi quando morientes obtinent Beneficia sita
14 † in loco Curiæ, prout sunt Cappellaniæ, Clericatus, & Beneficiati Ecclesiarum Vrbis, quæ ex clara dispositione *d. cap. præsenti, §. sane*, debent morientes habere qualitatem Curialitatis ad eundem effectum reseruationis, prout refert *Simonett. de reseruat. quæst. 30.* & exinde emanarunt infinitæ decisiones, *in Romana Clericatus, Romana Beneficiatus, Romana Cappellaniæ*, quæ recensentur in decisione *Sabinen. Beneficij*, inter quæ Beneficia, non est, de quo agitur, sed in Diocesi Clusina, vt narratur in literis Sebastiani.

Non obstat, quod obitus Domini contigerit die primo Iunij, prouisio vero Papæ legatur die 14. Iulij, & sic post
15 † mensem à quo reseruatio expirat per *cap. Statutum, eod. tit. de præben. in 6.*

16 Quia dispositio † *dicti cap. Statutum* fuit antiquata, & abrogata per *Extrauag. Bonifacij VIII. prima, de præben.* incipit *Piæ sollicitudinis*, de qua abrogatione testantur *Rota decis. 12. de præben. in nou. Lap. alleg. 96. Simonett. de reseruat. q. 30. Gomes. in reg. de triennal. quæst. 31. num. 5.* & quàmuis non defuerint, qui contrarium defendant; veriorem tamen, & certiorem probarunt *Gonzal. super regul. 8. in proem §. 6. num. 148. Garzias de benefic. par. 5. c. 1. nu. 100.* qui contrarijs satisfaciunt, & responsiones datæ placuerunt Dominis, & cum illis transierunt.

Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Assecurationis.

Die Lunæ 28. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Tractatur de assecuratione Nauium, quando scilicet dicatur venisse casum obligationis. Et nonnulla circa nomẽ Nauium. Testes in concursu, qui præferantur.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis casus, quando euenit, tunc statim dicitur commissa stipulatio, & ex ea agi potest.*

2 *Identitas, quando certior reddatur.*

3 *Nauis qualibet suo nomine proprio nominatur, vt euitetur incertitudo, quæ in appellatiuis genericis causatur.*

4 *Nauis, quando assecuratur, non intelligitur assecurata ea, quæ à proprietate verbi Nauis discordat.*

5 *Significatio duplex, quando concurrit in aliqua re, tunc magis propria est sequenda, & tenenda.*

6 *Nauis nomen, certam, & indiuiduam speciem nauigij non continet, sed magis generis est, comprehendens plures species Nauium, sub se.*

7 *Probatio non debet esse possibilis, sed necessaria.*

8 *Regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam.*

9 *Testis deficiens in ratione, non probat.*

10 *Testis non informatus, de re super qua examinatur, non attenditur.*

11 *Nauis nomen est genericum, & conuenit pluribus nauigijs.*

12 *Testium dicta, quæ obscurantur, & reuocentur à contrarijs probationibus non attenduntur.*

13 *Homines distinguũtur inter se ex proprio nomine, quàmuis toti sint homines.*

14 *Peritis in arte statur.*

15 *Testes, qui in suo dicto ostendunt se peritiores, & verisimilia deponunt, præferuntur alijs.*

16 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*

DECISIO CLI.

RESolutum fuit sub die 18. Iunij 1631.* factũ esse locum Assecurationi Nauis deprædatæ; & hodiè eadem disputatione reassumpta, idem fuit responsum.

Quia factum deprædationis non controuertitur; nec per
1 consequens potest dubitari, † quin statim fuerit commissa
stipulatio, & ex ea agi possit, per *l. fænerator. versiculo si Nauis, ff. de Naut. Fænor. Specul. in titulo de oblig. & solut. in principio. Castren. in leg. nauem Saiphei. num. 4. ff. de locat. & conduct. cum alijs in prima decisione allegatis*, & quæstio de certitudine nauigij assecurati videbatur sufficienter sublata ex denominatione eiusdem Nauis nuncupatæ l'Elefante ex Patrono, seù Gubernatore, & Magistro Iacobo de Cormelijs Belga; maximè quando, & nomen alteri Nauigio non conuenit, & persona Magistri non præest pluribus Nauibus, vt in præsenti probatur: quia
2 tunc † identitas certior redditur, *Bartol. in l. demonstratio falsa. num. 14. ff. de cond. & demonst. cum allegatis per Gratian. discept. 883. num. 3. &* 4. & magis ad rem hanc, idem *Bart. in l. quod in rem 24. §. & si nauem, ff. de legat. pri-*
3 *mo*, dicens, quod ideo quælibet Nauis † suo nomine proprio nominatur, vt euitetur incertitudo, quæ in appellatiuis genericis causatur, *Stracca de Mercat. tit. de Nauibus par. 2. num. 23. & de Assecur. glos. 8. num. 1. versic. de nauibus.*

Non obstat vnicum, & quod semper fuit principale fundamentum Assecurantium, scilicet in chirographo assecurationis esse factam mentionem de Naui, quæ non genericè in contractibus assecurationum est accipienda, sed propriè, & specificè tanquam distincta ab alijs nauigijs, vt dicunt Testes examinati post extensionem Decisionis, quæ
4 reuidetur; vt propterea † assecurata Naui non intelligatur
assecurata Vrca, quæ à proprietate verbis, Nauis, discordat, & ab ea nedum in contractibus non sit recedendum, *Mantic. de contr. lib. 22. titulo 14. numer. 3.* sed in concur-
5 su duplicis † significationis magis propria veniat sequen-
da, & tenenda; vt dicit idem *Mantic. dict. lib. 22. tit. 16. num. 6.*

Quia cum dicta Testium prædictorum tendant contra
6 regulam in prima decisione firmatam, † nempè nomen
Nauis, certam & indiuiduam speciem nauigij non continere; sed magis generis esse, comprehendens plures species Nauium sub se, per *l. primam, §. magistrum autem, versic. Nauem accipere debemus, ff. de exercit. Act. l. prima. §. ait Prætor. ff. de Fulmin. l. 2. ff. de capt. & post lim. reuers. l. 1. C. de manib. non excus. lib. 11. l. finali. ff. de fund. instruct.* debent in dicto concludere hanc negatiuam, contra regu-
7 lam, & per rationes indubitatas; aliàs probatio erit † possi-
bilis: sed non necessaria, & reuelans, prout requiritur contra habentem regulam pro se, qui dicitur habere rem certam, *Bart. in l. secunda, in principio. ff. si quis in ius vocat. Becc. consil. 7. num. 17. Surd. decis. 75. num. 8.* & habere
8 † fundatam intentionem, *Dec. in l. prima in 2. notab. ff. de*
regul. iur. Soccin. Iun. consil. 182. num. 5. volum. 2. idem *Surd. decisione 126. numer. 2.* tales autem ex discussione depositionis illorum esse non videntur, non primi duo Testes absquè interrogatorijs assecuratorum examinati: quia Primus super septimo dicit se nescire, quod reperiatur nauigium, quod appelletur Vrca; & tamen ab om-
9 nibus alijs conuincitur, adesse; secundus verò † deficit in
ratione; dum super tertio, & sexto, respondit secundùm suam intelligentiam, quod intelligatur facta assecuratio de Naui effectiua, quæ nihil concludit, non probata eminenti peritia ex qualitate Testium, qui sunt proxenetæ, iam exclusa, præterea confundunt intelligentiam Nauium, quas dicunt effectiuas; dum asserunt, quod Barcha, Pollacha, Saettia, Tartana non sint Naues; sed non propterea argumentum à sufficienti partium enumeratione concludunt, quod scilicet Vrcæ, Bertoni, & similes non sint Naues; similiter, & alij tres Testes, cum Interrogatorijs, examinati; quàmuis super articulis dicant adesse Naues effectiuas ab alijs nauigijs distinctas; attamen dum
10 interrogantur, deteguntur † malè informati de rebus ma-
ritimis; nam primus, iuxta nonum ignorat, quæ sint nauigia de Altobordo, & ostenso folio, in quo Vrcæ sub diuersis formis erant delineatæ, non recognouit illas ab a-
11 lijs nauigijs; secundus verò Testis non negat nomen †
Nauis esse genericum, & conuenire pluribus nauigijs, quamuis neget nomen Nauis conuenire Vrcis; sed in ratione decipitur; dum dicit iuxtà nonum, non conuenire propter diuersitatem puppis, quam, & ipse conuincitur ignorare; dum ostenso eodem folio, in quo puppæ non differunt, Vrcam pro Naui assignat; demùm tertius ex prædictis ignorat, quid sit Nauis Characca, & super eodem folio confundit se nuncupando vnam ex prædictis formis delineatis, Galeonum, alteram Bertonum, & tertiam Nauim, quod propriè pertinet ad eos, qui vltra crepidam manum apponunt.

Cæterùm si aliquid esset deferendum prædictis Testi-
12 bus, † id totum obscuratur, & remouetur ex contrarijs pro-
bationibus Assecuratorum; nam duo Testes formiter examinati, magis distinctè, & per rationes concludentes probant, nauis nomen pluribus nauigijs conuenire, nec reperiri speciem nauigij, quæ vni tantùm conueniat; vt propterea soleant nuncupari, & appellari nomine particulari ad distinguendum indiuiduum à sua specie; prout inter ho-
13 mines † distinguitur Petrus, à Ioanne; quàmuis tamen Ioá-
nes sit homo sicuti Petrus; & vlterius distinguunt Naues de Altobordo ab alijs inferioris qualitatis, quæ nuncupantur Vascelli, non autem Naues, cum quibus conueniunt attestationes Consolatuum Vrbis, Neapolis, & Liburni, quibus
14 Rota solet multum deferre, † vti de re maritima benè in-
formatis, & prout verè fidem adhibuit *in decis. 126. num. 1. coram* Papa *Gregor. XV.*

Quare si etiam ageretur de concursu, non autem ad infirmandam Assecurantium probationem, prout verè tendit hæc postrema probatio; essent nihilominùs præferendi Te-
15 stes Assecuratorum, quia † Peritiores in dicto se osten-
dunt, verisimiliora deponunt, & cum regula iuris se conformant, *Rota decisione 748. numero 6. parte 2. recent. & 239. numero 2. 449. num. 5. 472. num. 3. coram* Papa *Gregor. XV.*

Demùm non obstat, quod Testes Assecurantium deponant, & concludant de consuetudine in apochis assecurationum solere exprimi qualitates particulares ipsarum Nauium.

Quia sufficit respondere non adesse legem prohibitiuam, & actus annullatiuam, si secùs actum fuerit; interim
16 † autem contractus legem accipiunt ex conuentione par-
tium, *l. prima, §. si conuenerit, ff. depositi. l. legem, C. de pact. Mantic. de contract. lib. 1. tit. 14. num. 5.*

Et ita &c.

* Est decis. 54. supra in hac eadem parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana de Pacificis.

Die Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

De prælatione circa hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio in hæredibus, quando considerari possit.*
2 *Coniunctum præferri disiuncto, quando hoc dicimus, significamus etiam disiunctum esse vocatum, licet post coniunctum.*
3 *Mulier agens hypothecaria præfertur creditoribus anterioribus.*
4 *Prælatio non cadit, nisi inter personas habentes ius in eo, in quo prælatio datur.*
5 *Testatoris verba, qualiter sint intelligenda.*
6 *Personæ omnes, inter quas Testator declarat se velle seruari prærogatiuam, censentur vocati ad hæreditatem vnam post aliam.*
7 *Prælatio non inducit ex necessitate vocationem.*
8 *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
9 *Text. in leg. Lucius, ff. de hæred. instit. declaratur, & num. 11.*
10 *Filij in conditione positi, possunt aliquod commodum sperare, per accidens.*
12 *Textus in leg. cum plures. 78. §. pater. ff. de leg. 2. declaratur.*
13 *Priuatio in certo, & speciali casu, præsupponit vocationem in alijs casibus.*
14 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
15 *Hoc tamen non procedit, quoad ea, in quibus, vel eadem, vel maior ratio includendi militat.*

DECISIO CLII.

TIburtius Pacificus instituit hæredes vniuersales Pacificum, Statilium, & Alexandrum filios, quos & eorum filios, & descendentes masculos legitimos, & de legitimo matrimonio natos ad inuicem substituit, exclusis semper fœminis, itaut linea vnius alteri succedat, Quibus omnibus deficientibus sine filijs legitimis, & naturalibus, & sic in casum extinctionis lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis, omnium, & singulorum dictorum suorum filiorum, voluit, quod succedat, & succedere debeat Agapitus Pacificus eiusdem testatoris ex fratre nepos, & eius descendentes legitimi, & naturales masculi, de legitimo matrimonio procreati, fœminis & naturalibus, & ex eis descendentibus semper exclusis. Et decedente Agapito, & suis filijs, & descendentibus, vt supra, si superstites fuerint sibi filiæ fœminæ, & descendentes fœminei sexus, voluit, quod ipsæ non præferantur filiabus fœminis, & descendentibus fœminei sexus ex dictis Pacifico, Statilio, & Alexandro, & eorum descendentibus, vt supra, seu illorum altero, quinimò tali casu voluit illas, & descendentes ex eis præferri in successione, & quatenùs non extarent filiæ filiarum filiorum, & earum descendentes, voluit isto casu naturales, seù quomodolibet illegitimos masculos ex filijs succedere, & præferri filiabus fœminis, & descendentibus etiam legitimis, & naturalibus, ex fœmineo sexu ex dicto Agapito.

Post obitum Pacifici, & Alexandri, vltimo loco decessit Statilius nullis superstitibus filijs, & sic extincta linea ipsius testatoris, cum iam eum prædecesserit Agapitus relictis filiabus fœminis. Dubitaui an constaret de fideicommisso ad earum fauorem, & affirmatiuè fuit resolutum, quia cum Testator noluerit filias Agapiti præferri filiabus filiorum, aut illegitimis, sed voluerit filias filiorum, & descendentes ex eis, necnon illegitimos in earum defectum præferri, hæc
1 † prælatio in casu isto non potest considerari, nisi data omnium vocatione, §. *præferuntur inst. ad Tertull.* sic enim,
2 cum dicimus coniunctum † præferri disiuncto, significamus etiam disiunctum esse vocatum, licet post coniunctũ, *l. vnica, § his ita definitis, C. de caduc. tollend. l. hæredes sine partibus 63. ff. de hæred. instit. l. prima, §. idem est, ff. de vsu-*
3 *fruct. accresc.* & simili modo, cum † dicimus mulierem agentem hypothecaria præferri creditoribus anterioribus, vtiquè supponimus etiam creditores anteriores habere hypothecam, sed in ea mulierem esse potiorem, *leg. vlt. C. qui potior. in pignor. habeant. § fuerat, instit. de action. §. his consequens. Auth. de equalit. dot. collat.* 7. aliàs enim, hypothecam non haberet si frustra de prælatione disputaretur, quia
4 † prælatio non cadit, nisi inter personas habentes ius in eo, in quo prælatio datur, *toto tit. ff. qui potior. in pign. habeantur*, & propterea dicendum est, quod verba testatoris
5 † denotant ordinem succedendi, non verò totalem exclusionem, *l. 2. §. si mater, & §. cum enim ff. ad Tertull.* Vnde fit, quod omnes personæ, inter quas Testator declarat, se
6 velle seruari prærogatiuam censeri debeant ad † hæreditatem vocatæ gradatim, vna post aliam, vt ferè in istis terminis post rationes prædictas, considerat, *Bellonus in consil. 72. num. 31. cum seq.*
7 Non obstat, quod prælatio † non inducit, ex necessitate, vocationem, vt *in l. Lucius, la seconda ff de hered. instit.* in qua datur prælatio respectu substituti, nedum fratri expressè vocato; sed etiam filijs fratris, positis in conditione, qui
8 propterea † non erant vocati, vt ibi in fine: *Non enim fratrem solum heredem pretulit substitutis, sed etiam eius liberos*, & ibi *glos.* dicit, quod cum filij in conditione positi nõ sint vocati tacitè, præferuntur substituto, scilicet ab intestato. Nam fuit responsum hæc non applicari ad casum nostrum, cum non agatur de excludendo substituto, aut de fa-
9 uore grauati iuxta casum dictæ *legis* † *Lucius*; cõditio enim si sine liberis, de qua in dicta lege, principaliter ponitur in fauorem grauati, vt minùs censeatur grauatus, vt est de natura omnium conditionem, quæ ponuntur ad suspendendam dispositionem, non autem ad disponendum. *Bart. in l. illis liberis, ff. de condit & demonstr. & in l. Lucius, ff. de aliment. & cibar. legat. Alciatus consil.* 128. *num.* 7. & 8. &
10 licet ipsi filij † in conditione positi possint aliquod commodum sperare, idest per accidens, si Pater grauatus voluerit illis filijs relinquere, quod non est in consideratione, vt in *l. si quis neque causam, ff. si cert. petat.* & sic in casu dictæ *l. Lucius, la seconda*, vtraquè prælatio intelligitur ad exclusionem substitutorum, de qua ibi principaliter dubitabatur, *Alexander Trentacinquius de substitut. par. 4. cap. 11. num. 21. versic. iste textus ex dictis ponderationibus. Ludouicus de Cæsanate cons. 48. num. 3.* sed dicta non applicantur ad casum nostrum, quia filiæ Agapiti non sunt positæ in conditione, ad exclusionem substituti, sed solùm ad effectum prælationis filiorum testatoris, & earum descen-
11 dentium, & illegitimorum, quare non intrat ratio dictæ † *l. Lucius*, quod filij in conditione positi præferuntur substituto ab intestato; si Pater grauatus voluerit illis filijs relinquere, & vt minùs ille censeatur grauatus, quia in hac dispositione, licet filiæ Agapiti fuerint positæ in conditione, id tamen non fuit fauore ipsius Agapiti ad exclusionem substituti, neque etiam eis poterat deberi successio ab intestato, cum alij expressè essent vocati, etiam testator voluerit per fideicommissum præferri in successione filiabus dicti Agapiti, filias filiorum, & eorum descendentes, necnon illegitimos. Vnde dicẽdum est nos versari in puris terminis, quando in dispositione, vnus in successione alteri præfertur, quo casu ex supradictis omnes sunt vocati gradatim, vnus post alterum.

Et resolutio principalis confirmatur ex textus in *leg. cum plures 78. §. Pater, ff. de legat. 2.* vbi Pater instituta filia, sic disposuit: *Peto cum morieris, licet alios quosquè filios susceperis. Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei*, & subdit textus. Necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes procedere videbatur, qui quidem
12 † textus, licet ex hoc videatur disponere, quod comparatiuum præsupponit positiuum, vt ibi notat *Bart.* ratio tamen benè facit ad propositum, quia cùm in hoc casu adsit fideicommissum ad fauorem filiarum, filiorum, & illegitimorũ, quibus noluit præferri filias ipsius Agapiti, videtur per necessè resultare fideicommissum in euentum, in quem, nec filiæ filiorum, nec illegitimi adessent, cùm testator non simpliciter

simpliciter excludat filias Agapiti, sed solum, quod non
13 præferantur in dictis casibus, & sic † priuatio in certo speciali casu, præsupponit vocationem in alijs casibus, videlicet non existentibus filiabus fœminis filiorum, & illegitimis, *l.decem.117.ff.de verbor.obligat.l.4.§.condemnatum, ff.de re iudicata.l.nec.virilem 20.ff.ex quibus caus.maior.*
14 Neque obstat, quod † inclusio vnius, est exclusio alterius, ideoq; cum sint inclusæ filiæ filiorum, & illegitimi, resultet exclusio filiarum Agapiti, *l. cum prætor, ff. de iudic.*
15 Quia hæc regula non habet locum, quoad ea in † quibus, vel eadem, vel maior ratio includendi militat, *glos. in d.l. cum prætor, in verbo videtur, in princ. Felin. in cap. nonne, num.5. de præsumpt. Dec. in cap. secundo requiris. num.7. de appellat. Benincas. in §. actionum, num.217. instit. de action. Gerardus Mazolus cons.* 10. *num.* 28. *Scraderus cons.* 14 *num.*298. *vol.*1. *Surd.cons.* 543. *num.* 41. *in fin. vol.*4. At in casu isto, vt supra probatum fuit militat eadem ratio includendi gradatim filias Agapiti, sicuti filias filiorum, & illegitimos, cùm Testator illas non simpliciter excluserit, sed solum extantibus dictis filiabus filiorum, & illegitimis.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Tridentina Decanatus, & Canonicatus.

Die Lunæ 5. Iulij 1632.

ARGVMENTVM.

Immissionem, si quis petat ex capite reseruationis, quid probare teneatur, & quid, quando aliquis est gratiosè subrogatus, Beneficia cadunt sub reseruatione, cum sua qualitate. Immissus semel in possessionem ampliùs immissionem petere non potest, & quando secùs.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates primæ in Cathedralibus sunt reseruatæ.*
2 *Immissionem, si quis petat, ex capite reseruationis, tenetur iustificare totam gratiam principalem.*
3 *Mors probatur ex partita libri extracta per Parrochum.*
4 *Probatio nulla est maior, quàm propriæ oris confessio.*
5 *Dignitates Ecclesiasticæ; quàmuis sint electiuæ, nihilominus cadunt sub reseruatione.*
6 *Beneficia, quæ sunt debita certo generi personarum, cadunt sub reseruatione cum sua qualitate.*
7 *Priuilegium concessum, motu proprio, non eget aliqua iustificatione.*
8 *Subrogato gratiosè, quando est concedenda immissio, sufficit, quod doceat de reseruatione, Clericatu, & obitu defuncti in possessione.*
9 *Clericatus probatur ex literis patentibus.*
10 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione, satis illam probat.*
11 *Possessor semel, semper præsumitur possessor vsque ad obitum.*
12 *Et hæc præsumptio habet locum, quando allegatur ab ipso possessore, vel eius successore, quod procedit etiam in subrogato gratiosè. num.13.*
14 *Immissus semel in possessione m, non potest iterùm petere immissionem.*
15 *Immissus semel in possesionem, debet agere remedio retinendæ, vel recuperandæ.*
16 *Immissio, quando non fuit effectuata, tunc cessat ratio, quod quis debeat agere remedio retinendæ, vel recuperandæ.*
17 *Intrusio, non datur sine possesione.*

DECISIO CLIII.

IOannes Tudeschinus, qui obtinuit à Sanctiss. D.N. prouideri de Decanatu Ecclesiæ Tridentinæ, in supplicatione narrauit, dictum Decanatum esse primam dignitatem, in subrogatione verò gratiosa, expressit reseruationem ex eo, quod idem Decanatus vacauit de mense Septembris. Vnde non est agendum de reseruatione ex eo, quod Decanatus sit prima dignitas, quia licet sine diffi-
1 cultate primæ dignitates in Cathedralibus, † sint reseruatæ, ex deductis per *Gonzal.glos.51.num.55. & Garz. de benef.par.5.cap.1.num.*256. & fuit latè deductum in causa *Burgen. Præpositura 27. Iunij 1621. coram Eminentissimo D.meo Card. Verospio*; Attamen d. Ioannes non potest vti ista reseruatione, cum non iustificet totam gratiam
2 principalem, † prout teneretur iustificare, si ex isto capite reseruationis peteret immissionem, *Rota decis.70.num.1. & decis.715.num.3.par.3. recent.* & dixit distinguendo *Rota in causa Burgen. de Pancoruo 28. Nouemb.* 1588. *coram Gyps.* & meis temporibus *in causa Miranden. Parrochialis 17. Maij 1600. coram bon.mem. Penia*, discusso tunc plenè articulo, præsertim per recol. mem. Hieronymum Cardinalem Pamphilium, tunc insignem nostri ordinis Auditorem.

Agendũ est igitur de reseruatione, ex vacatione de mense Septembris, quam vacationem potuit capere Ioannes, cùm in eadem supplicatione diuersæ, non autem contrariæ gratiæ possint expediri, *vt in causa Vallisoletana Scholastriæ 17.Iunij 1602.coram bo.mem.Cardinali Lancellotto, & in causa Nouarieñ Beneficij 5. Iulij 1610. coram me*, in quibus aliæ decisiones allegantur, & passim sine difficultate seruatur. Quod autem iste Decanatus vacauerit de mense Septembris, & iste mensis sit reseruatus,
3 primùm probatur † ex partita libri extracta per Parrochũ, *Rota in recent decis.70 num.4.par.1. & decis.605.num.4. par.2. & coram me in decisione impressa 428.num.1.* maxi-
4 mè cum concurrat † confessio Capituli se opponentis, *l. cum te, C.de transact. Rol.cons.75.num.25.lib.2. Caputaq. decis.107.num.2.par.3.* Secundùm verò, quod mensis Septembris sit reseruatus, probatur ex concordatis ipsis, & non controuertitur. Vnde cum Decanatus verè sit prima dignitas in Cathedrali Tridentina, & vacauerit in mense Septembris reseruato, nedùm potest capi reseruatio, ra-
5 tione temporis, etiam quod ista † dignitas esset electiua, quia nihilominus est reseruata, & fuit resolutum in causa *Paderboneñ. Præpositura 30. Maij 1588. coram Bubalo*, quæ habetur apud Georgium Branden. in suo tractatu super concordatis *n.3.* & latè ibidem *Greg.quæst.7.*

Ex prædictis licet firmata sit reseruatio, dicebatur tamẽ, illam non posse suffragari Ioanni, quia ex Indulto Clem. VIII. assumendus in Decanum debet habere certas qualitates, ibi, *Ac Decanus eiusdem Ecclesiæ, (scilicet Tridentinæ) dignitatem inibi post Pontificalem maiorem obtinen. Germanus ex vtroque Parente, & linguam Germanicam sufficienter loquens, & in Sacerdotio constitutus esse de-*
6 *beat*, & inde inferebatur, quod cùm Decanatus esset † debitus certo generi personarum, cadit sub reseruatione cum sua qualitate, quam non habet Ioannes, vt conciliando *decis. Put. 160.lib.2. in correctis, & Verall. mihi 314 lib. 2 in manuscript. & glos. magn. in fine, inc. cum Ecclesia tua, de præben. in 6. Aeneas de Falcon. tract. de reseruat. quæst.3. principali, num.22. Gasp. de Perusio tract. de reseruat. cap.2. num.13. dixit Rota in causa Tirasonen. inuali-*

ualiditatis præsentationis 19. Ianuarij 1583. coram Robusterio, & coram bon. mem. Cardinali Seraphino in decis. 1420. num. 3. & coram Penia in causa Meleuitana Beneficij Sancti Marci 14. Nouembris 1605. & in causa Toletana de Mozzarellis 30. Maij 1616. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio, & aduertit Rota in causa Ratisbonen. Canonicatus 13. Ianuarij 1617. coram R. P. D. meo Pirouano.

Huic fundamento fuit responsum, quod aliqua contenta in dicto priuilegio respiciunt certum genus personarum, vt scilicet beneficium debeatur Germanis, aliqua verò respiciunt qualitatem personæ, vt scilicet, quod linguam Germanicam sufficienter loquatur, & quod sit Sacerdos, & quantùm attinet ad primum, Ioannes habet amplissimum priuilegium Sacræ Cæs. Maiest. in quo Imperator nedùm ipsum, & eius fratres, sed eius patrem iam defunctum assumit in numerum, statum, gradum, & dignitatem sui, & Sacri Imperij nobilium, nobilesque dixit, & declarauit, & ab omnibus pro veris nobilibus dici voluit, & cum huiusmodi
7 priuilegium † fuerit concessum Motu proprio, non eget aliqua iustificatione. *Put. decis. 179. num. 3. lib. 2. in correct. Abb. in c. dudum, num. 6. vers. item hic facit, de præs. Dec. cons. 341. num. 5. Catalan. de abolitionibus, cap. 1. num. 43.* vnde, quod plus est, concurrit etiam qualitas requisita in Canonicatu. Licet in hoc iudicio non esset discutiendum, vt statim dicetur; quo verò ad alias qualitates non sunt discutiendæ in hoc Iudicio executiuo, quia non respiciunt re-
8 seruationem, quando enim † agitur de concedenda immissione gratiosè subrogato sufficit, quod illam petens doceat, de reseruatione, Clericatu, & obitu defuncti in possessione, alia enim respiciunt petitorium. *Put. in correct. decis. 208. lib. 1. & 484. lib. 2. Seraphin. decis. 1426. num. 1. Rota in recent. decis. 154. par. 1. & 197. par. 2.* quæ omnia sunt benè probata.
9 Clericatus namque est † probatus ex literis patentibus, *glos. in c. inter quatuor, de maior. & obed. Rota decis. 16. de præben. in antiq. san. mem. Greg. decis. 78. num. 5. et decis. 490. num. 6.* obitus in possessione, probatur ex ipso In-
10 strumento adeptionis possessionis, quæ † possessio Instrumentalis, alio non existente in possessione, satis illam probat, *l. prædia, vbi Bart ff. acquir. possess. Cassad. decis. 20. de præben. Rota diuers. decis. 102. num. 3. par. 1. & decis. 62.*
11 *num. 1. par. 2.* Vnde intrat conclusio, quod semel † possessor semper præsumatur possessor vsque ad obitum, *Rota decis. 4. de probat. in nou. Put. in correct. decis. 19. lib. 2. Alciat. reg. 2. præsumpt. 21. num. 5. in fine*, & quamuis hæc
12 præsumptio habeat † locum, quādo allegatur ab ipso possessore, vel eius successore. *Alciat. loc. cit. num. 2. Put. decis. 11. de caus. poss. et propr.* Attamen cum Ioannes sit
13 gratiosè † subrogatus, satis ad hunc effectum dicitur successor, *san. mem. Gregor. decis. 307. per tot. et ibi additio num. 24.* & fuit resolutum in causa *Meten. Cantoriæ 5. Maij 1627. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, et in causa* Cusentina Abbatiæ *20. Decembris 1628. corā Eminentissimo D. meo Cardinali Virili.*

Non obstat, quod cùm Ioannes fuerit semel immissus
14 † non potest denuò petere immissionem, quia cùm ratio
15 huius conclusionis sit illa, quod semel immissus debet † agere remedio retinendæ, vel recuperandæ, hæc propterea
16 conclusio non procedit, quando vt † in casu isto immissio non fuit effectuata, cum tunc cesset ratio, ex qua debeat agere de remedio retinendæ, vel recuperandæ; & ideò nō prohibetur Ioannes, denuò petere immissionem, vt fuit resolutum in decisione mea impressa 305. num. 6. nec officit, quod ab A. C. fuerit obtenta manutentio, quia postmodùm idem A. C. illam reuocauit ex eo, quod non fuit effectuatio dictæ immissionis probata, vnde ex hoc etiam cessat, quod Ioannes se intruserit, quia cùm immissio non habuerit ef-
17 fectum; non potest † considerari intrusio, quæ non datur sine possessione.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

¶ In eadem causa habentur infra aliæ decisiones, nempè sub die 26. Nouemb. 1632. & 25. Februarij 1633. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

R. P. D. PIROVANO.

Reatina Bonorum.

Die Veneris 5. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius agens contra tertios possessores ad vindicationem bonorum fideicommisso subiectorum, quæ fuerunt alienata, ex causa dotis, quid probare teneatur, Confessiones, & assertiones, quando probent. Et non nulla circa Auth. res quæ, C. comm. de legat. Sententiæ verba, quando sunt ambigua, à quo recipiant interpretationem.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso, alienari possunt pro restitutione dotium descendentium Testatoris.*
2 *Fideicommissarius agens contra tertios possessores, ad vindicationem bonorum vinculatorum alienatorum, ex causa dotis, debet probare adesse bona libera.*
3 *Ex possessione, quis releuatur ab onere probandi.*
4 *Iudicij origo semper attendi solet ad cognoscendam qualitatem Actoris, & Rei.*
5 *Possessio attentata, non admittitur ad releuationem probationis.*
6 *Confessiones, & assertiones, si sint factæ à personis informatis, & sint veresimiles, probant.*
7 *Priuilegium Auth. res, quæ, C. Commun. de legat. est subsidiarium.*
8 *Actio negociorum gestorum est personalis, & ad tertios non pertinet.*
9 *Priuilegium Auth. res quæ, C. comm. de legat. semper intrat, quando agitur de restitutione dotis vxori Testatoris, & num. 12.*
10 *Clausula, omni meliori modo, in fine libelli posita, sustinetur petitio, secundùm verba, quæ congruentiùs, & vtiliùs exprimi debuissent, & potuissent.*
11 *Sententiæ verba, quando sunt ambigua recipiunt interpretationem ab ipso libello, & petitione.*
13 *Protestatio remouet consensum ab actu futurò contrario.*
14 *Protestatio in quolibet actu debet repeti in iudicialibus, aliàs censetur ab ea recessum.*
15 *Sententia prodest tertio ratione connexitatis, & indiuiduitatis.*
16 *Procuratores nouos constituens, priores reuocare videtur.*

DECISIO CLIV.

Resolutum fuit sententiam A. C. & seù deputati ab eo esse confirmandam, quia ex deductis probatur iusta & valida.

Et quòad iustitiam, non dubitarunt Domini de subsistentia

stentia fideicommissi Vincentij senioris de Cappellectis, nec de identitate bonorum, & signanter prædij del communale, & quod euenerit casus fideicommissi, ad fauorem Mansueti, & Fausti de Cappellectis, quia prædicta omnia firmata fuerunt in alia Reatina fideicommissi 11. Ianuarij 1627. coram D. meo Durano. Rursus nec fuit hæsitatum, quin bona eiusdem Vincentij potuerint alienari pro resti-
1 tutione dotium, † descendentium suorum, quando bona libera, obligati, ad eamdem restitutionem deficiunt, sequendo dispositionem, *Auth. res*, C. *commun. de legat.* & prout talia bona libera, non probari adesse, iam fuit firmatum in decisionibus causæ 31. Ianuarij 1629. & 5. Martij 1632. ex quo Cappellecti fideicommissarij Agentes, ad vendicationem bonorum vinculatorum contra tertios pos-
2 sessores, alia superesse bona non probarunt, † prout tenebantur, secundùm veriorem in eisdem decisionibus firmatam, *ex Curt. sen. cons. 27. num. 26.* & alijs cumulatis per *Gratian. discept. 331. nu. 22.* quam obligationem Cappellecti hodie euitare non possunt, ex eo, quod ipsi Auctore Prætore, possideant, non autem Missij, aut Ersilia mater Ioannis Antonij grauati, à quo prætenditur factam fuisse assignationem prædij controuersi pro dote dictæ suæ
3 matris, vt propterea ex possessione † releuentur ab onere probandi, ex eisdem rationibus, quæ pro possessore in eisdem decisionibus firmatæ fuerunt, quia ad cognoscendam
4 qualitatem † Actoris, & Rei semper solet attendi origo iudicij, *Mohed. decis. 5. de Iudic.* cùm alijs allegatis in *Taruisina feudi 16. Decembris 1622. coram me*, in qua etsi ad
5 releuationem † probationis non admittatur possessio attentata, non tamen infertur, quod quælibet alia possessio sit apta ad mutandam qualitatem Actoris, & Rei, propterea cùm Cappellecti negare non possint qualitatem Actoris, semper sustinent onus probandi affirmatiuam existentiæ bonorum liberorum, quam adhuc non probarunt, nec minùs inter bona libera possunt contendere extare Censum scutorum mille, & in redditu scutorum 80. qui in decisione 5. Martij præteriti asserebatur contineri in donatione facta per Ioannem Antonium Petronium, Portiæ, & Ersiliæ de Petronijs eius neptibus, in causa dotis, & matrimonij contrahendi respectiuè cum Saluio, & Martino de Cappellectis. Cum tamen idem cēsus fuerit creatus de anno 1582. tēpore, quo patruus Donator iam decesserit, quia etsi verùm sit, quod Ioannes Antonius viuens Censum prædictum non emerit, & in hac parte error facti patens sit, non tamen inter bona libera Saluij, erit admittendus, sed de iuribus dotalibus Portiæ, & Ersiliæ, est iudicandus, quia in Instrumento venditionis eiusdem Census, quā fecit Syndicus, & Procurator Ciuitatis Ducalis, legitur facta assignatio Saluio Cappellecto stipulante pro Portia Petronia de Cappellectis, vxore Martini supradicti, & pro Ersilia ipsius Saluij vxore, & asserente ducatos mille pro pretio erogatos esse de proprijs pecunijs dotalibus dictarum Portiæ, & Ersiliæ, & abinde citra cùm ageretur de extinctione Census, & idem de eodem pretio reinuestiendo in nouo Censu pecuniæ fuerunt solutæ per Adrianum vti Patrem Martini, & Saluij, & Socerum Portiæ, & Ersiliæ, cùm assertione, quod erant de proprijs pecunijs earumdem Portiæ, & Ersiliæ, ipsi Adriano restitutis ab Vniuersitate, & Hominibus Ciuitatis Ducalis per manus Syndici, & Procuratoris illius vsque dū de anno 1592. vt in Instrumento, quod datum fuit, Communitas Reatis se redemit ab eodem Censu cōsignato pretio Adriano Patri, & Mutio Patruo Saluij, & Martini respe-
6 ctiuè maritis Portij, & Ersiliæ, quæ † confessiones, & assertiones, cùm factæ fuerint à personis informatis, & sint verisimiles, & cōpatibiles, cū donatione Ioannis Antonij, semper probant, *Salic. in l. mater, nu. 1. C. de contrahend. empt.* qui loquitur de confessione inter virum, & vxorem, *Tiraq. in l. si vnquàm, in verbo donatione largitus, num. 100. C. de reuocand. donat.* & pluribus comprobat, *Surd. decis. 325. num. 6. & cons. 489. num. 20. vers. secunda coniectura.*

Supererat vnica difficultas Ersiliam nempe coram Vicario, non petijsse prædij controuersi adiudicationem pro sua dote quam Saluio suo Viro consignauerat, sed pro dotibus, quas eadem Ersilia dixit soluisse Martiæ, & Virginiæ suis filiabus, animo repetendi à viro suo, pro quo credito dice-
7 batur nō † competere priuilegium subsidiarum, *Auth. res*
8 *quæ*, C. *comm. de legat.* sed actionem negociorum † gestorum, quæ personalis est, & ad tertios non pertinet, *Crem. sing. 146. tu scis*, *Camp. de dote part. 1. quæst. 8. Barbos. in l. 1. num. 31 ff. solut. matrim. Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. part. 7. num. 63.*

Verùm in decisione causæ 5. Martij præteriti fuit respōsum in effectu Ersiliam petijsse dotem suam quā erogauerat in soluendis dotibus filiarum suarum, nō autem propriū
9 creditum, & pro † dotis propriæ recuperatione semper intrare priuilegium, *d. Auth. res quæ, Seraph decis. 678. num. 5. cùm alleg. per Fusar. quæst. 532. n. 1. & seqq.* & hodie hoc clariùs patet, ponderatis verbis libelli, & decreti Vicarij inde subsequuti.

Nam Ersilia in eodem libello narrauit de anno 1593. 24. Aprilis se obligasse ad fauorem Sauli Sauarelli, pro scutis 1200. pro dotanda Martia eius filia, illaque soluisse animo repetendi ab eius Viro, qui bonam fidem recognouit & de anno 1596. Monialibus Sanctæ Claræ de Reate, soluisse scuta 300. pro dote spirituali Virginiæ etiam eius filiæ, & Ioannem Antonium filium semper obtulisse consignare bona æquiualentia, pro dotibus prædictis, Ideò instetit bona sibi assignari stātibus supradictis obligationibus, & solutionibus, & quodcumque decretum necessariū, & opportunum fieri, & relaxari omni meliori modo, &c. Vnde cum obligationes Saluij, & bonæ fidei recognitiones sint fundatæ super confessione eiusdem, quod solutiones dotium filiarum factæ fuerint de pecunijs dotalibus Ersiliæ vxoris, pro quarum restitutione obligauit, & hypothecauit omnia bona sua, inde petita consignatio bonorum, vel erit intelligenda de parte dotis propriæ, peruentæ ad manus mariti, &
10 consumptæ in dotandis filiabus, vel ob clausulam † omni meliori modo, in fine libelli positam, sustinebitur petitio secundùm verba, quæ congruentiùs, & vtiliùs, exprimi debuissent, & potuissent, *Bald in l. quoties, num. 3. C. de hæred. inst. Soccin. in cap. 2. art. 13. n. 2. de libell. oblat. Mantic.* latissimè *de coniect. lib. 3. tit. 14. nu. 11. Simon. de Præt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 4.* & ex eodem libello, seu peti-
11 tione sententia Vicarij recipere debet † interpretationē, dum decreuit, quod bona consignētur Ersiliæ pro dotibus, vt supra solutis, scilicet ex pecunijs dotalibus ipsius assecuratis, & hypothecatis super dictis bonis, sequendo *glos. in cap. dudum, de decimis, Crescent. decis. 6. de sent. & re iud. Rota decis. 243. num. 2. par. 2 recent.* Maximè quia, & idem decretum cōtinet clausulam, omni meliori modo, & fideicommisso allegato non obstante, mādatum relaxauit, signū
12 euidens, quod intellexit de credito dotali inhærente † Priuilegio *Auth. res quæ*, non autem de alio, pro quo bona vinculata alienari non possunt.

Quò verò ad validitatem eiusdem sententiæ ex reuolutione Actorum de ea sufficienter constat.

Neque obstat allegatus defectus iurisdictionis ex eo, quod in locum primi Iudicis per Signaturam Iustitiæ deputati, non potuerit per A.C. subrogari secundus, qui vltimo loco pronunciauit.

Quia semper fuit consensum in iurisdictionem vltimi Iudicis deputati, dum Iacinthus Corona procuratorio nomine Fausti, & Mansueti de Cappellectis in actis comparuit sub 14. & 19. Nouembris 1625. absque iurisdictionis decli-
13 natione, aut alia protestatione, per quam esset † remotus consensus, ab actu futuro contrario, prout necessarium erat, *Dec. in cap. cum M. Ferrariensis num. 98. & Ripa, num. 101. de const. Seraph. decis. 859. num. 5.* nec sufficeret facta protestatio in prima comparitione, sed in qualibet
14 debuisset † esse repetita cùm versemur in iudicialibus, *Put. decis. 213. lib. 2. in nou. Seraph. decis. 502. num. 3. 1057. num. 2. & 1169. num. 7.* & nihilominùs tam prima, quàm secunda, quæ dantur in Summario additionali nullam continent protestationem.

Non obstat, secunda nullitas opposita, ex defectu mandati, tàm dicti Iacinthi comparentis pro Fausto, & Mansueto, quàm Ioannis Dominici Martij comparentis pro Sauarallis, & Missorijs.

Quia

Quia quòad Iacinthum cessat obiectum ex Instrumento mandati sub die 23. Martij 1623. in publicam formam dati, & similiter quòad Ioannem Dominicum datur in eodẽ Summario additionali, Instrumentum mandati de anno 1624.30. Nouembris, cùm clausulis amplissimis ad omnes, & singulas, ipsorum Sauarelli, & Ersiliæ constituentium causas Ciuiles, tàm motas quàm mouendas.

Nec releuat, quod dictus Ioannes Dominicus sit Procurator in alia causa. In hac autem Melchiades Gualteriũ, vt ex Instrumento dato in Summario de Cappellectis numero 14.

Quia verum est, quod Christophorus, & alij de Sauerellis de anno 1622. 25 Octobris, constituerunt eorum Procuratorem Melchiadem Gualterium, sed itidem, verùm est, quod Christophorus Sauarellus, & Ersilia Petronia præuia reuocatione primi Procuratoris, constituerunt dictum Ioannem Dominicum Martium eorum Procuratorem de anno 1624.30. Nouembris, & illimet in sententia A. C. nominãtur tamquàm necessarij defensores, & quàmuis fratres Missorij constituerint eorum Procuratorem eũdem Melchiadem de anno 1623.21. Maij, non autem Ioãnem Dominicum, ex hoc tamen non infertur ad diuersitatem causæ, quia in eadem Missorij se defendebant, tamquàm emptores, & possessores Predij controuersi, & Sauarelli, & alij litis consortes comparebant tamquàm datores, & necessarij defensores, pro quorum interesse princi-
15 paliter sustinetur sententia, & † alijs, prodest ratione connexitatis, & indiuiduitatis, *l. si communem, ff. si seruit. vend. Alex. in l. sæpe, num. 48. ff. de re Iudic. Surd. cons. 190. num. 13. 231. num. 6.* & similiter mandatum Francisci Coronæ, qui per Faustum, & Mansuetum dicebatur cõstitutus Pro-
16 curator, expirauit † per constitutionem Iacinthi Coronæ, biennio post, ab eisdem deputati, *l. si quis, §. final. ff. de procurator. l. Procuratoribus, C. eodem tit. Aegid. decis. 529. Vant. de nullit. sent. ex defectu mandati. num. 163.*

Demùm non obstat tertia nullitas, ex defectu legitimæ citationis ad sententiam, quia supposito legitimo mandato Iacinthi, prout supra fuit probatum, citatio non deficit ad sententiam, quia Iacinthus verè fuit citatus, & de ea ex actis constat.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Ianueñ separationis Thori.

Die Mercurij 24. Nouemb. 1632.

ARGVMENTVM.

Ad separationem Thori, vt deueniatur, quid sit necessarium, vt probetur, Magistraliter, & doctè, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Thori separatio, vt habeat locum, requiritur sæuitia præterita, & talis timor futuræ, vt mulieri trepidanti non possit prouideri per sufficientem securitatem, & num. 34.*
2 *Sæuitia præterita, ad hoc, vt suffragetur ad effectum separationis thori, requiritur, vt actus, ex quibus illa deducitur, sint plures.*
3 *Item etiam requiritur, quod sit magna, & immoderata.*
4 *Viro, præsertim ex causa, ad vxoris emendationem, modica, aut leuis sæuitia permittitur. & num. 18.*
5 *Testis fides augetur, ex eo, quod sit ex nobilissimo genere.*
6 *Matris testimoniũ admittitur pro annullãdo matrimonio.*
7 *Fama, quæ faciat semiplenam probationem.*
8 *Verberationum frequentia viri, erga vxorem, ex quibus reddatur verisimilis, & num. 9. 10.*
11 *Subsequentia multa denotant plura antecedentia.*
12 *Vxor, quando videatur renunciasse actioni sibi competenti, pro separatione thori.*
13 *Verbum debet intelligi, secundùm tempus verbi.*
14 *Constituto plurimùm defertur.*
15 *Vxor, præsertim nobilissima, & prudens, non præsumitur, nisi ex vrgentissima causa, velle lædere famã viri, & se ipsam maritalibus obsequijs viduare.*
16 *Testis famulus admittitur ad probanda ea, quæ intra domesticos regressus fiunt. & num. 17.*
19 *Sæuitia magna, ingenuo prorsus corpore indigna arbitratur esse.*
20 *Mulier verberata à marito, licet actione iniuriarum non possit contra illum agere, ne efficiatur infamis, tamen potest agere actione in factum, vt puniatur.*
21 *Maritus non potest accusare vxorem, quòad amissionem dotis, si vxor ipsa ab eo propter illius sæuitiam aufugiens, adulterium commiserit.*
22 *Vir est mulieris, animus, pater, & caput.*
23 *Inter virum, & vxorem talis societas interuenire debet, qualis est inter patrem, & filium.*
24 *Mulier prima ex latere primæui parentis, non autem ex capite, aut ex pedibus efformata fuit, quia nec dominatura, nec seruitura erat viro.*
25 *Mulier prima in pœnam peccati fuit à Deo subiecta potestati viri in regimine œconomico.*
26 *Mulier non est nata ad seruiendum, sed in sociã, & adiutorium viri, concessa est.*
27 *Mariti, quod dent occasionem vxoribus renouandi legem repudiationis, pessima res est Reipublicæ.*
28 *Mulieres verberare, Cato sacrilegij instar esse credebat.*
29 *Sæuitiæ qualitas viri in vxorem, ex quibus plurimum exasperetur.*
30 *Personæ qualitas vehementer aggrauat iniuriæ acerbitatem.*
31 *Qualitas illa, quod quis sit natus, & educatus in nobilissima, ac libera Ciuitate, est admodùm considerabilis ad augendam nobilitatis prærogatiuam.*
32 *Romana Ciuitas, olim suos Ciues virgarum contumelijs, atquè opprobrijs eximebat.*
33 *P. Cato pro tergo Ciuium, nè cui impunè insultare liceret, legem tulit.*
35 *Viri erga vxorem sæuitia, quando sub qualibet cautione spes non est, quod ipse sit relicturus.*
36 *Satisdactio non mutat maleuolum animum.*
37 *Incorrigibilitatis præsumptio insurgit ex frequentia, & diuturna perseuerantia in malè faciendo.*
38 *Mulier perhorrescens futuram, & admodùm probabilem viri sæuitiam, non tenetur subire illam, propter cautionis fragilitatem.*
39 *Viro non est facienda restitutio vxoris, si ipsa probet, nullam cautionem esse sibi sufficientem.*
40 *Odium capitale inter coniuges oritur ex causis seuitiæ, & iniuriarum de preterito.*
41 *Thori separatio sufficiens causa est, odia accerbissima, & capitales inimicitię, quæ superueniunt in iudicio separationis thori.*
42 *Vxoris odium in lege Mosayca de libello Repudij, an erat causa ipsius repudij.*

43 *Odium*

43 *Odium capitale, quando adest inter virum, & vxorem, tunc nulla cautio satis secura, aut sufficiens videtur.*

44 *Thori separationis iudicium, quid mali afferat viro.*

45 *Vxor cum marito si litiget, circa maiorem partem bonorum, presumuntur inter eos contractę inimicitię capitales.*

46 *Lis grauis super maiori parte bonorum, quando est inter virum, & vxorem, verisimiliter tunc potest presumi, maritum futurum eße sæuiorem.*

47 *Iudicis arbitrio relinquitur, an vxor sit restituenda viro sub cautione, & quæ cautio hoc casu, dicatur sufficiens. num. 48.*

49 *Testes omni exceptione maiores debent esse, quando agitur de materia separationis thori, & num. 54.*

50 *In thori separationis iudicio, ad probandos actus maritalis sæuitiæ, & alia huiusmodi, quæ sunt difficilis probationis, sufficiunt testes non omni exceptione maiores.*

51 *Inter coniuges ad probanda vulnera, admittuntur serui, & ancillæ.*

Testes domestici admittuntur ad probanda ea, quæ in domesticis penetralibus committuntur. & num. 51. 52. & 63.

53 *De Matrimonio annullando, quando agitur, Rota admittit testes, qui aliàs non admitterentur.*

55 *Glos. fin. in cap. in literis. de test. & in cap. 1. de maior. & obed. in quibus terminis loquantur.*

56 *Doctorum dicta recipiunt interpretationem à iuribus allegatis.*

57 *Matrimonij causa maior censetur, quando agitur de illius solutione, quoad vinculum, quàm si agatur de thori separatione tantùm.*

58 *Confessio Vxoris, quæ non attenditur quoad vinculi solutionem, admittitur, quoad thori separationem.*

59 *Testium qualitas suppletur ex numero.*

60 *Testes singulares nullum gradum probationis faciunt.*

61 *Decis. 278. num. 13. part. 4. diuers. & decis. 441. nu. 2. part. 1. recent. in quibus terminis procedant.*

62 *Testes singulares admittuntur, quando agitur, ad effectum probandi aliquid ex multiplicatis, ac successiuis actibus in genere.*

DECISIO CLV.

VIsum fuit Dominis locum esse separationi Thori itaut
recedendum sit à decisione aliàs in hac causa facta
sub die 31. Ianuarij 1625. * coram bon. mem. Remboldo.
1 Concurrit enim sæuitia † præterita, & talis timor futuræ,
vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri,
quæ sunt necessaria requisita ad effectum, vt Vxor diuertens
à viro, obtinere possit in iudicio separationis Thori,
c. ex transmissa, c. literas, & vtrobique DD. & præsertim
Abbas de restit. spol. cap. 1. ibi; *verùm quia mulier dicebat, se virum habere suspectum*,
iuncta *Glos. in eodem verbo, suspectum, vt lit. non contest. Præposit. in cap. 1. n. 2.
de Diuort. Host. in Summa de restit. spol. §. in casibus, n. 4.
vers. Decimo, Lup. in c. per vestras 3. notab. num. 7. de donat. inter vir. & vxor. Hippol. de Mars. in l. fin. C. ad leg.
Corn de sicar. col. fin. & est tex. in l. consensu, C. de Repud.
Graff. decis. aur. lib. 2. par. 1. cap. 8. num. 1 fol. 346. Ledesm.
de Matrimonio, quæst. 62. art. 1. ad 3. Aldobrand. cons. 71.
num. 3. lib. 1. Barbos. in Rub. ff sol. matrim. par. 2. num. 22.
Ferret. cons. 203. num. 3. vers. quia respondetur. Farinac.
cons. 157. num. 4.* latè *Couarru. de sponsalibus, par. 2. cap. 7.
§. 5. num. 1. 2. & 3. Guttierez Can. qq. lib. 1. cap. 24. num. 2.
& 9. Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 16.* & admisit,
*Rota in causa Neapolitana Matrimonij 23. Ianuarij
coram R. P. D. Merlino*, & aliàs sæpissimè.

Et quantùm attinet ad sæuitiam præteritam, ad effectũ,
vt illa ad Thori separationem possit suffragari, duo requi-
2 runtur; primùm scilicet, quod actus, † ex quibus illa deducitur,
sint plures, ac iterati, itaut constare debeat virum
consueuisse frequenter vltra modum sæuire in vxorem, itaut
vnicus actus, quantùmuis atrox, non sufficiat. *Roland.
cons. 27. num. 12. lib. 3. Bertaz. cons. crimin. 228. num. 14. lib.
1. Rimin. in consil. 174. num. 3. lib. 2. Aldobrand. d. consil.
71. num. 8. lib. 1. Bald. cons. 176. sub num. 3. vers. & si mulier,
lib. 1. Sanchez dicta disput. 18. sub num. 16. vers. Adde ex vnica verberatione.
Farinac. in prax. de delict. carnis quæst. 143. §. probatio sæuitiæ, num. 203. & Rot. in Romana
separationis Thori 28. Ianuarij 1613. coram bon.
mem. Cardin. Sacrato, apud Farinac. d. cons. 157. num. 15.*
& latè firmatum fuit *in causa Neapolitana separationis
Thori 28. Iunij 1624. coram bon. mem. Buratto:* Secundò
3 exigitur magna, † atquè immoderata sæuitia, *Abb. in d. cap.
ex transmissa, in princ. & num. 4. Aldobrand. d. consil. 71.
num. 1. Farinac. d. cons. 157. num. 4.* & resoluit *Rota in causa
Spoletina separationis Thori 5. Aprilis 1616. coram
bon. mem. Card. Sacrato, & in d. Romana apud Farinac.
d. cons. 157. sub num. 15 & 19. & in dicta Neapolitana
coram bon. mem. Buratto*; itaut non satis sit modica, aut le-
uis quælibet sæuitia, quæ potiùs correctionis nomen mere-
4 tur, qualis propemodùm viro, † præsertim ex causa, ad
vxoris emendationem permittitur. *Bald. d. cons. 176. nu. 7.
lib. 1. Abbas in cap. cum contingat, num. 20. vers. idem de
marito, vbi Felin. num. 7. de for. compet. Glos. in l. 2. §. vltimo,
in verb. docenti, ff. ad leg. Aquil. & in Auth. vt lic.
Mat. & Aui, §. quia verò, in verbo sufficienti, Roland. d.
cons. 27. num. 13. & 17. lib. 3. Rimin. cons. 174 num. 31. Aldobrand.
d. cons. 71. num. 4. Farinac. d. cons. 157. num. 5. lib.
2. & de delict. carnis, d. quæst. 143. num. 194.* latè *Tiraquell.
ad leg. Connub. glos. 1. par. 1. num. 22. Sanch. d. disput.
18. sub num. 16.*

In hac autem facti spetie sæuitia viri in vxorem, & frequens,
& magna videbatur Dominis.

Frequens quidẽ, quia licet sola postrema verberatio sub
die 29. Iulij 1618. induxerit vxorem ad recedendum è domo
mariti, & consequutiuè causam dederit iuditio separationis;
constat tamen eamdem vxorem toto maritalis cohabitationis
decursu, frequentioribus verberationibus, à
viro malè habitam, vt latè in processu vxoris deponunt 23.
testes, qui dantur in *Sũmario num. 5.* & præsertim mater
ipsius vxoris, dictas flagellationes seriatim recensens, cuius
depositioni, multùm etiam Domini deferebant; quia licet
sit mater; attamen est plenissimè informata, & est de no-
5 bilissimo genere, † quod multùm auget illius fidem. *Bald.
in l. testium, num. 36. C. de testibus, cum alijs per Rot.
apud san. mem. Greg. 351. num. 14.* vbi in fortioribus, te-
6 stimonium matris admittitur pro annullando † matrimonio:
Ita vt mirùm non sit, si huiusmodi verberationum
frequentia in communem, publicamque vulgatæ sæuitiæ
famam, non apud consanguineos, ac viciniores solùm, sed
apud omnes in Ciuitate Ianuensi transierit, vt de eadem
publica voce, & fama deponunt 8. testes in eodem *Sum-
7 mario num. 6.* quæ quidem fama † facit semiplenam probationem,
*Glos. in cap. 1. in verb. fama, de appell. Card. in
puncto cons. 9. num. 8.*

Quæ quidem verberationum frequentia redditur ad-
8 modum verisimilis. Primò † ex malencolica ipsius viri natura,
faciliquè in iracundiam propensione, de qua testes in
9 *Summario num. 3.* Secundò, † ex inueterata eiusdem viri
consuetudine sæuiendi passim in seruos, necnon in propriam
nutricem, vt dicunt testes ibidem *num. 21.* Tertiò,
10 ac deniquè, † tàm ex lamentationibus eiusdemmet vxoris,
sepiùs iteratis cum proprijs consanguineis, *ad not. per
Card. d. cons. 9. num. 7. vers. coadiuuat etiam*, quàm ex eorundem
consanguineorum monitionibus amicabiliter viro
factis, de quibus ijdem testes *Summario num. 8.* Iteratæ
enim istæ vxoris lamentationes, & sepiùs repetita consan-

guineo-

guineorum monita, tanquam consequutiua, & habentia
11 causam à præfatis † verberationibus, satis in necessarium
antecedens illarum frequentiam, & multiplicitatem coa-
diuuant, *l. ad rem mobilem., ff. de procurat.*

Nec obstat, quod vxor in responsione ad positiones vi-
ri, fateatur; se ante dictam diem 29. Iulij 1618. nullam
habuisse causam offensionis à viro, ibi: *E vero, che non ero
altrimente disgustata, ne poteua esser vero; ch'io fussi in
quei giorni disgustata seco,* quod certè non dixisset, si con-
tinuò fuisset malè tractata, ac verberibus affecta à marito,
vt ponderatur in decisione bon. mem. Remboldi; Ideo-
que hinc inferatur ex hac vxoris confessione, vel apertè cō-
uinci de falsitate huiusmodi verberationum frequentiam,
vel in omnem euentum, quatenùs illa etiam posset iustifica-
ri, ex ipsa vxoris declaratione satis resultare tacitam renū-
12 ciationem † sæuitiæ præteritæ, & sic etiam renunciatio-
nem actionis sibi ante competentis pro thori separatione,
ad not. per *Rimin. in cons. 174. num. 27. vers. sed vlteriùs.
Rot. decis. 135. num. 3. & 193. pariter num. 3. post 2. vol.
cons. Farinac.* Quia huic motiuo responsum fuit, quod
vxor in responsione ad prædictas positiones, non simpli-
citer fatetur, se ante dictam diem 29. Iulij 1618. nullam à
viro offensionis causam habuisse, itaut omne præcedentis
temporis spatium excludat, sed id asserit restringendo di-
ctum suum à tempore Sabbathi, vsquè ad diem Domini-
cum, in quo sequuta fuit verberatio, vt clarè depræhendi-
tur ibi: *ch'io fossi in quei giorni disgustata*, quæ verba in
quei giorni, limitant, & restringunt ad propriam circum-
13 ferentiam, responsionem vxoris ad regulam, Quod † ver-
bum intelligitur secundùm tempus verbi, cui adiungitur,
l. Rutilia Polla, ff. de empt. l. fin. ff. de legat. 2.

Magna etiam, ac immoderata sæuitia mariti in vxorem,
Dominis videbatur; Ponderabant enim in primis postre-
mam verberationem 29. Iulij 1618. tàm ex constituto ip-
sius vxoris incontinenti facto, de mandato Iudicis in *Sum-
14 mario num. 12.* cui quidem † constituto plurimum tribui-
tur, *Card.* qui loquitur in his terminis *cons. 9. num. 7. vers.
coadiuuat*; cum non sit verisimile; vxorem maximè nobi-
15 lissimam, nec minus prudentem, talia † commenta con-
finxisse, vt viri famam læderet, & se ipsam maritalibus ob-
sequijs inconsultò, & sine vehementissima causa viduaret,
vt in puncto aduertit *Card. vbi supra*; Quàm ex eiusdem
vxoris visitatione, ac corporali inspectione à tribus nobili-
bus Matronis facta ex decreto Iudicis, earumdemquè Ma-
tronarum relatione in *Summario num. 13.* Nec non deni-
que ex depositionibus testium in *Summario num. 10.* Pon-
derabant insuper Domini præcedentem aliam verberatio-
nem sequutam de mense Septembris anni 1617. quam re-
ferunt testes in eodem *Summario num. 5.* & signanter pri-
mus ad 19. secundus ad 34. tertius ad 27. quartus ad 17. de-
cimus ad 12. & alij in hoc formiter conuenientes, quam
verberationem, licet ijdem testes deducant ex solo dicto
ipsius vxoris, huiusmodi tamen dictum abundè coadiuuant
vxoris gemitus, tota domo, exaudiri, prout etiam percepti
collisionum strepitus per famulos; signaque, & liuores in
facie, superstites, & continuæ eiusdem vxoris lamentatio-
nes, in Summario dicto num. 5. quæ omnia rem clanculo,
16 & remotis arbitris † intra domesticos recessus peractam,
satis probant, cum testes etiam de auditu ab vxore sufficiat,
Aldobrand. d. cons. 71. num. 12. 31. & pluribus seqq. vbi
in puncto vtitur similibus testibus, quod maximè admitt-
17 tendum est in hoc casu, in quo † testes de visu nequeunt
inueniri, ex eo, quod maritus ea vtebatur cautela, vt famu-
los ex industria extra domum amandaret, vt in *Summa-
rio num. 14.*

Ex qualitate autem duarum huiusmodi verberationum
inferentes Domini ad qualitatem sæuitiæ mariti respectu
etiam plurium aliarum verberationum, de quibus testes in
eodem *Summario num. 5.* vt in illarum compendio, quod
particulariter datum fuit, animaduertebant negari nō pos-
18 se, quin dictæ percussiones ita excedant modum † hone-
stæ correctionis, quæ viro in vxorem permittitur, vt in
magnam, immoderatamque transeant sæuitiam; & quidem
non iniuriæ solùm, sed personæ etiam qualitate perspecta.

Nam quantùm attinet ad iniuriam; illa non potest esse
accerbior, cum percussiones, & verbera, acriter, iniquè, ac
19 sepiùs à marito vxori inflicta, magna † sæuitia, ingenuo-
què prorsus corpore indigna arbitrentur, *l. consensu*, ibi,
*si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem,
probauerit. C. de Repud. Auth. de Nuptijs, §. mitiores,
ante vers. si igitur mulier tale aliquid, col. 4. Auth. vt li-
ceat matri, & auiæ, §. quia verò, vers. si quis contra, coll.
8. Bart. in l. cum satis, nu. 7. C. de agricol. & censit. lib. 11.
Bald. in l. 1. num. 11.* vbi etiam *Ias. num. 4. de Legat. An-
char. cons. 408. num. 1. Couar. in epitim. de sponsalib. par. 2.
cap. 7. §. 5. num. 1. Aldobr. d. cons. 71. num. 4. cum plur. seqq.
Guidop. decis. 439 num. 6. Vinc. de Franch. decis. 244. num.
4. Thesaur. decis. 130. num. 2. Peguer. decis. 20. num. 8. San-
chez de matrim. lib. 10. dicta disp. 18. num. 14. & 16. Pont.
de Leon. de matrim. lib. 9 cap. 23. num. 5. vers. adde etiam
verbera.* Adeoquè atrox sæuioris huiusmodi verberatio-
20 nis in vxore censetur iniuria, vt mulier † verberata, licet
actione iniuriarum non possit agere contra maritum, ne is
infamis efficiatur, possit tamen agere actione in factum, vt
vir puniatur, *Io. And. in add. ad Specul. tit. de iniur. Alex.
in l. diuortio, §. sicut, col. 3. ff. solut. matrim. Cotta in me-
morialib. in ver. actio iniuriarum, & in verb. vxor. Co-
21 uar. d. par. 2. §. 2. cap. 7. num. 2.* Imò idem maritus † non
possit accusare vxorem, quoad amissionem dotis, si vxor
ipsa, ab eo propter illius sæuitiam aufugiens, adulterium
commiserit, *Anchar. d. cons. 408.* cui assensit *Lup. in Rub.
de donat. inter vir, & vxor, §. 20. num. 4. & §. 64. num. 3.
& in repet. cap. per vestras in 3. not. num. 7. vers. imò plus,
fol. mihi 342.* quod vt saltem ciuiliter procedat intelligit
Couar. vbi supra num. 4. vbi hinc iure meritò monet viros,
vt cautè, comiterquè tractent vxores, ea demùm ratione,
quod si vt natura, ratio, diuinaquè perhibent oracula, vir
22 est † mulieris animus, pater, & caput, talis esse debet inter
23 illos societas, qualis inter patrem, † & filium, non cuiusmo-
di inter vilissimum mancipium: ac dominum, quod ele-
ganti oratione admonere testatur Ludouicum Viues in li-
bro, quem scripsit de officio mariti, sub capite de eligenda
vxore ad finem; & faciunt doctissimè ponderata per *Abu-
lensem super Genesis cap. 13. quæst. 379. in quarta ratione,*
24 vbi aduertit primam † mulierem ex latere primæui paren-
tis, non autem ex capite, aut pedibus efformatā, quia nec
dominatura, nec seruitura erat viro; licet enim eadem pri-
25 ma † mulier in pœnam peccati fuerit à Deo subiecta pote-
stati viri in regimine œconomico, idem *Abulens. loco cit.
cap. 3. quæst. 18. ad med. vers. nunc autem*; non ideò tamen
26 nata erat ad seruiendum, sed in sociam, & † adiutorium
viro concessa; Hinc propterea *Thesaur. d. decis. 130. nu. 2.*
maritorum sæuitiam, atque in vxores immanitatem incre-
pans, notat rem esse pessimam in Republica, vt mariti dent
27 causam mulieribus renouandi in † hoc capite legem repu-
diationis, & ex Principis rescripto, rem adeò execrabilem
pœnæ alicuius metu compescendam, virisquè cauendum
prudētibus, ne causam dent huic petitioni, memores, quod
28 Cato sacrilegij instar esse credebat, † mulierem verbera-
re, & non immeritò, cum vxor humanæ, diuinæquè do-
mus socia dicatur.

Huius verò iniuriosę sæuitiæ qualitatem exasperat pluri-
mùm etiam modus, & instrumenta verberationis, corporis
29 videlicèt nudatio, manus in † vincula coniectæ, vlcera, &
liuores toto corpore superstites, itaut vir ipse fateatur, se
aquam roseam, aliaq; huiusmodi superinfudisse, *in Sum-
mario n. 25.* subsequutus abortus non sine periculo vitæ, vt
in *Summario nu. 5. Pont. de Leon. de matrim. d. lib. 9 cap. 23.
num. 5. veers. si mulier*, ferula, & cingulus ex corio, cum
fibulis ferreis, quorum vtrumquè dominorum oculis subie-
ctum fuit.

30 Qualitas etiam personæ † vehementer aggrauat iniuriæ
acerbitatem, quia agitur de fœmina, tàm nobilitate, quàm
pudicitia, ac morum honestate insigni, *Pont. de Leon. de
matrim. lib. 9. cap. 23. num. 5. vers. si enim illa nobilis.*
quæ nata est, & educata in nobilissima, ac libera Ciuitate,
31 quæ qualitas † est admodùm considerabilis ad augendam
nobilitatis prærogatiuam, & inducendum aduersus verbe-
ra, &

32 rã, & flagellationes priuilegium, prout olim Romana † Ciuitas suos Ciues virgarum contumelijs, atque opprobrijs eximebat, vt innuitur in dicta *l. consensu*, ibi, *si se verberibus, quæ ingenuis aliena sunt, C. de repud.* Porcius enim
33 Cato pro tergo Ciuium, ne cui impunè † insultare liceret, legem intulit, quam confirmauit Sempronius, itaut propterea dictæ leges mutato à conditoribus nomine, Porcia, Semproniaque dictæ fuerint, vt est testis *Alexander ab Alexandro Genialium dierum lib.3.cap.20. in princ.* & ibi latè *Andreas Tiraquell. in add.* Prætereà eadem vxor, vt illius contestatur aspectus, & testes in *Summario num.20.* est habitu corporis delicato, ideoque tantò magis flagellationibus huiusmodi afficiebatur, itaut mirùm non sit, si ex posterioribus etiam verberibus sibi per virum inflictis subierit periculum vitæ, vt constat ex attestationibus medicorũ *in Summario num.18.* qui deponunt præfatæ corpus mulieris non liuoribus solummodò affectum, sed lacerum etiam reperisse, in quo concordat relatio Matronarum *in Summario num. 13. 15. & 19.*

Quantùm verò attinet ad futuræ sæuitiæ timorem, itaut
34 mulieri † trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, quod est alterum principale requisitum in iudicio separationis Thori, vt dictum fuit in principio; talis timor sufficienter deduci visus fuit Dominus, tàm ex superiùs ponderatis, quàm ex depositionibus testium *in Summario num.26.* qui concludunt hanc mulierem, cum qualibet etiam cautione in viri potestate, atque consortio, nullatenùs fore securam propter iracundam, furiosamque ipsius
35 viri naturam; Diuturna enim † anteactæ maritalis cohabitationis experientia, quæ acerbiores mariti continuò sæuientis mores erga prouidam vxoris constantiam temperare non potuit, satis indicat, nec virum sub qualibet etiam cautione meliorem euasurum, cùm à præterito ad futurum optima sit argumentatio, ad regulam, *semel malus, de reg. iur. in 6.* per quam ita in puncto arguit *Cardin. cons. 9. in princ. vers. illo præmisso, Abb. & alij in cap. 1. de diuortio, Felin. in cap. scribam, nu. 1. de præsumpt. Aldobr. dicto cons. 71. num 9. 10. 11. & 31. Sanchez allegat. disp. 18. num. 16. ad fin. Farinac. de delict. carn. dicta quæst. 142. ampl. 18. n. 145. Guttierez Canonic. qq. lib. 1. cap. 24. num. 8.* Et ideò cum
36 satisdatio † non immutet maleuolum propositum, *§. nouissimè, Instit. de suspect. tutor. glos. in puncto in dicto cap. literas, in verb. sufficiens, ad fin. de restit. spol. Aldobrand. dicto cons. 71. num. 1. Guttierez dicto cap. 24. sub num. 2.* &
37 ex frequentia, † ac diuturna perseuerantia in sæuiendo, insurgat præsumptio incorrigibilitatis, *l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit.* benè ad propositum *Bald. in dicto cons. 176. col. 1.* quem refert, & sequitur *Aldobrand. d. cons. 71. num. 10. & 11.* Sumus in casu, quo vxor non committitur remedio cautionis, *Abb. et alij in dicto cap. 1. de diuort.* Propter eiusdem cautionis fragilitatem, quam mulier, fu-
38 turam, admodumque probabilem viri sæuitiam † perhorscens subire non tenetur ad *text. in l. qui ita, §. 1.* ibi, *quàmuis ei caueatur propter fragilitatem cautionis, ff. ad Trebellian.* Et consequenter non est marito facienda restitutio
39 vxoris, cùm ipsa probet nullam † cautionem esse sibi sufficientem, *Abb. in dicto cap. ex transmissa, num. 4. Hostien. num. 5. Butr. num. 7. et 9. Cardin. in princip. Anan. num. 1. Imol. num. 1. Bald. num. 1. et 2. idem Abb. in dicto cap. literas, num. 7. vbi Bellamer. in §. quia potest, versic. aut non obijcitur, Anchar. in 8. not. Host. in cap. 1. num. 4. vbi etiam Bald. in fi. 1. col. vt lit. non contest. idem Abb. in cap. quemadmodum, num. 15. de iur. iur. Felyn. in d. c. scribam, num. 1. vers. ad idem, de præsump. Neuizan. in sylua nuptiali lib. 1. quæst. 1. num. 42. vers. et si subsit,* quem cum alijs refert, & sequitur *Marsil. in repet. l. vnic.* sub *n. 259. C. de Rapt. Virg. Rimin. Iun. consil. 174. num. 3. Gabr. cons. 161. num. 7. lib. 1. Aldobrand. dicto cons. 71. num. 1. 11. 23. et seq. Mart. cons. 157. num. 1. et in fin. Gomez. var. tom. 3. cap. 6. de iure rur. num. 16. Dionysius de Francischis inter matrimonialia cons. 58. num. 10. lib. 1. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. cas. 139. num. 5. Guttierez Canonic. qq. dicto cap. 24. num. 3. 13. et 15. Rota dicta decis. 154. num. 3. post 2. vol. cons. Farinac. et decisio. 706. numero 2. part. 1.*

Pauli Rubei. Decis.

recent. Pont. de Leon. dicto cap. 23. num. 6. vers. probata autem.

Mouit etiam plurimum Dominos non solùm capitale
40 odium, † quod inter istos coniuges resultat ex causis sæuitiæ, & iniuriarum de præterito, vt latè in his terminis considerat *Aldobrand. sepiùs alleg. cons. 71. num. 15. cum pluribus seq.* Sed etiam odia acerbissima, & capitales inimicitiæ, quæ inter has partes in processu litis superuenerunt,
41 vt constat ex testibus in *Summario num. 28.* Quæ † sola causa in omnem euentum ad Thori separationem sufficeret, iuxta *d. cap. ex transmissa, vbi gloss. in formatione casus ad finem, & in verb. sufficienti, pariter ad fin. & text. in dicto cap. literas in fin. de restit. spoliat. & facit text. in cap. accedens il 2.* ibi, *non debeat se credere suis capitalibus inimicis, vt lit. non contest.* prout etiam ad propositum conferunt tradita per *Ledesm. de matrim. quæst.*
42 *68. art. 6.* vbi disputat, an odium † vxoris in lege Mosayca de libello repudij, esset causa ipsius repudij, *Sanchez de matrim. dicta disp. 18. num. 15.* itaut hoc casu nulla cautio
43 † satis secura, aut sufficiens censeatur *Card. dicto cons. 9. in princip. Aym. cons. 31. num. 4. Menoch. cons. 299. num. 3 & 10. vers. non obstat, cum pluribus seqq. Marta dicto cons. 157. num. 5. Rota dicta decis. 156. num. 1. post cons. Farinac. Than. decis. 13. in manuscrip. Ferret. consil. 203. num. 3. Guttierez à cap. 23. num. 2. & 3. Barbos. in rubr. ff. sol. matrim. part. 2. num. 32. cum seqq.* latè *Aldobrand. dicto cons. 71. num. 15.*

Inimicitia autem capitalis inter istos coniuges non solum potest deprǽhendi ex causis sæuitiæ, & iniuriarum, quæ præcesserunt iudicium separationis, vt dictũ est ex latè cumulatis per *Aldobrand. dicto cons. 71. num. 15. & plu-*
44 *ribus seqq.* Sed etiam ex eo, † quod iudicium separationis præter læsionem; & quidem non modicam famę viri, qui ideò præsumitur in vxorem acerbiora, & vehementiora contraxisse odia, habet annexam causam omnium bonorum vxoris ad *text. in l. etiam, C. de iur. dot. & l. inter socerum, §. cum inter, de pact. dot. Decian. cons. 52. num. 51. lib. 1.* cum alijs *per Rot. decis. 134. sub num. 4. post 2 vol. cons.*
45 *Farinac.* itaut intret conclusio, quod vbi vxor † cum viro litigat circa maiorem partem bonorum, præsumuntur inter eos contractæ capitales inimicitiæ, *Aym. cons. 31.* quem referunt, & sequuntur *Couar. in epitom. dicta par. 2. cap. 7. §. 5. num. 1.* vbi ex eodem Aym. exemplificando casum
46 odij, & capitalis inimicitiæ, asserit, quòd † quando inter virum, & vxorem esset grauis lis super maiori parte bonorum, ex coniectura tunc potest præsumi, maritum futurum esse sæuiorem, *Menoch. de arb. d. casu 239. num. 11. & cas. 110. num. 5. Guttier. Canon. qq. lib. 1. d. cap. 24. num. 9. Sanchez de matrim. d. disp. 18. lib. 10. tit. de Diuortio q. 1. num. 23. Marta d. cons. 157. num. 8.* Accedunt denique capitales inimicitiæ inter istorum coniugum familias contractæ, non solùm ex causa huius iudicij, sed etiam ex causa criminalitatis, de qua in *Summario num. 27. & 28.* Itaut necessum fuerit Principis prouidentiæ partes compellere ad præstandas hinc inde cautiones, de non offendendo.

Vnde his omnibus tam sæuitiæ, quàm capitalis odij ra-
47 tionibus maturè propensis, nullam huic † mulieri cautionem sufficere censuerunt Domini, quorum arbitrio relinquitur talis sufficientiæ inspectio, atque iudicium, *Abb. in dicto cap. literas, num. 7. Rol. d. cons. 27. num. 3. lib. 3. Tiraquell. in l. si vnquàm, in verbo omnia, vel partem, num. 31. C. de reuoc. donat. Paris. cons. 54. num. 36. lib. 4. Menoch. de arb. cas. 142. & cas. 130. num. 2. & 3. & cas. 139. num. 4. & cas. 149. num. 2.* quos refert, & sequitur *Ceuall. comm. cont. com. quæst. 66. num. 13. & seqq. ad fin. Couar. d. par. 2.*
48 *cap. 7. §. 5. num. 5. ad finem.* vbi, † quod discretus Iudex arbitrabitur, quæ cautio in hac re sufficiens dicatur, *Guttier. Canon. qq. lib. 1. d cap. 23. num. 10. Aldobr. d. cons. 71. n. 22. Pont. de Leon. d. cap. 23. num. 5. vers. negari non debet.*

Non obstat, quod in hac materia separationis Thori,
49 quæ dicitur grauissima, † testes debeant esse omni exceptione maiores, *Paris. cons. 54 nu. 16. lib. 4. Natt. cons. 616. num. 1. Roland. cons. 50. num. 1. & 12. lib. 1. Rim. Iun. consil. 174. num. 17. Menoch. cons. 850. num. 3. Viu. opin. 470.*

*num.*10. *BertaZol.conſ.*228. *num.*5. Et tamen plerique teſtium, ex quibus prædicta omnia deducuntur, ſint vxoris conſanguinej affines, vel domeſtici; Quia reſpondetur, Primò magis communem, magiſq; receptam, nec non æquiorem in contrarium ſtare opinionem, quæ voluit in
50 iudicio ſeparationis † Thori ad probandos actus maritalis ſæuitiæ, aut alia huiuſmodi, quæ ſunt difficilis probationis ſufficere teſtes, quàmuis non omni exceptione maiores, & ſic admitti conſanguineos, affines, domeſticos, familiares, alioſque huiuſmodi, vt clarè deducitur ex *tex. in d. l. conſenſu, §. ſuper plagis, C. de repud.* vbi in puncto ad pro-
51 banda inter coniuges vulnera † admittuntur ſerui, & ancillæ; ea demùm ratione, quod ea, quæ in domeſticis penetralibus geruntur, non ita paſſim omnium patent oculis, nec facilè per alios, quàm per domeſticos poſſunt comprobari, & in ſpecie hanc eamdem opinionem tenent, *Card.d.conſ.* 9. *num.*5.*verſ.& reddit, & num.* 8. *verſ venio nunc ad vltimum, & prius etiam nu.*7 *verſ.coadiuuat etiam*, *Feder. de Senis conſ.*119 *num.*4. *per tex.in cap. veniens il* 2. *ad finem, vbi gloſ. in verb. Canonicos, de teſtib. Crot. conſ.* 131. *num.*26. *lib.*1. *Alex.de Neuo conſ.*4. *num.* 17. *Dec. conſil.* 577. *col.pen verſ. & prædicta, Aldobr. d. conſ.*71. *num.* 34.
52 *ad fin & ſeq.* vbi, † quod hac de cauſa probationes etiam minùs valide admittuntur, *Farinac.d. tract. de delict.carn. q.*143. §. *probatio ſæuitiæ, num.* 168. *Rot.deciſ.*147.*num.*25. *par.*1 *recent. & apud ſan me.Greg.deciſ.*351.*num.*6.7 *et* 8. *et deciſ.*414 *num.* 20. vbi in fortioribus terminis dum age-
53 retur de annullando matrimonio Rota admiſit † teſtes, qui alias non admitterentur, eam demùm ratione, quod minæ paternæ, de quarum probatione illic agebatur, erant difficilis probationis, tanquàm illatæ intra domeſticos parietes. Ideoque nulla habenda eſt ratio ſupradictorum Doctorum, & aliorum quorumcunque, qui contrariam
54 opinionem tenuiſſe reperiuntur, tum quia † ſentiunt aduerſus claram diſpoſitionem *text. in d. l. conſenſu, §. ſuper plagis, C. de Repud.* Tùm quia fundantur in authoritate *Pariſ.d.conſ.*54 *num.*16. & iurium ab ipſo allegatorũ nempè *gloſ. fin. in cap. in literis in verb vitæ de teſtib. et gloſ. in c.*1. *in verb. maiores, de conſang. et affinit.* quarum vtraq;
55 expreſsè † loquitur de diſſolutione matrimonij, quoad vinculum, ſecundum terminos *d c. in literis, et d. c.* 1. non autem quoad ſolam Thori ſeparationem, *Felin. in rub. nu.*5. *de ſponſal.* quem ita intelligit *Soccin.iun. conſ.*86. *num.*6.*et ſeq. lib.*2. Ac propterea quicquid dicat *Pariſ.* auctor contrariæ iſtius opinionis in iudicio ſeparationis Thori, tàm
56 ipſe, quàm illius aſſeclæ recipiunt † declarationem à prædictis iuribus, quibus innituntur ad theoricam, *Bart. in l. non ſolum, §. liberationis, ff. de liber. legat. Becc.conſ.*52. *num.* 97. Maior autem, grauiorq; cenſetur cauſa matrimonij, ſi agatur de illius ſolutione quoad vinculum, quam ſi, vt in caſu iſto, tractetur de ſolius Thori ſeparatione, *Natt. conſ.*24.
57 *num.*1. Itaut in his terminis confeſſio coniugis, † quæ non attenditur quoad vinculi ſolutionem, *cap. ſuper eo, de eo, qui cog. conſang. vx. ſu.* quoad Thori ſeparationem attendatur, *c. ex literis de diuort Natt.d conſ.*24. *loc. cit. Gabr. conſ.*161.*num.*10 *lib.*1. Secundò reſponſum fuit, quod quatenùs etiam citra veri præiudicium teſtes in hoc iudicio omni exceptione maiores eſſe deberent, præter id, quod aliqui deeſſe non videntur, quando etiam deeſſent, qualitas
58 iſta in hoc † caſu ſuppletur ex numero teſtium, *Alex.conſ.* 47.*num.*2 *lib.*2. *Dec.conſ.*163.*num.*14. *Natt.conſ.*16.*num.* 11. *Cæſar.de Graſs.deciſ.*5.*num.*8.*de ſponſalib.ſanct.mem. Greg d.deciſ.*351. *num.*4.

Neque etiam obſtat, quod circa quamplures actus ſæ-
59 uitiæ teſtes videantur eſſe † ſingulares, ideoque nullũ faciant gradum probationis, *cap. licet cauſam.de probat. cum vulgar.*

Quia reſponſum fuit, Primò ſuper ſingulis verberationibus plures conuenire teſtes, vel de auditu ab ipſa vxore, vel de proprio ſenſu, ex colliſione manuum, & percuſſionum ſtrepitu. Secundò ponderabant Domini, quod hinc non agitur de probanda in ſpecie vnica percuſſione, in quibus
60 terminis poſſunt procedere, † *deciſ.*278.*num.*13.*par.*4.*diuerſ.et dec.*441 *num.*2.*par.*1.*recent.* Sed agitur de probanda ex multiplicatis, ac ſucceſſiuis actibus ſæuitia in genere,
61 quo † caſu teſtes etiam ſingulares admittũtur, *Card.d.conſ.* 9.*n.*5.*in princ.et num.*8.*ad fin.verſ. modo conſiderandum.* latiſſimè *Aldobr.d.conſ.*71.*num.*27.28. 29.30.*et* 35.*cum plurib.ſeqq. Rot.d.dec.*156.*nu.*2.*poſt.*2.*vol. conſ. Farin. et apud ſa.me.Greg.d.deciſ.*414 *n.*21. vbi vt ſæpiùs dictum eſt non agitur de ſola Thori ſeparatione, ſed de matrimonij nullitate, *Gratian.diſc.*738.*num.*52. *Pont. de Leon. d.c.*23. *nu.*6. quæ concluſio tantò magis admittenda eſt in caſu iſto in quo agitur de probandis ijs, quæ non ſolum fiunt domi in-
62 ter coniuges in quibus veriſimiliter † non poteſt haberi copia teſtium, cum natura negotij non patiatur, vt plures interueniant, vt in puncto conſiderat *Aldobr. d.num.*34. *in fin.et num.*35. Sed quæ clanculò remotiſq; arbitris, ac eliminatis verè, vt dictum eſt, domeſticis, ac familiaribus à viro aduerſus vxorem nimium præſentem intra penitiores domus receſſus acta ſunt.

Et ita concluſum parte vtraquè informante &c.

* Vide hanc deciſionem infra prout in Indice poſito in fine deciſionum, & aliæ deciſiones in hac cauſa, citantur in apoſtilla ſupra ad deciſ. 104.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Mercurij 24. *Nouembris* 1632.

ARGVMENTVM.

Teſtes in concurſu, qui præferatur. In iudicio manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, & in hoc iudicio non admittuntur exceptiones contra teſtes, & nonnulla circa teſtes, qui non probant.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, qui deponunt de certa ſcientia, & etiam, qui de facto proprio, tanquàm optimè inſtructi alijs quibuſcunquè præferuntur.*

2 *In manutentionis iudicio ſufficiunt leuiores probationes.*

3 *Exceptiones aliquorum teſtium tolluntur ex numero, & habilitate aliorum.*

4 *Exceptiones contra teſtes non admittuntur in iudicio manutentionis.*

5 *Depoſitiones teſtium valdè adminiculatæ, meliùs probant.*

6 *Teſtes examinati contra formam remiſſoriæ, ſunt nulliter examinati.*

7 *Teſtes, qui ex propria depoſitione ſentiunt commodum, non probant.*

8 *Teſtes ſalariati pro Domino, non probant.*

9 *Teſtes deponentes ſuper affirmatiua præferuntur deponentibus ſuper negatiua.*

10 *Capitulum habens facultatem augendi, & diminuendi diſtributiones Portionariorum, non poſſunt illas diminuere, ceſſante legitima cauſa.*

11 *Facultatem, ſi quis habeat, aliquid augendi, aut minuendi, intelligitur ſecundum arbitrium boni viri.*

DECISIO CLVI.

CVM Rota ob diuerſitatem computorum diuerſimodè etiam cenſuerit circa manutentionem, quam Portio-

Portionarij petebant in possessione exigendi regalia tria, qualibet die, pro distributionibus quotidianis, & propterea die 9. Iunij 1625. voluerit, quod ijdem Portionarij per modum temperamenti, donec pro diminutionum iustificatione fierent computa, perciperent certam summam, hodiè visis computis, & firmato quod fructus superabundant, vt fuit firmatum in decisionibus in hac causa factis, & præsertim sub die 26. Aprilis præteriti, * ex integro proposui dubium, cum scripturis datis per Capitulum sub die 17. Iunij 1630. An prædictis Portionarijs esset danda manutentio in possessione exigēdi dicta regalia tria qualibet die pro distributionibus quotidianis, & Domini absque difficultate aliqua, affirmatiuè responderunt, ita vt standum sit decisionibus, quæ affirmant ijsdem Portionarijs deberi prædictam manutentionem; de illorum enim possessione clarè constat ex dispositione quinque Testium examinatorum, vigore remissorialium, cum quibus concurrunt duo alij testes, vnus videlicet examinatus in Curia, necnon alius remissorialis Canonicorum, qui benè probant, cum de cer-
1 ta † scientia deponant, & plerique etiam de facto proprio, qui tanquàm optimè instructi, & meliùs informati alijs quibuscunquè præferuntur. *Cas. de Grass. decis. 5. num. 4. 5. & 6. de testib. Rota in recent. decis. 251. num. 2. & dec. 320. num. 7. par. 2.* quæ quidem probatio superabundat, cùm
2 † aliàs in hoc iudicio sufficiant leuiores probationes, *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. & decis. 375. numer. 1. par. 3. lib. 3. Seraphin. decis. 624. num. 5.* & etiam vnicus testes admittatur, *Menoch. vbi sup. san. me. Gregor. dec. 438. num. 2. Rota decis. 196. num. 6. par. 1. diuers.*

Non obstant exceptiones oppositæ contra personas istorum testium; Quia ex testibus reprobatorijs Capituli po-
3 tiùs videntur approbati, & in omnem euentum † exceptiones tolluntur ex numero, & habilitate aliorum, *Gabr. de testib. concl. 5. & 6.* prout nec etiam in iudicio manutentio-
4 nis admittuntur exceptiones † contra testes, *Rota decis. 28. num. 4. & 9. par. 1. diuers. sanct. mem. Gregor. decis. 449. nu. 10. & ibi Adden. num. 11.* qui alios allegant, & cessat om-
5 nis difficultas, † quia eorum depositiones valdè adminiculantur, ex statuto super dicta summa debita Portionarijs, iuxta notata per *Paris. in cons. 107 num. 77. lib. 1. Rota decis. 595. num. 2. par. 1. diuers.*

Non obstant Testes Capituli, quia fuit responsum, magis esse standum Testibus Portionariorum. Primò, quia
6 Testes Capituli sunt nulliter examinati, cum priùs † super articulis, deinde super interrogatorijs examinati fuerint contra formam remissoriæ, *Gonzal. super reg. 8. gloss. 9. in annot. contr. nulit. num. 79. & 81.* Secundò, quia duo ex dictis Testibus sunt partes formales, cùm sentiant commo-
7 dum † ex propria depositione, ex eo, quod diminuta summa debita Portionarijs, crescit alteri bursæ, ex qua ipsi participant, *Bald. cons. 127. nu. 2. lib. 5. Aym. cons. 99. num. 2.* &
8 alij duo, qui sunt Sacrista, & Secretarius Capituli, sunt † salariati ab eodem Capitulo, & ad illius nutum amouibiles. Tertiò, quia Testes Portionariorum deponunt super affir-
9 matiua, Testes † verò Capituli super negatiua, & ideò præferendi sunt Testes Portionariorum, *Farinac. de test. quæst. 65. n. 200.* Quartò, quia Testes Portionariorum, vt dictum est, adminiculantur ex statuto. Quintò, quia ex decisionibus in causa factis apparet, quod non constat de diminutione fructuum, quæ suffragetur.

Non obstat, quòd Capitulum ex Bulla Benedicti XIII. potest augere, & diminuere distributiones, quia hoc est intelligendum, cùm legitima causa, prout firmauit Rota
10 in hac causa 30. Aprilis 1621. quæ quidem legitima † causa non adest, cum fructus non sint diminuti, maximè cum concurrat dispositio statuti, *Seraph. decis. 1089. num. 2.* Ita
11 vt cesset arbitrium boni viri † secundùm, quod debet intelligi illa facultas augendi, & minuendi, *Ias. in l. 1. in 1. lectura num. 3. C. de sacros. eccles. Surd. cons. 313. n. 94. & seqq.*

Denique non obstat, quod contra Capitulum administratorem, non potest dari manutentio, quia cùm agatur de administratione rei communis, Portionarij, dicuntur Cōsortes, & propterea dum cognoscitur; An Capitulum potuerit diminuere dictas distributiones, Portionarij sunt manutenendi, vt fuit firmatum in dicta decisione 30. Aprilis 1621. & hodie cessat omnis difficultas, cùm non constet de diminutione fructuum, quæ suffragetur, ita vt ex hoc etiā cesset temperamentum, aliàs per Rotam susceptum, donec viderentur computa, quia visis computis clarè apparet, quod Portionarij nimis fuerunt grauati.

Et ità conclusum Portionarijs dandum esse mandatum de manutenendo, in possessione percipiendi qualibet die, & pro quolibet, regalia tria pro distributionibus diurnis tā tùm, remanente in statu suo distributione matutinorum, & sine præiudicio prætensionis eorundem Portionariorū super Vltris, Absentijs, & alijs, vt in statuto, &c.

* Est decisio 115. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Cæsaraugustana Camerariæ.

Die Veneris 26. Nouemb. 1632.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia exemptionis beneficij à iurisdictione Ordinarij, & nonnulla circa naturam confirmationis, & alia de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quando semel est exemptum à iurisdictione Ordinarij, semper remanet derogatum iuri illi competenti.*
2 *Priuilegiorum innouationes, confirmationes, & approbationes, nullum ius de nouo tribuunt.*
3 *Confirmatio semper præsupponit aliquid prius esse, quod confirmetur.*
4 *Priuilegia ad futura non extenduntur, & num. 16.*
5 *Clausula, & pro potiori cautela, posita in confirmatione, nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, si sit inserta ad partis supplicationem, absquè causæ cognitione, & Principis certa scientia.*
6 *Concessio noua, in concessione priuilegij non suffragatur, si non constet de priuilegio confirmato.*
7 *Confirmatio etiam ex certa scientia non trahitur ad ignorata.*
8 *Confirmatio, quando dicatur emanasse ex certa scientia Principis.*
9 *Confirmatio facta ex certa scientia operatur, vt ea, quæ valuerunt approbentur, & quæ valida non sunt, recipiant robur ex confirmatione. & num. 10.*
11 *Ius quæsitum alicui de iure speciali, vel de iure communi, non potest ei tolli absque derogatione regulæ de iur. quæsit.*
12 *Verba, perpetuò, & totaliter, sunt apta compræhendere quodcunquè ius.*
13 *Exemptionis gratia est de sui natura præiudicialis.*
14 *De subreptione, aut defectu voluntatis dari non potest absque oris aperitione, quando in concessione est sublata facultas, contrarium dicendi, vel opponendi.*
15 *Clausula, salua canonica iustitia alicuius, non operatur, vt tollat expressè concessa.*
17 *Concedentis voluntas, & propositum ex quibus depræhendatur.*

18 *Vicarius Episcopi non habet facultatem conferendi beneficia.*

19 *Dictio, omnis, est vniuersalis, & nihil excludit.*

20 *Dictio, omnis, si quid non includeret, non esset verum dicere, quod omnia iucludat.*

21 *Totum, siuè vniuersale, siuè generale, siuè integrale, infert quamlibet suam partem.*

22 *Ordinarius in Collegiatis non confert, sed vacantia beneficia sunt de simultanea collatione Prælati, & Canonicorum, & num. 23.*

24 *Ordinarius in Collegiatis, tunc solus confert, quando beneficium vacans non fuit dotatum de beneficijs ad Ecclesiam pertinentibus, sed ad aliam Ecclesiam.*

25 *Beneficia in Ecclesia Collegiata præsumuntur dotata de bonis proprijs Collegiatæ.*

26 *Dominium anteriùs probatur, etiam per duas enunciatiuas antiquissimas.*

27 *Verbum, duximus, prolatum à Principe, significat, quod ipse adhibuerit cognitionem, in eo, quod asserit.*

28 *Verba, assigno, & in perpetuum valere concedo, quid inferant.*

29 *Beneficia sinè auctoritate Ordinarij, & dotis assignatione, erigi non possunt.*

30 *Dos beneficio censetur constituta ab eo, qui tenebatur.*

31 *Obseruantia debet probari in speciali casu, de quo agitur.*

DECISIO CLVII.

CEnsuerunt Domini, standũ esse in decisis 2. Iunij 1631. *Quia nedùm Cameraria, de qua agitur, est exempta à iurisdictione Ordinarij vigore literarum Sixti V. sed vlteriùs, quia pertinentia collationis ad eundem non spectat: cum non probetur, beneficium fuisse dotatum de alijs bonis, & seù beneficijs, quàm ad Collegiatam spectantibus.

Verba enim Bullæ Sixti sunt amplissima. Nam postquàm idem Pontifex literas Apost. Clementis VII. insertas, ac aliorum Pontificum, Monasterio, Priori, & Conuentui concessas, auctoritate Apost. approbauit, confirmauit, & innouauit: ac omnes & singulos tàm iuris, quàm facti defectus (si qui interuenerint) supplendo decreuit, illas perpetuò valere, & tenere, & inuiolabiliter ac perpetuò obseruari debere: & post suppressionem litis, tunc inter Collegiatam, & Archiepiscopum Cæsaraugustanum in Rota vertentis addidit sequentia verba: *Vlteriùs pro potiori cautela, & suffragio Monasterium B. Mariæ, & Ecclesiam huiusmodi, ac illius Prioratum, Dignitates, Officia, nec non singula loca, & Canonicales portiones, ac beneficia: omniaque, ac singula Castra, terras, res, & bona quæcumque similiter præsentia & futura: ac Priorem & Canonicos, necnon Camerarium, Capellanumque Regium nuncupatum, omnes, & quoscumque Clericos etiam sæculares, obtinentes in titulum, vel commendam quascumque Dignitates, & Officia regularia ipsius Monasterij Beatæ Mariæ: ab omni iurisdictione, dominio, & superioritate, visitatione, correctione, auctoritate, & potestate prædicti moderni, & quorumcumquè Archiepiscoporum Cæsaraugustanorum, pro tempore existentium, suorumque Vicariorum, & Officialium perpetuò eximimus, & totaliter liberamus.*

Ex quibus verbis, cùm apertè legatur Cameraria perpetuò exempta, & totaliter liberata a iurisdictione, & imperio
1 Archiepiscopi; † semper remanet derogatum iuri Ordinario competenti, *c. Abbate, vbi Panorm. num. 3. Lap. alleg. 315. num. 7. Vital de supplen. neglig. Prælat. in rubr. num. 16. Selua de benef. par. 2. quæst. 22. num. 45. Gonzal. super reg. 8. gloss. 23. num 20. Rota in Ferrarien. Prioratus, quæ est decis. 308. num. 4. par. 1. recent.*

Non obstat, quòd approbatio, confirmatio, & innouatio facta per Clementem: quoad litteras Innocentij, Euge-
2 nij, & Alexandri nihil † plus tribuat, quàm quod in eisdem literis datum fuit, *Cassad. decis. vnica, num. 2. de confirm. vtil. vel inutil. Rota decis. 702. num. 6. par. 1. diuers. & 229. num. 11. par. 2. recent. Dec. cons. 341. num. 7.* dicens, confir-
3 mationem semper † præsupponere aliquid prius esse, quod confirmetur; sed in eorum literis non contineri exemptionem Camerariæ, neque potuisse contineri, dum non
4 esset tunc erecta, ex quo † priuilegia ad futura acquirenda non se extendunt, *Hostien. & Io. And. in cap. cum cappella de priuileg.* clausulam verò, *& pro poitori cautela*, insertam in eisdem literis Clementis, post approbationem, confirmationem, & innouationem literarum Pontificum prædecessorum, in qua eximitur Cameraria, de qua agitur; ap-
5 positam fuisse † ad partis supplicationem, absque causæ cognitione, & Pontificis certa scientia, quæ pariter nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, in ordine ad confirmatum, *Cassad. ead. decis. 1. de confirm. vtil. Bertran. cons. 181. num. 6. lib. 3.* affirmans, nouam concessionem in concessione
6 priuilegij non suffragari, si non constet de priuilegio † cõfirmato, & intelligitur, saluo iure tertij, & quatenùs valida sit, & recipit eandem interpræetationem, & obiectiones, quas ipsa confirmatio, vt dicitur resolutum in *causa Mediolaneñ Decursus aquarum 28. Aprilis 1581. coram Papa Clem. VIII. & in Tirasonen. iurisdictionis de Tudela 1. Aprilis 1587. et in alia Tirasonen. 26. Iunij 1595. coram Card. Blanchetto*: vltimam verò Sixti confirmationem etiam cum clausula, *pro potiori cautela, et priuilegio*, quauis ex certa scientia propter insertionem tenoris literarum Clementis VII. dicebatur nempè plus operari, quàm Cle-
7 mentis confirmationem, † in forma communi emanatam, propter ius speciale conferendi Archiepiscoporum, ab vtroque Pontifice ignoratum, *Alex. cons. 122. num. 21. lib. 4. Rota decis. 555. num. 9 par. 2. recen. Castr. cons. 84. num. 5. et 230. num. 3. part. 2. Cresc. decis. 9. num. 4. de priuil. Put. decis. 26. de praben.* quod dicebatur tolli non posse absque derogatione regulæ *de iur. quæsit. non tollen.*

Quia restringendo difficultatem ad Breue Sixti, fuit pro
8 indubitato præsuppositum, illud emanasse † ex certa scientia propter insertionem tenoris literarum Clementis, *gloss. in c. pastoralis, § præterea, in verbo, ex certa scientia, de offic. deleg. Dec. in c. porrecta, num. 15. de confirm. vtil. vel inutil. Gabr. cons. 183. num. 14. lib. 2. Surd. cons. 419. n. 24.* & 25. & plenè fuit hæc cõclusio comprobata in *causa Toletana admissionis ad habitum, quæ est 192. num. 3. par. 1. recent.* Et quando agitur de confirmatione ex certa
9 scientia, quæ valuerunt, approbarunt: † quæ valida non sunt, recipiunt robur ex confirmatione: & quæ nullam habent relationem ad ea, quæ præcesserunt, de nouo conceduntur; ita magistraliter declarat *Dec. cons. 341. nu. 7.* Quod tamen priùs in substantia fuit dictum per Rotam, penès *Cassad. d. decis. vnica, de confirm. vtil. vel inutil.* & nunc absque vlla hæsitatione pro indubitato admittitur, *Seraph. decis. 1432. num. 1. & in ead. decis. 192. nu. 2. par. 1. recent.* In præsenti autem, quòad priuilegia trium Pontificum, intrat approbatio: quia de illis constat: exemptio Camerariæ,
10 concessa per Clementem VII. in forma communi, vti † inualida recipit robur à confirmatione Sixti: cætera autem respectu temporalis concessionis ad vitam tunc Archiepiscopi Cæsaraugustani, *et in posterum, et in perpetuum*, erit noua concessio: dum similis non reperitur, ad quam possit haberi relatio.

11 Neque mouere debet differentia iuris competentis, † de iure speciali, vel de iure cõmuni, quod dicebatur in Archiepiscopis, quæsitum ante concessionem Sixti; & potuisse ab eo ignorari, vt propterea absq; derogatione, regulæ defendi nõ possit. Quia de absoluta, & determinata voluntate Papæ eximendi Camerariam à iurisdictione Archiepiscoporum,
12 patet ex illis verbis: † *perpetuò eximimus, et totaliter liberamus*: quæ sunt apta compræhendere quodcumque ius, Archiepiscopis competens, *Gemin. cons. 72. in princ. Vital. clem. 1. de censib.* Et eo casu gratia exemptionis, cùm sit de
13 sui natura † præiudicialis, dum Papa intelligit totale præiudicium, semper sustinetur absque derogatione regu-

læ,

læ, *Dec.conf.113.num.7. Cassad.de priuil. decis.1. Seraph.*
decis.762.num.4. Rota decis.240.num.22.par.1.diuers. Et
cum hac distinctione Domini transierunt in *Andrien. de-*
cimarum 14. *Decemb.*1607. *coram bo. mem. Patriarcha*
Manzanedo,in Albanen beneficiorum 27. *Iunij* 1614. *co-*
*ram me, & in Bononien.vsusfruct.*23. *Maij* 1625. *coram*
Domino meo Decano. Et quod magis est,hodiè dari non po-
test de subreptione, aut defectu voluntatis absq; oris aperi-
14 tione, † quia in concessione fuit derogatum, & sublata fa-
cultas contrarium dicendi, aut opponendi, & interprætan-
di, *Caputaq.decis.*134.*num.*4.*par.*3. *Put. decis.* 50. *num.* 5.
lib. 1. *&* 377. *in fine lib.*3. *Seraph. decis.*351. *&* 764.*n.*1.

Clausulæ autem, quæ leguntur in concessionibus trium
Pontificum, videlicet: *salua Canonica iustitia Episcopi*
Cæsaraugustani: deseruire non possunt ad conseruationem
iuris conferendi Camerariam. Nam quicquid sit de inter-
prætatione prædictorum verborum, quando materiæ sunt
15 compatibiles cum expressis in concessione: † non autem,
vt tollant expresſè concessa, vt in præsenti legitur de Ca-
meraria, *Oldrad.conf.*330.*in fine. Paris. conf.*70.*num.*12.
*lib.*1. *Put.decis.*183.*lib.*3. *Menoch. conf.*2.*num.* 57. Atta-
men ex alio non suffragantur: quia Cameraria tanquàm
fundata de anno 1195. vt partes admittunt, non præserua-
16 tur ex clausulis anteriorum concessionum: † quæ non se
extendunt ad postmodum erigenda, *Hostien.in cap.cum*
*capella.num.*5.*de priuil. & ibidem Io.Andr. num* 5. *Abbas*
*num.*5. *& Card.num.*1. *Alex. conf.*158.*lib.*2. *vbi sub num.*
15. admittit conclusionem, quando agitur de præiudicio
tertij.

Et eò minus releuat ponderatio,quòd huiusmodi exem-
ptio restringatur ad iurisdictionem contentiosam, non au-
tem ad voluntariam, prout est ius conferendi propter ver-
ba proemij, in quo mentio fit solùm de iurisdictione exer-
cendi in Monasterium, Castra, terras, homines: ex quo
17 facilè desumitur voluntas, † & propositum concedentis
*Decian.conf.*30.*num.*9.*lib.*3. *Menoch. præsump.* 2. *num.* 4.
*lib.*6. ac etiam propter eorundem verborum directione
18 in personas, nempè Vicarios, non † habentes in iure fa-
cultatem conferendi, *c. finali,de offic.Vicar. in* 6. *Gonzal.*
*ad reg.*8.*glos.*5.*§.*3. *num.* 25. *cum alijs.*

Quia verba amplissima literarum tàm Clementis, quàm
Sixti in primis literis ibi: *ab omni iurisdictione, dominio, &*
superioritate penitùs, & omninò eximimus, & liberamus.
& in secundis ibi: *ab omni iurisdictione, dominio, & supe-*
rioritate omninò, & perpetuò eximimus, et totaliter libera-
mus: non patiuntur huiusmodi restrictionem, aut limita-
tionem: dum non esset omnis iurisdictio omninò & totali-
ter sublata, si remaneret voluntaria, pertinens ad ius confe-
rendi reseruata. Nam si de omni iurisdictione agatur, illa
19 dictio, † *omni*, est vniuersalis, & nihil excludit, *l.*1.*vbi om-*
*nes,ff.de leg.*1.*Dec.conf.*597.*num.*1. dicens, quod si quid
20 non includeretur, non esset verum dicere, † quòd omnia
veniant, *Surd.* latissimè cumulans *conf.*73.*num.* 62. *& seq.*

Et similiter si totaliter debet Collegiata esse exempta, &
21 liberata, siue totum † sit vniuersale, siue generale, siue in-
tegrale, semper infert in quamlibet suam partem, *glos. in*
*§.*1.*inst.de societ.* quæ de ista dictione loquitur; *et in l. Lu-*
*cius,ff.de fund.instr. Surd.decis.*78.*num.* 12. *Cuman. conf.*
10.*in fine, Natt.conf.*160.*num.*30. *lib.* 1. *Bertaz. de claus.*
*inst. claus.*27. *Couar.variar. lib.*1.*cap.*2.*num.* 5. Nec ra-
tione adiuncti, videlicet *Vicariorum*, mutant naturam: quia
prius de Archiepiscopis habentibus facultatem conferen-
di facta est mentio: & deinde de Vicarijs, ad quos facultas
prædicta per mandata specialia transire poterat, vt pleniùs
Collegiatæ esset consultum.

Secundò principaliter Collegiata huiusmodi fundat in-
tentionem suam in iuris dispositione. Quia in Collegiatis
22 † Ordinarius non confert: sed vacantia sunt de simultanea
collatione Prælati, & Canonicorum, *Cassad. decis.* 22. *de*
*præben.num.*3. *Bisign.decis.*8 *eod.tit. Rota decis.*4. *de con-*
*cess.præben.in nou. Put.decis.*130. *lib.* 1. *in nouis, Mohed.*
dec 27.*de præben. Silua de benef. par.* 2.*q.*22. & idem fuit
resolutum *in causa Cæsaraugustana* Canonicatus 18. *A-*
prilis 1603. *coram Episcopo Attrebaten.* & pleniùs *in Ge-*
runden. iuris conferendi 11. *Martij* 1630. *coram D. meo*
Queipo. Et eò clarius, quia versamur in Ecclesia Canoni-
corum Regularium S. Augustini, propter Bullam Benedi-
cti XII. in nouo Bullario, tom. 1. fol. 197. in qua expresſè
23 disponitur, quòd collatio fit simultanea † inter Prælatum,
& Canonicos: & conuenit cum simili dispositione iuris, *c.*
*finali de regular.in*6. *Abbas in cap. ea noscitur,num.*4.*de*
his, quæ fiunt à Prælat. sinè consensu Capituli. Silua ead.
*q.*22.*num.*45. *Gonzal.glos.*7. *num.*7.

Non obstat, quod ab eadem conclusione communiter
recedatur, quando beneficium in collegiata dotatum fuit
24 de beneficijs ad collegiatam non pertinentibus, † sed ad
aliam Ecclesiam, prout dicitur in præsenti probari: vt tunc
Ordinario dotanti, vt prius, remaneat facultas conferendi,
*Abb. in c. suggestum, num.*3. *de iurepatronatus, Rota de-*
*cis.*600. *num.*3. *par.*2. *recent.* & idem videtur firmatum *in*
Callien. iurisconferendi 14. *Maij* 1621. *coram bo. mem.*
Francisco Vbaldo.

Quæ conclusio est vera: sed probatio dominij deficit.
Nam si de iure contendatur, vrget præsumptio contra
25 Archiepiscopum: quia in Collegiata præsumuntur † bene-
ficia dotata de bonis proprijs Collegiatæ, *Abbas in c. cum*
*Ecclesia Vulterana num.*8.*de elect. Put. decis.* 313. *num.* 3.
*lib.*3.*in nou. Caputaq.decis.*226.*par.*2.*Silua de benef.quæst.*
22. *num.*13. *par.*2.

Si verò agatur de directa probatione dominij, quod bo-
na assignata non pertinerent ad collegiatam: & neque hoc
iustificatur, sed potius cōtrarium quoad Ecclesiam de Ma-
gallon. & Borata apparet de anteriori dominio collegiatæ,
26 ex duabus † enunciatiuis antiquissimis, quæ leguntur in
duobus indultis Alexādri III. vsque de anno 1171. & 1179.
quæ in antiquissimis solent probare, etiam quod emanaue-
rint ad supplicationem partis per illa verba: *vestris suppli-*
cationibus inclinati: Nam quando Papa narrat bona, quæ
sub protectione Sedis Apostolicæ suscipere intendit, sub-
27 dendo, † *quæ duximus exprimenda vocabulis*; quàmuis
*Franc. in c. si Papa.num.*4. *de priuil. in*6. *et Put. dec.* 427.
lib. 2. dubitauerint de releuantia huius probationis: atta-
men veriorem Rota semper sequuta est in *Spoletana bono-*
rum 13.*Iunij* 1608. *coram Card. Marcomontio*: & prius
in eadem *causa coram Penia*, quæ est 142. *et* 145. *part.* 4.
diuers. & pleniùs *in Theatina iurisdictionis* 405. *et* 683.
par. 1. *recent.* in quibus ponderatur illa clausula: *quæ duxi-*
mus exprimenda vocabulis.

Hæreditates verò, quæ assignantur vltra dictas duas Ec-
clesias cum suis pertinentijs, pariter non apparent de do-
minio Archiepiscopi, nisi probetur, easdem fuisse priùs in
dominio eiusdem, propter effectum translationis dominij,
qui causari non potest ab eo, qui illud non habet, *l.cum res.*
C.de probat.l.non est nouum,ff.de acquir. rerū domin. Spe-
*cul.in titulo de act. seu petit. §.sequitur,num.*25. *Afflict.de-*
*cis.*40 *num.*3.*Surd.decis.*122.*num.*4.

Demùm si fundamentum desumatur ex ipsa erectione
huius Camerariæ, facta per Raymundum Episcopum Cæ-
28 saraugustanum de anno 1195. in qua legūtur verba: † *As-*
signo, et in perpetuum valere concedo: inferentia dominij
significationem in transferente, *Dec.conf.*640. *num.*6. *Pa-*
*ris.conf.*33.*n* 16.*lib.*3. qui loquuntur de verbo: *Assigno: et*
*Menoch.conf.*191.*num.*8. *et præsump* 34. *num.* 31. *lib.* 3.
idem affirmans de verbo: *Concedo.* Facilè corruit, si atten-
datur, quòd Episcopus interuenit ad auctorizandam ere-
ctionem, non autem ad simpliciter consignandam dotem,
ex qua iuspatronatus acquiratur.

29 Beneficia † enim sine auctoritate Ordinarij, & dotis assi-
gnatione, erigi nō possunt, *c.nemo,vbi glos.in verbo veniat,*
*et c.nullus de consecrat.dist.*1. *Calderin.conf.vltimo, de iu-*
repatronatus, Rocchus eodem titulo in verbo pro eo, quod de
30 *Diœcesani consensu.* Et eo casu dos censetur † cōstituta ab
eo, qui tenebatur, nēpè ab Ecclesia collegiata, quæ petebat
erectionē, *Alciat.reg.*1.*præsumpt.*50.*et Menoch.præsump.*
18.*n.*8.*lib.*1. Et hæc ipsa præsumptio iuuatur alijs adminicu-
lis, supra relatis respectu Ecclesiarū de Magallon. & Borata.

Neque contraria præsumptio potest defendi pro Ordi-
nario, ex obseruantia subsequuta. Nam collationes datæ
X 3 in

in Summario Pauli, vel sunt de alijs beneficijs, & obser-
31 uantia non suffragatur, quia debet probari in specie † de Cameraria, non autem de alijs in genere, *Roland.cons.80. num. 10.lib.1.Becc.cons.96.num.7. Surd.cons.354.num.26.* Aut sunt de eadem Cameraria, prout dantur, vna scilicèt de anno 1534. & aliæ duæ de anno 1557. Et istæ vltimæ Lupi, & Ferdinandi Archiepiscoporum non sunt productæ in forma probanti, neque effectuatæ: prima verò, quæ fuit Francisci Archiepiscopi non sufficit; quia aliæ contrariæ superuenerunt. Ac demùm si quid roboris inferret: id totum fuit sublatum per exemptionem Sixti V. subsequutam: à qua vsque in præsentem diem non dantur collationes de hac Cameraria factæ per Archiepiscopos, quæ effectuatæ, & validæ sunt.

Et ita vtraquè parte informante fuit resolutum.

* Est decis.43. supra in hac eadem parte.

¶ Adest infra altera decis. in hàc causa sub die 9. Maij 1633. coram eodem R.P.D. Pirouano.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Cambiorum.

Die Lunæ 29. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Pro cambijs, quid sit licitum exigere, & qualiter eorum valor probetur. Mandans tenetur conseruare indemnem mandatarium, & quando hoc non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Pro cambijs, quid licitum sit exigere.*
2 *Mandans tenetur conseruare indemnem mandatarium.*
3 *Mandatarius, vt conseruetur indemnis à mandante, quid requiratur.*
4 *Mandatarius, non est releuandus à mandante, quando gessit rem minùs vtiliter, extra fines mandati, & mandantis intentionem.*
5 *Cambiorum valor probatur per testes practicos, scilicet per Mercatores.*
6 *Mandans, & mandatarius, quando ambo sunt mercatores, verba mandati sunt accipienda, iuxta id, quod est solitum inter Mercatores.*
7 *Approbare, nemo dicitur id, cuius præexistentiam, seu implementum non præsupponit.*

DECISIO CLVIII.

Dominus Bernardinus Capponus de mandato D. Brandani accepit ad cambium à Francisco Ferdinãdo mercatore Lusitano Florentiæ commorante, summam scutorũ auri 2500. soluendum Olyssiponis, ad rationem 590. Rais pro quolibet scuto. Et cùm ipse peteret cambia ad rationem in mandato expressam, Brandanus verò contenderet se ad illorum solutionem non teneri, nisi ad rationem Rais 490: iuxta solitum cambiandi per Olyssiponem, fuit dubitatum, an & quæ cambia deberentur. Et Domini censuerunt, inprimis prædictum cambium reformandum esse ad dictam rationem Rais 490. quia pro cambijs illicitum est exigere, quicquã vltra id, quod ipsi mercatores fori, in quo fit cambium, tanquàm boni viri, & in arte periti, attenta locorum distantia, & minori copia, vel penuria pecuniæ cam-
1 psibilis, † bona fide arbitrantur, à quorum arbitrio cõmunis cursus cambiorum regulatur, *Nauar. in manual. cap. 17. num.301. in 2. notabil. Less. de iust. & iur. lib.2. cap.23. dubit.3. num.21. Rot. decis.315. par.1. recent.*

Non obstat, quod D. Brandanus mandauerit D. Bernardino, vt supradictam summam acciperet ad rationem 590.
2 Rais, pro quolibet scuto, cum que † tanquàm ministrum, ac mandatarium indemnem conseruare teneatur. *l. si verò non remunerandi. §. si mihi*, & ibi, *Bald. ff. mandat.* Quia cùm re vera de tempore dicti mandati cursus communis cambiorum per Olyssiponem, nõ excederet valorem 490. Rais,
3 pro quolibet scuto auri, † dictus mandatarius, non potest excusari, quin teneretur accipere cambium, ad hanc rationem mandanti minùs grauem, & onerosam, iuxta *tex. in l. 4. §. si quis absentis, ff. de oblig. & act. l. si pro ea, C. mandat. §. actionum alia. Inst. de act.* Neque pro ea rata cambiorum, quæ communem cursum excedit, est releuandus, at-
4 tento, quod tanquàm res † minùs vtiliter gesta, extra fines mandati, & mandantis intentionem esse censetur.

De communi autem cursu cambiorum huiusmodi ad prædictam rationem Rais 490. tàm in Vrbe, quàm Floren-
5 tiæ, & alibi locorum, sufficienter constat † ex testibus, quibus tanquam mercatoribus in hac Vrbe, & alibi, per Italiam commorantibus, est credendum, vt similibus terminis resoluit, *Rot. decis.315. part.1. recent.* deponunt enim de facto proprio, & quod de tempore eiusdem mandati cambiatum fuerit per Olyssiponem, ad rationem Rais 480. vsque ad 490. Vnde probatur huiusmodi cambia, certam summam circa illud tempus excedere nõ consueuisse, quod posse fieri admisit, *Rota in præallegata decis.315. in Romana pecuniaria, seu cambiorum 12. Iunij 1615. coram bo. mem. Card. Sacrato.*

Non obstant testes deponentes cambia per Olissiponẽ, apud Mercatores Florentinos esse extraordinaria, & rarò, ac nisi per accidens fieri, adeoque eodem iure censenda esse, quo cambia, quæ vulgo dicuntur, *cambij di corteggiano*, & fieri consueuerunt ad rationem Rais 590. Quia, cùm
6 † mandans, & mandatarius prædicti ambo sint mercatores, verba mandati sunt accipienda, iuxta id quod solitum est inter mercatores, *argum. text. in l. Seio, §.2. vbi Bart. ff. de aur. de legat.*

Minùs obstat, quod D. Brandanus in literis, secundo loco, datis ad eundem D. Bernardinum post cõfirmationem mandati iam traditi, vsus fuerit verbis, *al prezzo denotatoci*, ex quibus infertur, contrahentes intellexisse de cambijs, ad rationem Rais 590. ipsi D. Brandano per D. Bernardinum significatam. Quia dictæ literæ dum continent confirmationem mandati de accipiendo ad cambium, cum repetitione horum verborum, *mentre che possiate farlo*, nullo modo extendi possunt, ad approbationem cambij nondum
7 existentis, cùm † nemo dicatur approbare, id cuius præexistentiam, seu implementum non præsupponit, ad not. per *Doct. in l nam & si, ff. de iniust. rupt. testam. & in cap. ad dissoluendum, de desponsat. impub.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Perusina Laudi.

Die Veneris 3. Nouemb. 1632.

ARGVMENTVM.

Laudum, vt valeat in vim pacti propter emologationem, quid requiratur. Ignorantia Iuris, quando excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Emologatio operatur, vt laudũ sustineatur in vim pacti.*
2 *Emologatio expressa deducitur ex subscriptione Laudi.*
3 *Emologatio, ex subscriptione Laudi, ante probationem nulla*

nulla deducitur, si subscribens ignorabat, quid contineri deberet in Laudo.

4 *Emologatio tacita sufficit de Iure Canonico, vt valeat in vim pacti Laudum.*

5 *Sed secus est de Iure Ciuili.*

6 *Emologatio tacita, ad hoc vt faciat valere Laudum in vim pacti requiritur scientia nullitatis.*

7 *Laudum, quando quis dicatur approbasse.*

8 *Ignorantia Iuris non excusat.*

9 *Ignorantia Iuris dubij valdè æquiparatur ignorantiæ facti.*

10 *Et hoc maximè, quando agitur de damno vitando.*

11 *Subscribens censetur approbare omnia contenta in scriptura.*

12 *Sed hoc procedit, qnando subscribens sciuit contenta in scriptura.*

13 *Ignorantia Iuris, habens mixturam facti, excusat.*

14 *Statut. Perus. disponens, quod debeat dari de nullitate Laudi intra decem dies, qualiter procedat.*

15 *Rota numquàm exequitur sententias neque Lauda, nisi constito de Iustitia.*

DECISIO CLIX.

Resolutum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, quia Laudum fuit nullum, ex pluribus capitibus consideratis in decisione facta 11. Maij 1629. coram R. P. D. meo Durano, quæ nullitates non controuertebantur à parte, sed dicebatur obstare emologationem, † quæ
1 operatur, vt Laudum sustineatur in vim pacti, *cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil. Dec. consil. 475. numero 28.*

Huic ergo fundamento respondebant Domini non constare de tali emologatione, quæ suffragetur; nam quan-
2 tùm attinet ad emologationem expressam, † quæ deducitur ex subscriptione Laudi, illa non afficit, cum fuerit facta ante prolationem ipsius Laudi, vt deponunt Testes, & sic
3 nulla induci † poterat emologatio expræssa, cùm subscribens ignoraret, quod contineri deberet, in illo Laudo, *ex not. in l. si ita stipulatus fuero, 126. §. Grisogonus, ff. de verb. oblig.* & ibi *not. Ias. num. 12.*

4 Non obstat etiam emologatio tacita, quia † licet illa sufficiat de Iure Canonico, vt Laudum sustineatur in vim pacti, *Felin. in cap. significasti, nu. 8. ad fin de for. comp. Natt.*
5 *consil. 95. num. 3. Afflict. decis. 117. num. 5.* & secùs, † videatur de Iure Ciuili, *Natt. dicto loco, Calderin. consil. 8. de re iudic. Soccin. in dict. cap. significasti in 7. artic. quæst. 8. Rimin. Iun. consil. 281. num. 77. Aym. consil. 29. num. 6.* Atta-
6 men, vt emologatio † tacita suffragetur, requiritur scientia nullitatis, *Abb. consil. 61. colum. fin. versic. ad tertium lib. 1. Dec. d. consil. 475. sub num. 28. versic. sed ad hæc respondetur, Osasch. decis. 179. num. 16. Gabr. concl. 2. tit. de sentent. num. 34.* & consentiunt *Corn. in consi. 217. nu. 8. lib. 3. Aym. consil. 29. num. 6.*

Vnde quàmuis ex traditione clauium, & consignatione
7 quorundam bonorum scientiaquè illiùs Laudi, † & non reclamatione, immo oretenùs approbatione posset induci tacita emologatio, attamen ex prædictis hoc esset verum,
8 data scientia nullitatis, & licèt replicetur, quod ista † est ignorantia Iuris, quæ non excusat. Attamen, cum sit igno-
9 rantia † Iuris, valde dubij æquiparatur ignorantiæ facti, *Dyn. in consil. 5. in fin. num. 9. versic. præterea,* maximè cùm
10 agatur † de damno euitando, *Castr. consil. 298 in princip. lib. 1. Dyn. vbi supra num. 7. versic. præterea certum est.*

Ignorantia autem Iuris valde dubij procedit, ex ipsa
11 subscriptione, quia subscribens † censetur approbare omnia contenta in scriptura, *d. l. si ita stipulatus fuero, §. Grisogonus,* & ibi not. *Angel. Castr. & Alex. & Aretin. l. fideiussor, 26. §. 1. ff. de pignor. §. 1. Instit. de empt. et vend. l. si ergo, §. plane, ff. de iur. dot. l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. l. sicut, §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluatur.* & ideò licèt conclusio ista non habeat locum, nisi subscribens
12 † sciuerit contenta in scriptura, vt supra, dixi, attamen negari non potest, quin super dicta conclusione caderet aliqua
13 dubietas, accedit etiam, quod ista ignorantia † Iuris habet mixturam facti, quæ propterea suffragatur, vt benè in secūda decisione D. mei Durani.

Non obstat, quod primum Laudum, quod appellatur concordia, nullam habeat nullitatem, quia illud hodiè non impugnatur, sed secundum, prout nec etiam officit, quod iuxta Statutum Perusiæ debeat dare de nullitate Laudi in-
14 tra decem dies, † quia illud Statutum est intelligendum data scientia nullitatis, & quando nullitas est adeò patens,
15 vt tergiuersari non possit, & Rota nunquàm † exequitur Sententias, neque Lauda, nisi constito de Iustitia, &c.

Et ita conclusum vtraquè parte informante.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seù Vrbeuetana Legitimæ.

Die Veneris 10. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Filij liberè transmittunt legitimam ad eius hæredes, etiam absquè agnitione, & hoc procedit siuè simus in legitima paterna, siuè materna, cùm ista transmissio sit fundata in particulari priuilegio legitimæ, & non in suitate.

SVMMARIVM.

1 *De legitimæ transmissione in bonis patris, vbi agitur, tūc absquè præcedenti agnitione transmissio recipitur, propter effectum suitatis.*

2 *Filius est necessarius hæres patris, in eo continuatur dominium, & ideò trasmittit absquè agnitione.*

3 *Filius non est in potestate matris, nec suus, ac necessarius hæres dici potest, sed verè voluntarius, & ideò iura non agnita, non transmittit, & num. 11.*

4 *Legitimæ transmissio non est fundata in potentia suitatis, aut iure patriæ potestatis, sed in particulari priuilegio legitimæ.*

Legitima debetur, ipso iure, à lege vocatis, num. 4.

5 *Filius legitimam transmittit ex iure speciali, non attento iure patriæ potestatis.*

6 *Surd. in consilio 341. num. 1. lib. 3. examinatur, & num. 10.*

7 *Suitas, quare fuit introducta.*

8 *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 8. num. 5. refellitur.*

9 *Legitimæ transmissio fit, ex speciali iure.*

12 *Legitima debetur filio, ne dum legis beneficio, sed & titulo singulari.*

Legitima filiorum non est quota hæreditatis, sed portio bonorum, num. 12.

13 *Titulo singulari, & non hæreditario, ea quæ competunt ex hæreditate alicuius, etiam sine agnitione transmittuntur.*

14 *Bona quæcumque, quæ acquiruntur iure separato ab aditione hæreditatis, non requirunt agnitionem ad effectum, vt liberè transmittantur ad hæredes.*

15 Legi-

15 *Legitimæ titulus, licèt sit singularis, attamen defertur iure, & nomine hæreditario.*
16 *Soccin.Sen.in l.1.32. & Rip. num.152.ff. de vulg. declarantur.*
17 *Legitima filiorum est semis, quando excedunt quatuor, & num. 26.*
18 *Filiæ fœminæ, licèt sint exclusæ à statuto ab hæreditate patris, faciunt tamen numerum in legitima ad fauorem filiorum, vt legitima sit pinguior, & vide num. 19.*
20 *Dispositio hominis facit cessare dispositionem legis.*
21 *Filijs debetur legitima etiam contra voluntatem parentum.*
22 *Maiori numero personarum fauendum magis est, & num.24.*
23 *Negantium melior videtur esse conditio.*
24 *Filij tàm primi, quàm secundi matrimonij in bonis proprijs paternis, vel maternis, æqualiter succedunt.*
27 *Sorores vterinæ non faciunt numerum in legitima ad fauorem fratrum vterinorum.*
28 *Ciuilitas alicuius loci ad effectum successionis, nihil releuat, non probata habitatione, cum onerum sustentatione.*

DECISIO CLX.

IN præterita disputatione * duo fuerunt resoluta; legitimam DD.Clementinis esse debitam in bonis, & hæreditate Victoriæ eorum Auiæ, & illam esse semissem; hodiè verò, cum eadem controuertentur, idem quòad vtramquè partem fuit responsum.

Nam legitima verè debetur Octauio, Victoriæ filio, & ex eius persona iure transmissionis DD. Ioanni Baptistæ, & Hieronymo eius filijs, vt in prima decisione fuit firmatum.

1 Nequè obstat, quòd vbi agitur de transmissione † legitimæ in bonis patris, verior quidem sit opinio, vt absquè præcedenti agnitione transmissio recipiatur, propter effectum
2 suitatis; dū † filius est necessarius hæres patris, & in eo continuatur dominium, ideoquè transmittat sine agnitione *Ias. in l.scimus, in princ.C.de inoffic.testam. Rodericus in l.quoniam in prioribus, declaratione Leg. Regni.limit.3.columm. antepenultima.Crass.in §.legitima, quæst.37.Surd.post alios consil.341 num.1.lib.3.* Secùs verò, vbi agitur de transmit-
3 tenda legitima in bonis matris debita, vt in præsenti, in † cuius matris potestate filius non est, nec suus, aut necessarius hæres dici potest; sed verè voluntarius qui absquè agnitione, & acquisitione iura transmittere non potest, *Bald. & Salic.in l.quoniam in prioribus, C.de inoffic.testam. Gomes. var.resol c.9.num.24.Surd.cons.341.num.13.lib.3. Moder. de legitima lib.5.tit.3.q.8.num.5.*

4 Quia primò fuit responsum, transmissionem † non esse fundatam in potentia suitatis, aut iure patriæ potestatis; sed in particulari priuilegio legitimæ, quæ debetur ipso iure, à lege, vocatis, *l.cum ratio, in principio, ff. de Bon. damnat.l. omnimodo, l.quoniam in prioribus, l.scimus, §.cum autem, ff. de inoffic.testament.* vndè *Bald.in l.si Arrogator.nu.8.ff.de adopt.* firmat omnes esse pares in iure transmittendi legiti-
5 mam, ex iure speciali † non attento iure patriæ potestatis; sed speciali natura transmissionis legitimæ, & *Bald.* sequuti sunt *Alèx.consil.150.num.8.lib.2.Crauet.consil.312.nu. 3.Soccin.sen.consil.150.num.24.lib.1.Aretin.in l.ventre 83. colum.penul.versic.quarta, & vltima questio ff. de acquir. hæred.* Peralia *in l.cum patruus, nu.28.ff.de legat.2.Marta de success.par.1.quæst.24.num.8.& sequen.Cuccus de legitima in §.nec vsufructu.num.91.Surd in dicto consil.341. nū. 2.* vbi aduertit ad eos, qui loquuntur in matre, & hanc opinionem sequitur *Rota* tam antiqua, quàm moderna, vt in *decis.668.par.1.diuersorum, quæ fuit coram* Papa *Clemente VIII.* & in *Ariminen.legitima de Scarpionibus 5.Maij 1627. coram D.mco Durano*, & hanc vti veriorem propter rationes, & Rotæ auctoritatem sequitur *Gratian. discept.*
6 *448. num. 23.* ex quibus patet auctoritatem Surdi † non preponderare; dum fundat transmissionem in qualitate suitatis, quod verùm non est, & in eo, quod titulus legitimæ nō sit singularis; sed hæreditarius, in quo dissentiunt communiter scribentes, & rationes *Baldi* illum conuincunt; dum
7 in eadem *l.si arrogator, num.8.* dicit suitatem † fuisse inductam de Iure Ciuili, fauore creditorum, quibus non obligantur successores in legitima; & tamen secundùm opinionem *Surdi*, si legitima deferretur iure, & nomine hereditario; vt præsupponit *num.26.* essent obligati. Moderni au-
8 tem † de legitima nihil plus dicunt, quàm ipse *Surdus* dixerit in discursu sui *Consilij 341.* & propterea ijdem Moderni in alia quæstione de matre transmittente legitimam filij ad hæredes, eodem *lib.3.tit.3. quæst.8.num.13. & 14.* conueniunt cum doctrina *Baldi*, reiecta opinione *Surdi*
9 admittendo † specialem naturam transmissionis, in qua secundùm *Baldi* doctrinam omnes sunt pares; & tandem ipse *Surdus* in fine sui *Consilij num.34.* fatetur suam opinio-
10 nem non esse tutam, quādo sola debetur † legitima, qui est casus noster; vt tunc transmittatur non iure suitatis; sed ex peculiari iure, & natura ipsius legitimæ; secùs verò, quando filius est institutus hæres vniuersalis, vel in quota, quòd verè conuenit in successione matris, voluntario hæredi; dum
11 suus, † & necessarius esse non possit, propter defectum patriæ potestatis, vt non priùs transmittat, quàm agnoscat, vt supra dictum fuit.

Secundò fuit etiam responsum, quod legitima competit
12 nè dùm beneficio legis, † vt iam dictum est; sed & titulo singulari: quia non est quota hæreditatis, sed portio bonorum *l.cum a matre, cum glo.C. de rei vendic. Bald. in d.l.si Arrogator, nu.8.ff. de adopt.Surd. eodem cons.341.num.3.* qui infinitos allegat, & illis accedunt *Gayl. lib.2. obser.120. num.3. Mantic.de coniect.lib.7.tit.8. num.5. Viuius comm. opin.in verbo legitima, num.63.* idem *Surd.cons.216. num.*
13 *13. vol.2.* quæ verò titulo † singulari, & non hæreditario deferuntur eadem etiam sine agnitione transmittuntur *Bar.in l.si Arrogator, num.8 per illum textum, ff. de adopt. Bald.num.8.Ias.num.14.Castr. in l. cum antiquioribus nu. 6.C.de Iure delib.Alex.cons.150.num.7.lib.2.Roland.de lucro dotis q.47.Fanut.eodem tit.glo.4.num.8.Pinell. in l.prima, num.36.C. de Bon. matern.Surd.decis.138.num.15.* & idem fuit comprobatum in supra allegata *decis.668. par.1. diuers.* & deniq *Bald.in l.generaliter §.in his, C.de secund.*
14 *nupt.* tradit regulam generalem, quòd † quæcunquè acquiruntur iure separato ab aditione hereditatis, & iure vniuersali non competunt; non requirunt agnitionem ad effectum, vt liberè transmittantur ad hæredes, prout cæteræ actiones.

Nec mouere debent, quæ ab eodem *Surdo d. suo consil. 341. num.25.* ponuntur pro responsione ad confundendam
15 distinctionem tituli singularis, quòd vbi † etiam legitimæ titulus esset singularis; attamen deferatur iure, & nomine hæreditario *Bart.in leg.pro hærede in §. primo in fine, & in leg.gerit, num.22.ff.de acquiren.hæred.Soccin.sen.in l.prima num. 32. & Ripa num.157. ff. de vulgar.Cuccus de legitima, §.legitima est autem, num.41* atquè ità in non suo semper requiratur agnitio ante transmissionem per supradicta.
16 Quia *Soccin. & Ripa* in locis allegatis benè distinguūt, † quando legitima deferatur titulo hæreditario; nam si filij instituuntur, vel ab intestato succedere possunt, tunc iure hæreditario semper defertur: quia non possunt repudiare residuum hæreditatis, & legitimam retinere; secùs verò, quando vt in præsenti vbi sola defertur tàm à lege, quàm ex reseruatione Victoriæ, in qua non potest considerari titulus hæreditarius, nequè ex testamento, nequè ab intestato, & hoc casu semper in sua singulariter remanet propter legis beneficium, & priuilegium.
17 Altera conclusio firmata in decisione, quòd † hęc legitima sit semis, visa fuit etiam indubitata, cum numerus filiorum tàm primi, quàm secundi Matrimonij excedat quatuor, *§.si vltra quatuor, Auth.de Triente, & semisse, Auth. Nouissima, C.de inoffi.testam.* & vlteriùs concurrat electio DD. de Clementinis, vt Flaminia, & Laura, quàmuis à Sta-

tuto

18 tuto Vrbis 145.lib.1.exclusę faciant † partem ad eorum fauorem, vt legitima sit pinguior secundùm opinionem quàm seruat *Rota* vt in *Romana de Lante, quæ est 226. par. 1. diuers. & Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 5. Martij 1604. coram bo. mem. Card. Horatio Lancel. & in Romana Dotis 4. Ianuarij 1628. coram D. Card. Virili.*

Non obstat, quòd non versemur in exclusione fœmina-
19 rum ex dispositione statutaria, in quibus terminis † dicebatur masculos habere electionem, prout sibi vtilius forè existimauerint; sed in exclusione côuentionali, nempè Victoriæ posita in donatione, in qua reseruat legitimam masculis tantum, fœminis exclusis, quo casu propter dispositionem
20 † hominis, quæ facit cessare dispositionem legis; fœminæ exclusæ non faciunt partem. *Paris. cons. 36. n. 28. lib. 2. Cras. in §. legitima, q. 2. num. 5. Gabr. de legitima concl. 2.*

Quia Victoria in donatione, quam fecit nepotibus suis ex filio Com. Ranutio non exclusit proprias filias à legitima; sed illis tantùm noluit reseruare portionem, quæ fecerunt renunciationem, & generalem quietantiam quibus voluit dari id tantùm, quòd eis de Iure debetur, Ex quibus verbis magis fuerunt pręseruata iura masculorum ex renunciationibus acquisita, quàm a portione legitimę exclusionem in-
21 ducere, & quatenùs etiam voluisset non potuisset: quia † filijs debetur legitima contra voluntatem parentum, *l. omnimodo, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* Propterea tota exclusio venit à Statuto, ex cuius dispositione dos succedit loco legitimæ & masculis accrescit.

Nec dicatur, quòd admissa etiam electione masculorum secundùm id quòd vtilius ipsis videtur quòad ipsam legitimam augendam, adhuc filijs masculis ex Com. Dulcio de Corbaria magis vtile est, quod legitima non transeat in semissem: quia sic remanet pinguior donatio ab eorum matre
22 facta, & magis † fauendum sit in hac electione ipsis, qui sunt duo masculi ex secundo matrimonio, quam Octauio Clementino, qui solus est ex primo matrimonio per *leg. & suum hæredem §. fin. cum l. sequenti, ff. de pactis*, ac etiā quia
23 videatur melior † conditio negantium vulgata *regula in re communi de Regul. in 6.*

Quia decisio causæ respondet DD. Fratres Clementinos habere regulam pro se, attento numero excedente quatuor
24 filios, quibus magis fauendum † est; sed præterea aduerterunt Domini, quòd aut donatarij excipiunt de maiori vtilitate, & illi non possunt: quia legitima illis non debetur; sed Comiti Ranutio eorum patri, & Com. Leonetto eorū patruo, qui se fundare non possunt in vtilitate nepotum; sed in sola voluntate, cui etiam si liceret adhærere contra veritatem, dum maior vtilitas est in semisse, quàm in triente; non tamen releuaret: quia habent Sulpitiam vnicam sororem, quæ cùm non sit subiecta Statuto Vrbis defectu potestatis
25 non est exclusa ad masculorum fauorem, vt ideò, & † æqualiter succedat cum alijs filijs, siuè primi, siuè secundi matrimonij, *§. illud quoq. super hoc Auth. de Nuptijs, §. si quis igitur Auth. de hæred. ab intest. venien. Decius consil. 236. n. 6.* & si fratribus iuuare non possit; dum retinet propriam portionem de iure ipsi debitam, quæ interim illis nō accrescit secundùm eorum declarationem, & quod magis est si dematur etiam persona Sulpitiæ, tamquam totaliter exclusæ secundùm voluntatem suorum fratrum, adhuc remanēt Com. Ranutius, & Leonettus non exclusi ex secundo matrimonio, & tres ex primo, nempè Octauius, Flaminia, &
26 Laura, qui insimul excedunt numerum † quatuor pro semisse sufficiens, & Comites Corbarij de tali exclusione so-
27 rorum de Clementinis dare non possunt, † quia illæ non faciunt partem ad commodum masculorum vterinorum, vt in fine decisionis causæ fuit firmatum.

Demum non obstat, quod DD. Comites à Corbaria sint, & ipsi ciues Romani ex priuilegio: quia etiam eo exhibito,
28 & † nō probata habitatione, cum onerum sustentatione ad effectum successionis nihil releuaret. *Afflict. decis. 384. nu. 8.* & articulo discusso firmatum fuit in *Cesenaten. hæreditatis 18. Ianuarij 1620. coram me.*

Et ita fuit resolutum, &c.

* Idest sub die 7. Iunij præteriti, est decis. 137. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Dotis.

Die Veneris 10. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac decisione, quod in executiuis licita est variatio, nō solum de principali ad fideiussorem, sed etiam de vna re, ad aliam, & de persona ad rem, &c. & quare.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali vallatū habet executionem paratam.*
2 *Iudicium vnum, quando est intentatum, & est sententia lata, ac executio consumata, tunc non licet conuolare ad aliam actionem.*
3 *Saluiani interdicti natura, quæ sit.*
4 *Variatio in executiuis, est licita de principali ad fideiussorem, de vna re ad aliam, & de persona ad rem, etiam lite pendente, vel etiam si vno modo sit facta executio, & num. 8. & num. 25.*
5 *In executiuis merita causæ, non discutiuntur, sed agitur de credito liquido, omni exceptione iuridica carente.*
6 *Creditor procedens executiuè potest adire plures Iudices, donec realem executionem consequatur.*
7 *Executiua remedia, omnia tendunt ad eumdem finem, & alterum ab altero non impeditur ratione præiudicij, ex diuersis sententijs resultantis.*
9 *Creditor potens agere via executiua, si intentat iudiciū ordinarium, tunc non licet eo relicto, conuenire reum in iudicio executiuo.*
10 *Saluianum interdictum, est iudicium ordinarium, quàmuis summarium.*
11 *Iudicia possessoria, semper ordinaria sunt.*
12 *Sententia lata in vno iudicio, impedit ingressum de ordinario iudicio, ad executiuum.*
13 *Couarr. var. resol. lib. 3. c. 18. num. 3. reprobatur.*
14 *Saluiano interdicto repugnat, quod res auocata possit vendi, cum concedatur, vt solum de fructibus illius rei, creditor sibi satisfiat.*
15 *Pignora, quando subhastantur, semper requiritur licentia Principis.*
16 *Hipothecariæ iudicium, est petitorium.*
17 *In creditoris facultate est, quando est auocata possessio bonorum à debitore, statim agere petitorio, & si obtineat, postea agitare pro distractione pignorum.*
18 *Executiuè potest agi vigore obligationis Cameralis.*
19 *Obligatio Cameralis non transit ad tertium.*
20 *Exceptio litis finitæ, aut litis pendentiæ, quando non impediat viam executiuam, & num. 22.*
21 *Roman. in consil. 133. declaratur.*
23 *Variationi ampliùs non est locus, quando quis semel elegit, & super re electa, Iudex pronunciauit faciēdam esse executionem, declara num. 24.*
24 *Capyc. in decis. 33. num. 3. & alij declarantur.*

26 *Actio*

26 *Actio hypothecaria numquàm extinguitur, niſi creditor integrè fuerit ſatisfactus.*
27 *Exequutio fieri non poteſt pro debito, cuius quantitas non eſt liquidata.*
28 *Depoſitum non inducit liberationem, ſi non ſit liberum.*
29 *Aſſerenti plùs perueniſſe ad manus alterius, incumbit onus probandi.*
30 *Probatum non poteſt dici aliquid, ſi pendeant probationes, & ſententia expectetur.*

DECISIO CLXI.

POſt ſubſequutam Immiſſionem vigore ſententiarum Rotalium in iudicio Saluiani in Caſtro, & tenutis Graſſignani pro reſtitutione dotis, Illuſtriſſimæ Dom. Dimitillæ ſcutorum 22.mill. & acconcio aliorum ſcutorum 2.mill. ac retentione eiuſdem Caſtri, & bonorum, donec tàm de dicta dote ſcutorum 22.mill. quàm de lucro dotis, & acconcij ſcutorum 6000. ac fructuum illorum fuiſſet integrè ſatisfacta, quia recuperationi prædictæ dotis, & iurium dotalium ſufficienter prouiſum erit. Sanctiſſimus D. N. inſtante, eadem creditrice de nouo reſcripſit, vt ſinè præiudicio Immiſſionis, & retentionis obtentæ in ſupradictis bonis, cauſa obligationis Cameralis, quatenùs illi locus ſit, cum facultatibus A.C. contra Illuſtriſſimam D. Iuliam Balleonam hæredem Adriani, comitteretur in Rota, cuius reſcripti vigore, cùm hodiè eſſet dubitatum, an ſit locus obligationi Camerali, & relaxandum mandatum contra bona hæreditaria Adriani Balleoni, pro creditrice fuit per Dominos reſponſum affirmatiuè.

Quia de exiſtentia obligationis Cameralis dubitari non
poteſt, Adrianus namquè maritus in dotali Inſtrumento, &
1 dotis receptione, ſe obligauit † ſecundùm formam Came-
ralem eueniente caſu dotis reſtituendæ, prout euenit per il-
lius obitum, reſtituere ſupradicta omnia, & ſecundùm qua-
litatem illius, via executiua non denegatur contra hæredes,
vel ſaltē ſi beneficiati reperiantur contra bona hæreditaria
obligati, *Caſſador decis.1 de mut petit. Caſtr in l. poſt rem
iudicatam, in fine ff. de re iud.* vbi teſtatur de praxi Roma-
næ Curiæ, *Galleſ. de forma oblig. Camer. par.1. quæſt.2. nu-
me.12. & 18. Theſaur. deciſ.26. num.11.* & quotidiè practi-
catur, *Rota deciſ.736. & 1455. apud Cardinalem Seraphi-
num, & deciſ 415. num.10. par.1. & 686. num.2. par.2. recen.*
nec deficit Iuriſdictio, quia facultates in reſcripto com-
miſſionis ſunt expreſſæ, ac demùm creditum eſt certum,
liquidum, per ſententias Rotales, præuijs deciſionibus fir-
matum.

Non obſtat, quod iam per creditricem intentatum fue-
2 rit Iudicium in Saluiano, lataquè † ſententia, & executio
conſumata ſit, vndè dicebatur non licere conuolare, ad
aliam actionem, *leg in delictis, §. ſi detracta ff. de Noxal.
Action. Auth. qui ſemel, C. quomodò, & quando Iudex, Lā-
cell. de atten. lit. pend par.2. c 4 limit. vltima, Afflict. deciſ.
134. num.3.* latiſſimè, *Gabr. de act. concluſ.2. num.1. & 10.*
Sed cogendum expectare, donec de fructibus, quamuis
minutatim percipiendis; ſit integraliter ſatisfacta, de ſuo
3 credito, ſequendo † naturam huius interdicti, abſquè eo,
quod de remedio executiuo quæratur, *Scapucc. de Saluia-
no, lib.3. quæſt.11. num.4. & 7. Seraphin. deciſ 1100. num.1.*
idem videtur firmatum in *Romana executionis, corā Ora-
no, quæ eſt ſecunda apud Statil. de Saluiano in 2. edit.*

Quia fuit reſponſum attenta obligatione Camerali, nos
4 verſari in executiuis, in quibus licita eſt variatio † de prin-
cipali ad fideiuſſorem, de vna re, ad aliam, & de perſona, ad
rem etiam lite pendente, vel etiam ſi vno modo ſit facta
executio, l.1. *§. quid ergo ff. de ventre inſpic.* vbi plura reme-
dia executiua admittuntur, contra contumacem, & ex illo
textu, *Bart,* firmat hanc concluſionem in *l. conſentaneum,
num.17. C. quomod. & quando Iudex.* & illum ſequuntur,
*Caſtr. in l.4 § prætor ait, verſic. quid ergo ſi elexit vnam
viam, ff. de re iud. & in l. legati, C. vt in poſſeſſ. legat. Alexan.
in l. hæres à debitores, §. quod ſi ſtipulor, ff. de fideiuſſor.* &
pleniùs in dicta *l.4. §. ait prætor, ff. de re iud. Neguſ. de pi-
gnor.3. memb. 8. partis num.27 Lancell. de attent. lite pend.
par.2. cap.4. in 2 limit num.50 & 76. Caputaq. deciſ.50. nu.
5. par.1 Borgnin. deciſ 1. num.15. par.1. Scapuc. de Saluian.
lib.3. quæſt.11. num.4 Cancer. variar. reſolut. cap.17. de ap-
pell. num.34. Scaccia, de appell. lib.3. cap.2. quæſt.17. num.48.
& Iaſon. conſil.9. num.41. & conſil.28. num.8. volum.1.* ra-
5 tionem ſubiungens, quia in executiuis † merita cauſæ non
diſcutiuntur; ſed agitur de credito liquido, & confeſſato
omni exceptione iuridica carente, & tunc non prohibetur
6 † creditor adire plures Iudices; donec realem executionē
conſequatur. Cum omnia remedia executiua tendant ad
7 vnum finem, & alterum, ab altero non † impeditur, ratio-
ne præiudicij ex diuerſis ſententijs reſultantis, *Galleſ. de o-
blig. Camer par.2. in quæſt.2. tertia particulæ,* dicens habe-
8 ri pro indubitato † etiam ſi vno modo facta fuerit execu-
tio, & hoc nedum de Iure communi per doctrinam, *Bar-
toli* ſupra allegatam in *l. conſentaneum, num.17. quomod. &
quando Iudex,* ſed etiam vigore pacti in ipſa formula Ca-
merali inſerti, ibi, *ita tamen, quod executio vnius Curiæ,
executionem alterius Curiæ, non impediat, aut retardet.*

Nec vim facere videtur prædictam concluſionem eſſe
quidem admittendam, quatenùs proceſſus dirigitur in ipſa
via executiua, agendo vigore obligationis Cameralis, secùs
9 autem † quando eſt priùs intentatum iudicium Ordinariū,
tunc enim non licere relicto iudicio Ordinario, conuenire
reum in iudicio executiuo propter ius eidem litiganti quæ-
ſitum, *Galleſ. d. q.2. num.4. verſic. maior autem difficultas,
Borgnin. deciſ.1. num.16 par.1. Cæſar. de Graſſ. deciſ.2. de
ſent. excommun. Gonzal. ad regul.8. gloſ.6. nu.192. Gratian.
diſcept.593. num.8. Rota deciſ.551. num.5. par.3. diuerſ. &
in Peruſina pecuniaria, quæ eſt deciſ.132. poſt tract. Zac-
10 chiæ, de oblig. Cameral.* aſſerendo remedium Saluiani † eſ-
ſe ordinarium, quamuis ſummarium, *Caſtr. conſil.234. nu.
1. par.1.* dum dicit poſſeſſoria iudicia ſemper eſſe Ordina-
11 ria, quia in eis lis † conteſtatur, ordo iuris ſeruatur, & ſen-
tentia diffinitiua fertur.

Quia ſi agatur de variatione actionis conuolando de or-
dinario, & ſummario, iam cæpto in Saluiano, ad executiuū
ex eiſdem actis per ſolemnem, & iudicialem pignoris ſub-
haſtationem, & venditionem ad ſatisfactionem creditoris,
12 & hoc caſu, tàm pendentia litis, & † fortiùs ſententia lata in
hoc iudicio impediet tranſitum de ordinario ad executiuū,
13 ſecundùm veriorem, quàm (reprobato † *Couarr. variar.
reſolut. lib.3. c.18. num.3. verſic, verùm hoc in capite*) tenuit
Rota deciſ.43. par.1. diuerſ. & pleniùs in *Romana Caſalis
Capicottæ, quæ eſt 759 par.2. recent* repugnat enim natura
14 Saluiani, quod res auocata poſſit vendi, † cùm fuerit ſolū-
modò cōceſſa in cauſam pignoris, vt de fructibus illius cre-
ditor ſibi ſatisfiat integrè, *Aret & Iaſ. in § ſeruiana in fine.
Inſtit. de Action. Bart in l.1. ff. de Saluian Scapucc. eodem
15 tract. lib 3. q.11. num.4.* ideoquè ad ſubhaſtationem † pi-
gnoris, ſemper requiritur Principis licentia, *Eugen. conſ.65.
num.86. lib.1. Seraph deciſ.1100 num.1.* & idem fuit firma-
tum in *Ariminen. bonorum 4. Martij 1622 & 5. Martij
1627. coram D. meo Decano,* ſed de iſta mutatione hodiè
non agitur.

Et eò minùs de alia, vt de poſſeſſorio ſummario vigore
Saluiani fiat tranſitus ad petitorium, intentando iudicium
16 hypothecariæ, † quod eſt petitorium, pro quo, & ſi pen-
dentia litis, & ſententia in Saluiano, non impediret exerci-
tium hypothecariæ per quam poteſt deueniri ad ſubhaſta-
tionem pignoris, vt firmatur in eadem *deciſ.43. num 4. & 5.
par.1. diuerſ.* & tradit idem *Scapucc d. lib.3 q.11. num.5.* ea
17 ratione, † quia ſit in facultate creditoris, auocata poſſeſſio-
ne bonorum à debitore, ſtatim agere petitorio, & docere
de validitate ſui crediti, & obtenta victoria in petitorio, po-
ſtea agere ad diſtractionem pignoris, attamen creditrix ne-
què variauit de huiuſmodi poſſeſſorio ad petitorium, ſed ab
eo non recedendo intentauit aliud iudicium executiuum
18 † vigore Cameralis obligationis compatibile, & non con-
trarium, vti tendens ad eumdem finem, ſcilicet creditricis
ſatiſfactionem; nam contra D. Iuliam non fuit actum vti

tertiam,

19 tiam, ad quam obligatio † Cameralis non transit, dum ipsa non est confessa debitum, nequè consenserit in mandatum executiuum, prout fecit principaliter obligatus, *Ruin. consil. 87. num. 1. lib. 4. Berou. consi. 47. num. 6. lib. 1. Rota decis. 330. num. 2. coram Papa Gregor. XV.* sed contra eam vti hæredem Adriani filij mariti creditricis dotis, & pro bonis hæreditarijs illius, quæ ad inuicem non contrariantur, nequè parant præiudicium in actione intentata, & eo casu omnes
20 conueniunt exceptionem † litis pendentiæ, aut latę sententiæ, non impedire viam executiuam, donec creditor fuerit satisfactus, *Roman. cons. 133. Lancell. de attent. lit. pend limit. 2. num. 70. Galles. eadem q. 2. nu. 5.* cuius obiectio contra
21 † Romani dictum tollitur ex compatibilitate allegata, ex quo non receditur a lite, quamuis varietur modus agendi, & *Borgn. eadem decis. 1. num. 16. par. 1.* transit cum hac declaratione, idem sensit *Bertrand. cons. 238. num. 25. lib. 4.* di-
22 cens, hanc non esse † variationem, sed accumulationem, nec creditor remaneat satisfactus, *Capyc. decis. 119. num. 6. & 7.* ponderans eadem ratione compatibilitatis, & finis, vt creditori satisfiat.

Nec mouit Dominos, quod in præsenti nè dum agatur de iudicio pendente in Saluiano, sed de sententia, & executione iam consumata super bonis Castri Graffrignani, vt
23 ideo quando quis semel † elegit, & super re electa Iudex pronunciauit, faciendam esse executionem, non sit ampliùs locus variationi, *Bart. in l. eum qui certarum, §. 1. num. 4. ff. de verbor. oblig.* idem *Capyc. decis. 33. num. 3. versic. secundò facit Ias. in l. serui elect. in princ. num. 2. ff de legat. 1. Crotus cons. 11. num. 2. Surd. cons. 413. num. 18. vol. 3.*

Quia si executio consumata trahit secum effectum libe-
24 rationis, per solutionem factam † à debitore, benè procedit conclusio per *Capyc. & Surd.* & alios supra relatos, firmata propter ius debitori quæsitum ex liberatione, Cæterùm vbi creditor non est satisfactus, ac etiam quando certum non est, quod de suo credito possit satisfieri, vt in præsenti, vbi fructus, quot annis percipiendi non sufficiunt, pro interusurijs dotalibus, vel demùm, dum discutitur, an bona in exe-
25 cutione capta sufficiant, semper † licita est variatio de vna re ad aliam, & de re ad personam, per eamdem *Bart.* doctrinam communiter vt supra, receptam in *l. consentaneum num. 17. C. quomod. & quando Iudex*, quia actio hypothe-
26 caria nunquàm extinguitur, nisi † creditor integrè fuerit satisfactus, vt dicit *Capyc. ead. decis. 33. num. 2. & 129. num. 6.* & benè comprobatur, ex sup. alleg.

Postremò non obstat, quod de integra solutione dotis constet, ex deposito scutorum 18. mill. per ipsam D. Iuliam facto, & ex perceptione fructuum per multos annos, ex bonis appræhensis per creditricem, cùm quibus, vel solutio debita integratur, vel creditum ex eadem fructuum perce-
27 ptione ita diminutum remanet, vt † incertum sit, & inexequibile, ante residui liquidationem, *Bart. in l. proinde, §. notandum. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 2. num. 6 C. de exec. rei iud. Becc. consil. 5. num. 6. & 7. Surd consil. 168. num. 21. & 248. num. 11. lib. 2.*

Quia quoad depositum adhuc incertum est, an inducat
28 † liberationem, ex quo liberum non est, & quoad quantitatem fructuum perceptorum ex bonis appræhensis per creditricem illa liquida remaneat ex assertione, & notula per
29 ipsam data, † cui standum est, donec per debitorem in cõtrarium probetur, *l. fin. §. licentia, C. de iure delib. gloss. in l. eum de lege, ff. de prob. Rota decis. 220. num. 2. coram PP. Gregorio XV. Scapucc. de Saluian. lib. 3. q. 13. in fine*, de qua
30 contraria probatione, cùm adhuc non constet, sed † pendeant probationes, & sententiæ liquidatoriæ sint expectãdæ, *Alex. cons. 188. num. 1. lib. 2. Becc. d. cons. 5. num. 7.* merito de ea non est habenda ratio ad executionem retardandam.

Et ita, &c.

¶ Decisio ista omnibus Dominis votantibus fuit confirmata sub die 4. Iulij 1635. coram eodem R.P.D. Pirouano, & ista decisio non habetur in hac parte.

R. P. D. PIROVANO.

Hortana Fideicommissi.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione, quando veniant nepotes.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, &c. quando testatoris verba se referunt ad tempus incertum ab eo ignoratum.*
2 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando testator substituit quoscumquè filios nascituros.*
3 *Filiarum appellatione, quando veniant nepotes etiam vlterioris gradus.*
4 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando alioquin extranei admittentur, exclusis ipsis nepotibus.*
5 *Cum alioquin absurdum esset includere extraneum per exclusionem descendentis.*
6 *Extensio appellatiui filiorum, numquã admittitur, quando filij cum aliqua qualitate certificante Testatoris voluntatem nominantur.*
7 *Sed hoc intellige, quando d. qualitas continet in diuiduũ, puta Petrum, Ioannem, aut Franciscum, secus verò quando testator nominat filios nascituros in genere.*
8 *Persona vna in diuersis gradibus esse non potest.*

DECISIO CLXII.

Responsum fuit constare de fideicommisso ad fauorem filiarum Bernardini, quæ sunt abneptes Iorij fideicommittentis.

Institutis namque filijs suis masculis Alexandro, Vincentio, & Francisco, tunc viuentibus, & Petro Paulo nepote ex Bernardino altero filio præmortuo, à quo descendunt prædictæ fœminæ, mediante persona Bernardini Iunioris eorum patris, & filij d. Petri Pauli, postquàm exclusit ab eius hæreditate fœminas nascituras ex ipsomet Testatore, & superuiuentes, quàm ex supradictis eius filijs, & nepote, quas mandauit condecẽter dotari, subdens disposuit in modum, qui sequitur.

Et cùm hac conditione, quod deficiente linea masculina quandocunquè sine filijs legitimis, & naturalibus, quod in dictum casum, & euentum succedant filiæ fœminæ, vt supra nascituræ proportionabiliter, & æquis portionibus de, & pro Cippo tamen, & non ex capitibus etiam, quòd plures fuerint, & deficiente linea fœminina pariter quandocũque sine liberis legitimis, & naturalibus, quòd de bonis, & iuribus, & actionibus eiusdẽ Testatoris debeat fieri vnum Hospitale in Ciuitate Hortana arbitrio, &c.

Vnde cùm defecerit linea masculina, & seu masculi in ea existentes, vt probant Testes dati, succedit vocatio fœminarum in verbis, ibi succedant filiæ fœminæ, vt supra nascituræ ex filijs, & nepote hæredibus institutis, quæ continuatur in neptibus, & proneptibus fœminis, quando, vt in præsenti verba se referunt ad tempus incertum à Testatore ignoratum, vt magis filij, quàm neptes de eo tempore su-
1 peresse possent, ex, quo linea masculina † durare poterat per centum, & vlteriores annos *Imol. in l. gallus, §. instituens num. 48. ff. de liber. & posth. Soccin. iun. consi. 1. num. 38. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 32. num. 50. Surd. cons. 336. num. 9. Fusar. de substit.* latissimè comprobans *q. 320. num. 15.*

Et

Et hanc partem sequuta est Rota penes *Put. decis. 256. num. 5. lib. 2. & 718. num. 2. par. 2. recent. & in causa Bononien. de Desiderij 20. Martij, & 29. Iunij 1626. coram D. meo Merlino, & in Florentina de Cambijs 26. Februarij 1627. coram D. meo DunoZetto.*

Et hæc vocatio benè coadiuuatur ex validis coniecturis voluntatis eiusdem Testatoris ex eodem testamento desumptis, vocando fœminas nascituras, atquè ita proferendo suam dispositionem infuturum euentum, & similiter aduertendo ad deficiẽtiam linearum tàm masculorum, quàm
2 fœminarum constituendo dispositionem de sui † natura habentem tractum successiuum in futurum, donec durabũt, nam in primo casu trahitur ad neptes *Menoch. præsumpt. 94. num. 28. lib. 4. Mantic. de vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 10.*
3 Similiter, & secundo casu appellatione † filiarum veniunt nepotes etiam vlterioris gradus *Peregr. de fideicom. art. 22. num. 51. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. num. 28.* & vtrumquè casum comprobat latissimè *Fusar. ead. quæst. 320. num. 24. & 28.*

Et multò fortiùs stringitur ex eadem Testatoris voluntate nepotum compræhensio, dum voluit, deficiente linea fœminina, quandocunque sine liberis, quòd de bonis suis fabricetur Hospitale, nam si nepotes non compræhenderentur in vocatione, Hospitale succederet per vulgarem,
4 exclusis descendentibus Testatoris, † quod de directo videtur contrariari mẽti, & voluntati eiusdem, *Bart. in l. liberorum, num. 5. ff. de verb. signif. Bald. consil. 487. in fin. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 8. num. 16.* qui dicit hanc coniecturam non habere difficultatem *Menoch. præsumpt. 94. num. 26.*
5 *lib. 4. Fusar. ead. q. 320. num. 44.* ponderans † absurdum includere extraneum per exclusionem descendentis.
6 Non obstat, quòd extensio † appellatiui filiorum nunquàm admittatur, quando filij, cùm aliqua qualitate certificante Testatoris voluntatem, nominantur *Bart. in d. l. liberorum, num. 6. ff. de verb. signif. Gabr. eod. tit. concl. 1. nu. 18. Seraph. decis. 1486. num. 10. Surd. cons. 403. n. 24. Rot. decis. 507. num. 9. par. 2. recen.* & prout contigit nominatio de nascituris, ex filio, & nepote hæredibus.
7 Quia vera est conclusio quando qualitas contineat † indiuiduum, puta Petrum, Ioãnem, aut Franciscum, secùs autem quando nominat filios nascituros in genere, qui procreari poterant à filijs, & nepote vltra primum, & secundũ gradum discensiuè, tanquàm à stipite secundum rationes *Castr. cons. 394. num. 4. lib. 2.* quòd idem euenire non potest
8 in nominatione certæ personæ, † quæ in diuersis gradibus esse non potest.

Et ita fuit resolutum vtraquè, &c.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio sub die 3. Iunij 1633. coram R.P.D. Pirouano.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Patrocinij.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Procurator, qui in vna causa patrocinatus est, in eadem, pro alia parte patrocinari non prohibetur, quando ex scripturis, & ex ipsamet partis diuturna acquiescentia apparet, quòd Procurator non sit informatus de meritis causæ, & hoc multò magis sibi vsurpat locum, stante insigni integritate Procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Procurator post longum tempus eorum, quæ scripsit in aliqua causa, quoad eius merita, præsumitur oblitus.*
2 *Camillus Andrianus laudatur.*
3 *Partibus non est danda occasio supplantandi viros primarios, & sic eos excludendi ab alterius partis suscipiendo patrocinio.*
4 *Reformatio Paul. V. prohibens Procuratorem, qui patrocinatus fuit in vna causa, in eadem pro alia patrocinari, declaratur.*
5 *Procurator, an possit in eadem causa scribere in diuerso articulo pro alia parte.*

DECISIO CLXIII.

Marchio Franciscus in causis, quæ pluribus ab hinc annis inter ipsum vertuntur, & Com. Alexandrum ipsius fratrem, vsus fuit patrocinio plurium Procuratorum, nempè DD. Castellani, Campidori, Soncini, Carcarasij, Vipere senioris, Bertucij, Botti, & cuiusdam Amadurij. De anno autem 1618. vsus fuit etiam opera D. Camilli Andriani, qui fecit discursum, tres inspectiones, continentem: Primam scilicet super manutentione, in qua asseruit, Marchionem non fouere bonum Ius: Secundam super sequestro, in qua dixit, posse sequestrum obtineri: Tertiam super directione causæ, circa quem articulum nihil concludit, sed remittit sed ad exceptiones proponendas per Com. Alexandrum. Reperitur etiam informatio per eundem D. Andrianum facta pro Signatura de ipsomet anno 1618. vt committeretur causa à sententia Vicelegati Bononien. allegando grauamina inhibitionis ante mortem Com. Vlyxis Patris, auocationis possessionis post eius obitum, & concessionis mandati de immittendo vti hæredi scripto, & donatario. Estquè in cõfesso apud partes, quòd idem D. Andrianus nihil aliud egit in causa, prout etiam ex libercullo expensarũ producto per D. Marchionem constat, ipsemmet D. Andrianum habuisse tantùm, & pro vnica vice honorarium 27. Iuliorum, quod etiam non liquet, an fuerit solutum pro discursu, vel pro informatione.

D. verò Com. Alexander semper adhibuit patrocinium bon. mem. Antonij Mariæ Coratij, eoquè in decrepitam senectutem vergente, post decennium circiter, à tempore dicti discursus, & informationis, assumpsit operam præfati D. Andriani, qui per quinquennium scripsit in quibusdam ex prædictis causis, vt supra pendentibus, & ex eodem fonte manantibus coram me, & alijs, & obtinuit coram me, ipso in articulis, etiam tangentibus negotium principale, sententiam, nunquam reclamante, aut aliquid opponente D. Marchione.

Post dictam sententiam, cum idem Marchio introduxerit causam coram A.C. super eo, quòd D. Andrianus deberet abstinere à dicto patrocinio; Dubitaui, An esset illi inhibendum. Et Domini Vnanimiter negatiuè responderetur: considerantes in primis, non esse verisimile, quòd si D. Andrianus fuisset informatus de meritis causæ, D. Marchio, qui aliàs in negocijs suis consueuit esse diligentissimus, passus fuisset, ipsum D. Andrianum pro alia parte contra se causas agitare, quod fuit principale motiuum Dominorum, prout verè ex superiùs narratis patet, quòd non erat infor-
1 matus, quinimò † post tantum tempus eorum, quæ scripsit quoad merita, præsumitur oblitus.

Secundò considerabant etiam Domini optimas eiusdem
2 Andriani qualitates. Et quemadmodum in illius animo † doctrinam, in moribus honestatem, & in ore; ac scriptis veritatem plurimum commendabant: ità habebant pro indubitato, quòd idem D. Andrianus, si de meritis causæ fuisset informatus, circa illa merita, nullatenùs pro alia parte scripsisset: Prout in alijs quibusdam causis eum, licet enixis partiũ precibus,

precibus, frustra fatigatum sæpiùs fecisse, nonnulli ex Dominis testabantur.

Et prædicta eò magis placebant Dominis, stante tàm varia Procuratorum mutatione ab ipsomet Marchione fa-
3 cta, quod debet etiam animaduerti, ne detur † occasio partibus supplantandi Viros primarios, eosquè excludendi ab alterius partis suscipiendo patrocinio.

4 Neque obstat reformatio san. mem. Pauli † Quinti prohibens Procuratorem, qui patrocinatus fuit in vna causa, in eadem, pro alia parte patrocinari; quia illa constitutio non procedit in istis terminis, quando scilicet ex scripturis, & ex ipsamet partis diuturna acquiescētia constat, quod Procurator non fuit informatus de meritis causæ, & quādo hoc etiam suadet qualitas Procuratoris.

5 Ex quibus, omisso simpliciter articulo illo, An † Aduocatus possit in eadem causa scribere in diuerso articulo pro alia parte; Dixerunt Domini, stante ista serie facti, agnitione veritas ipsius Marchionis, ac qualitatibus D. Andriani, nullatenùs esse illi inhibendum, prout quilibet Vir prudens, omissis apicibus Iuris, ità responderet.

Et ita conclusum, parte vtraquè informante.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Nouarieñ Bonorum.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Dominium, nec non identitas bonorum feudalium ad effectum caducitatis, ac deuolutionis, qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum dominium, nisi prius fuerit formatum, frustra quæritur, de eorum identitate.*

2 *Dominium non probatur ex sola concessione rei, ad effectum deuolutionis.*

3 *Dominium ad effectum deuolutionis est plenè, & concludenter probandum.*

4 *Dominium, concurrentibus adminiculis, etiam per instrumentum inuestituræ probatur, tàm ad effectum caducitatis, quàm contra tertium.*

5 *Instrumenta plura concessionum antiqua, ac effectum sortita, concludenter probant dominium ad quemcumquè effectum.*

6 *Confessio maximum adminiculum præstat ad probationem dominij.*

7 *Confessiones, & recognitiones Authorum nocent etiam successoribus, & num. 11.*

8 *Canonum solutiones per triginta annos sequutæ, probant dominium tanquàm præscriptum etiam contra tertium.*

9 *Dominium bonorum rerum Ecclesiæ, non solùm ad effectum recognitionis, sed etiam ad effectum deuolutionis qualiter probetur.*

10 *Antecessorum, & authorum recognitio plenè dominium probat, in præiudicium successorum.*

12 *Dominium ad effectum rei vindicationis non probatur ex instrumentis locationum, solutionibus, confessionibus, aliisque huiusmodi adminiculis.*

13 *Dominium ad effectum rei vindicationis probatur ex instrumento concessionis, cōcurrentibus, adminiculis, declara. num. 14. 15. & 16.*

17 *Bonorum identitas ad effectum deuolutionis an probetur ad effectum recognitionis.*

18 *Castro concesso, censetur etiam concessa iurisdictio.*

19 *Iurisdictio venit appellatione iurium.*

20 *Poderium est nomen generale, tàm possessionis quàm agri.*

21 *Fundus vnicus interdum prædium est, si partē sibi in prædio dominij nōn discernat.*

22 *Verbum, totum, denotat omnimodam vniuersitatem.*

23 *Verbum, totum, est distributiuum particularium.*

24 *Verbum, totum, respicit corpus integrum, & vnam rem.*

25 *Verbum, totum, refertur ad vnum, & integrum consistens, ex suis partibus omnibus.*

26 *Genus compræhendit sub se multas species subiectiuè.*

27 *In emphyteusim, quando est concessum totum poderium, si proprietarius se fundet in hac generali concessione, sufficit ei illam probare.*

28 *Res in sua exceptione est actor.*

29 *Participium, spectantium, quando est positum in concessione alicuius rei, quando resoluatur in tempus præsens &c.*

30 *Bona, quando conceduntur sub generalitate, adiecta aliqua specialitate, tunc omnia censentur emphyteutica, etiam ad effectum deuolutionis. Contrarium, num. 31. declara. num. 32. 33. 35. & 36.*

33 *Feudale est, quicquid continetur intra feudum.*

34 *Feudalis, quod aliqua res sit, si quis asserat, id probare tenetur.*

37 *Identitas probatur leuioribus probationibus, & coniecturis.*

38 *Identitas, tunc maximè probatur leuioribus probationibus, quando res est antiqua, & multò magis si antiquissima sit.*

39 *Et ad istum effectum non requiritur antiquitas vltra centum annos.*

DECISIO CLXIV.

CVm ad effectum recognitionis fuerit in hac causa resolutum constare non solùm de Dominio Ecclesiæ coram bon. mem. Horatio Cardinali Lancellotto 9. Iunij 1610. sed etiam de identitate bonorum coram me 30. Aprilis huius anni; * Dubitaui hodiè, an ad effectum deuolutionis de eadem identitate constaret, quod dubium duas con-
1 tinet inspectiones principales; Etenim cum de † identitate frustra quæratur in ordine ad deuolutionem, nisi formato priùs dominio. Prima se se offert inspectio; An constet de dominio Ecclesiæ ad effectum eiusdem deuolutionis; Et quatenùs sic; consequutiuè venit Secunda, An scilicet rationes decisionis factæ sub dicta die 30. Aprilis circa identitatem ad effectum recognitionis ad præfatæ etiam deuolutionis effectum suffragentur.

Et quantùm attinet ad primam inspectionem pro illius resolutione repetentes Domini ea, quæ in anteriori decisione 30. Aprilis fuerunt ponderata, præmittebant inuestituram antiquitùs fuisse factam ad certum tēpus in emphyteusim Roberto Sanseuerino, ipsiquè postea de anno 1457. mediante beneplacito Sedis Apostolicæ sub Calisto III. fuisse eandem emphyteusim in perpetuum renouatam sub verbis hisce formalibus: Inuestiuerunt de Castro, Sediminibus, Domibus, Molendinis, Campis, Furnis, Vineis, Pratis, Zerbis, Nemoribus, Pascuis, Rugijs, Pischerijs, honorantijs, & quibuscumquè alijs iuribus, cuiuscumquè qualitatis sint, iacentibus, & situatis, tàm in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, spectantium dicto Monasterio (hoc est tàm in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm in Territorio, & loco

loco partium circumstantium, scilicèt in quarta parte Casoli noui, vt abundè fuit ostensum in alia decisione) & de toto Poderio dicti loci Villæ nouæ, & Territorij ipsius Diocesis Nouarien. & prout dictum Poderium teneri consueuit nomine dicti Monasterij, & de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus, tàm in Territorio Villæ nouæ, quàm partium immediate circumstantium, vt supra, & quæ affictari consueuerunt simul cum dicto Poderio Villæ nouæ, quæ formalia verba non solùm continentur in inuestitura per viam transactionis anno 1502. facta Ioanni Iacobo Triuultio per Alexandrum VI. confirmata, in qua sub ijsdem verbis enunciantur aliæ medio tempore concessæ Galeatio Mariæ Sfortiæ, & Ludouico Mariæ Sfortiæ, Ducibus Mediolani; Sed reassumuntur etiam in duabus alijs inuestituris successiuè factis, prima nempè concessa de anno 1514. Matthæo Schinerio Cardinali Seduneñ, & alia post eiusdem Cardinalis obitum de anno 1536. Gaspari, & Ioanni eiusdem Cardinalis Fratribus, & hæredibus renouata. Quæ porro bona ex titulo legati 10000. ducatorum singulis annis à præfato Ludouico Maria Mediolani Duce, relicti Ioanni Paulo Sfortiæ Ducis ipsius filio naturali, deuenerunt in Excellentissimum Dominum Marchionem Carauagij.

His ergo suppositis visum fuit Dominis constare de dominio Ecclesiæ, etiam ad effectum deuolutionis, quia licet
2 regulariter † Concessio sola non probet dominium, *leg. ad probationem, C. locati. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, num. 66. versic. quinquagesimo secundo. Alex. cons. 43. num. 8. lib. 4. Afflict. decis. 14. nu* 8. ea demùm ratione, quod do-
3 minium plenè, ac concludenter † probandum est, ad effectum deuolutionis, *l. officium, ff. de rei vendic. Caputaq. decis. 280. par. 1. add. ad Hiero. Magon. decis. Luc 46. litera* A. Attamen concurrentibus adminiculis etiam per Instru-
4 mentum, † inuestituræ dominium probatur, tàm ad effectum caducitatis, ac deuolutionis, quàm contra tertium. *Bart. in d. l. ad probationem*, ibi sed cum alijs sic, *C. locati Socc. consil. 89. num. 11. versic. tamen quando concurrunt. lib. 1. & consil. 187. num. 2. lib. 2. Dec. consi. 146. num. 14. versic. & licet per instrumentum Rip. in l. si aliquam rem, num. 39. ff. de acquir. possess.* & passim fuit resolutum, vt in causa Ciuitatis Castelli bonorum 12. Februarij 1590. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio deuolutionis 21. Aprilis 1600. coram Pacen. in Sublacen. bonorũ 21. Maij 1604. coram Litta, in Ferrarien. prædij 3. Decembr. 1610. & latiùs in alia Ferrarien. seù Comaclen. bonorum de Nasellis 7. Iun. 1627. coram me, & aliàs sæpissimè.

Hic autem animaduertebant Domini plura, & quidem vrgentia concurrere adminicula; Etenim, vt superiùs præ-
5 missum fuit: Plura adsunt instrumenta † concessionum à diuersis Notarijs rogata, non solùm antiqua, sed effectum etiam sortita, quæ dominium ad quemcunquè effectum concludenter probant, *Ruin. consil. 161. num. 3. lib. 1. & consil. 14. num. 7. & 9. versic. quia ergo, lib. 4. Socc. d. consil. 187. nu. 16. & seqq. lib. 2. Felin. in cap cum causam, num. 4. de probat. Silua. consil. 57. num. 43. & 44. Aym. cons. 54. num. 10. & 11. Marcambrun. cons. 52. nu. 13.* & fuit resolutum in d. Ciuitatis Castelli bonorum, & in causa Sabinen. Tenutæ Tollis Rampoli 31. Maij 1593. coram Litta, & in eadem Placentina deuolutionis coram Pacen. Maximè cùm præfata Instrumenta contineant clarissimas enunciatiuas dominij, Ecclesię vt in concessione facta Roberto Sanseuerino ibi: De Castro, & Poderio Villæ nouæ &c. ad dictum Monasterium pertinen. in inuestitura facta Triuultio ibi. De Castro, Sediminibus, &c. spectan. d. Monasterio, & ibi, prout dictum Poderiũ teneri consueuit nomine dicti Monasterij, & tandem in concessione facta Cardinali Seduneñ, ibi. De toto Poderio Villæ nouæ &c cum iuribus, & proprietatibus, ibi adiacentibus, & ad dictum Monasteriũ pertinentibus, & ibi. Cum D. Maximilianus Maria Sfortia bona prædicta de Villa noua respectu vtilis dominij, & naturalis possessionis, ac melioramentorũ donauerit Illustriss. & Reuerendiss. D. Matthæo Schinerio S. R. Eccl. &c. Card. Seduneñ &c. & ibi, dederunt, & seù dant plenam, & amplã licentiam, & facultatem possendi, disponere de vtili dominio, & naturali possessione, quę facultas, atq; licentia ijsdem formalibus verbis legitur etiam in renouatione concessionis factæ fratribus, & hæredibus eiusdem Cardinalis Seduneñsis. Ex quibus sequitur directè, vel indirectè resultare
6 apertissimam eiusdem dominij confessionem, † quæ maximum adminiculum ad dominij probationem præstat, vt in fortioribus de confessione, quàmuis erronea tradit *Bart in l. cum falsa. num. 5. & 8. C. de iur. & fact. ignor.* vbi etiam *Bald. num. 7. idem Bald. Imol. in l. cum tale §. falsam il 2. ff. de condit. & demonstr. Ruin d. cons. 161. in princ. lib. 1. & cons. 128. num. 5. & 18. lib. 2. Aym. cons. 157. num. 2. Guido-pap. decis. 272. num. 3. in fin.* Rot. *decis. 797. num. 8. par. 1. diuers. & fuit resolutum in d. Ciuitatis Castelli bonorum, & in Lauden. deuolutionis 13. Martij 1595. coram* Pacen. & *in d.* Placentin. *deuolutionis coram eodem, & in decis. 290. num. 2. versic. & de confessione par. 1. recent.* Quæ quidem confessio dominij, Ecclesiæ fuit etiam agnita per Ipsummet Dominum Marchionem Carauagij, dum conuentus super æstimo soluendo protestatus est bona, de quibus agitur esse emphyteotica, ideóq. in solutione æstimi habendam rationem pro diminutione Canonis, quem soluebat Ecclesiæ, ta-
7 metsi sufficiant † Confessiones, & recognitiones authorũ, quæ nocent etiam successoribus, *Rot. decis. 249. num. 3. par. 1. recent. & in dicta Ciuitatis Castelli bonorum, cum alijs infra alleg.*

Concurrunt vlteriùs solutiones Canonum factæ, Ecclesiæ ab anno 1457. vsquè in præsens; quæ quidem solutiones
8 † per triginta annos sequutæ, probant dominium tanquàm præscriptum etiam contra tertium, *l. si quis emptionis. C. de prescript. 30. annorum. Spec. in tit. de emphyteusi. §. nunc aliqua. versic. 53. & vers. 57. Roman. cons. 127 sub nu. 1. vers. ad hoc tamen respondetur*, Probatio autem huiusmodi solutionum satis resultat ex confessionibus, quæ super illis habentur, in ipsismet inuestituris, & plurimùm adminiculatur etiam tàm ex Instrumento transactionis emanato de anno 1531. super huiusmodi solutionibus anni 1527. & sequentium inter Ecclesiam, & Schinerios, quàm ex pluribus quietantijs factis ijsdem Schinerijs, pro anno 1543. vsquè ad annum 1556.

Accedunt insuperabilia benè põderata in decisione bo. mem. Card. Lancel. nempè confirmationes concessionũ in emphyteusim obtentæ, à Calisto III. & Alexandro VI. cum integra narratiua omnium in instrumentis contentorum; Processus facti per Commissarios, & ratificationes earundẽ cõfirmationum, postea factæ per Abbatem, & Monachos, quæ omnia ad probationem Dominij Ecclesiæ optimè cõ-
9 ferunt, † non solùm ad effectum recognitionis, vt tenuit *Rota in Romana domus 11. Maij 1592. coram Card. Millino*, sed etiam ad effectum deuolutionis saltem coniuncta cum alijs superiùs deductis, ac inferiùs deducendis, & in puncto cõsiderauit *Rota in causa Nullius Feudi 3. Martij 1591. coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio.*

Eiusdem Dominij probationem auget quoque bonorũ huiusmodi donatio per Maximilianum Sfortiam Mediolani Ducem, Matthæo Schinerio Cardinali Seduneñ, facta cum onere soluendi canonem Abbatiæ, reseruato eiusdem Ecclesiæ iure, atquè consensu; Cùm qua benè conueniunt eiusdem donationis confirmatio à Maximiliano Imperatore concessa, transactio super ijsdemmet bonis postmodũ subsequuta inter fratres de Schinerijs hæredes Cardinalis donatarij, & Franciscum Mariam Sfortiam, Ducem Mediolani, necnon etiam eorundem bonorum cessio fisco, & Cameræ Mediolani anno 1572. facta per Gaddics, in quos tanquàm habentes causam à præfatis Schinerijs bona ipsa deuenerant, in qua quidem cessione prædicta omnia fuerunt expressè narrata; Prout etiam non parùm tandem faciũt tres istorummet bonorum locationes, per Fiscum Ducalem factæ cum onere, quod conductor solueret Abbatię pro Canone quolibet anno lib. 1600.

Vndè quemadmodùm inficiari non potest, quin recognitiones, atque confessiones, ex superiùs ponderatis, clarissimè resultantes plenè probent dominium Ecclesiæ contra Duces, & Camerã Mediolani, ita etiam negari non potest, quin idem dominium probent etiam contra ipsummet D. Mar-

D. Marchionem Carauagij, habentem causam, & cessionē à Ducibus, & Camera Mediolani, cum expresso onere soluendi eundem Canonem lib. 1600. vt de recognitionibus
10 † ab authoribus, & antecessoribus factis, quod in præiudicium successorum plenè probent dominium, dicunt *Bald. in l. Censualis ante num. 1. C. de donat. Guidop. d. decis. 272. num. 3. Rot. d. decis. 290. num. 2. par. 1. recent.* & de confessio-
11 nibus † firmant *Aret. consil. 112. nu. 2. versi. quinimò. Ruin. consil. 32 num 6. consil. 50. num. 13. lib. 1. & consil. 76. nu. 14. lib. 5. Aym. consil. 29. in princ. Surd. consil. 151. nu. 29. & decis. 71. num. 9. Caualer. d. decis. 105. num. 4.* & fuit latè deductum in dicta causa Ciuitatis Castelli bonorum 12. Februarij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in dicta nullius feudi 3. Martij 1595. coram eodem.

12 Non obstat, quod ex Instrumentis † locationum, solutionibus, confessionibus, alijsque huiusmodi adminiculis non probetur dominium ad effectum rei vendicationis, *Verall. d. decis. 280. par. 1. in fine*, & fuit dictum in causa Romana domus S. Agnetis 19. Iunij 1589. coram Orano, & in causa Romana domus 11. Maij 1592. coram bon. mem. Cardin. Millino. Quia vt benè huic obiecto satisfacit *d. decis. 290. num. 6. par. 1. recent.* Aduertendum est, quod licet innumeræ reperiantur decisiones, in quibus simpliciter, & absolu-
13 tè † firmatur ad effectum rei vendicationis dominium probari ex Instrumento concessionis, concurrentibus adminiculis; Attamen reducendo ad concordiam decisiones, quæ dictam conclusionem non ita simpliciter videntur admisisse, posteriores huiusmodi decisiones veniunt intelli-
14 gendæ, † vt tunc demùm possint procedere, quando subesse posset suspicio, vel adesset possibilitas, quod bona in possessorem aliundè, quàm mediante Ecclesiæ dominio peruenissent, vt puta, quia transierant in plures possessores sine facto Ecclesiæ, itaut neque identitas perspicua, neque proprietas certa appareret; Quia omnia cessant in casu isto ex deductis, cum excludatur omnis suspicio, & possibilitas, quod bona, de quibus agitur aliundè in Marchionem, & Marchionis authores, quàm mediante, vel saltem præser-
15 uato semper Ecclesiæ Dominio peruenerint. † Et insuper hinc non solùm sequatur certam esse ad fauorem Ecclesiæ proprietatem, sed ex deductis in præterita *decisione facta 30. Aprilis præteriti*, & ex mox deducendis, clarè constat
16 perspicuam esse bonorum † identitatem, & bona de quibus nunc agitur, possessa per D. Marchionem, esse illamet olim Roberto Sancto Seuerino per Ecclesiam concessa.

Vt enim transitum faciamus ad secundam inspectionem
17 principalem, An scilicet ad effectum † deuolutionis probetur identitas ad effectum recognitionis latè firmata *coram me in d. decis. 30. Aprilis præteriti*; Quàmuis firmato ex superiùs deductis Ecclesiæ dominio ad effectum deuolutionis, sufficeret respondere ad eundem effectum satis etiam probatam esse identitatem, cum benè ad istum etiam effectum militent rationes in eadem decisione ponderatæ. Attamen reassumentes Domini fundamenta illius decisionis animaduertebant ex relata superiùs inuestitura, concessa quinque fuisse, Primò, scilicet Castrum Villæ nouæ, Secundò, Sedimina, Domus, Molendina &c. ibidem enumerata. Tertiò, quæcumquè iura & hæc duo tàm existentia in Territorio, & loco Villæ Nouæ, quàm in Territorio, & loco partium immediatè circumstantium (hoc est quartæ partis Casoli noui.) Quartò; Totum Poderium loci Villæ nouæ, & Territorij ipsius: Quintò, omnes proprietates, & iura existentia, tàm in Territorio Villę nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, vt supra (hoc est quartæ partis d. Casoli noui) & quæ affictari consueuerunt, cum dicto Poderio Villæ nouæ. Vnde quoàd Castrū Villæ nouæ, quod primo loco fuit concessum nulla adest difficultas, cum verba satis clara sint ad demonstrandam identitatem, tàm respectu ipsius Castri, quàm etiam iurisdictionis ipsi Castro adhærentis, quæ sub eiusdemmet Castri concessione continetur, non solum ex communi regula, quod concesso Castro, concessa cēsetur etiam iurisdictio, sed quia in casu isto
18 fuerunt concessæ nedum omnes proprietates, verùm † etiā iura, quorum appellatione venit iurisdictio, itaut concesso
19 Castro cum iuribus, † vel alijs iuribus, concessa intelligatur iurisdictio, *Aym. consil. 234. ante num. 2. versic. ideò si quis, vol. 2. Menoch. consil. 395. num. 25. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 11. num 9. & lib. 4. tit. 14. num. 8. Ioseph. Roman. consil. 47. num. 5. & seqq. & num. 15.*

Nequè etiam vlla adest difficultas respectu totius Poderij Villæ nouæ, cum ipsum totum fuerit concessum, itaut sub illius nomine, vniuersa, atquè integra præsertim compræhensione cumulato, veniant singula Prata, singulæ Vineæ, singuli Horti, & sic deinceps Olіueta, Pomaria, pascua, salicta, nemora, venatoria, ac loca demùm piscatoria, siuè Villam, atquè ædificium, siuè Piscinam, siuè Viuaria habeant,
20 vel non habeant; Poderium † enim est nomen generale, tàm possessionis, quàm agri, itaut, qui fundum patrimonialem, vel vectigalem, siuè emphyteuticum habet, prædium possideat, & totum sit tale, etiam quod pluribus consistat fundis, cum fundus in prædio sit sicuti locus in fundo, ideo-
21 què interdum, vnicus fundus † prædium sit, partes sibi in prædio Dominij non discernat, *l. locus 60. in fine, l. Vrbana 198. ff. de verb. signif. l. 3 cum seqq. & l. quod si fundus 11. cū tribus pariter seqq. ff. de fund. dot.* & benè *Bart. in alia decis. allegatus in l. Seiæ. §. Tirannæ. ff. de fund. instruct.* Et prædicta eo magis procedunt, quia, vt dictum est, verbo
22 Poderium, adiecta est dictio vniuersalis, † totum, quæ denotat omnimodam totalitatem, *Portius in §. 1. in versic. totorum sub num. 3. versic. in glossa. Instit. pro Socio. Aret. in §. restituta, num. 1. versic. in glossa omnes*, dicens, quod ver-
23 bum, † Totum; est distributiuum particularium, *Bellon. ibidem num. 11. versic. notandum est. Instit de fideicom. hæredit. Ias. in leg si vnus, §. pactus ne peteret, num. 13. ff. de pact. Rebuff. in l. nominis. & rei col. 7. in princ ff. de verb. signif.*
24 Et respicit corpus † integrum, & vnam rem, vt pluribus auctoritatibus firmat *Cald. de empt. & vendit. cap. 5. num. 50.*
25 Referturq; † ad vnum, & integrum consistens ex suis partibus omnibus, vt per *Rebuff loco proximè alleg. ad fin. Bertazzol. claus. 27. glo 19. num. 2.* vbi etiam dicit, quod accipi-
26 tur totum pro vniuersali, prout genus † compræhendit sub se multas species subiectiuè, itaut ad propositum nostrum, omnia superiùs specificata intelligantur nominatim concessa, ad tradita per *Afflict. decis. 285. nu. 4. 6. & seqq. Bart. in l. si de certa num. 1. C. de transact.* vbi etiam *Ias. num. 3. & 5. Aym. cons. 227. num. 11. vers. 7. & num. 14.*

Nec ad hunc effectum habenda sunt in consideratione verba sequentia ibi. Et prout dictum Poderium teneri consueuit nomine dicti Monasterij; Quia cū totum Poderium
27 fuerit † in emphyteusim concessum, & in hac generali concessione se fundet hodiè Eminentissimus Dom. Cardinalis Abbas, sufficit ipsi hanc generalem concessionem probare, *Bart. in l. si quidem, num. 1. C. solut. matrim. Alex. consil. 27. num. 7. circa med. lib. 7. Corn. consil. 119. num. 2. lib. 1.* Prout illam abundè probat ex deductis. Vnde si Excellentiss. D. Marchio prætendit, quod vno, vel altero modo Monaste-
28 rium esset solitum tenere d. Poderium, ipsi † incumbit onus hoc probandi, cum in hac exceptione sit actor, *l. 1. ff. de except. Abb. in cap. præsentium, num. 2. circa med. versic. alias opiniones, de testibus.*

Quantùm verò attinet ad quartam partem Casoli noui, ad probandam identitatem concessorum, in hac parte reassumebant Domini verba inuestituræ, ibi. Inuestiuerunt de Castro, Sediminibus, &c. iacentibus, & situatis tàm in Territorio, & loco Villæ nouæ (quàm Territorio, & loco) partium immediatè circumstantium spectantium dicto Monasterio; & ibi. Et de omnibus proprietatibus, & iuribus existentibus, tàm in Territorio Villæ nouæ, quàm (Territorio) partium immediatè circumstantium, vt supra, & quæ affictari consueuerunt simul cum dicto Poderio Villæ nouæ. Ex quibus cum citra controuersiam sit quartam partem Casoli noui immediatè circumstare Territorio Villæ nouæ; Punctus stat in eo, quod cum in inuestitura concedantur Sedimina, domus &c. tàm existentia in Territorio, & loco Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium spectantium Mo-
29 nasterio, & participium istud, † spectantium, resoluatur in tempus præsens, ac si dictum fuisset, quæ spectant Monasterio, sequitur propterea, quod ipsimet Emi-

nentissimo D. Cardinali Abbati incumbat onus probandi, quod ista quarta pars Casoli noui spectaret Monasterio, *Rol d.cons.82.num.18.lib.1.Aym.d.consil.293.num.5.ante finem,& cons.54.num.9.in fin.Bellon.consil.10.num.11.Clar. in § feudum q.18.num.2.Natt.cons.313.num.2.Surd.cons. 311.num.58.& fuit dictum in causa Asten.feudi de Solario 18 Iunij 1584.coram bo.me.Bubalo.*

Pro resolutione huius difficultatis animaduertebant Do-
30 mini, quod quando bona † conceduntur sub generalitate, adiecta aliqua specificatione, vt in casu nostro, in quo particulariter recensentur Sedimina, Domus &c. omnia censeri emphyteotica etiam ad effectum deuolutionis, vt voluerunt *Specul.tit.de locat. alias de emphyteusi.§.nunc aliqua q.76.num.98.Ruin.cons.50.num.14.& seqq.& num.17. versic.& magis,vol.1.Socc.Sen cons.167.num.21.vers.sed contrarium,vol.2.Petr.Gregor.de concess.feudal.par.2.q.7. num.24.& seqq.& num.29.Aym.in primo resp.pro genero, num.430.vers quintus casus.Curt.Iun.cons.184.num.9.lib. 2.Natt.cons.460.num.9.lib.2.Ruin.cons.108.num.22.vers. nam omnes præsenti.lib.2.Menoch.præs.101.num.5.versic. hic casus,lib.3.Alben.cons.64.num.7.*

31 Contrariam tamen † sententiam tenuere, *Brun.consil.1. num.2.&* quem sequitur *Natt.consil.14 num.29.cum seqq. & consil.520.num.5.Aym.consil.54.sub num.9.& consil. 253.num.7.Boss.in prax.Crim.tit.de Princ.num.253.circa fin.Rol.d.consil.82.num.10.*vbi de communi,*& num.14.ac seqq.lib.2.& cons.98.num.16.& 25.lib.3.* vbi asserit contra Alb.extare communem Doctorum Scholam, & fuit dictũ in præfata Asten. feudi de Solario 27. Aprilis, & 18. Iunij 1584.coram Bubalo.

In hac autem opinionum discrepantia dixerunt Domini,
32 † vtramquè sententiam veram esse,ac sustineri in casu suo. Primam quidem non simpliciter, sed quando concurrunt adminicula, *Afflict.in cap.1.num.287.cum seqq.Ex quibus caus.feud.amit.Rol præcitato sæpius cons.82.num.37.lib.2.* & admisit *Rota in d.causa Asten.feudi de Solario 18.Iunij 1584.coram Bubalo:* Quam etiam opinionem concurrentibus adminiculis, passim aliàs amplexa est, vt in causa Fesulana bonorum 6. Februarij 1576. coram Cotta, in Regien. S. Thomæ 10. Februarij 1576. coram Oriolen. in Ciuitatis Castelli bonorum 5. Martij 1597. coram bon.mem. Hieronymo Cardin. Pamphilio, & in eadem 28. Ianuarij 1605.& 28. Februarij 1611. coram Attrebaten. & in Comen. bonorum 5. Martij 1603. coram Litta, & in Romana Domuncularum 21. Iunij 1619. coram bon. mem. Cardin. Sacrato, & in Nucerina prædij 20. Maij 1622. & 29. Maij 1623. coram R.P.D. Nauarro, & hoc est, quod sensit Rota in decisione in hac causa facta 30. Aprilis superioris anni.

33 Secundam verò opinionem procedere simpliciter, † quando nullum concurrit adminiculum, cum ex communi sententia quicquid intra feudum continetur, non sit feudale, *Host.in cap.nimis,num.4.de iur.iuran.* latè *Afflict. in c. 1.nu.12.& plurib.seqq.de controuers.int.masc.& fem. Bellon.in d.consil.10.post num.11.Clar.in d.§.feudum.q.18.* & in terminis emphyteusis, *Rot.decis.250.num.5.par.1.recen.*
34 Ita vt qui dicit, rem esse feudalem, † id probare teneatur *c.1.§.inter filiam,& §.defuncto milite,* & ibidem *Doctor. si de feud.fuer. controu.* cum alijs allegatis per *Duen.in verb. fœmina reg.309.versic.8.*latè *Cephal.consil.387.nu.8.cum seqq.* & hanc sententiam tenuit Rota in præfatis elegantissimis decisionibus in causa *Asten.feudi de Solario 27. Aprilis & 18. Iunij coram Bubalo.*

Vnde in hac facti specie visum fuit Dominis omnino in-
35 hærendum esse primæ opinioni, † cùm non solùm concurrat prægnantia verborum, qua stante *Rosentall de feud.cap. 12.conclus.15.num.72.versic.quæ sanè ratio,contrariam licèt sententiam acerrimò defendens,hanc tamen opinionem admisit:* Sed etiam vt abundè ponderatum fuit in præterita decisione, plura concurrant adminicula, quæ hic com-
36 pendiosè † repetebant, & quibus etiam concurrentibus, hanc eandem opinionem amplectitur, *Rosentall.loco præcitato num.70.ibi nisi aliunde,& num.72.versic. hoc verò, ibi nisi alia concurrant.* Primò enim concurrit, quod bona ista Casoli noui fuerunt solita locari vnà cum Poderio Villæ nouæ, Quæ qualitas optimè congruit tenori concessionis anni 1457. Roberto Sanseuerino factæ. De omnibus proprietatibus, & iuris existentibus, tàm in Territorio Villæ nouæ, quàm partium immediatè circumstantium, & quæ affictari consueuerunt, simul cum dicto poderio Villę nouę. Secundò concurrit denominatio Casoli, repetita in consignatione bonorum, facta secundo Conductori, ibi. *Campo della Chiesa dentro li fossi di Casolo,&* ibi. *Giardino di Casolo detto di quelli di Villa Noua*, quæ satis apertè demonstrant bona illa Casoli fuisse de iuribus Villæ nouæ. Tertiò accedit mentio molendinorum, tàm in eadem concessione anni 1457. quàm in executione literarum Calixti Tertij facta, quæ non in bonis Villæ nouæ, sed in bonis Casoli verificatur. Quartò, ac deniquè concurrit iudicium inter Schinerios, & Ecclesiam agitatum, in quo per Ecclesiam actum fuit, nedum super Castro, ac Territorio Villæ nouæ, sed etiã nominatim super Territorio partium immediatè circumstantium, ac super possessionibus eidem Territorio Villæ nouæ adiacentibus.

37 Et prędicta eò magis placuerunt Dominis, quia ad † probandam identitatem, sufficiunt leuiores probationes, & coniecturæ, *cap.cum causam vbi Doct.de probat.gloss.in c.si Papa,in versic.probata,de priuileg.in 6.Rimin.Iun.consil. 254.num.11.cum seqq.lib.2.Decian.resp.17.nu.6.lib.3.Rota decis.459.num.3.par.1.recent.sanct.mem.Gregor.decis. 172.num.6.* & ibi addentes *num.10.& fuit dictum in causa Romana Vineæ 1.Iunij 1624.coram R.P.D.meo Merlino, & coram eodem in Bononieñ Fideicommissi de Desiderijs 14.Iunij 1627.* Quæ conclusio eò magis procedit in
38 casu nostro, quia nedum versamur † in antiquis, sed vt ex superiùs deductis patet, in antiquissimis *Socc.cons.86.num. 2.lib.1.Seraph.decis.462.num.8.& dictum fuit in præfata Domuncularum 21 Iunii 1619.coram bo me.Card.Sacrato,& in causa Bononieñ fideicõmissi de Rubeis 12.Februarii 1618.coram bo.me.Francisco Vbaldo,* in qua decisione
39 dictum fuit ad effectum istum, non † requiri antiquitatem vltra centum annos, & referunt addentes ad dictam *decis. 172.san.me.Gregor.XV.* & fuit ponderatum in præcitata Bononien. de Desiderijs coram R. P. D. meo Merlino, & coram me in d. Ferrarien. seù Comaclen. bonorum de Nasellis 7. Iunij 1627.

Ex quibus conclusum fuit ad effectum deuolutionis, cõstare nedum de Dominio Ecclesiæ, verum etiam de identitate bonorum, non obstantibus his, quæ in contrarium possent deduci, quibus videbatur abundè fuisse satisfactum per Dominos, licet alia pars sæpiùs monita, non curauerit informare.

* Est decis.120.supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Conuersana Bonorum.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Iudex validè non potest procedere in causa, stante eius valida recusatione, tanquàm suspectus, & quæ causa sufficiat ad allegandum eum suspectum, & an sit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Ad Iudicis legitimam recusationem proponendam, quæ requirantur.*

2 *Iudex, quando legitimè fuit recusatus suspectus, si ad vlteriora procedat, & ferat sententiam, tunc omnia gesta sunt, ex defectu iurisdictionis, nulla.*

Stante

Stante præsertim appellatione, vltra recusationem, interposita.

3 *Iudice suspecto recusato, suspensa est eius iurisdictio.*

4 *Iudex suspectus recusatus, pendente recusatione, supersedere debet in causa.*

5 *Recusationis Iudicis exceptio naturali rationi, & iuris naturalis dictamine pro hominum defensione nixa est.*

6 *Iudex, quando allegatur suspectus non requiritur probatio causæ recusationis, sed sat est, quod talis proponatur causa, quæ si fuerit probata sufficiat, & sit legitima pro recusatione.*

7 *Iudex, vt allegetur suspectus, sufficit quælibet modica causa suspicionis.*

8 *Recusationis Iudicis materia est fauorabilis.*

9 *Inimicitiæ, & iurgia oriuntur inter collitigantes ex acri, & longa lite.*

10 *Iudex ex causa litis cum eo habita, & inimicitiæ cum eo habitæ, potest allegari suspectus, amplia num. 11.*

12 *Recusationis Iudicis sufficiens causa ex quo insurgere potest.*

13 *Inter Ciues, & forenses inuidiæ liuor regnare solet.*

14 *Iudex, quando est conciuis collitigantis potest forensis allegare eum suspectum, quando est delegatus.*

15 *Episcopus non videtur æquum, vt idem sit Iudex, quando agitur de causa suæ Ecclesiæ.*

Iudex potest allegari suspectus, si litigetur cum eo, qui est sub d. Iudicis protectione, num. 15.

16 *Episcopo suspecto existente, rectè potest etiam illius Vicarius recusari.*

17 *Circa Iudicis recusationis materiam plurimum tribuitur arbitrio Iudicis.*

18 *Sententia est nulla, si nominatim citatio ad eam non præcesserit.*

19 *A Decreti Iudicis forma circa citationes faciendas, non est recedendum.*

20 *Citationis defectus benè depræhenditur, ex inspectione, & reuolutione actorum.*

DECISIO CLXV.

Sententiam Vicarij Conuersani, tàm ex defectu iurisdictionis, quàm ex defectu citationis, nullam esse hodiè Domini responderunt.

Ex defectu iurisdictionis, quia postquàm Communitas Polignani proposuit legitimam ipsius Vicarij recusationẽ, & iuramentum fuit præstitum, petita arbitrorum electio, causæ suspicionis fuerunt deductæ, atquè appellatio inter-
1 posita, † quę omnia requiruntur ad legitimam Iudicis recusationem, vt notant Canonistæ *in cap. cum speciali de appellat. & in cap. suspicionis, de offic. delegat. &* Iurisconsulti *in leg. apertissimi, C. de iudic. Rota decis. 93. numer. 1. part. 1. diuers.* Nihilominùs idem Vicarius ad vlteriora processit, & contra Communitatem Polignani sententiam
2 tulit, vnde sententia, † ac processus, ex defectu iurisdictionis fuit ipso iure nullus, stante præsertim appellatione, vltra recusationem, interposita, *iuxta glos. in cap. quoties 2. quæst. 6. & c. quia suspecti. 3. q. 5. Fran. in c. cum speciali, num. 42. de appellat. Rom. consil. 220. num. 7. Rota decis. 2. num. 17. par. 2. diuers. & fuit dictum in Hispalien. Primitiarum 16. Ianuarij 1618. coram Eminentissimo* D. Car-
3 *dinali Pamphilio,* Iudice enim suspecto recusato, † suspensa est eius iurisdictio, & per partem recusantem, ob iustam suspicionis causam, declinata, adeòut propterea recusatio-
4 ne pendente † supersedere debeat in causa, *cap. quoties. 2. quæst. 6. Bald. in cap. suspicionis causa, nu. 1. & ibidem* Imol. *num. 18. de offic. delegat. Lap. allegat. 1. num. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 7. num. 21. Port. Imol. consil. 19. nu. 15. & seq.* vbi quod exceptio recusationis, naturali ratione
5 † & iuris naturalis dictamine, pro hominum defensione nixa est, & sequitur *Menoch. de arbitr.* Iud. *cas. 152. num. 1. lib. 2.*

Non obstat, quod causæ suspicionis, & recusationis, non fuerunt per Communitatem Polignani probatæ; Quoniam
6 Domini dixerunt non requiri probationem † causæ recusationis, sed sat esse, quod talis proponatur causa, quæ si fuerit probata sufficiat, & sit legitima pro recusatione, *Gloss. in l. apertissimi. verb. recusare,* C. *de Iud.* Berou. *consil. 16. num. 1. & 2. lib. 3. Paris. consil. 31. num. 94. lib. 1. Gayl obseruat. 33. num. 14. lib. 1. Mysinger. obseruat. 63. num. 1. & 2. centur. 3. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 7. num. 7. vbi de magis communi, Rota decis. 2. num. 15. par. 2. diuers.* Immo suf-
7 ficere † quamlibet leuem, & modicam causam animaduer-
8 sum fuit, † cum materia recusationis Iudicis sit fauorabilis, *ex glos. in cap. postremo. verb. consanguineus de appellat.* Port. *Imol. consil. 19. nu. 18. Menoch. de arbitr.* Iud. *cas. 152. num. 9. Rota d. decis. 2. num. 13. par. 2. diuers. & in dicta Hispalen. præheminentiarum 16. Ianuarij 1618. coram Eminentiss.* D. Cardinali Pamphilio.

In casu autem præsenti tres fuerunt propositæ causæ suspicionis pro recusatione; Et primò, quod cum inter Communitatem Polignani, & Conuersani, vetus, & acris pen-
9 deat controuersia super finibus, & iurisdictione, † indequè inimicitiæ, & iurgia non citra cruorem, & necem Ciuium suborta fuerint, quemadmodum ex causa huiusmodi litis,
10 & inimicitiæ † Communitas ipsa Conuersani suspecta allegari posset, *per text. in c. quia suspecti 2. quæst. 5. glo. in cap. 2. de procur. in 6. Morant. de ordin.* Iudic. *par. 6. tit. de appellat. num. 47.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 38. num. 14.* Rota *decis. 2. num. 13. par. 2. diuers.* Ita, & contra illum, qui adhæret ipsi Communitati, & est de corpore ipsius Communi-
11 tatis, ac sub illius † dictione, eadem vrget causa suspicionis, ex allegatis *per Preposit. in cap. postremo num. 11. de appellat. Franc. ibidem, num. 20. versic. 19. quando. Aufrer. de recusat. num. 28. & 32. Conrad. in rubr. de excep. num. 9. Marant. de ordin.* Iudic. *par. 6. tit. de appellat. num. 40.* vel saltem ratione non tuti accessus ob dictam inimicitiam, & diffidia,
12 insurgit † sufficiens recusationis causa, ad *Clemen. vnicam, & ibi glo. in verb. secura, de for. comp. Franc. in c. postremo, num. 20. versic. 4. quando de appellat.* Et hæc quidem causa fuit visa omnino legitima pro recusatione.

Secundam suspicionis causam aliqui etiam ex Dominis non respuebant ex eo deductam, quod idem Vicarius est conciuis Monialium, pro quibus sententiam tulit contra
13 Communitatem Polignani; vnde cum inter ciues, † & forenses inuidiæ liuor regnare soleat, meritò à forense, Iudex
14 conciuis collitigantis † vti suspectus, recusari potest, quando est delegatus, vt in isto casu *Speculat. in tit. de iud. deleg. § superest, num. 8. Imol. in cap. postremo, num. 3.* Prępos. *nu. 1. Franch num. 20. versic secundum est. Alex. de Neuo, nu. 29. de appell. Marant. de Ordin. Iudic. par. 6. tit. de appell. num. 39. Aufrer. de recusat. num. 21. Conrad. de except. nu. 9. versic. 20. & 21.*

Tertia demũ suspicionis causa deducebatur ex eo, quod cum Moniales sint sub iurisdictione, & protectione Epi-
15 scopi, † non videtur æquum, vt idem sit Iudex, quemadmodùm, quando agitur de causa suæ Ecclesiæ, posse vti suspectum recusari, scripsit, *Abb. in cap. postremò, num. 6. & 7. de appell. & ibidem Franch. num. 11. Alex. de Neuo. num. 18. Marant. de ordin. iudic. d. par. 6. tit. de appellat. num. 51. viu. opin. 866. num. 1. Laurent. de iudic. suspect. cap. 5. nu. 26.*
16 Episcopo autem suspecto existente, † rectè potest etiam illius Vicarius recusari, *secundum Glos. in capit. si contra vnum, verb. Episcopi de offic. deleg. lib. 2. Sbroz. de offic. Vic. lib. 3. quęst. 14. num. 4. Rota d. decis. 2. num. 21. par. 2. diuers.*

Quæ causæ, quàmuis singulæ aliquam fortasse patiantur difficultatem, simul tamẽ iunctas sufficere Dominis visum
17 fuit pro recusatione, circa † quam plurimùm tribuitur arbitrio Iudicis, *Franc. in d. cap. postremo, num. 20. de appellat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 152. num. 2. Rota d. decis. 2. nu. 10. par. 1. diuers.*

Ex defectu etiam citationis nullam esse sententiam, reso-
18 lutum † fuit, quia nominatim citatio pręcedere debet, aliàs sententia non subsistit, *Clem. sæpè de verb. signif. Rota decis. 17. de re iud. in nou. & coram Card. Mant. decis. 291. num. 1. cum alijs*. Et eò magis, quia idem Iudex decreuerat citationem fieri ad singulos actus, vt in summario num. 3. à
19 qua decreti † forma recedendum non erat, *Put. decis. 168. lib. 1. in correc. Caputaq. decis. 322. num. 3. par. 2. Rota decis. 451. num. 9. par. 2. recent.* dictus autem citationis defectus,
20 benè depræhenditur ex † inspectione, & reuolutione actorum, *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 416. num. 5. cum alijs*.

Et ita Communitate Polignani tantùm informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MERLINO.

Florentina Iurispatronatus.

Die Lunæ 20. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Præsentatio facta per modum prouisionis, vel lite pendente, non potest constituere præsentantem in aliqua legitima quasi possessione præsentandi. Iurispatronatus gentilitium fundans potest præiudicare vocatis, & hoc cessat, si non simus in primo acquirente. Iurispatronatus qualitas gentilitia ex quibus remaneat probata.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ, si non sint iustificatæ nequaquàm sunt exequendæ.*

2 *Iuris præsentandi quasi possessio patris non transit ad filios, sine noua appræhensione.*

3 *Præsentatio facta per modum prouisionis, non constituit præsentantem in aliqua quasi possessione præsentandi.*

4 *Consensus conditionalis non extenditur vltra illum actum.*

Præsentatio facta per modum prouisionis non extendit vires, vltra eam præsentationem, itaut, quòad futuras præsentationes nihil operetur, num. 4.

5 *Præsentatio facta lite pendente non videtur potuisse inducere statum aliquem beneficij, & possessionem considerabilem.*

6 *Narratiuæ falsitas, si sit superflua non vitiat gratiam, quando nihilominus Papa eodem modo concesßisset dictam gratiam.*

7 *Iuspatronatus, licet sit gentilitium nihilominus primus eius fundator potest sequentibus præiudicare, & illud donare, vel relinquere extraneo, qui non sit de familia, seù parentela.*

8 *Patronus, si non sit primus acquirens, & fundator iurispatronatus gentilitij, per contractum, vel vltimam voluntatem præiudicare non potest successoribus, & in extraneum transferre in præiudicium vocatorum.*

9 *Iurispatronatus gentilitij qualitas, & natura potest probari ex longißima obseruantia, quod descendentes iure sanguinis, semper præsentarunt, amplia num. 10.*

11 *Iurispatronatus existentia, & substantia, quando non controuertitur, sed solum pertinentia, hoc casu ad illud probandum sufficiunt leuiores probationes.*

12 *Ordinariorum enunciatiuis in probatione iurispatronatus solet Rota multùm deferre, quia præsumuntur scire qualitates beneficiorum.*

Atquè, vt plurimùm se reddunt difficiles ad instituendum.

13 *Iuspatronatus præsumitur, quod sit gentilitium, & non hæreditarium, si sint admißi ad præsentandum aliqui de familia, qui hæreditatem ascendentis iam repudiauerant.*

14 *Pater, & filius, si simul sint admissi ad præsentandum, hoc non conuenit iuripatronatus hæreditario.*

Filius non potest esse hæres patris viuentis, num. 14.

15 *Fœminæ, licet sint admissæ ad præsentandum, hoc non repugnat qualitati gentilitiæ iurispatronatus, cum etiam fœminæ sint de familia.*

16 *Patronus vltimus iurispatronatus gentilitij, cum ampliùs non extent vocati de familia, quibus inferatur præiudicium, potest in quem voluerit illud transferre.*

17 *Patronus vltimus iurispatronatus gentilitij potest de eo liberè disponere, quemadmodum primus fundator facere potuisset.*

18 *Iuspatronatus gentilitium in ipso vltimo vocato assumit qualitatem hæreditariam, ac liberam, & effectum transitorium in quoscunquè, quos idem vltimus vocasset, limita num. 19.*

20 *Iurispatronatus, qualitas hæreditaria ex quo benè inferatur.*

21 *De filiatione, si priùs sit facta mentio, & postea addatur qualitas hæreditaria, ista qualitas hæreditaria intelligitur, vt sermo sit de hæredibus sanguinis.*

22 *Expressa ea, quæ non sunt in parte dispositiua, non alterant dispositionem.*

23 *Iurispatronatus qualitas gentilitia si sit probata ex multis præsumptionibus, non tollitur ex vnica tantũ præsumptione, pro qualitate hæreditaria adducta.*

24 *Iuspatronatus mixtum etiam in extraneum transferri minimè potest.*

DECISIO CLXVI.

SEntentiam Iudicis de partibus, per quam præuia reuocatione alterius sententiæ, pronunciatum fuit, literas Apostolicas, per Nicolaum Camparium, vti præsentatum à medietate Patronorum, pro derogatione alterius medietatis obtentas, esse exequendas, hodie Domini reuocandam esse censuerunt.

Quoniam, cum dictæ literę Apostolicæ non sint iustifica-
1 tæ, † nequaquàm sunnt exequendæ, *Canonistæ in c. 1. de lit. contest. in 6. Cas. de Gras. decis. 2. de præb. Rot. dec. 221. n. 3. & seqq. par. 2. diuers. & in recent. decis. 251. num. 2. par. 2.*

Non iustificatur enim pacifica, quasi possessio Iuris præsentandi D. Ducis Saluiati, à quo Nicolaus fuit præsentatus, quam idem Nicolaus narrauit in literis suæ prouisionis, siuè illa deducatur ex præsentatione facta de anno 1603. quæ datur in summario Malthesij num. 6. siuè ex testamento Io. Baptistæ Giandonati patroni pro medietaté, in quo Iacobus assertus Auus Domini Ducis Saluiati institutus fuit hæres vniuersalis, de quo in summario Nicolai num. 5.

Quò enim ad præsentationem de anno 1603. factam per patrem Dom. Ducis Saluiati moderni ipsi Dom. Ducis illa

non

2 non suffragatur, tùm quia in terminis Iurispatronatus † possessio Iuris præsentandi patris, non transit ad filios sine noua appræhensione, *Acchill. decis. 5. num. 3. & seqq. de caus. possess. & propr. Caputaq. decis. 420. num. 1. par. 2. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 464. sub nu. 3. atque in Lucana Parrochialis 7. Februarij 1620. coram bon. mem. Vbaldo.* Tùm & quia, quatenùs etiam in ipsum D. Ducem transiuisset, nec releuaret, facta enim fuit per
3 modum † prouisionis de consensu Giandonati se verum, & legitimum, ac vnicum patronum contendentis, & ne seruitium Ecclesiæ desereretur omninò post triennalem litem D. Marchionem Saluiatum ad præsentationem admittentis cum clausulis præseruatiuis omnium suorum iurium, sæpiùs repetitis, per quas, quemadmodùm ipsi Giandonato tàm in petitorio, quàm in possessorio iura fuerunt reseruata, ita impedita fuit acquisitio quasi possessionis præsentandi, siue illius translatio in dictum Marchionem Laurentiũ,
4 quippe quod † consensus Giandonati conditionalis nõ extenditur vltra illum actum per modum prouisionis factum, & quoad futuras præsentationes nihil operatur, *Put. decis. 34. numer. 2. lib. 2. in correct. Cardin. Seraph. decis. 810. num. 1. & fuit dictum in Maioricen. Iurispatronatus 4. Octobris 1587. coram Bubalo, et in Pisana Capellaniæ 20. Maij 1594. coram bon. me. Card. Blanchetto, relatis per Garz. de benef. par. 2 cap. 5. num. 65. et 141.* dictaque præ-
5 sentatio, tanquam facta lite pendente, nõ videtur † potuisse inducere statum aliquem beneficij, & possessionem considerabilem, *Rot. coram san. mem. Gregorio XV. decis. 4. num. 2. et ibi Adden. nu. 19 et in Bononien. professionis 14. Martij 1622. coram me.*

Minùs iustificatur dicta quasi possessio ex testamẽto Io. Baptistæ Giandonati, D. Marchionem Laurentium, Patrem D. Ducis hæredem instituentis, siue potius cum ex dicto testamento probetur medietatem Iurispatronatus ad dictum D. Marchionem pertinere, qua posita pertinentia non est opus iustificare quasi possessionem, & falsitas
6 † huiusmodi narratiuæ, tanquàm superflua non vitiet gratiam, eo quod Papa eodem modo etiam concessisset, *Rota decis. 70. de rescript. in antiq. Bellamer. decis. 4. Put. decis. 187. lib. 1. in correct. & fuit dictum in Maceratẽ. Iurispatronatus 6. Nouemb. 1628 corã R. P. D. meo Vbaldo.*

Quoniam cum Iuspatronatus, de qua agitur sit gentilitium, & competens soli familiæ, de Giandonatis, quàmuis
7 primus fundator potuisset † sequentibus præiudicare, & illud donare, vel relinquere extraneo, qui non esset de familia, seu parentela, *Calderin. cons. 19. de iurepatron. Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 6. num. 4. Rocch. in verb. ipse velis, num. 72. Rota in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 5. Martij 1610. coram Ortembergo:* Attamen Io. Baptista Giandonatus, qui non erat primus acquirens, & fundator, per contractum, vel vltimam voluntatem præ-
8 iudicare non potuit successoribus, † & in extraneum transferre in præiudicium vocatorum, *Anchar. in cap. vnico, num. 3. Franch. num. 4. de iurepatron. in 6. Ferret. consil. 134. num. 12. & seqq. Paris. cons. 48. num. 7. lib. 4. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 31. & fuit dictum in Pampilonen. Capellaniæ de Attau. 11. Maij, & 3. Iulij 1595. coram Penia, relatis per Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 142. & in Mediolanẽ. Iurispatronatus 18. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, atque in Florentina Canonicatus 14. Maij 1629. coram R. P. D. meo Verospio.*

Quod autem Iuspatronatus istud sit gentilitium Domini deducebat ex diuturna obseruantia per spatium ferè 200. annorum obtenta, per quod temporis spatium quotiescũque vacationes contigerunt semper iure sanguinis descendentes ex familia de Giandonatis præsentatorũ, quam lon-
9 gissimam obseruantiam solam sufficere ad probandã † naturam, & qualitatem patronatus gentilitiam, tradit *Franc. in cap. vnico, num. 5. de iurepatron. in 6. Peregr. consil. 33. num. 21. & 25. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 521. nu. 17. & 19. Rota decis. 482. num. 6. par. 1. recent. & in Florentina de Ricasolis 10. Martij 1613. coram Lancellotto,* præ-
10 sertim verò † quando, vt in casu præsenti non constat de fundatione, & dotatione, vt ponderauit *Rota in præallegata Florentina de Ricasolis, & in Mediolanẽ. Iurispatronatus 29. Aprilis 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, et in Illerden. Iurispatronatus 10. Decembris 1615. coram bon. mem. Remboldo,* & quando existentia, & substantia iu-
11 rispatronatus non controuertitur, sed solum pertinentia, † quo casu leuiores sufficiunt probationes, *Rota decis. 675. num. 3. part. 1. & decis. 548. num. 2. par. 2. & in Florentina Canonicatus 25. Maij 1616. coram bo. me. Buratto.*

Dictæque obseruantiæ eo magis inhærendum esse videbatur, quia pluribus suffulta est adminiculis, nempè, quod in summario Maltesij num. 5. dantur duæ antiquæ enunciatiuæ Ordinariorum de anno 1550. & 1564. quod hoc iuspatronatus est de domo, & familia de Giandonatis, quibus Ordinariorum enunciatiuis in probatione Iurispatronatus,
12 † solet Rota multùm deferre, quia præsumuntur scire qualitates beneficiorum, atque vt plurimum se reddunt difficiles ad instituendum, *Rip. in resp. 1. nu. 6. & 7. de caus. poss. & propr. Rota decis. 11. de iurepatron. in nou. Put. dec. 243. lib. 2. Card. Seraphin. decis. 1141. num. 8. & in recent. decis. 548. num. 6. par. 2. & fuit dictum in Terracinẽ. iurispatronatus 10. Aprilis 1628. coram me.* & ex alijs antiquis instrumentis de anno 1379. 1528. & 1583. dicto Summario num. 5. constat fuisse admissos ad præsentandum aliquos de familia, qui antea hæreditatem paternam repudiauerant,
13 † signum, quod iuspatronatus non hæreditarium, sed gentilitium erat. *Couar. var. resolut. cap. 18. num. 8. lib. 2. Gabr. cons. 196. num. 6 lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 521, nu. 35. et fuit dictum in Aretina Capellaniæ 1. Iunij 1384. coram Bubalo, et in præallegata Florentina de Ricasolis coram Lancellotto,* prout, & ex ijsdem instrumentis apparet,
14 fuisse admissos † simul ad præsentandum Patrem, & filios, quod non conuenit Patronatui hæreditario, in quo, cùm filius non possit esse hæres patris viuentis, & compatronus in patronatu hæreditario, vtique dicendum est, talem patronatum esse gentilitium, *Card. in clem. 2 num. 8. de iure patron. Cald. cons. 19. in fin. eod. tit. Caputaquen. decis. 284. num. 2. part. 1. & decis. 131. num. 3. par. 2. Gratian. discept. forens. cap. 521. num. 23. & fuit ponderatum in præallegatis decisionibus, Florentina de Ricasolis coram Lancellotto, & in Florentina Canonicatus. 25. Maij 1616. coram bon. mem. Buratto.*

Non obstat, fœminas aliquando, nempè de anno 1564. fuisse admissas ad præsentandum; Quoniam hoc non repu-
15 gnat qualitati gentilitiæ iurispatronatus, † cùm etiam fœminæ sint de familia, *Paris. cons. 51. num. 13. lib. 2. & cons. 35. in fin. lib. 3. Gabr. cons. 195. num. 3. lib. 1. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. §. 1. num. 144. & fuit dictum in Parmeñ. Iurispatronatus 26. Aprilis 1613. coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio.*

Minùs obstat, quod quemadmodùm hoc iuspatronatus ex familia de Giandonatis fuit translatum in familiam de Iunctis, id contigit, quia vltimus ex familia de Giandonatis adoptauit sibi nepotem ex familia de Iunctis, deditquè cognomen, & insignia, & voluit non exire à descendentibus ex dicta familia inchoata in adoptiuo, quod rectè videtur potuisse facere, cùm ille vltimus consideretur tanquã
16 † Dominus beneficij, nec ampliùs extarent vocati de familia antiqua, quibus inferretur præiudicium, & sic gentilitia vocatio expirasset: Vnde meritò ille vltimus liberè po-
17 tuit disponere, quemadmodum primus † fundator facere potuisset, cùm in ipso vltimo iuspatronatus assumpsisset qualitatem hæreditariam, ac liberam, & effectum transito-
18 rium † in quoscunque, quos idem vltimus vocasset, *iuxta cons. 4. Calderin. de iurepatr. Anchar. cons. 81. num. 2. Rota decis. 205. num. 1. & per tot. par. 1. diuers. & coram Cardinali Seraphino decis. 364. et 378. et in Pistorieñ. Parrochialis 31. Martij 1628. coram me.* secus autem est circa translationem in familia de Saluiatis, quia tunc extabant descendentes de Giandonatis, quibus ius quæsitum
19 † fuerat, & ex facto successoris, & non primi acquirentis non poterat tolli ex supradictis.

Demùm non obstat, quod præsentatio de anno 1492. & alia de anno 1564. summario Iuliani num. 4. & 5. non sint factæ in capita, sed in stirpes, alia verò præsentatio de anno

1603.

1603. dicto summario num. 7. fit facta nomine hęreditario, & eodem nomine fit facta illa de anno 1564. Indeque be-
20 ne inferri ad † qualitatem hæreditariam istius iurispatronatus; quoniam verùm est, quod dictæ duæ præsentationes fuerunt factæ à duobus ex familia de Giandonatis, & ab vtroque pro dimidia, sed tamen præsentarunt etiam nomine Patronorum, pro quibus promiserunt de rato, & sic adhuc in capita videtur facta præsentatio, dum autem fit mētio hæredum in præsentatione de anno 1564. vel ea fit de-
21 monstratiuè, & postquam de † filiatione priùs fuerat facta mentio, à qua videtur declarari qualitas hæreditaria, vt intelligatur de hęredibus sanguinis, ad tradita per *Soccin. Sen. cons. 57. num. 4. lib. 3. Peregrin. cons. 49. nu. 4. lib. 1.* vel non
22 fit mentio † in parte dispositiua, in qua verè fit præsentatio, vt in illa de anno 1603. & in omnem casum sola hæc
23 præsumptio pro qualitate † hæreditaria tolleretur, tot alijs præsumptionibus supra pro qualitate gentilitia ponderatis, *ad l. Diuus, ff. de in integr. restit. c. afferte, de præsumpt.* vel inferri dumtaxat posset, hoc iuspatronatus esse mixtū, quod
24 † etiam in extraneum transferri minimè potest, *Paris. cōs. 48. num. 9. & 10. lib. 3. Gabr. cons. 169. num. 5. lib. 2. Rota in Mediolaneñ. Iurispatronatus 18. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, et in Pistorien. Parrochialis 9. Februarij præteriti coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

¶ Vide in hac causa aliam decisionem sub die Lunæ 14. Februarij 1639. coram eodem R. P. D. Merlino, quæ tamen in hac parte non habetur.

R. P. D. MERLINO.

Bononieñ Successionis.

Die Lunæ 10. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Limitatio in fine posita, referri debet ad omnia præcedentia, & totam dispositionem qualificat. Et agitur de limitatione posita in fine Statuti Bononien. lib. 4. de success. ab intestat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas defuncti diuiditur inter parentes, fratres, & sorores, exclusa omni differentia sexus.*
2 *Monterent. interpretatio ad statutum Bononien. lib. 4. de success. ab intest. in verbo, exceptis, respuitur.*
3 *Relatio regulariter est facienda ad principalem dispositionem, & num. 10.*
4 *Et hoc maximè, si id suadeat motiuum eiusdem rationis.*
5 *Limitatio in fine posita, ad omnia, & singula præcedentia, referri debet, & totam qualificat dispositionem.*
6 *Clausula in fine posita, perindè est, ac si singulis capitulis sigillatim esset apposita.*
7 *Clausulæ, & orationes per se stantes, solent inchoari grandiori charactere.*
8 *Statutorum vna pars, aliam declarat.*
9 *Ex difformi modo scribēdi, difformis etiā sensus elicitur.*
11 *Soror ex vno latere tantùm coniuncta, quod esset melioris conditionis, quàm ex vtroque latere coniuncta, iniquum esset. & num. 20.*
12 *Et contra dictamen rationis naturalis, & iuris positiui.*
13 *Soror vtrinq; coniuncta, participat de vtraq; cōiunctione.*
14 *Statutum, ita interpretandum est, vt ab eo iniquitatem arceamus, & ne à sapientibus possit iniquitatis redargui.*
15 *In statuto in dubio retinendus est ille intellectus, per quem reuertitur ad ius commune.*
16 *Statutum præferens masculo fœminis est, correctorium iuris Ciuilis, & sic est strictè interpretandum.*
17 *Statutum, quando reddit ad dispositionem iuris communis, est latè interpretandum.*
18 *Statutum ad hæreditatem fratris admittens, solum aliū fratrem consanguineum, excludendo fratrem vterinum, non habet locum in maternis bonis.*
19 *Castren. in auth. itaque num. 2. C. commun. de legat. & Brun. declarantur.*
20 *Renunciationes sunt strictissimi iuris, neque vllo modo sunt extendendæ, nec subintelligendæ personæ, quæ ibi oculariter non leguntur.*
22 *Clausulæ, quàmuis amplissimæ appositæ in renunciationibus, non sunt extendendæ ad non nominata.*
23 *Renunciatur faciliùs iuri de futuro, & incertæ spei, quàm iuri quæsito, & hæreditati delatæ.*
24 *Sententia, vt condemnet ad fructus, quid requiratur.*
25 *Iniustitia respectu fructuum, non influit iniustitiam in totam sententiam.*
26 *Participium resoluitur in relatiuum, & in verbum sui temporis.*
27 *Adiectiuum adiunctum substantiuo, quid operetur.*
28 *Verbum, debitum, adiectum substantiuo, ita illud qualificat, vt semper intelligatur clausula quatenùs de iure, & non aliter.*
29 *Verba etiam sunt improprianda, vt euitetur iniustitia sententiæ.*
30 *Interpratatio omnis est facienda pro iustitia sententiæ.*

DECISIO CLXVII.

DEcessit Georgius, cuius hæreditas solùm constabat ex bonis Peregrinæ matris, cumq; superstites essent Vlixes pater, Franciscus, & Alexander fratres, & Maria, ac Blancha sorores, Rota coram R. P. D. meo Dunozetto pronunciauit D. Blancham admittendam esse ad quintam partem d. hæreditatis Georgij, iuxtà dispositionem *auth defuncto, vers. sed si cum parentibus, C. ad Senatusconsult. Ter-*
1 *tull.* vbi, quòd in viriles partes diuiditur hæreditas † inter parentes, fratres, & sorores, exclusa omni differentia sexus. Cum autem in gradu appellationis mihi fuisset commissa causa, hodiè DD. sententiam Rotalem confirmandam esse dixerunt, illius enim iustitia innititur dispositioni *d. auth. defuncto*, & benè iustificatur ex decisione eiusdem R. P. D. mei Dunozetti.

Nec obstare visa sunt Statutum Bononien. lib. 4. de success. ab intestat. ascenden. & collat. & renunciatio Blanchæ, iterùm ab informantibus pro Domino Comite Alexandro obiecta.

Statutum enim prædictum, potiùs suffragatur D. Blanchæ; quia postquam exclusit sorores extantibus fratribus, & ampliationes addidit, idem Statutum tandem limitauit huiusmodi exclusionem, respectu bonorum maternorum, quę ad fratres defunctos peruenissent, & in his bonis mandauit seruari ius commune, & sic in tali casu admisit æqualiter sorores, cum fratribus.

2 Nec vllo modo tollerari potest interpretatio † Montérentij ad dictum Statutum in verbo, *exceptis*, dum existimauit hanc limitationem non esse referendam ad principalem dispositionem Statuti, excludentis sorores, extantibus fratribus, sed solum ad illam proximam ampliationem, in qua Statutum prætulit fratres consanguineos, vel vtrinque coniunctos, fratribus, & sororibus vterinis, quoniam hæc interpretatio repugnat regulis Iuris, & receptissimis conclusio-

clusionibus, & faceret Statutum ineptum, ac iniquum.
3 Repugnat inquàm regulis, cùm relatio regulariter fieri debeat ad principalem dispositionem, *l. final. §. Titia, & ibi Bart. num. 3. ff. de lib. leg. Ruin. cons. 181. num. 3. lib. 2. Menoch. cons. 334. num. 1. Surd. cons. 308. n. 47. & cons. 430. num. 20. Bellon. Iun. cons. 12. nu. 72. Rota decis. 73. num. 1. et*
4 *decis. 105. nu. 9 par. 1. recent.* maximè † cùm id suadeat motiuum eiusdem rationis, quæ in præsenti Statuto magis etiã vrget, & hæc limitatio referatur potiùs ad principalem dispositionem, quàm ad immediatam ampliationem, sicut inferiùs dicetur, qua stante rationis identitate, seu maioritate, exceptio prædicta, seù limitatio referri debet non ad vterinos tantùm, de quibus in proxima, & immediata ampliatione, sed, & ad vtrinque coniunctos, de quibus fit mẽtio in principali dispositione, *l. talis scriptura, §. fin ff. de leg. 1. Menoch. d. cons. 334 num. 17. Surd. cons. 565. num. 17. & seqq.* qui loquitur in terminis huius Statuti Bononien. de quo agitur, & *decis 88. num. 13. Rota decis. 509. num. 7. in fin. par. 1. recent.* & tota Statuti dispositio vna, cum ampliationibus vnico periodo comprahenditur, & vnico verbo regitur, nempè illo verbo, *præferantur &c.* vnde limi-
5 tatio † in fine posita ad omnia, & singula præcedẽtia æquè referri debet, & totam qualificare dispositionem, *Alex. cons. 212. nu. 6. lib. 6 Natta. cons. 614. num. 2. Decian consil. 70. num. 19. lib. 3.* vbi quod clausula in fine posita perinde est, ac si singulis capitulis singillatim esset apposita, *Moder. Mantuan. discepr. forens. cap. 247. n. 44.*

Ex ipsaque Statuti structura hoc idem euidentiùs colligitur, quia illa limitatio est posita, quasi per modum separatæ orationis, grandiori caractere inchoatæ, ibi, *Exceptis bonis, &c.* & tamen si hæc limitatio referenda esset ad immediatam ampliationem, de vterinis dumtaxat loquẽtem, continuaret eadem oratio, eodemque minuto, & vniformi caractere fuisset exarata dicta limitatio, & proinde non sine misterio Statutum vtitur in hac limitatione nouo, & grã-
7 diori caractere, quo clausulæ, † & orationes de per se stantes solent inchoari, vt innuit *Specul. in tit. de rescript. lib. 2. §. 1. n. 5.* In alia autem parte eiusdem Statuti nempè in §. Ascendentesq; vbi etiam ponitur limitatio, ibi, *exceptis*, nõ adhibetur solemnis, & grandior caracter, sed idem continuatur, signum, quod ibi limitatio tanquàm posita continuatiuè in eadem oratione referenda est, & connectanda cum immediata, & proxima dispositione, dum verò in parte Statuti de qua agitur, limitatio est posita quasi per modum nouæ orationis, & grandiori charactere inchoatur, benè arguitur non ad immediatam, sed ad principalem vniuersam dispositionem esse referendam dictam limita-
8 tionem, cum † vna pars Statuti, aliam declaret, *l. 1. ff. de reb. dub. Soccin. Sen. cons. 9. num. 8. lib. 3. Ruin. cons. 201. num. 5. lib. 7. Surd. cons 53. num. 10. Honded. cons. 8. num. 32 lib. 2.* &
9 ex difformi modo † scribendi, difformis etiam sensus statuentium elicitur, qui pariter confirmatur ex Summario eiusque Statuti, posito ante principium, ex quo desumitur, quod hæc exceptio stat principaliter, & sic refertur ad re-
10 gulam principaliter † positam in Statuto, non autem ad ampliationem de vterinis loquentem.

Ineptum etiam, imò, & iniquum redderetur Statutum, si enim contigisset, quod Georgius sororem vterinam habuisset, atque etiam consanguineam, & vtrinque coniunctam, hoc casu, si interpræetationem Monterentij amplectremur, soror vterina successisset cum masculis, exclusaque remanaret consanguinea, & vtrinque coniuncta, quo ni-
11 hil esset iniquius, quia melioris foret † conditionis soror, quæ vno dumtaxat latere esset coniuncta, quam quæ duobus, magisque profuisset vnum vinculum, nempè maternũ,
12 quam duo scilicet maternum, & paternum contra † dictamen rationis naturalis, & iuris positiui, de quo *in l. recon-iuncti, §. præfertur, ff. de legat. 3. auth. cessante, C. de legit. hæred. l. discretum, C. qui testamentum fac. poss. Surd. cons. 31. numero 6. & cons. 173. numero 28.* & in his ferè terminis benè *Cephal. consil. 223. numero 57. Fort. Imol. consil. 10. num. 1. & 2.* & propterea si soror vterina, iuxta etiam opinionem Monterentij, successisset Georgio, multo magis debet admitti ad successionem etiam Blancha, quæ respectu Peregrinæ matris erat itidem soror vterina Georgij, quemadmodum respectu Vlixis erat consanguinea soror;
13 vtrinque enim † coniuncta participat de vtraque coniunctione, vt dicebat *Castr. in auth. itaq. nu. 2. in fine vers. nec obstat, C. communia, de success.* quæ participatio de vtroque latere, & duplex coniunctio, potiùs debet facere meliorem conditionem sororis vtrinque coniunctæ circa successionem, non autem deteriorem, vt compertum est in pluribus casibus aliorum Statutorum. Et quidem ita interpræetandũ
14 est hoc Statutum, vt ab eo iniquitatem † arceamus, & ne à sapientibus possit iniquitatis redargui, iuxta not. in *l. Saluius Aristo. ff de leg. præstan. Rolan. cons. 72. nu. 42. lib. 3. Cephal. cons. 765. num. 35. Rota decis. 708. num. 5. par. 1. diuers.* Est-
15 què in dubio † retinendus ille intellectus, per quem reuertimur ad ius commune, *glos. in cap. statutum, verbo, numerandum, de præb. in 6. Felin. in cap. cum accessissent nu. 5. de constit. Surd. decis. 272. num. 34.* Et quamuis Statutum in
16 principali dispositione, dum præfert † masculos fœminis, sit correctorium iuris communis, & sic strictè interpræetandum, tamen in limitatione, dum in bonis maternis mandat seruari æqualitatem inter vtrumque sexum, redit ad dispo-
17 sitionem iuris cõmunis, † & in hac parte latè venit interpræetandum, *Felin. in d. cap. cum accessissent sub num. 5. const. Soccin. Iun. cons. 24. nu. 16. lib. 4. Menoch. cons. 187. nu. 36. Rota apud Mohed. decis. 1. nu. 3. de success. ab intestat.* & in terminis huius Statuti Bononien. dixit *Rota in Bononien successionis 9. Nouembris 1627. & 24. Maij 1628. coram R.P.D. meo Durano.*

Quibus etiam assequimur exemplum illud ab informantibus pro D. Comite Alexandro propositum potiùs retorqueri contra eumdem, scilicet, Statutum ad hæreditatem
18 fratris admittens † solum alium fratrem consanguineum, excludendo fratrem vterinum, non habere locum in bonis maternis, vt per *Castrens. in auth. itaq; num. 2. C. communia, de success.* & ibidem *Corn. nu. 1. & alij DD.* late *Brun. de Statuto exclusiuo fœminarum, art. 8. quæst. 15. num. 15. Laderch. cons. 57. num. 7. vers quintus casus. Peregr. cons. 51. num. 13. lib. 1. Rota coram bon. mem. Card. Caualerio,*
19 *decis. 50. num 1.* Quoniam vt benè obseruant *Castr.* † & *Brun. in locis praalleg.* id procedit ne resultet iniquitas, prout resultaret si ad bona materna in hæreditate fratris admitteretur frater consanguineus tantùm, qui respectu illius matris est quasi extraneus, & frater vterinus in bonis propriæ matris excluderetur, & videtur ponderare etiam *Peregr. cons 51 sub num. 13 lib. 1.* In præsenti autem casu
20 tota † iniquitas esset, vt supra dictum fuit, si ad hæreditatem Georgij respectu bonorum maternorum admitteremus solam sororem vterinam, & excluderemus vtrinquè coniunctam.

Circa verò renunciationem luculenter in decisione R.P.D. mei Dunozetti, fuerunt sublata omnia, quæ Dominæ Blanchæ aduersari videbantur, stant enim duo hæc inconcussa. Primùm, quod in illius renunciatione facta, quidem fuit mentio de hæreditate Francisci, & Alexãdri, nunquàm autem de hæreditate Georgij. Secundùm, quod renuncia-
21 tiones † sunt strictissimi Iuris, neque vllo modo sunt extendendæ, nec subintelligendæ personæ, quæ ibi ocularitèr non leguntur, *Becc. cons. 11. num. 31. Benintend. decis. 72. num 8. Gabr. cons. 90. num. 39. lib. 1. Surd. cons. 431. nu. 20. & 32. Gratian. discept forens. cap. 659. num. 30. Rota decis. 96. num. 3. par. 1. diuersor. & coram bo. mem. Cardinali Caualerio, decis. 340. num. 1. & in Bononieñ. Hæreditatis de Armis 18. Aprilis, & 12. Decembris 1622. coram me,* & clausulæ subsequentes: quamuis amplæ, cum stent consecutiuè, & accessoriè ad hæreditates Francisci, & Alexan-
22 dri, ad illas † sunt referendæ, nec extendendæ ad hæreditatem Georgij, qui non est nominatus, iuxta *glos. in l. si patronus, verbo, fauiana, in fin. ff. si quid in fraud. patron. Gabr. de claus. conclus. 10. num. 1. Surd. consil. 453. num. 38.*

Præsertim, quia dari potest vrgens ratio, cur potiùs voluerit renunciare futuræ hæreditati Alexandri, & Francisci viuentium, quàm Georgij, qui etiam ante dictam renun-
23 ciationem obierat, faciliùs enim † solet renunciari iuri de futuro,

futuro, & incertæ spei, quàm iuri quæsito, & hæreditati de-
latæ, *l.fin.C.de acq.poss.l. qui autem, ff. quæ in fraud. cred.*
Becc. cons.56. num.36. Surd.cons.351.num.38. qualis erat
hæreditas Georgij.

24 Denique non obstat, quod sententia † condemnet ad
fructus, & tamen non constet de requisitis, *Castrens.in l.*
vnica, C.de sent.quæ pro eo quod interest, nec versemur in
re fructifera. Quoniam, vltra quod hæc condemnatio fru-
ctuum est per Capitulum separatum, ibi, *insuper*, *&c.* Et
25 ità † iniustitia respectu fructuum, non influit iniustitiam in
totam sententiam, *Abb.in cap.cum dilectus,num.3.de caus.*
poss. & propr. Roman.cons.281.num.2. Put.decis.315.nu.1.
lib.1.in correct. & fuit dictum *in Bononien. de Manzolis*
16. Februarij 1629. coram Reuerendiss. D. meo Decano.
Verè sententia non condemnat ad fructus, nec firmat posi-
tiuè aliquos fructus deberi, sed tãtũ condẽnat ad fructus de
26 iure debitos, quod verbũ, *debitos*, si cõsideretur tãquàm †
participiũ resoluitur in relatiuum, & in verbum sui tempo-
ris, ac si diceret, ad fructus, qui de iure debentur, & sic re-
stringit, ac limitat condemnationem ad eos tantùm fructus,
qui de iure debentur, iuxta *glos. in clem.1. verbo, dignitati-*
bus, de præbend. Alex.consil.119 num.3.lib.1. plenè *Surd.*
consil.127.num.46.47.& 48. & cons.135.num.101. & seqq.
& consil.311 num.58.ac consil.416.num.22.in fin. & 23.
Rot.decis.70.num.8. par.1. diuers. Siuè verbum, *debitos*,
27 consideretur tanquam adiectiuum, † itidem etiam re-
stringit substantiuum, *fructus*, vt reus dicatur, condemna-
tus taxatiuè ad illos fructus, qui de iure debentur, & sic qui
debentur, ex trad. per *Bero consil.159.num.38.lib.2. Me-*
noch.cons.1.num.194. Surd. consil.135.num.105. & melius
cons.36.num.43.& 44. vbi post *Alciat. & Cephal.* firmat,
28 adiectiuum hoc, *debitos*, † ita qualificare substantiuum,
cui adijcitur, vt semper subintelligatur clausula, quatenùs
de iure, & non aliter. Quod & eo magis dicendum est in
casu isto, quia expressè fuit addita dicta clausula, *de iure*,
29 & quia hac † ratione euitamus iniustitiam in sententia, ad
quem effectum, verba etiam sunt improprianda, & pro
30 iustitia † sententiæ facienda est omnis interpretatio, *l.2.*
C.de offic. Iudic. Surd.cons.39.num.7. Rota decis.684.num.
1.par.2.recent. In quo sensu esse iustam, & sic esse intelli-
gendam condemnationem factam in sententia Rotali,
Domini censuerunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Veneris 14. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia, quando substitutio secunda censeatur facta, cum eisdem conditionibus, quæ fuerunt appositæ in prima, licèt secunda videatur de per se distincta, & separata.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris deficit, si filius decesserit post 14. annum.*

2 *Substitutiones plures, quando dicantur de per se perfectæ, & separatæ.*

3 *Dictionis, quo verò, natura est, repetere præcedentes qualitates, exceptis ijs, quibus aduersatur.*

4 *Conditio prioris substitutionis censetur repetita in secunda, quamuis secunda videatur de per se perfecta, & separata, & num.5.*

6 *Et quando ista repetitio faciliùs censeatur inducta.*

7 *Aduersatiua dictio non inducit repetitionem, quando ambæ orationes sunt de per se perfectæ.*

8 *Copulatiua dictio, stante diuersitate orationis, non est repetitiua.*

9 *Aduersatiua dictio, nedum, habet vim simplicis copulatiuæ, sed etiam coniunctiuæ.*

10 *Oratio præsumitur vnica, stante vnica coniunctione, quàmuis quælibet oratio habeat suum particularem sensum.*

11 *Substitutio secunda non continet orationem perfectam, quàmuis adsit verbum, substituit, si deficiat persona, cui fit substitutio.*

12 *Tempus in prima substitutione oppositum, regulat etiam sequentem substitutionem, cui nullum tempus fuit adiectum.*

13 *Testator substituendo Monasterium, videtur illud substituisse fauore animæ.*

14 *Bald. in consil.232. lib.5. num.1. declaratur, & quando intret, num.16.*

15 *Dispositio generalis, quando deficit, tunc etiam euanescunt omnia eius accessoria.*

18 *Superfluitates potiùs sunt tolerandæ, quàm admittenda fideicommissa.*

19 *Minor potest disponere de rebus suis, cum decreto Iudicis, & auctoritate Tutoris.*

20 *Et quando tale decretum, non requiratur.*

21 *Superfluum illud non dicitur, quod aliquid etiam minimùm operatur.*

DECISIO CLXVIII.

Decisio in hac causa facta sub die 19. Decembris 1631.
* fuit hodiè per DD. confirmata, quia conditio illa, si
Carolus decesserit intra 14. suæ etatis annum, licèt solùm
sit apposita in substitutione de bonis stabilibus facta ad fa-
uorem Augustini, & aliorum, attamen ea censetur etiam
repetita in secunda substitutione locorum Montium facta,
1 ad fauorem Monasterij, † quod propterea admitti non de-
bet ad successionem, cum Carolus obierit post 14. annum,
ad quod tempus solùm erat restricta substitutio, iuxta *text.*
in l.si qui ita, ff.de vulg. Bart. in l.si mater., §.1. ff. eodem,
cum alijs in d.decis.alleg.

Neque obstat, quod repetitio supradictæ conditionis
obitus Caroli in decimo quarto suæ ætatis anno, excludatur
2 in præsenti casu, ex quo † vtraque substitutio sit de per se
perfecta, & separata per verbum, *substituit, Bart.in l.iam*
hoc iure, §.fin.num.1.vers.sed puto contrarium, ff. de vulg.
Fusar.de subst.quæst.450.num.3. Honded cons.78 num.28.
lib.1.Peregr.cons.30.num.6.in fin.vers.nec obstat, lib.3. quia
hoc non procedit, quando secunda substitutio, quàmuis fa-
cta diuersis personis, & de diuersis rebus per suum parti-
culare verbum, *substituit*, fuit tamen facta per dictionem
3 illam aduersatiuam, † *quo verò*, de cuius natura cum sit re-
petere præcedentes qualitates exceptis ijs, quibus aduersa-
tur, *l.Sæiæ, §.Caio, ff de fund.instruct. Surd.cons.315.num.*
2.Menoch.cons.72.num.6. indè sequitur, quod conditio
prioris substitutionis censeatur repetita in secunda, quàm-
4 uis secunda videatur de per se perfecta, & separata, † vt in
fortioribus terminis extat doctrina *Bart.* quæ decidit ca-
sum in *l.in repeten.num.2.ff.de leg.3. vers.pone quod Testa-*
tor, admisit enim repetitionem conditionis si sine filijs
decesserit, per solum verbum, item, ibi relinquo Titio cen-
tum; Item relinquo Seio fundum; Item Sempronio do-
mum, quæ dispositiones quamuis singulæ de per se stare
5 posse videantur, adhuc † tamen omnes pendere dicuntur
à con-

à conditione posita primæ dispositioni, propter vim supradictæ aduersatiuæ, & hanc doctrinam *Bart.* sequuntur, *Capr. Menoch. Paris. & alij in decis. alleg. & Castr. cons. 122. num. 1. vers. sed his non obstantibus, lib. 2. Mant. de coniect. lib. 10. tit. 6. nu. 17. Peregr. de fideic. art. 19. num. 93.* & quidem repetitio eo faciliùs inducta censeri debet in ca-
6 su nostro, quia ex verisimili † voluntate, & mente Testatoris respicit commodum, & liberationem hæredis grauati, vt considerat *Peregrin. vbi supra dicto num. 93.*

Non obstant Doctores in contrarium adducti, quod ad-
7 uersatiua † non inducat repetitionem, quando ambæ orationes sunt per se perfectæ, quia mouentur ea ratione, quod idem seruetur in aduersatiua, quod seruatur in copulatiua,
8 in qua stante † diuersitate orationis repetitio excludatur, vt per *Ruin. cons. 176. num. 6. lib. 2.* sed cum ista ratio non
9 subsistat, ex quo aduersatiua nedùm habet vim † simplicis copulatiuæ, sed etiam coniunctiuæ, vt trad. *Alex. in l. filius à patre, num. 7. de liber. & posth. Natt. cons. 570. sub num. 9.* Inde sequitur, quod stante dicta coniunctione vni-
10 ca presumatur oratio simul iuncta, quàmuis quęlibet † oratio habeat suum particulare verbum, ex quo de per se stare posse videatur, & sic benè, subsistunt tradita per *Bart. in d. l. in repetendis, cum alijs supra alleg. & adduct. in decis. quæ reuidetur.*

Sed cessat difficultas, quia secunda substitutio facta ad fauorem Monasterij, nullo modo dici potest, quod contineat orationem perfectam, quàmuis habeat verbum illud,
11 † *substituit*, quia deficit persona cui fit substitutio, vt ex hoc imperfectionē considerat ipsemet *Ruin. contra decis. alleg. dicto cons. 176. nu. 9. post med. vers. nam vtroque casu, lib. 2.* & cum de necessitate sit in secunda substitutione supplenda, & subintelligenda persona Caroli, cui primo loco fuit facta substitutio, talis repetitio debet fieri cum ea conditione, quæ fuit apposita personæ eiusdem Caroli, si decederet intra 14. annum, & sic istud tempus in prima substitutione
12 † appositum, regulat etiam subsequentem substitutionem, cui nullum fuit tempus adiunctum, *Fusar. de substit. quæst. 456. num. 4. Rot. diuers. decis. 490. par. 4. num. 7.*

Non obstat, quod Testator substituendo Monasterium
13 videatur illud substituisse fauore † animæ, cui cum expediat substitutionem fuisse factam sine vlla conditione, indè argui possit exclusio repetitionis supradictæ conditionis, si Carolus decesserit in 14. anno suæ ætatis, iuxta tradita, per *Bald. in cons. 232. lib. 5. sub num. 1. vers. in contrarium vi-*
14 *detur verum.* Placuit enim DD. respōsio, quod *Bald* † ponit hanc conclusionem, ex diuersitate voluntatis Testatoris, in Codicillis ordinata, nam ibi petium terræ, in testamento legatum, si hæres decessisset sine filijs, & ante ætatem 20. annorum, fuit in Codicillis, de nouo relictum mediante noua dispositione, pro distribuendo in suffragium animæ Testatoris, & ideò dicit, ibi *Bald.* non esse repetitam conditionem ætatis fauore animæ, quia ista est noua dispositio, non applicatur igitur casu nostro, *cons. Bald.* cum versemur in eadem dispositione testamentaria, quæ dispositio fuit etiam confirmata in Codicillis, per relationem ad testamentum, ibi, *come al detto testamento.* Ita vt non plùs in referente, quàm in relato contineatur, non obstante perpetuitate, in Codicillis apposita, quia vt respondetur in decisione, tunc locus erit, perpetuitati onerum si Carolus de-
15 cesserit intra 14. annum, cùm omnia † sint accessoria, ad conditionem positam in dispositione, *Fusar. de subst. quæst. 457. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 49 cum alijs in d. decis. alleg.*

Nec dicatur voluntatem Testatoris fuisse satis in eisdem Codicillis declaratam, quod non intendebat substitutioni factæ ad fauorem Monasterij, apponere supradictam conditionem, dum dixit, quod Carolus completo anno 14. suæ ætatis, remaneret in sua libertate disponendi de stabilibus, & quod ex hoc inferri possit, fuisse substitutum Monasterium, sine vlla conditione, in locis Montium, stantibus sequen. verbis Codicilli, *Remanente la dispositione fatta delli luoghi de Monti, nelli quali sustituisce il Monasterio di S. Matteo,* fuit enim per Dominos consideratum, & admissum, quod si in Codicillis, non adessent alia verba,
16 ista posset dici noua substitutio, & ideò intraret † *dictum consil. Bald. 232. lib. 5.* sed cum in eisdem Codicillis addatur, *sustituisce il Monasterio di S. Matteo, come nel detto testamento, & nel presente Codicillo, & senza pregiuditio delli scudi 50. lasciati in detto testamento à Maria sua sorella carnale.* Inde sequitur, per talem relationem Testatoris voluntatem fuisse, vt disposita in testamento firma remanerent; & huic dispositioni solùm voluit adiungere aliqua alia onera, quæ sortiantur eamdem naturam testamentariæ dispositionis, nempè, vt ea sint, per Monasterium substitutum adimplen. in casu, quod fuisset factus locus illius substitutioni, per mortem Caroli, intra 14. annum, sic dicendum est relationem non solum respectu onerum, in testamento appositorum, sed respectu etiam principalis dispositionis, quæ erat seruanda; cū oneribus apposits, tàm in testamento, quàm in Codicillis, vt clarè hoc demonstrant supradicta verba Codicillorum, *ferma remanente la dispositione fatta delli luoghi de Monti,* quæ verba, vt dici-
17 tur † in decisione ostendunt confirmationem, & non immutationem dispositionis, quòad modum succedendi, ex *cons. Dec. 362. in princip. & per tot. & cons. Berett. 74. num. 3. et seqq.*

Non obstat, quod fuerit superflua licentia data à Testatore, vt Carolus post pubertatem alienare posset bona stabilia, nisi ex verbis subsequentibus, *ferma remanente la dispositione de luoghi de Monti, come nel testamento,* inferatur quod voluntas Testatoris, fuit vt de illis Carolus non posset aliquo tempore disponere tamquàm fideicommisso subiectis, & si Carolus post pubertatem, quandocunque decederet, tollitur enim obiectum in decisione per respō-
18 sionem, quod potiùs sunt † tolerandæ superfluitates, quam admittenda fideicommissa: præsertim, cùm per informantes ostendatur dispositionem hanc testamentariam plures continere superfluitates. Vnde mirum non sit, si etiam in hac parte Testator superfluus fuit, sed si res benè perpendatur, neque potest in supradicta licentia alienandi bona stabilia post 14. annum completum, considerari absolutè superfluitas, quia licet in testamento substitutio esset restricta ad tempus, si Carolus decederet intra 14. annum, &
19 ideò post 14. annum expirata substitutione, Carolus † posset de bonis sibi relictis liberè disponere, cùm decreto Iudicis, & auctoritate Tutoris, *l. magis puto, ff. de rebus eorum,* attamen ex supradicta licentia Carolus remanebat
20 liberatus à decreto Iudicis, vt posset cum sola † auctoritate Curatoris alienare, *l. fin. in fin. ff. de rebus eorum, l. 3. C quādo decreto opus non est, Simoncell. de decret. tit. 6. inspect.*
21 *11. num. 107. Giurb. decis. 69. num. 7.* Non † enim dicitur superfluum illud, quod aliquid etiam minimum operatur, *Dec. in l. cum quidam, num. 1. C. de instit. & substit. Cephal. cons. 134. num. 19. Honded. cons. 8. num. 71. et cons. 60. numero 27. lib. 1.*

Si verò cessat superfluitas in licentia alienandi bona stabilia, & quoad loca Montium Testator voluit, vt dispositio testamentaria firma remaneret, dicendum est, quod intellexit, vt posset quidem post pubertatem, illa Carolus alienare, sed iuxta dispositionem Iuris communis, cum super illis noluerit aliquid innouare.

Et ita vtraque, &c.

¶ Vide in fine hanc decisionem, prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Redditionis Rationis Tutelæ.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Tutor, si aliquid indebitè soluat, quando pupillus debeat agere contra recipien-

tem

tem dictas pecunias indebitas, actione indebiti, & quando illam vertere possit contra Tutorem indebitè soluentem, Tutoris factum, quando dicatur factum pupilli, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor, si aliquid indebitè soluit, actio indebiti pupillo competens, non est dirigenda contra Tutorem, sed aduersùs eum, qui pecunias pupillares accepit.*
2 *Tutoris factum reputatur factum pupilli.*
3 *Actio alicuius rei competit vero Domino, non autem gerenti eius vicem.*
4 *Text. in l. indebitum, ff. de condit. indeb. habet locum, quando adest iusta ignorantia, & secùs est dicendum quando non adest.*
5 *Tutoris factum tunc dicitur factum pupilli, cùm rem pupilli vtiliter gerit, secus si rem eius iactet.*
6 *Indebitum quando quis soluit dicitur iactare.*
Tutori non est à lege attributa potestas iactandi bona pupilli num. 6.
7 *Testibus in decernentibus proprium interesse de Iure fides non adhibetur, & num. 10.*
8 *Testi vnico non creditur.*
9 *Testi vnico eo magis minus creditur, si deponat de auditu.*
10 *Tutori interdictum est à lege bona minorum compromittere, absque solemnitatibus statutarijs propter periculum alienationis.*
12 *Singula, quæ non prosunt, iuncta iuuant.*
13 *Adminicula imperfectam probationem validam, & perfectam reddere possunt.*
14 *Singula, quæ non prosunt, tunc iuncta iuuant quando illa singula sunt in sua specie perfecta.*
15 *Erga Tutorem confidentia Testatoris debet esse, circa vtilitatem minoris, & non vt iactet patrimonium.*
16 *Liti ea, quæ causam dederunt, non sunt attendenda.*
17 *Ignorantiæ iusta causa circumscripta, non est amplius locus l. cum indebitum, ff. de condit. indeb.*

DECISIO CLXIX.

SEntentia Rotalis * condemnat Christophorum Arzuffum, filium Andreæ testamentarij Tutoris Margaritæ, & Franciscæ pupillarum filiarum Sanctis Fencij Macellarij, in summa scutorum 857. & b. 65. reformando sententiam A.C. quæ in maiori summa, nempè scutorum 1625. eumdem Christophorum condemnauerat, & cum hodie de validitate, & iustitia huius vltimæ sententiæ quæreretur, responsum fuit, sententiam Rotalem esse confirmandam.

Quæ validitas non controuertitur, & iustitia ex deductis in prioribus instantijs, benè probatur.

Concordarunt enim periti ab vtraque parte respectiuè electi, in subducendis rationibus tutelaribus, præterquàm in aliquibus partitis ad debitum pupillarum, per Tutorem positis, & illis reiectis, emanauit sententia A.C. iterùm verò in iudicio appellationis præuijs decisionibus diligenter examinatis, vna fuit admissa, nempè partita mercedis Tutoris scut. 814. b. 50. & altera reformata, prout illa scutorum 86. pro lactucis, & radicibus, reducta ad tertiam partem, reliquæ verò fuerunt reiectæ nempè scut. 21. 28. 100. 24. 17. 253. 127. ac demùm illa scut. 725. vt prætendebat Tutor, soluta socio, cùm patre pupillarum in negotio Macelli.

Non obstat, quod hæc vltima partita scut. 725. non sit leuanda de computis datis per Tutorem, cum sit sufficienter probata societas in Macello, inter patrem pupillarum, & Ioannem Antonium de Acumulo, ac lucri possibilitas, & æstimatio per peritos, & laudum sequutum, quo casu dicebatur, actionem indebiti, per Tutorem soluti pupillis cō-
1 petentem non esse dirigendam contra † Tutorem, sed aduersus illum, qui pecunias pupillares recepit, *l. cum indebitum, vbi glos. Bart. Castr. & alij, ff. de condit. indeb. Idem Bart. in l si procurator n. 13. & Ang. in princip. ff. eodem tit.*
2 ea ratione, quia factum † Tutoris reputatur factum minoris, vt dicunt, *glos. in d. l. cum indebitum, in princ. & Alex. in d. l. si procurator num. 3.* vt ideò actio competat verò
3 † Domino, non autem gerenti vicem illius, ne officium sit illi damnosum.

Quia, & si verba *tex. in d. l. cùm indebitum*, videantur indefinitè prolata, ibi; *cum indebitum impuberis nomine, Tutor numerauit, impuberis conditio est, glos. ibidem* de-
4 clarando † textū restringit dictum, si tamen iusta ignorantia dicatur soluisse, alioquin si sine iusta ignorantia, contrarium est dicendum, & glossam sequuntur omnes nempè,
5 *Bart. Angel. Fulgos. Castrens. & Ias.* asserentes † tunc factum Tutoris interpretari factum impuberis, cum rem impuberis vtiliter gerit, non autem cùm rem eius iactat, *l. qui fundum, § si Tutor, ff. de vsucap. pro emptore*, sed soluendo
6 † indebitum dicitur iactare, *l. cum de indebito ff. de probat.* ergò talis facultas Tutori non videtur à lege tributa contra pupilli vtilitatem, sequitur *Crauett.* per hanc rationem, *cons. 132. num. 14. & Escobar. de ratiocin. cap. 23. num. 11. & seqq.*

Difficultas igitur est in probanda iusta ignorantia, atque ita iustificanda causa solutionis scut. 725.

Nam si prætendatur probatam esse societatem inter Patrem pupillarum, & Ioannem Antonium de Acumulo, qui prius erat famulus in Macello, vt pro iusta causa deseruire possit ad excusationem, Tutoris, cum deducatur tantùm modo ex depositione duorum testium, quorum alter est ipse Ioannes Antonius, qui pecunias recepit à Tutore, & quietantiam fecit tanquàm creditor socialis, cui in concer-
7 nentibus † proprium interesse, fides de Iure nō adhibetur, *cap. tuas. cap. nuper. cap. insuper de testibus, Felin. in d. cap. insuper num. 6. Paris. cons. 27. num. 48. lib. 1.* Alter verò sit vnicus, & deponat de auditu à multis macellarijs, vndique
8 probatio deficit, † quia vnico testi non creditur, *cap. veniēs cap licet vniuersis, de testibus, l. vbi numerus, ff. eod. tit. Couarr. pract quæst. in 33. quæst. num. 3. Rot. decis. 178. nu. 3.*
9 *coram Papa Gregor. XV.* & eo minus de auditu † deponēti, *cap. licet. ex quadam, de testib. Caputaq. decis. 264. nu. 8. part. 2. Rot. decis. 379. & 570 coram eodem Papa Greg. XV.*

Si verò dicatur probatam esse societatem, & quātitatem lucri d. Ioanni Antonio debitam ex laudo subsequuto, & hæc probatio peccat eodem morbo, quia pro Iustificatione dantur depositiones eorumdem testium, nempè Ioannis Antonij interessati, & partis propter indebitum, ad quod tenetur, alter scilicet primus est vnicus, & de auditu à diuersis macellarijs deponit, quod Iulianus, & Fasciolus fuerunt electi ad terminandum varias differentias, quæ ortæ fuerūt inter supradictum Ioannem Antonium, & hæredes Sanctis
10 Fencij, sed quid † laudauerint nihil deponit, & de summa arbitrata non est standum dicto Ioannis Antonij interessati, *Bald in l. in omnibus num 4. C. de testib.* & quod peius est, si de compromisso, & laudo constaret, Tutori non suffra-
11 garetur tanquam † à lege interdicto, bona minorum compromittere absque solemnitatibus statutarijs propter periculum alienationis, *Lap. alleg. 102. num. 3. Paris. cons. 134. num. 15. lib. 4.*

Non obstat, quod hæc probatio coadiuuetur præsumptionibus, & coniecturis, nempè ex relatione peritorum, difficultate probationis similium societatum, quæ solent sine scriptura fieri, ex confidentia Testatoris de Tutore, ex depositione matris pupillarum, ac demum quia debitum fuit relatum in libro Tutelari, & quietantia per documentum publicum sit probata.

12 Quia etiam si regula sit vera, quod quæ non † prosunt singula, iuncta iuuant, *gloss. in cap. cum causam de probat. & in cap. veniens el 1. de testib.* & adminicula imper-

13 imperfectam † probationem validam , & perfectam reddere possunt , *l. instrumenta* , *Cod. de probat. A-*
14 *chill. decis. 1. de confess.* attamen præsumptiones , † & adminicula in sua specie debent esse perfecta, *Bald. in l. spadonem* , §. *si Ciuitatis* , *ff. de excus. Tutor. Dec. in cap. cum causam* , *num.* 10. *de probat. Gabr. de probat. conclus.* 1. *num.* 31. quæ tamen si singula ponderentur, deficiunt , in substantia probationis, quia relatio peritorum vnico teste, & de auditu probatur , difficultas probationis magis grauat Tutorem reum, & non
15 actorem. Confidentia Testatoris versatur circa † vtilitatem minorum , non autem vt iactet patrimonium, depositio matris nihil aliud dicit , quàm quod Ioannes Antonius erat creditor de quadam moneta , quod in effectu ab eadem sciri non poterat , non redditis com-
16 putis capsæ per Ioannem Antonium , relatio † autem in libro tutelari, & solutio dederunt causam liti, tanquàm malè descriptæ, & solutæ.

Ex quibus omnibus patet deficere in Tutore iustã causam credendi, Testatorem esse debitorem Ioannis Antonij , ad quem spectabat onus probandi societatem , & ex societate lucrum, & certum creditum, vt inde parti-
17 ta libri Tutelaris posset dici iustificata , & iusta † causa ignorantiæ circumscripta vnde locus non est dispositioni, *supradictæ l. cum indebitum* , *ff. de cond. indeb.* per supradicta.

Et ità, &c.

* Decisiones in hac causa coram bon. mem. Motmanno , sub diebus 28. Martij 1631. & 27. Iunij eiusdem anni , & 30. Ianuarij 1632. habes supra decis. 31. 60. & 90.

¶ Et coram eodem R. P. Domino Pirouano adsunt infra aliæ decisiones nempè sub die 30. Maij 1633. & 16. Ianuarij 1634.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolanen. Pecuniaria.

Die Mercurij 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia , quando dicatur valida, & iusta, item quando è contra . Compensatio , quando admittatur , & quando non , & nonnulli circa fidem testium .

SVMMARIVM.

1 *De re iudicata dicitur constare , ob non interpositam appellationem, intra decem dies datos ad appellandum .*

2 *Sententia , quando est iusta , & valida semper cessant causæ restitutionis in integrum .*

Restitutio in integrum non datur sine læsione . numero 2.

3 *Sententia, quando est nulla, & iniusta , tunc locus est restitutioni .*

4 *Sententiæ nullitas probatur, quando Iudex processit non visis actis probatorijs. num. 5.*

6 *Præsumptio visionis actorum, vt excludatur, quid multùm referat.*

7 *Iudex præsumitur cuncta egisse , quæ incumbunt muneri, & officio boni Iudicis.*

8 *Sententia , quando est lata , & appellatio non fuit interposita , siuè versemur circa rectitudinem facti , siue processus , semper præsumitur pro Iudice .*

9 *Auditores Rotæ non possunt expedire causas , nisi dato dubio, & expectato voto Dominorum .*

10 *Constitutionis Pij IV. 83. & Reform. Tribul. Pauli V. de Aud. Rotæ, declarantur.*

11 *Compensatio excluditur quando debitum est illiquidum, & incertum , & num. 23.*

12 *Compensatio admittitur, quando debitum est certum, & indubitatum. & num. 19.*

13 *Actor tenetur probare fundamentum suæ intentionis , etiamsi contineat negatiuam .*

14 *Actio , & exceptio vbi nascuntur ab eodem instrumento, semper ab actore sunt probandæ .*

15 *Negans duriori probatione tenetur .*

16 *Testes de auditu nullam fidem faciunt .*

17 *Testes, vt probent publicam vocem, & famam, qualiter deponere debeant .*

18 *Testis non concludens in suo dicto non attenditur.*

20 *Scripturæ magis fides adhibetur , quàm testi.*

21 *Testis referens se ad aliquas scripturas , non creditur , nisi ille producantur.*

22 *Testi inuerisimilia deponenti, non statur.*

24 *Priuilegium simultaneæ expeditionis , quando intret .*

25 *Iudex non tenetur differre expeditionem actori , expectando finem reconuentionis .*

DECISIO CLXX.

LATA Sententia contra locum pium Sanctissimi Rosarij hæredem claræ memor. Cardinalis Federici Borromæi , cum ab ea non fuisset in tempore appellatum ex nouo commissionis rescripto, quæsitum fuit , an constet de re iudicata , vel de causis restitutionis in integrum , & non constare de causis fuit responsum .

1 Non enim de re † iudicata fuit dubitatum , ob non interpositam appellationem intra decem dies datos ad appellandum , *cap. Romana* , §. *si verò* , *de appellat. Authen. hodie . Cod. eodem tit. de appellat. cap. quòad consultationem* , *de re iudic. Rota decisio.* 492. *numero* 1. *coram Papa Gregor. XV. &* 396. *num.* 1. *par.* 2.
2 *recentior.* & dum eadem sententia † est valida , & iusta , semper cessant causæ restitutionis: quia læsio non datur , super qua fundatur restitutio, *Rot. decis.* 1. *de restitut. in integr. in antiq. &* 427. *in fine* , *part.* 3. *diuersor.* 260. *num.* 7. *par.* 1. *&* 594. *numero* 4. *par.* 2. *recentior.*

3 Non obstat , si sententia † detegitur nulla , & iniusta , locus sit restitutioni , ex eisdem supra allegatis.

4 Nullitatem vero probari : † quia Iudex processit ad sententiam non visis actis probatorijs , *l. properandum* , §. *si quidem* , *vbi Bart. Cod. de iudic. l.* 2. *vbi Cagnol. numero* 68. *versic. sed oppositum* , *Cod. de eden. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* , *num.* 17. *de constitut.* scilicet non viso processu remissoriali post productionem
5 accommodato Procuratori loci Pij , † & ab eo non reportato , nisi post latam sententiam , quem defectum dicitur Rota ponderasse in *Aquen. pensionis* , *coram bon. mem. Cardin. Sacrato* , penès *Marches. de commiss par.* 3. *fol.* 25. *&* 27.

6 Quia ad excludendam præsumptionem visionis † actorum multùm refert, an processus remissorialis ante latam sententiam non fuerit apertus, & in actis dimissus, prout *decisiones Aquen.* loquuntur: quia tunc cessat omnimoda cognitio causæ, ex quo processus clausi non possunt examinari, & per Iudices rimari; secùs verò, vt in præsenti, vbi processus remissorialis fuit reproductus de mense Martij præuia citatione ad videndum aperiri, & dicendum contra, & exinde apertus, & respectiuè Summarium Testium partibus datum; vnde cum ab eo tempore vsque ad vltimas audientias intercesserint tres menses & vltra, & nisi die 17. Maij, fuerit accommodatus processus parti, sicuti medio illo tempore potuerunt partes illum examinare; idem potuit Iudex, ces-
7 sante impedimento, & † præsumitur cuncta egisse, quæ incumbant muneri, & officio boni iudicis, *l. 2. C. de offic. ciuil. Iud. Bald. in l. iubemus, §. sanè ego addo, num. 12. C. de sacrosanct. Eccles. Alciat. regul. 3. præsumpt. 9. Menoch. præsumpt. 67. num. 1. & 68. numero 4. lib. 2.* latissimè comprobans & dicens, quando
8 lata est sententia, & appellatio non fuit interposita, † siue versemur circa rectitudinem facti, quam appellamus iustitiam, siue circa rectitudinem processus, quæ respicit solemnitatem gestorum, semper præsumi pro Iudice, ad validitatem, & iustitiam sententiæ sustinendam.

Et eo minùs pro nullitate deseruire potest omissio
9 discussionis nouarum probationum † dato dubio, & voto Dominorum expectato iuxta formam *Constitutionis Pij Quarti, in ordine 83. in nouo Bullario, & Reformationis Tribunalium Pauli Quinti, tit. de Audit. Rotæ propter insertionem Decreti irritantis nullitatem inferentis, cap. si eo tempore. de elect. in 6. Cassad. decis. 12. n. 6. super regul.*

10 Quia constitutiones † prædictæ non arctant ad disputationem dubiorum, quæ pro qualitate causarum pendent ab arbitrio Iudicis; sed quidem ad exquirendum votum super expeditione causarum, siue illæ sint diffinitiuæ, vel interlocutoriæ vim habeant, quod factum fuisse non dubitatur, antequàm Iudex in causa pronunciaret.

Quò verò ad iustitiam visum etiam fuit de ea constare ex fundamentis decisionum causæ, in quibus firmatur creditum hæredum Com. Ioannis Baptistæ aduersus Car-
11 dinalem Federicum, & excluditur † compensatio opposita per eundem Cardinalem, tanquàm de credito incerto, & illiquido.

Non obstat, quod Cardinalis creditum, nempè librarum 1700. ad quæ quotannis Com. Ioannes Baptista tenebatur vigore pactorum in donatione anni 1582. insertorum, sit certum, & indubitatum ob non solutionem ab eodem Com. Ioanne Baptista factam vsque ad annum
12 1596. in quo † decessit, per quod absorbetur creditum eiusdem, & intrat compensatio, per *l. si constat, Cod. de compensat. l. si debitor, ff. qui potior. in pign. hab. Surd. decis. 117. num. 4. & 191. num. 3. & seq.*

Quia decisio causæ 18. Iunij 1629. remouet obiectum; nam cum in eodem Instrumento donationis data fuisset facultas donatoribus easdem annuas præstationes propria auctoritate exigendi ab affictuarijs datij Arronæ, super quo certa portio Com. Ioannis Baptista erat debita, te-
13 netur Cardinalis, & nunc eius hæredes † probare negatiuam non vsus facultatis, tanquam fundamentum eorum intentionis, *Innoc. in cap. super his, sub num. 10. de accusat. Ias. in l. in illa, num. 14. ff. de verbor. obligat. Gabr. de probat. conclus. 6. num. 5. Rota decis. 13. num. 8. coram Papa Gregor. XV.* etiam quod negatiua hæc respiceret exceptionem hæredum Cardinalis; quia
14 vbi actio, & exceptio nascuntur † ab eodem instrumento donationis, scilicet creditum annuæ præstationis, & facultas consequendi creditum super datio Arronæ, semper ab actore est probanda, *Ias. in §. actionum, num. 128. Inst. de act. Cassad. decis. 10. de rescript. numero 10. Cephal. cons. 387. num. 13. & seq.* quibus accedit non leuis præsumptio exactionis; quia mater, & tutrix tunc Cardinalis in eodem Instrumento donationis professa est se tunc fuisse in quasi possessione exigendi annuas illas præstationes, & pro illis exigendis eandem partem datij Arronæ fuisse per Com. Ioannem Baptistam sibi
15 assignatam, quæ præsumptio operatur, vt † negans duriori probatione teneatur, *Bart. in l. ei incumbit, in fine, ff. de probat. Gabr. ead. conclus. 6. num 4. eod. tit. de probat.*

Nec dissoluta probatur facultas exigendi, propria auctoritate, ex testibus vltimo loco examinatis vigore remissoriæ, & non ponderatis, vt prætenditur, ante latam sententiam.

Quia ex vndecim, qui fuerunt examinati, quartus est Canonicus S. Nazarij, septimus est Primicerius Ecclesiæ Mediolani, & nepos Cardinalis; & nonus est Pater Societatis IESV; sed non dantur in Summario, quia ex eorum dictis, & personis nihil concludens desumi potest.

Ex alijs verò primus, secundus, & tertius deponunt de auditu à ministris, tàm Com. Ioannis Baptistæ, quàm Com. Renati; quod post sequutam donationem de anno 1582. pro tempore, quo vixit dictus Com. Ioannes Baptista exegit suam quartam partem datij Arronæ,
16 qui † pariter nihil probant, *cap. licet causam, cap. præterea, & cap. tam literis, de testib. Rota decis. 379. numero 1. 517. num. 14. & 572. num. 3. coram Papa Greg. XV. Surd. cons. 94. num. 76. & 135. num. 96. Caputaq. decis. 279. par. 1.*

Alij, nempè quintus, sextus, & decimus deponentes de publica voce, & fama exactionis quartæ illius partis datij, vltra exceptiones, quæ dantur contra per-
17 sonas, cum † non deponant de tempore ante litem motam per verba, fuit publica vox, & fama, & illa continuauerit, asserendo etiam esse, nullum gradum probationis faciunt, cum potuerit habuisse originem ab ipsismet interessatis, *Caputaquen. decis. 9. part. secunda. Decian. cons. 82. numero 1. Rota decis. 335. numero 5. par. 2. recentior. Gabr. de testib. conclus. 3. numero 9.*

18 Remanent octauus, & vndecimus Testes, qui in † eorum dicto nihil concludunt, octauus namquè deponit de publica voce, & fama absque distinctione, an orta fuerit ante vel post motam litem; & quamuis subdat se vidisse aliquas quietantias factas per Dom. Ioan. Baptistam, Arrendatarijs dicti datij; attamen de quantitate
19 non concludit, † quæ necessaria, & certa debet esse, ad effectum compensationis, & quod magis est, dicit quietantias esse apud Datiarios, & eorum hæredes, quæ debuissent compulsari, omisso dicto huius testis, ex quo
20 † scripturæ maior fides adhibetur, quam testi, *Innoc. in cap. cum Ioannes. num. 6. de fid. instrum. Paris. cons. 104. num. 46. lib. 1. Crau. cons. 54. num. 15. Rota in recent. decis. 582. num. 6. par. 1.*

Similiter, & vndecimus testis deponit de auditu ab eius patre, qui fuit Agens d. Com. Ioannis Baptistæ, & protestatur se non vidisse Instrumentum donationis anni 1582. nec locationibus interfuisse, & quoad quietantias, quas dicit inter proprias scripturas reperijsse ad numerum triginta,
21 † ei non creditur, nisi relata producantur, *l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. Auth. si quis in aliquo, C. de eden. Surd. consil. 313. numero 50.* vltra quod depo-
22 nit † inuerisimilia, tàm respectu existentiæ; quia illæ remanent penès Datiarios soluentes; non autem penès Agentes; quàm quantitatis, quia pro annis quindecim, quos vixit Com. Ioannes Baptista sufficiunt quindecim; non autem sunt necessarij triginta; atque ita à primo ad
23 vltimum, probatio crediti † remanet imperfecta, & insufficiens ad compensationem, & eius effectum, vt debitum sanare possit.

Circumscripta autem probatione crediti, non est immorandum super petita reconuentione, quæ & ipsa fundatur super veritate illius; & nihilominùs expeditioni causæ

sæ huiusmodi exceptio non obstabat: neque nunc ob-
24 stat; quia priuilegium † simultaneæ expeditionis intrat, quando concurrit paritas probationis, & temporis; nam si vnus fundat intentionem in Instrumento, alter verò in probatione per testes; rursus, si vnus hodiè agat; alter verò post annum proponat suam actionem, non tenetur Iudex
25 † differre expeditionem actoris, expectando finem reconuentionis, ita declarant *Gemin. conf. 139. in princip. Felin in cap. 1. num. 1. post alios de mut. petit.*

Quare, cum Cardinalis multo post proposuerit suam actionem ex credito, & illam ex testibus conetur probare, non erit expectandus pro simultanea expeditione.

Et ita &c.

¶ Adest infra altera decisio in eadem causa sub die 18. Maij 1633. coram eodem R.P. D. Pirouano.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana, seù Neapolitana Hæreditatis de Proyda.

Die Mercurij 19. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

De prohibitione detractionis Trebellianicæ tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi vniuersali grauato competit detractio Trebellianicæ.*
2 *Trebellianica potest prohiberi.*
3 *Trebellianica etiam filiis primi gradus potest prohiberi.*
4 *Verbum, solum, est taxatiuum, & limitatiuum.*
5 *Dictio, tantùmmodò, habet vim priuandi.*
6 *Filius hæres institutus, si testator iubeat, vt suã tantùm legitimam habere possit, ex hoc videtur prohibita Trebellianica, si sit grauatus restituere.*
7 *Trebellianica censetur prohibita quando testator vult, quod grauatus hæreditatem restituat sine diminutione, & integram.*
8 *Trebellianicæ prohibitio sufficit, quod fiat generaliter.*
9 *Disponentis voluntas colligitur etiam ex verbis generalibus.*
10 *Fideicommissum, si consistat in certis rebus solùm, sequitur, quod illa sint subiecta fideicommisso particulari.*
11 *Ac proinde non est locus detractioni Trebellianicæ.*
12 *Trebellianica, quando non potest detrahi, quia fideicommißum est particulare, tunc detrahenda est Falcidia.*
13 *Falcidia etiam tacitè prohiberi potest.*
14 *In Trebellianica, quod est dispositum, procedit etiam in Falcidia.*

DECISIO CLXXI.

INsignis Iurisconsultus, primariusq. in Romana Curia Aduocatus Ginnesius Proyda Hispanus, antequàm in Ciuitate Neapolitana obtineret officium Consiliarij, condidit in Vrbe Testamentum, in quo hæredem instituit Frãciscum filium, adiecto in hæc verba fideicommisso: *Lascia herede vniuersale il suo dilettissimo figliuolo Francesco Proyda, quale di bocca sua propria nomina vniuersale herede, però leuata la legitima; Nel resto sottopone al Fideicommisso tutti li Monti non vacabili, che esso Sig. Testatore disse tener in Roma, &c.* Inferiùs verò concedens amplissimam facultatem suo Executori, subdit: *E questa potestà, subito che sarà morto esso Sig. Testatore, e prima che l'herede accetti l'heredità, e prima che s'habbia notitia, e duri la potestà dopoi accettata l'heredità, perche non vuole che l'herede s'impacci in amministratione veruna, ma che solamente habbia la sua legitima da assegnarsele dall'Essecutore titulo honorabili institutionis.*

Vndè cum decesserit Franciscus sine filijs, & sic factus fuerit locus fideicommisso, orta controuersia inter illius hæredes, & fideicommissarios; An Trebellianica esset debita eidem Francisco. Domini recedentes hodiè à resolutis sub die 26. Aprilis 1626. negatiuè responderunt; Quia
1 licet † hæredi vniuersali grauato competat detractio Trebellianicæ, toto titulo, *ff. ad Trebell.* hoc tamen est verùm quando non est prohibita, prout communior sententia est,
2 quod † Trebellianica possit prohiberi ex cumulatis per *Crass. in §. Testamentum, quæst. 62. nu. 4. vers. sed an Tre-*
3 *bellianica*, itaut talis prohibitio afficiat † etiam filios primi gradus, secundum magis communem opinionem, vt testatur *Bertrand. in cons. 130. num. 5. lib. 3. par. 3. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 17. num. 12. vers. contrarium tamen*, cum alijs, qui eandem veriorem, & magis communem sententiam dicunt, cumulati per *Crass. in d. §. Testamentum, quæst. 62. num. 5. vers. contrarium verò*, quam etiã opinionem Rota sequitur, *Cassad. decis. 4. de testamen. Sarnen decis. 94. Crescent. decis. 2. de testam. Simonet. decis. 89.* prout ita passim Rota ipsa respondit, vt in causa *Fulginaten fideicommissi 5. Decembris 1605. coram me.*

In proposito autem Trebellianica videtur prohibita. Quia cum Testator dixerit, *Mà che solamente habbia la*
5 *sua legitima da assegnarseli dall'Essecutore*, dictio illa, † *solamente*, est taxatiua, & limitatiua. *Dec. cons. 479. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 167. num. 9. vol. 3. Paris. cons. 7. num. 12. lib. 2.* ac prohibitiua, & exclusiua non expressorum, *l. 2. C. de patr. qui fil. suos distrax. l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. legat. Grat. cons. 137. num. 18. lib. 2.* habetque vim priuan-
5 di, sicut dictio, † *tantummodo*, & aliæ similes, *cap. cum Eccles. de caus. possess. & propriet.* Itaut cum testator volue-
6 rit, quod filius † tantùm haberet suam legitimam, perindè sit ac si dixisset, hæreditatem debere restitui sine diminu-
7 tione, totam, & integram † quibus casibus censeri prohibitam Trebellianicam certum est, ex Doctoribus, quos allegat *Crass in §. Trebellianica, quæst. 8. num. 3. cum alijs se-*
8 *quentibus*, cum enim non requiratur † specifica prohibitio, sed sufficiat generalis, vt per *Crass.* loco modo citato *num. 2.* satis constat de voluntate generali Testatoris, ex quo voluit, filium debere habere solùm legitimam, & propterea etiam ista prohibitio videtur ex-
9 pressa, cùm voluntas † disponentis colligatur etiam ex verbis generalibus, *Bart. in l. 1. ff. de vulgar. Galiaula in l. Centurio, numero 401. ff. de vulgar. & pupillar.*

Non obstant rationes alterius Decisionis, quia mouetur ex primis illis verbis testamenti, ibi; *Però leuata la legitima*, quæ iure meritò respondit, de per se non esse æquipollentia expresæ prohibitioni, nec per necessè dictam inducere prohibitionem, quam quidem prohibitionem necessariò inducunt verba, quæ vlteriùs fuerunt hodie ponderata, ibi: *Mà che solamente habbia la sua legitima.*

Fuit insuper consideratum ex Inuentario, & ex Testamento satis constare, quod Testator habebat alia bona. Vn-
10 de cùm † fideicommissum fuerit in solis locis Montiũ, sequitur quòd illa sint subiecta fideicommisso particulari, ex notatis per *Fusar. de substit. quæst. 268. num. 1. & seqq.* ac
11 † proindè nõ sit locus detractioni Trebellianicæ, *l. mulier, §. fin. ad Trebellian. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 14. Rot. decis. 394. lib. 3. par. 3.*

Nequè obstat, quod si non est detrahenda Trebelliani-
12 ca † ex eo, quòd fideicommissum sit particulare, detrahen-

da est saltem Falcidia, vt per *Peregr. loco citato*, & firmat *Crass. in §. Falcidia, quæst. 3. num. 2.* Nam omisso, quod hodie agitur de Trebellianica, quatenùs etiam ageretur de detrahenda Falcidia, illa quoque censeretur prohibita ex rationibus supra ponderatis circa Trebellianicam, cùm &
13 † Falcidia etiam tacitè possit prohiberi, *Crass. in §. Falcidia, quæst. 10 num. 2.* qui ibidem sentit id, quod dictum est
14 de Trebellianica, † procedere etiam in Falcidia, & in §. *testamentum, quæst. 62. num. 2. in princ. & in fine.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. MERLINO.

Vrbeuetana Rescissionis Contractus.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Precium rei venditæ, si committatur in arbitrium personæ electæ, non secuta declaratione, tanquàm defecta conditione, sub qua censetur celebratus contractus, nullo modo talis venditio sustinetur, & plura, & pulchra circa hanc materiam afferuntur. Magistralis est decisio, & legali eruditione plena, prout sunt aliæ omnes decisiones huius eminentissimi, ac selectissimi Auditoris, non tantùm admiratione, sed potiùs stupore, digni.

SVMMARIVM.

1 *Precium rei venditæ, si conferatur in arbitrium tertij, tunc si ille noluerit, vel non potuerit precium definire, eo casu venditio pro nihilo habetur.*

2 *Locationis merces, si sit collata in arbitrium tertij, tunc si ille noluerit, vel non potuerit mercedem definire, resoluitur contractus.*

3 *Contractus emptionum, & locationum æquiparantur, cum in vtrisque requiratur certum precium.*

4 *Text. in l. fin. C. de contrah. empt. tanquàm singularis, & egregius à DD. valdè extollitur.*

5 *Precium in venditionis contractu, est de eius substãtia.*

6 *In venditione precium est essentia, & radix originalis contractus.*

7 *In venditione, quando non apponitur precium, non dicitur contractus positus in esse perfecto.*

Ideò cum deficiat substantia sustineri non potest. numero 7.

8 *In venditione, quando non est appositum precium non potest dici contractam esse venditionem.*

9 *Venditio facta pro precio declarando à tertio, censetur conditionalis, idest si sequatur declaratio.*

Quæ conditio, si non purificetur, contractus non dicitur in eße. num. 9.

10 *In venditione, quando precium debet declarari à persona nominata, tunc talis conditio inducit formam specificam.*

11 *Venditor, antequàm sequatur declaratio precij personæ, ad hoc electæ, vllo modo dicitur obligatus.*

12 *Iudicis officium non potest implorari, quando non adest obligatio, seu actio, cui deseruire possit.*

13 *In venditione, quando eligitur certa persona, vt declaret precium, præsumitur electa illius industria, prudentia, integritas, & amor.*

14 *Vnde ab ea non est recedendum, nec recurritur ad arbitrium boni viri, in quem non potest transire animus, & iudicium personæ electæ.*

15 *Arbitri electi, ad æstimandum precium rei venditæ, non possunt cogi ad arbitrandum, dum non acceptarunt arbitrium.*

16 *Decis. 235. coram Card. Mantic. declaratur.*

17 *Periti electi ad æstimandum precium rei venditæ, tunc si illud non definiuerint non est recurrendum ad tertium peritum, & num. 45.*

18 *Vendentes, & ementes, quando eligunt certas personas ad declarandum precium rei venditæ, tunc præsumitur ipsos nolle contrahere, nisi secuta declaratione precij, per illasmet præcisas personas.*

19 *Declaratio precij rei venditæ, quando non fuit collata in personas nominatas simpliciter, sed tanquàm homines peritos.*

Tunc illis recusantibus æstimare, recurrendum est ad alios peritos, ab ipsis contrahentibus, vel à Iudice eligendos. num. 19.

20 *Soccin. in l. si quis arbitratu. num. 25. & 26. ff. de verb. signif. declaratur.*

21 *In iudicando non est recedendum à communi opinione.*

22 *Contractus venditionis, quando est perfectus, tunc si remittatur aliquid accidentale contractus in arbitrium tertij, eo non arbitrante, recurritur ad arbitrium Iudicis. & num. 23. & 24.*

25 *Ad Iudicem in contractu venditionis solùm recurritur, quando aliquid acceßorium, non autem substantiale contractus, fuit remissum arbitrio tertij.*

26 *Dominium, quando est translatum res non dicitur integra.*

27 *Castren. opinio in l. si merces. num. 3. ff. locat. periculosa appellatur, & declaratur num. 32. vna cum Alciat.*

28 *Bald. in l. fin. num. 11. C. de contrahen. empt. declaratur.*

29 *Dominij, et possessionis translatio recipit declarationem, & restrictionem ab ipso contractu, cui adijcitur.*

30 *Dominia, & possessiones resolubiliter transferri possunt.*

31 *In venditione translatio dominij fit per modum dationis insolutum.*

33 *Venditionis contractus ex tribus perficitur, consensu, re, & precio.*

34 *Traditio in venditione non supplet defectum, ex substantia certi precij.*

35 *Conditio declarationis precij in venditione, suspendit illius perfectionem.*

36 *Venditori, & emptori, qualiter succurratur, quando persona electa ad arbitrandum precium, illud non definiuit. & num. 44.*

37 *Venditionis contractus, non secuta declaratione precij personæ electæ, si res fuit tradita, transit in contractum innominatum.*

38 *A ven-*

38 *A Venditionis contractu ad contractum innominatum contra mentem contrahentium non licet transire.*
39 *Azo. in summ. titul. locati. num. 1. & sequaces declarantur.*
40 *Locupletari, quis non debet cum aliena iactura. & numero 42.*
41 *Indemnitati alicuius circa declarationem precij, quando aliter consuli non potest, tunc in subsidium debet taxari per Iudicem.*
43 *Remedium l. si me, & Titium, ff. si cert. pet. est omninò subsidiarium.*
46 *Venditio nulla, ex defectu substantialium, per obliquum, non debet suscitari.*
47 *Venditio ab initio, dum precium est declarandum à personis electis, habet implicitum statum validitatis.*
48 *Venditionis contractus pro sui essentia, & substantia requirit certum precium.*
49 *Partes non possunt facere perfectum illum contractum, in quo deficit substantia.*
50 *Contractus, quòad substantialia non potest regulari à voluntate contrahentium.*
51 *Partes, quod habuerint pro perfecto contractum venditionis, & deinde remiserint perfectionem eius, nempè certitudinem precij in tertium, hoc implicat contradictionem.*
52 *Venditio noua est facienda, quando prima non habuit effectum. & num. 53. vbi datur casus.*
54 *Venditionis contractus data incertitudine precij de iure Ciuili resoluitur, sed de æquitate Canonica recurritur ad arbitrium boni viri.*
55 *Aequitas Canonica in terris Ecclesiæ, quod contractus venditionis non resoluatur, quando precium non est definitum à personis electis, est præferenda, etiam in materia prophana.*
56 *In Leg. fin. C. de contrah. empt. non potest applicari æquitas Canonica, de qua supra.*
57 *Aequitas Canonica, quæ non reperitur scripta non facit, vt recedatur à sanctionalibus Iuris Ciuilis.*
58 *Leges, vbi non sunt contrariæ Canonibus, iudicandum est secundùm leges etiam in terris Ecclesiæ.*
59 *Iuris rigor seruandus est, vbicumque æquitas non est scripta.*
60 *Iudices non secundùm æquitatem sui capitis imaginarium debent pronunciare, sed secundùm eam, quæ ex lege scripta deducitur.*
61 *Leges postquàm sunt constitutæ, non de eis iudicare licet, sed secundùm ipsas.*
62 *Principi solùm concessum est inter æquitatem, & ius scriptum interpositam interpretationem inspicere.*
63 *In venditionis contractu, quando precium est incertum, tunc incertitudo de iure Canonico venit declaranda per Iudicem.*
64 *Conditionis natura hæc est, vt sub certa conditione factum, sub contraria censetur infectum.*
65 *Arbiter electus ad declarandum precium rei venditæ, si illud non declaret, deficit omninò conditio apposita venditioni.*
66 *Aequitas non esset, sed iniquitas tollere pacta, & conditiones contrahentium.*
67 *Contractus substantialia contra mentem contrahentium peruertere, est omninò nephas.*
68 *Aequitas dum habet locum, omninò est declinandum à captione, & diuinatione.*
69 *Aequitas versatur in emolliendo iuris rigore, quòad solemnitates, quòad pœnas, & quò ad quasdam formulas, & subtilitates.*
Aequitas relaxat Iuris verborum angustias. numero 69.
70 *Aequitas, consensum partium nunquàm tangit, nec relaxat conditiones ab ipsis positas.*
Aequitas, legibus non dubijs scriptis, nunquàm aduersatur. num. 70.
71 *Aequitas legibus scriptis non dubijs semper accedit, congruè interpretando & sensus vberiores, sed rationi, & ipsis legibus, non contrarios, accomodat.*
72 *Lex, quando specialiter determinat casum, & contrahentes specialem contractui dixerunt legem, numquàm licet, ob æquitatem contrariam, à legis decisione recedere.*
73 *Ius quæsitum, quando est parti, nunquàm ob æquitatem conuenit, illud lædere, aut auferre.*
74 *Aequitas est congruentia quædam, in principijs iuris naturalis fundata.*
75 *Pacta, vt seruentur, nihil tàm naturale, & æquum est.*
76 *L. fin. C. de contrah. empt. quid apertè determinet.*
77 *Doctores in l. vendentes, C. de contrah. empt. declarantur.*
78 *Precium rei venditæ, quando fuit collatum in arbitrium vnius ex contrahentibus, an contractus valeat. & num. 79.*
80 *Ad arbitrium boni viri in terminis l. vendentis, C. de contrah. vendit. & non in casu l. fin. C. eod. est licitum recurrere.*
81 *Archid. in cap. nulli 1. quæst. 1. & alij declarantur. & num. 82.*
83 *Iudex in terminis l. fin. C. de contrahen. empt. non potest supplere defectum conditionis positæ.*
84 *Soccin. Menoch. Mantic. Caroc. & alij declarantur.*
85 *In terminis l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. quare recurratur ad arbitrium boni viri, & quando hoc non procedat. num. 86.*
87 *Doctores in l. si domus, ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. de leg. 2. declarantur.*
88 *In vltimis voluntatibus, faciliùs receditur à persona electa, quàm in contractibus.*
89 *In vltimis voluntatibus, liberaliter verba Testatoris, liberalitatem exercentis, sunt accipienda.*
90 *In contractibus, verba strictè sunt accipienda, & non largè, prout, quando sumus in vltimis voluntatibus.*
Quia contrahentes, ea humanitate se inuicem non prosequuntur, qua Testator hæredem, & legatarios prosequitur. num. 90.
91 *In Testamentis verba benignè ex amoris dictamine accipienda sunt, in contractibus verò strictè, quia in contrahentibus deficit hæc charitas.*

DECISIO CLXXII.

VEntutini vendiderunt prædia Stephanucijs, pro precio
declarando, intra certum tempus à duobus Amicis de
consensu Partium electis, scilicèt Vincētio Rosato, & Mar-
co Guidonio, mediante mensuratione facienda; Quibus
etiam Amicis, & Peritis, facultatem dederunt eligendi ter-
tium, quatenus ipsi in dicto precio non conuenirent; Cùm
autem prædicti Rosatus, & Guidonius recusauerint sta-
tuere precium, Dubitatum fuit, An contractus venditionis
sit resolutus, & Maior pars Dominorum, resolutum fuisse,
censuit; innixa Constitutioni Iustiniani in *l. finali, C. de con-
trahenda emptione*, vbi celebrem dubitationem à Priscis
prudentiæ cultoribus agitatam decidendo sanciuit; *Quod si*
1 † *Aestimator noluerit, vel non potuerit pretium definire
tunc pro nihilo sit vēditio, quasi nullo precio statutum, nulla
coniectura, imò magis diuinatione in posterum seruanda,
vtrùm in personam certam, vel in boni viri arbitrium
respiciendo, contrahentes ad hæc pacta venerint*; Quam,
& re petijt in §. *precium instit. de empt. & vendit.* Et idem
2 multò ante Iustinianum de † mercede locationis arbitran-
da per Titium responderat *Caius I.C. in l. si merces. ff. lo-
cat.* & fuit deindè repetitum in principio *Institut. locati*, in
3 quibus iuribus æquiparatur contractus locationis, † & ven-
ditionis, cùm in vtroque requiratur certum precium, vt etiā
obseruauit *Fulgos. in d. l. fin. num. 1. Roman in d. l si quis ar-
bitratu. num. 12. in fin. ff. de verb. oblig. Curt. Iun. cons. 36.
num. 13. in princ.* Pancirol. cons. 34. num. 2.

4 Quæ Constitutio † *l finalis*, quemadmodùm singularis
communiter dicitur à scribentibus ibidem, & præsertim à
Castrens. num. 1. & tanquam egregius textus multùm ex-
tollitur à *Mozz. de empet. & vendit. tit. de substantial. empt.
num. 25.* Ità, & summa, cum ratione videtur edita, nempè
5 quia precium † est de substantia contractus venditionis, vt
inquit, *I.C. in l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt.* ibi;
*emptionis substantia consistit ex precio, l. 2. ff. eodem, l. em-
pti fides*, C. *de contrahen. empt.* & quidem certū, & in quā-
titate determinatum, *§ precium, §. item precium, Institut.
de empt. & vend.* & notat *Bald. in l. in vendentis, nu. 4. & 6.*
6 vbi, quod in hoc † consistit essentia, & radix originalis con-
tractus, *Surd. cons. 225. num. 9. & 572. num. 8.* Et ideò non
apposito dicto precio, non dicitur contractus positus in esse
7 † perfecto, & tanquàm defecta substantia sustineri nō po-
test, vt notant communiter *DD. in d. l fin. C. de contraben.
empt. Gabr. cons. 64 num. 3. lib. 1. Cornaz. decis. 9. num. 4. La-
sart. de decim. vendit. cap. 2. sub num. 19.* vbi, quod hoc
8 casu † non potest dici, contractam fuisse venditionem, *Mo-
lin. de contract. disp. 337. num. 9.* Et hæc venditio facta pro
9 precio declarando, censetur † conditionalis, idest, si sequa-
tur declaratio prædictorum, qui fuerunt electi, qua condi-
tione non purificata, contractus non deducitur in esse,
*Castr. in d. l fin. in fin. Fulgos. ante num. 1. Ruin. in l. si quis
arbitratu, num. 28. ff. de verb. obligat. & ibidem Soccin. Iun.*
10 *num. 24.* vbi, quod talis † conditio inducit formam specifi-
cam, implendam per electum, non per alium, *Aretin cons.
108. num. 1. Rimin. Sen. cons. 83. nu. 3. 10. & 11. Soccin. Sen.
cons. 44. num. 9 lib. 1. Gabr. cons. 64. num. 4. lib. 1.* qui negat,
11 venditorem ante conditionis † euentum, vllo modo dici
obligatum, *Manent. cons. 25. num. 14 lib. 1. D. Fachin cons.
3. num. 5. lib. 2. Pancirol. cons. 34. num. 4. & 5. cons. 177. n. 11.
& 14.* & fuit dictum in *Fauentina Pecuniaria 31. Ianuar.
1620. coram Eminentiss. D. Cardinali Pamphilio.* Et sic
dum ob defectum conditionis non est orta vlla obligatio,
12 aut actio, consequenter, nec implorari potest † officium Iu-
dicis, quia nō adest actio, cui habeat deseruire, & per quod
possit fieri taxatio precij, loco Peritorum non declarantiū,
vt appositè scripsit *Castrens. in l fin. num. 1. vers. si autem
nullo modo, C. de contrahent. empt.* & antea dixerat *Bart. in
l. si quis arbitratu, num. 1. & ibidem Ruin. num. 16. & 31.
Roman. num. 13. vers. & diuersitatis ratio, Opizon num 35.
Soccin. Iun. num. 32. ff. de verb. oblig. Pancir. cons. 177. n 12.*
13 Censeturq; in dubio † electa industria personarum, & eo-
rum prudentia, integritas, & amor, quibus confisi contra-
hentes in eorum arbitrium remiserunt declarationem pre-
cij, vt tradunt *Soccin. Iun. in l. si quis arbitratu, num. 26.
Ruin. num. 15. ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. Iudic.
cas. 68. num. 11. & 12. et cons. 93. num. 3. et 4. Nicol. Mo-
ron. de fid. tregu. & pac. quæst. 92. num. 3.* Vnde ab ijs non est
14 † recedendum, nec recurritur ad arbitriū boni viri, in quē
transire non potest animus, & iudicium arbitrorum, in quo
substantia declarationis consistit, iuxta tradita per *Bald.
cons. 296 num. 1. lib. 1. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pac.
d. quæst. 92. num. 4. et 5.*

15 Imò, & ipsi Arbitri † nolentes arbitrari, nec etiam cogi
possunt ad arbitrandum, dum non acceptarunt arbitrium,
vt notat *Bald. in d. l fin. n. 29 Cyn. in 5. quæst. Angel. in vers.
in glos. fin. Salyc. num. 5.* C. *de contrah. empt.* & hoc infert
text. in d. l. fin. ibi, *si Aestimator noluerit &c.* in quo nec
16 contradicit Cardin. † *Mantic. decis. 135. in contrarium
allegata*, loquitur enim, quando iam Periti declarauerant,
& agebatur, vt Tertium eligerent stante eorum discor-
dia.

Et demùm huiusmodi recursum signanter respuit *Iusti-
nianus in dicta l finali, C. de contrahenda emptione*, ibi,
17 † *nulla coniectura in posterum seruanda, vtrum in perso-
nam certam, an in boni viri arbitrium respexerint contra-
hentes, venditio pro nihilo habeatur*; quasi interpretata
per Imperatorem contrahentium voluntate, quod non se-
18 quuta declaratione † precij in conditione posita, & præcisè
facienda per tales amicos, ipsi non vendidissent, nec emis-
sent. Quod præsertim dicendum est in casu præsenti, vbi
hanc definitionem precij ab illis faciendam, partes condi-
tionem dixerunt, ibi, *etiam non adimpleta conditione, cir-
ca æstimationem faciendam*.

Quibus non obstant plura obiecta, & limitationes, quæ
ad *d. l. finalem*, obijciebantur pro Venturinis.

Et primò, quod declaratio precij non fuerit collata in
19 personas nominatas simpliciter, & absolutè, † sed tāquàm
in homines Peritos, vnde illis recusantibus æstimare, recur-
rendum sit ad alios Peritos ab ipsis contrahentibus, vel à Iu-
dice eligendos, iuxta tradita per *Soccin. Sen. in l. si quis ar-
bitratu, num. 25. & 26. ff. de verb. oblig.* Hoc enim in facto
non iustificatur, licèt enim appellentur Periti, iniūctum ta-
men est illis, vt mensurationem præmittant, & ex alijs de-
præhenditur propriè nō esse Peritos, sed Arbitratores pre-
cij. Et quicquid sit de hoc, certum est ipsis Rosato, & Gui-
donio fuisse remissa substantialia contractus, nempè certi-
tudinem precij, circa quod, non est recedendum à iudicio
personæ electæ ex rationibus supra deductis. Et *Soccinus*
20 in loco † præallegato, non videtur sibi constans dum sub
eodem *num. 25.* loquitur de qualitate, non de substantia
contractus remissa arbitrio tertij, & in fine numeri, ait in
21 iudicando non † esse recedendum à communi opinione,
& deducta per ipsum esse pulchra in disputando. Veraque
est, & debet intelligi doctrina *Soccini* (quàmuis aliqui etiā
in hoc dissentiant) quando remissum fuit aliquid accidenta-
le contractus in arbitrium tertij, vt puta mensuratio, præsta-
tio fideiussorum, liquidatio, & similia, tunc enim contra-
22 ctus † cum sit perfectus, semper valet, & remissio huius-
modi qualitatis accidentalis, quæ non substantiat, nec de
substantia contractum, vt inquit *Salycet. in hac l fin. nu-
mer. 4. vers. opponoq. & num. 5.* rectè per Iudicem potest
explicari, quasi ad ipsum, iuris intellectu, tanquàm ad bo-
23 num virum referatur remissio. † Ita procedi, *text. in l.
hac venditio, ff. de contraben. empt.* & notat *gloss. in l.
vendentis, Cod. eodem, & ibidem notat Alberic. versic.
Prædicta vera sunt, Salycet. num. 8.* subdens rationem,
24 quod cum † substantia contractus non deficiat, adest ali-
quid fundamentaliter sufficiens pro implorando Iudicis
officio ad arbitramentum faciendum super accidentali,
idem *Salycet. in hac l. fin. numero 4. & 5. Bald. nu-
mero 8. Castrens. num. 4. & in l. si quis arbitratu, nu-
mero 6. vbi, & Roman. num. 9. Ruin numero 28. Al-
ciat. num. 25. ff. de verb. oblig. Curt. Iun. cons. 36. num. 1.
Menoch. consil. 93. num. 41. Cardin Mantic. de tacit.
lib. 2. tit. 1. num. 34.* & benè declarat, atque ita inter-
pratatur doctrinam *Soccin. Anton. Queta cons. 89. num. 2.
& seqq.*

& seqq Valasch.de iur.emphyt.q.11.num.11. vbi quod re-
25 currit † ad Iudicem solùm, quando aliquid, nempè appendix, seù accessorium, non autem substantiale contractus fuit remissum arbitrio tertij.

Secundò non obstat, quod dominium fuerit translatum
26 in Stephanuccios, & ideò † cum res non sit integra, & contractus ab altera partium sit impletus, recurrendum sit ad arbitrium boni viri, nempè ad Iudicem, qui arbitretur, Castrens.in l.si merces, num.3 ff.locati, Alciat.in l.si quis arbitratu, num.27.ff.de verb.oblig Gabr.cons.64.num.7. versic. sed recurri, & adiri lib.1. Paris.cons.132.num.13.14.& 15. lib.4. qui ponderant hanc translationem dominij.

27 Quoniam, misso hanc opinionem Castrensis † periculosam appellari ab Alba.cons.251.num.34. vers. Huic fundamento, Aduertebant Domini Baldum in hac l. fin. num. 11. C.de contrahen. empt. ponere casum, in quo fuerat deuentum ad traditionem rei, & tamen concludit venditionē
28 resolui, si Arbitrer non declarauit precium, † qui loquitur etiam in fortioribus terminis, nempè vbi aliqua pars precij fuerat statuta à contrrahentibus, & residuum fuerat remissum declarationi Arbitri. & Bald. sequitur Castrens. in l.si quis arbitratu, num.6. Roman.num.11.& 13.de verbor.obl.
29 Et re vera translatio dominij, ac possessionis † recepit declarationem, & restrictionem ab ipso contractu, cui adijcitur, vnde si contractus iste est conditionalis, quatenùs sequatur declaratio Arbitri, conditionalis etiam erit ipsa trāslatio dominij, & possessionis, & sic erit dominium resolubile, iuxta tradita per Rot.decis.694.num.9.par.1.recent. nec
30 nouum est, dominium, † vel possessionem resolubiliter transferri posse, l.1.2.& 3.C.de donat.quæ sub.mod l.fin.C. de legat. Fabian à Mont.de empt.& vend.q.5. princ.num. 41.in fin.Card.Mantic.de tacit.lib.4.tit.3.num.33. Præ-
31 sertim in venditione, † quæ fit per modum dationis insolutum. glo in l.qui à debitore, verbo obligatum ff.qui potior.in pignor.hab.afflict.decis.8.num.1 & decis.16.n.3. vbi etiam Vrsill.in additione, Doctoresque superiùs allegati, & iura per eos ponderata loquuntur, quando contractus est perfectus, & deinde accidentaliter remittitur in arbitrium tertij diminutio, seù additio precij, iam inter partes statuti, vt si post perfectam venditionem remittatur in arbitrium tertij alteratio precij, si fundus reperiatur emphyteoticus, vel ali-
32 ter seruitutis oneri obnoxius, ita loquitur Castrens.† & Alciat.in locis praallegatis, in quem sensum intelligenda sunt etiam deducta per Paris.d.cons.132.lib.4.Gabr.cons.64.lib. 1. quemadmodum ita intelligit Ant.Quet.d.cons.89. num. 4.& per tot. In casu autem præsenti tota substantia precij, & absolutè, non autem in certo aliquo casu, collata fuit in arbitrium tertij, & ampliùs etiam Ventutini dominium sibi reseruarunt super prædijs venditis vsquè ad integram solutionem precij, & sic res videtur adhuc integra, & contractus à neutra parte impletus; Sed quatenùs etiam res non esset integra, sed sequuta traditio rei, & translatum dominium, non inde sequeretur validitas contractus venditionis,
33 † qui ex tribus substantialibus perficitur, consensu, re, & precio, l.consensu, ff.de actio.& oblig.§.precium, §.item precium, Instit.de empt.& vend.Gomez var.resol.tom.2.cap.2. nu.1.& traditio non supplet defectum circa substantiam
34 † certi precij, & tanquàm nuda à titulo non transfert dominium, vt inquit Valasch. de Iur.emphyt.q.11.sub num. 14. nec ex ea reuiuiscere potest contractus iam nullus, aut
35 purificari † conditio declarationis precij, quæ suspendit perfectionem venditionis, iuxta tradita per Alexan. in l.si quis arbitratu, num.4.vers.est iuuestigatio.ff.de verb.oblig. Caroc.de loc.tit.de progress.& accident. locat. q.4.num.26. Surd. decis.82. num.14. vers. tunc enim, Lasar. de decim. vendit.cap.5.num.5.& in hoc casu succurreretur emptori
36 per restitutionem precij, † venditori per restitutionem rei traditæ illæsæ, cum fructibus, si qui fuerint percepti, vt dicebat Salycet.in l.fin.sub num.7.C.de contrahen.empt. & mox deducetur.

37 Tertiò non obstat, quod etiam non sequuta † declaratione precij, si tamen fuit tradita res, contractus venditionis transeat in contractum innominatum, quasi fuerit dictum, trado rem, vt tradas mihi precium, & ita agi posse actione in factum, vel præscriptis verbis, vt docuit Azo in summa in tit. locati num. 1. versic. nota tamen, quam doctrinam multùm extollit, Bald.in l.contractus num.16.versicul. modò quæritur, C.de fid.instrum. Soccin.sen.consilio 44. numero 9. libro 1. Gabr.consilio 64.num 2.lib.1. Menoch.consilio 93. num.23.& 25. Mantic.de tacit.libro 1.titulo 2.num.33. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pac. quæst. 97. Bertazzol. de claus. Instrument. claus.30. glos.4. numero 5.

38 Quoniam, vltra quod non videtur posse nos contrà † voluntatem contrahentium transire à contractu venditionis, ad contractum innominatum, dum ijdem contrahentes in Instrumento sæpiùs nuncuparunt contractum emptionis, & venditionis, vt voluit Crot.in leg. sciendum, num.28. ff de verbor.obligat Surd.decis.82.num.15.Pinel.in rubr.de rescind.vend.parte 2.capitulo 1.sub numero 25.in fin. Caroc.de locat.tit.de progress.& acciden.locat.quæst.4.numero 26.

39 Respondebant Domini theoricam † Azonis, & sequacium, procedere, quando nedum sequuta est traditio, sed & perfecta exequutio totius contractus, fructus percepti, & res vsu consumpta, itaut non possit ampliùs redire in
40 pristinum statum, tunc enim, ne quis locupletetur cum † aliena iactura, & altera pars sit in damno, venditor, seù locator potest agere, ad rem, fructus, atquè vsum quanti hæc æstimabuntur ex æquitate, l.quoties, ff.de præscript.verb. & l.si me, & Titium, ff.si cert.pet. & hoc voluit re vera Azo dum dixit, dari hanc actionem expleto vsu, vel impleto facto, & ponderauit, Rota decis.88.num.24.versic.ideò autem par.2.diuers.atq. Salycet.in l.fin.num.8.C. de contrahen. empt. idquè etiam meliùs comprobatur ex tex.in leg.si tibi polienda, ff.de præscript.verb. per Azonem deducto, ibi enim fullo tradiderat vestimenta munda, & sarta, & ideò nè esset in damno precium congruum, per Iudicem debebat taxari, & illi erat assignandum pro mercede, aliàs ipse fullo fuisset in damno, & alter super lucratus fuisset operas fullonis, cuius indemnitati, nequè aliter succurri poterat,
41 † quàm per solutionem precij operis eiusdem debiti, non enim separari poterat politio, & sarctio ab ipsis vestimentis, vt benè considerant, Salycet.& alij alleg. per Surd.decis.82.num.14.& quidem Soccin.sen.consil 44.num.9.libro 1.ac Bertazzol. de clausul. Instrum. claus.30. glos.4. num.5. Nicol.Moron.de fid.tregu. & pac. quæst.97. signanter obseruant, constitutum, hoc esse tanquàm in subsidium, ne
42 quis locupletetur cum aliena iactura, † & quia indemnitati alterius, aliter consuli non potest, & Pinell.in rubr.de rescin. vend. par.2. cap.1. num.23. ponderat non traditionem, sed operam, subsequutam facienti ius præstare ad iustam mer-
43 cedem prosequendam, suadente † id æquissima regula, l.si me, & Titium, ff.si cert.pet. quod est remedium omninò subsidiarium, vt per Costam. de remed.subsidiar.remed. 12. In casu autem præsenti commodè consuli potest venditori, atquè emptori, huic restituendo, quicquid pro futuro
44 precio declarando datum fuit, † illi rem illæsam cum fructibus, iuxta dictum Salycet.in l.fin num.7.C.de contrahen. empt. ita vt venditori competat rei vindicatio si extat, in quod idem verè coincidit sententia Azonis, atquè ita illam intelligunt, Anton.Gomez var.resol.tom.2.cap.2.num.9 Pinel.in rubr.C.de rescind.vend.par.2.cap.1. num.22. Valasc. de Iur.emphyt.quæst.11.num.14.Caroc.de locat. tit. de progress.& accident.locat.quæst.4.num.28. Molin.de contrac. disput.337.num.17.ad fin. vbi prudenter animaduertit, nequè Valaschum discordare à Gomezio, prout nec etiam Gomezius dissensit ab Azone, nec à Pinello, quàmuis perperam Pinellus asserat, Gomezium dissentire ab opinione Azonis. Siquè aliter diceremus nimis temerè eluderetur cō-
45 stitutio Iustiniani in d.l.finali, vbi expressè † dicit contractum nullum, omnemquè coniecturam reijcit, an partes etiam senserint de arbitrio boni viri, & admitteremus illam diuinationem, quàm signanter Iustinianus in d. sanctione refellit, vt benè per Surd.decis.82 num.12.in fine, Manent. consil.25. num.6. in fin.lib.1. Et per obliquum suscitaretur
46 † venditio, aliàs nulla ex defectu substantialium, vt per Pinell.vbi supra, num.22.

Nequè

Neque dicatur consumptum videri precium, dum cen-
sus in solutum per emptorem fuerunt assignati, adeò vt non
videatur posse succurri remedio prędicto restitutionis pre-
47 cij. Quoniam, cùm ab initio contractus † fuerit in implici-
to statu validitatis, dum postea non arbitrantibus electis,
venditio pro nihilo habetur, vtiquè census reuiuiscunt, *Ca-
strens. in l. si quis aliam. num. 4 vers. adde etiam, ff. de solut.*
& fuit resolutum in Romana pecuniaria 29. Iunij 1612. &
4. Maij 1618. coram R.P.D. meo Pirouano.

Minùs facit, quod partes habuerint pro perfecto contra-
ctum, dum dixerunt titulo perfectæ venditionis. Quia si
48 contractus † venditionis pro sui essentia, & substantia re-
quirit certum precium, *l. hæc venditio, §. 1. ff. de contrahen.
empt §. precium, §. item precium, Instit. de empt. & vendit.*
49 partes † non potuerunt facere perfectum illum contractũ,
in quo substantia contractus deficiebat, ex *Surd. cons. 52.
num. 69.* vbi post *Dec.* tradit contractus quòad substantialia
50 † non posse regulari à voluntate contrahentium, & appli-
cantur deducta per *Alban. cons. 15. nu. 12.* & implicat con-
tradictionem, quod partes habuerint pro perfecto contra-
51 ctum, † & deindè remiserint perfectionem eiusdem con-
tractus, nempè certitudinem precij, in Arbitros.

52 Quartò non obstat, quod noua venditio † sit facienda,
cùm prima non habuerit effectum, iuxta, *Dec. cons. 340. nu.
4. circa med. vers. postremo Soccin. sen. in l. si quis arbitratu
num. 28. ff. de verb. oblig.* Quoniam dictum Decij, tunc de-
mùm verum est, quando præcessit promissio pura de ven-
dendo, & deinde sequuta fuit venditio conditionalis, scili-
cet pro precio taxando per Titium, tunc enim Titio recu-
sante taxationem facere, agitur vigore primi pacti, & pro-
53 missionis, † eò quod per venditionem conditionalem non
fuit satisfactum promissioni puræ, & liberæ, aliudquè pro
alio solutum fuit, vnde rectè agitur, vt aliam venditionem
faciat puram, & liberam, vt benè declarat *Ruin. in d. leg. si
quis arbitratu num. 37. præsertim in versic. sed quid erit
tunc. ff. de verb. oblig.* & conferunt deducta in Romana de
Castellanis 23. Iunij 1631. coram Reuerendiss. Domino
meo Decano.

54 Quintò & postremò non obstat, quod data † hac incerti-
tudine precij, licet de Iure Ciuili contractus sit resolutus, ta-
men de æquitate Canonica recurratur ad arbitrium boni
viri, *Soccin. sen l. si quis arbitratu num. 18. versic. postremò,
Menoch. de arbitr. Iud. q. 55. num. 51. lib. 1. & consil. 93. nu.
28. Moron. de fid. tregu. & pac. q. 98. num. 1. Card. Mantic.
de tacit. lib. 2. tit. 1. num 40. Caroc. de locat. tit. de progress. &
accident. locat. quæst. 4. num. 20. & 21. Cephal. consil. 159.
Gratian. discept. forens. c. 534. num. 15. Rot. decis. 462. num.
55 2 par. 2. recent.* quæ æquitas Canonica † in terris Ecclesiæ,
præferenda est etiam in materia prophana, vt per *Menoc.
d. cons. 93. num. 28. Caroc. d. q. 4. num. 21. in fin.*

56 Quoniam respondetur in terminis, † *l. fin. C. de contra-
hen. empt.* nõ posse applicari hanc æquitatem Canonicam,
prout nec illam sequuta est Rota in Fauentina Pecuniaria
31. Ianuarij 1620 coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio,
& in Romana Fideiussionis 12. Ianuarij 1632. coram R.P.
D. meo Pirouano, licèt in vtraquè decisione ageretur de
causis versantibus in terris Ecclesiæ. Et summa quidem cum
57 ratione id factum est, quia hæc † æquitas allegata per Vè-
turinos, non reperitur scripta, nec ideò recedendum est à
tot sanctionalibus Iuris Ciuilis, quæ hunc contractum nul-
lum faciunt, si non sequatur declaratio Arbitri, & vbi leges
58 † non sunt Canonibus contrariæ iudicandum, est secundũ
leges etiã in materijs Ecclesiasticis, *c 1. de nou. oper. nunciat.*
ibi, *sacrorum instituta Canonum Principum constitutioni-
bus adiuuantur, & notat. ibid. Io. Andr. num. 5. Anch. nu. 9.
Abb. num. 2. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 6. nu. 24.* Statq;
59 regula, quod Iuris rigor seruandus est vbicumquè † æquitas
non est scripta, *DD. in l. prospexit, ff. qui & à quib. Franch.
decis. 219. num. 6. Gratian. discept. forens. c. 254. num. 9. De-
60 cian. consi. 36. num. 43. lib. 1.* vbi, quod Iudices † non secun-
dùm æquitatem sui capitis imaginariam debent pronun-
ciare, sed secundùm eam, quæ ex lege scripta deducitur;
61 postquàm enim † leges constitutæ sunt, non de ipsis iudi-
care licet, sed secundùm ipsas, inquit S. Augustinus in libro
de vera religione, hocquè solùm Principi concessum est, ex
62 *l. 1. C. de legib.* ibi; inter æquitatem, & ius scriptum † inter-
positam interpretationem nobis solis, & oportet, & licet
inspicere.

Quam æquitatem non esse admittendam, vt clariùs ap-
pareat, animaduertendum esse dicebant Domini, nullita-
tem istius contractus, non sequuta declaratione precij per
Arbitros, non prouenire simpliciter ex incertitudine precij,
63 † quæ incertitudo de Iure Canonico venit regulariter per
Iudicem declaranda, *Ruin. in l. si quis arbitratu. num. 15.
ff. de verb. oblig. Fabian. à Mont. de empt. & vend. q. 5. num.
28.* Sed ex voluntate partium, quæ conditionaliter vendi-
derunt, scilicèt quatenùs sequatur declaratio per illam per-
sonam, cuius iudicium, probitas, & peritia fuit inspecta, ne-
què intellexerunt aliter se obligare, quàm prout æstimator
64 ille arbitratus fuerit, cùm hæc † sit natura conditionis, vt
sub certa conditione factum, sub contraria censeatur infe-
ctum, *l. aliquando, ff. de cond. & demonst. Ruin. cons. 33. num.
3. lib. 3. Natt. cons. 200. num. 5.*

65 Vndè postquàm Arbiter non declarauit, † vel quia no-
luerit, vel quia non potuerit, & sic defecta est omnino con-
ditio apposita venditioni, tunc ius aliquod quæsitum est vẽ-
ditori, ex quo libertatem assequitur, nec ampliùs cogi po-
66 test ad vendẽ, vndè non † æquitas, sed iniquitas esset tol-
lere pacta, & conditiones contrahentium, ipsisque inuitis
extendere consensum ad actum contrarium, & peruertere
67 contra † illorum intentionẽ substantialia contractus, quod
omninò nephas est, *l. pacta conuenta, C. de contrahen. empt.*
& inquit *Decian. cons. 36. num 45. lib. 1.* quod non sinè ca-
68 ptione, & diuinatione cõtingeret, à qua, † dum æquitatem
sequimur, omninò esse declinandum monuit *Vulpianus in
l. si verò, § interdùm, ff. de ijs, qui deiecer.* & expressè Iusti-
nianus vetuit in eadem *l. final.* & facit *Decian. vbi supra
num. 44.*

69 Et verè æquitas versatur † in emmolliendo Iuris rigore
quòad solemnitates, quòad pœnas quòad quasdam formu-
las, & subtilitates, & relaxat etiam verborum angustias, vt
inquit *Mar. Salomon. in l. 1. sub num. 16. ff. de iust. & iur.*
70 Sed † tamen consensum partium, nunquàm tangit, nequè
relaxat conditiones ab ipsis positas; & legibus scriptis non
dubijs ipsa nunquàm aduersatur, immo illis semper accedit
congruè interpretando, & sensus quidem vberiores, ac be-
71 nigniores, † sed tamen rationi consentaneos, & non con-
trarios ipsi legibus accommodando, vt eleganter explicat
*Mar. Salomon. in d. l. 1. num. 29 ff. de iust. & iur. Bolognet.
in tract. de legib. iur. & æquit. c. 31. nu. 4.* Hincque fit, quod
72 quando lex specialiter determinat casum, † prout explicitè
determinat in casu præsenti, & contrahentes specialem cõ-
tractui dixerunt legem, nunquàm licet ob æquitatem con-
trariam à legis decisione recedere, vt inquit *Gambar. de po-
test. legat. à later. lib. 10. num. 66.* & quando ius quæsitum
73 † est parti, nunquàm ob æquitatem conuenit illud lædere,
aut auferre. *Bart. in extrauag. ad reprimendum, verbo, vi-
debitur, in fin. Aret. in l. si seruo, §. sequitur num. 12. versic.
ex quo infertur, ff. de verb. oblig. Corn. cons. 197. num. 5. post
princ. versic. & quod notat Bart. lib. 2 Felin. in c. ex parte il
2. num. 2. versic. & Bart. de offic. deleg. Afflict. decis. 361. nu.
37. Card. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 7. num. 29.* cùm enim
74 † æquitas sit congruentia quædam in principijs iuris natu-
ralis fundata, vt definiuit *Bald. in l. si defunctus, C. de suis,
& legitim.* & sequuti sunt *Mar. Salomon. in d. l. 1. num. 29.
ff. de iust. & iur. Bolognet. 1. tract. c. 31. num. 4.* Certè nihil
75 † est tàm naturale, & æquum, quàm, vt pacta seruentur. *l. 1.
ff. de pact. l. hoc amplius, in fin. ff. de reg. iur. c. 1. extra de reg.
iur.* & sic, quod non recedatur à conuentione partium circa
precij definitionem, per Arbitros electos faciendam.

Doctores verò, qui ab Informantibus pro Veturinis de-
ducebantur, non loquuntur in terminis, *l. finalis C. de con-
76 trahen. empt.* quæ tàm † apertè determinat contractum re-
solui, vt non sit locus subterfugio æquitatis, & vbi agitur de
tollenda conditione, appositа à contrahentibus, & de aufe-
rendo iure quæsito.

77 Nam scribentes † *l. si vendentis, C. de contrahen. empt.
& alij alleg. per Gratian. discept. forens. c. 534. num. 15.* lo-
quuntur,

quuntur, quando precium fuit collatum in arbitrium alterius ex contrahentibus, qui contractus solùm de Iure Ciui-
78 li est nullus, quia cùm ex tali contractu† nulla videatur imponi necessitas, neque ideò contrahitur obligatio, vt tradunt DD. *in d.l. in vendentis, & notat Surd.decis.82. num. 10.& cons.68 num.2 & 136. num.23.* Sed in tali casu non resistit contraria voluntas contrahentium, immo præsum-
79 ptio est, quod pronior futura† sit voluntas vendentis, vt potius remittatur precium in arbitrium boni viri, & Iudicis, qui candidiore animo taxabit precium, quàm in arbitrium ipsiusmet emptoris, de cuius interesse agitur, & nullitas ex dispositione Iuris faciliùs derogari potest per æquitatem, quàm voluntati contrahentium, cùm mitiùs agatur cum lege, quàm cum homine, *l. Celsus, ff. de arbitr. Neuizan. cons.*
80 *2.num.40. Menoch.cons.227.num.34* & † licere in casu, *l. in vendentis*, recurrere ad arbitrium boni viri, non autem in casu, *l. finalis* præcisè notauit *Opizon. in repetit. l. si quis arbitratu. num.53. ff. de verb. oblig. Archidiaconus verò in c.*
81 † *nulli 1.q.1. Butr. in c. ex parte, num.7. de cens. Afflict. decis.337. num.10. Coras. in l. qui liberos, numer.92. versic. ad hæc, de rit. nuptiar. Ceph. cons.159 per tot.* loquuntur in promissione incerta, quæ nulla est, resistente solùm Iure Ciuili, *l. triticum, l. si ita stipulatus ff de verb. oblig. & notat Coras. loc. præalleg. num.88.* non autem voluntate contrahentium, & sic eadem responsione tolluntur, & meritò æquitas in-
82 trat in hoc casu, quia partes promittendo † triticum, aut nauim simpliciter, seù pro iusto precio simpliciter, & vbi non sit à determinata persona declarandum, certè de aliquo tritico, & naui intellexerunt, & certa est voluntas contrahentium ex dispositione legis, secundùm quam, Iudex scit quale sit iustum precium, & sic etiam mentem contrahentium, dum se retulerunt ad iustum precium, vt per *Bald. in l. 1. C. de commun. seru. manumiss. Roman. in leg. si quis arbitratu. num.8. in fin. ff. de verb. oblig. Mozz. de empt. & vend. tit. de substantial. contract. empt. num 27.* neque hic adest aliqua conditio positiua, quæ resistat, quod secus est in terminis, *l.*
83 *finalis C de contrahen. empt.* in quibus Iudex non † potest supplere defectum conditionis positiuæ, nec inuestigare mentem contrahentium; dum ad particularem Arbitratorum definitionem se retulerunt, in quo casu æquitas aduersaretur voluntati partium, quæ Aestimatoris certi declarationem voluerunt, quemadmodùm è contra fauet in casu antecedenti, *l. triticum, & l. si ita stipulatus. Soccinus autē,*
84 † *Menoch. Card. Mantic. Caroc. Moron. superius alleg. in obiect. & Rot. decis.462. num.2. par. 1. recent.* loquuntur in terminis *l. si quis arbitratu, ff. de verb. obligat.* in quo casu præcipua est ratio, vt recurratur ad arbitrium boni viri, & Iudicis, ibi enim Titius ædificauerat in damnum Caij, promiserat Titius demoliri, vel resarcire damnum, iuxta declarationem faciendam à Sempronio, vnde Sempronio non
85 declarante, recurritur ad arbitrium boni viri,† & ad Iudicem, non vigore promissionis factæ, sed, quia etiam circumscripta illa promissione, adhuc Titius tenebatur, vel demoliri, vel resarciri damnum, & ita aderant duo fontes obligationū, primus manabat ex delicto Titij, alter verò ex illius promissione, & sublato secundo, adhuc vigebat primus, nempè factum Titij, ex quo tenebatur, vel de opere demoliendo, vel emendatione damni: Immo in terminis etiam *d.*
86 *l. arbitratu,* † non intrare æquitatem ex recursu ad Iudicē, quando apparet partes habuisse particularem cōfidentiam de illo Tertio, voluit *Ruin. in d. l. si quis arbitratu. num.15. versic. nisi fortè dicamus.*
87 Doctores demùm in † *l. si domus. ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. de legat. secundo,* & alij, non loquuntur in contractibus, sed in vltimis voluntatibus, in quibus faciliùs receditur à
88 persona electa, † quàm in contractibus, vt dixit *Bald. in l. fin num.2. C. de contrahen. empt. & ibi Doctor. communiter, Ruin. in l. si quis arbitratu. num.21. Soccin. Iun. numer.39. Opizon. num.41 ff. de verb. oblig. Castill. quotid. controuers. par.2. c.6. num.48. & 50.*
89 Et ratio est, quia in vltimis voluntatibus † liberaliter verba Testatoris liberalitatem exercentis, sunt accipienda, & sic arbitrium intelligitur pro arbitrio boni viri. In contracti-
90 bus verò strictè agitur, † quia contrahentes ea humanitate se ad inuicem non prosequuntur, qua Testator hæredem, & legatarios prosequitur, & sic lex æquè famulatur, tàm contrahentium, quàm Testantium voluntati, diuersimodè acci-
91 piendo verba, † in Testatoribus benignè ex amoris dictamine, in contrahentibus strictè, quia in his deficit hæc charitas *ita Hug. Donell. in d. l. si quis arbitratu num. 15. vers. contrahentes.*

Et ita vtraquè parte informante post sextam disputationem resolutum fuit &c.

¶ Confirmata fuit ista celebris decisio coram eodem R.P. D. Merlino, vt habetur infra sub die 12. Decembris 1633.

R. P. D. MERLINO.

Arboreñ Canonicatus.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Commissio facultatis absoluendi, ob recursus habitos ad Iudices Laicos, contra Clericum, cum clausulis, renūciato priùs &c. parito iudicato, & refectis expensis, quando non suffragetur, & vt dictis clausulis dicatur satisfactum, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ, parito iudicato, & refectis expensis, important conditionem.*
2 *Iurisdictio, quando est concessa sub conditione, si non doceatur de implemento conditionis perinde est, ac si nulla esset concessa iurisdictio.*
3 *Iudices Laici, sunt omnino incapaces iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & earum causas.*
4 *Contra Clericum, qui ad Iudicem Laicum recurrit ansam præbet, vt immunitas Ecclesiastica violetur, & superiorem iurisdictionem spiritualem, inferiori temporali, temerè, iniustè, & de facto subijcere.*
5 *Clericus non potest trahi ad Iudicem Laicum cum ipse à foro sæculari de Iure Diuino, ante omnem constitutionem, exemptus sit.*
Clericus à potestate Laicali exemptus est, non solum ex pluribus Conciliorum Canonibus, & Summorum Pontificum rescriptis, sed etiam ex Decretis diuinæ Legis, & num.5.
6 *Libertatem Ecclesiasticam, si quis violauerit, vt veniā, & absolutionem mereatur, quid agere debeat.*
7 *Et si non satisfecerit violatæ iurisdictioni mulctari debet pœna censurarum.*
8 *Contra Recurrentes ad Iudices Laicos, ad effectum, vt non possint audiri, admittuntur probationes leuiores, & statur scripturis etiam informibus.*
9 *Iurisdictionis Ecclesiasticæ spretus eò magis insurgit, & ex duplicatis recursibus habitis ad Iudices Laicos contra clericum.*
10 *Verba non sufficiunt, vbi opus est facto.*
11 *Affirmari non dicitur, quod factis negatur.*
12 *Recursibus habitis ad Iudices Laicos, vt quis dicatur renunciasse ad effectum obtinendi absolutionem,* quid

quid requiratur, & numero 13.

14 *A voluntate Principis ea, quæ pendent, an reputentur impoßibilia.*

15 *Renunciatio verbalis, si sufficeret ad effectum obtinendi absolutionem ob recursus habitos ad Iudices Laicos, facillimè imponeretur Ecclesiasticæ iurisdictioni, dùm illius violatores, sub spetioso verborum cortice affectatam obedientiam præseferente contumacem animum, tegerent.*

16 *Obreptio, & subreptio ex quo oriatur.*

17 *Commißio facultatis absoluendi, cum narratiua recursus semel tantùm ad Iudices Laicos habiti, non suffragatur, dum iterùm recursus noui fuerunt habiti, cum recurrens nouo excommunicationis vinculo innodatus sit.*

18 *Venia minus est dignus is, qui post petitam veniam, iterum in idem crimen incidit, eandem culpam admisit.*

DECISIO CLXXIII.

Domini responderunt Didacum non esse absoluendum.

Quoniam cum à Sanctissimo Domino nostro per Breue commissa mihi fuerit eiusdem absolutio, cum clausulis, *Renunciatio prius per Didacum attentatis in vim recursus,*
1 *partito iudicato, & refectis expensis*, quæ clausulæ † important conditionem, *leg. attestatore, ff. de condit. & demonstr. Paris. cons. 41. num. 14. lib. 4. Verall. decis. 150. num. 2. par. 1. Card. Seraph. decis. 655. num. 4.* Dum per Didacum non docetur de purificatione, & implemento huiusmodi con-
2 ditionum, suspensa remanet mihi † data absoluendi facultas; & perinde est, ac si hodiè nulla fuerit tributa iurisdictio, *Verall. d. decis. 550. num. 5. par. 1. Rot. apud Card. Seraph. d. decis. 655. num. 1. & seqq. & apud Card. Mant. decis. 343. num. 1. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 378. num. 1.*

De non implemento autem dictarum conditionum visum fuit constare, ex eo, quia dum Petrus Paulus institit coram Vicario Arboreñ pro executione mandati Rotalis de manutenendo, idem Vicarius se excusauit à munere exequendi, ob impedimentum Saluaguardiæ affixæ existentis tàm in Choro, quàm in præbenda, vt in Summario eiusdem Petri Pauli num. 2. vnde non amotis Saluaguardijs non dicitur sufficienter renunciatum recursibus, indeque Dida-
3 cus, qui recurrendo † ad Iudices laicos omninò incapaces iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & earum causas, *cap. si diligenter, de for. compet. cap. Sacerdotibus, 11. quæst.*
4 *1.* ansam præbuit, vt † Immunitas Ecclesiastica violaretur, & superiorem iurisdictionem spiritualem, inferiori temporali, temerè, iniustè, & de facto subijcere, atque Clericum à foro sæculari de iure Diuino ante omnem humanam
5 constitutionem exemptum † ad Iudicem laicalem, non citra nefas trahere præsumpsit, nedum contra tot Conciliorum Canones, & Summorum Pontificum rescripta, de quibus in *cap. solitæ, de maior. & obed. cap. deniquè 96. dist. cap. Iudex laicus, de sent. excomm. in sexto, cap nouit. de Iudic.* & latiùs cumulatur per *Gratian. caus. 11. q. 1. per tot.* sed contra tot diuinæ legis decreta relata per eundem *Gratian. cap. continuas, cap. relatum, cap. Sacerdotibus, 11. quæst. 1. & cap. futuram, 12. quæst. 5.* Meritò nisi priùs
6 satisfaciat violatæ iurisdictioni, & † libertati Ecclesiasticæ penitùs retractando recursus habitos à Iudices laicos, & impedimenta per Saluaguardias executioni mandati Rotalis præstita, remouendo, ipse Didacus admissæ culpæ ve-
7 niam, & absolutionem nõ meretur; sed † pœna censurarum ab Ecclesiastica disciplina vsurpata contra recurrentes ad Iudices laicos mulctari debet, iuxta *not. in cap. si autem, & cap. nihil, 11. q. 3.*

Præsertim verò, quia datur aliqualis fumus, & inditium, quòd secundos habuerit recursus ad sæcularem Magistratum, pro obtinenda fructuum perceptione, de quibus quæ relatum, & processatum fuisse per acta Notarij Auditoris Cameræ constat, ex fide Notarij data in Summario Petri
8 Pauli num. 6. & in hac materia recurrentium † ad Iudices laicos, ad effectum, vt non possint audiri, admittuntur leuiores probationes, & statur etiam scripturis informibus, & copijs, *Card. Seraph. decis. 1094. num. 2. & 1296. numer. 10. Rot. decis. 398. num. 3. post 2. volum. cons. Farinac.* Vnde
9 maior † insurgit Ecclesiasticæ iurisdictionis spretus, & eò magis deneganda est illi absolutio, vt etiam considerauit in his terminis Rota in Oscen. Pœnitentiariæ die 10. Aprilis 1595. coram Card. Blanchetto.

Non obstat renunciatio à recursibus facta per Didacum, & data in eius Summario num. 1. quoniam verbalis est illa
10 renunciatio, verba † autem non sufficiunt, vbi opus est facto, *l. non omnes, §. final. ff. de re milit. l. peculium, in princ. ff. de pecul. cap. 1. & 2. de sequestr. possess. & fruct.* nec dicitur
11 affirmari, † quod factis negatur, ideòque non suffragatur simplex cessio, seù renunciatio verbalis, sed requiritur effectualis, & vera; itaut collitigans nullum habeat impedi-
12 mentum pro adipiscenda, vel retinenda possessione, † quemadmodum in his terminis, ad effectum obtinendi absolutionem, respondit Rota in Calaguritana de Brantauilla 9. Iunij 1603. coram bon. mem. Cardin. Sacrato, & in Regien. & Capellæ prima Iulij 1630. coram R. P. D. Piro-
13 uano; & signanter † curandum esse, vt remoueantur arma, & insignia regia, tollendaq. esse omnia impedimenta; itaut nec de iure, nec de facto nocere possint; dixit Rota in Cæsaraugustana attentatorum coram Sarniento, relatam per *Lancell. de attent. c. 29. num. 41. & decis. 503. num. 4. in fin. & 5. coram san. mem. Greg. XV.*

Nec enim excusatur ab impedimento, qui remouere potest impedimentum quemadmodum in casu præsentis Saluaguardiæ ad preces Didaci concessæ contrarias eiusdem preces facilè fuissent reuocatæ; nec ideò dicitur huius-
14 modi conditio, vti † consistens in voluntate Principis impossibilis, prout in simili aptè ratiocinatur, *Natt. cons. 50. num. 10. vsquè ad fin.* alioquin si verbalis sufficeret renun-
15 ciatio † facillimè imponeretur Ecclesiasticæ iurisdictioni, dum illius violatores sub spetioso verborum cortice affectatam obedientiam præseferente, contumacem animum tegerent, quod tolerãdum non est, vt animaduertit in simili Rota in Gerunden. iurisdictioni, & plumborum 5. Decembris 1629. & in Colonien. Monasterij 26. Aprilis 1630. coram me, de quo contempto suspicari plurimùm licet in casu præsenti, si Didacus post obtentam à Sanctissimo commissionem, pro absolutione iterùm recursus habuit ad sæculares Iudices, de quibus secundis recursibus non desunt indicia, quibus datis, rescriptum etiam pro habenda absolutione redditur subreptitium, quia si Papa sciuisset, post obtentam per Didacum commissionem facultatis absoluendi, ab eodem fuisse habitos nouos recursus, & illorum vigore perceptos fructus, quos se non percepisse narrauerat, pro dicta absolutione, non rescripsisset, vt absolueretur,
16 † indeque oritur obreptio, & subreptio, *Felin. in cap. super literis, num. 8. de rescript. Cassad. decis. 12. num. 14. de præb. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 21. num. 11. & 17. & disput. 25. sub num. 8. versic. quod si dicas*, Dictaque commissio facultatis absoluendi Didacum, cùm narratiua recursus semel tantùm ad Iudices laicos habiti suffragari non po-
17 test, † dũ iterùm nouos habuit recursus, indeque nouo excommunicationis vinculo innodatus remansit *ad text. in cap. cùm pro causa de sent. excomm. &* ibi *Glos. in verb. tanquàm, Butr. num. 14. Panorm. num. 6.* Minùs enim est venia
18 † dignus is, qui post veniam petitam iterum in idem crimen incidit, eandemque culpam admisit, *l. nemo. C. de Epis. aud. cum concord.*

Et ita ex defectu sufficientis renunciationis ad recursus, Didacum non esse absoluendum, vtraquè parte informante, hodiè per Dominos conclusum fuit.

R. P. D.

R. P. D. MERLINO.

Taurineñ Donationis.

Die Veneris 28. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Donatio conditionalis, an pendente conditione possit reuocari, & vtrùm hoc casu pendente conditione, donatio dicatur perfecta. Donatio conditionalis, quando est purificata conditio, an retrotrahatur ad diem stipulatæ donationis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas deducitur ex reuolutione actorum.*

2 *Acta verbaliter tantùm, & non citata parte producta, non sunt trasportanda.*

3 *Donatarij primi præferuntur secundis.*

4 *Donatio, quando est facta sub conditione, tunc donatario ante euentum conditionis, nullum emolumentum, seù ius acquiritur.*

5 *Donatio prima, quando est imperfecta, rectè per secundam potest reuocari.*

6 *Donatio conditionalis, an possit reuocari.*

7 *Conditio suspensiua, quando pendet, nihil ponit in esse.*

8 *Ex obligatione conditionali oritur spes consequendi rem obligatam, & debitam in euentum purificatæ conditionis.*

9 *Obligatio, seu contractus conditionalis, licet sit imperfectus respectu executionis, est tamen perfectus ad effectum, vt ab eo recedi non possit.*

10 *Donatio conditionalis pendente conditione reuocari non potest.*

11 *Promissio de donando ob spem, & ius futuræ donationis ipsi Donatorio quæsitum, nec reuocari, nec vllis conditionibus medio tempore alterari potest.*

12 *Menoch. in consil. 388. num. 34. & consil. 92. num. 74. declaratur, & num. 17.*

13 *Donanti est permissum reuocare donationem conditionalem, quia donatarius non agit de damno vitando, sed de lucro captando.*

14 *Per donationem ius transfertur magis irreuocabiliter, quàm per alios contractus.*

15 *Ex dispositione quacumque conditionali ius quæritur, & spes.*

16 *De donatione reuocanda, quando tractatur agitur de damno vitando.*

18 *Cephal. in consil. 312. & Milan. decis. 1. num. 66. declarantur.*

19 *Contractus conditionalis, dicitur verus, & perfectus contractus in natura sua, vt non sit locus pœnitentiæ.*

20 *Donatio quando est conditionalis, expectandus est euentus conditionis, nec donatarius est priuandus illa spe, in qua ei fuit ius quæsitum.*

21 *Bart. opinio in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig. declaratur, & num. 22. Vbi, quod ista eius opinio, habet quam plures contradictores, & non est omnino tuta.*

23 *Donatio conditionalis, post quàm fuit purificata conditio, an retrotrahatur ad diem stipulati contractus, & num. 24. num. 26. & num. 31.*

25 *Conditio illa dicitur casualis, cuius euentus pendet à casu.*

27 *Clausula, ex nunc, pro vt ex tunc, tempus futurum retrotrahit ad præteritum, atquè ad initium actus, & numero 32.*

28 *Retrotractio impeditur, quæ non fit in præiudicium iuris, tertio quæsito.*

29 *Retrotractio, numquam fit, quo ad dominium.*

30 *Causam ab eodem Domino, si duo habeant, melior conditio est illius, qui per traditionem rem accepit.*

33 *Clausula, ex nunc, pro vt ex tunc, operatur, vt fiat retrotractio, etiam in casibus, qui de sui natura non retrotraherentur.*

34 *L. quoties, C. de rei vindic. declaratur.*

35 *Donatarij meritò, illi sunt præferendi, qui, & titulo, & traditione rei, sunt anteriores.*

36 *Retrotractio fit respectu hypothecæ.*

37 *Retrotractio, quo ad hypothecam fit, etiam in præiudicium tertij ad cuius fauorem facta esset alia dispositio.*

38 *Conditionis implementum, si non fiat ob eam causam, ob quam impleri debet, non dicitur conditio purificata.*

39 *Debitor, si donet suo creditori, numquàm censetur donasse animo compensandi, & debitum extinguendi.*

40 *Clausula, vltra, est inclusiua, & implicatiua præcedentium.*

Dictio, vltra, confirmat, quæ fuerunt inutiliter data, & disposita, num. 40.

41 *Dictio, vltra, posita in donatione facta à debitore creditori, excludit animus compensandi cum debito.*

42 *Augendi voluntas non debet operare diminutionem.*

DECISIO CLXXIV.

Hieronymus Vagnonus de anno 1617. sub die 18. Decembris donauit Monacis Sancti Bernardi annuum censum scutorum 140. percipiendum post ipsius Donatoris obitum, casu quo de illo tempore Monaci Donatarij non possiderent redditus scutorum 800. vt in Summario Monacorum num. 1.

Deinde de Anno 1624. sub die 22. Iunij, idem Vagnonus donauit prædictum censum PP. Bernabiti.

Et demùm sub die 28. Octobris eiusdem Anni 1624. ipse Vagnonus in Testamento legauit PP. Bernabitis annuum redditum scutorum 1300. præcepto adiecto, vt renunciarent donationi census eisdem factæ sub dicta die 22. Iunij, vt in Summario Monacorum num. 6.

Defuncto Vagnono, Monaci Sancti Bernardi per sententiam Nuncij, & successiuè A. C. Meltij obtinuerunt sibi adiudicari dictum censum, donatum vsquè de anno 1617. Quam sententiam, causa in Rota introducta, vti validam, & iustam, confirmandam esse hodiè Domini responderunt.

1 Validitas deducitur ex reuolutione† actorum, ex quibus apparet fuisse seruata, omnia requisita per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

Nec subsistit defectus trasportationis actorum, eo quod deficiat Instrumentum, de quo in Summ. n. 5. Quoniam, cũ
2 illud Instrumentum fuisset tantùm verbaliter,† & nõ citata parte productũ, non fuit opus illud transportare, vt respondit *Rota decis. 561. n. 1. par. 1. recent.* & onus transportationis videbatur incumbere PP. Bernabitis appellantibus.

Minùs

Minùs obſtat defectus citationis, ex eo deductus, quod fuerit citatus ſolus Procurator Generalis, qui non poteſt comparere pro cœnobijs particularibus, quoniam immo fuiſſe citatum etiam D. Guidum de Serguidis, qui coram A.C. produxit ſententiam de partibus, & citationem cum inhibitione obtinuit, atque oppoſuit de non integra tranſportatione actorum coram A.C. apparet in extractu pag. 1.

De iuſtitia verò conſtat ex d. Inſtrumento donationis cenſus factæ Monacis S. Bernardi, quæ cum ſit anterior per ſeptem ferè annos donationi factæ PP. Bernabitis Iure merito,
3 Monaci † primi Donatarij in conſequutione cenſus donati, ſunt præferendi PP. Bernabitis poſterioribus Donatarijs iuxta *l. qui potior. l. qui balneum. ff. qui potior. in pign. habeantur, Neguſ. de pign. par. 5. membr. 2. num. 5. Gomez. de contract. tom. 2. tit. de empt. & vend. num. 20. verſ. ſecundò deducitur, Card. Seraph. deciſ.* 187. *num.* 1.

Non obſtat, quod donatio facta Monacis S. Bernardi eſſet conditionalis, quatenùs ſcilicet non aſſequerentur redditum annuum ſcutorum 800. & quidem ſub conditione ſuſpenſiua, non reſolutiua, dum ſubſtantiæ donationis, adiecta fuit aſſequtio redditus ſcutorum 800. ante cuius non aſ-
4 ſequutionis euentum, Donatarij † nullum acquirebatur ex donatione emolumentum, neque ius, ſed in ſuſpenſo remanebat donatio, iuxta *l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. Bald. conſil. 219. num. 5. lib. 2. Surd. conſil. 527. num. 18. Menoch. conſil.* 388. *num.* 15. & 27. qui doctè explicat vim iſtius conditionis ſuſpenſiuæ. Et propterea pendente hac conditione, cum Monaci Donatarii nullam dicerentur habere actionem, neque ius pro cenſu donato, & donatio interim eſſet imperfecta, rectè per ſecundam donationem factam
5 PP. Bernabitis, † prima illa donatio potuerit reuocari, iuxtà tradita per *Cephal. conſ.* 312. *num.* 104. & *ſeqq.* & 134. *Menoch. conſ. 92. num. 74. & d. conſ.* 388. *num.* 24. *Milanenſ. deciſ. 1. num. 66. & ſeqq.* Quemadmodum ſi quis donet Titio fundum, & poſt eius mortem, vel euentum alicuius condi-
6 tionis † fundum donet Caio, donationem hanc conditionalem factam Caio liberè poſſe reuocari ſcripſit *Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig.* quam opinionem veriorem eſſe, & communiorem poſt *Menoc.* & alios tradit, per *Fab. de Anna* Iun. *conſ. 52. num. 5. & ſeqq.*

Quoniam per Dominos reſponſum fuit, quod, quàmuis ex obligatione conditionali, conditione ſuſpenſiua, quæ di-
7 citur imperfecta obligatio, & † nihil ponens in eſſe, nulla detur actio, & pendente conditione habeatur pro non facta, *l. grege. ff. de pignor. l. pecuniam. ff. ſi cert. pet.* attamen
8 certùm eſt, ex huiuſmodi obligatione † oriri ſpem conſequendi rem obligatam, & debitam in euentum purificatæ conditionis, & talis ſpes purè obligata, & donata cenſetur, *§. ex conditionale, Inſtit. de verb. oblig. & ibi DD. omnes, & præſertim Non. num. 1. l. ſpem, C. de donat. Aret. conſ. 74. n. 9. verſic. ſed his non obſtantibus, & nu. 10. Simon de Pret. conſ. 72. nu. 27. verſic. ſed inde dicitur donata ſpes. Laderch. conſ. 42. num. 7. Menoch. conſ. 388. num. 38. & 39. Laſart. de decim. vendit. cap. 5. num. 5.* & propterea huiuſmodi obli-
9 gationem, & contractum conditionalem, † licet imperfectam, reſpectu executionis, quæ ante conditionis euentum obtineri non poteſt, eſſe tamen perfectam ad effectum, vt ab ea recedi non poſſit, colligitur ex *l. neceſſario. §. ſi ita res, ff. de peric. & commodo rei vendit. Gloſ. in l. 1. C. eod. tit.* & tradit *Bald. ac Salyc. in l. 2. C. quando liceat ab empt. diſceder. Alex. conſ. 40. num. 2. lib. 5. Cephal. conſil.* 118. *num.* 28. *Surd. conſil.* 38. *num. 8. & 9. conſil.* 268. *num.* 50. *Giouagnon. conſ. 71. num. 15. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 85. num.* 23. Et in ter-
10 minis donationis conditionalis, † quod pendente conditione reuocari non poſſit, dixit *Cauar. var. reſol. lib. 1. c. 14. num. 16. verſic. & ſi reſponderis, & Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 724. num.* 11. Quemadmodum etiam promiſſio
11 de donando † ob ſpem, ius futuræ donationis ipſi Donatario quæſitum, nec reuocari, nec vllis conditionibus medio temporis interuallo alterari poteſt, vt voluit *Gloſ. in l. perfecta, verbo non capit, & ibid. Fulgoſ. nu. 1. Cyn. in verbo, Gloſa quarit, Salyc. in verbo, ſed poteſt ſaluari, C. de donat.* & fuit dictum in Romana Donationis de Caſtellanis 23. Iunij 1631. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.

Neque ab hac concluſione recedendum videtur ex eo quod *Menoch. conſ.* 388. *num.* 34. & *conſ.* 92. *num.* 74. contrarium conſuluerit, prout, & *Cephal. ac Milanenſ.* in locis
12 ſupra allegatis. Quoniam, vltra quod viſum fuit † aliquibus, Menochium loqui in conditione poteſtatiua, vt ceſuit Rota in Romana de Mazzatoſtis 23. Iunij 1617. coram Eminentiſs. D. Cardin. Veroſpio, certè parum valida ratione videtur niti opinio *Menochij*, dum ſub *num.* 40. diſtinguit inter donationem, & alios contractus, & putat permiſſum
13 eſſe Donanti † reuocare donationem conditionalem, quia Donatarius non agit de damno vitando, ſed de lucro captando, & de amittendo dumtaxat beneficio munificentiæ Donatoris, non eſſe autem permiſſum alteri ex contrahentibus reſilire, quia agitur de damno alterius, qui iacturam iuris ex cauſa oneroſa quæſiti ſentiet, ſi reuocetur contra-
14 ctus; Quoniam cum per donationem † ſecundùm eius naturam ius transferatur magis irreuocabiliter, quàm ex alio contractu, *arg. l. perfecta, C. de donat. l. penult. C. de don. quæ ſub mod.* & ex quacunq; diſpoſitione conditionali ius quæ-
15 ratur, † & ſpes, vt ſupra dictum fuit, vtique ammiſſio iuris quæſiti, & radicati, damnum reputatur, *Dec. in l. in eo, quod velis num. 1. ff. de reg. iur. Alex. conſil. 89. num. 13. & conſil. 169. num. 14. lib. 2.* Ipſeque Donans poſtquam donauit, ita remanet irretitus hoc contractu, prout alio quocunq; etiam ex titulo oneroſo, & proinde non minùs à donatione, quam ab alio quocunq; contractu conditionali, pœnitentia, & re-
16 ceſſus cenſeri debet prohibitus, cum † æque in donationis reuocatione agatur de damno. Sed, & in caſu præſenti ceſſat difficultas, quia donatio iſta ſapit cauſam oneroſam, cũ Monaci vice verſa obligarentur Donanti ad alendum certum numerum Monacorum in Monaſterio, prout latiùs in Inſtrumento donationis, in quo habetur, *viciſſim eſſe obligatos Monacos, & Hieronymum*, vnde reſultat contractus
17 oneroſus, & ſic neque † aduerſatur diſtinctio Menochij,
18 quatenùs ſubſiſteret *Cephal. vero conſ.* 312. † quem ſequitur *Milan. deciſ. 1. num.* 166. neque obſtare videtur, quia conſuluit in caſu, in quo contrahentes fecerant quædam pacta, & capitula intra certum tempus approbanda, & de nouo facienda, vnde in vim huiuſmodi reſeruationis, rectè fuit conſultum potuiſſe d. pacta reuocari, & mutari, cum ex defectu voluntatis eſſent imperfecta, nec tranſiuiſſent in contractum abſolutum, quod non videtur dicẽdum in donatione, & contractu conditionali, qui dicitur verus, & per-
19 fectus contractus, † in natura ſua æquè, ac purus cõtractus, ad effectum, vt non ſit locus pœnitentiæ, *Crauett. conſ. 540. num. 6. Decian conſ. 3. num. 15. lib. 1. Laderch. conſ. 42. num. 5.* expectanduſque eſt euentus conditionis, nec interim pri-
20 uandus eſt † donatarius illa ſpe, & alea, & in qua fuit illi ius quæſitum, & quidem conſiderabile, & idem *Cephal.* loquitur, quando reuocatio facta eſt ex conſenſu vtriuſquè contrahentium, & poſtquàm conditio defecit, vt *num.* 105. & 137. *Bart. verò in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig.*
21 † non applicatur, quia vult poſſe reuocari donationem factam tertio abſenti, & non acceptanti, ſiquè fuerit a tertio acceptata, negat reuocari poſſe, vt plenè declarando *Bart. tradit. Craueet. conſ. 19. num. 11. Menoch conſil. 489. nu. 21.* atque etiam *Fab. de Anna d. conſ. 52 num.* 6. In propoſita autem facti ſpecie Donatio facta fuit Monacis præſentibus, & acceptantibus, quibus propterea ius ex tali acceptatione quæſitum tolli minimè potuit, ex ſupradictis; Vltra
22 quod dicti Bartoli theoricam † quamplures habere cõtradictores, non eſſe omninò tutam monuit idem *Menoch. conſ. 92. num. 75. & conſil. 489. num. 20. Galuan. conſ. 5. num. 51. verſ. ſed quoniam.*

Quibus poſitis, & firma manente concluſione, quod donatio facta Monacis pendente conditione reuocari nõ potuerit, non videbatur opus ingredi diſputationem, an dona-
23 tio conditionalis, † poſtquam fuit purificata cõditio, retrotrahatur ad diem ſtipulati contractus; quia, ſi pendente conditione talem firmitatem habuit, vt reſiſteret cuicunq; poſteriori donationi, & illam irritaret, donatarij primi quamuis ſub conditione, non egẽt retrotractione, ad hoc, vt præferantur poſterioribus Donatarijs, titulum nullum validum habentibus, quippè, quod, ob ſpem acquiſitã, & illius reſpe-

ctu.

ctu, donatio sēper fuit pura, & simplex, quod animaduer-
24 tendum † esse ad effugiendos amfractus fictionis retrotra-
ctiuæ prudenter monuit *Simon de Pret.cons.72.n.27. in fin.*
Cæterùm, quatenùs etiam super retrotractione insisten-
dum esset, putabāt Domini locum esse retrotractioni, quia
conditio illa quatenùs Monaci de tempore obitus Dona-
toris non haberent redditus, ascendentes ad summam scu-
25 torum 800. annuorum, † est conditio casualis, cum eius e-
uentus penderet à casu, *l.vni,§.fin autem, & ibi DD.ff. de
caduc.tollen.Card.Mant.de tacit.lib.16.tit.41.nu.11.* Vn-
de talis conditio; quæ hodie est purificata, Monaci enim nō
sunt assequti d. redditum, vt deponunt testes in Summario
26 num. 6.7.& 8. non est dubium, quod retrotrahitur † ad diē
factæ donationis, ex vinculis ipsius contractus, vt inquit,
*Bald.in rub.extra de summa Trinit.n.17. Socc.Sen.consil.
41.num.1.lib.4.* latè *Paris.cons.11.nu.70. & seqq.lib.1. Ne-
guf.de pign.2.memb.5.par.principal.num.10.& seqq.Card.
Mant.de tacit.lib.14.tit.46.num.1. & seqq. Laderch.cons.
42.num.4.Rimin.Iun.cons.529.num.50.Menoch.cons.851.
num.38.* & fuit dictum in *Romana de Mazzatostis 22.Iunij
1626.coram Reuerendiss.* D. meo Decano, & consequenter
stante, huiusmodi retrotractione, donatio anterior facta
Monaci S. Bernardi ab initio in vim retrotractionis pura
præualet omninò donationi posteriori factæ PP. Bernabitis,
vt supra fuit deductum.
Quod eò faciliùs admittendum videtur, quia in donatio-
27 ne facta Monacis adest clausula, ex † nunc prout ex tunc,
quæ tempus futurum retrahit ad præteritum, atque ad ini-
tium actus, *Alex.cons.111.num.25.lib.6. Neguf. de pign.2.
memb.2.par.num.5.Cephal.cons.153.num.21.Cened.singu-
lar.14.num.1.*
Non obstat, quod dominium census, quod ob pendentiā
conditionis in Monacos prædictos Donatarios translatum
non fuerat, PP. Bernabitis purè per secūdam donationē, &
realem traditionem fuerit acquisitum, & hinc duo sequan-
28 tur effectus, Primò, quod impeditur retrotractio, † quæ
non fit in præiudicium iuris, tertio, quæsiti, ex trad. per *Surd.
cons.382.num.79 Costa de retrotract. c.8.cas.2. num. 10. &
29 11.* neq; etiam fit † vnquàm retrotractio, quòad dominiū,
vt notant DD. *in l.quoties, C.de rei vendic. Marcabrun. Ab
Anguil.consil.105.num.18.Costa de retrotract.d.c.8 cas.19.
30 num.1.* Secundò, quod ex duobus habentibus † causam ab
eodem Domino melior sit conditio eius, qui per traditionē
rem recepit, prout sunt Bernabitæ, quam alterius, licet in ti-
tulo præuenerit, vt sunt Monaci S. Bernardi, iuxta disposi-
tionem *l.quoties, C. de rei vendic. Tiraquell. de constit. par.
1.num.21.Cabal.consil.2.num.1.lib.2.*
Quoniam quoad retrotractionem in præiudicium Iuris,
tertio, quæsiti, quicquid sit respectu dominij ad effectum
consequendi fructus pro tempore præterito, pendentis cō-
ditionis, decursos, circa quod æquitas non patitur, vt fiat re-
31 trotractio, & † grauetur tertius possessor pro medio illo
tēpore suæ possessionis, in quibus terminis loquuntur *Mar-
cabrun.ab Anguill.d.consi.105.num.18.Costa d.cas.19. nu.
19.* & ita videntur procedere deducta in Romana de Maz-
zatostis 22. Iunij 1626. coram Reuerēdissimo D. meo De-
cano, certè ad effectum, vt primus donatarius post purifi-
catam conditionem, tanquàm Dominus sit præferendus se-
cundo Donatario, in consequtione rei donatæ, nulla vide-
tur repugnare æquitas, quod fiat retrotractio dominij, stan-
32 te clausula, † ex nunc, prout ex tunc, quæ retrahit futurum
33 ad præteritum, vt supra dictum est, & operatur, vt fiat † re-
trotractio etiam in casibus, qui de sui natura non retrotra-
herentur, vt animaduertit, *Card. Mant. de tacit. lib.14.tit.
46.num.23. Marcabrun. ab Anguill. cons.105.num.16.*
34 Quò verò ad dispositionem † *l.quoties, C. de rei vendic.*
non obstat Monacis S. Bernardi, quia in vim clausulæ, con-
stituti, quàmuis conditionalis, iunctæ clausulæ, ex nunc, pro-
ut ex tunc, Instrumento donationis Monacorum inserti cē-
setur in ipsos translata possessio, ac dominium vsquè ab ini-
tio contractus donationis, non secùs, ac si eisdem res ipsa
35 verè actualiter, ac realiter tradita fuisset, & sic meritò † ipsi
sunt præferendi Bernabitis, qui, & in titulo, & in traditione
rei dicuntur posteriores, ad tradita per *Oldrad. consil. 592.*
Pauli Rubei. Decis.

*num.3.& cons.139.num.4.& seqq. Rimin.Iun.592.n.20.&
cons.529.num.36.& 39.Surd. consil.221.num.55.Gratian.
discept.forens.cap.172.num.18. Aldobrand.cons.num.2.lib.
2 Costa de retrotract.c.10.num.8.& 9.* benè. *Franch. decis.
213.num.1. Cabal.cons.2. num.2.lib.2.* vbi post *Tiraquell.*
ait hanc esse conclusionem adeò communem, vt vix con-
tradictorem habeat.
Vel in omnem casum indubitati Iuris est, retrotractio-
36 nem † omninò fieri respectu hypothecæ, quæ rei primo
loco donatæ, cum sit omninò annexa, rem ipsam sequitur
in quemcumque possessorem illa transeat, & post purifica-
tam conditionem emergit tanquàm anterior, & præualet
cuicunquè posteriori hypothecæ, & sic quòad hypothe-
37 cam fit retrotractio etiam in præiudicium tertij, ad † cu-
ius fauorem medio tempore fuisset facta alia donatio, vel
dispositio, iuxta *l.si balneum, & ibi Glos. in verbo conuenis-
sent, Castrens.num.1.ff qui potiòr.in pignor.hab.Paris.cons.
11.num.83.& seqq.lib.1.Gabr.consil.141.num.8.lib.1.Car-
din.Mantic.de tacit.lib.11.tit.23.num.29.* & hanc senten-
tiam primo Rota amplexa fuit apud *Mohedan. decis.1.nu.
1.de pigno.* & deindè pleniùs firmauit in *Romana de Maz-
zatostis 23.* Iunij 1617. *coram Eminentissimo D.Cardin.
Verospio, & in eadem causa sub die 27. Iunij* 1622 *coram
bon. mem.* Patriarca *Manzanedo, & demùn sub die 22.
Iunij 1626. coram Reuerendiss. D.meo* Decano, vbi repro-
batur *Giouagn.cons.35.num.30.& cons.98.num.11.lib.1.* &
alij contrarium sentientes.
Non obstat, quod cessare debeat retrotractio, eò quia
nedum non fuit purificata conditio illa, quatenùs Monaci
non haberent redditus annuorum scutorum 800. sed om-
ninò defecerint, dum ipse Hieronymus Donator sub dicta
conditione, postea donauit purè eisdem Monacis alium
censum scut. 150. vel saltem hinc desumatur argumentum,
quod donator voluerit, hanc secundam donationem com-
pensari cum prima, & ab onere dictæ prioris obligationis,
factæ in supplementum annui redditus scutorum 800. se-
met eximere, & liberare.
Quoniam placuit responsio, quod, cum ex pluribus ap-
pareat, Hieronymum donatorem non fecisse secundam
donationem ad effectum extinguendi, aut perimendi con-
ditionem augumenti redditus ad scuta 800. defecta dici
non potest illa conditio, quemadmodùm si implementum
38 † conditionis non fiat ob eam causam, ob quam impleri
debuit, non dicitur conditio purificata, *l.2.in fin.ff. de co-
dit. & demonstrat. Cardin. Mantic. de tacit. lib.14 tit.42.
num.18.*
Non fuisse autem secundam donationem per Hierony-
mum donatorem factam animo extinguendi cōditionem,
& compensandi cum prima donatione census, qui deinde
fuit in PP. Bernabitas translatus, Domini desumebant.
Tùm ex eo, quod secundam hanc donationem fecit per
viam simplicis, ac puræ donationis inter viuos, vnde bene
39 intrat regula, quod si † debitor donet suo creditori, num-
quàm censetur donasse animo compensandi, & debitum
extinguendi, *l.etiam, §. si debito, & l.si verò, ff.de bon.quæ
liber. Alexand.consil.12.num.5 lib.2. Soccin. sen. consil 93.
num.21 lib.1.Menoch. præsumpt.142. num.2. lib.3.* Tùm
quia donator in Instrumento secundæ huius donationis,
asseruit, se donare censum scutorum 150. vltrà alios reddi-
tus, ac census iam per ipsum Monacis donatos, vt in Sum-
40 mario num.5. quæ dictio, vltrà, † cùm sit inclusiua, & im-
plicatiua præcedentium, operatur, vt in hac secunda dona-
tione, omne id includatur, quod in prima fuerat compræ-
hensum, *l.si vltra, C.de fideiuss. Rebuff in l.si quis sic dixe-
rit, versic. Idem in dictione vltra, ff de verb. signific. Ceph.
consil.157. num.11. Menoch. præsumpt.145 num 4. lib.4.
Surd.decis.285.num.9.& 12.* vbi, quod confirmat quæ fue-
rant inutiliter data, & disposita, & *consil.571. num.1. Gio-
uaguon.consil.43 num.18.lib.1.Cened.singul.40.num.1.* Et
41 quod per hanc dictionem † excludatur animus compen-
sandi cum priori debito, consuluit *Fusar.consil.7.num.12.*
Tùm demùm quia donator in Testamento, post dictam
secundam donationem, condito, legauit PP. Bernabitis
summam annuorum scutorum 1300. præcepto adiecto,
Aa vt re-

vt renunciarent donationi census ijsdem factæ, etiam priùs in fauorem Monacorum emanatæ, vt in Summario Monacorum numer. 4. signum, quod Testator voluit donationem census, factam Monacis, subsistere, & effectum habere, non obstante donatione facta PP. Bernabitis, quam intellexit esse resolutam, indequè excluditur præsumptio, quòd Testator voluerit primam donationem cum altera compensari, è contra verò idem testator in eodem Testamento, pluriès asseruit, & professus est, se velle augere introitus Monacorum vltra scuta annua mille, vt deponunt Testes in Summario num. 2. & 3. vndè congruit illi enixæ voluntati præsumptio, quod per secundam donationem non voluerit reuocare primam census donationem, ne vo-
42 luntas † augendi operetur diminutionem, contra *leg. si à milite, §. 1. ff. de militar. testamento, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. l. cum tale, ff. de condit. & demonstr.* præsertim quia cum scutis 600. assignatis pro erectione Monasterij, iungendo vtramquè donationem, nempè primam scutorum 140. & secundam scutorum 150. conflatur ferè summa scutorum mille, ad quam augere velle redditus Monacorum declarauit Testator.

Et ità vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. DVNOZETTO.

Verulana Fideicommissi.

Die Veneris 28. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum qualiter probetur. Demonstrationes, quæ non concludant identitatem bonorum. Confusio bonorum, ex cuius facto accidit, tenetur bonorum identitatem probare.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum, vt probetur, sufficiunt duæ tantùm demonstrationes.*

2 *Demonstrationes non concludunt identitatem certorum bonorum, si alijs bonis conueniant, & num. 3.*

4 *Bonorum confusione stante, concludens debet esse probatio identitatis.*

Demonstrationes æquiuocæ, non sufficiunt ad probandum identitatem bonorum, num. 4.

5 *Bonorum confusio ex cuius facto processit, ei incumbit onus probandi antiqua confinia.*

6 *Auctoris dolus, non debet extendi ad successores.*

DECISIO CLXXV.

IOannes de Amatis vigore fideicommissi q. Bartholomæi eius aui paterni ex *remed. leg. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* fauorabilem à D. de Rosis obtinuit sententiam, per quam ei concessa fuit immissio in possessionem Tenutæ, nuncupatæ, il Colle Mausoleo per DD. de Philonardis tertios possessores detentæ. Causa postmodùm in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, mihique commissa; Dubitaui, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda.

Pro infirmatione pro parte DD. de Philonardis plura allegabantur, & præcipuè vltra nullitatem ex defectu citationis, dicebatur sententiam esse iniustam.

Primò, quia non fuit probata identitas bonorum.

Secundò, quia erant priùs faciendæ detractiones, quæ Prospero filio fideicommittentis, & auctori DD. de Philonardis competebant.

Tertiò, ex quo prædictus Ioannes, vti hæres eiusdem Prosperi venditoris bonorum controuersorum, non potuit alienationem per eum factam ad fauorem prædictorum de Philonardis impugnare, cum vires hæreditatis suppetant.

Verùm DD. omissis alijs solummodò institerunt super identitate bonorum, de qua minimè constare responde-
1 runt; Ea moti ratione, quia licet ad illam probandam † plures concurrant demonstrationes; quarum duæ tantùm regulariter sufficiunt, iuxta theoricam, *Bart. in l. demonstratio falsa, num. 14. & seq. ff. de condit. & demonstrat. Crauett consil. 112. num. 3. Surd. consil. 44. num. 20. Rota coram Gregor. XV. decis. 575. num. 4. cum seq.* Tamen, cùm prædi-
2 ctæ demonstrationes † etiam alijs bonis in eadem tenuta sitis conueniant, non concludunt, identitatem, quæ plenè probari debet, *decis. 295. numer. 8. & seq. parte 1. recent. Crauett. consil. 293. numer. 7. Rota in Nucerina prædij 25. Iunij 1618. coram bon. mem. Sacrato, & in Ariminen. fideicommissi 20. Iuny 1622. coram bon. mem. Buratto.*

Maxime, cùm in præsenti casu contraria concurrat præsumptio ex eo desumpta, quod testes pro parte Ioannis examinati, vno ore concludunt, fideicommittentem in dicta tenuta Mausolei, vnicum tantùm prædium possedisse, & tamen ex depositionibus eorundem testium ex inuentario, & ex confinibus specificatis in eadem sententia, de qua agitur constat, Ioannem vnum prædium in eadem Tenuta possidere; vnde nisi doceat de titulo suæ possessio-
3 nis, † semper contra eum militat præsumptio, quod d. prædium sit illud idem, quod à fideicommittente possidebatur, *Bald. consil. 89. num. 4. lib. 1. Peregr. de fid. art. 44. num. 22. & consil. 48. num. 2. & 13. lib. 1. Natt. consil. 235. nu. 17. Rot. par. 2 recent. decis. 131. sub num. 5. Maresc. var. resol. lib. 1. c. 12. num. 36. & 49.*

Quæ omnia eò fortiùs visa fuerunt in præsenti casu procedere, quia prædium super quo fuit data immissio, non reperitur distinctum, & separatum ab alijs, prout à Ioanne non controuertitur, sed illud fuisse confusum, &
4 incorporatum cum alijs prædijs; Vnde hac stante † confusione, concludens debet esse probatio identitatis, nec prædictæ demonstrationes vti æquiuocæ, sufficiunt, *Crauet. d. consil. 293. num. 7. Maresc. var. resolu. lib. 1. cap. 12. num. 22.* & melius *num. 32. & 33. Rot. d. decis. 295. num. 8. & 9. par. 1. recent.*

5 Nec obstat replicatio, quod confusio † processerit facto DD. de Philonardis emptorum, quo casu eis incumbit onus antiqua confinia probandi, nisi immissionem pati velint in totum corpus bonorum, iuxta opinionem *Angel. in l. si in rem. num. 4. ff. de rei vend. Fusar. de subst. q 618. num 49. Adden. ad Greg. decis. 575. num. 11. in fine, Rot. in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 7. Maij 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Etenim placuit responsio, quòd, cùm confusio primæua fuerit facta à Prospero prædicti Ioannis patre, qui plura bona emit, & simul incorporauit, illaque postea sic incorporata vendidit Philonardis, confusio prædicta non potest dd. Philonardis præiudicium afferre. Et ratio est, quia pœna, quæ per confusionem irrogatur, fundatur in dolo, vel præsumpta culpa eius, qui malitiosè confinia mutauit.
6 Qui † quidè dolus, licèt cadere potuerit in Prosperum emptorem dd. bonorum, non tamen extendi potest in Philonardos successores, qui propterea ad d. confinium indicationem non tenentur, *Alber. in d. l. si in rem. num. 5. in fin. ff. de rei vendic. Angel. loco supracit. num. 4. Rot. in Tudertina fideicommissi 16. Iunij 1608. coram bon. mem. Manzanedo, & in Romana de Spinosis 10. Maij 1625. coram R. P. D. Pirouano.*

Et ita vtraquè &c.

R. P. D.

R. P. D. DVNOZETTO.

Fauentina, seù Cæsenaten. fideicommissi.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia euictionis, scilicet, quando testator promisit de euictione, an eius hæres ad hoc etiam teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Actiones tàm actiuè, quàm passiuè transeunt in, & contra hæredes.*
2 *De euictione, quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
3 *Testator, quando de euictione tenetur, tunc non solùm eius hæres etiam ad hoc tenetur, sed pariter hæres hæredis.*
4 *Probatio maior dari non potest, quàm propria confessio.*
5 *Promissio alicuius, quando suffragetur omnibus interesse habentibus.*
6 *Dos, quando incipit à traditione, non autem à promissione, si non constet de dolo, aut mala fide, dans non tenetur de euictione.*
7 *Euictio, quando est promissa expressè, tunc sufficit, ad hoc, vt promittens obligetur.*
8 *Euictio, quando euenit ex natura rei, non venit in generali promissione de euictione.*
9 *Limita, nisi verba promissionis sint vniuersalia, & prægnantia.*

DECISIO CLXXVI.

IVlia de Balneo in testamento sub quo decessit, instituit hæredem Ioann. Paulum eius filium, cui sinè filijs decedenti pro medietate, substituit Lauram filiam, ac pro altera Conuentum S. Dominici de Cæsena: Nupsit deinde Laura Ioanni Masino, cui Ioannes de Naldis pater dedit in dotem Prædium, de quo agitur, d. fideicommisso Iuliæ subiectum, quod tamen liberum esse, ac defendere, & disbrigare ab omni onere promisit.

Obijt Ioann. Paulus sine filijs, obijt, etiam Ioannes de Naldis, hærede instituto Alexandro fratre: Quare, cum Conuentus prætenderet fuisse purificatum fideicommissum ad sui fauorem, egit pro vindicatione medietatis dicti Prædij contra dd. Lauram, & Masinum eius maritum, qui litem deinde intimarunt Horatio de Naldis hæredi Alexandri fratris, & hæredis dicti Ioannis, qui de euictione promiserat, qui Horatius lite in se suscepta, cum dd. fratribus concordauit, cessionemque iurium ad ipsos spectantium super dicto fideicommisso reportauit. Vita functo Horatio, Franciscus, & Alexander eius filij, & hæredes pulsati ad reddendam rationem de bonis Lauræ administratis per d. Horatium, fulti hac cessione Conuentus, exceperunt de d. fideicommisso prætendentes illius vigore medietatem d. Prædij ad ipsos spectare, & sic non teneri de illa reddere rationem. Quapropter proposito dubio, An constet de fideicommisso dictæ Iuliæ, quod eis suffragetur. Censuerunt DD. constare de fideicommisso, sed tamen eis non suffragari.

De fideicommisso siquidem non potest dubitari, nam de eo constat ex publico instrumento, in quo dict. Conuentus post obitum Ioannis filij testatricis sine filijs legitur substitutus in medietate prædij, de quo agitur, & hoc vtraquè pars etiam videbatur admittere. Difficultas igitur reducebatur ad aliam partem dubij, nempè ad releuationem d. fideicommissi, de qua, vt dixi, DD. dixerunt non constare ad fauorem dd. Cessionariorum.

Nam cum Ioannes de Naldis pater Lauræ promiserit de euictione huius prædij, sequitur quod filij Horatij eius vt
1 supra hæredes de tali euictione teneantur, cum † actiones tàm actiuè, quàm passiuè transeant in, & contra hæredes, vt *tot tit. C. vt act. ab hæred. & cont. hæred.* & sic ipsis agentibus ex dict. iure cesso ad hoc prædium, & obstat huiusmo-
2 di obligatio eorum authorum ex *reg. Quem † de euict.* tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vindicantem, ff. de except. Surd. consil. 15. num. 3. & cons. 70. num. 16. Socc. Iun. consil. 128. num. 11. lib. 1. & fuit dictum in vna Maceraten. cessionis 17. Martij præteriti coram* R.P.D.
3 *meo Merlino:* Quæ quidem conclusio locum † habet non solum in primo hęrede, sed etiam in hęrede hæredis *Barsi dec. Bonon. decis. 64. num. 50. Mangil. de euict. q. 112. num. 3. Fusar. q. 557. num. 5.*

Non obstat, quod non probetur Horatium esse hæredem Ioannis, ex quo non probatur Alexandrum ex cuius persona venit Horatius fuisse dicti Ioannis hæredem, quia vltra confessionem, de qua in transactione, in qua ipse se talem fatetur, datur etiam in Summario alia confessio eiusdem Horatij se pariter hæredem Ioannis asserentis, ex quibus duplicatis confessionibus resultat sufficiens
4 probatio, quod sit hæres cum † nulla maior detur probatio confessione, *l. cum te, C. de transact. capitul. per tuas, de probat. capit. si cautio, de fid. instr. Rota coram Gregorio XV. decis. 143. num. 3. & decis. 98. num. 2. par. 2. recent.*

Nec obstat, quod bona Ioannis fuerint confiscata de anno 1533. & de anno 1543. dict. Alexander emerit bona à Fisco, ex quo infertur ipsum Alexandrum fuisse successorem in bonis Ioannis vigore acquisitionis bonorum à Fisco, non autem titulo hæreditario: Quia cum testamentum Ioannis in quo instituitur hæres Alexander, fuerit factum de anno 1549. & sic post dictam confiscationem, non implicat dictum Alexandrum fuisse d. Ioannis hæredem.

Minùs obstat, quod euictio fuerit promissa Ioanni Masino marito Lauræ, non autem ipsi Lauræ, ideòque talem
5 promissionem hæredibus Lauræ non suffragari; Quia † cum d. promissio habeat clausulam, pro quibus &c. & obligatio sit in forma Cameræ, in qua Notarius stipulatus fuit pro omnibus interesse habentibus, ea suffragatur, *Gratian. consil. 12. num. 7. volum. 1. & fuit dictum in causa Rom. fid. 28. Ianuarij 1577. coram Robusterio, & apud Zacch. decis. 97. num. 1.* Et propterea cum dicta stipulatio Lauram etiam implicitè afficiat, illi etiam dict. promissio fauet, & eius hæredibus.

6 Nec releuat, quod quando † dos incipit à traditione non autem à promissione si non constat de dolo aut mala fide, dans non tenetur de euictione, *l. final. C. de iur. dot.* Quia cum in hoc casu adsit expressa promissio de euictione, non est opus aggredi hanc quęstionem, cum sufficiat dicere eui-
7 ctionem † fuisse expresè promissam, & propterea promittentem ligare ad *tex. in cap. qualiter de pact.*

Demum non obstat, quod euictio in causa fideicommis-
8 si quàm proueniens ex natura † rei non veniat generali promissione euictionis, *Rot. decis. 152. num. 4. & decis. 211. num. 5. par. 2. diuers.* Quia quando verba promissionis sunt vniuersalia, & prægnantia, qualia sunt ista (promisit esse liberum, & defendere, liberare, & disbrigare ab omni one-
9 re, &c.) † comprehenditur etiam casus euictionis prouenientis ex fideicommisso, vt in ijsdem decisionibus admittitur cum ibi alleg.

Et ita vtraquè &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Remissoria in causa prophana, vt concedatur, quid sufficiat. Articuli, quando nō sint admittendi. Et afferuntur nonnulla signa ex quibus probatur, quod aliqua Ecclesia sit Cathedralis. Traditiones à maioribus confirmatæ sunt irrefragabiles, & in Ecclesijs particularibus suam habent auctoritatem, vt in iure obtinent consuetudines, moribus vtentium receptæ.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in causa prophana, vt concedatur, non requiritur releuantia omnium articulorum, cum vnius releuantia sufficiat.*

2 *Remissoria in causa prophana, quando conceditur non requiritur fumus probationis.*

Probatio, probationem non excludit, num. 2.

3 *Remissoria non denegatur propter præsumptionem solius calumniæ.*

4 *Articuli non sunt admittendi, quorum probationes non concluderent ad victoriam causæ.*

5 *Festum Dedicationis Ecclesiæ in Ecclesia Cathedrali celebratur.*

6 *Decimas exigendi facultas in toto Territorio spectat ad Ecclesiam Cathedralem.*

7 *Sacramentorum omnium indistincta administratio pertinet ad Ecclesiam Cathedralem.*

8 *Obseruatio traditionum Ecclesiasticorum Sacrorum Canonum, ac SS. Patrum sententijs, & auctoritatibus, quanta sit.*

9 *Traditiones à maioribus confirmatæ sunt irrefragabiles.*

10 *Traditiones in Ecclesiis particularibus suam habent auctoritatem, vt in iure obtinent consuetudines, moribus vtentium receptæ.*

DECISIO CLXXVII.

CVm pro parte Capituli Ecclesiæ Cæsaraugustanæ peteretur remissoria super articulis continentibus actus, gesta, priuilegia, concessiones, enunciatiuas, ritus, & cæremonias, denotantia illius maioritatem, & prærogatiuam: die 21. Iunij superioris anni * proposui dubium: An super huiusmodi articulis danda esset remissoria. Et Domini ex rationibus tunc deductis, negatiuè responderunt. Verùm proposita sæpiùs causa super ijsdem, nonnulla videbantur sua-
1 dere concessionem remissoriæ: videlicet qualitas † causæ? quę cùm sit prophana, non exigit releuantiam omnium articulorum: cùm vnius, vel alterius articuli releuantia suffi-
2 ciat. Minusquè requirit fumum † probationis: sed concedi, & expediri consueuit, etiamsi probationes alterius partis contrarium concludant: ea ratione, quod probatio probationem non excludit. Attento præsertim, quòd causa coram me vertatur in tertia instantia, quodquè per solius
3 † calumniæ præsumptionem remissoria in hoc Tribunali non soleat denegari.

Aliqui verò ex Dominis considerabant, quod quàmuis contenta in huiusmodi articulis tenderent ad eludendum pleraquè adminicula, adducta pro parte Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari: attamen Decisio Reuerendissimi Domini Decani,* super qua emanarunt sententiæ, videtur sustineri posse ex alijs probationibus diuersis, à materia articulata. Ideo-
4 què † ne admitterentur articuli quorum probationes non concluderent ad victoriam causæ, *leg. ad probationem, C. de probat. l. 1. ff. de inoffic. testam. cap. cum contingat, vbi gloss. & Bald. numer. 1. de offic. deleg. Old. consilio 316. num. 1.*

Fuit hodiè resolutum, vt circumscriptis pro nunc probationibus Ecclesiæ Beatæ Mariæ, quòad contenta in articulis datis, iterùm suscipiatur disputatio super negocio principali.

Quàmuis enim sublatis Codice Moralium Sancti Gregorij: denominatione Aulæ Valerianæ, in memoriam residentiæ Valerij Episcopi Cæsaraugustani ædificatæ: ac inscriptione apposita sub lapideo signo Agni gerentis vexillum: necnon existentia Capellani Maioris, & Campanæ, quam vocant interdicti, de quibus in dictis articulis, videantur corruere pleraquè adminicula in decisione Reuerendissimi Domini Decani, ex præmissis congesta ad firmandum, quod Ecclesia B. Mariæ antiquitùs fuerit Cathedralis. Nihilominùs ex alijs, quæ in dictis articulis non continentur, supersunt adhuc argumenta: quibus idem status Cathedralitatis prætenditur posse probari: nimirùm antiqua traditio, tàm Historicorum, quàm aliorum Scriptorum narrationibus, ac testimonij comprobata: scriptura extrà Codicem Moralium considerata: simplex dicti Agni signum, circumscripta illius inscriptione, consideratum: enunciatiuæ in literis Apostolicis, maximè Gelasij Secundi, simul cum literis Petr. Librani Episcopi, ac sententijs antiquis contentæ: consuetudo inueterata celebrandi Festum
5 † Dedicationis Ecclesię B. Mariæ ipso eodem die, quo Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis celebratur: facultas exigendi
6 † Decimas in Territorio Cæsaraugustano: mutua in sepeliendis vtriusquè Ecclesiæ Canonicis officia: omnium Sa-
7 cramētorum, prout in Cathedrali † indistincta administratio: ac deniquè prærogatiuarum, & præeminentiarum in processionibus, & sessionibus æqualitas: quæ omnia etiam testibus iudicialiter examinatis fuerunt comprobata.

Ex his igitur videbitur, an sufficienter firmari possit, quod de traditione dictæ antiquæ Cathedralitatis Ecclesiæ Beatæ Mariæ, quasi per manus accepta, referunt vltrà 50. authores, non modo Hispani, sed etiam aliarum nationum Historici, cumulati in dicta decisione Reuerendissimi Domini Decani: quod scilicet ab aduentu Sancti Iacobi Apostoli, & miraculosa Beatæ Mariæ, quam ipse meruit, apparitione sumpserit initium. Et an huic traditioni deferendum esse suadeat constans de ea Ecclesia in Hispanijs
8 professio: itaut in casu proposito † applicari possint, quæ de obseruatione traditionum Ecclesiasticorum Sacrorum Canonum, ac SS. Patrum sententijs, & auctoritatibus, vt Sancti Augustini in Epistola ad Ianuarium, relata, *in cap. Catholica, vbi glos. 11. distin.* Sancti Hieronymi ad Lucinam, relata *in cap. vtinam, distin. 76.* Nicolai Magni Pontif. *in cap. ridiculum, 12. distinct.* & aliorum quos cumulat *Gregor. Tholos. in repub. lib. 12. cap. 9 sub num. 4.* ex Basilio
9 Magno docens, traditiones † à maioribus confirmatas, esse irrefragabiles. Quas etiam in Ecclesijs particularibus suam
10 habere † auctoritatem, vt in iure obtinent consuetudines, moribus vtentium receptæ, tradit Azor. *Institut. Moral. lib. 8 cap. 4. quæst. 4.* & in terminis Pater Murilio lib. de hac Ecclesia, latè prosequitur materiam *capitulo 1. 2. 3. & 5.*

Quòd si ex præmissis fortè resultaret sufficiens probatio Cathedralitatis dictæ Ecclesiæ, à Diuo Apostolo instructæ, quo tempore Christianis in vno eodemquè loco, vel ciuitate, neq. amplas, neq. plures Ecclesias habere permissū

erat

erat: inde faciliùs quoque capi poterit resolutio: Quòd præsumptio primordialis ac originariæ Cathedralitatis Ecclesiæ Sancti Saluatoris, vsquè ab initio referri debeat ad initium illorum temporum, quę subsecuta fuerunt statum Cathedralitatis alterius Ecclesiæ: quodque Ecclesię S. Saluatoris, eorundem posteriorum temporum respectu, conueniat antiquitas, de qua in denominationibus antonomasticis, & alijs in dicta decisione Reuerendissimi Domini Decani latè deductis.

Et ita vtraquè, &c.

* Et decisio 142. supra in hac eadem parte.

* Idest sub die 1. Martij 1630. & est decisio 353. part. 5. recent.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Casalis de Caualerijs.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Dispositio captatoria, an valeat, & quæ dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transitum facit in rem iudicatam, ob non interpositam appellationem intra tempus præfixum.*
2 *Restitutioni in integrum non est locus, quando clara est validitas, & iustitia sententiæ.*
3 *Sententiæ validitas redditur clara, ex reuolutione actorum.*
4 *Dispositio captatoria est à iure improbata.*
5 *Dispositio, quando dicatur captatoria.*
6 *Dispositio, si recipiat conseruationem agnationis, ideò tanquàm facta ad bonum finem, & effectum, non censetur captatoria.*
7 *Ruin. in consil. 20. num. 10. & seqq. lib. 2. declaratur.*
8 *Bonus finis, & effectus non suffragatur ad sustinendum actum à iure improbatum.*
9 *Captatoria voluntas, nec ad fauorem piæ causæ sustinetur.*
10 *Bart. opinio reijcitur.*
11 *Text. in capit. cum tibi de testament. declaratur, & num. 12.*

DECISIO CLXXVIII.

VIsum fuit Dominis constare de re iudicata, non autem
de causis restitutionis in integrum. Ratio primi di-
cti fuit, quia cum sententia lata fuerit sub die 17. Septem-
bris, Appellatio autem fuerit interposita sub 12. Octobris,
1 euidenter constat dictam appellationem non † fuisse inter-
positam intra legitima tempora, nempè intra decem dies,
& consequenter dictam sententiam transitum fecisse in iu-
dicatum *Auth. hodiè, C. de appellat. cap. quòad consultatio-*
2 *nem, de re iudic.* Ratio autem secundi dicti fuit, † quia cum
clara sit validitas, & iustitia eiusdem sententiæ non est locus
restitutioni in integrum. *Rot. decis. 1. de restit. in integr. decis. 132. num. 1. par. 1. recent. & decis. 134. num. 1. post 2. volumen consil. Farinac. & Add. ad decis. 459. sub num. 11.*
3 *san. mem. Gregorij.* Validitas † quidem redditur clara ex
reuolutione actorum, iuxtà *vulgatã decis. 260. par. 2. apud Verall.* Iustitia quoque est euidens ex decis. in hac causa facta coram me sub die 25. Iunij superioris anni, * in qua
fuit conclusum Octauio denegandam esse immissionem
vigore substitutionis olim factæ per Bernardinum in suo testamentum cum dicta dispositio Bernardi ad fauorem filiorum Domitij concepta sub conditione quatenùs Domitius similem substitutionem faceret ad fauorem filiorum
4 ipsius Bernardi, fuerit † captatoria, ideoquè à iure impro-
bata ex latè deductis in eadem decis. quibus addi possunt *Castill. quotid. controuers. iur. par. 2. cap. 6. num. 3. & 4.* vbi contra *Castren. in l. captatoriæ, ff. de legat. 1.* & infinitos illius Asseclas, quos ipse Castill. enumerat ad finem, latè de-
5 fendit solam dispositionem, de qua in casu isto, † dici pro-
priè captatoriam, exclusis eis quæ in alienæ voluntatis arbitrium, vt alterius mentis secretum conferuntur, quas non esse captatorias pluribus prosequitur, cuius etiam opinionis fuit *Ant. Faber de erronib. Pragmaticorũ par. 3. decad. 51. error. ad med. 4. versic. Atq; in eo primum, & error. 5.*
Nec obstat, quod dicta dispositio respiceret cõseruatio-
6 nem bonorum in agnatione; † Ideoque tanquàm ad bo-
num finem, & effectum facta, non censeatur captatoria, vt in puncto tenuit *Ruin. consil. 20. num. 10. 11. & 12.* Quia vel opinio ista Ruin. non est tuta, cum in contrarium expressè vrgeat dispositio iuris, & communis Doctorum o-
7 pinio; † Vel intelligenda est, vt possit procedere, vbi quis
per viam liberè dispositionis, ac per modum consilij inuitat; non autem, quando, per viam expressè conditionis coarctat, ac elicit alterius dispositionem, sibi, vel suis fauorabilem, vt ponderatum fuit in dicta decisione. Bonus enim
8 † finis, & effectus non suffragatur ad sustinendum actum à
Iure improbatum, prout in his terminis constat quamplu-
9 res tenuisse captatoriam voluntatem, neque † etiam ad fa-
uorem piæ causæ sustineri. *Bald. in l. captatorias, num. 2. & 7. C. de milit. testam.* cum alijs quos enumerat *Tiraquell. de Priuileg. piæ caus. priuileg. 64. vers. Contrarium,* quibus addi possunt *Castill. controu. iur. par. 2. c. 5. num. 7. & Ant. Faber de error. Pragmatic. par. 3. decad. 5. d. error. 4. ante medium, versic. sicut, & fauore.*
10 Nec obstare videtur contraria opinio *Bartoli,* † quem
sequitur *in d. l. captatoriæ, num. 2. versic, vel quia etiam, ff. de leg. 1.* & alij latiùs enumerati per eundem *Tiraquell. de Priuileg. piæ causæ, d. Priuileg. 64. in princ.* Quia *Bart.* fundat sententiam suam in *text. cap. cum tibi, de testam.* in cuius intellectu hallucinatum fuisse Bartolum, reprobata eiusdem Bartoli opinione apertè profitetur *Bald. in d. l. captatorias, d. num. 2. & 7. C. de militar. testam.* ea demum ratio-
11 ne, † quia *text. in d. cap. cum tibi,* loquitur de commissione
distributoria, non autem de voluntate dispositoria, itaut ad captatoriam dispositionem nullatenus trahi possit *Castill.*
12 *& Faber locis præcitatis,* à cuius quidem † Textus con-
grua interpræatione articuli istius admodùm obscuri resolutionem pendere fatetur ipsemet *Tiraquell. d. Priuileg. 64. in fin.*
Et ita conclusum vnica tantùm parte informante, &c.

* Habes hanc decisionem infra prout in Indice posito in fine decisionum.

R. P. D. GHISILERIO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator ex quibus pręsumatur vocasse etiã fœminas ad fideicommissum. Monasterium ex persona professi succedere volens ad bona fideicommisso subiecta, quando excludatur. Monasterium non habetur loco filij veri, sed ficti.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum, & successorum sanguinis appellatione veniunt omnes in infinitum.*

2 *Hæredis nomen non minùs fœminis conuenit, quàm masculis.*

Hæredis nomen est commune, tàm maribus, quàm fœminis, num. 2.

3 *Clausula, si sine filijs, potest etiam adaptari fœminis.*

4 *Neptis ex filio facit deficere conditionem, si sine filijs &c.*

5 *Masculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus, dummodò non sit habita ratio conseruandæ agnationis, & num. 7.*

6 *Agnatio per fœminas non potest conseruari.*

8 *Agnationis conseruandæ ratio, non censetur habita à testatore, dum deficientibus hæredibus, expresè substituit fœminas.*

9 *Dictio, omnis, neminem excludit.*

10 *Dictio, omnis, ita comprehendit omnia, ac si de singulis facta esset expressa mentio.*

11 *Dictio, omnis, prædicatur de pluribus, quàm de duobus.*

12 *Dictio, vt supra, est repetitiua omniũ præcedentium, cum suis qualitatibus, & temporibus, & num. 13.*

14 *Testator, quoties ordinauit, quod eueniente casu substitutionis, certa pars bonorum deueniat ad causam piã, tunc Monasterium excluditur.*

15 *Confraternitas est causa pia, si sit congregatio personarum instituta ad exercitium pietatis.*

16 *Testator, quando vsus est verbis denotantibus veram filiationem, & non fictam, tunc loco filij non venit Monasterium.*

17 *Monasterium, dicitur solùm filius, per fictionem.*

18 *Monasterium non potest dici filius verè, & naturaliter natus ex corpore instituti, nec filius legitimus, & naturalis.*

19 *Testatoris verba verè, & naturaliter non autem fictè sunt intelligenda.*

DECISIO CLXXIX.

IVlius Cæsar Rosatus facto fideicommisso ad fauorem filiorum masculorum, & eorum hæredum in casum, in quem eius filij, & hæredes decederent sine filijs legitimis, & naturalibus ex se natis, in medietate hæreditatis substituit filias fœminas, & earum hæredes & successores in stirpem, in altera verò medietate residui, & sic quarta totius hæreditatis filios, & hæredes masculos q. Terentij fratris, & eorum hæredes, & successores, & in reliqua parte, hoc est alia quarta, Veñ. Confraternitatem Sanctissimi Corporis Christi Terræ Vissi. Decesserunt omnes hæredes masculi Testatoris, ac demùm Daria, & Flauia professæ in Monasterio Sanctæ Margaritæ de Vrbe, per quarum obitum finita etiam linea fœminarum, DD. censuerunt purificatum fideicommissum ad fauorem Confraternitatis, & Consortum.

De existentia fideicommissi realis, perpetui, & absoluti, nedum fauore vocatorum, sed etiam, substitutorum, & sic ad fauorem Confraternitatis, & Consortum, dubitari non potest, quia ex lectura tàm Testaméti, quàm Codicillorum, satis, superque apparet Testatorem voluisse constituere fideicommissum perpetuum, vt propterea omnes vocati teneantur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad vltimum substitutum, cum cõditio, si sine filijs, fuerit adiecta non solùm primis hæredibus, sed etiam vlterioribus, & eorundem hæredum successoribus, vt fuit resolutum corã R.P.D. meo Vbaldo 27. Nouembr. 1628.* & 30. Aprilis 1629.* in decisionibus in hac causa factis.

Vocationem verò dictarum Monialium, desumpserunt
DD. non solùm ex verbis Testamenti, & Codicillorum, in
quibus Testator non solùm vocauit filios priori loco, sed e-
tiam eorum hæredes, & successores, quorum appellatione
venire descendẽtes, & successores sanguinis, & in eis indu-
ctum fuisse fideicommissum descensiuum, firmauit Rot. in
supradictis decisionibus coram R.P. D. meo Vbaldo cum
1 † hæredum, & successorum sanguinis appellatione veniant
omnes in infinitum, vt in specie notat *Eug cons. 21. num. 21.*
& seqq lib. 2. mentio enim, & nomen hæredis non minùs
2 fœminis conuenit, quàm masculis, † tanquàm communis ad
mares, & fœminas, *Alex. cons. 140. num. 22. & seqq.* Et in in-
diuiduo de Daria, & Flauia, dixit Rota in hac causa 7. No-
uemb. 1629. coram me ad fin. *vers. Quod autem Daria.* Sed
3 etiam ex conditione, & clausula, si sine filijs, † quæ potest
etiam conuenire filiabus Herculis licet fœminis, siquidem
attentis verbis Testamenti, ibi, voluit, & mandauit, quod si
quis dictorum eius filiorum tàm notorum, quàm posthu-
morum moreretur, quandocumq; in pupillari ætate, vel po-
stea quãdocunq; sine filijs legitimis, & naturalibus ex se na-
tis, succedat vnus alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, &
successores in stirpem in omnibus & per omnia, & sine ali-
qua diminutione, &c. apparet fęminas descendentes, ex vo-
catis in defectum masculorum esse admittendas ad hære-
ditatem, cum vt fuit firmatum in d. decis. 7. Nouemb. 1629.
4 in hac causa coram me facta, neptis † ex filio faciat deficere
cõditionem; si Institutus decesserit sine filijs, ex regula, quod
in fideicommissis, & vltimis voluntatibus masculinum con-
5 cipit † fœmininum, dummodo non fuerit habita ratio con-
6 seruandæ agnationis, quæ non potest † conseruari per fœ-
minam, *l. pronũciatio, in fin. ff. de verb. signif.* ibi, *mulier au-
tẽ familia sua, & caput, & finis est, l. familiæ, in fin.* ibi, *quia
qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur, eod.
tit.* Nec de contraria mente Testatoris appareat, *l. 1. C. de
condit. insert.* ibi, *nisi alia defuncti voluntas euidenter pro-
7 betur, l. si plures, ff. de vulg & pupill.* ibi, *nisi fortè alia † fue-
rit mens Testatoris, quod vix credendum est, nisi euidenter
fuerit expressa, l. libertas quæ. § vlt. ff. de manumiss. testam.*
ibi, *nisi aliud sensisse patrẽfamilias, manifestissimis ratio-
nibus, is, à quo libertas relicta est probauerit. l. nuptura. ff. de
iur. dot.* ibi, *nisi euidentissimè contrariũ probetur,* quæ mili-
tant in præsenti, cum ex supradictis verbis non constet de
contraria mente Testatoris in præiudicium fœminarũ, neq;
8 fuerit habita † ratio conseruandæ agnationis, dum deficiẽ-
tibus hæredibus, & sine linea descẽdentium fideicõmitten-
tis, expresè substituit fœminas, & confraternitatem penitùs
extraneum. Comprobatur etiam talis vocatio, attentis ver-
bis Codicillis, ibi, & eorum hæredes, & successores filios ex
eis descendẽtes, &c. cum vigore substitutionis successerint
supradictæ Moniales, & ex relatis verbis pariter põderatis
in allegata decis. 7. Nouemb. apparet reciprocã substitutio-
nem compræhendere omnes descendentes ex filijs substi-
tutis.

Supradicta tanto magis procedunt ponderando verba,
quibus vsus est Testator, cum ex eis declaretur ipsius mens,
nam verba illa, *Et si omnes dicti eius filij, & hæredes, dece-
derent,* vt supra, tanquàm vniuersalia sunt apta compręhen-
dere etiam filias positas in conditione, quia illa dictio vni-
9 uersalis, † *Omnes,* neminem excludit, *l. 1. ff. de leg. 1.* & idem
10 operatur, ac si de singulis esset facta expressio † specialis,
*Bart. in l. 2. ff. de nouation. Aym. cons. 308 num. 6. Ceph. cons.
156. n. 22.* & si referretur ad institutos tantùm, esset contra
11 naturam verbi, *Omnes,* † quod prædicatur de plurib. quàm
de duobus, *l. non distinguimus, § si plures, ff. de arbit. Innoc.
in c. quia propter. nu. 5. de elect.* Item addidit verbum, vt su-
12 pra, † quod est repetitiuum omnium præcedentium cum
suis qualitatibus, & temporib. *Rol. cons. 56. nu. 25. lib. 3. Surd.
cons. 421. nu. 16. Rota in Romana dotis 7. Febr. 1624. coram
R. P. D. meo Merlino;* ita vt eodem modo censeatur intel-
lexisse de filijs, & hæredib. in conditione, quo in dispositio-
ne præcedenti. Et quemadmodum in substitutione præce-
denti, illius conditio, non legitur limitata ad tempus mortis

persona-

personarum primi gradus, sed est indeterminatè elata ad tempus mortis omnium hæredum, & successorum, vt fuit resolutum in decisionibus factis coram R. P. D. meo
13 Vbaldo, ita intelligi † debet vltima substitutio, vt scilicet referatur ad mortem omnium successorum cuiuscumque gradus. Si igitur ex supradictis apparet, Testatorem supra apposuisse conditionem, si sine filijs legitimis, & naturalibus ex se natis, sub eadem conditione dicendum est etiam grauasse omnes, & sic etiam dictas Dariam, & Flauiam Moniales in fideicommisso compræhensas.

Nec dicatur, quod supradictæ successerint solùm tanquàm filiæ positæ in conditione, non autem vti grauatæ, quia dum Testator dixit, quod si omnes filij, & hæredes decederent &c. deindeque dixerit, si autem omnes d. eius filij masculi, & fœminæ decederent, vt supra &c. omnes vocauit, & omnes eodem modo grauauit, si decederent sine filijs, & eodem modo quo istæ neptes, tanquàm in conditione positæ, & vocatæ, excluserūt substitutos post mortem Iulij Cęsaris vltimi grauati, eodem etiam modo videntur grauatæ in casu, quo & ipsæ decederent sine filijs, ne sint melioris conditionis, quàm ipse Iulius Cæsar, qui primo loco successerat illis exclusis, illarum enim existentia, potuit quidem vocationem substitutorum suspendere, non autem facere deficere, ex iisdem rationibus, ex quibus nec existentia Iulij Cæsaris fecerat expirare substitutionem, etiamsi vocationem substitutorum suspenderit, donec vixit.

Præmissis non obstat, quod in Codicillis eiusdem Testatoris habeatur mentio de masculis, ita vt scriptura Testamenti debeat recipere interpretationem exclusiuam fœminarum; Quia ex lectura eorundem Codicillorum non constat de exclusione fœminarum; Nam quamuis qualitas masculinitatis sit adiecta filijs, ac nepotibus, ita vt, illis existentibus excludantur fœminæ, non tamen vltra processit Testator ad exclusionem fœminarum, & extraneorum, illis deficientibus. Quinimò, vt supra dictum fuit, illas expressè vocauit sub nomine filiorum, & existentia masculorum non in perpetuum exclusit fœminas, sed ad tempus, vt primò succedant masculi, & deinde fœminæ.

Non obstat, quod Monasterium S. Margaritæ, in quo dictæ Daria, & Flauia professionem emiserunt, prætendat succedere ab intestato in bonis dicto fideicommisso subiectis; Quia stante fideicommisso, & clara substitutione ad fauorem Confraternitatis, & litis consortum. Monasterium remanet exclusum; Et licet in alia decisione coram me, dicatur Monasterium esse admittendum, tamen hoc debet intelligi, durante vita fœminarum, post quarum obitum expirauit ius Monasterij, propter purificationem dicti fideicommissi ad fauorem prædictæ Cōfraternitatis. Quo-
14 ties enim † Testator ordinauit, quod eueniente casu substitutionis, certa pars bonorum perueniat ad piam causam, tunc Monasterium excluditur, *Curt. Iun. cons. 187 num 33. Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. num. 51. Fusar. de subistitution. quæst. 429. num. 41.* nec videtur posse dubitari, quin
15 † Confraternitas sit causa Pia, cum sit Congregatio personarum instituta ad exercitium Pietatis, vt dictum fuit *in Bergomen.* Cappellaniæ 18. *Maij 1629. coram R. P. D. meo Merlino*: & in Ecclesia de consensu Episcopi, *Gabr. cons. 162. num. 7. lib. 1 Fusch. de visit. lib. 2. cap. 14. n. 4. & 5. Gabr. de pia caus. conclus. 1. num. 22. & seqq.*

Supradictis accedit, quod Testator vsus fuit verbis de-
16 notantibus † veram filiationem, non fictam, ex quo vocauit filios legitimos, & naturales ex se natos, tàm in Testamento, quàm in Codicillis, quæ qualitas non potest ada-
17 ptari Monasterio, quod solùm † dicitur filius per fictionē, *Peregr. de fideicom. art. 28 num. 78. & seqq. Rustic. in l. cum auo, lib. 5. cap. 1. nu. 44. & seqq. ff. de cond. & demonst. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 6. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 19 num. 6.* latè *Fusar. d. q. 429. n. 27. & seqq.*
18 cum verè, & † naturaliter non possit dici filius ex suo corpore natus, nec filius legitimus, & naturalis, & verba Testatoris sunt intelligenda verè, & naturaliter, non autem fictè, *l. fideicommissum. ff. de cond. & demonstr.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

* Prima est decisio 216. & secunda est 269. par. 5. recent.

¶ Infra adsunt aliæ decisiones in hac causa idest sub die 30. Maij 1633. coram eodem R. P. D. Ghisilerio, & sub die 4. Decemb. 1634. coram R. P. D. Merlino.

R. P. D. MERLINO.

Clusina Hæreditatis.

Die Veneris 18. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator, si vocauerit plures personas ad eius hæreditatem, quando censeatur eas vocasse in capita, & quando in stirpes. Filij diuersorum fratrum, quando succedant patruo in capita, & quo casu in stirpes, declaratur. Sentencia non conformis, libello, & rei petitæ est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Vocati, quando sunt plures ex vna parte, & vnus ex altera nominatus est nomine proprio, tunc fiunt duæ partes hæreditatis, & tantùm habet ille solus, quantùm illi plures, & num. 2.*

3 *Repræsentatio id operatur, vt filius assumat gradum succedendi, qui patri competebat, & omnia iura gradui cohærentia.*

4 *Vocatus, quando quis est ad partem censetur regulariter ad dimidiam portionem vocatus.*

5 *Vocatio, & successio per stirpes, videtur rationabilior, quàm per capita.*

6 *Filij diuersorum fratrum, quando sigillatim sunt hæredes instituti, proprijs nominibus expreßis, tunc non in capita, sed in virili portione singuli censentur ad successionem inuitati, & num. 7.*

8 *Institutioni facta pluribus hæredibus, si sit adiecta dictio, æquè, seù pro æquali portione, & rata, eò casu succesßio distribuitur in viriles inter omnes vocatos.*

9 *Et hoc procedit, etiam si vnus nomine proprio, alij vero collectiuo nomine vocati sint.*

10 *Testator præsumitur in dubio, se omnino voluisse conformare, cum dispositione Iuris commūnis.*

11 *Filij diuersorum fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, non autem in stirpes, si cum alio patruo non concurrant.*

12 *Accurs. in Auth. cessante super verb. in stirpes, C. de legit. hæred. refutatur.*

13 *Text. in l. interdum, ff. de hæred. institut. declaratur, & alij DD. num. 14.*

15 *Ad successionem, quando plures in pari gradu existentes veniunt, tunc ipsi, proprio Iure, & ex propria persona dicuntur succedere, & non repræsentatiuè.*

16 *Representatio datur solum inter dispares, in gradu.*

17 *Partis appellatione, licet regulariter non expressa certa portione intelligatur de dimidia, tamen secus est, si adiungatur adiectiuo, æqualis, & num. 18.*

19 *Clausula, æqualiter, tunc importat vocationem in capita,* quan-

quando plures eodem verborum contextu sunt instituti æqualiter.

20 *Clausula, pro æqualibus portionibus qualiter sit intelligenda.*

21 *Sententia non conformis libello, & super non petitis lata est omninò nulla.*

22 *Sententia non conformis libello, est adeò nulla, quod etiam si ratificata sit, non valet.*

23 *Hæredes plures, quando sunt condemnandi ad aliquid faciendum, tunc non vnus tantum est insolidum condemnandus, sed omnes pro rata.*

DECISIO CLXXX.

CIOLVS de Ciolis in testamento hæredes sibi scripsit nepotes ex duobus fratribus per hæc verba: *Instituit hæredes, &c. Alexandrum, & Persium fratrem illius, natum, ex Petro de Ciolis fratre germano dicti testatoris ex vna parte, necnon etiam Augustinum de Ciolis natum ex Stephano similiter eius fratre germano pro æquali rata, & portione, &c.* Augustinus vigore d. testamenti per tres sententias conformes obtinuit Immissionem in dimidia parte hæreditatis d. Cioli, & hodie causa in Rota introducta, Proposui dubium, An illæ sint exequendæ, & per Dominos negatiuè responsum fuit.

Quàmuis enim Domini non essent concordes, An in proposita facti specie Nepotes succedere deberent Ciolo patruo in capita, & pro virili, an verò in stirpes, seù pro dimidia.

Aliqui enim existimabant successionem verè esse in duas partes diuidendam, & vnam partem assignãdam esse Alexandro, & Persio, alteram verò partem Augustino, quia quando vocati sunt plures ex vna parte, & vnus ex altera
1 parte nominatus est nomine proprio, † duæ fiunt partes, & tantùm habere debet iste solus, quantùm illi plures, apparet enim tunc de quadam sectione hæreditatis, & videntur facta duo corpora, & duæ denominationes iuxta dispositionem *tex. in l. Interdum, in fin ff. de hæred. instit. l. Titius fundi, ff. eodem, l. planè la prima, § primò, ff. de leg. 2. Peregr. de fideicom. art. 17. num. 20. & 21. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 6. Laderch. consil. 18. num. 1.* siquè testator in capita vocare voluisset Nepotes in tres partes æquales hæreditatem secasset, & vnamquamque singulis viritim assignasset, sed duas tantùm hic fecit partes, ponderando etiam quod illa verba, *ex vna parte*, sunt apposita duobus Nepotibus Alexãdro scilicet, & Persio, quos si in capita admisisset, non dixisset ex vna parte, sed ex duabus.

Ex quibus etiam deducitur, quod testator videtur Nepotes considerasse tanquàm repræsentantes eorum Patrẽ, & sic in stirpes, qua posita repræsentatione, certùm est duas fieri partes, nec attendi, quod ex vna parte duo extent, &
2 ex alia vnus tantùm, nam † tantùm habere debet iste vnus succedens in locum sui patris, quantùm illi duo succedentes pariter in locum patris, cum repræsentatio id operetur,
3 † vt filius assumat gradum succedendi, qui patri competebat, & omnia Iura gradui cohærentia, & quæ competerent parentibus si viuerent, *§. si igitur. auth. de hæred. ab intest. venien. §. cum filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Menoch. cons. 413. num. 39. & præsump. 95. num. 2. lib. 4. cum alijs per Castill. quotid. controuers. cap. 19. nu. 8. & seqq. per 3. latè Gabr. cons. 1. per tot. lib. 2.* Dumque ad
4 partem quis vocatur, † regulariter ad dimidiam portionem censetur vocatus, *l nomen, §. portionis, ff. de verb. signif. Tiraq. in l. si vnquàm, verbo partem, num. 8. C. de reuoc. don. Decian. cons. 41. num. 140. lib. 1. Cardin. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 9. tit. 2. num. 24. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. fol. 388. num. 7. Surd. cons. 507. num. 1.*
5 *& 508. num. 8.* & vocatio, † ac successio per stirpes videtur rationabilior, quã per capita, vt inquit, *Bald. cons. 199. sub libro num. 4. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 526. num. 17.*

Alij verò ex Dominis putabant, successionem defe-
6 rendam esse in capita. Tum quia singillatim † dicti Nepotes instituti sunt hæredes non quidem nomine collectiuo Nepotum, sed proprijs nominibus expressis, & vnicui-
7 que eorum distributis, vnde in capita, † & pro virili portione singuli videntur ad successionem inuitati, vt consuluit, *Bald. cons. 243. lib. 2. Corn. cons. 72. num. 6. lib. 2. Laderch. cons. 18. num. 8.* Tum etiam quia dictæ Institutioni
8 † adiecta est dictio, *æquè, seù pro æquali rata, & portione*, quæ distribuit successionem in viriles inter omnes voca-
9 tos, etiamsi vnus nomine proprio, † alij verò collectiuo nomine vocati fuissent, vt ponderant, *Bart. Imol. & Castr. in l. fin. & præsertim. Ias. num. 4. C. de impuber. & alys, subst. Corn. cons. 75. num. 6. in fin. lib. 1. Decian. consil. 382. num. 2. & 597. num. 9. Gabr. consil. 130. num. 11. & 18. lib. 1. Cardin. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 6. Laderch. cons. 18. num. 2. plenè Giouag cons. 23. num. 1. & cons. 24. nu. 11. & 12. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 477. num. 20.*

Quæ sententia eò magis illis Dominis recipienda videbatur, quia, hac retenta, testator dicitur se omninò confor-
10 masse † cum dispositione Iuris communis, prout in dubio censeri debet, ex *Bart. in l. Iurisiurandi, §. si liberi, ff. de oper. libert. Alex. cons. 15. num. 5. lib. 4. Aldob. cons. 102.*
11 *num. 2. lib. 1.* de iure enim communi filij diuersorum † fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, non in stirpes, quando cum alio patruo non concur-
12 runt, itaut quot sunt filij, tot sint partes, prout, reiecta † Accursij opinione, & comprobata Azonijs sententia, cumulatè docet post alios *Thesaur. decis. 162. num. 2. & 3.* quàm Iuribus, rationibus, & congestis auctoritatibus doctè defendit *Cephal. cons. 341. per tot. D. Facchin. controuers. Iur. cap. 3. per tot. lib. 6. latissimè Castill. quotidian. controuers. cap. 19. num. 81. Giouag. d. cons. 23. num. 8. & sequuta fuit Rota in decis. 27. per tot. par. 1. recent. & post modern. Forolivien. de legitim. decis. 24. num. 1. & in Florentina fideicom. de Cambijs 19. Iunij 1627. coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Neque deducta in contrarium obstare videbantur, quia
13 † *text. in l. Interdũ, ff. de hæred. instit.* procedit, quando vnus ex Nepotibus est vocatus nomine proprio, alij autem nomine collectiuo, & quando non est addita dictio, *æquè*, aut alia clausula æquipollens, & importans diuisionem in viriles, vt expressè habetur in d. l. interdum in fine, ibi,
14 qua detracta, & ita etiam loquuntur † DD. in prima sententia adducti, quemadmodum benè declarat *Giouagnon. d. consil. 23. numer. 1. & consil. 24. numero 8. ad 12.*

Quæ autem dicebantur de repræsentatione non appli-
15 cari putabant, quia quando plures † in pari gradu existentes veniunt ad successionem, tunc ipsi proprio Iure, & ex sua propria persona dicuntur succedere, non autem repræ-
16 sentatiuè, quæ repræsentatio † datur solum inter dispares gradu, vt puta si Nepotes vna cùm patruo concurrant ad successionem alterius patrui, iuxta *text. in auth. post fratres, C. de legitim. hæred. §. si igitur, il 2. in fin. auth. de hæred. ab intest. ven. quos textus appositè ponderat D. Facchin. controuers. iur. d. cap. 3. vers. quod autem ex nouella lib. 6. & seqq. Castil. quotidian. controuers. d. cap. 19. num.*
17 *83.* partis † verò appellatio, quàmuis regulariter non expressa certa portione intelligatur de dimidia, attamen
18 quando iungitur adiectiuo, † *æqualis*, non pro dimidia, sed viritim omnes admittit, etiamsi vocatos sub nomine collectiuo, vt post *Gabr. cons. 130. num. 18. & 19. lib. 1. benè declarat. Cost. de portion. rat. præmiss. 6. numero 7. & 8.*

Sed Domini, qui primam opinionem tuebantur, respõ-
19 debant † clausulam, *æqualiter, seu pro æquali portione*, tunc importare vocationem in capita, & pro virili, quando plures eodem verborum contextu sunt instituti æqualiter, vt puta si sit dictum, Titius, & filij Caij æquè mihi hæredes sunto, secus verò dum non eodemmet verborum contextu facta est Institutio, tunc enim Titius ex semisse, & filij Caij ex alio semisse intelliguntur instituti, vt post *Castr.*

Castr. in d.l.Interdum, & Dec.cons.597.num.9. declarat. Card. Mantic.de coniect.vltim.vol lib.3.tit.11.num.6. Fusar.de substi.quæst.477.num.21.& 23. Rot.decis.308.nu.3. parte 2. recent. Et in tali casu clausula, *pro æquis portioni-*
20 *bus*, † intelligenda est quoad corpora, non quoad personas, itaut Titius faciat vnum corpus, & filij Caij aliud corpus, quemadmodùm intellexit *Rota decis.770 num.2. par. 2.diuers.*

Cæterùm, quicquid sit in hoc articulo, qui aliam, & particularem disputationem postulat, Domini nullitatem, & iniustitiam sententiarum, de quarum exequutione agitur, aliunde deducebant.

Nullitas ex eò desumitur, quia Augustinus in libello, Summario num. 4. petijt cohæredes condemnari ad soluendum prælegatum scut.60.à Ciolo testatore sibi factum, & ad traden. medietatem bonorum mobilium eiusdem testatoris, narrans iam se immissum in possessionem dimidiæ hæreditatis, Iudex verò pronunciauit Augustinum esse immitten. in possessione dimidiæ partis omnium bonorum relictorum in hæreditate Cioli, vt in Summario num. 5.
21 Vnde huiusmodi † sententia non conformis libello, & super non petitis, est omnino nulla, *l.vt fundus, ff.comm.diuid.Ias.in l.vinum, num.23. ff. si cert. pet.* vbi, quod Iudex pronuncians, vltra petita in libello, dicitur fatuus, *Felin. in cap.licet Heli.num.18.de Simon.Alex.cons.17.num.10.lib. 6.Ruin.cons.62.num.25.22.& 26.lib.5.* vbi quod talis sen-
22 tentia, † etiam quod sit ratificata, non valet, *Surd.cons. 273.num.11. Rota in recent.decis.275.num.7.& decis.571. num.4.part.1.& decis.307 num.3 par.2. & apud Cenc.de cens.decis.187.num.6.& 7.*

Iniustitia autem in dd. sententijs resultat ex eo, quod condemnatur solus Alexander ad dimittendum medietatem bonorum hæreditariorum, vna cum fructibus, & tamen Persius, etiam vna cum Alexandro, erat institutus hæ-
23 res, vnde solus Alexander in solidum † non erat condemnandus, sed vnusquisque pro virili, & portione hæreditaria tenebatur, iuxta *text. in l. pro hæreditarijs, & ibi glos. & DD.C.de hæred.act.Bald.cons.194.lib.4. Gomes.var.resol. tom.2.cap.19.num.3.& 4. Surd.cons.415.num. 14. Thes. Iun.quæst.Forens.cap.67.num.10.lib.2. Rot.coram sanctæ memoriæ Gregorio XV.decis.442.num.3.et 5.*

Et ita Petro, & fratribus de Ciolis tantum informañ resolutum fuit, &c.

¶ In eadem vide infra sub die 12. Maij 1634. coram eodem R.P.D.Merlino.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Legati.

Die Lunæ 14. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Hæres dolosè omittens describere aliqua bona in inuentario, an ex ista omissione priuetur beneficio inuentarij, doctè declaratur. Procurator, si aliquid omittat describere in inuentario, an hoc præiudicet hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, præseruatur ab omni damno, itaut nec in obolo quidem teneatur. & num.22.*

2 *Hæres si dolosè non omittit aliquid describere in inuentario, non priuatur beneficio inuentarij, itaut de proprio teneatur.*

3 *Pœnam non merentur ea, quæ per ignorantiam, per errorem, per simplicitatem, aut bona fide omittuntur.*

4 *Hæres, si in inuentario dolosè aliquid omittit describere per occultationem, subreptionem, vel amotionem, cum in istis casibus dolus cadat manifestus, d. hæres à lege non priuatur beneficio inuentarij, sed puniendus venit tantùm in duplum. & num.5. & num.10.*

6 *Text. in l.vltima, §. licentia, de iur.deliber. qualiter sit intelligendus. & num.9.*

7 *Inuentarij forma indiuidua, & in minimo violata deficit.*

8 *Pœna dupli, quando hæres aliquid dolosè non describit in inuentario, an sit pœna addita, & adducta propter delictum, ad euitandas fraudes.*

11 *Pœna imposita à lege super aliquo delicto, non est multiplicanda.*

12 *Inuentarij forma non destruitur, si hæres aliquid dolosè omittat describere in d. inuentario.*

13 *Hæres, vt priuetur beneficio inuentarij ob dolosam omissionem descriptionis bonorum concludenter hoc probandum est.*

14 *Ad quem effectum non sufficit quælibet probatio.*

15 *Actio de dolo non potest dirigi contra hæredem, si ipse deputauit procuratorem ad conficiendum inuentarium bonorum defuncti, & ipse procurator dolosè omisit aliquid describere, si in mandato hoc non continebatur.*

16 *Procurator delinquendo non potest præiudicare Domino, cum totum id agat sine mandato.*

17 *Procuratoris negligentia in omittendo in omni materia præiudicat Domino, qui fuit in culpa ob malam personæ electionem.*

18 *Procurator in omittendo non præiudicat Domino.*

19 *Procuratoris omissio, quando est dolosa, non præiudicat principali.*

20 *Testi non est credendum, si eius dictum contineat exonerationem propriæ culpæ.*

21 *Hæres, si aliquid omisit describere in inuentario, si postquam est detecta omissio, id non describat, an per hoc amittat beneficium inuentarij.*

DECISIO CLXXXI.

Reuidetur decisio Causæ 17. Decembris 1629 * in qua fuit firmatum, D. Marchionem non teneri ad solutionem Legati scutorum 400. ex Testamento paterno, cum
1 adiuerit hæreditatem cum beneficio † Legis, & Inuentarij, & præseruetur ab omni damno; itaut de suo, nec in obolo quidem teneatur erga Legatarios, Inuentariumquè ab eo, & seu eius procuratore factum fuisse validum, tàm quoad iuris solemnitatem, quàm quoad ommissorum exceptionem, & hodiè negotio partibus informantibus, iterùm discusso, dictum fuit standum esse in iam resolutis.

Non enim fuerunt controuersa fundamenta decisionis, quoad validitatem Inuentarij respectu solemnitatum iuris; sed tantummodò circa secundam partem quoad scienter, & dolosè omissa, quæ debebant scribi in Inuentario, ad quorum comprobationem post resolutionem supradictā fuerunt per D. Cosmum examinati noui testes in Curia, & noua iura producta, quæ tamen adhuc non releuare visa fuerunt ad terminos principalis disputationis, vt D. Marchio teneatur de suo insolidum aduersus Creditores & Legatarios.

2 Nam

2 Nam certum est, ac indubitatum, † omissionem non
dolosam priuare non posse hæredem beneficio Inuenta-
rij, itaut de proprio teneatur, *Angel. in l. 1. §. hæc stipu-
latio, num. 23. vers. & si dictus hæres, §. cui plus quam per
l. falcid. Bald. in l finali, §. cum igitur, num. 8. C. de iure
delib. Decian. cons. 633. num. 10. Roman. cons. 276. num. 8.
Bellon. cons. 30. num. 6. Menoch. cons. 471. num. 1. Hon-
ded. cons. 59. num. 15. lib. 1. Surd. decis. 222. num. 13.* &
cum hac opinione Rota semper transiuit in Romana de
Carauaschinis, Rauennaten. Saluiani, Ciuitatis Castelli
bonorum, & alijs in prima Decisione allegatis, quæ enim
3 † per ignorãtiam, per errorem, per simplicitatem, aut bo-
na fide omittuntur, pœnam non merentur vt dicit *glos. in
l. si seruus, §. prætor ait, ff de acquir. hæred.*

Præterea si describenda in Inuentario dolose fuissent
omissa describi, per occultationem, subreptionem, vel
amotionem, cum in prædictis casibus, in quibus cadit
4 dolus manifestus, † & inexcusabilis, & à lege hæres non
priuetur beneficio Inuentarij; sed puniendus veniat tan-
tummodò in duplum, prout sunt verba expressa, *l. vlt. §.
licentia, C. de iure delib.* ibi: *illo videlicet obseruando;
vt si ex hæreditate aliquid hæres subripuerit, vel celaue-
rit, vel amouendum curauerit, postquàm fuerint conuicti,
in duplum hoc restituere, vel hæreditatis quantitati com-
putare compellantur*; certè iura, & testes de nouo produ-
5 cta nihil releuabunt ad priuationem † Priuilegij proue-
nientis ex Inuentario, etiam quod probent dolum; quia
sufficiet condemnatio in duplum eius, quod dolosè omis-
sum fuerit describi in Inuentario.

Non obstat, quod super intelligentia verborum dicti
6 † §. *licentia* sint opiniones Doctorũ, vt ex pœna dupli non
tollatur pœna amissionis beneficij Inuentarij tanquàm de-
7 pendens ex forma † Inuentarij, quæ indiuidua est, & in
minimo violata deficiat, & hanc sequuti fuerint *Accurs. in
§. sancimus, in verbo non fortè*, ibi, *non priuilegium mere-
tur amittere, & in §. si verò, in verbo honorari, in fine*
ibi, *hæredes surripientes careant toto, in Auth. de hæred.
& falcid.* & alij viginti duo Doctores relati per *Menoch.
cons. 471. num. 37.* quibus accedunt *Honded.* & alij ab eo
allegati *cons. 34 num. 4. & sequen. vol. 1.* sustinendo, quod
8 pœna † dupli sit pœna addita, & adaucta propter delictũ
contingens, & separatum ab ipsa forma à lege data in con-
ficiendo Inuentario pro beneficio Creditorum ad fraudes
euitandas, non autem, vt hæres liberetur ab alia pœna nul-
litatis actus.

Quia contraria opinio Dominis visa fuit verior, & se-
9 quenda, ponderando eadem verba dicti † §. *licentia*, quæ
alium sensum, quàm dolosæ omissionis recipere non pos-
10 sunt; nam surripere, celare, † amouere continent fraudem,
& dolum implicitum, & tamen pœna dupli, & non alia
11 pœna puniuntur, quæ pœna, alio ab ipsa lege non † expres-
so, non multiplicatur, & hanc opinionem sequuti sunt
triginta tres Doctores enumerati per *Menoch. consil. 471.
num. 38.* vbi articulo discusso respondet omnibus contra-
rijs, & signanter, quod forma Inuentarij non destruitur,
12 † quia remanent solemnitates iuris obseruandæ, & fraudi-
bus sufficienter prouisum remanet: quia in duplo condem-
nantur, quod indemnitatem creditorum superat, & prædi-
ctis accedunt *Surd. decis. 222.* plenè articulum examinans,
*Peregr. de fideicom. art. 3 num. 83. Costa de facti scien. et
ignor. cent. 1. dist. 37. num. 22. et Rota penes Puteum in cor-
rect. dec. 266. num. 8. lib. 3. et 72. num. 9. par. 2. diuers. 199.
n 4. impressa post secundùm vol cons. Farinac.* & nouissimè
in *Rom. de Caualerijs coram D. meo Decano 4. Febr. 1630.*

Et nihilominùs nouiter deducta, & probata per D.
Cosmum, nec alia prius producta visa fuerunt talia, ex qui-
bus dolus circa omissa concludenter probetur, prout neces-
13 sarium † est ad priuationem beneficij iam ex Inuentario
quæsiti, *d. l. vlt. §. licentia, C. de iure delib.* ibi, *conuicti*, ad
14 quem effectum non sufficit † quælibet probatio, *Bald.
cons. 250. num. 1. lib. 1. Phanut. de inuent. par. 3. numero 50.
Honded. cons. 35. num. 12. lib. 1. Rota decis. 169. num. 1. co-
ram Papa Gregor. XV. Surd. decis. 222. num. 11. Peregr.
consil. 19. numero 33. lib. 4.*

Præmittitur enim, Inuentarium inchoatum fuisse, &
perfectum per Datium Stangam Procuratorem D. Mar-
chionis, non autem per ipsummet Marchionem, contra
15 quem actio † de dolo dirigi non potest; quia mandatum
non continet ordinem de dolosè omittendo descriptiones
16 rerum hæreditariarum; vt propterea Procurator † delin-
quendo non possit Domino præiudicare, cum totum id
agat sine mandato, *Rolan. cons. 71. num. 41. lib. 1. Paris. cons.
100. num. 7. vol. 3.* & idem fuit per Rotam ponderatum *in
Romana de Carauaschinis 27. Iunij 1609. coram bon. mem.
Penia.*

Neque dicatur, quod hoc modo aperta esset via fraudi-
bus, & præiudicijs Creditorum, vt non ab hæredibus, sed
à Procuratoribus constitutis, vel constituendis confician-
tur Inuentaria, itaut de dolo contra eos nunquàm excipi
17 possit, & nihilominùs in omni † materia negligentia Pro-
curatoris in omittendo præiudicat Domino, qui fuit in cul-
pa ob malam personæ electionem, *Bart. in l. vnica, §. si
procurator, num. 4 ff. si quis ius dicenti non obtempr. Ias.
in l. si procurator, num. 8. C. de procur. Crescen. decis. 3. de
appell. et Surd. decis. 181. num. 3.*

Quia hic non agitur de simplici omissione, prout esset si
Creditores non essent citati sed de omissione, quæ trahit
originem ab occultatione, surreptione, & amotione rerum
hæreditariarum, vt in consequentiam non describantur,
18 quo casu † Procurator non præiudicat Domino, vt admit-
tit idem *Surd. dec. 181.* & vlteriùs, quando omissio Procu-
19 ratoris esset etiam dolosa, Domino † non præiudicaret,
*Mohed. decis. 2. de appell. cum alijs per Maresc. adductis,
lib. 1. variarum, cap. 86. num. 15.*

Quod autem idem Stanga Procurator in iudicio exami-
natus dixerit omisisse descriptionẽ propter iussum D. Mar-
chionis, ita fuit responsum in prima Decisione non esse illi
20 † deferendum, cum contineat exonerationem propriæ
culpæ, & quod magis est non poterat recusare descriptio-
nem, quia Dominus Cosmus erat citatus, & poterat coge-
re illum ad describendum omnia reperta in hæreditate,
cum esset præsens confectioni Inuentarij.

Igitur si propter dolosam Procuratoris omissionem de-
scriptionis rerum hæreditariarum prætenditur priuatio, aut
amissio priuilegij Inuentarij, & illa qualiscunque sit non
sufficit contra D. Marchionem constituentem; aut conten-
ditur, quod cum hodiè sit detecta omissio, & non fuerit ad-
dita in Inuentario, iuxta formam obligationis Procuratoris
de addendo reperienda, & quod propterea D. Marchio ob
21 eam non factam † cadat à beneficio Inuentarij, & nequè
ex ista superuenienti omissione perdidisse beneficium fir-
mauit, *Bald. in d. l. vlt. §. cum igitur num. 5. de iur. delib.
Phanut. de Inuentario par. 3. nu. 46. Rolan. eod. tract. par. 3.*
& eo minùs si à principio D. Marchio, aut non tenebatur,
aut poterat se excusare ponere eadem in Inuentario, prout
ex qualitate rerum, quæ exponuntur in compendio bono-
rum omissorum visum fuit respectiuè non teneri, & excu-
sari posse.

Nam quoad equos D. Marchio prætendit donationem,
iocalia verò non esse hæreditaria, sed materna, capsam
scripturarum continere titulos, & prærogatiuas Familiæ, Bo-
na Pitiliani fuisse eidem Marchioni prælegata, existentiam
animalium in Comitatu Pitiliani, Sorani, & Castri Vitotij
in genere fuisse posita in Inuentario, & in specie illorũ exi-
stentiam non probari per D. Cosmum ex vnico teste; &
quietantia facta Serenissimo Magno Duci, cum illa repe-
riatur facta ad bonum computum animalium, ac denique
bona pignorata ad Hæbreos saluum esse ius partis, siue sit
Creditor, siue Legatarius, cum iam sint detecta. Quæ om-
nia cum nihil inferant ad priuationem beneficij ex Inuen-
tario quæsiti, tanquàm dolo carentia propter iuridicam D.
Marchionis pretensionem, vt supra ab initio fuit firmatum,
si etiam pro probatis admittantur, semper remanet firma
22 conclusio, quod D. Marchio † gaudere potest beneficio
Inuentarij ad se eximendum ad obligationem soluendi le-
gata de proprio. Et ita, &c.

* Est decisio 331. supra par. 5. recent.

R.P.D.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana prætensę deuolutionis Domus.

Die Lunæ 21. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Emphyteota alienans bona emphyteotica in aliquem, cum consensu expresso proprietarij, qui voluit, vt ille, in quem est facta alienatio eum recognosceret in Dominum directum cum promissione soluendi Canones, & pactum deuolutionis in casu cessationis, hoc casu linea d. alienantis habetur pro extranea, & attenditur linea acquirentis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota vendens bona emphyteutica, cum expresso consensu Domini directi, tunc linea ementis attendenda, & non vendentis.*

2 *Dictio, respectiuè, facit, vt singula singulis sint referenda.*

3 *Venditionis veræ vim, quæ verba habeant.*

4 *Emphyteuta abdicans à se omne ius super re emphyteotica, & illam in alium transferens, cum consensu domini directi, eo casu illius linea ampliùs non attenditur.*

5 *Et hoc procedit etiamsi dict. alienatio fuerit facta, per viam sublocationis.*

6 *Sublocatio de sui natura ab alienante non aufert ius rei conductæ, in totum.*

7 *Sublocatio rei emphyteuticæ ab emphyteuta, quando fit, an dominium, vtile sub alternatumque remanet penès eum.*

8 *Iure datoris extincto, resoluitur etiam ius acceptoris.*

9 *Cald. de extinct. emph. lib. 1. quæst. 16. num. 20. declaratur.*

10 *Dominium vtile sicuti transfertur per emphyteusim, ita etiam per locationem ad longum tempus.*

11 *Bald. in l. si quas ruinas, num. 7. & 8. C. de sacros. Eccles. declaratur.*

12 *Emphyteota alienans bona emphyteotica cum consensu Domini directi, ista alienatio simul cum recognitione acquirentis, promißione Canonum, & pacto deuolutionis, habet vim renouationis.*

13 *Et ad hunc effectum iste consensus sufficit absquè alia inuestitura, seù renouatione, cuius instrumentum fit ad maiorem cautelam.*

DECISIO CLXXXII.

Capitulum Basilicæ Lateranen. de anno 1490. concessit in emphyteusim ad tertiam generationem Domum de qua agitur in Via Peregrini Iachetto, cuius filius nomine Gulielmus, postea de anno 1528. eamdem Domum vendidit Thomæ, & Ioanni fratribus de Iunctis, quam venditionem non solum prædictum Capitulum approbauit, sed etiam pro eodemmet Canone dictis fratribus de Iunctis ad aliam tertiam generationem de nouo concessit, & locauit.

De anno verò 1548. idem Ioannes de Iunctis vnus ex prædictis acquirentibus vendidit, & sublocauit Dominis Bernardino, & Baptistæ de Odeschalchis Domum prædictam, & similiter aliam Domum liberam, prout latiùs in Instrumento.

Extincta linea illorum de Iunctis, Capitulum cæpit prętendere Domum prædictam esse deuolutam, ac DD. de Odeschalchis tantummodò fuisse concessam commoditatem percipien. fructus durante vita Dominorum de Iunctis; & propterea moto iudicio coram Eminentissimo Cardinali dictæ Basilicæ Archipresbytero, placuit consulere Rotam super dubio; An in casu, de quo agitur sit attendenda linea DD. de Odeschalchis, vel dictorum de Iunctis.

Et Domini responderunt, esse attendendam lineam de Odescalchis, quia alienatio prædictæ Domus in Instrumēto dicti anno 1548. legitur à præfato Ioanne expresse facta, cum consensu dicti Capituli, quod voluit etiam ab eisdem de Odescalchis in dominum directum recognosci, cum promissione soluendi Canones, & pacto deuolutionis in euentum cessationis, quo casu linea dicti Ioannis a-
1 lienantis † habetur tanquàm extranea, & attenditur linea DD. de Odescalchis acquirentium inter quos, & dominum directum emphyteusis solum remansisse dicitur, *Andr. Isern. in cap. 1. qui succ. tenean num. 8. versi. alij dicunt, Anchar. consil. 63. in princ. versic. nam mutatione personæ de consensu Domini, Castrens. consil. 329. num. 2. versic. sed en secunda parte lib. 2. Soccin. Sen. consil. 96. num. 1. circa fin. versic. sed his non obstantibus, & num. 2. & seqq. lib. 3. Bursatt. consil. 137. num. 52. versic. ac rursus tertiò, Rimin. Sen. consil. 124. num. 21. & seqq. Afflict. decis. 112. in fin.*
8 *Magon. Lucen. decis. 14. num. 44.* latè post alios *Peregrin. consil. 31. num. 3. versic. conclusio vera esset, & num. seq. lib. 1.*

Non obstat, quod cum Ioannes simul alienauerit dictam Domum emphyteoticam, ac aliam Domum liberam, in dicto Instrumento legantur huiusmodi verba, (vendidit, & sublocauit respectiuè) illud verbum vendidit referri debeat Domui liberæ, verbum verò sublocauit Domui emphyteoticæ, de qua agitur. Nam quicquid sit an
2 per illam dictionem, † respectiuè, singula singulis referenda sint, iuxta tradita per *Rotam coram bon. mem. Caual. decis. 581. num. 3.*

Respondetur, quod in casu isto præter supradicta adsunt talia verba amplissima, & sæpiùs geminata, nempè, dedit, cessit, concessit, transtulit, &c. omnia, & singula iura, omnesquè actiones reales, & personales, vtiles, & directas, tacitas, & expressas, meras, & maximas, & alias quascunquè, quas dictus Ioannes habet, ac sibi competunt, & competere possunt, quomodocunquè in futurum super dictis
3 domibus, cum clausula ad haben. &c. quæ verba † negari non potest, quin habeant vim veræ venditionis. Vnde fit, quod cum Ioannes omne ius super dicta Domo emphyteotica à se abdicauerit; illudquè in Dominos de Ode-
4 scalchis transtulerint de consensu Domini directi, † & cum recognitione, promissione Canonis, & pacto deuolutionis supradictis; linea ipsius ampliùs considerari non possit, sed linea Dominorum de Odescalchis acquirentium, *Castren. dicto consil. 329. num. 2. versic. nec obstat, & num. 44.* Etiam
5 quod id fuerit † per viam sublocationis, *Peregrin. consil. 31. num. 6. lib. 1.*

Nec releuat, quod Capitulum præstiterit solum consensum contractui sublocationis, non autem venditionis, vt colligitur ex verbis consensus, & per consequens cum sub-
6 locatio † de sui natura non auferat ab alienante ius emphyteoticum in totum debet attendi linea alienantis, non autem acquirentium.

Nam responderunt, quod id procederet si Ioannes sublocator iuxtà naturam sublocationis retinuisset apud se aliquas reliquias maioris pensionis, seù partem rei subloca-
7 tæ, & similium, tunc enim penès † eumdem sublocatorem

rem remansisset dominium vtile medietatum, & subalternum, vt per *Cald. de renouat. emphyt. lib.1. quæst.13. num. 20. & seqq.* & in DD. de Odescalchis commoditas tantùm percipiendi fructus durante linea ipsius alienantis
8 translata diceretur, & extincto Iure datoris † extingueretur ius acceptoris, iuxta *l. lex vectigalis, ff. de pignor. cap. nuper de donat. inter vir. & vxor.* Et in his terminis procedere de-
9 bent tradita per eundem † *Cald. de extinct. emphyt. lib. 4. cap.15. num.17. & seqq. & cap.21. num.2. cum similibus*, sed in casu isto ex conuentione expressa ipsorum contrahen. penès Ioannem nullum ius, nullaquè actio remansit, vt in venditione, ibi, *Nullo iure, nullaquè actione dicto D. Ioanni, super illis quomodolibet de cætero reseruatis, Soccin. Sen. consil.96. sub num.2. & 3. lib.3.* Propterea cum Ioannes omnia iura, & actiones in Dominos de Odescalchis
10 transtulerit, cessant supradicta. Et faciat, quod sicut † per emphyteusim, ità per locationem ad longum tempus, vtile dominium transfertur, *Valasch. de iure emphyt. quæst. 29. numero 28. Seraphin. decis.272. num.8. & decis.286. numero 3.* Et de sublocatione post alios *Cald. de renouat. emphyt. libro 1. dict. quæst.13. num.11. & pluribus sequentibus.*

Deniquè non obstat, quod postquàm Gulielmus filius Iachetti primi emphyteutæ hanc domum vendidit supradictis fratribus de Iunctis, ipsi fratres obtinuerint à Capitulo nedùm consensum, sed etiam nouam inuestituram pro se, suisquè hæredibus ad tertiam generationem. Et proptereà idem facere tenebantur Domini de Odescalchis, iuxtà doctrinam *Bald. in auth. si quas ruinas, num.7. & 8. C. de sacros. Eccles.*

11 Nam respondetur doctrinam Baldi † esse intelligen. de alienatione facta sine consensu Domini, vt ex illius lectura apparet, & pront explicante *Castrens. Anchar. Peregrin.* & alij, locis supra citatis. Vnde non potest applicari alienatio-
12 ni, de qua agitur, factæ cum consensu † Domini directi, qui simul cum recognitione ipsorum acquirentium, promissione Canonum, & pacto deuolutionis, habet vim renouationis, vt per *cap. potuit, de locat. l. vlt. C. de iur. emphy. Mantic. de tacit. & amb. lib.22. tit.35. num.2.* Et sufficit ad istum effectum absquè alia inuestitura, seù renouatione, cuius Instrumentum fit ad maiorem cautelam, *Castrens. dicto cons.329. num.2. in fin. & seq. lib.2. Peregr. consil.31. nu. 5. lib.1.*

Vltra quòd ex abundanti dicitur, quod fratres de Iunctis potuerunt petere nouam inuestituram, quia fortasse dubitabant, quod emendo Domum à Iachetto, & ius spectans ad ipsum, eam non acquireretur nisi ad secundam generationem cum iam à die concessionis finita esset prima generatio ipsius Iachetti. Et ideo cum ipsi fratres de Iunctis vellent esse certi de concessione vsquè ad tertiam generationem illam de nouo patierunt. Hoc autem cessat in Dominis de Odescalchis cum alienans esset vnus ex primus acquirentibus, & alienatio vigeret vsquè ad tertiam generationem.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Tridentina Decanatus, & Canonicatus.

Die Veneris 25. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Indultum non concessum in limine fundationis beneficij, an liget manus Papæ, quando beneficium vacat in mense reseruato.

SVMMARIVM.

1 *Immissionem, vt quis obtineat vigore subrogationis gratiosæ, quid sufficiat, quod probet.*
2 *Indultum, si non sit concessum in limine fundationis beneficij, non procedit in prouisionibus Apostolicis, & num.6.*
3 *Garz. de benefic. par.6. c.6. num.176. declaratur.*
4 *Illegitimus, quis non præsumitur, quando petit adiudicationem beneficij.*
5 *Prouisus de Prioratu Monachali, debet facere constare de professione.*
7 *Beneficium debitum certo generi personarum, cadit sub reseruatione cum sua causa.*
8 *Indultum non concessum in limine fundationis beneficij, non ligat Papam, quando beneficium vacat in mense reseruato.*
9 *Studium quinquennale requiritur in eo, qui Doctoratus gradum assumere vult.*
10 *Doctoratus gradum habens, illi suffragatur, etiam non docto de studio quinquennali.*

DECISIO CLXXXIII.

IN Indulto Pauli Tertij concesso Ecclesiæ Tridentinæ quoad Canonicatus disponitur, quod ex decem, & octo Canonicis duodecim debent esse ex natione Germanica, & sex Itali, qui quidem sex Itali debeant esse subiecti Iurisdictioni Ecclesiæ Tridentinæ, & tres ex illis Magistri, seù Doctores, vel Licentiati, reliqui verò tres licitè nobiles, vel graduati non fuerint, ex bonis tamen parentibus geniti, literisq. & bonis moribus instructi; Quò verò ad Decanatum ita disponitur. Ac Decanus eiusdem Ecclesiæ ex Germanicis, aut Italis, modo supradicto qualificatis esse debeat.

Vndè, cum per obitum Itali vacauerit Canonicatus, & Decanatus, & vigore reseruationis, quæ nó controuertitur, prout controuerti non potest ex abũdè deductis coram me in alijs decisionibus * Sanctiss. D. N. prouiderit D. Ioannẽ Tudeschinum Italum, qui expediuit subrogationem gratiosam ad partes, Dubitaui, an ei danda esset immissio, & per
1 Dominos fuit affirmatiuè resolutum, cum † probet reseruationem, & Clericatum, quæ sufficiunt, vt quis obtinere possit immissionem vigore subrogationis gratiosæ, vt latè fuit deductum in alijs decisionibus.

Non obstat, quod Ioannes non probet se habere requisita in dicto Indulto Pauli Tertij, quia huic obiecto datæ fue-
2 runt duæ responsiones, Prima est, quod cum illud † indultũ non fuerit concessum in limine fundationis, nó procedit in prouisionibus Apostolicis, vt per *Abb. in c. cum in cunctis, §. inferiora, num.9. de elect. Rota decis.18. de rescript. in antiq. Put. decis.301. lib.1. in correc & decis.11. de constit. & s. in tit. de mensibus. Anton. August. in Epitom. in regula de octo mensibus, num.15. fol. mihi 179.*
3 Nec in contrarium faciunt deducta † per *Garz. de benef. par.6. c.6 num.176.* quia loquitur, quando legitimus contradictor opponit contra prouisum petentem canonizatoriã, seù adiudicatoriam ea, quæ sunt de necessitate ad obtinendum beneficium, videlicet, quod quis non sit legitimæ ætatis, quia hoc respicit habilitatem, aut quod est illegitimus,
4 † quod non est præsumendum, quando quis petit adiudicationem, vt per *Rot. decis.1. de præsumpt. in antiq.* aut quod non constat de professione, quando quis impetrat Prioratũ
5 Monachalem, quam prouisus † probare tenetur, vel quando quis impetrauit tanquàm filius patrimonialis, quia tunc se talem esse tenetur probare, & casus, de quo agitur, est diuersus, quia requisita in Indulto Pauli Tertij non sunt de
6 essentia beneficij, quia † non fuerunt concessa in limine fundationis, & ideò non ligat Papam, vt teneatur conferre personis ita qualificatis, vt supra deductum fuit.

Minùs

7 Minùs etiam obſtat, quod beneficium † debitum certo
generi perſonarum, cadit ſub reſeruatione cum ſua cauſa,
vt ſcilicet conferatur illi generi, vt per *Seraph. deciſ.* 1420.
num.3. cum alleg. in deciſione in hac cauſa facta 5. *Iulij ſu-
perioris anni*, quia aliud eſt, quod beneficium debeatur ex
Indulto perſonis qualificatis, quia in primo caſu ex natura
beneficij debetur illi generi, in ſecundo verò caſu debetur
8 perſonis qualificatis † ex Indulto, quod non ligat Papam,
quando beneficium vacat in menſe reſeruato, vt ſupra
probatum fuit.

Secundo dicto Indulto principaliter fuit reſponſum,
quod etiamſi prouiſio fuiſſet facta ab Ordinario, nihilominùs ſuſtineretur, nam reſpectu Canonicatus cum vacet per
obitum Itali, & Ioannes ſit Italus, ſiuè ſit ex illis tribus, qui
requirunt Doctoratum, ſiuè ex alijs tribus, Ioannes habet
intentum, cum ſit Doctor, nec officit, quod Indultum Pau-
9 li Tertij requirat ſtudium † quinquennale, quod etiam eſt
de iure, vt in *l. iubemus, & in l. petitionis. C. de Aduoc. diu.
Iud. Rebuff. de priuil. ſchol. priu.* 84. quia quatenùs hoc ſtu-
dium quinquennale non poſſet probari, nihilominùs cum
10 Ioannes habeat gradum, illi ſuffragatur etiam † non docto
de ſtudio quinquennali, cũ non probetur alios exiſtere qua-
lificatos, *argumento. l. vt gradatim, ff. de muner. & honor.
Rebuff. ſuper concord. in rub. de collat. §. præterea, in verb.
ſtuduerint, ante finem, verſic. & proderit illi gradus*, &
quòad Decanatum proderunt etiam prædicta, cum dictus
Decanatus debeat conferri Germanis, aut Italis modo prę-
dicto qualificatis, vt ſupra dictum eſt.

Accedant alia deducta in alijs Deciſionibus, à quibus propterea Domini non eſſe recedendum reſoluerunt, &c.

* Ideſt die 5. Iulij 1632. & 26. Nouembris pariter 1632. prima eſt ſupra deciſ. 153. Altera adeſt infra prout in Indice poſito in fine Deciſionum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommiſſi de Caetani.

Die Veneris 25. Februarij 1633.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum, quando dicatur eſſe in forma probanti. Notariatus qualiter probetur quando in inſtrumento antiquo verſamur, & plura circa hanc materiam, necnon circa inſtrumenta antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens diem, menſem, annum, indictionem, Pontificatum, rogitum, ac deniquè publicationem, negari non poteſt, quin ſit in forma probanti, num.2.*

3 *Inſtrumentum dicitur antiquum, non obſtante modici temporis defectu ad aſſequendum ad tempus 100. annorum.*

4 *Et iſto caſu nulla requiritur probatio Notariatus, aut manus recognitio.*

5 *Inſtrumentum vt antiquum dicatur de rigore requiritur lapſus 100. annorum.*

6 *In inſtrumento ad effectum probationis Notariatus, & recognitionis manus, ſi ſit vltra 90. annos, admittuntur præſumptiones, & coniecturæ.*

7 *Quæ præſumptiones eò, magis admittuntur leuiores, quò magis accedit ad 100. annos.*

8 *Ex contrahentium aſſertione, quando oriatur concludens probatio Notariatus.*

9 *Confeſſio auctoris nocet omnibus habentibus cauſam ab eo.*

10 *Partes, quando approbant, atquè auctorizant perſonam, & legalitatem Notarij, quòad aliquod inſtrumentum, præſumitur etiam hoc velle, quò ad omnia inſtrumenta.*

11 *Scripturæ identitas vt dicatur probata, quid ſufficiat docere.*

12 *Notarij conuenientia debet verificari per duas demonſtrationes.*

13 *Scripturæ legalitas ex quibus veriſimilitudinibus plurimùm augeatur, & num. 14. & 15.*

16 *Notariatus aſſertio, quando ſit omnino attendenda, & cenſeatur veriſſima.*

17 *Inſtrumento, ad hoc, vt dicatur antiquum ab eo non detrabitur tempus litis, quando pro adminiculo deducitur, & num. 18.*

19 *Notariatus aſſertio, dum quæritur principaliter ſuper eo, non probatur per ſimplicem enunciatiuam.*

20 *Notariatus ſubſtantia probata, qualitas temporis per leuiores probationes probatur.*

21 *Pluralitas non præſumitur.*

22 *Actus vnus recipit declarationem à verbis prolatis in alio actu, quando inuicem concordant.*

23 *Teſtes deponentes aliquem fuiſſe Notarium, & vti talem palàm, & publicè fuiſſe reputatum, eiuſq; ſcripturis fidem adhibitam, benè ſuffragantur.*

24 *Teſtium depoſitiones benè coadiuuantur ex adminiculis.*

25 *Teſtes recipiunt interpretationem, & declarationem, à ſcriptura de qua deponunt.*

26 *Teſtes in materia admodùm antiqua, vt probent Notariatum ſufficit, quod generaliter deponant de fama diuturna.*

27 *In inſtrumentis antiquis ad probandum aliquem eſſe Tabellionem ſufficit fama inueterata.*

28 *Fama, & communis opinio, quod aliquis ſit Notarius, dat robur officio.*

29 *Cognominis omiſſio, dum cæteræ demonſtrationes nominis, & patriæ concurrunt, non præiudicat identitati perſonæ.*

30 *Cognomine omiſſo, deſumuntur perſonarum demonſtrationes, à ſolo nomine, & patria.*

31 *Plures eiuſdem nominis, patriæ, ac exercitij in aliqua Vrbe inuenire difficile eſt.*

32 *Obſeruantia, maximè, cum curſu longiſſimi temporis cõiuncta, plurimum fidei tribuit ſcripturæ, quòad contenta in ipſamet ſcriptura, etiam informi.*

33 *Quod procedit præſertim contra eum, qui ſcripturam approbauit, vt proptereà non poſſit illius fidem impugnare.*

34 *Enunciatiuæ repertæ in inſtrumento, etiamſi non ſint admodùm antiquæ, faciunt tamen magnam præſumptionem.*

35 *Enunciatiuæ emanatæ ab intereſſe habentibus, ſi ſint adminiculatæ, probant.*

36 *Et præſertim ſi emanauerint ante motam litem.*

37 *Præiudicium eſt leuiſſimi momenti, ſi pendeat à remotiſſima incertitudine, vix præcogitandi euentus.*

38 *Adminicula ea, magis operare debent, quæ primordia veritatis habent, ſerie facti inſpecta.*

39 *Laceratio non conuenit publico instrumento.*
40 *Notarius, si probetur, quod non sit descriptus in Archiuio Rom. illius instrumenta non probant.*
41 *Notarij descriptio in matricula præsumitur ex lapsu 30. annorum iuncta obseruantia actorum, etiamsi nullibi reperiatur enunciata d. descriptio.*
42 *Negatiua probanda concludenter est ab eo, qui in ea se fundat.*
43 *Approbatio auctoris, non potest ab habentibus causam ab eo, reijci, aut impugnari.*
44 *Partes de communi consensu possunt dare robur scripturæ, etiam informi.*
45 *Notariatus, quando est probatus, tunc defectus non matriculationis, nullatenùs attenditur ex æquitate, ne tot, tantæq; laudabiles dispositiones pereant.*
46 *Notariatu probato adhuc fides præstatur instrumentis Notarij non matriculati.*
47 *Constitut. Sum. Pont. requirentes, quod Notarij debeant esse matriculati, ad hoc, vt instrumenta ab eis rogata habeant fidem, de consensu saltem tacito superiorum non fuerunt obseruatæ.*

DECISIO CLXXXIV.

Commissa mihi causa restitutionis in integrum aduersus sententiam Rotalem ab Eminentissimo D. meo Cardinali Verospio, latam, contra existentiam fideicommissi, de quo agitur, quæ transitum fecerat in iudicatum; Dubitaui an de causis præfatæ in integrum restitutionis cōstaret; Et Domini circumscripta releuantia suis locò, & tempore videnda, hodiè responderunt Instrumentum anni
1 1517. esse in forma probanti; Quia cum † dictum Instrumentum contineat diem, mensem, annum, Indictionem, Pontificatum, rogitum, ac deniquè publicationem, ad trad. per *gloss. in l. generali, in verb. seruitute, versic. item ordo, de tab. lib. 12. & latè per Bertazz. de clausul. in proem. num. 3. &*
2 *seqq.* Negari non † potest quin habeat faciem publicæ scripturæ, & sit in forma probanti, vt in puncto dixit *Rota in causa Farfen. Territorij 13. May 1604. coram bon. mem. Card. Millino.*

Nec obstare ampliùs videbantur ea, quæ aliàs coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Verospio, ac etiam coram me, contra idem Instrumentum deducebantur circa defectum probationis Notariatus, ac recognitionis manus ser Francisci de Alatro, qui legitur de d. Instrumento rogatus, vt in decisionibus emanatis sub die 7. Februarij 1620. & 14. Iunij 1623.

Quia hodiè animaduertebant Domini, quod aut admittimus ex lapsu 97. annorum à die confecti Instrumenti, vsquè ad tempus motæ litis decursorum, nos versari in terminis centenariæ ad firmandam antiquitatem eiusdem Instru-
3 menti, † non obstante defectu modici temporis trium annorum, ex eo, quod Rota simili spatio videtur aliàs fuisse contenta, ex quadam æquitate, vt apud *Put. decis. 204. num. 1. & 5. & decis. 349. num. 6 lib. 2. in correctis, & decis. 193. num. 13. versic. non obstat decisio Neapolitana, par. 2. diuers. & in Florentina Canonicatus 12. Decembris 1615. coram bon. mem. Buratto, in Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. in Ianuen. Abbatiæ 13. Iunij 1625. coram eodem, in* Burgi S. Donnini *Iurispatronatus 20. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, & in Aliphana* Iurispatronatus *4. Iulij 1629. coram R. P. D. meo Ghislerio.* Et isto ca-
4 su nulla † requiritur probatio Notariatus, aut manus recognitio, *Put decis. 146. lib. 1. in correctis, & d. decis. 349. num. 4. Rot. decis. 613. num. 3. par. 2. recent. & d. decis. 193. num. 8. part. 2. diu.* sed sufficit sola fides de antiquitate scripturæ, *Afflict. decis. 245. sub num. 3. & decis. 251 sub num. 6.* & fuit resolutum in causa *Romana fideicommissi de Valle 4. Maij 1562. coram Oradino, in Ferrarien. Palatij 3. Iuly 1602, & in d. Farfen. Territorij 13. Maij 1604. coram Cardin. Millino,* & priùs *in Tudertina Castri S. Angeli coram bon. mem. Cardin. Lancellotto seniore,* quam citant *Add. ad decis. 389 num. 7 san. mem. Gregor.* Vel quatenùs etiam
5 rigori videretur inhærendum, † vt requireretur integrè lapsus 100. annorum iuxta terminos, decisionis in dicta causa *Farfen. Territorij 19. Martij 1607. coram bon. mem. Penia, & coram Millino, cum alijs adductis per Add. ad decis. sanct. mem. Gregor. loco proximè citato, & Afflict. d. decis. 245. num. 4.*

Et adhuc considerabant Domini, quod cum agatur de spatio non solum vltra 60. sed etiam vltra 90. annos ad
6 vtrumquè effectum scilicet † probationis Notariatus, & recognitionis manus admittuntur præsumptiones, coniecturæ, & adminicula, *Cyn. inter consil. Bald. consil. 400. num. 5. versic. præterea illud exemplum, lib. 4. Put. d. decis. 46. lib. 1. in correctis, Caputaq. decis. 5. par. 3. Rot. decis. 693. num. 7. par. 2. recen. & decis. 683. num. 1. par. 3. diuers. Seraphin. decis. 1481. num. 2. & decis. 928. in princ.* Quæ quidem admi-
7 nicula eo leuiora sufficiunt, quo lapsus annorum † centenarij magis accedit; ita vt de rigore aliquid sit dimittendum; vt notat in simili *Dec. in cap. 1. sub num. 47. versic. & ista conclusio vera est, de appell. Aym. de antiq. temp par. 1. in princ. sub num. 5. versic. placet tamen,* & passim obseruasse Rotam videmus in decisionibus Putei, & alijs primo loco deductis.

Adminicula verò hic quidem plura, & vrgentia concurrere videbantur; Concurrit enim primò Instrumentum concordiæ nouiter post dictam sententiam repertum, in quo de anno 1523. ijdemmet Fratres de Caetanis filij Raymundi, de quibus in præfato Instrumento anni 1517. præ ceteris omnia Iura, Instrumenta, & dispositiones inter se ipsos tunc hactenus factas per quas, & quæ dicta concordiæ dispositio impediretur, & contradiceretur per quemcunquè Notarium rogatas, & factas, & maximè per ser Franciscum de Alatro, quòad dictum effectum solum, & duntaxat &c. irritant, & annullant. Ex qua quidem contra-
8 hentium assertione non † quidem incidenter, sed consultò ratione dispositionis, cui inhærebat emanata, insurgit concludens probatio Notariatus præfati ser Francisci de Alatro, etiam ante ipsum annum 1523. maximè in præiu-
9 dicium non modo eorundem contrahentium † à quibus tanquàm talis fuit approbatus, sed etiam successorum, ac ab ipsis successoribus causam habentium, quales sunt hodie hæredes D. Prosperi, *Ruin. consil. 141. num. 8. in fin. lib. 5. Rota decis. 776. num. 1. par. 1. diuers.* & in his terminis fuit dictum in præfata *Farfen. Territorij coram Penia, & etiā coram Cardin. Millino, & priùs in Ferrarien. bonorum, seù Palatij 3. Iulij 1602. coram eod. Cardin. Millino,* vbi, quod huiusmodi adminiculū in instrumentis concernentibus idem factum sufficit ad effectum indicandi scripturam esse in forma probanti. Vnde consequenter resultat eosdemmet contrahentes approbasse, atquè auctorizasse personam, & legalitatem eiusdemmet ser Francisci de Alatro
10 quòad omnia instrumenta, † & præsertim quòad istud anni 1517. tanquàm particulariter præcisè, ac specificè in dicta assertione contemplatum, *Bald. in l. si quis testibus, sub num. 4. versic. idem si velit, C. de testibus,* quem sequuntur *Alexand. in consil. 133. num. 14. in eodem versic. idem si velit. lib. 7. & Natt. consil 146. num. 1. relati per Mantic. decis. 75. num. 3.* & fuit dictum in præfata *Farfen. coram Cardin Millino.* Quod enim Instrumentum anni 1517. fuerit specificè, particulariter, ac præcisè ab ipsis contrahentibus in eadem assertione contemplatum, satis colligitur ex eo,
11 quod verificantur plurimæ demonstrationes, cum † tamē ad effectum vt probata dicatur scripturæ identitas, conuenientia in duobus sufficiat ad theoricam, *Bart. in l. demonstratio falsa. num. 20. versic. idem, ff. de cond. & demonstr. Alex. consi. 84. num. 4. lib. 7. Crauett. consil. 198. num. 2. Rot. decis. 457. num. 1. par. 1. recent.*

Verificatur enim in primis conuenientia Notarij de illo
12 rogati, nempè dicti ser Francisci de Alatro † in duabus demonstrationibus, vt in puncto *Afflict. decis. 245. sub num. 5. versicul. ideò tale Instrumentum.* Secundò verificantur dispositio-

dispositiones in dicto posteriori instrumento enunciatæ, quæ in præfato anteriori adamussim continentur, vt in *dict. Farsen.coram Cardin. Millino*. Tertiò conuenit identitas personarum, quæ sub eadem partiũ formalitate diuisæ contraxerunt, tàm in primo, quàm in secundo. Quartò conuenit conuenientia, tàm quòad ætatem Christophori vnius ex contrahentibus, quàm etiam quòad curam, & dotem Catherinæ matris, & quòad alias circumstantias latiùs ponde-
13 ratas ab informantibus; Ex quibus omnibus † verisimilitudinibus plurimùm augetur robur ad adminiculandam scripturæ legalitatem, *Rota apud bon.mem. Card.Caualer.decis.79.num.2.versic.primò concurrit.*

Hoc autem adminiculum, quod desumitur ex præfata assertione Notariatus ser Francisci de Alatro tantò fortiùs inualescit, quo dictum Instrumentum anni 1523. est maxi-
14 mè qualificatum; Primò ratione † legalitatis, tanquàm rogatum stipulantibus in solidum duobus Notarijs cognitis, ac descriptis in Vrbis Archiuio, & munitum eiusdem Ar-
15 chiuij legalitate. † Secundò respectu personarum, quæ illius fidem propria præsentia auctorizarunt, cum fuerit stipulatum non solum adstantibus sex Cardinalibus, & Conseruatoribus Vrbis, sed etiam coram ipso Summo Pontifice Adriano Sexto, qui causa cognita decretum, & Apostolicam auctoritatem interposuit, itaut præfata assertio, atquè approbatio Notariatus dicti Francisci de Alatro om-
16 ninò † sit attendenda, & censeatur verissima recipiens maiorem legalitatem, ac fidem ex qualitate personarum auctoritatem, ac præsentiam præstantium, vt in puncto de scientia Superioris ad effectum probandi Notariatum cõsiderat *Ioseph.Ludouic.decis.115.num.12. & 13.* Tertiò ratione temporis cum sit antiquissimum, & habeat ad sui fauorem plusquàm centenariam, à qua tempus litis non de-
17 trahitur, cum instrumentum † istud deducatur pro adminiculo, vt passim Rota respondit, & præcipuè declarauit in *dicta Tudertina Castri S. Angeli, coram Card.Lancellotto seniore*, vt testãtur *Add.ad d.decis.389. num.7. san.mem. Greg.* ac propterea tantò magis suffragatur, cum versemur
18 in antiquis, & vt dictum est † illud producatur per viam adminiculi, vt fuit consideratum *in d. Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. coram bo.mem.Buratto.*

Non obstat, quod huiusmodi assertio sit simplex enunciatiua, per quam solam non potest probari notariatus e-
19 nunciatus, † dum quæritur principaliter super eo, *Butr. in capit.illud, numer.3.de præscript.Crauett.consil.29. num.3. versic.respondeo etiam*, Dec.consil.348 in fine. Quia pro responsione animaduertebant Domini, quod instrumentum istud concordiæ anni 1523. deducitur solummodo ad effectum, vt afferatur probatio notariatus Francisci de Alatro quæ percutiat tempus instrumenti rogati de anno 1517. de quo nunc agitur; Non autem prætenditur eam esse vim dictæ assertionis, vt ab ea sola pendere debeat probatio eiusdem notariatus, super quo non deficiunt depositiones testium inferiùs in tertio adminiculo ponderandæ, quæ quidem depositiones visæ sunt in præteritis decisionibus. Ex hoc solum non posse suffragari, quod non percuterent tempus dat. Instrumenti del 1517. Ac propterea bene intrat cõ-
20 clusio, quod probata substantia † notariatus, qualitas temporis per leuiores probationes probatur, vt latè per *Surd. consil.168.num.7. & consil.286. num.11.*

Secundum adminiculum desumitur ex alio Instrumento anni 1531. nouiter in forma transumpto, quod sub die 9. Februarij proximè præteriti firmatum fuit esse in forma probanti, cum enim in præfato Instrumento per eosdẽmet de Caetanis cassentur omnes contractus, excepto contractu concordiæ, & diuisionis initæ inter Franciscum, Petrum, & Ioannem Vincentium ex vna, & Nicolaum, Honoratum, & Christophorum ex alia; admodùm verisimile est huiusmodi concordiam, atquè diuisionem sic exceptuatam esse contractum celebratum in prædicto Instrumento anni 1517. de quo nunc agitur, non solum quia de simili cõtractu inter istos nullibi constat, quàm in dicto Instrumen-
21 to anni 1517. nec pluralitas † præsumitur, sed etiam quia conueniũt plures demonstrationes, nempè species, & qualitas contractus, ac identitas personarum, sub ista factionum diuisione contrahentiũ, *ex Bart.in d.l.demonstratio falsa*, & alijs superiùs allegatis.

Et quàmuis nomen notarij omissum fuerit, attamen concurrentibus demonstrationibus, ac verisimilitudinibus su-
22 periùs ponderatis illud clarè suppletur per † dictum Instrumentum anni 1523. exprimens rogitum Francisci de Alatro, à quo quidem instrumento istud posterius anni 1531. recipit declarationem *Crauett. consil. 231. num.12. Rot.decis.91.num.5.par.1.recent.* cum inuicem adamussim concordent ad demonstrandam legalitatem anterioris huiusce instrumenti, anni 1517. vt in *dict.Farsen.coram Cardin. Millino.*

23 Tertium præstant adminiculum testes † aliàs examinati, qui tanquàm deponentes Franciscum de Alatro fuisse notarium, & vti talem palam, ac publicè fuisse reputatum in Ciuitate Alatri, eiusque scripturis fidem adhibitam bene suffragantur ad tradita per *Castr. in l.Scriniarios, C.de testam.milit. Bald. in l. Barbarius, num.11. & ibid. Alberic. num.33.ff.de Offic.Prætor.Afflict.decis.251.num.3.in fine*, & dictum fuit in præfata *Farsen.coram Cardinali Millino.*

Nec obstat, quod in præteritis decisionibus fuerint reiecti ex eo, quod in proprio dicto præcisè non percutiant tempus instrumenti istius, rogati de anno 1517. Quia cum hodiè ex primo adminiculo superiùs ponderato resultet probatio notariatus dicti Francisci de Alatro, quæ percutit præcisè præfatum tempus anni 1517. eorundem testium
24 † depositio bene coadiuuatur ex eodẽmet primo adminiculo, vt in simili ex *Lanfranc. de Oriano in capit. quoniam contra. cap.19. num.10. de probat.* admissus fuit in eadem *Farsen.coram Card.Millino.* A quo quidem adminiculo
25 testes ipsi recipiunt † declarationem, atquè interpretationem, *Butr.in cap.de audientiam, num.12.de præscript. Farin.de testibus.quæst.8.num.59.* quos refert, & sequitur *Rot. apud bon.mem.Card.Caualer.decis.651.num.4.* maximè in
26 hac materia admodùm antiqua, in qua sufficit, † quod generaliter deponant de fama diuturna, *Bald. in d.l. Barbarius, num.30.versic.qualiter autem probetur, ff.de offic.præ-
27 tor*, vbi in instrumentis antiquis ad proban. quem esse † tabellionem sufficeret famam inueteratam, & fuit dictum in *Toletana decimarum* 8. *Februarij* 1588. *coram Orano, & in ead.4. Decembris 1615. coram Andrea*, etiamsi ad certum tempus se non restringant. *Soccin.consil.89.num.19.
28 lib.1.Garz.de benef.par.1.c.5.nu.480.* fama enim, † & communis opinio, quod aliquis sit notarius dat robur Officio, vt inquit *Bald.in d.l.Barbarius, num.31.Afflict. d. decis.251. num.3. ante fin.*

Nequè etiam obstat, quod notarius, qui dicitur rogatus de hoc instrumento anni 1517. tàm in articulis, quàm à testibus istis, nuncupetur Franciscus Columna de Alatro, non autem Franciscus de Alatro simpliciter, vt legitur in præfato rogitu. Quia pro responsione considerabant Domini, quod cum verba illa: *de Columna designent cognomen ip-
29 sius*, illius omissio, dum cæteræ † demonstrationes nominis, & patriæ conueniant, non præiudicat identitati personæ ex latissimè deductis per *Bertazz. de claus.claus.3.gl. 3.num.6.cum pluribus seqq.* & in his terminis aduertit *Rot. in Lunen. Sarzanen. Cappellania 5. Martij 1610. coram D. Attrebaten. & 7. Iunij 1619. coram Eminentiss. D.meo Cardinali Pamphilio*; Quod maximè procedit ex stylo, &
30 consuetudine Curiæ, cuius vsus admittit vt † omisso cognomine desumantur personæ demonstrationes à solo nomine, & patria, vt in Alexandro Ciuitatensi, ac Angelo Balneoregiensi celeberrimo, vtroquè in Curia Phisico, & in Bernardino de Fara Notario, ac alijs passim seruatum videmus; ea demùm ratione, quia non ita facilè est inueni-
31 re † hic in Vrbe plures eiusdem nominis, patriæ, ac exercitij; ex quibus duabus demonstrationibus, quæ alijs ita præcisè conuenire non possunt, vel saltem difficillimè, redditur satis certa identitas personæ, *Surd.consil.44.nu. 14. & 18.*

Quartum deducitur adminiculum ex obseruantia ipsiusmet Instrumenti diuisionis anni 1517. successiuè emanata quòad bona in eodem Instrumento contenta, cum ipsi

contrahentes,& eorum descendentes, iuxta præfatæ diui-
sionis Instrumentum possederint; idquè præcipuè verifice-
tur in Palatio Piperni, Francisco, & fratribus in eademet
diuisione assignato, quod postmodùm de anno 1534. fuis-
se ab ipso Francisco possessum, constat ex Instrumento vē-
ditionis cuiusdam prædij, quod quidem Instrumentum le-
gitur Actum Piperni in Palatio Illustrissimi D. Francisci
32 Caetani; Ac proinde dicta obseruantia † maximè cum
cursu tanti temporis coniuncta, plurimùm fidei tribuit scri-
pturæ, quòad contenta in ipsamet scriptura, etiam informi,
*Cyn.inter consil.Bald.d.consil.*400 *num.*5.*lib.*4. *Aym. alios
cumulans in consil.*101.*num* 4.*Grat.discept.*951. *num.*8. *&
9.Rot.decis.*928.*in fin.apud Seraphin. & decis.*640. *num.*9.
*& decis.*651.*num.*4 *& decis.*122.*nu.*4.*apud bon.mem. Car-
din.Caual.Rot.decis.*703.*num.*8.*par.*2.*recent.* quod proce-
33 dit præsertim contra eum † qui scripturam approbauit, vt
propterea non possit illius fidem impugnare. *Bald. consil.*
402.*num.*9.*lib.*5.*Peregr.consi.*64.*num.*19.*lib.*1.quos refert,
& sequitur *Rot. in d.decis.*640.*num.* 10. *apud Card.Caual.
& decis.*502.*num.*2.*par.*1.*recent.*

Quintum denique, ac postremum adminiculum desumi
posse etiam videbatur ex supplicatione per DD. Alexan-
drum, ac Christophorum de anno 1616. Sanctissimo por-
recta pro obtinenda derogatione fideicommissi, vt præ-
tenditur in hoc Instrumento anni 1517. contenti, quæ qui-
dem supplicatio licet non sit admodùm antiqua conside-
34 rabilem† tamen probet præsumptionem ad adminiculan-
dam ipsiusmet Instrumenti legalitatem, vt de enunciatiuis
firmat *Rota decis.*371.*num.*3.*par.*1.*& decis.*694.*nu.*2. *vers.
concurrunt etiam,par.*2.*recent.*

Nec officit, quod illa emanauerit à personis, vt præten-
35 ditur in eodem fideicommisso vocatis,† & sic omninò su-
spectis, quia ex alijs, quæ abundè concurrunt, vt probatum
est, purgatur omnis suspicio. *Achil. decis.*149. *num.*1.*lib.*3.
*Rot.decis.*75.*num.*3.*& decis.*91.*num.*2.*in fin. par* 1. *recent.*
maximè cum emanauerit de præfato anno 1606. & sic per
36 plures annos† ante litem non ab ipsis DD. Alexandro, &
Christophoro, sed ab ipsomet D. Prospero motam, & sic
de tempore nullatenus suspecto, cum D. Prosper tunc esset
iuuenis robustissimus,& haberet non solum filios masculos
iam natos, sed alios ab vxore inter fæcundam adolescen-
tiam in diem sperare posset nascituros; itaut tunc temporis
interesse DD. Alexandri, & Christophori quòad Castra
per Dominum Prosperum possessa, vt erat remotissimæ
37 spei, sic etiam esset † nullius, vel saltem leuissimi momenti,
ac considerationis, tanquàm pendens à remotissima vix
præcogitandi euentus incertitudine ad *tex.in l.*1,*C.de pact.
Mant.decis.*13.*num.*16.*& decis.*21. *num.*6. Imò cum age-
retur de canonizando fideicommisso, quod æquè principa-
liter bona ipsorum etiam DD. Alexandri, & Christophori
comprehendebat, non est verisimile, quod ad parandam
adeò sibi è longinquo actionem præsertim in actu, vendi-
tionis ipsorummet bonorum noluissent in consultò pro e-
uentuali,& vix cogitabili incertitudine, certum sibi parare
præiudicium subijciendo, oneri fideicommissi bona, quæ
erant in vēditione cum diminutione precij, ac obligationi-
bus reinuestimenti,& multiplici, necnon obtinere deroga-
tionem non sine impēsa, ac difficultate intuitu remotissimæ
successionis, ad quam vix poterant animo aspirare.

Non obstant inuerisimilitudines contra huiusmodi in-
38 strumentum anni 1517. ponderatæ: Quia † vel nullius sunt
momenti, vel omninò tolluntur ab adminiculis superiùs
ponderatis, quæ serie facti inspecta tanquàm veritatis, ha-
bentia primordium, operari potentiùs videbantur.

Non etiam obstat, quod in hoc eodem Instrumento di-
uisionis anni 1517. non legantur insertæ Capitulationes, &
præcipuè conuentio illa, vt Homines Rocchæ Curgæ tene-
bantur accedere ad Molendinum Magentiæ, quam tamen
conuentionem, & capitulationes non controuertitur fuisse
firmata in quadam diuisione inter eosdem filios Raymun-
di, ac proindè resultet argumentum constare de alia diui-
sione ad quam dd. Instrumenta anni 1523. & 1531. referri
possint, ita, vt tam primùm, quàm secundum adminiculum
consequenter corruat: Quia responsum fuit non probati,
quod dicta conuentio, & capitulationes fuerint in ipso
diuisionis Instrumento insertæ. Immo potius, quod omni-
nò seiunctæ fuerint, atque separatæ satis probant Epistola
bonæ memoriæ Petri Caetani, aliàs à bon. mem. Antonio
Auo, & auctore Dom. Prosperi producta in causa Ter-
racinen. Iuris molendi coram bon. mem. Orano in qua
idem Petrus offert se laceraturum huiusmodi capitula-
39 tiones, quæ quidem † laceratio non conuenit publico In-
strumento.

Secundò id ipsum comprobat sententia condemnans
præcisè eundem bon. mem. Antonium ad earundem capi-
tulationum exhibitionem, signum euidens, quod penes ip-
sum solum tanquàm scriptura priuata, non verò publico
alicui instrumento insertæ seruabantur.

40 Non officit tandem, quod Franciscus iste de Alatro,†
non probetur descriptus in Archiuio Romano, ideòque
illius instrumenta non probent ex *decimaquinta Constitu-
tione Iulij Secundi innouata per Leonem decimum in Bul-
lario Constitutione* 6. Quia multipliciter fuit responsum.
Et primò, quod cum DD. Alexander,& Christophorus ha-
beant fundatam intentionem in notariatu; ac legalitate
istius Francisci de Alatro ex superiùs deductis, abundè ad-
miniculata, nec vllibi probata appareat dicta non descri-
41 ptio,† immo illa præsumatur ex lapsu 30. annorum, iun-
cta obseruantia, de qua in quarto adminiculo, etiam si nul-
libi reperiatur dicta descriptio enunciata, *Crauett. de an-
tiq.temp.par.*3.*sect.*1.*num.*105.*Put.decis.*345. *num.*10. *lib.*
1.*in correct.Seraphin decis.*1027.*num.*9. *& decis.*1042.*nu.*
2.*&* 3.*& bon.mem.Cardin.Caualer.decis.*122.*num.*3.

42 Pars aduersa tenetur concludenter † probare huiusmo-
di non descriptionem, cum sit fundamentum propriæ in-
tentionis, *Innocen.in cap.super his num.*10.*vbi Felin.num.*
16.*de accus.Rot.decis.*502.*num.*7.*par.*1.*& decis.*19.*num.*2.
*par.*2.*recent.Gabr.de probat.conclus.*1.*num.*1. Secundò fuit
responsum, quod cum idem Franciscus de Alatro per dd.
filios Raymundi, vt supra contrahentes fuerit tanquam le-
43 galis Notarius † approbatus, prout superiùs latè probatum
fuit in primo adminiculo non potest hodiè per habentes
causam ab ijsdem contrahentibus tanquàm minus legalis
reijci aut impugnari, *l.Pomponius,ff.de negot.gest.Crauett.
consil.*341.*num.*11.*Surd.consil.*351.*nu.*41.*Rota decis.*776.
*num.*1.*par.*1.*diuers & d.decis.*502.*num.*2.*par.*1.*recen.cum
alijs per Rot.d decis* 640.*num.*10.*apud bon.mem.Card.Ca-
44 *ualer.* Maximè † cum trita sit in iure regula, quod partes
de communi consensu possunt dare fidem scripturæ etiam
informi, *san.mem. Gregor.decis.*292.*in fin.vbi Add.num.*6.

Tertiò respondebatur, quod probato notariatu, defectus
45 † huiusmodi non descriptionis nullatenus attenditur ex æ-
quitate, ne tot, tantæque laudabiles corruant dispositiones
vt respondet Rota in causa *Romana officij notariatus* 15.
Maij, & 10. *Maij* 1610.*coram bon.mem.Penia* prout in
46 puncto, quod probato † notariatu adhuc fides præstetur
Instrumentis notarij quàmuis non matriculati, nec descri-
pti in Archiuio est, *Dec. Mohed.*2.*&* 5.*de testam. & Put.*
296.*num.*1.*lib.*1.*in correct.*& facit *Angel.in l.vniuersos.C.
47 de decur.lib.*10.Quartò etiam respondebatur † huiusmodi
Constitutiones de consensu saltem tacito superiorum non
fuisse obseruatas, vt expresè dicunt *Put. d.decis.*296.*lib.*1.
*in correct.& decis.*17.*de fid.instr. Mohed. d.decis.*5.*de te-
stam.Than.decis.*113.*incip. Bulla Archiuij*, & fuit dictum
in præfata, *Romana officij* 10. *Maij* 1610 *coram Penia*,
Prout etiam aduertit *Compilator Bullarij ad dictam Con-
stitutionem* 15. *Iulij II.* & meminit etiam *Sanctissimus
Dom. Noster in Bulla Erectionis Archiuij* 53. *in im-
press.§.*2.

Et ita conclusum parte vtraquè informante &c.

¶ Adsunt infra aliæ decisiones in hac causa, idest sub diebus
30.Ianuarij sequentis anni 1634 & 7. Iunij eiusdem co-
ram eodem Reuerendiss.P.D. Coccino Decano.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Arimineñ Spolij.

Die Veneris 4. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Vigore mandati de auferendo bona certi valoris, in eius executione, vt illa fiat ad effectum licitationis, & subhastationis, procedendum est, non autem ad effectum immissionis in possessionem, & alia de quibus in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis beneficium datur, quando de læsione constat.*
2 *Mandati de auferendo bona vigore, non est procedendum ad effectum immissionis in possessionem.*
3 *Immissio ex primo decreto, ad quem effectum detur.*
4 *Possessionis veræ signa, quæ sint.*
5 *Ex vsu censetur quis aliquid approbare.*
6 *Immissio vigore mandati executiui iuxta subiectam materiam, est detentatio, & non vera possessio.*
Decis. in causa Perusina Bonorum, coram Reuerendiss. Coccin. Decan. in quibus terminis procedat, numer. 6.
7 *Stylus in specie facti propositi, debet probari, vt veniat attendendus.*
8 *Vtile, per inutile non vitiatur.*
9 *In indiuiduis vtile vitiatur per inutile.*
10 *Probationes, quæ consistunt in scriptura, testibus prævalere debent.*
11 *Pars potest appellare à mandato excessiuo.*
12 *De euictione, quem tenet actio, eumdem agentem, eiusquè hæredem repellit exceptio.*
13 *Actus agentis non debet aliquid operari, vltra eius intentionem.*
14 *Mandatum relaxatum ex falsa causa, non meretur executionem.*
15 *Fideicommissario non currit tempus conficiendi inuentarium, ante quàm hæreditas restituatur, & finita sit eius quæstio.*
16 *Hæres potest impugnare factum defuncti à iure improbatum.*
17 *Hæres tenetur approbare factum defuncti limita, vt num. 16.*

DECISIO CLXXXV.

FRanciscus creditor obtinuit ab A.C. relaxari mandatum executiuum sub consueta formula, *auferantur de domo Sebastiani debitoris, bona valoris scutorum 3600. pro extinctione cuiusdam census, ac alia bona valoris 450. pro fructibus decursis, & non solutis.* In cuius mandati executionem, fuit idem Franciscus primo loco immissus, ac associatus in possessionem duorum prædiorum, & successiuè recepit sextaria 82. frumenti, vltra quandam quantitatem leguminum; Demùm supradicta prædia fecit subhastari, ac pro summa scutorum 6000. deliberari personæ suppositæ, quæ pro eodem pretio illa cessit Hieronymo.

Dictus verò Sebastianus Spolij actionem intentauit, & coram R. P. D. meo Merlino, non solùm succubit, sed etiam causæ appellationis prosequutionem neglexit. Illius autem hæredes, presentato mihi rescripto, cum clausula restitutionis in integrum, obtinuerunt disputari dubium, *An constet de causis restitutionis,* ad quod Domini affirmatiuè responderunt. Quia constat de iniustitia sententiæ, vnde re-
1 sultat † læsio, propter quam datur beneficium restitutionis, *Benintend. decis. 85. nu. 8.* & fuit dictum in *Recanateñ Spolij 14. Aprilis 1614. coram Eminentissimo D. Card. Pamphilio,* sententia enim absoluit Hieronymum à iudicio Spolij per Sebastianum intentato, ac propterea denegat restitutionem bonorum, quæ post captam eorum possessionem vigore mandati de auferendo bona certi valoris, fuerunt subhastata, cum tamen in huiusmodi mandati executione ita esset procedendum, vt illa fieret ad effectum licitatio-
2 nis, & subhastationis, † non autem immissionis in possessionem, iuxta *l. 2. cum seqq. C. si in caus. iudicat. l. non est mirũ, ff. de pignor. act. Grammat. decis. 51. num 3. Rot. coram Seraphin. decis. 937. num. 2. & in Romana Spolij 2. Iunij 1595. coram Gypsio.*

Non obstat, quod ex relatione Executoris cõstet, dictum Franciscum mediante persona Procuratoris immissum fuisse in possessionem bonorum, de quibus agitur pro summa
3 debita, ac in mandato contenta, & consequenter, † ex primo decreto ad effectum subhastandi, non autem acquirẽdi possessionem, iuxta *l. possidere, § vlt. & l. si quis ante, § 1. ff. de acquir. possess.* Quia alius executor in sua relatione postea facta, profitetur, se vigore eiusdem mandati, *associasse, ac immisisse Laurentium dicti creditoris filium, vti coniunctam personam, ac Procuratorem in eorumdem bonorum possessionem, claudendo, & aperiendo ianuas, & glebas, & arborum folia contrectando, cum expulsione colonorum in signum verè possessionis, & præcepto iisdem colonis facto, vt ipsum, ac eius patrem in Dominos recognoscerent,*
4 quæ sunt † signa veræ possessionis, *l. qui vniuersas, § quod per colonum, ff de solut. Aym. consil. 107. num. 2. Rot. decis. 131. num. 3. par. 1. recent.* Et cum ipse creditor in prosequu-
5 tione iudicij vsus † fuerit eadem posteriori relatione, illa attendi debet, *l. si filiusfam. la 2. ff. ad Senat. Consult. Maced. Bart. in l. cum tabernam, §. idem quæsiuit, in fin. ff. de pign. Gozzad. consil. 23. num. 10. Rot. coram Card. Caualerio, decis. 26. num. 4.* quicquid sit de stylo, de quo attestantur Curiales Ariminenses, quod scilicet vigore mandati executiui creditores associantur, ac immittuntur in possessionem
6 bonorum debitoris; quæ iuxta subiectam materiam † est detentatio, non vera possessio, in quibus terminis procedit *Rot. decis. in Perusina Bonorum de Alphanis 5 Iunij 1621. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & habetur in decisione huius causæ facta 9. February 1629. coram R. P. D. meo Merlino,** non enim testantur de facto executoris immittentis quatenus vlteriùs processit ad actus correspondentes
7 veræ possessioni, iuxta receptam conclusionem, quod † stylus in specie facti propositi debeat probari, vt veniat attendendus, *Seraphin. decis. 78. num. 2.*

Ex præmissis cessat quoquè obiectum, quod per excessum executoris non vitietur mandatum, in quo huiusmodi
8 excessus non continetur, iuxta regulam, *quod † vtile per inutile non vitietur, cap. vtile, de reg. iur. in 6.* Qui ad effectum Spolij sufficit creditorem possidere prædia, de quibus agitur, possessione indiuidua, vt scilicet per partem vitiosam, in qua fuit excessum, altera eodem vitio censeatur infecta,
9 & ita intrat limitatio dictæ regulæ, quod scilicet in † indiuiduis *vtile vitietur per inutile,* de qua per *Dyn. in dicto cap. vtile num. 4. de regul. iur. in 6. & in terminis possessionis. Argel. de legit. contradict. quæst. 10. art. 9. num. 148. cum seqq.*

Præterea constat de iniustitia eiusdem sententiæ dum in ea declaratur, fructus per creditorem vigore prædicti mandati biennio ante subhastationem perceptos, & pecunias similiter exactas in summam debitam, non esse imputãda,

neque restituenda, ea scilicet ratione, quod aliqui testes deposuerint, eos perceptos fuisse per ipsummet debitorē, vel quod intra triennium fuerint percepti, non præsumuntur consumpti.

Nam vtrumque obiectum remanet sublatum, ex quietationibus factis per creditorem recipientem pecunias, & fructus, & ex confessione eiusdem creditoris in positionibus emanata, ac ex tenore sententiæ arbitramentalis pro diminutione pensionis, ratione dictorum prædiorum lata ad fauorem conductoris bonorum ipsius debitoris, & denique ex tenore sententiæ absolutoriæ creditoris à restitutione fructuum, quos ille percepit, & ab imputatione pecuniarum, quas exegit.

10 Huiusmodi † autem probationes quæ consistunt in scriptura, testibus præualere debent, *l. census, ff. de probat. gloss. in capit. 1. §. procurationes, in verbo, in scriptis, in fin. de cens. in 6.* & veritati cedere debet præsumptio, *leg. nuptura filio, ff. de iur. dot. & l. si extraneus, ff. de condict. caus. dat.* Dum vero eadem sententia declarat Sebastianum, siuè illius hæredes, non esse in totum, vel pro aliqua parte restituendos ad possessionem bonorum, quæ fuerunt distracta pro summa scutorum sex millium, controuerti non potest quin contineat magnum excessum supra summam
11 debitam scutorum 4050. in † mandato expressam, cuius ratione quemadmodùm appellatio non fuisset denegata, *vt auctoritate Surdi in consil. 39. num. 29. probat dicta decis. huius causæ emanata 9. Februarij 1629.* ita attentis omnibus præmissis debet esse locus restitutioni ad fauorem partis grauatæ.

Neque obstat, quod hæredes debitoris, qui hodie agunt, per constitutionem Procuratoris ad transigendum super fideicommisso dicti Francisci creditoris ad eorum fauorem purificato, & bonis illi suppositis, censeantur simpliciter adiuisse eius hæreditatem; ac propter confusionem actionum dictam deliberationem impugnare minimè
12 possint, iuxta regulam, *quod † quem de euictione tenet actio, eundem agentem, eiusque hæredes repellit exceptio, leg. vendicantem, ff. de euict. l. cum à matre, C. de rei vendic.*

Quia inspecta forma dictæ constitutionis ad transigendum, cum possessoribus bonorum fideicommissi, cui non fuit satisfactum per transactionem initam cum alio, qui non possidebat, vt hæreditas dicatur adita per huiusmodi con-
13 stitutionem, debet, qui in † ea se fundat, concludenter probare, quod omnes qualitates, sub quibus facta est constitutio, adsint in transactione, ne fiat contra iuris regulam, *quod actus agentis non debet aliquid operari vltra eius intentionem, l. non omnis, ff. si cert. pet. l. obligationum substan-*
14 *tia, §. vlt. ff. de oblig.* Vnde mandatum A. C. vigore † eiusdē transactionis relaxatum, non mereri executionem, *dixit Rota in Ariminen. Nullitatis Obligationis 10. Decembris 1631. & 4. Februarij sequentis anni 1632. coram Domino Queipo.*

Neque ante restitutam fideicommissarijs hæreditatem,
15 † aut finitam illius quæstionem, potuit currere tempus conficiendi inuentarium, *vt notant Bald. in l. defensionis, num. 11. C. de Iur. fisci, Paul. de Castr. in l. 1. §. ait Prætor num. 9. ff. de Iur. deliber. Cuman. consil. 129. in fin. Roland. in tractat. de inuent. part. 3. quæst. 2. numero 3. & seqq. Phanut. eod. tract. part. 1. numero 31. Peregrin. de fideicommiss. artic. 4. num. 9.* Et quatenùs etiam absque inuentario dicerentur adiuisse, nihilominus supradictam defuncti delibe-
16 rationem tanquam † actum à iure improbatum impugna-
17 re possunt (vt limitando regulam) † *quod hæres teneatur approbare factum defuncti in terminis dict. l. cum à matre, C. de rei vendicat. & similium,* tradunt *Aym. in consil. 200. num. 8. & latè Phanut. in eod. tract. par. 4. num. 157. cum seqq.*

Et ita vtraque, &c.

* Est decis. 248. supra par. 5. recent.

R. P. D. GHISILERIO.

Salernitana Pensionis.

Die Veneris 4. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Pensionis reseruatio, quando fit super beneficij Iurispatronatus, vt sustineatur, quid requiratur. Valor beneficij ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua Principis non est à patre iustificanda.*
2 *Verba, vt asseris, in narratiua Principis apposita, demōstrant, quod sit narratiua partis.*
3 *Consensus patronorum necessariò debet constare, quando agitur de validitate pensionis super beneficio iurispatronatus.*
4 *Consensus necessarius patroni pro sustinenda validitate pensionis non requiritur, quotiescunq; constat Papæ, beneficium super quo, fit reseruatio esse de iurepatronatus.*
5 *Consensus patroni requiritur in prouisione de iurepatronatus.*
6 *Resignatio iurispatronatus facta sine consensu patroni, habet statum implicitum validitatis.*
Itaut si ipse illam sciat, & taceat, valida manet, & firma, num. 6.
7 *Patroni scientia de resignatione iurispatronatus, ex quibus probetur.*
8 *Locationes multæ, & arrendamenta, concurrentibus adminiculis, probant valorem beneficiorum, & nu. 16.*
9 *Conducere non solent homines, res, multò pluris, quàm possint percipere.*
10 *Arrendamenta regulariter non probant ualorem terrarū.*
11 *Locationes, quando sunt plures, & continuatæ per tempus considerabile, tunc probant valorem rerum.*
12 *Argumentum à solito procedit.*
14 *Locationes, & conductiones plures respectiuè si sint inter se vniformes, præsumuntur factæ pro iusta, & consueta mercede.*
15 *Valor beneficij ad effectum iustificationis, debet probari deductis oneribus.*
17 *Pensionarius non præsumitur, si pensio fuisset excessiua, illam soluere voluisset, & sic constituere illum, cui debetur pensio, in quasi possessione exigendi.*
18 *Resignatario non licet, quod resignanti non licebat.*
19 *De Locationum effectuatione non potest dubitari, quando sunt plures, & successiuè.*
20 *Valor de tempore antecedenti, & subsequenti, quando probatur, idem tunc debet censeri, de valore medij temporis.*
21 *Fructus præsumuntur potiùs aucti, quàm diminuti.*
22 *Dictio, vel circa, quid importet.*
23 *Officiali publico est credendum, super rebus, quæ spectant ad eius officium.*
24 *Dictio, semper, compræhendit omne tempus.*

DE-

DECISIO CLXXXVI.

CVm dubitaretur, An per Translatarios bon. memor. Archiepiscopi Sanuitalis iustificaretur valor Abbatię Sancti Petri ad Curtim expressus in gratia pensionis reseruatæ ad fauorem supradicti Sanuitalis, quam deinde idem transtulit ad fauorem quinque eius Familiarium, pro summa tantùm ducatorum Regni 600. Domini, attentis locationibus, & alijs infra dicendis censuerunt valorem expressum in ducatis 710. auri de Camera probari, & sic gratiam reseruationis pensionis esse iustificatam.

Primò, quia ex datis in summario pro Translatarijs probantur narrata in literis reseruationis, quod bo. mem. Sanuitalis obtinebat Secretariatum, vt ex fide Secretarij, Item Abbatiam nuncupatam Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis della Geronda, vt ex prouisione in actis producta, quodquè ei reseruata erat medietas fructuum Parochialis Ecclesiæ S. Benedicti, & hoc pariter iustificatur ex reseruatione, & literis desuper expeditis.

Narratur quoquè in dictis literis, quod Ecclesia Sancti Petri ad Curtim sit de iurepatronatus Laicorum Nobilium, sed cum hæc sit narratiua, & assertiua Papæ, dum dicit se reseruare pensionem super dicta Abbatia, quæ de iu-
1 repatronatus ex fundatione, vel dotatione existit, † non est iustificanda à pensionarijs, qui de hoc nullum verbum, *Innoc. in capit. inter dilectos, de fid. instr. Aretin. consil 76. nume. 5 Natt. consil. 160. num. 19. Seraphin. decis. 330. num. 3. Rota in recent. decis. 666. num. 5. parte 2.* Neque sub-
2 sistit, quod attentis illis verbis, † vt asseris, sit narratiua partis, cum fuerint apposita respectiuè ad expressionem valoris.

Non obstat, quod non constet de consensu patronorum
3 necessario pro sustinenda, validitate † pensionis ex dispositione *reg. 42. de derogat. iurispatr.* & ex conditione apposita dummodo patronorum consensus accedat; itaut non iustificato consensu, Carolus, qui eodem resignationis die ad fauorem Sanuitalis reseruationi pensionis consensit, nō potuerit tanquàm carens titulo, & possessione consentire,
4 quia non est necessarius consensus patroni † pro sustinenda validitate pensionis, quotiescunque constat Papæ Beneficium super quo fit reseruatio esse de iurepatronatus, *Gig. de pens. quæst. 23. num. 8. Rebuff. in 3. par. signatura, in verb. necnon iurispatronatus, num. 28. & 48. Seraphin. decis. 1264. num. 1. Rota in Lucana Pensionis 4 Nouembris 1579. coram de Rubeis, & in alia Lucana Pensionis 17. Februarij 1592. coram Orano*, & in præsenti casu, stante prædicta assertiua Papæ de Iurepatronatus Laicorum, non potest dubitari, quin Papa habuerit sufficientem notitiam
5 iurispatronatus; consensus † autem patroni requiritur in prouisione de iurepatronatus, quæ iuxta prædictam regulam non potest fieri sine illius consensu, & semper certum
6 est, quod resignatio † facta etiam sine consensu patroni, habet statum implicitum validitatis *Cardin. in Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat. num. 11. Felin in cap cum Bertoldus, nu. 10. & 14 de re iudic. Rot. decis. 77 par. 1. diuers. cum alijs alleg. per Modern. in prax. iurispatronatus, par. 2. lib 12. cap. 5. num. 2. & seqq.* Itaut si patronus illam sciat, & taceat, valida remaneat, & firma, *Abb. in cap. cum Ecclesia, num. 12. de elect. Mandos. in reg. 32. quæst. 24. Put. decis. 412 lib. 1. in fin. Mohedan. decisio 27. numer. 2. de caus. possess. & propriet.*

De contradictione autem patronorum nullibi constat, immo admisso, quod de ipsorum consensu non constet ex fide Notarij Cancellariæ super consensu præstito per procuratorem Lucretiæ Mormillæ, nequè sufficienter probetur scientia resignationis factæ à Decio in Carolum, neque ex diuturnitate temporis, quo possedit Carolus, nequè ex qualitate facti, cum ageretur de beneficio insigni, seù Abbatia Reali, & graui ipsorum præiudicio, ex quibus proba-
7 ri † scientiam tradit *Corn. 268. num. 11. lib. 4. Aym. consil. 868. num. 5. Decian. respon. 10. num. 87. lib. 1.* Attamen videtur cessare omnis difficultas eo ipso, quod Patroni approbantes resignationem factam per Carolum in Vincentium Pignatellum in necessarium antecedens ius ipsius sciuerūt, neque contradixerunt, immo approbarunt, cum aliàs tanquàm ad beneficium adhuc vacans potuissent simpliciter præsentare.

Maior tamen difficultas restringitur ad probationem valoris Abbatiæ expressi in literis, quem DD. sufficienter probari censuerunt ex multis locationibus, & arrendamentis
8 datis pro parte Translatariorum † quæ concurrentibus adminiculis probant, *vt in Veronen Pensionis 23. Maij 1607. coram bon. mem Cardin. Sacrato*, allegata per *Adden ad san. mem. Greg. XV. decis. 101. num. 5.* attenta pluralitate locationum, quæ dantur continuatæ, vnde corroboratur ratio
9 d. decisionis, quod † homines non solent esse fatui ad conducēdum res, multò pluris, quam possint percipere, & licet
10 regulariter arrendamenta non † probent valorem terrarum. *Sarnen. in reg. de valore. q. 15 Seraph. decis. 1009 nu. 1. Mant. decis. 290. num. 4. Cassad. decis. 20. num. 1. super reg. san. mem. Greg. XV. decis 359. num. 7.* Attamen quoties lo-
11 cationes † sunt plures, & continuatæ per tempus considerabile, fallit super dicta regula, & excluditur præsumptio affectionis, quæ cadere potest in vno, vel altero homine non autem in pluribus.

Adminicula autem desumi possunt à solito, tàm locatorum, quàm conductorum pro eadem summa, & pro ijs, quę
12 fieri consueuerunt, † vnde procedit argumentum à solito. *Decian. consil. 66 nu. 18. lib. 3.* Solitum autem, & consuetum
13 à quinquè, vel pluribus annis citra † ad effectum pensionis. & liquidationis fructuum attendendum esse censuit, *Rota in Veronen. Pensionis 26. Martij 1629 coram R.P.D. meo Pirouano.*

Item à præsumptione, quod cum tot conductiones, &
14 locationes respectiuè sint inter se vniformes, † præsumuntur factæ pro iusta, & consueta mercede, *vt per Carocc. de locat. quæst. 2. num. 6.*

Item, quod locationes prædictæ leguntur factæ deductis
15 oneribus, vnde probatur alterum requisitum † in probatione valoris ad effectum de quo agitur. *Rot. decis. 444. num. 4. in fine, par. 2 recent. san. mem Gregor XV. decis. 170. num. 4. vbi Addent. num. 10.* vt patet ex lectura locationum de bonis sitis in Territorio Ciuitatis Salernitanæ in quibus deducuntur ducati 57. pro celebratione Missarum pro festiuitate S. Petri ad Curtim, S. Antonij, & pro alijs seruitijs, & oneribus ipsius Abbatiæ. Et in affictu bonorum positorum in Territorio Noceræ deducūtur ducati 8. quolibet anno soluendi Cappellano, itaut dici non possit, quod in Arrendamentis non fuerint onera deducta.

16 Prætereà concurrunt solutiones factæ † per Carolum Caracciolum spatio multorum annorum absque tergiuersatione. *Rota decis 293. nu. 2. par. 1. diuers.* signum euidens, quod pensio de qua agitur non erat excessiua, immo quod fructus Abbatię correspondebant arrendamentis, cum non
17 sit verisimile, quod † si pēsio fuisset excessiua iactādo suum voluisset pensionarium constituere in quasi possessione exigendi: Accedit, quod Dominus Pignatellus habet causam ab ipso Carolo vti ipsius resignatario, quo casu cōsen-
18 sus præstitus à resignante, nocet etiam resignatario, † cui nō licet quod resignanti non licebat. *Caputaq. decis 89 num. 4. par. 3. Rot. in recent. decis. 57. num. 3 par. 2.*

Omnia autem supradicta magis procedunt stante effe-
19 ctuatione dd. locationū, de qua non potest dubitari, † cum sint plures, & successiuæ, *Menoch de retinen remed. 3. num. 573. Caroc de locat. par. 6 tit. de probat. q. 11. num. 13. Seraphin. decis. 1601. num. 3.* præsertim stante illarum antiquitate. *Seraphin. vbi supra, Menoch. d. remed. num. 574. Soccin. consil. 89. num. 18. lib. 1.*

Minùs obstant, quæ deducuntur ad excludendam probationem valoris de tempore datę gratiæ anni 1606. ex eo, quod locatio Bonorum Salerni pro ducatis 510. licet fuerit facta de anno 1606. 20. Decembris, tamen illius effectus. ō
20 sortitur nisi in anno sequenti 1607. quia probato valore † de tempore antecedenti, & subsequenti idem censeri debet de valore medij temporis nō modo, quia est modicum, in quo variato cadere nō potuit, verùm etiam, quia fructus

præsumi

21 præsumi debet † potius aucti, quam diminuti, immo ex eo, quod Cōductor de anno 1606. celebrauit contractum pro futuro anno 1607. insurgit probatio, quod de eodem anno 1606. fructus ascenderent ad summam expressam in ipso Instrumēto, cum ex præsenti arguamus ad id, quod de proximo est futurum, præsertim in fructiferis; Accedit, quod pro parte Translatariorum fuit probatus tantùm valor corporum, quæ consueuerunt locari, & tamen ex Instrumentis locationum constat præter bona locata adesse alia bona, & emolumenta, quorum valor non est computatus; Legitur enim in Instrumentis locationum, Abbates vltra affictus sibi reseruasse eleemosynas oblatas pro Missis, & oblationes, quæ fiunt Ecclesiæ S. Antonij, Coronam lignaminum, quæ ex circa possessionem della Sala, & porcos, super quibus etiam cadit pensio reseruata super fructibus, & emolumentis vniuersis, qui pariter augerent valorem.

Neque obstant, quæ de nouo pro parte Titularis inculcātur ad destruendam iustificationem valoris narrati, quia pensio fuit verè, & realiter reseruata in ducatis Regni 800. quorum valutatio facta in literis reseruationis ad ducatos de Camera 560. vel circa, non videtur posse destruere probationem factam, ea ratione, quod si ducati de Regno 800. reseruati pro pensione constituunt summam ducatorum 560. de Camera, consequens sit, vt ducati de Camera 710. valoris expressi per ascensum respondere debeant ducatis Regni 1014. quia pensio fuit inter partes constituta in summa certa, & fixa ducatorum de Regno, valutatio verò ad ducatos de Camera fuerit adiecta propter interesse Officialium, quibus emolumēta debentur ad rationem ducatorum de Camera, non autem ducatorum Regni, adeò ut ipsi Officiales Datarię, si quando vident in supplicatione valutationem factam præter eorum calculum particularem, tūc supplicationes in ea parte emendent, vel cogant sollicitatores vt augeant expressionem, qui propterea consueuerunt ad-

22 dere dictionem, † *vel circa*, vt excludant quantitatē quam ignorant esse certam, & propterea non videtur posse ex tali valutatione desumi aliquod argumentum ad valutationem valoris fructuum expressi per ascensum ad ducatos de Camera 710. cuius ratione Domini dixerunt standum calculo

23 D. Riualdi, cui † vti publico officiali est credendum, *Rota decis. 525. num. 5. par. 2. recent. & 573. num. 6. par. 3. diuers.* qui computat 75. ducatos de Camera pro centum Regni, non autem mercatorum, qui in huiusmodi computationibus propter interesse transmissionum, ac prouisionum sunt rigorosiores.

Non obstant, quod fides D. Riualdi sit de recenti, tanquàm facta de anno 1626. & sic per 20. annos post annum gratiæ, tùm quia est magis antianus præ omnibus Officialibus Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ, tùm etiam quia attestatur de omnibus alijs Officialibus, & in omnibus ca-

24 sibus cum dictione, † *semper*, itaut dicēdum videatur, quod capiat etiam tempus gratiæ, de qua agitur, quæ quidem attestatio est tantò magis attendenda, quia in loco beneficij non currunt ducati de Camera, itaut possit dici, quod valor in reseruatione expressus in ducatis intelligitur, prout currit in loco beneficij; Neque subsistit, quod dicta fides solùm loquatur de solutione Annatarum in Curia, quia etiam attestatur quoad pensiones, ibi, *tàm in solutione Annatarum in expeditione literarum Apostolicarum, Prouisionum beneficiorum, seu reseruationum pensionum, &c.* ex quibus resultat probatio valoris fructuum in summa ducatorum Regni 960. cum secundùm stylum ducati centum monetæ Regni constituant summam ducatorum 75. auri de Camera, qui non solum æquant, sed etiam excedunt expressionem valoris ducatorum de Camera 710. factam in literis reseruationis.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

¶ In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 30. Maij 1633. coram eodem R. P. D. Ghisilerio.

Decisio CLXXXVI.

R. P. D. PIROVANO.

Aretina Commendæ.

Die Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Executionem paratam habent literæ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ. Et quando dicantur iustificatæ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ, si sint iustificatæ retinent priuilegium viæ executiuæ, & num. 17.*

2 *Beneficia omnia de iure præsumuntur simplicia.*

3 *Beneficium tunc multò magis præsumitur simplex, si solitum fuit obtineri per Clericos sæculares.*

4 *Beneficium, quod sit de iurepatronatus si narretur, ista narratiua probatur, si partes ad inuicem illud fateantur quicquid sit, si de illo canonizando ageretur.*

5 *Testes probant mortuum aliquem esse, si deponant illum vidisse mortuum.*

6 *Quæ ratio cum versetur circa obiectum visus, non eget alia eiusdem dicti expositione.*

7 *Fructuum perceptio est præcipuum signum possessionis.*

8 *Valor beneficij ad effectum iustificationis gratiæ probatur per testes deponentes de publica voce, & fama, tàm de præterito, quàm de præsenti.*

9 *Clericatus probatur ex literis testimonialibus sui Ordinarij, & qualiter probetur idoneitas, num. 10.*

11 *Subrogatio in beneficio datur propter litem.*

12 *Lis non potest dubitari, quin sit contestata, stante commissione, & citatione, cum inhibitione decreta, & executa, & in actis reproducta.*

13 *Lis, vt dicatur contestata per commissionem, & citationem cum inhibitione, necessarium est, vt constet de mandato illius, ad hoc, vt lis pro absente dicatur introducta.*

14 *Mandatum probari potest præsumptionibus, & coniecturis.*

15 *Scientiæ, & causæ informatio aliunde quàm ab ipso principali ortum habere non præsumitur.*

16 *Mandatum præsumitur ex impensa, non leui, veluti quia excedit summam iuliorum 10.*

DECISIO CLXXXVII.

PEndente lite in Rota inter Franciscum Grazinium, & Comitem Rotellium super Cappellania S. Martini, & ea postmodum, adhuc lite non terminata, vacante per obitum dict. Comitis de mense Iunij 1630. Franciscus obtinuit subrogationem in forma commissaria per literas Apostolicas Vicario Aretino directas, à quo primùm fuit pronunciatum literas, pro tunc non esse iustificatas, litemq; in sacro hoc Auditorio, inter supradictos Franciscum, & Comitem non apparere legitimè introductam, quæ etsi fuerit reuocata, & deinde in tertia instantia, prima etiam confirmata nihilominùs ad Rotam deuoluta, quæsitum fuit. An sententiæ contra Grazinium latæ sint infirmandæ, & affirmatiuè eo solo informante per DD. fuit responsum.

Quia

Quia illarum iniustitia probatur ex iustificatione narratorum in literis, cum quibus etiam mandata de subrogando
1 sunt exequenda, quia quando sunt iustificata retinent † priuilegium vitæ executiuæ *cap. si quando, de reser. cap. si capitulo, cum glos in verb. exequatur, de concess. præben. in 6. Sarnen. in tract. Breu. num. 4. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Gig. de pens. q. 81. num. 2. Rot. decis. 506. num. 1. & 558. num. 2 par. 1. recent.*

Quod enim primò fuit narratum Cappellaniam, de qua agitur esse beneficium simplex probatur ex tribus testibus datis in causa scientiæ benè concludentibus, quia alter eorum est frater Gratiæ, qui fuit Rector dictæ Cappellaniæ, alter quia per 25. annos intrabat in Monasterio Monacorum Cassineñ, in cuius Ecclesia sita est Cappellania supradicta, vltimus verò, quia in dicta Ecclesia tanquàm Clericus per plures annos deseruiuit, & hæc qualitas etiam absquè testibus sola iuris præsumptione remanet probata, quia
2 de iure omnia beneficia † præsumuntur simplicia, *Staphil. de lit. Grat. tit. de qualit. & stat benef. in princ. Bellam. decis. 675. & in recent. decis. 233. & 632. num. 4. par. 1.*

Et eadem iuris præsumptione vltra testes datos proba-
3 tur secunda pars narratiuæ, quod † beneficium huiusmodi solitum sit obtineri per Clericos seculares, *Mant. decis. 68. num. 2. & 578. num. 4. par. 1. recent.*

Tertia verò pars eiusdem narratiuæ, quod idem beneficium sit de iurepatronatus partes ad inuicem illud faten-
4 tur, quod sufficit ad effectum iustificandi † narratiuam, quicquid sit, si de illo canonizando ageretur, *Rot. decis. 452. num. 2. coram Papa Gregor. XV. Garz. de benefic. par. 12. c. 2. num. 276. cum alijs allegatis per Addent. ad d. decis. 452. num. 22.*

Obitus Comitis narratus in mense Iunij 1630. & ipse probatur ex testibus datis, qui in illorum depositionibus di-
5 xerunt vidisse illum † mortuum, quę ratio cum versetur circa obiectum visus, vt dicit *Bald. in l. solam in princ. C. de te-*
6 *stib.* non eget alia † eiusdem dicti expositione, *Bart. in l. 1. § si dubitetur num. 2. ff. quemadmodum, testam. aper. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 675. Rot. decis. 73. num. 3. coram Papa Gregor. XV.*

Possessio eiusdem Comitis dum viueret, quæ respicit quartam narratiuam similiter benè probatur ex testibus datis, qui in causa scientiæ dicunt se vidisse illum percipere
7 fructus huius Cappellaniæ, † quod est præcipuum possessionis signum, *Sarnen. de annal. q. 47. num. 1. & 2. Cas. de Grass. de caus. possess. decis. 10. num. 3. & decis. 21. num. 1. de probationibus.*

Valor etiam concludenter probatur, quod Cappellania
8 non excedat ducatos 24. ex eisdem † testibus datis deponentibus de tempore gratiæ, & de publica voce, & fama, tàm de præterito, quàm de præsenti, quæ etsi leuis sit probatio, ad hunc tamen effectum iustificationis gratiæ solet admitti, *Bellamer. decis. 674. & 682. Mohed. decis. 3. num. 6. de testib. Cas. de Grass. decis. 3. de prob. Verall. decis. 277. num. 7. par. 1.*

9 Clericatus, & idoneitas † probantur primùm ex literis testimonialibus sui ordinarij, *Gram. decis. 81.* secundùm verò per similes literas eiusdem Vicarij, quibus semper de-
10 fertur † etiam parte aduersa non citata, cum ille actus magis pertineat ad conscientiam executoris, quàm ad forum iudiciale, *Bald. in l. vlt. num. 7. C. vnde legit.* & idem fuit dictum *in Seneñ Canonicatus seù coadiutoriæ 4. Iunij præteriti coram me.*

Deniquè probatur lis narrata, quę est fundamentum sub-
11 rogationis, † & seù mandati de subrogando; constat enim vsquè de anno 1621. huiusmodi litem in Rota super Cappellania S. Martini fuisse contestatam inter Franciscum de Graninis nunc subrogatum, & ser Comitem de Rotellis
12 † stante commissione, & citatione cum inhibitione decreta, & executa, & in actis vsquè tunc reproducta, per quam litem contestari non dubitarunt, *Sarnen. in reg. de subrog. quæst. 3. num. 2. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 48. Cassad. decis. 1. num. 4. vt lit. pend.* Rot. *decis. 321. num. 3. par. 1. recent. & decis. 27. num. 2. coram Papa Gregor. XV.*

13 Nequè obstat, quod non constet de mandato † illius qui tunc præsentauit commissionem, & citationem cum inhibitione obtinuit, quod tamén necessarium esse quando lis pro absente introducitur firmatum fuit in causa Paderboneñ Canonicatus 28. Nouembris 1608. quæ est inter impressas *coram D. meo Decano 431. num. 5.*

14 Quia visum fuit sufficere † præsumptum mandatum, & illud probari posse coniecturis, & præsumptionibus, *Cassad. decis. 3. num. 4. de proc. Cas. de Grass. decis. 2. num. 5. & 6. de reb. Eccl. non alien. Rot. decis. 44. numer. 1. coram Papa Gregor. XV.* quæ in casu, de quo agitur multæ concurrunt, quia Montanus, qui se procuratorem gessit rescriptum appellationis obtinuit, & præsentauit, eademquè citationem, quam obtinuit, & ad partes transmisit, & executa à principali ad Curiam remissa fuit, & illam reproduxit, ex quibus duo probantur.

15 Primò scientia, † & causæ informatio, quæ aliunde, quàm ab ipso principali ortum habere non præsumitur, *Cassad. ead. decis. 3. num. 4. de proc. Dec. consil. 36. num. 5.*

16 Secundò impensa non leuis, quia excedit iulios 10. † quæ solet reputaui sufficiens, *Cassad. d. decis. 3. num. 3. Rot. decis. 44. num. 2. coram Papa Greg XV.*

Posita autem iustificatione gratiæ Grazinij inde resultat iustitia sententiæ per Decanum ad eius fauorem latæ, & per consequēs iniustitia primæ per Vicarium Aretinum ac tertię per Archipresbyterum contra eum promulgatarum de-
17 negantium immissionem, quæ † tamen literis iustificatis de iure erat concedenda, vt supra fuit firmatum.

Et ita, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census, seù Canonum.

Die Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Fundus, quando appareat, quod potius sit suppositus censui, quam Canoni.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ne dùm contra confitentem probat, sed & contra causam habentes causam ab eo.*
2 *Confessio erronea non præiudicat confitenti, nec habentibus causam ab eo.*
3 *Error excludit consensum.*
Errantis nulla est voluntas, num. 3.
4 *Error dicitur patens, dum relatum verè aliter se habet, quàm in referente fuit præsuppositum.*
5 *Contrarietas, & repugnantia in contractibus, in incontinenti de iure non admittitur.*
6 *Copula, & interdùm diuidit pro dimidia.*
7 *Enunciatiuæ quàmuis antiquæ non probant, quando principaliter agitur de enunciato.*
8 *Clausula, quatenùs opus sit, conditionem importat, & nihil ponit in esse.*
9 *Solutiones continuatæ pro Canone per 30. annos probant rem esse emphyteuticam.*
10 *Concessio talis præsumitur, qualem demonstrat diuturna solutio.*
11 *Solutio vnica vice, & vnico contextu facta de pluribus summis, habetur pro vnica solutione tantum.*
12 *Instrumentum, quando clarè loquitur, tunc non est recurrendum ad interpretationem, & coniecturas.*

DECISIO CLXXXVIII.

Annuam responsionem scut.48.ba.45. quæ fit ex causa vineæ, de qua agitur, deberi pro censu, non autem pro canone, hodie iterum Domini responderunt, quia hoc suadent Iuris præsumptio, pacta, verba, ac denominatio expressa in Instrumentis, vt latiùs fuit deductum in decisione sub die 29. Martij præteriti corā me, * in qua persistendum esse fuit resolutum.

Non obstat, quod Cardinalis Detus in Instrumento celebrato de anno 1606. dato in Summario D. Octauię num. 4. fassus fuerit contractum hunc esse emphyteoticum, soluendo canones,& recognoscendo Puccios in Dominos directos, quæ confessio probat, nedùm contra confitentem,
1 † sed & contra causam habentes ab eo, vti est R.P.D. Vecchiarellus, *Rota apud Card. Mant. decis.57. num.1. & decis.249. num.3. par.2. recent. cum alijs.*

Quoniam visum fuit subsistere responsionem decisio-
2 nis, nempè † quod huiusmodi confessio, tamquàm erronea,
3 non præiudicat confitenti, neque successoribus; Error † enim excludit consensum,& errantis nulla est voluntas, *l. error, C. de iur. & fact. ignorant. Crauett. consil.257. num.2. Decian. consil.54. num.73. lib.2. Surd. decis.114. num.20. & decis.130. num.1. Rota apud Cæsar. de Grassis decis.1. nu.2. de transact. & in* Romana Domorum 9. Iunij 1617. *coram bon. mem. Andrea.*

Quod autem sit erronea confessio deducitur ex eo, quia habet relationem ad Instrumentum factum de anno 1569. & de anno 1562. ibi, & aliàs prout constare asseritur in Instrumento rogato 8. Iunij 1569. In quo Instrumento de anno 1562. relato,& approbato in d. Instrumento de anno 1569. Venditio istius vineæ facta fuit ad censum perpetuũ, & pluries contractus enunciatur censualis, non emphyteo-
4 ticus, vnde error est patens, † dum relatum verè aliter se habet, quàm in referente fuerit præsuppositum, *Alex. cons. 9. num.12. lib.5. Surd. decis. 114. num.17. ad fin. Rot. decis. 158. num.4. par.2. recent. & in* Reatina census 27. Nouembris 1617. *coram bon. mem. Buratto*, vbi quod hic est verus modus probandi errorem.

Non obstat, quod Instrumentum prædictum de anno 1562. non sit attendendum, vtpotè factum à Procuratore habente mandatum concedendi vineam in emphyteusim tantùm, non autem ad censum, vt in Summario D. Octauię num.9.

Quoniam immo ex inspectione d. Instrumenti colligitur Puccios Dominos directos habuisse animum concedendi vineam etiam ad censum, ibi, pro maiori eorum vtilitate, ac minori dispendio, velint eam alienare, & ad perpetuum annuum censum dare,& concedere, &c. & paulò ante, ibi, quæ vineæ, & bona pro maiori parte sunt data in emphyteusim,& ad censum perpetuum,&c. ac paulo post, Domini fratres de Puccijs consueuerunt, & solent annuum censum recipere,&c. Quæ verba videtur satis clara, quod censualis contractus de hac vinea fieri posset.

Nec contrarium inferunt verba illa, concesserunt facultatem, &c. locandi eo modo, & forma, prout habent fere omnia alia eorum bona in Vrbis Territorio existentia, &c. Quæ bona cùm sint concessa in emphyteusim, vt constat ex pluribus Instrumentis datis in Summario Dom. Octauię num. 10. vtiquè etiam hæc vinea deberet concedi in emphyteusim.

Quia, cum antea dixissent Domini directi, bona sua pro maiori parte fuisse data ad emphyteusim, & censum, & quod volebant vineam alienare, & ad perpetuum annuum censum concedere, per clausulam subsequentem eo modo,& forma, &c. censeri non debet restricta ad conceden-
5 dum dumtaxat in emphyteusim, ne † detur incontinenti contrarietas, & repugnantia in contractibus, de iure non admittenda, *l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Socc. Iun. consi. 102. num.35. lib.2. Menoch. consi. 545. num.5. 6. & 16. Surd. decis.276. num.3.* Et dum vna pars bonorum concedabatur ad censum,& alia pars in emphyteusim, vt infertur ex co-
6 pula,&, ibi, *ad emphyteusim, & censum*, quæ † copula interdum diuidit pro dimidia, *l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. §. si plures, Instit. de hæred. Instit.* Rectè Procurator potuit vineam concedere ad censum, & dicitur etiam concessisse eo modo, & forma, quo aliqua bona eorumdem de Puccijs solita erant concedi, dum ex assertione eorumdem concedebantur ad emphyteusim,& censum: Præsertim verò quia in mandato dabatur facultas concedendi personæ, & personis, & precio, ac precijs Procuratori benè visis ad censum annuum perpetuum; vndè infertur eò magis licuisse Procuratori ad censum concedere, quia sic visum fuerit illi sic magis expedire, nec dici vllo modo potest excessisse fines mandati.

Non obstant enunciatiuæ Instrumentorum anni 1564. & 1577 in Summ. num.3. & 4. in quibus venduntur plures petiæ istius vineæ, positæ sub proprietate Dominorum de Puccijs, cùm reseruatione canonis, consensus Domini dire-
7 cti, ac Laudemij; quia † huiusmodi enunciatiuæ, quàmuis antiquæ, non probant, quando, vt in casu præsenti, agitur principaliter de enunciato, vt pluriès dixit *Rota in decis. 405. num.5. & decis.606. num.3. par.1. & decis.568. num.4. ac decis 580. num.3. par.2. recent.* Præsertim verò, quia non constat fuisse solutum Laudemium, & præstitum consensum, prout in dictis Instrumentis fuerat reseruatum, & sic effectuatas esse illas venditiones, & in illo de anno 1577.
8 reseruationi consensus adiecta est clausulà, quàtenus † opus sit, quæ conditionem importat, nihilquè ponit in esse, vt in alia Decisione dictum fuit.

Minùs obstant continuatæ solutiones pro canone per
9 300. annos, & vltra continuatæ, † ex quibus satis probatur rem esse emphyteoticam, iuxta tradita per *Seluan. consil. 57. num.42. Card. Mantic. decis.57. num.1.* Quoniam, si per singulos 30. annos singillatim dictę solutiones factę fuissent, posset inde resultare aliqua probatio rei emphyteoticæ, cò
10 quod talis præsumitur † concessio, qualis apparet diuturna solutio, vt inquit *Mantic. d. decis. 57.* qui non de 30. annis, sed de solutionibus longissimi temporis loquitur, sed datur solutio vna vice facta per Cardinalem Detum, pro canone
11 debito pro 30. annis preteritis, quæ haberi debet, † pro vnica solutione, dum vnico contextu de pluribus summis, non autem diuersis temporibus,& per singulos annos, per separatos actus, non fuit facta, *Bald. in l. quicumquè, num.3. C. de apoch. public. lib.10. Ias. in l si certæ, num.4. versic. quartò notabiliter, C. de pact. Gabr. de præsumpt. conclus.11. num. 13. Capell. Tholosan. quæst.236. num.3. Menoch. præsumpt. 139. num.24. lib.3. Surd. consil 369. num.15. Pistor. obseruat. 195. num.4.* Et per R.P.D. Vecchiarellum dantur aliæ solutiones factæ in causam census, ex quibus videtur tolli præsumptio, ex continuatis solutionibus deducta, & saltem eliduntur inuicem, indequè postea semper viget præsumptio Iuris, vt potiùs censualis, quàm emphyteoticus censeatur contractus.

Demùm non obstat, quod simul iungendo enunciatiuas de anno 1564. & 1577. datas in Summario D. Octauiæ num.3.& alias de anno 1538. 1572. 1589. 1595. datas in Summario num.10. desumatur interpretatio tamquàm ex antecedentibus,& subsequentibus quod contractus sit emphyteoticus, quoniam, quoad enunciatiuas de anno 1564. & 1577. supra satis fuit responsum, quò verò ad aliàs enunciatiuas datas in Summario num.10. illæ non loquuntur de
12 hac vinea, de qua agitur, sed de alijs diuersis, & † non est opus recurrere ad interpretationem, & coniecturas, aut adminicula, dum in Instrumento de anno 1562. expressè concessio fuit facta ad censum, & huic expressioni adstipulantur pacta, & Iuris præsumptio, in alia decisione latiùs deducta.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit,&c.

* Est decisio 110. supra in hac eadem parte.

R.P.D.

R. P. D. MOTMANNO.

Anconitana Iuris redimendi.

Die Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Emens fundum ab aliquo, cum promissione illum infra certum tempus eidem retrouendendi, an iste vendens possit illud ius redimendi alteri cedere.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Transmissibile, quicquid est hæredibus, alteri cedi potest, & num. 3.*
4 *Obligationis Cameralis effectus operatur etiam ad fauorem cessionarij.*
5 *Dictiones, dictus, & idem, sunt personalissimæ, declara, num. 6.*
7 *Ius, quod à contrahentibus effectum fuit transmissibile, cædi potest.*
8 *Iudici procedenti ad exequutionem contra obligatos in forma Cameræ, licet pro suo arbitrio, adhibere quæcumquè remedia, contenta in ipsa obligatione.*
9 *Fructus recompensatiui, quando cessent.*
10 *Dominus census præfertur in alienatione fundi, in quo est impositus census.*
11 *L. quoties, C. de rei vindic. declaratur.*
12 *Iure datoris resoluto, resoluitur etiam ius acceptoris.*
13 *Ius posterior habenti in aliqua re, non licet præoccupare alterum habentem in eadem re, ius priùs petendi.*
14 *Per prouisionem hominis cessare debet prouisio legis.*

DECISIO CLXXXIX.

SImon emit prædium à Polo, & Antonio Maria fratribus pro pretio scutorum 600. cùm promissione illud infra certum tempus eisdem fratribus retrouendendi pro pretio scutorum 400. Postea huiusmodi prædium vendidit Bonarello ementi nomine Leonardi eius fratris, pro eodem met pretio scutorum 600. & cum eodem onere promissæ retrouenditionis.

Deinde Bellolius idem prædium à supradictis Polo, & Antonio Maria fratribus emit pretio scutorum mille, reportauitquè cessionem iurium aduersùs Simonem, & alios ab eo, causam habentes, & introducto desuper iudicio obtinuit per Iudicem prioris instantiæ pronuntiari, Instrumentum promissionis prædictæ contra Simonem fore, & esse exequen. quæ sententia per A.C. in secunda instantia etiam contra Bonarellos fratres venientes pro eorum interesse, fuit confirmata, & demùm in tertia instantia coram me Domini hodie censuerunt dictam A.C. sententiam pariter tàm ex capite validitatis, quàm iustitiæ esse confirmandam.

1 Nam de validitate constat † ex reuolutione actorum, in quibus continentur substantialia requisita per *Caputaq. decis. 260. par. 2.* & nulla de ijs apud partes est controuersia, iustitia verò quòad Simonem deducitur ex eo, quòd hæc posterior sententia confirmat priorem latam super executione Instrumenti promissionis de retrouendendo prædium post factam pretij restitutionem ad fauorem Bellolij Cessionarij dictorum Poli, & Antonij Mariæ fratrum ad quorum, eorumquè hæredum fauorem, fuerat facta promissio, quicquid enim ex ea promissione ipsis fratribus
2 competebat, quemadmodum † transmissibile erat ad eorum hæredes, *l. 2. & ibi glos. in verb. siue, C. de pact. inter. empt. & vendit. l. si necessarius. §. de vendendo, ff. de pignor.*
3 *act. & leg. si pactum, ff. de probat.* ita † alteri cedi potuit, vt per *text. in leg. ex pluribus. ff. de peric. & administr. tut.* respondit *Paul. de Castr. in consil. 1. num. 2. volum. 2.* cuius opinionem secuti sunt *Dec. in consil. 164 in fine, & consil. 614. num. 14. Aym. consil. 191. num. 2. Roland. consil. 28. num. 18. lib. 2. Cagnol in d. l. 2. num. 36 & 37. C. de pact. int. empt. & vendit.* eamquè tanquàm veriorem, & magis communem extollunt, *Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glos. 3. num 1. & Fachin. controuers. Iur. lib. 2. cap. 11.* quod etiam comprobauit *Rot. decis. 502. num. 2. & decis. 547. num. 1. part. 2. recent.* Nequè ex parte illorum de Bonarellis iustitia dictæ sententiæ controuerti potest, cum onus de obseruando pactum retrouendendi in se susceperint, cum obligatione ca-
4 merali, † cuius effectus operatur etiam ad fauorem cessionarij *Surd. consi. 444. num. 12. Galles. ad form. Camer. oblig. quæst. 4. & quæst. 5. vbi Add. cumulat. num. 2. Rot. in Perusina pecuniaria 10. Maij 1628. & in Romana exequutionis 2. Iunij, sequentis coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Non obstat, quod promissio de retrouendendo fuerit nominatim facta fratribus de Polis, cum dictione, dictis, &
5 dictione eisdem, † quæ dicuntur personalissimæ, itaut promissio ad personam Cessionarij extendi non possit *Aym. consil. 98. num. 8. cum alijs adductis per Rot. decis. 669. num. 1. par 1. recent.*

6 Quia obiectum procedit in dispositionibus † continentibus restrictionem ad personã solius disponentis, vel contrahentis, vt de reseruatione facultatis retrahendi ad beneplacitum alienantium, habetur in casu *d. decisionis 669. par. 1. recent.*

In casu verò præsentis contractus constat dictam promissionem factam fuisse non solum fratribus venditoribus, sed etiam eorum hæredibus, & ideo tamquàm ius, quod à
7 † contrahentibus effectum fuit transmissibile, cedi potuit Bellolio, vt per *Bart. in l. si mulier, §. ex asse, ff. de Iur. dot. & alios Doctores supra allegatos.*

Nequè obstat quod Iudex prioris instantiæ in sententia mandauerit per dictum cessionarium iuxta conuentionem solui scuta 400. Simoni, seù Bonarello, cum tamen ex eodem Instrumento constet summam scutorum 440. esse in obligatione. Nam obiectum remouetur ex tenore ipsius Instrumenti. In quo pretium venditionis verè restituendum est scutorum 40. ratione domus, tempore initi contractus ædificandæ, tũc demum fuisset debita, vbi de adimplemento dictæ ædificationis apparuisset, eo enim non sequuto nihil debetur.

Minùs dari potest de iniustitia, ex eo quod Simon fuerit condemnatus ad deponendum in sacro Monte Pietatis ex pretio sibi per Bonarellum soluto, summam scutorum 550. donec suæ promissioni de retrouendendo satisfaceret, & sic contra tenorem dicti Instrumenti, in quo nulla prorsus continetur promissio de faciẽdo aliquod depositum. Nam
8 † Iudici procedenti ad exequutionem contra obligatos in forma Cameræ, licuit pro suo arbitrio adhibere quæcumquè remedia contenta in ipsa obligatione, & cum prætereà dicta condemnatio ad deponendum, in sententia habeatur tanquàm Caput à condemnatione de exequendo contenta in Instrumento, distinctum, & separatum, visum fuit Dominis ipsam sententiam habita ratione fructuum re-
9 compensatiuorum † à die factæ Iudicialis oblationis pretij restituendi, esse in hac parte reformandam vt in gradu appellationis fieri debere docet *Bald. in l. 1. num. 6. C. de error. calcul.*

Deniquè non obstat, quod Bonarelli non modò tãquàm possessores prædij *iuxt. l. quoties, C. de rei vendic.* sed etiam
10 tanquàm † Domini census scut. 50. super eo impositi in illius alienatione sint præferendi *Iux. Pij V. Constitutionem*
11 *79. in ordine Bullarum nou. apud Laertium.* Quia *text.* † *in d. l. quoties,* procedit in re simpliciter vendita duobus, quorum

rum alteri possessio priùs fuerit tradita, secus verò quando primus emptor habebat ius, & possessionem resolubiliter ex retractu, & ad certum tempus, quæ vltra limites in conuentione expressos, ipse in secundum transferre non potuit.
12 Vnde resoluto † iure datoris, ex pacto retrouendendi post tempus, resolutum quoquè esse dicitur ius acceptoris, *l.3.ff. quib.mod.pig.vel hypot.l.lex vectigali, ff. de pignor.* Dec. *in l.aliud est vendere, §.vltim. ff.de reg. iur.* attenta verò *dicta Pij V.Constitutione.* In concursu prælatio deberetur Bellolio cessionario alterius census scutorum centum super eodem prædio impositi de anno 1586. non autem Bonarellis, habentibus dictum Censum de anno 1590. & sic de tem-
13 pore posteriori, ac in minori summa constitutum † nemini enim habenti ius posterius, in concursu licet præoccupare alterum habentem ius prius petendi, vt per *text. in l. in operis, ff. locat. tradit. Bart. in l.si pluribus, num.1.ff. de legat.1.* cuius dictum in terminis retractus probauit, *Rot.decis.475. num.14.par.1.diuers.& decis.308.apud Modern.de Censibus.* Neque Bellolio venienti ex obligatione particulari Bonarelli ad fauorem dictorum fratrum eius auctorũ præferri posset idem Bonarellus ex dispositione legis, cum per
14 prouisionem † hominis cessare debeat prouisio legis, vt in terminis concursus retractuum fuit resolutum in *Bononien. prætensi Retractus 7. Februarij 1624. coram bon. memor. Buratto.*

Et ita vtraquè, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Die Veneris 8. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Census impositus super bonis minorum, si non sit celebratus cum solemnitatibus statutarijs in contractibus eorum requisitis, non subsistit, & si causa expressa in eo in partem sit nulla, in totum reputatur nullus contractus, & etiam decretum Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus minorum ipso iure sunt nulli, data causæ falsitate, & perinde est, ac si nullum per Iudicem fuerit interpositum decretum, & hoc, tàm ex dispositione iuris communis, quàm statut.Vrb.cap.113. & 151. lib.1.num.2.*

3 *Statuta Vrb. cap.113. & 151. lib.1. ad dignoscendam validitatem contractuum minorum, & mulierum coniunctim sunt perpendenda.*

4 *Veritas rerum simulationibus instrumentorum non vitiatur.*

5 *Contractus dicitur initus ad commodum illius, ad cuius manum peruenit pecunia, & ille est verus, & principalis debitor.*

6 *Causa in contractibus minorum, ad hoc vt dicatur vera, Iudici constare debet, & hoc casu non statur assertioni Tutoris pupilli, & contrahentium.*

7 *Enunciatiuæ simplices partium, non probant.*

8 *Absurdum non tollitur ex multiplicatione absurdi.*

9 *Argumentum à solito non admittitur, quando aliquid adijcitur obligatione tertij.*

10 *Scriptura in vno vera, & in alio præsumitur vera.*

11 *Causa expressa in contractibus minorum si partim sit vera, & partim falsa, totus contractus corruit, & decretum inibi interpositum remanet in totum nullum.*

12 *Quod ampliatur etiamsi potuißet decretum validè ex alia causa non expressa interponi.*

13 *Mater tutrix ex præsumpta charitate in filios, & stante illius nobilitate, & integritate, non præsumitur conspiraße in deceptionem filiorum.*

14 *Ex affinitatis, vel consanguinitatis coniunctione cum pupillis, quod præsumatur contractus gestus fuisse in commodum, & vtilitatem pupillorum, hoc nullo iure cauetur.*

15 *Materna charitas non releuat ab obseruantia solemnitatum, & causa à statuto exigita in contractibus minorum.*

16 *Pater, nec admittitur ad authorizandum personam filiorum, si agatur de propria vtilitate, & commodo ipsius patris.*

17 *De damno pupillorum, quando clarè constat, eò, quod cum pecunijs illorum fuit extinctum debitum alienũ, non est amplius insistendum super coniecturis.*

18 *Mulier ob sexus imbecillitatem seduci, & decipi potest, ad faciendum id, quod verum non est.*

19 *Ob mulierum imbecillitatem statutum Vrb. libro 1. capit.151. exigit in eorum actibus, easdem solemnitates, quas in contractibus minorum ob ætatis defectum requirit.*

20 *Ex Procuratoris scientia non rectè infertur ad scientiam principalis.*

21 *Procurator non potest tacitè ratificare actum, licet id possit facere principalis.*

22 *Contractus, quando est nullus, ad hoc, vt per eius scientiam ratificetur, requiritur, quod sit certa, & indubitata, & num.32.*

23 *Fructus, & vsuras soluens, quando contractus non subsistit, non inde sequitur ratificatio, cum præsumatur id facere ad effectum differendi restitutionem sortis principalis, quæ facilè non habebatur in promptu.*

24 *Ratificatio, vt excludatur sufficit causa metus, & quælibet alia causa leuis.*

25 *De contractus ratificatione inducenda ex solutionibus dum agitur, opus est in illis adhiberi omnes solemnitates requisitas in principio illius contractus.*

26 *Contractus mulierum ratificatio easdem statuti solemnitates requirit, quas ipse contractus.*

27 *Ecclesia, si contrahat cum minoribus, vel mulieribus, cum sit æquè priuilegiato non sunt necessariæ solemnitates statutariæ, &c.*

28 *Hanc opinionem pro constanti Rota existimat retinendam esse.*

29 *Priuilegiatus, quando agit cum æquè priuilegiato, potior est causa illius, qui agit de damno vitando, & conuenitur.*

30 *Nam tunc is rectè opponit de priuilegijs sibi competentibus.*

31 *Contractus, quando est nullus ex causa falsitatis, nunquàm illius ratificatio inducitur, si non constet, quod ratificans non ignorauit nullitatem prouenire ex d. falsitate.*

DE-

DECISIO CXC.

Placuit DD. Decisio in hac causa facta sub die 13. Februarij 1632. coram me, * atque hodiè rursus visum
fuit, impositionem Census factam per Virginiam Tutricem nomine filiorum Tiberij pupillorum, pro extinguendo eorumdem ære alieno in Societatibus officiorum contracto, irritam esse, ac nullam, quippè quod causa æris alieni non iustificatur, & apparet in dictis Societatibus officiorum debitores fuisse Vincentium, & Felicem fratres de
Americis, non autem filios Tiberij, qua posita falsitate cau-
1 sæ, contractus Census † remanet ipso iure nullus, & perinde est, ac si nullum per Iudicem fuerit interpositum decretum, tàm ex dispositione iuris communis *in l. minorum, leg. ob æs, ff. de præd. minor. l. magis puto, § non passim, ff. de reb. eorum*, & præter allegatos in alia decisione benè *Eugen. post*
2 *alios consil. 6. num. 73. lib. 2.* Quam etiam ex † dispositione Statuti Vrbis *capit. 113. & 151. lib. 1.* & pluriès respondit *Rota*, & signanter *in decis. 34. num. 4. & decis. 41. num. 5. post Pic. ad Statut. Vrb. & decis. 218. per tot. par. 2. recent.* vbi,
3 quod dd. capita statuti 113. † & 151. ad dignoscēdam validitatem contractuum minorum, & mulierum coniunctim sunt perpendenda, & in terminis impositionis Census dixit *Rota decis. 385. per tot. & decis. 678. num. 2. & seqq. par. 1. & decis. 775. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat, quod Virginia Tutrix Censum imposuerit pro extinguendis Societatibus officiorum pro pupillorum commoditate, non autem illorum nomine factis, & ideò non videatur falsa causa ex eo, quod dictæ Societates sunt
4 sub nomine † Vincentij, & Felicis de Americis, quia adhuc pecuniæ illæ potuerunt conuerti in vtilitatem pupillorum, & in eorum commodum impendi, quàmuis in Instrumento sit appositum nomen alterius, *arg. l. pupillus, § fin. versic. sanè si ipse, ff. de auctor. tutor. l. cum propria, vbi Bald. num. 1. C. si quis alteri, versic. sibi, l. optimam, versic. cum itaquè, C. de contrahen. & commit. stipulat.*

Quoniam, cum ex earumdem Societatum instrumentis appareat, pecunias non peruenisse ad manus illorum de
5 Americis, vtiquè, & † in eorum commodum dicitur initus contractus, ipsiquè sunt veri, & principales debitores, *ad l. sed Iulianus, § item si duos, ff. ad S.C. Maced. Pasett. consil. 126. num. 11. Gabr. consil. 63. num. 2. lib. 2. Rot. decis. 153. numerò 6. parte 2. diuers.* dumquè versio pecuniarum in vtilitatem ipsorum pupillorum non iustificatur, non potest dici
6 vera causa Iudici exposita, cui de tali commoditate, † & versione constare debebat, nequè circa veritatem causæ stādum est assertioni Tutoris pupilli contrahentium *iuxta l. magis putò, ff. de rebus eorum, l. ob æs, C. de præd. minor.* & notauit *Dec. consil. 403. num. 22. ad fin. Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 8.* & latiùs fuit deductum *in Leodien. Coloniæ 20. Februarij 1630. coram me.*

Nequè commoditas allegata, & versio in vtilitatem pupillorum probatur ex pluribus coniecturis hodiè per informantes deductis.

Prima enim desumpta à solito Virginiæ Tutricis, quæ cū pecunijs acceptis ad Censum extinxit aliàs Societates vsquè ad summam scutorum 2000. in quibus erant scripti debitores Felix, & Vincentius de Americis, non autem pupilli, Summario num. 5. Nihil releuat, quia apparet aliàs Societates fuisse factas in renouationem aliarum Societatum in quibus debitor erat Tiberius pater pupillorum, de qua renouatione, & debito antecedenti pupillorum non constat in Instrumento Societatum, quæ per Virginiam cum pecunijs pupillaribus fuerunt extinctæ, & de quibus modo agitur, & sic nō subsistit solitum allegatum, immo nec probatur cum adnotationes datæ in Summario num. 5. videan-
7 tur simplices † enunciatiuæ partium, & quatenùs probare-
8 tur, non obstaret, cum ex multiplicatione † absurdi non tollatur absurdum, & argumentum à solito non admitta-
9 tur, quando aliquid † adijceretur obligationi tertij, vt post *glos. & Bartol. in leg. cum venditor, §. in commissarium, ff. de leg. commiss. trad. Cardinal. Mantic. de tacit. libro 3. titul. 9. numerò 78.* quemadmodùm fieret in casu

præsenti, quia ex hoc imponeretur pupillis obligatio soluen. fructus.

Minùs obstat secunda coniectura deducta ex eo, quod causa æris alieni per Tutricem expressa respectu Societati Caroli Mazzei sit vera, & sic censeri etiam debeat vera re-
10 spectu Societatis Amodei, cum scriptura † vera in vna præsumatur, & in alio vera, *ex Surd. decis. 199 num. 3.* qui vltra, quod nec etiam quòad dictam Societatem causa videbatur satis iustificata, ex deductis in *decis. sub die 13. Februarij 1632. coram me*, certi iuris est, quod in contracti-
11 bus † minorum, si causa expressa partim sit vera, & partim falsa, totus contractus corruit, & decretum inibi interpositum in totum remanet nullum, *Dec. consil. 351. num. 7. Paris. consil. 85. num. 41. lib. 3. Roland. consil. 7. num. 86. lib. 3. Cephal. consil. 207. num. 84.* vbi quod hoc est verum, etiamsi
12 potuisset † decretum validè ex alia causa non expressa interponi, *Manent. decis. 8. numer. 17. Modern. Mantuan. controuers. forens. cap. 257. num. 15. & seqq.* & dixit *Rota in decis. 852. num. 2. par. 4. diuers. cum alijs per Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 496. nu. 12.* nec potest esse locus dictæ præsumptioni, quia ex publicis Instrumentis, partitis Banchi DD. de Ruspolis, & alijs in dicta decisione deductis, constat de contrario.

Tertia nec aduersatur coniectura desumpta, tùm ex affinitate illorum de Americis cum pupillis, qui cum essent auunculi, & diuites, pupilli autem pauperes, præsumendum sit, quod ipsi se constituerint principales debitores Societatum, & deinde breui manu pecunias erogauerint in nepotum vtilitatem, omissa recognitione bonæ fidei, quam
13 facere debuissent ijdem nepotes: Tùm etiam † ex præsumpta charitate Virginiæ Tutricis in filios, illiusquè nobilitate, & integritate, ob quam maritus remisit redditionem rationum, adeòut non sit credendum illam conspirasse in deceptionem filiorum, præsertim, quia in libro Tutelari tanquàm debitum proprium pupillorum adnotauerat hanc Societatem officij.

Quoniam, omisso quod ea, quæ dicuntur de prætensa paupertate pupillorum, & diuitijs illorum de Americis in facto non satis iustificantur, nullo iure cautum repetitur ex
14 † affinitatis, vel consanguinitatis coniunctione cum pupillis præsumi contractum gestum fuisse in commodum, &
15 vtilitatem pupillorum, prout nec † materna charitas releuat ab obseruantia solemnitatum, & causa à Statuto exigita in contractu minoris, præsertim cum agatur de propria dictorum affinium vtilitate, & commodo, quo posi-
16 to, nec etiam † Pater admittitur ad authorizandum filij personam, ex traditis per *Paris. consil. 97. num. 21. & seqq. lib. 3. Rota apud Pic. ad Statut. decis. 59. numer. 9. & in recent. decis. 218. num. 7. par. 2.* Et dum clarè constat de dam-
17 no pupillorum, eò quod cum † pecunijs illorum fuit extinctum debitum alienum, non videtur insistendum super cōiecturis, *arg. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. l. 2. C. de*
18 *legib.* Ipsaquè Virginia mater ob sexus imbecillitatem † seduci, & decipi potuit, tàm ad Censum imponendum, quàm ad describendum in libro Tutelari Societatem Amodei,
19 tanquam æs alienum pupillorum, ob quam sexus † imbecillitatem, statutum Vrbis cap. 151. exigit in actibus mulierum easdem solemnitates, quas requirit in contractibus minorum ob ætatis defectum, vt appositè etiam obseruauit *Rot. decis. 723. num. 13. par. 2. recent.*

Quarta demùm nec officit coniectura deducta ex obseruantia istius contractus, & solutionibus fructuum per plures annos factis per Hersiliam, & Panthesileam, postquā habuerunt notitiam de nullitate Census, de qua expresse opposuerat de anno 1592. & postea suscepto termino soluerunt, & continuarunt etiam in solutione sequentibus annis, sic ratificarunt contractum.

Quoniam de tali scientia dd. mulierum soluentium fructus non docetur, nisi ex protestatione Procuratoris facta
20 de anno 1592. Summario num. 13. ex qua † Procuratoris scientia non rectè infertur ad scientiam Domini *l. item veniunt, § petitam, & ibi DD. ff. de petit. hæred. Socc. Sen. consil. 87. num. 8. in fin. lib. 3. Surd. consil. 183. num. 33. & fuit dictum in Romana hæreditatis 19. Ianuarij præteriti coram*

me; nec ideò inde potest induci ratificatio, & approbatio
21 contractus, cum † Procurator non possit tacitè ratificare actum, licèt id possit facere principalis, vt dixit Rota apud Crescent. decis. 8. num. 5. de sent. & re iud. Castill. decis. 111. num. 14.

22 In principali verò ad hunc effectum † requiritur certa, & indubitata nullitatis scientia, glos. in cap. contrauentioni, verbo scienerit, de appellat. in 6. Rot. in decis. 3. num. 1. post Pic. ad Stat. Vrb. cum alijs allegatis in alia decisione in hac causa facta. Et quatenùs dd. mulieres habuissent sufficientē nullitatis notitiam, nec suffragaretur. Tùm, quia soluens
23 fructus, & † vsuras necessariò ratificare non censetur sed præsumitur id facere ad effectum differendi restitutionem sortis principalis, quæ facilè non habebatur in promptu, ad tradita per Bart. in l. si non sortem, §. 1. ff. de condict. indeb. Menoch. consil. 1184. num. 9. & seqq. Rot. decis. 291. num. 10. par. 4. diuers. præsertim dum, vt in casu isto, solutiones
24 factæ fuerunt præuijs mandatis executiuis, & † sic illorum metu, quæ metus causa, & quælibet alia causa leuis sufficit pro ratificatione excludenda, vt inquit Bartol. in l. 2. num. 10. C. de ijs quæ vi, metusue caus. Gabr. consil. 36. num. 57. lib. 1.

25 Tùm etiam quia dum agitur † de inducenda ratificatione contractus ex solutionibus, opus fuisset in illis adhiberi solemnitates à statuto in contractibus mulierum exigi-
26 tas, cum ratificatio contractus easdem † statuti solemnitates requirat, quas ipse contractus, vt per Innocent. in capit. cum dilecti, num. 1. in fin. de empt. & vendit. Surd. decisione 159. num. 7. & 21. Boccac. ad Constitut. March. glos. 8. numer. 63. Pic. ad Statut. Vrb. glos. 7. num. 86. Moder. Aretin. ad idem Statut. inspect. 1. parte 2. decis. 7. numero 1. & dixit Rota apud Cardinal. Seraphin. decisione 1242. numero 1. & post Cenc. de cens. decis. 31. num. 11. & in Romana legati 22. Iunij 1607. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Nec visum fuit obstare, quod Census fuerit impositus ad fauorem Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Sancti Marci, & quod ijsdem fuerint factæ solutiones prædictæ, & sic in contractu, seù quasi in contractu mulierum, seù
27 minorum priuilegiatorum, † cum Ecclesiæ æquè priuilegiata, non fuisse necessarias solemnitates statutarias, iuxta Verall. decis. 172. num. 9. & decis. 194. par. 3.

Quoniam, quàmuis Domini existimarent pro constanti
28 † retinendam esse hanc opinionem Veralli, quam comprobant etiam Cephal. consil. 109. num. 108. Granut. theorem. 25. num. 37. Caball. consil. 180. num. 51. lib. 1. & sequuta fuit Rota decis. 461. num. 11. par. 1. recent. & in Toletana Pecuniaria 26. Ianuarij 1590. coram Comitulo, & in Romana dotis 29. Maij 1602. coram Ortembergo, quicquid in contrarium dicat Pic. ad Statut. Vrb. glos. 7. num. 81. & Manent. decis. 6. num. 6. & seqq. qui latissimè conatur suam sententiam probare.

Attamen visum fuit in casu præsenti intrare limitatio-
29 nem, quod quando agitur inter † æquè priuilegiatos, potior est causa illius, qui agit de damno vitando, & conue-
30 niunt, is † enim rectè tunc opponit de defectu solemnitatum Statuti, Lambertengh. de contract. minor. ad fin. num. 125. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 164. num. 6. vbi Add. num. 12. & decis. 473. num. 13. & 14. & decis. 282. num. 10. parte 4. diuers. & in recent. decisione 218. nume-
31 ro 6. parte 2. & semper subsistit, quod † ratificatio non potuit induci, dum nullitatem ex falsitate causæ mulieres ignorarunt, de qua nullitate, nec intellexit Procura-
32 tor in protestatione † facta, vt patet ex eius lectura, vbi solùm asseruit non teneri mulieres ad solutionem Census, quia non apparebat, pecunias fuisse versas in earum vtilitatem.

Et ita vtraque parte informante DD. perstiterunt in decisis.

* Est decis. 98. supra in hac eadem parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Ianuen. Separationis Thori.

Die Lunæ 11. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Thori separationi, vt sit locus, quid sit necessè probare, & plura circa materiam testium deponentium de sæuitia viri erga vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Ad thori separationem, vt deueniatur, quid requiratur, & num. 2. & num. 27.*
3 *Ad thori separationem, vt deueniatur sufficiunt odia, & inimicitiæ capitales, quæ superueniunt in progressu litis, super tali separatione, & num. 28.*
4 *Testes de auditu, & maximè à parte aduersa, non probant.*
5 *Viro leuior correctio est permissa in vxorem.*
6 *Actus duo soli sufficiunt ad inducendam frequentiam.*
7 *Probationes illæ sunt admittendæ, ad probanda ea, quæ in secreto fiunt, & natura rei, ac negotij qualitate inspecta, quæ haberi possunt.*
8 *Probatio, vbi est difficilis, statur etiam attestationibus, quæ haberi possunt de auditu, vel etiam solis coniecturis.*
9 *Probationes in occultis, non requiruntur in genere suo adeò perfectæ, & ita adamussim probatæ.*
10 *Ex præparatorijs rectè infertur ad principale.*
11 *Ex subsequentibus rectè infertur ad antecedens.*
12 *Circumstantiarum consideratio dat notitiam veritatis.*
13 *Ex circumstantijs desumuntur legitimæ probationes ad probandam sæuitiam viri in vxorem.*
14 *Aequiuocatio tollitur ex facti circumstantijs, rem ipsam clarè aperientibus.*
15 *Aequiuocatio cessat ex natura rei, negotijque qualitate.*
16 *Probationes, quando sunt imperfectæ, supplentur per publicam vocem, & famam, quæ semiplenam facit probationem, num. 17.*
18 *Testis vnus cum fama, concurrentibus adminiculis in criminalibus, & in causa matrimoniali, semiplenam facit probationem.*
19 *Testes, qui deponunt de fama, eorum fides non minuitur, si non specificet, seu non referant auctorem famæ.*
20 *Testes probant famam, si dicant publicè audiuisse, licet non dicant à quibus.*
21 *Testis repellitur per exceptionem inimicitiæ.*
22 *Inimicitiæ exceptio in teste non attenditur, quando fuit affectata, & studiosè procurata.*
23 *Testes, qui apertè conuincuntur ab alijs testibus, non probant.*
24 *Domestici, & familiares sunt meliùs informati, de his, quæ domi fiunt, quàm extranei.*

25 *Testibus,*

25 *Testibus, qui deponunt de affirmatiua, magis creditur, quàm deponentibus de negatiua.*

26 *Testes, vt excusentur à vitio falsitatis fœdere distinctionis locorum, ac temporum, reduci possunt ad concordiam.*

DECISIO CXCI.

PErsistentes hodiè Domini Vnanimiter in vltimo loco resolutis coram me sub die 24. Nouembris superioris anni, * iterùm censuerunt locum esse separationi thori, itaut recedendum sit à decisione aliàs in hac causa facta sub die 31. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Remboldo.

Etenim ex latè deductis in eadem posteriori decisione negari non potest, quin concurrat primò sæuitia præterita,
1 † & quidem ratione verberationum, ex quibus illa deduci-
2 tur, frequens simul, ac magna; Secundò † talis timor futuræ, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri: quæ duo per necessè requiruntur ex parte vxoris, vt diuertens à Viro obtinere possit in iudicio separationem thori.

Prout etiam sufficienter constat prædictis accedere, non solùm præsumptionem capitalis odij, quæ inter istos coniuges resultat ex causis sæuitiæ, & iniuriarum de præterito,
3 sed acerbissima etiam odia, & capitales inimicitias, † quæ inter easdem partes in diuturnæ litis processu superuenerunt, quæ sola causa etiam ad thori separationem sufficeret, prout in Iure probantur hæc omnia ex iuribus, & Doctoribus in eadem postrema decisione latiùs cumulatis.

Nec obstat, quod verberationes, ex quibus deducitur frequentia, ac magnitudo sæuitiæ præteritæ nullatenùs iteratæ, & multiplices probentur per testes vxoris, in quo præsentis inspectionis tota vis, ac difficultas consistit.

Nam quantùm attinet ad postremam verberationem vxori inflictam de mense Iulij 1618. quemadmodùm illius probatio non controuertitur, ita nec eiusdem, cæterarumque controuerti potest magnitudo, prout non iniuriæ solùm, sed personæ etiam qualitate inspecta, maturè ponderatur in eadem vltima decisione. Nec Virum excusat causa resistentiæ, quæ ipsi per vxorem data prætenditur in hac postrema verberatione; Quia præter id, quod causa
4 prædicta nullibi iustificatur, nisi ex quibusdam testibus † de auditu, quorum etiam fides tantò magis imminuitur ex eo, quod id non potuerunt audiuisse, nisi à Viro, prædicta facilè ad sui exonerationem euulgante, in omnem euentum, quatenùs etiam probaretur, censebant Domini illam non posse Viro suffragari, tùm quia non est talis, quæ ipsum ad tantam atrocitatem commouere debuerit, tùm quia vbi etiam talis esset, quæ vxorem sæuioris pœnæ, ac castigationis iudicio ream subijceret, relinquenda esset
5 grauior correctio Iudici, † cuius partes non debet sibi vir assumere, nisi pro leuiori correctione, toto *tit. vt nemini lic. se sine iudice. Aldobran. consil. 71. num. 4. Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 24. num. 12. cùm alijs in prædicta decisione congestis.*

Quantùm verò attinet ad præcedentem aliam verberationem mensis Septembris anni 1617. quæ secundo loco ponderatur in decisione, visum fuit Dominis illam sufficiéter probari ex depositione primi, & tertij Testis in Summario Vxoris, quod hodiè datur Num. I. & II. Qui Testes inter se benè conuenientes deponunt de facto proprio, ac certa scientia super circumstantijs, quæ factum ipsius verberationis comitatæ sunt, nempè super accessu mariti ad thalamum vxoris, abductione famulorum è domo, amandatione ancillarum ad cubitum, vxoris ad mansiunculas inferiores descensu, clamore, ac ploratu vxoris audito, ac deniquè super plagis, ac liuoribus incontinenti visis, super quibus quidem liuoribus concordat pariter de visu decimustertius Testis, & alij plures de auditu in eodem Summario Num. I. II. & III.

Tertia autem verberatio, omnium prima in ordine, vtpotè quæ maritali huiusmodi sæuitiæ initium fuit, duobus post mensibus à traductione vxoris in domum viri, cingulo inflicta deducitur ex depositione primi, sexti, noni, decimi, & decimitertij, & aliorum Testium in eodem Summario Num. VI. qui in circumstantijs deponunt de facto proprio, ac certa scientia prout, primus, qui hanc, & quintam, de qua inferius, verberationem iussu vxoris ad ipsiusmet vxoris patrem testatur detulisse. Sextus deponens de gemitu vxoris à se exaudito, & consanguineorum accessu ad domum viri, ac eorundem opera pro componendis dissidijs, quæ ex huiusmodi verberationibus erant inter ipsos coniuges exortæ, ac tandẽ decimustertius deponens de eisdẽ dissidijs, ac dissensionibus facto proprio compositis.

Quarta, quadragesimali tempore inflicta arundine indica, & cingulo, cum comminatione strangulandi ipsam vxorem, tunc prægnantem, elicitur ex primo, secundo, tertio, quinto, octauo, decimotertio, decimoquarto, decimonono, & vigesimooctauo in eodem Summ. Num. XII. quorum primus, ac tertius deponunt de sensu proprio super quibusdam verbis ab vxore prolatis, & quidem factum verberationis inferentibus, prout etiam testantur de ex audito à se clamore, & gemitu vxoris, in quo alij omnes Testes domestici concordant. Circa autem minas suffocationis, quamuis deponant de solo auditu ab vxore: non parùm tamen illorum fides adminiculatur ex circumstantia insolitę pernoctationis matris, cum ipsa vxore, vt illam à marito nocte illa, securam redderet, in quo omnes circa factum dict. pernoctationis, & causam conueniunt.

Quinta, cui causam dedit cœna cubiculariæ, probatur ex quinque Testibus, & coadiuuatur iurata ipsius vxoris depositione in eodem Summ. Num. XIV. vbi constat vxorem pugnis, colaphisque hac de causa impetitam; & circumstantias deponunt, vel de facto, vel de visu, aut sensu proprio, prout de sensu auditus circa ipsas percussiones, & clamorem concordant primus, qui factum detulit ad patrem vxoris, de eiusdem vxoris mandato, & vigesimusseptimus, & de compositis dissidijs, ac contentionibus, hac de causa hoc inter coniuges exortis, conueniunt de facto proprio decimustertius, & decimusquintus, qui etiam de visu concordant circa liuores.

Sexta, cui præbuit occasionem tractatus super instruendo thoro puerperij, elicitur, ex tribus Testibus in eodem Summ. Num. XVI. inter quos vigesimussecundus testatur de visu, circa alapas, & super causa verberationis, ac circa liuores concordat primus pariter de visu.

Septimam, cuius ignoratur causa, ex concludentibus facti circumstantijs probant in eodem Summ. sub Num. xviij. nouem Testes de visu, ac certa scientia circa ipsas circumstantias, quæ rem optimè aperiunt, nempè perturbatio animi, qua se cum vxore vir in cubiculum violenter recepit, & vehemens alteratio corporis, ac lachrymæ, inter quas vxor aperto tandem cubiculo inuenta est in lecto decumbens, & implorans auxilium Confessarij, ac Medici, qui fuit accersitus, vt deponunt quartus, & quintus, tumor, ac liuor non solum in oculo, in quo omnes de visu concordant, sed etiã in brachio, & super humero, vt dicunt idem quintus, & decimustertius: Vestes inuentæ per cubiculum sparsim proiectæ, & calce deturpatæ, subsecutæ deniquè apud quam plures eiusdem vxoris super hoc lamentationes, vt testantur decimustertius, decimusquartus, & decimusquintus, & quàmuis huiusmodi liuorum causa per ipsam vxorem relata fuerit ad lapsum in balneo, id tamen de viri mandato vxorem confinxisse constat ex his, quæ ponderant ijdem omnes Testes.

Octaua verberatio sequuta de mense Maij, vt dicitur *con occasione di accommodar li manichetti*, deducitur tàm ex depositione iurata ipsius vxoris, quàm quatuor Testium in eodem Summ. Num. XXII. inter quos secundus de visu deponit de duabus alapis, & subsequutam eadem die de facto aliam verberationem concludit ex pluribus circumstantijs, in quibus cum ipso concordat etiam quartus Testis.

Plures aliæ etiam verberationes deducuntur, quæ quàmuis non adeò plenè videri possint probatæ, negari non potest, quin plurimùm suffragentur ad adminiculandam
6 frequentiam sæuitiæ, † cùm duo soli actus ad inducendam

frequentiam, sufficiunt, ex *Bart. in l. de pupillo. § si quis. nu.*
15. vbi etiam alij ff. de nou oper. nunc Abb. in cap. fin. num.
4. versic. nunquid autem vbi pariter *Dec. num. 22. versic.*
non tamen, de appellat. Sanchez. de matrimon. lib. 4. disp. 1.
num. 22 in princ.

Non obstat igitur, quod circa præfatas verberationes, fe-
rè omnes deponant de simplici auditu, vel ab ipsa vxore, vel
à domesticis, quia considerabant Domini.

7 Primò, quod cum agatur † de probatione rei clancalo,
& remotis arbitris gestæ, à cuius oculari fide, vt sæpiùs de-
nudatæ vxoris honestas, ita semper accurata viri prouiden-
tia omnes excludebat, pro illius iustificatione admittendæ
sunt illæ probationes, quæ natura rei, ac negocij qualitate
inspecta, haberi possunt, ex ponderatis in præterita decisio-
8 ne; Vbi enim difficilis est probatio, † statur etiam attesta-
tionibus, quæ haberi possunt de auditu, vel etiam solis con-
iecturis, *Bald. in cap. causam matrimonij, num. 4. in fin. de*
offic. deleg. Bertrand. consil. 26. num. 8. ad finem lib. 3. par. 2.
Monter. in resp. pro vxor. amit. par. 3. num. 209. impress post
decis. 45. latè *Granut. Theorem. 23. num. 15.* vbi ex *Alexan.*
consil. 24 num. 42. lib. 2. & alijs, pro constanti firmat, quod
9 † occultis & difficilioribus probationibus non requiruntur
probationes in genere suo adeò perfectæ, & ita adamussim
probatæ, *Menoch de arbitr. cap. 475. num. 18.* cum alijs re-
latis *per Anton. Gomez. var. resol. tom. 3 cap. 12. rubr. de*
probat. delict. num. 21. versic. item adde. Farinac. de testib.
quæst. 62. lim. 1. nu. 28. Quod maximè procedit in casu isto,
in quo, vt visum est, ijdem Testes circa ipsas circumstan-
tias, quando facto ipsi per concomitantiam inhærent de vi-
su, facto proprio, certaque scientia deponunt; quemadmo-
10 dùm † enim ex præparatorijs rectè infertur ad principale,
Menoch. de præsumpt. lib. 7. præsumpt. 3. num. 4. versic. cum
itaque, & inferiùs *num. 13.*

11 Ita etiam † ex subsequentibus benè arguitur ad antece-
dens, *l. si seruus plurium, §. 1 ff. de legat. 1. cum vulgar.* Cir-
12 cumstantiarum enim consideratio † dat notitiam veritatis,
cap. occidit 23. quæst. vltim. quem *text.* ad hoc ponderat
Ioan. à Capistr. in Speculu Conscientiæ, versic. restat nunc
respondere num. 69. in fine, & latè *D. m. Ludouicus Carbo*
in suo Tract. de repacific. tit. de circumstantijs cap. 5. & in
13 puncto ex similibus circumstantijs † desumunt legitimas
probationes ad sæuitiam, *Cardin consil. 9. num. 7. & 8. &*
Aldobr consil. 71. num. 49. ante finem versic. & quod ipsa,
lib. 1. Nec dicatur, quod circumstātiæ vociferationum, col-
lisionum, liuorum, aliorumquè huiusmodi, sint signa æqui-
uoca, quę cum aliundè possint euenire, non concludunt ne-
cessariò verbera, ac percussiones à viro inflictas, vt in his
terminis considerat *Roland consil. 27. num. 9. versic. aut fun-*
damentum, lib. 3. & aduertit *Rot. decis. 441. num. 3. par. 1. re-*
cent. & decis. 371. num. 9. post 2. volum. consil. Far. Quia tol-
14 litur omnis † æquiuocatio, primo ex alijs facti circumstan-
tijs rem ipsam clarè aperientibus, quæ per Testes ponde-
rantur ad *trad. in simili per Farin. de testib q. 68. §. 1. nu. 56.*
15 Secundò ex ipsa † rei natura, negotijque qualitate idem
Farin loco alleg. num. 57.

Secundò, principaliter considerabāt Domini, quod qua-
16 tenùs etiam citrà veri præiudicium † aliquæ ex præfatis
probationibus imperfectæ possent videri, abundè supple-
17 rentur per publicam vocem, & famam, quæ † semiplenam
facit probationem *glos. in cap. 1. in versic. fama de appellat.*
Card. in puncto *d. consil. 9 num. 8.* & innuit *Bald. cons. 176.*
num. 2. versic. item potest esse lib. 1. & facit *Verall. decis. 288.*
18 *part. 3.* vbi quod Testis vnus cum fama, † concurrentibus
alijs adminiculis in criminalibus, & in causa matrimoniali
plenam facit probationem, de qua quidem publica voce,
ac sæuitiæ fama deponunt octo Testes in Summ. vxoris dati
in præterita positione sub Num. VI. Nec huiusmodi testiū
19 fides † imminuitur ex eo, quod auctorem famæ non refe-
rant ad tradita per *Bart. in l. de minore, §. tormenta. ff. de*
20 *quæst.* Quia sufficit, quod ijdem Testes † dicant se publicè
audiuisse, licet non dicant à quibus, iuxta opinionem *Bald.*
in cap. præterea, colum. 1. in fine, & in pr. ... colum. de Te-
stibus, quam sequitur, & seruat *Rota*, prout testatur *Cassad.*
decis. 3. de prob. & ita tātum fuisse in vna *Bononien. bonorum*
de Buchis coram Decano 20. Maij 1552. refert *Verall. de-*
cis. 7. par. 2. & repetit decis. 289. par. 3.

21 Non obstat exceptio † inimicitiæ, quæ primo, & tertio
Testibus obijcitur, ex querela furti ad *not. per Farinac de*
testib. quæst. 53. num. 3. & seqq. Quia præter id, quod talis
inimicitia apertè negatur per eosdem Testes, asserentes se
esse amicos, & beneuolos marito, ex detecta postmodùm
innocentia, ac subsecuta eorundem Testium liberatione,
22 visum fuit Dominis huiusmodi inimicitiam, † potiùs fuis-
se affectatam, & studiosè procuratam ad imminuendam
ipsorum fidem, quo casu dictæ inimicitiæ exceptio non
attenditur, ex latissimè congestis per *Farin. ead. quæst. 53.*
num. 64.

Aliæ exceptiones consanguinitatis, affinitatis, domesti-
citatis, ac etiam singularitatis, abundè fuerunt sublatæ in
præterita decisione. Prout aliæ etiam exceptiones, quæ ni-
mis accurata indagatione in eorundem Testium dictis ve-
stigantur, visæ sunt Dominis leuiores, quæ attenta præser-
tim negotij natura, reiquè qualitate, ac sedatiori æquiori iudicio
perspecta facilè euanescunt, prout etiam benè tolluntur
per informantes.

Non obstant Testes viri deponentes de bona tractatio-
ne vxoris; quia quicquid sit de exceptionibus, quæ contra il-
23 los dantur; In † omnem euentum, vel apertè conuincuntur
à Testibus vxoris, quibus magis standum est; Primò, quia
24 tanquàm domestici, ac familiares, & † assiduè coniugum
lateri, ac seruitio respectiuè inhærentes, sunt meliùs infor-
mati, ad latè notata per *Farinac. de testib. quæst 5. p 3. num.*
25 *165.* Secundò, qui super † sæuitia deponunt de affirmati-
ua, contrarij verò de negatiua, *Farin. ibid. num. 200.* vel vt
26 euitetur contrarietas † ad effectum excusandi eosdem Vi-
ri Testes à falsitate, cædere distinctionis locorum, ac tem-
porum reduci possunt ad concordiam *Farinac ead quæst.*
65. par. 2. per totam, & præsertim num. 54. itàut cum Vxor
non prætendat se perpetuò malè tractatam, sed certis
temporibus tantùm, de his loquantur ipsius Vxoris Testes,
de reliquo autem tempore, Viri Testes intelligantur.

Vnde ex his, & alijs in præterita decisione latiùs ponde-
27 ratis, cùm non deficiat † sæuitiæ præteritæ probatio, ac con-
sequenter controuerti non possit talis timor futuræ, vt mu-
lieri trepidanti non possit sufficiēs securitas prouideri, Do-
mini Vnanimiter non solùm ex hoc capite iterùm censue-
runt, locum esse separationi thori, sed tantò libentiùs inhæ-
28 serunt alteri etiam fundamento decisionis, deducto † ex
capitali odio, & inimicitijs, qui diuturno litis processu inter
partes superuenerunt.

Et ita conclusum, parte vtraquè acerrimè informante,
&cæt.

* Est decis. 155. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Donationis.

Die Lunæ 11. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Insinuatio in donatione, quando non sit necessaria, & nonnulla circa materiam donationis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ob causam respicientem conseruationem familiæ, sub certa lege primogenituræ in infinitum, non eget insinuatione.*

2 *Donatio, quando est simplex, & non ob causam, tunc requirit insinuationem.*

3 *Causa*

3 *Causa finalis in donatione, quando excludatur.*
4 *Verbum, inanimare, idem importat, quòd mouere animum.*
5 *Causa, in donatione pro contrahendo matrimonio incerto, & euentuali, & ad libitum Donatarij, non dicitur finalis.*
6 *In donatione, causa, quæ respicit conseruationem familiæ, & legem primogenituræ iam erectæ, dicitur finalis.*
7 *Donatio continens mixturam, oneris, & grauaminis restituendi, declinat à propria natura exercendi liberalitatem.*
8 *Decis. in causa Romana de Cuppis, coram Card. Pamph. sen. & aliæ declarantur & num. 9. & 10.*
11 *Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 18. & alij declarantur, num. 12.*
13 *Verba in contractibus prolata per modum causæ, importtant dispositionem, & obligationem.*
14 *Castreñ. in consil. 324. num. 2. lib. 1. reprobatur.*
15 *Donatio, quando sustineatur pro iure, quod quis habet in re donata.*
16 *Donatio de re aliena ignoranter facta, non valet, & inutilis remanet.*
17 *L. Iulianus 66. ff. de legat. 3. declaratur.*
18 *Donans censetur donare ius, quod habet, in re donata.*
19 *Affectio tanta non cadit in re pignorata, sicuti cadit in re propria.*
20 *Donatio, vel legatum factum de re aliena personæ coniunctæ tenet, etiam stante ignorantia rei alienæ.*

DECISIO CXCII.

DEcisioni * reuidendæ eadem objciuntur, quæ in prima disputatione opponebantur, nempè defectus solemnitatis ob insinuationem, in donatione omissam, & carentia voluntatis in Ioanne Antonio donante, quibus non attentis adhuc in decisis Domini perstiterunt.

Insinuationem non fuisse necessariam ex eo, in prima decisione fuit firmatum: quia donationem hanc existimarunt ob causam respicientem conseruationem † familiæ, sub certa lege primogenituræ in infinitum, in qua solemnitas insinuationis necessaria non est. *Bald. in l. illud num. 8. C. de sacros. Eccles. Clar. in §. donatio q. 17. Ant. Gabr. de donat. concl. 1. num. 62. Becc. consil. 20. num. 9 Molin. de primogen. lib. 2. c. 8. num. 15. Surd. consil. 361. num. 6.* qui latissimè hanc conclusionem comprobant.

2 Non obstat, quod hæc donatio sit † simplex, non autem ob causam; quàmuis in ea enuntiatur causa matrimonij, & conseruationis familiæ, per continuationem primogenituræ, ex quo non continet necessitatem, aut commodum, & vtilitatem ex parte donantis, quæ solent impedire effectum liberalitatis, aut expressam voluntatem, quod illa causa esset finalis, scilicet per verba significatiua, vel æquipollentia,
3 non aliter, nec alio modo, & similia, prout hæc omnia † ad excludendam causam finalem, & denominationem donationis, ob causam respectiuè ponderantur per *Oldrad. consil. 5. Crauett. consil. 85. num. 2. Surd. latissimè consil. 361. numer. 14. lib. 3. Mantic. de contract. lib. 13. tit. 4. num. 11. Monter. decis. 10. nu. 6. Rota in Romana de Cuppis coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, quæ est 22. impressa per Picum ad Cõment. Statutorũ Vrbis, & Interamnen. Donationis 21. Maij 1625. coram bon. mem. Buratto, & nouissimè in decisionibus de Incasatis 26. Iunij 1626. & 12. Februarij 1629. coram D. meo Merlino.*

Quia aduerterunt Domini, duas tantùm causas in donatione fuisse expressas, & quidem nudas, & simplices, ibi, *Anzi per inanimare il Signor Bertoldo ad accasarsi con Gentildonna di qualità, promette, e si obliga, &c.* alteram, ibi, *per douere peruenire il sudetto Castello dopò la morte del Primogenito nel secondogenito del medesimo Signor Bertoldo, e continuare in infinito, saluo sempre la legge di primogenitura* in prima ad sustinendam causam finalem non fuit constitutum fundamentum. Quia in verbis, & in substantia apparet impulsiua; nam verba, *per inanimare,*
4 † idem important, quod mouere animum, quæ cum non imponant necessitatem ad contrahendum matrimonium, deficit causa finalis, *Bart. in l. 2. §. finali, num. 2. ff. de donat. Crauett. consil. 85. num. 2.* & in substantia ipsa causa pro contrahendo matrimonio incerto, & euentuali, & ad libi-
5 tum † Donatarij, tàm respectu personæ; quàm temporis, non consideratur pro finali: quia cessat interesse certæ personæ, cum qua matrimonium est contrahendum, & sola commoditas Donatarij, & honor contemplatur, *Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 1. num. 16. & 17. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. cap. 12. num. 22. Gratian. discept. 984. num. 22.*

Secundam verò respicientem conseruationem familiæ,
6 & legem primogenituræ iam erectæ verè finalem † existimarunt, *Port. Imol. consil. 81. num. 28. Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 18. Peregrin. de fideicomm. artic. 51. num. 64. Gratian. disceptat. 924. num. 26. & 31.* & in terminis primogenituræ idem senserunt Domini in causa *Camerinen. bonorum de Ottonibus 17. Februarij 1623. coram bon. mem. Remboldo, & in Romana hæreditatis de Matthæis 21. Maij 1627. coram D. Cardin. Virili*, quæ allegantur in prima decisione, & mouentur ea ratione: quia vbi do-
7 natio † continet mixturam oneris, & grauaminis restituendi, declinat à propria natura exercendi liberalitatem, ita vt simplex & pura dici non possit, sed modalis, & qualificata, & per consequens ab ipsa solemnitate iuris exempta, &
8 quamuis decisio † Romana de Cuppis, & aliæ duæ Romana de Incasatis supra allegatæ ponderent conseruationem familiæ, enunciatam in casibus propositis, & nihilominùs sustineant donationes tamquàm puras, & simplices, & insi-
9 nuationi obnoxias; in illa tamen † de Cuppis num. 13. dicitur.

Non obstant causæ honoris familiæ, & aliæ ab informantibus ponderatæ, quæ non sunt sufficientes ad effectum, vt donatio dicatur ob causam, quæ verba cùm intelligantur posita ad consequentiam donationis ob matrimonium contrahendum, sicuti causa principalis, non est finalis in eo casu, ita nec etiam consequentia honoris familiæ; secus est, quando vt in præsenti grauamen est certum, & de per se subsistens excludens fundamentum liberalitatis, in
10 quo consistit effectus causæ finalis; aliæ verò † decisiones Donationis de Incasatis, ideò causam conseruationis agnationis non admiserunt pro finali, quia donans professus est se sponte, & ex sua liberalitate donare ob amorem, & benemerentiam fratris, & quia sic sibi placebat; & vlteriùs eidem donanti commodum afferebat propter onus Donatario impositum soluendi certam quantitatem Donatori singulis mensibus; vt non mirum si cætera videantur apposita ad colorandam donationem, sequendo dictum *Oldradi in dict. consil. 5.* & aliorum qui Oldradum sequuti sunt, & in ipsis decisionibus recensentur, quod non legitur in donatione de qua agitur, in qua nuda, & simplex causa oneris conseruationis familiæ habetur.

11 Non obstat Molinam, † & alios supra allegatos loqui, quando in ipsa donatione fuit erecta primogenitura, quod asserebatur, Marchionem Ioannem Antonium non fecisse, sed præsupposuisse ex vi cessionum Montis Pietatis Florentiæ, Castrum deuenire de primogenito in secundo genitos in infinitum, quod pro dispositione, & grauamine deseruire non potest, *Castr. consil. 324. num. 2. & 3. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. dict. artic. 51. num. 60.*

12 Quia idem † *Peregr. d. num. 60. versic. hic subsistendum puto*, reprobato *Castrens. in consil. supra allegato*, firmat in
13 contractibus verba prolata per modum causæ importare † dispositionem, & obligationem, allegando *Paris. consil. 26. num. 126. lib. 2. & Crauett. de antiq. temp. in §. ampliatur*

 num. 46.

14 *num.*46. qui *Castrensis* distinctionem † pariter reprobat,
Mant. de contract. lib. 2. *tit.* 6 *num.* 16. *Alb. consil.* 223. *nu.* 5.
Odd consil. 64. *num.* 57.

Quoad secundum decisionis fundamentum, quod donator per illa verba, *Dona irreuocabilmente ogni rata, & portione, che se aspetti al predetto Sig. Marchese del sudet-*
15 *to Castello*; donare voluerit † etiam ius quod habebat in
dote Virginiæ matris, vt inde sustineatur donatio, dicebatur probari ex textu *l. Iulianus* 66. *ff. de legat.* 3. ibi, prædium Seianum omne, eam quoque partem fundi suprascripti, quasi ad se pertinentem videri per fideicommissum reliquisse, quam ex causa pignoris nactus esset, & per illum textum idem firmant *Abb. in cap. filius num.* 4. *& Couarru. num.* 2. *de testam. Mant. de coniect. lib.* 9. *tit.* 1. *nu.* 15. *Alex. cons.* 47. *num.* 4. *lib.* 3.

Non obstat, quod regula sit in contrarium in donante rem alienam, prout erat huiusmodi Castrum, credens Marchio in parte esse suum, cùm tamen esset Alexandri hære-
16 ditarium, † vt donatio non valeat, & inutilis remaneat, §.
non solùm, Inst. de legat. l. vnum ex familia. §. *si rem tuam, ff. de legat.* 2. cum alijs in prima decisione allegatis, dispositionem autem *l. Iulianus* in diuersis terminis loqui assere-
17 batur, † quando scilicet legans habebat partem rei
propriam, & aliam scienter hypothecatam; secùs verò vt in præsenti quando nullam partem ratione dominij habebat, nec scientiam partis iure pignoris sibi spectantis, & sic intret totaliter defectus intentionis.

18 Quia attenta possessione donantis rei † donatæ, limitatur præcedens regula, vt censeatur donans transferre ius, quod habet in ipsa re, *Rom. cons.* 503. *num.* 10. *Gomes. variar. resol. tom.* 2. *cap.* 4. *de donat. Alex. cons.* 47. *num.* 2. *lib.* 3. *Surd. decis.* 172. *num.* 6. *Seraph. decis.* 23. *num.* 3. ratio autem *leg.* Iulianus propter vniuersalem dictionem, omnis, benè conuenit casui de quo agitur: quia Marchio possidens, si dominium habuisset in parte donata, non posset opponi defectus voluntatis; ita multò minùs in parte pignorata, in
19 qua non cadebat † tanta affectio, arguendo à maioritate
rationis, prout est sensus *Alex. in d. cons.* 47. *num.* 4. in declaratione dictæ *l. Iulianus*, propter effectum possessionis retinendi pignus, donec fuerit satisfactus Donatarius de rata ad Donatorem, spectante respectiuè ad æstimationem Castri.

Eamdemque regulam declararunt Domini data etiam
20 scientia, aut ignorantia rei alienæ; † vt legatum concurrente
sanguinis coniunctione, quæ non deficit in præsenti inter patruum, & nepotem, vt tūc donatio sustineatur, *l. cum alienam, C. de leg. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 9 *nu.* 4. *Menoch. de arbitr. casu* 146 *nu.* 1. *& seq. & præsumpt.* 116. *num.* 2. *& seq. lib.* 4. qui si loquantur in casu, quando absolutè res reperitur aliena, multò magis procedere debet, quando donans ius aliquod habet in ipsa re donata.

Et ita &c.

* Idest sub die 26. Aprilis 1632. est decis. 118. supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.

Die Veneris 15. *Aprilis* 1633.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus, licet possit cogi ad præstandam cautionem, de non dilapidando bona fideicommisso subiecta, tamen hoc non procedit, quando sumus in bonis immobilibus, quia si dicta bona alienentur, vocatus habet viam executiuam, & summariam ad ea recuperanda.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius vniuersalis, aut particularis, in diē, vel sub conditione potest cogere hæredem ad fideiussionem præstandam.*

2 *Hoc tamen non procedit, quando agitur de bonis stabilibus.*

3 *Cautio de bonis immobilibus, quæ præstabatur ab hærede ad fauorem fideicommissarij, recessit ab aula, & num.* 12.

4 *Et ratio est, propter facilitatem, quam habet vocatus, recuperandi d. bona, si fuerint alienata, & num.* 5.

5 *Cautio frustra petitur, dum ex ea, quis non est sufficienter prouisus.*

Hæres grauatus non potest cogi ad cauendum, nisi pro sua possibilitate, num. 6.

7 *Satisdari vbicunquè idoneè non potest, tunc liberatur is, à quo petitur cautio, præstando quamcumquè cautionem.*

8 *Hæres, quando alienat bona subiecta fideicommisso, & sic constat de dilapidatione, tunc necessariò cautio est præstanda.*

9 *Hoc tamen non intellige, quando dictæ alienationes sunt à lege permissæ.*

10 *Hæres, quando dolosè alienat, tunc ob metum futuræ dilapidationis cogitur præstare cautionem.*

11 *Decis. in causa Romana de Formicinis* 29. *Maij* 1630. *coram Reuerendiss. Durano declaratur.*

13 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur.*

14 *Sed hoc non intelligitur, quando allegatur consuetudo passim seruata in forensibus iudicijs.*

15 *Cautionem, quis non tenetur præstare, si petenti vtilitatem non afferat.*

16 *Aequalitas in iudicio est seruanda.*

17 *Actus vnicus contrarius, non tollit vniuersalem contrariam consuetudinem legitimè præscriptam.*

DECISIO CXCIII.

PRætendentibus Gaspare, Ioann. Baptista, & fratribus de Galuarinis, se fuisse vocatos ad fideicommissum Alexandri Senioris factum anno 1539. necnon ad alterum fideicommissum Alexandri Iunioris, & Antonij fratris, petebant ab Equite Gherardo grauato sub prætextu, quod vsquè adhuc in spretum prohibitionum, plura alienasset corpora subiecta fideicommisso, præstari cautionem de residuo non alienato conseruando, sed quicquid sit de existentia supradictorum fideicommissorum, de vocatione dd. fratrum de Galuarinis, & de detractionibus, ex quibus Eques Gherardus defendit alienationes à se factas, in præiudicium vocatorum, super quibus occurrent plures articuli, in hac causa discutiendi, causa supradicta die à me proposita in Rota, fuit dictum, non esse locum petitæ cautioni.

1 Et licèt fideicommissarius † vniuersalis, aut particularis
in diem, vel sub conditione possit cogere hæredem ad fideiussionem præstandam, *cum artemidoram. C. vt in possessionem legatorum, l. si is à quo,* §. *fin. ff. de eod.* cum alijs per *Peregrin. de fideicomm. art.* 40. *num.* 10. *Cephal. consil.* 381. *n.* 29. *lib.* 2. *Rot. in* Rom. *Fideicommissi de Formicinis* 29.
2 *Maij* 1630. *coram R. P. D. meo Durano.* Attamen † cū agatur
de bonis stabilibus, quorum respectu cautio de bonis conseruandis, & restituendis propter plura summaria, & executiua remedia, ea recuperandi, tàm ab hæredibus

grauati

grauati vltimi defuncti, quàm à tertijs possessoribus, quæ
5 † de iure dantur, inutilis hodiè reputetur, & ab aula recessserit, non est præstanda cautio, per *Molin. de primog. lib. 1. cap. 15. num. 35. Peregrin. de fideicomm. dict. artic. 40. num. 14 in fine, versic. hanc tamen cautionem, Gratian. discept. 822. numer. 2 & 3. Modern. Mantuan. controuers. forens. 282. num. 34. & firmauit Rota coram Eminentiss. Cardin. Virili in Romana de Sabellis* 10. *Aprilis* 1628. in qua, Rota tunc secuta fuit attestationes supradictorum, & hoc potissimum propter duas rationes, alteram supradictam, quam communiter ponunt Doctores propter facilitatem,
4 † quam habet vocatus recuperandi bona alienata, alteram, quod à grauato, fideicommisso vniuersali, non possit exigi cautio talis, quæ sufficiat, (& correspondeat valori bonorum, super quibus vlteriores vocati successionem expe-
5 ctant, semper enim hæc cautio minor erit † securitate, quam habet vocatus recuperandi bona à quibuscunquè possessoribus, & ita frustra petitur hæc cautio, dum ex ea non est
6 sufficienter † prouisum, nec possit grauatus cogi ad cauendum, nisi pro sua possibilitate. Et licet vbicunque idoneè
7 satisdari non potest, liberetur is, à quo † cautio petitur, præstando quamcunque cautionem, vt *Alber. in l. de creationibus, C. de Episcopali audientia colum. 2. ad med. Molin. vbi sup. num. 18. & 19. Peregrin. de fideicom. eod. art. super. alleg. num. 18. versic. pro possibilitate tamen, Cassan. super consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 4. in fin. verb. cum cautione sufficienti*, attamen cùm talis cautio non correspondeat tanquàm minima, non sufficit.

8 Et quàmuis replicetur Equitem † Gherardum alienasse plura bona, & sic constare de dilapidatione. Itaut necessariò sit præstanda cautio. Attamen cùm sit possibile,
9 alienationes fuisse factas † in casibus à lege permissis, videlicet pro debitis ipsius Testatoris pro funere, vel pro legatis ab eo relictis persoluendis, atquè alijs de quibus per *Peregr. alleg. art. 40. num.* 18. inde sequitur non probari Eq. Gherardum malè fuisse versatum super bonis subiectis fideicommisso. Quinimo plures ostenduntur causæ, ex quibus alienationes factæ sustineri possunt, nequè eædem alie-
10 nationes ostenduntur dolosè, † vt opus esset ad hoc, vt dici posset hæc cautio pati ex timore futuræ dilapidationis, non obstante d. communi consuetudine in contrarium ad *text. in l. Imperator, ff. ad Trebel.* Immo omnes alienationes habent suam causam, vt latè deducitur in responsione per D. Campidorum.

11 Non obstat, quod Rota in allegata † Romana de Formicinis resoluerit pro præstatione cautionis, quia procedit in mobilibus, & tempore perituris, non in stabilibus, in quibus vsus cautionis recessit ab aula ex supradictis vti one-
12 rosè grauato, † & non plenè profuturæ vlteriori grauato. Et in casu illius decisionis non fuerat confectum Inuentarium de quo tamen in casu nostro constat ex datis in summario Equitis Gherardi, ex cuius lectura apparet bona fideicommissi subiecta consistere in stabilibus, & immobilibus, non autem in mobilibus, vel semouentibus.

13 Non obstat, quod non credatur † Doctori attestanti de consuetudine, vt per *Gabriel. de probation. conclus. 4 num. 1. Becc. consil. 7. num. 29.* & hanc opinionem tenuit *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 274. num. 5. Mohed. decis. 2. & 3. de consuet.* Quia non agitur de probanda consuetudine particulari vnius loci, in quibus terminis loquuntur
14 auctoritates supra allegatæ, sed allegatur vniuersalis † consuetudo passim obseruata in forensibus Iudicis, & sic intrat distinctio *Surd. consil. 74. num. 14.* deducta per *Adden. ad san. mem. Gregor. XV. supradicta decis. 274. num. 8.* & cum supradicti Doctores sint plures, & de diuersis partibus, omnesquè in hoc conueniant, quod petita cautio non sit in vsu quòad stabilia, illorum attestationi est standum, quòad omnes partes, & omnia loca, non tàm ex consuetudine, quàm ex supradicta ratione, quia hodiè propter execu-
15 tiua, † & summaria remedia, quæ de iure dantur, vtilitatem non affert.

16 Pariter nihil facit, quod ad æqualitatem † in iudicio seruandam Eques Gherardus teneatur præstare cautionem, ex eo, quia fuit prestita in simili ab aduersarijs, ex *tit. ff. quod quisq. Iuris.* Quia vnicus actus contrarius non tollit vniuer-
17 salem † contrariam consuetudinem legitimè præscriptam ex traditis per *Natt. consil. 636. num.* 118. Et sibi imputent, si egerunt id, ad quod de iure non poterant cogi ex supra deductis.

Et ita vtraquè parte &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Census.

Die Veneris 15. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis, quam vim habeat Procurator constitutus cum amplissimis clausulis, quid possit facere. Ratificatio, quid operetur, & quando præsumatur interuenisse.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet exequutionem paratam, & ius tribuit contrahentibus pro obtinendo mandato executiuo, etiam contra hæredes obligati.*

2 *Census non constitutus in pecunia numerata, est nullus.*

3 *Papa potest supplere omnes defectus, & de hoc dubitare nefas est.*

4 *Fideiussor in censu non dicitur, qui recognouit bonam fidem, sed principalis, perinde ac si ab initio ipse censum imposuisset.*

5 *Procurator potest meliorem facere conditionem mandantis, & mandatum pinguius, & vtilius adimplere.*

6 *In mandato clausularum amplitudo operari solet, vt excessus in Procuratore considerari non possit.*

7 *Procurator constitutus cum amplißimis clausulis ea potest facere, quæ posset ipse constituens.*

8 *Ratificatio æquiparatur mandato.*

9 *Ratificatio præsumitur interuenisse spatio 30. annorum.*

10 *Facto meliùs, quam verbis, aliquid declaratur.*

11 *In mandato mens, & effectus, verbis præferri debet.*

12 *Procurator non potest obligare Dominum ad fauorem sui ipsius.*

13 *Ratificatio supplet vices mandati, etiam in his, in quibus speciale mandatum requiritur.*

14 *Ratificatio nihil operatur, nisi data scientia, eius, quod ratificatur.*

15 *Scientia ex quibus præsumatur.*

DECISIO CXCIV.

CElsus de anno 1578. imposuit super quodam suo Casali annuum Censum scutorum 38½ & illum vendidit Lauiniæ precio scut. 500. quæ scuta 500. promisit Lauinia, siue eius nomine Iulianus Procurator, soluere statim, ac per Celsum præsentarentur certi fideiussores, quemadmodùm inter alios, fideiussor accessit D. Comes Dulcius de Corbaria, ministerio R. P. D. Valerij fratris, & Procuratoris, & pactum inter alia fuit adiectum, de renouando cautionem bancariam de triennio in triennium, vt in Summario D. Antonij Francisci num. 1. Deinde eodem anno 1578. idem D. Com. Dulcius, mediante etiam facto R. P. D. Valerij Procuratoris, recognouit bonam fidem in dicto

contractu

contractu Census, & pecunias ad suas manus peruenisse fassus fuit, vt in dicto summario num. 1. in fin. Cumquè hodie D. Catharina filia, & hæres Lauiniæ, census emptricis, instaret pro renouatione cautionis, seù cedulæ bancariæ, & pro fructibus census decursis, & non solutis, dubitaui, an sit relaxandum mandatum contra hæredes Com. Dulcij de Corbaria, & fuit per DD. affirmatiuè responsum.

Quoniam Instrumentum impositionis census, in quo adest clara conuentio de renouando cautionem de triennio in triennium, & de soluendo fructus, fuit Camerali o-
1 bligatione vallatum, † quæ habet exequutionem paratam, & ius tribuit contrahentibus pro obtinendo mandato executiuo, etiam contra hæredes obligati, *Galles. de oblig. Camer. quæst. 4. num. 12. & ibi Adden. num. 6. & 13. Rot. decis. 641. num. 15. par. 1. diuers. & decis. 69. num. 1. & 74. num. 10. post eumdem Galles. de oblig. Camer. cum alijs.*

2 Neque obstat, quod dictus Census sit nullus, † eo quia non fuit constitutus in pecunia numerata, quemadmodùm in hac causa resolutum fuit sub die 12. Maij 1625. coram me. Quoniam per Sanctissimum D.N. in Signatura Gratiæ sanata fuit, & sublata hæc nullitas, & data mihi facultas procedendi ad exequutionem Instrumenti, reiecta dicta nullitate, vt in summario num. 3. adeòut super ea nõ sit am-
3 pliùs insistendum, & de validitate dubitare sit † nefas, cum Papa possit supplere omnes defectus, *c. 1. vbi DD. de transact. c. inter dilectos, de fid. instr. c. proposuit. de concess. præb. Aldobr. consil. 1. num. 56. lib. 1.*

Nec releuat, quod in Commissione sanataria adsit clausula, *citra præiudicium fideiussorum*, quæ suffragari debet etiam Com. Dulcio fideiussori. Quoniam dicta clausula præseruat iura fideiussoribus, qui in actu numerationis, vel post eam se obligarunt, qualis non est Com. Dulcius, qui se obligauit in actu celebrationis Instrumenti, sine pecuniæ numeratione stipulati; sed nec re vera Com. Dulcius fide-
4 iussor dici † debet, cum recognouerit bonam fidem, sed principalis, perinde ac si ab initio ipse Censum imposuisset, *Bart. in l. in duabus, §. fin. num. 15. vbi, & Castr. num. 2. de duob. reis, Cremens. sing. 39. Gratian. discept. forens. cap. 701. num. 5.* Rota *decis. 153. num. 6. par. 2. diuers. & in Vrbeuetana Census 10. Maij 1628. coram Reu. P. D. meo Vbaldo.*

Minùs obstat, quod R.P.D. Valerius frater, & Procurator Com. Dulcij, haberet solum facultatem imponendi censum super bonis proprijs mandantis, vt in Summario num. 4. & sic non potuerit recognoscere bonam fidem census, impositi super bonis alienis; Quoniam placuit responsio, quod Procurator in vim dicti mandati potuit censum
5 imponere etiam super bonis alienis, † dum meliorem faciebat conditionem mandantis, & mandatum pinguiùs, atque vtiliùs adimplebat, *Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 59. Rot. decis. 32. num. 1. par. 2. diuers. & in Perusina ratificationis 11. Martij 1622. coram me.* Præsertim attentis clausulis amplissimis, mandato insertis, nempè, faciendi quascunquè conuentiones, & quæcunque Instrumenta, cum conuentionibus, & obligationibus Procuratori beneuisis, & cum plena, ampla, libera, & omnimoda facultate, & potestate, pleno amplo, libero, generali, & omni-
6 modo mandato, promittens, releuans &c. quæ † clausularum amplitudo operari solet, vt excessus in Procuratore
7 considerari non possit, & quod Procurator † ea possit facere, quæ posset ipse constituens, *l. si Procurator, vbi Castr. num. 3. & 4. C. de Procur. Alexan. consil. 133. num. 10. lib. 6. Gratian. decis. March. 76. num. 2. & discept. forens. c. 196. num. 13.* & fuit dictum in *præallegata Perusina ratificationis coram me.*

Sed quatenùs etiam R.P.D. Valerius non habuisset mãdatum sufficiens ad recognoscendam bonam fidem census, impositi super bonis alienis, attamen cum Com. Dulcius gesta per Procuratorem postea ratificauerit, sublatus
8 fuit omnis defectus mandati, ratificatio † enim æquiparatur mandato, *cap. ratihabitionem, vbi DD. de regul. iur. in sexto Dec. in l. semper quo non prohibet. num. 6. ff. de eodem. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 10. num. 64. & 66. Honded. consil. 38. num. 4. lib. 1. Rota coram san. mem. Greg. XV. de-*
9 *cis. 295. num. 4. & 525. num. 4.* De qua ratificatione † satis constat, nedùm ex lapsu 30. & vltra annorum, iuxta *trad. per Rot. decis. 159. num. 6. par. 1. recent.* Sed eò magis ex Instrumento dato in Summario num. 5. vbi Com. Dulcius, præuia narratione impositionis census, & obligationis per eum, & alios factæ, in exequutionem pacti appositi in Instrumento census, renouauit fideiussores in locum de mor-
10 tuorum, & sic propriam obligationem, † & recognitionẽ fidei factam per Procuratorem, iterum agnouit, & ratificauit, vt per *Dec. consil. 583. num. 4. Becc. consil. 168. num. 5. Surd consil. 405. num. 34. Rot. coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 100. num. 7.* quam obligationem nec vllo modo videtur posse inficiari Com. Dulcius, dum pecunias recepit, & consequutus fuit effectum, ad quem, mandatum dede-
11 rat, † mens enim & effectus in mandato, verbis præferri, debet, *Bald. in rubr. de offic. deleg. num. 10. versic. nota quod verba, Tiraq. in l. si vnquam, verb. libertis num. 59. C. de reuoc. donat.* Rota *in Bononien. Quaderna 22. Aprilis 1611. coram Cardinal. Lancellotto, & in Bononien. Census 10. Aprilis 1628. & 26. Februarij 1631. coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Nec dicatur R. P. D. Valerium Procuratorem C. Dulcij omninò excessisse fines mandati, dum recognouit bonam fidem, & pecunias recepit nomine proprio, & ad sui commodum etiam, nõ autem ad commodum solius Com. Dul-
12 cij mandantis, & Procurator † non potest obligare Dominum ad fauorem sui ipsius, DD. in *leg. creditor, §. huius, ff. mandat. Rot. decis. 190. num. 1. post Cinc. de Cens.* Quoniam ratificatio Com. Dulcij subsecuta, & superiùs ponderata,
13 tollit etiam hunc defectum, & supplet † vices mandati, etiam in his, in quibus speciale mandatum requiritur, *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 525. num. 5. Adden. ad decis. 295. num. 6. coram eodem.*

14 Nec obstat, quod non possit dari † ratificatio, nisi probetur scientia in Com. Dulcio obligationis, quæ prætenditur ratificata; quoniam in Instrumento renouationis fideiussorum, præsupponitur ipsum Com. Dulcium esse informatum, & habere plenam notitiam de præcedentibus obligationibus, & ibi dicitur, fideiussores in renouatione præstitos habuisse notitiam ab eodem Com. Dulcio de contentis in
15 instrumento Census, summario num. 5. & ex † diuturnitate temporis, multiplicatis solutionibus fructuum, & alijs, scientia etiam bene deducitur, *DD. in c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & prop. Rot. decis. 685. num. 4. part. 1. recent. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 325. nu. 22.* siquè pecunias verè Com. Dulcius non recepisset, & obligationes initas à Procuratore ignorasset, non certè fideiussores, & quidem proprios filios, pro renouatione conuenta, præstitisset.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MOTMANNO.

Lauretana Census.

Die Veneris 15. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Libro priuato, stante verisimilitudine, & qualitate scribentis, ac quod sit scriptus ante motam litem, est deferendum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas, quando sit clara, & quando eius iustitia, num. 2.*
3 *Instrumentum facit rem notoriam, & num. 4.*
5 *Libro scripto à viro fide digno, & ante motam litem est credendum.*

6 Liber

6 *Liber priuatus non solum probat contra ipsum scribentem.*
7 *Sed etiam contra eius successores.*
8 *Nemo, quod suum est, præsumitur velle iactare, sed acquirere potiùs, & ditari.*
9 *Summa scutorum mille dicitur notabilis, sicuti etiam summa aureorum 500.*

DECISIO CXCV.

CVm inter Bartholomæum filium, & hæredem q. Michaelis impositoris census, de quo agitur, ac Philippum eius fratrem, & cohæredem, siuè Marcum ab illo causam habentem, & recusantem soluere fructus pro rata prædij censuati, ac per ipsum Bartholomæum postea redempti, orta esset controuersia super eo, quod in actu impositionis dicti census non interuenerit numeratio pecuniæ per Cōstitutionem Pij V. requisita, idem Bartholomæus sub narratiua, quod prædictus Michael emerat portionem hæreditariam Vlixis eius fratris pro pretio scutorum mille infra certum tempus soluendorum, & deinde censum super quodam prædio impositum, eidem Vlixi vendiderat pro pretio etiam mille scutorum, quæ fassus fuerat sibi numerata fuisse, obtinuit per Paulum V. fel. record. rescribi Vicario Episcopi Lauretani, vt constito sibi de vero credito, instrumentum huiusmodi census etiam quoad fructus decursos perinde ac si in illius impositione pecunia coram Notario, & testibus numerata fuisset, valere, & suffragari concederet, à quo successiuè sententiam huiusmodi census reualidatoriam reportauit. Demùm post latam ab A.C. aliam sententiam prioris confirmatoriam obtinuit in gradu appellationis exaduerso interpositæ, hodie coram me disputari dubium, An posterior hæc sententia esset confirmanda, ad quod Domini, Bartholomæo tantùm informante affirmatiuè responderunt, tùm quia ex infra dicendis est iusta, tùm
1 etiam, quia de illius validitate † non dubitatur, concurrentibus omnibus substantialibus processus, de quibus per *Caputaq. decis. 260. par. 2.*

Iustitia ex eo deducitur manifesta, quod constat de cre-
2 dito, quo verificato controuerti † non potest, quin gratia nullitatis sanatoria remoueat dictam exceptionem, vt per *Rot. apud Cenc. de Censibus decis. 73. num. 3.* Dicti autem crediti veritas probatur per Instrumentum venditionis ab
3 Vlixe factæ, de portione hæreditatis, quod † probat, imò facit rem notoriam, *l. fin. C. de reb. cred. Bald. in c. 1. de not. feud. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. glo. 1. num. 20. Greg. decis. 195. nu. 1.* Et cum de solutione dictæ summæ debitæ aliun-
4 de non constet, præterquàm ex confessione † Michaelis, qui imposuit censum, necessè est, vt in illa verificetur, attento, quod vtrumque instrumentum, scilicet venditionis portionis hæreditariæ, ac impositionis inter easdem personas, ac eiusdem summæ scutorum mille intra terminum promissæ solutionis fuit celebratum. Quibus accedit annotatio Michaelis conscripta in libercuIo rationum, tàm de venditione portionis hæreditariæ, quàm de censu, cum relatione ad eadem instrumenta additis præterea partitis solutionum, quibus propter verisimilitudinem trāsmissionis ad Vlixem
5 in Aula Principis commorantem, & † qualitatem Ioannis scribentis, ac ante motam litem defuncti est credendum, vt per *Bald. in consil. 117. vol. 2. num. 2. Rot. decis. 813. par. 1. diuers. Gregor. decis. 468. num. 11. cum seq.* Dictus autem li-
6 ber quàmuis † sit priuatus probat non modo contra ipsum scribentem, *l. penult. ff. de probat. l. generaliter in fin. C. de*
7 *non num. pec.* sed etiam contra † dictos Philippum, & Marcum illius successores, *leg. publia. § fin ff. deposit. Aretin. in consil. 112. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 974. num. 12. Gait. de credi. cap. 2. tit. 5. num. 975. Genua. de script. priuat. lib. 4. tit. 1. num. 111.* Et non leue præstat adminiculum veritatis scriptura conformis dictæ annotationi, in qua idem Vlixes profitetur se à Michaele fratre summam scutorū mille pro pretio bonorum venditorum accepisse eademque scuta mille in emptionem census, de quo agitur, impendisse.

Præterea concurrunt solutiones fructuum factæ, tàm per Michaelem patrem, quàm per Bartholomæum eius filium, qui integrum quoquè restituit pretium, cum nemo,
8 † quod suum est, iactare velle præsumatur, *ad tex. in l. cum de indebito. ff. de probat.* sed potiùs acquirere, & ditari, *Mascard. conclus. 557. num. 2. eod. tit.* attenta præsertim summa
9 † notabili scutorum mille, vt de summa aureorum 500. respondit, *Surd. in consil. 80. num. 1.*

Et ita vna &c.

R. P. D. MERLINO.

Bituntina Damnorum, & Interesse.

Die Lunæ 18. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Remissoria, licèt soleat denegari, quando aliquid per scripturas potest probari, tamen quando id fallat, & non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria, quibus concurrentibus non possit denegari.*
2 *Ad damna, & interesse, quæ quis passurus erit occasione alicuius negotiationis, si aliquis se obligauerit, constito de eis tenetur ad illorum refectionem.*
3 *Pacta, & obligationes, quam vt seruentur, atque opere compleantur nihil tam naturale est.*
4 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
5 *Remissoria dari solet, cessante calumnia, etiam ad probandum per testes, id quod posset probari per scripturam.*
6 *Probatio insurgens ex scripturis corroborari, & suppleri potest ex testium depositionibus.*
7 *Epistolæ, vt aliquid probent, omninò indigent recognitione testium, & nihil probant, si non fuerint recognitæ.*
8 *Scriptura, quando de per se sola aliquid non probat, sed indiget etiam probatione testium, tunc non intrat obiectum, quid remissoria denegatur, quando aliquid probari potest per scripturas.*
9 *Articulus vnus sufficit, quod sit releuans, ad hoc vt remissoria non denegetur.*
10 *Damna & interesse, quæ quis passus est, non possunt probari, nisi per testes.*
11 *Interpellatio extraiudicialis non potest probari, nisi per testes, & num. 13.*
12 *Interpellationes solent fieri in scripturis.*

DECISIO CXCVI.

DOminus Comes Conuersani ad effectum probandi societatem initam cum Reuerendiss. Bituntino super negotiatione emptionis fruméti, & obligationem eiusdem ad damna, & interesse erga ipsum D. Comitem, necnon & liquidandi damna, atque interesse pacta, petijt remissoriā, quam Domini dandam esse responderunt.

Quia versamur in causa prophana, in prima instantia, &
1 articuli sunt releuantes, quibus concurrentibus † nunquam denegatur remissoria. *Caputaq. decis. 68 par. 3. Cæs. de Graf. decis. 1. de dilat. Rota coram Cardin. Caualerio decis. 170. num. 1. & coram san. mem. Gregorio XV. decis. 403. num. 3. & 4. cum alijs.*

Quod

Quod autem articuli sint releuantes constat ex eo, quia
2 si † D. Comes probauerit obligationem D. Episcopi ad damna, & interesse, occasione negociationis frumentariæ, & liquidauerit damna, quæ passus fuit, & interpellationem precessisse ostenderit, vtiquè tenebitur ad illorum refectio-
3 nem, cum † nihil sit tàm naturale, quàm vt pacta, & obligationes seruentur, atque opere compleantur, *l. 1. ff. de pact. l. cum amplius, in fin. ff de reg. Iur. c. 1. ext. de reg. Iur.* &
4 officium † suum nemini debeat esse damnosum, *leg. inter officium, ff. de rei vindic. l. cum quidam, C. de administ. tutel. capit. cum non deceat, de elect. in 6. Surd. consil. 19. num. 12.*

Non obstat quod societas, & obligatio prædicta Episcopi probari possit per epistolas, cum & per epistolas factum fuisse huiusmodi contractum posuerit in articulis
5 D. Comes; Quoniam cessante calumnia, quæ hic † considerari non potest, remissoria solet dari etiam ad probandum per testes id, quod posset probari per scripturas, quia pro-
6 batio insurgens † ex scripturis corroborari potest testium depositione, & suppleri, *iuxta tradita per Cagnol. in l. 2. num. 233. C. de rescind. vend. Rota decis. 463. num. 2. part. 1. diuers. & in Casalen domus 13. Ianuarij 1612. coram bon. mem. Vbaldo*, Ex qua ratione in simili casu Rota remissoriam non denegauit *apud Cas. de Graff. decis. 1. num. 11. de dilat. & in Turritana bonorum, 23. Februarij 1615. coram bon. mem. Vbaldo, atque in Meleuitana pecuniaria 15. Maij 1620. coram eodem*: Præsertim verò quia in casu præsenti non agitur de probatione deducenda ex publicis Instrumentorum documentis, sed ex epistolis, quæ omnino
7 † indigent testium recognitione, & nihil probant, si non fuerint recognitæ, *l. rationes, l. exemplo. C. de probat. Menoch. de arbit. Iud. cas. 94. num. 9. cent. 1. lib. 2. cum alijs*; Vn-
8 dè cum scriptura sola de per se non probet, † sed indigeat etiam probatione testium pro recognitione, non intrat obiectum; Et in omnem casum sat est, quod vnicus articu-
9 lus probari possit per † testes ad effectum concedendi remissoriam, *Rota in recent. decis. 677. num. 1. par. 1. & apud san. mem. Gregorium XV. decis. 124. num. 30. & decis. 413. num. 7.* & quidem in casu isto, vltimus articulus continens damna, & interesse passa per D. Comitem, non potest pro-
10 bari † nisi per testes, prout etiam quintus articulus continens pretium grani, & secundus continens extraiudicialem
11 † interpellationem, videntur omninò exigere testium probationem.
12 Nec aduersatur quod interpellatio † soleat fieri in scriptis, vel si sit extraiudicialis non releuet, quoniam agitur de probanda extraiudiciali, non autem iudiciali interpella-
13 tione, quæ sine scriptis facta fuit, † & non nisi per testes probari potest, & dari potest casus, quod D. Episcopus teneretur ad damna, & interesse statim ac fuisset extraiudicialiter interpellatus, & sic releuantia est clara.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Nullitatis contractus.

Die Lunæ 18. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Pœna l. fœminæ. C. de secund. nupt. cessat accedente consensu filij super transitu matris ad secūda vota, & an iste consensus eliciatur ex illius cohabitatione cum matre, & quid hoc casu requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secunda vota, quid amittat.*
2 *Text. in l. fœminæ C. de secund. nupt. non procedit, quando filius tacitè, vel expresè consensit, quòd mater transiret ad secunda vota.*
3 *Filius, an dicatur tacitè consensisse matri transeunti ad secunda vota, propter cohabitationem illius cum matre.*
4 *Filius, ad hoc, vt dicatur consensisse matri transeunti ad secunda vota propter cohabitationem cum illa, quid requiratur.*
5 *Ignorantia præsumitur ratione minoris ætatis.*
6 *Instrumentum minoris celebratum sine interuentu proximiorum, qui commodè in illius celebratione poterant interuenire, à vitio nullitatis excusari non potest.*
7 *Instrumentum redditur nullum ex defectu non adimplementi in eo narratorum.*
8 *Rationes, sine quibus reddi non posint.*

DECISIO CXCVII.

SVb die 10. Ianuarij præteriti * fuit resolutum (Aurelia tantùm informante) sententiam ab A.C. latam, per quam fuit declaratum nullum instrumentum, de quo agitur, esse confirmandam, quia decretum Iudicis, quod in dicto instrumento interuenerat, fuerat interpositum ex falsa causa, quæ falsitas causæ ex eo deducebatur, quia fuerat suppositum, legitimam vnius ex fratribus Aureliæ Religionem Cappuccinorum professi deuenisse ad Plautillam matrem, alteri autem fratri, qui vltimo loco decessit, Plautillam matrem, & dictam Aureliam sororem ab intestato successisse, quod tamen non subsistebat, ex quo ipsa mater
1 legitimam, † & successionem per transitum ad secundas nuptias amiserat ex dispositione *text. in leg. fœminæ, C. de secund. nupt.* hodiè reproposita causa super eisdem, & altera quoquè parte informante DD. steterunt in decisis.
2 Non obstat, quod dispositio d. tex. † non procedat, quando filius tacitè, vel expresè consensit, quod mater transeat ad secundas nuptias, ex quo propter d. consensum censetur remissa iniuria illata per matrem primo viro defuncto, iuxta opinionem *glos. auth. de non elig secund. nub. in verbo copulantur. Bald. in auth. ex testamento, num. 3. versic. modo quæritur, C. de secund. nupt. Castill. de vsufruct. capit. 2. num. 39. & 94. Gratian. disceptat. 40. num. 3. cum ibi*
3 *allegat.* & hic prætendatur adesse tacitum † consensum Aureliæ, propter cohabitationem illius cum Plautilla matre ex trad. per dd. *Castill. & Gratian. loco supracitat. Paris. consil. 29. num. 84. lib. 3. Roland. consil. 81. num. 18. versic. item de tacit. lib. 3. Surd. inter decis. sen. Mantuan. decis. 99. num. 12.* quia quicquid sit, an in præsenti casu sufficiat consensus expressus, vel tacitus, fuit responsum ex sola
4 cohabitatione elici, † non posse approbationem, seù consensum Aureliæ absquè scientia, & certioratione iuris sibi quæsiti ex dispositione *d. text. Aym. consil. 142. num. 11. & 20. Ias. consil. 55. num. 10. lib. 1. Menoch. consil. 237. num. 28. Rot. decis. 638. num. 6. & 8. part. 1. recent.* De qua tamen
5 scientia hic non constat, quinimò ignorantia † præsumitur, tàm ratione sexus, *l. reg. ff. de iur. & fact. ignor. Aym. dict. consil. 142. num. 11. Capyc. decis. 159. num. 22. Cephal. consil. 34. num. 39. lib. 1.* quàm ex eo, quod eius bona ab alijs administrabantur.

Non obstat, quod narratiua dicti instrumenti, dum dicitur, legitimam spectasse ad Plautillam, & alteri fratri, ipsam, & Aureliam successisse ab intestato, debeat intelligi, & declarari quòad vsumfructum, non autem quoad proprietatem ad sustinendum actum, quia verba dicti instrumenti hanc declarationem non patiuntur, dum simpliciter dicitur in eo, quod in bonis Bernardini respectu legitimæ successit Plautilla mater, & in reliquis Franciscus frater, Francisco verò defuncto, Plautilla mater, & Aurelia soror, &c. quæ dictio (in reliquis) tanquàm exceptiua denotat successionem Plautillę fuisse respectu proprietatis; maximè cū

DD. &

DD.& iura semper discretiuè loquantur de legitima, & de vsufructu legitimæ, tanquàm de diuersis.

6 Præterea aliquibus ex DD. videbatur, dict. † Instrumentum non posse excusari à vitio nullitatis, tàm ex eo, quod non fuit celebratum cum interuentu proximiorum Aureliæ, cum de illo tempore ex testibus, qui dantur, constat aliquos adfuisse in Vrbe, commodèque potuisse accedere,

7 quàm † etiam ex defectu non adimplementi narratorum, ex parte Thomæ, quia in dict. instrumento d. Thomas asseruit se reddere rationem suæ administrationis &c. & tamen apparet nullum per eum fuisse exhibitum calculum,

8 inuentarium, & librum rationis, † sinè quibus ratio reddi non poterat, *Gratian. discept. 71. num. 1. & Seraphin. decis. 1473. num. 1.*

Et ita vtraquè &c.

* Vide hanc decisionem infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio sub die 5. Decembris 1633. coram R.P.D. Merlino.

R. P. D. DVNOZETTO.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

Die Veneris 22. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Interpretatio si sit contraria verbis testamenti non est attendenda. Substitutio, quando non suffragetur. Verborum generalitas, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Interprætatio de directo contraria verbis testamenti, non est attendenda.*

2 *Relatum censetur in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*

3 *Substitutio non suffragatur vocato post obitum alicuius, si casus nondum euenit.*

4 *Verborum generalitas nihil incompræhensum reliquit.*

5 *Dictio, supradictus, cuius sit naturæ.*

DECISIO CXCVIII.

PEr Binas Decisiones * emanatas in hac causa resolutum fuit, Ludouicam filiam Accursij vigore testamenti Mariæ non posse agere ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, ea ratione, quia cum in dicto testamento fuerint vocati tàm Accursius, quàm Ludouicus, eorumque filij æquis portionibus, sequitur Ludouicam filiam Accursij esse vocatam ad portionem, quæ peruenit ad eundem Accursium, non autem ad alteram portionem peruentam ad Ludouicum, & eius filios, vt firmatur in vtraquè decisione; cui resolutioni non acquiescente Ludouica; placuit DD. pro tertia vice audientiam concedere; quapropter reproposito hodie eodem dubio; DD. in decisis perstiterunt ex ijsdem rationibus in vtraquè decisione deductis.

Quibus non visum fuit obstare, quod substitutio ad fauorem filiorum Ludouici fuerit addita à testatrice suasionibus Philippi, qui in instrumento communionis bonorum, factæ cum fratribus pro exoneratione suæ conscientię declarauit mentem testatricis fuisse, vt filij Ludouici nihil habere deberent ex bonis Mariæ testatricis, quæ declaratio fuit posteà à Ludouico, & eius filijs acceptata pro vera, vnde iuxta illius tenorem substitutio prædicta perinde habetur, ac si facta non fuisset, & sic Ludouicam ad vtramquè portionem esse admittendam.

1 Nam quòad declarationem Philippi separatim sumptam, placuit responsio aliàs data in dictis duabus decisionibus*, quod † cum illa sit de directo contraria verbis testamenti, non veniat attendenda ad trad. per *Tiraquell. in leg. si vmquàm, verb. libertis, numero 13. C. de reuoc. donat. Surd. consilio 179. num. 47. Crauett. consil. 84. num. 13. & consil. 194. num. 4. Rot. decis. 229. num. 4 part. 2. recent.*

Quò verò ad acceptationem respondetur, quod cum non sit facta simpliciter, sed relatiuè ad fideicommissum conuentionale factum ad fauorem masculorum domus de

2 Carradoris, debet † intelligi iuxta tenorem dicti fideicommissi conuentionalis, ad *text. in l. cum quærit. ff. de administrat. tut. Gratian. discept. forens. cap. 301. num. 57. Dec. consil. 47. num. 1. Ruin. consil. 127. num. 4. lib. 2. Gregor. XV. decis. 522. numero 10.* & consequenter non potest Ludouicæ

3 suffragari, † cum in eo sint vocatæ fœminæ post obitum masculorum, qui casus nondum euenit, *leg. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. leg. in testamento, vbi glos. & Bart. ff. de condit. & demonstr. Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 116.*

Nec obstat, quod in dicto fideicommisso conuentionali non sint compræhensa bona relicta per Mariam testatricem.

4 Quia immo contrarium apparet, non solùm ex † generalitate verborum, ibi, *tutti li beni in qual si voglia luogo,* quæ nihil incompræhensum reliquit *Pedroch. consil. 6 nu. 48. & consil. 7. num. 98. Alexand. consi. 118. num. 5. lib. 5. Decian. consil. 84. num. 13. lib. 3.*

Verùm etiam ex specifica mentione facta de illis, ibi, *mettono in vnione tutti li beni, che si ritrouassero tanto stabili &c. come quelli lasciatili da Maria,* & inferiùs. *Item che tutti li sopradetti beni non si possino alienare, ma che debbano stare perpetuamente per li figli maschi della sopradetta casa de Carradori,* ponderata dictione,

5 † *li sopradetti,* quæ operatur, vt bona Mariæ supranominata censeantur indiuidualiter in dicto fideicommisso conuentionali repetita, *l. 1. §. hoc edicto,* & ibi *Bart. ff. de postul. Bart. in l. talis scriptura, §. fin. versic. quæro ergo ff. de leg. 1. Crauet. consil. 98. numer. 8. Ruin. consil. 55. num. 4 lib. 3. Rot. decis. 713 num. 2. & seqq. par. 1. diuers. Seraphin. decis. 584. num. 8.*

Et ita vtraque, &c.

* Vnam ex his sub die Lunæ 3. Martij 1629. habes supra decis. 275. par. 5. recent.

Alteram vide infra, prout in Indice posito in fine Decisionum.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Romana Pensionis.

Die Mercurij 27. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis, sicuti etiam Literæ Apostolicæ habent executionem paratam. Nouatio, quando non dicatur inducta, & quando è contra. Scriptura, quando sit necessaria, vt contractus sit perfectus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

2 *Literæ Apostolicæ, de quarum iustificatione non dubitatur, de sui natura habent executionem paratam.*

3 *Nouatio, quando non dicatur inducta.*

4 *Nouatio inducta censetur ex contractu incompatibili cum primò.*

5 *Testis, plures patiens exceptiones, nihil probat.*

6 *Testis de auditu non releuat.*

7 *Testis nihil affirmatiuè, sed imaginariè deponens, non attenditur.*

8 *Ex minutæ confectione necessè non infertur, quod contractus sit perfectus.*

9 *Contractus non potest dici, quod habeatur pro concluso, sed imperfectus remanet, vsquè ad actualem stipulationem mediante scriptura, vide num. 10.*

10 *Ad contractus perfectionem regulariter non requiritur scriptura, attamen requiritur, quando inter partes hoc fuit conuentum.*

11 *Concordia, in qua adest pactum resolutiuum, ipso iure resoluitur in totum ob non adimplementum.*

12 *Pactum resolutiuum æquiparatur pacto l. commissoriæ, & in omnibus contractibus fieri potest.*

13 *Consensus nouus non requiritur in gratia reualidatoria, sed sufficit primus ab initio præstitus, qui præsumitur durare, nisi contrarium probetur.*

DECISIO CXCIX.

ORta controuersia inter partes super solutione pensionis, de qua agitur, fuit de anno 1626. à Dom. Michaeli Angelo Pensionario obtentum relaxari mandatum pro terminis decursis scut. 150. pro quorum solutione fuerunt eidem Michaeli Angelo per Sorbellum Titularem assignati introitus eorumdem beneficiorum super quibus pensio reseruata fuit, necnon fuerunt assignatæ duæ annuæ pensiones eidem Sorbellio debitæ, ascendentes ad scut. 36. annua, & in hac assignatione Sorbellius constituit Michaelem Angelum Procuratorem irreuocabilem vti in rem propriam ad exigeñ Fructus dd. beneficiorum, & dd. annuas pensiones, donec fuerit de dicta summa scutorum 150. tunc decursorũ, & pro tempore decurrendorum integrè satisfactus, sed cum d. assignamentum non fuisset executioni demandatum iuxta formam Instrumenti, Michael Angelus cõuenit denuò Sorbellium coram Vicario S. Mariæ Maioris, coram quo mediante compromisso, & laudo subsecuto, terminatæ fuerunt differentiæ dictæ exactionis terminorum pensionis decursorum.

Post hæc Michael Angelus conuenit d. Sorbellium coram eodem Vicario Sanctæ Mariæ Maioris, pro solutione terminorum pensionis decursorum à die compromissi citra, & obtinuit decretum relaxationis mandati, quod prætendit Sorbellius expediri non posse, tàm propter d. assignamentum, quàm ob prætensam concordiam postea inter partes subsequutam post compromissum, sed hodie coram me proposito hoc eodem dubio, an sit relaxandum mandatum pro terminis pensionis decursis, & non solutis à die compromissi citra, Domini relaxandum esse dixerunt, & moti sunt; quia Michael Angelus habet fundatam intentionem in literis reseruationis pensionis, cui consensit Sor-
1 bellius, cum obligatione Camerali, † quæ habet exequutionem paratam, *Rot. decis. 620. numer. 1. in fin part. 1. recent.* prout illam pariter habent de sui natura literæ Apostolicæ
2 de † quarum iustificatione non dubitatur, *Gig. de pens. q. 85. num. 2 Rot. diuers. decis. 301. num. 2. par. 1. & in recent. 387. num. 1. par. 2.*

Non obstat igitur supradictum assignamentum redditũum, & pensionum donec de summa terminorum decursorum, & pro tempore decurrendorum fuisset Michael Angelus integrè satisfactus, cum mandato irreuocabili, &cæt.

Quia huiusmodi assignamentum, vt patet ex lectura Instrumenti, quod datur in Summario num. 2. non fuit datum in solutum, sed potiùs pro maiori cautela pensionarij creditoris, vt faciliùs posset de suo credito satisfieri, ibi, vt de
3 prædicto eius credito satisfieri possit, † in eius personam, infrascriptum procuræ mandatum facere decreuit, quo casu nec fuit inducta nouatio, nec recessum ab obligatione personali, nec à via executiua, *Rot. Ianuen. decis. 2. num. 13. Modern. Perus. de censib. par 3. cap. 1. quæst. 3 artic. 5. nume. 16 fol. 235. Rot. post d. tract. decis. 287. num. 1. in fin. cum seqq. & decis. 289. numer. 2. post med.* & latè comprobatur *in Mediolanen. pensionis. 17. Iunij 1630. coram D. meo Durano.*

Deinde cessat difficultas, quia à prædicto contractu assignamenti, & mandati fuit recessum per compromissum, & successiuè per laudum à Vicario latum, & per partes acceptatum, necnon etiam per licentiam, quam ipsemet Sorbellius petijt, & obtinuit coram Iudice deputato colendi bona dd. beneficiorum, eorumdem fructus percipiendi, & pensiones exigendi, prout cum effectu sequuta fuit dd. beneficiorum locatio, & pensionum assignatio ad fauorem D. Vrsini, vt ex Instrumento affictus, cuius particula datur in Summario num. 6. quæ sunt de directo contraria
4 assignamento facto Michaeli Angelo, quod facit, † vt perinde sit, ac nunquàm factum fuisset propter euidentem incompatibilitatem, quæ parit nouationem, *Put. decisione 282. in fin. lib. 2. in nou. Rot. diuers. decisione 262. numero 5. par. 2.*

Non obstat prætensa concordia facta post laudum supradictum. Quia non sumus in terminis concordiæ conclusæ, sed solùm tractatæ absquè effectuatione, vt colligitur ex depositionibus Testium, qui dantur pro parte eiusdemmet Sorbelli ad illam probandam, nam primus quàmuis videatur deponere, non solum de tractatu, sed etiam de conclusione concordiæ, & acceptatione partium, attamen ex lectura totius depositionis colligitur, quod nimis affectatè, & animosè deponit de hac concordia, & est vni-
5 cus, & non omni † exceptione maior, cum sit Procurator, & familiaris d. Sorbellij, *Aym. consil. 56. num. 4. lib. 1. Farinac. de testib. quæst. 60. num. 203.*

Secundus testis, qui fuit inductus ad iurandum à d. primo
6 teste, † solùm deponit de auditu à Sorbellio, & à d. primo teste iuxt. 17. Interrogatoriũm, & iuxta 12. & 13. apertè dicit se nescire, an d. concordiæ tractatus fuerit stabilitus, quinimò deponit de non conclusione, adducendo causam auditam à Sorbellio, & Alexãdro Fabrono primo teste, nempe quia non interuenerat Canonicus Tetellinus, prout Sorbellius volebat.

7 Tertius verò testis, qui est Notarius † nihil affirmatiuè, sed immaginariè deponit de conclusione in his verbis; *M'imagino che il trattato della sudetta concordia fusse tra dette parti, mediante le sudette persone stabilito, perche come hò detto di sopra, mi fecero far la minuta alla*
8 *presenza delle sopradette persone*, quæ ratio nequè † concludit, cum non inferatur pernecessè ex confectione minutæ, quod contractus sit perfectus, cum sæpè fiant minutæ, & contractus non effectuentur; Idquè tantò magis cum idem testis subiungat; *Che la minuta in continente le fu leuata dalle mani dal Procuratore del Signor Michel Angelo, che voleua* [illegible] *detto Signor Canonico*; Et hoc ad satisfacieñ Sorbellio, qui omninò requirebat interuentum ipsius, vt colligitur ex depositione dd. testium, & præsertim tertij, iuxta 19. dum dicit, quòd Michael Angelus nõ promisit f[illegible] Canonicum, sed solùm, *Che l'haueria ricercato, e fatto ricercare dal Signor Agabito suo Procuratore*, quòd arguit partes non fuisse omninò cõcordes, sed tractatum remansisse in suspenso, habito respectu ad interuentum dicti Canonici. Et quod re vera versemur in simplici tractatu, colligitur etiam, quia iuxta deposi-

tionem

tionem dd.testium requirebatur, vt in actu stipulationis Instrumenti concordiæ soluerentur scut.250. Ideò dici non
9 potest concordiam habitam fuisse pro conclusa, † sed imperfectam remansisse vsquè ad actualem stipulationem mediante scriptura, quæ licet regulariter non requiratur
10 ad perfectionem contractus, † attamen requiritur, quando inter partes hoc fuit conuentum, vt aliquid soluatur, in actu stipulationis *glo.in l.contractus,C.de fid.instr.Gabr.de pact. conclus.3.numer.1. Rota decis.520.num.4.part.2.in recent.*

Accedit prædictis pactum resolutiuum in euentum in quem non soluerentur per totum mensem Ianuarij scut. 325.quæ cum non fuerint per d.Sorbellium soluta remanet
11 concordia † in totum ipso iure resoluta, quando etiam daretur illius perfectio,& conclusio, *Castr. in l.qui absenti, §.1.colum.fin. versic. tu potes ponere, ff.de acquir. possess.* vbi
12 quod pactum † huiusmodi resolutiuum æquiparatur pacto, *l.commissoriæ,* & in omnibus contractibus fieri posse sequitur, *Ias.in consil.128.vol.5.vers.idem tenet,*Paul.lib.4. *Morot.resp.6.num.24.& 25.Rot.decis.1.num.4.& 5.par.2. in recent.*

Non obstant verba illa, in exequutione della concordia seguita, apposita in mandato solutionis faciendæ scut.250. Quia cum ista summa non esset soluenda, nisi post concordiam firmatam, & absolutam non poterat aliter fieri ordo, & mandatum, & ex hoc non infertur pernecessè ad conclusionem,& perfectionem contractus.

Non obstat, quod dicitur de non expeditione literarum infra sex menses,& quod in gratia reualidatoria non interuenerit nouus consensus, quia iste nouus consensus non re-
13 quiritur in gratia reualidatoria, † sed sufficit primus ab initio præstitus, qui præsumitur durare, nisi contrarium probetur, vt firmauit, *Rot. in Leodien. Canonicatus 15. Martij 1610.coram bon.mem. Cardinali Sacrato,* sequendo decisionem *Caputaq.213 par.1.*

Et ita,&c. vtraque, &c. parte informante.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Superuiuentiæ.

Die Lunæ 2. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando dicatur nulla, & iniusta, item etiam, quando executio, Tempus, si reperiatur præfixum in gratia, quando incipiat currere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, & iniusta, quando fuit lata non iustificatis, & verificatis narratis in Breui, & numero 2.*

3 *Ecclesia, licet teneatur pro expensis factis per Abbatem in ingressu Monasterij, non tamen tenetur pro excessiuis, & factis ad meram pompam.*

4 *Executio est nulla,& iniusta, si oriatur ex sententia nulla,& iniusta, & sic ex radice infecta.*

Exequutor debet ad vnguem seruare formam Breuis, num.4.

5 *Rescripta Papæ non capiunt personas non expressas.*

6 *Gratia impetrata à Papa de locando bona beneficij, quando locantur, quæ solemnitates requirantur.*

7 *Tempus præfixum in gratia, quando est expressum, incipit currere a die dati Breuis.*

8 *Temporis adiectio in gratijs, quando stet taxatiuè.*

9 *In Beneficijs onus seruitutis non debet prorogari arbitrio tertij.*

10 *Et hoc maximè, si d.onus fuerit impositum, cum dictione aliqua limitatiua temporis.*

11 *Beneficium habere aliud est, & aliud habere eius fructus.*

12 *Locatio est ipso iure nulla, quando certa merces non fuit constituta.*

DECISIO CC.

CInthius Clemens sub prætextu, quod pro monachanda Maria Isabella eius filia, æs alienum contraxisset vsquè ad summam scut.2000. ad effectum illud extinguendi, obtinuit à S.D.N. Vrbano VIII. fœliciter regnante, facultatem locan̄ fructus quinquè Beneficiorum, quæ obtinebat, per hæc verba; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, vt pro extinguēdo dumtaxat ære alieno scut.2000. huiusmodi per te, vt præfertur, contracto, omnia, & singula, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta Ecclesiarum, & Beneficiorum præfatorum per te, seù Procuratorem tuum infra sex menses proximos vni, vel pluribus personis meliorem conditionem offerentibus, pro iusto tamen,& rationabili pretio, in vna, vel pluribus vicibus locare,& arrendare, seù ad annuam, seù aliam pensionem concedere &c.necnon fructus, & redditus huiusmodi &c.eisdem, qui pecuniam tibi crediderint pro dicta summa dumtaxat obligare,& hypothecare, vel in solutum, seù aliàs dare &c. Cuius Breuis vigore fuit facta locatio à Procuratore Cinthij, quæ locatio non habuit effectum. Vita postea functo Cinthio, Reuerendiss.D. Alterius fuit prouisus de tribus ex dd. quinquè beneficijs, & biennio, postquam per ipsum fuisset adepta illorum possessio, creditores dict. Cinthij d. Breue ei intimarunt, illumq; coram A.C. conuenerunt, à quo fauorabilem sententiam reportarunt pro eius exequutione, cuius sententiæ vigore per ipsos fuit capta possessio bonorum beneficiorum, & successiuè facta noua locatio fructuum beneficiorum, sequuta etiam illorum exactione, à qua sententia,& exequutione, cùm fuisset appellatum pro parte D.Alterij, & causa mihi commissa. Dubitaui, An d.exequutio esset reuocanda,& DD. censuerunt esse reuocandam, via ordinaria.

Et moti fuerunt, primò ex eo, quod visum fuit constare de euidenti nullitate,& iniustitia sententiæ A.C. quia fuit la-
1 ta † non verificatis,& iustificatis narratis in Breui per d.D. Cinthium, *cap.2. vt lit.pend. Mohed.decis.303. de renunc. Caputaqu. decis.27.num.3.par.1.* quod præcipuè iustificare debuerat in ea parte, qua narratur, debita fuisse contracta ex præcisa causa monachationis filiæ, adeò vt si appareant
2 † contracta ex alia causa voluntaria successor non teneatur *Innoc.in cap.an hæc de solut.Butr.in cap.penult.num.9.versic.si autem recipitur de fideiuss. Menoch.de arb.lib.2.cent. 5.cas.432.num.18.Nauar. de spol.Cleric.§.10.num.6.* benè
3 *Castrens.consil.337.num.1.* vbi quod licet Ecclesia † teneatur pro expensis factis per Abbatem in ingressu Monasterij, non tamen tenetur pro excessiuis, & factis ad meram pompam, & faciunt tradit. per *Redoan. de spol. Cleric. q.10.num.38.*

Fuit etiam exequutio nulla, & iniusta, nedum quia orie-
4 batur ex sententia iniusta,& sic ex † radice infecta, verùm etiam, quia in multis exequutor excesserat formam Breuis, quæ ad vnguem erat seruanda, *c.cum dilecta,& ibi notat.de rescript.de offic.deleg.cap. Pisanis de rest.spol. Caputaq.decis.43.num.5.par.3.*

Excessus autem primò deducebatur, ex quo cum facultas locandi fructus beneficiorum esset directa ipsi Cinthio, vel eius Procuratori, non poterat exerceri per eius creditores.
5 Rescripta enim Papæ † non capiunt personas non expressas, *c.1.& 3.de offi.deleg.* verisimiliter enim Papa voluit confidere de legitimo Titulari, aut de persona ab eo deputata circa actum locationis, qui propterea non poterat explicari per alium, *arg.text.in c.fin.§.is autem & ibi notat. de offic. deleg.c.is cui 12.de rescript.in 6.*

Visum est etiam fuisse excessum, quoad solemnitates omninò adhibendas in locatione, quæ iuxta formam Breuis debuisset fieri iusto, & rationabili pretio, de quo nimirùm
6 legitimè † constitisset præuia affixione edictorum, pro inueniendo maiori oblatore in loco beneficij, vt in terminis similis gratiæ interprætata fuit *Rota decis. 325. num. 18. post 2. vol. cons. Farinac.* vbi recenset idem fuisse dictum in *Viglieuanen Locationis 22. Nouembris 1600. coram bon. me. Pacen. & in Beneuentana reseruationis fructuum 12. Ianuarij 1609. coram bon. mem. Penia.*

Præterea locatio omninò fieri debuit infra sex menses
7 † proximos, quod intelligebatur à die dati Breuis, iuxta *reg. text. in capit. eam te. de rescript. in 6. Oldrad. consil. 56. num. 1. & 2.* Ideò que lapso dicto tempore consumpta erat facultas, nec poterat deueniri ad nouam locationem in præ-
8 iudicium Titularis, quia † adiectio temporis in similibus gratijs stat taxatiuè *Archid. in cap. si propter tua debita ex num. 7. de. rescript.* Absurdum enim fuisset, quod credito-
9 res potuissent differendo † vsum gratiæ, pro suo arbitrio prorogare onus seruitutis in beneficijs, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul sup. rub. de Cler. non resid. verb. vide Summistas*, vbi notat hoc præcipuè habere locum si, prout in casu
10 nostro, dispositioni Papæ sit adiecta † dictio aliqua limitatiua temporis, & ponderauit *Rota d. decis. 325. num. 16. post 2. vol. cons. Farin.*

Præterea considerabant Domini in vim dicti Breuis non potuisse creditoribus decerni mandatum in possessionem
11 bonorum beneficiorum; aliud enim est † habere fructus, & aliud possidere beneficia, vt explicat *glos. in d. cap. si propter tua debita de rescript. in 6. in verb. fructuum, vbi But. num. 5. venio succinctè, glos. in cap. si tibi concesso, in verb. fructus*, vbi diuersificat gratiam, quæ fit de beneficijs ab ea, quæ fit de illorum fructibus, *de concess. præben. eod. lib. 6. Caputaq. decis. 34. num. 4. par. 3.*

Non obstat locatio facta per Henricum Falconium Procuratorem Cinthij adhuc viuentis, tùm quia hæc non fuit effectuata, tùm etiam, quia hæc quoque fuit ipso iure nulla,
12 ex quo non fuit constituta † certa aliqua merces, quæ est de substantia locationis, *§. 1. instit. de locat. l. si merces, ff. eod. tit. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 1. num. 6.* & quę in casu nostro debuerat constitui, adhibitis diligentijs pro inueniendo maiori oblatore, iuxta tradit. per *Rot. d. decis. 325. post 2. vol. cons. Farinac.*

Minùs visus fuit obstare consensus præstitus locationi per Reuerendissimum Alterium, cum is reseruauerit sibi expresè facultatem dandi de eius nullitate, & prosequendi iniustitiam sententiæ, & illius exequutionis in petitorio.

Ex quibus Domini vnanimes vtraquè parte informante, censuerunt sententiam, & illius exequutionem esse reuocandam, via ordinaria.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Testamenti.

Die Mercurij 4. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum primum, in quo adest derogatoria posterioris voluntatis, vt tollatur per secundum testamentum, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum ipso iure sublatur per secundum.*
2 *Clausula derogatoria omnium aliarum voluntatum in primo testamento apposita, non adimit facultatem testatori ab eo recedendi.*
Intellige tamen, vt nisi primum testamentum reuocetur in posteriori, deficiat voluntas, & consensus testatoris, num. 2. & 3.
4 *Testamentum posterius, quando reddatur suspectum.*
5 *Derogatio generalis, & in confuso prolata non est sufficiens ad effectum, vt inde sumi possit coniectura mutationis voluntatis, quæ fieri debuit, cum specialitate.*
6 *Clausula, non obstante quocunquè alio testamento, non sufficit ad reuocationem prioris testamenti habentis clausulam derogatoriam, & num. 7. vbi de clausula cassans, amplia num. 8.*
9 *Clausularum, & verborum generalitas non sufficit ad tollenda specialia.*
10 *Clausula, omni alio meliori modo, non sufficit ad effectum, vt per secundum testamentum reuocetur primum.*
11 *Testamentum primum habens clausulam deoogatoriam, vt tollatur per secundum an requiratur, vt in indiuiduo fiat mentio d. derogatoriæ.*
12 *Voluntatis prioris derogatio, ex quibus coniecturis deprehendatur.*
13 *Derogatio specialis, & expressa, quando non dicatur sublata, per alias derogationes.*

DECISIO CCI.

TEstator sanus corpore, & mente, nuncupatiuum primo loco condidit testamentum, quod Notario clausum consignauit in præsentia testium, qui vna cum ipso testatore, in plicatura exteriori, nomina sua adscripserunt. Postmodùm ipse corpore infirmus aliud testamentum etiam nuncupatiuum, non tamen clausum condidit, sub quo decessit.

1 Et quàmuis regulariter primum † testamentum ipso iure sublatum esse dicatur per secundum *§. posteriore, instit. quib. mod. testam. infirm. l. 2 ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. & l. sancimus, C. de testam.* Attamen cum in primo adsit clausula derogatoria posterioris voluntatis sub his verbis. *Mi protesto, che questa mia dispositione non s'intenda mai riuocata, ancorche in altra dispositione cassassi particolarmente in specie questa con clausule derogatorie & derogatorie delle derogatorie, se in detta altra mia dispositione non vi sarà scritto l'Oratione Angele* Dei, &c. *& sottoscritta di propria mano*, quæ quidem oratio in dicto secundo testamento post clausulam *cassans &c.* non fuit descripta, nequè in eo apparet subscriptio testatoris, sed id solummodò additum fuit, quod ipse testator voluit testamentum hoc posterius cæteris alijs præualere. Hinc quæsitum fuit; Vtrùm prædictorum testamentorum præualeat, & proposito per me dubio, Domini hodie primum testamentum præferendum esse censuerunt.

In primo enim habetur amplissima clausula derogato-
2 ria, † quæ licèt facultatem ab eo discedendi non adimat, tamen operatur, vt nisi primum expresè reuocetur in posteriori deficiat voluntas, & consensus testatoris, *l. si quis in principio testamenti, cum glos. magn. ff. de legat. 3. l. si mihi & tibi, §. in legatis. vbi glos. in verb. non valebit, & Paul. de Castr. num. 2. ff. de legat. 2. Salycet. in d. l. sancimus, numero 6. C. de testam. Natt. consil. 531. num. 38. & consilio 639. num. 3. Neuizan. consil. 63. num. 18. & seq.* eamque conclusionem communiter esse receptam testantur, *Clar. sentent. lib. 3. §. testamentum quæst. 99. in princ. versic. primus casus, Suarez in thesaur. comm. opin. versicul. testamentum, num. 70. Vasq. de success. lib. 2. § 17. num. 71. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 152. num. 16. Rot. apud Cass. de Grass. decis. 1. numero 1. de testam. & in recent. decis. 721. numero 1. part. 2.* Ac propterea in eodem testamento sequuntur

sequuntur illa verba, *Perche ogni altra dispositione ch'io facessi, non sarebbe mia volontà, ma ad instigatione, & compiacenza d'altri per forza*; quæ important veram
3 causam, & rationem propter quam apposita † est clausula derogatoria futuræ dispositioni, quam rationem in similibus terminis considerant *Doctor. vt Franc. Aretin. in consil.* 314.*num*.2. *Bart. Soccin. in l. Gallus, §. illud credendum, numer*.3.*ff. de liber. & posth. in consil*.98. *num*.6. *volum*.3.
4 ac inde suspectum † reddi posterius testamentum, notat idem *Soccin. in dict. leg. si mihi, & tibi, §. in legatis num*. 6.*ff. de legat*.1.*Gozad. in consil*. 98.*numer*.10. *Aym. consilio* 25.*num*.11.

Posterius verò testamentum, in quo habetur clausula, *cassans omne aliud testamentum quomodolibet forsan factum*, cum declaratione, *quod hoc cæteris alijs prævaleat omni meliori modo*, nullam facit specialem mentionem de primo testamento per quam suaderi possit, quod testator voluerit priori eius voluntati derogatum esse, & propterea Domini censuerunt non esse attendendum. Nam dicta de-
5 rogatio † generalis, & in confuso prolata non est sufficiens ad effectum vt inde sumi possit coniectura mutationis voluntatis, quæ fieri debet cum specialitate, iuxta *text. in d. l. si quis in principio testamenti, ibi, nisi specialiter dixerit, ff. de legat*.3. *vt post Dyn. in cap. quod semel placuit num*.22. *& seqq. de reg. iur. in* 6. *not*. Paul. *de Castr. in auth. hoc inter liberos, num*.4.*&* 5.*C. de testam*. vbi de clausula, non ob-
6 stante † quocunquè alio testamento, quam dicit non sufficere ad reuocationem præcedentis testamenti habentis
7 clausulā derogatoriam, & de clausula † cassans omne aliud testamentum, idem *Castrens. in consil*.408.*volum*.2. ac de clausula, *cassans quodcunquè testamentum præcedens manu cuiuscunquè Notarij, & sub quacunquè verborum forma conceptum, Natt. consil*.639. etiamsi clausula huiusmo-
8 di fuerit † concepta per verba geminata, vel potiùs inculcata, vt in casu *Neuizan. dicto consil*.63. vel cum verbis voluerit hoc omnibus alijs retrofactis præualere, vt per *Alexan. consil*.7. *volum*.4. *& Ruin. consil*.10. *num*.3. *volum*.2. qua-
9 rum clausularum, & verborum generalitatem non † sufficere ad tollenda specialia *Oratione Angele Dei &c*. & similibus, in priori testamento appositis respondit *Federic. de Sen. in consil*. 47. *num*.1. in quibus etiam terminis quod
10 clausula, *omni alio meliori modo*, non sufficiat ad † effectum, vt per secundum testamentum reuocetur primum, dixit *Rota coram Cardin. Seraphin decis*. 239. & hanc esse communem affirmant *Alexand. d. consil*.7 *num*.8. *Couarr. in rubr. de testam par*.2.*num*.19 *versic. tertium, Clar. dict. quæst*.99.*num*.7. *Menoch. de præsumpt lib*.4.*præsumpt*.166. *num*.13. *Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib*.4. *interpret*.3. *dub*.2. *num* 67. *Guidop. decis*.127. *versic. & quod specialis, Mart. de claus. par*.3. *claus*.6. *num*.7. Eamque approbauit *Rota d. decis*.721. *num*.1 *par*.2. *recent. & in Romana fideicommissi de Iacobatijs* 10. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Remboldo*.
11 Et quàmuis non requiratur, vt in indiuiduo † fiat mentio derogatoriæ appositæ in priori testamento per ea, quæ latè tradit *Alexand. in consil*.134. *lib*.1. quem secuta est *Rota coram Cæs. de Graff. decis*.1. *de testament*. nullius tamen hic mentio facta fuit, qualitatis veluti diei, vel Notarij, aut derogatoriæ, seù verborum dicti prioris testamenti. Vnde
12 saltem per relationem ad aliud, † vel per circumstantias constare possit de mente Testatoris, ex directo contraria, vt requirit *Angel. in consil*.365. *num*.3. *& post eund. Alex. in præallegato consil*.134. *lib*.1. *& Soccin. qui communem dicit in consil*. 163. *num*.7. *lib*.2. *sequitur Natt. consil*.639. *nu*. 9. *& Rot. coram Cæs. de Graff. d. decis*.7. *de testam. & inter recent. d. decis*.721. *num*.7. *par*.2.

Ex eo autem, quod in posteriori testamento dictus testator Dominicum ex secundo matrimonio, in priori verò Margaritam ex primo matrimonio filiam instituerit hæredem, quodque in eodem posteriori testamento dixerit se esse creditorem generi, quem in priori dictæ filiæ substituit in vsufructu bonorum, talis derogatio non resultat, vt alia magis specialis non requiratur, nisi enim tot clausulæ, ac tam prægnantes in secundo inserantur quot, & quales habentur in præcedenti, non est rationi congruum, vt per
13 dicta simul iuncta, clausula in forma cōmuni, † & generali tollatur derogatio specialis, & expressa, ad tradita per *Dec in consil*.475.*num*.12. *Aym. cons*.25. *num*.11. *& Neuizan d. consil*.63.*num*.27.

Nequè obstant deducta ad probandam falsitatem prioris testamenti respectu subscriptionis testatoris eò, quod in pluribus quietantijs eius nomine confectis, ac aliena manu scriptis enuncietur eum nesciuisse scribere. Quia huiusmodi assertiones verificantur in eo, quod quietans nesciret expeditè ducere calamum, vti ex inspectione protocolli in Rota exhibiti, & ruditate characteris licuit depræhendere. Et ita vtraquè &c.

¶ Adest infra altera decisio in hac causa sub die 12. Decembris huius anni 1633. coram eodem bon. me. Motmanno.

EMINENTISS. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Leopolien Separationis Thori.

Die Lunæ 9. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Ad Thori separationem, vt deueniatur probanda est viri sæuitia præterita, & iustus timor futuræ, & quando dicantur hæc probata. Propter adulterium est locus separationi Thori.

SVMMARIVM.

1 *Thori separationi est locus, quando probatur sæuitia viri præterita, & iustus timor futuræ.*
2 *Viri sæuitia præterita, quæ pariat metum sufficientem ad Thori separationem, arbitrio Iudicis relinquitur.*
3 *Metus iustus ille dicitur, qui potest cadere in constantem virum.*
Quando imminet timor mortis, aut cruciatus corporis, vel vulnerationis, num.3.
4 *Metus probatur etiam per testes singulares.*
5 *In Metu multùm inspici debet qualitas personarum, quæ metum patiuntur, & incutiunt.*
6 *Metus minor sufficiunt in muliere, quàm in homine.*
7 *Metus semper dicitur durare, dum eius causa etiam durat.*
8 *Thori separationi est locus propter adulterium.*
9 *Adulterium, quando agitur ciuiliter ad effectum separationis Thori, & restitutionis dotis, probatur etiam per testes singulares.*
10 *De Causis separationis Thori satis dicitur constare, ex pluribus rebus simul iunctis, & consideratis.*

DECISIO CCII.

FVerunt in partibus latæ duæ sententiæ ad fauorem Dominæ Felicianæ, quæ pretendebat separationem Thori propter sæuitiam, & adulteria mariti, & commissa mihi causa in tertia instantia, proposui dubium, An esset locus separationi Thori, & Domini affirmatiuè responderunt. Quia ex pluribus testibus, qui dantur in Summario num.3.
1 probatur, & sæuitia præterita † mariti, & iustus timor futuræ, quo casu mulier non est committenda cautioni, sed separanda, vt illius securitati sufficienter prouideatur,

Abb. in cap. ex transmissa, & cap. literas de restitut. spol. Hostien. in summa, eod. tit. §. in casibus, num. 4. versic. Decimo, Lup. in cap. per vestras in 3. not. num. 7. de donat. inter vir. & vxor. Barbos. in Rub. ff. solut. matrim. par. 2. num. 22. Couar. de Spons. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 1. 2. & 3. Sanchez de matrim. lib. 10. disput. 18. num. 16. Gabr. consil. 161. num. 8. vol. 1. Aym. consil. 31. num. 4. Seraph. decis. 226. num. 3. Rot. diuers. decis. 706. num. 2. in fine, par. 1. in recent. & fuit etiam firmatum in Ianuen. Separationis Thori 24. Nouembris 1632. coram R. P. D. meo Decano.

Constat enim ex dictis Testium deponentium de visu, & certa scientia maritum pluries minatum fuisse mortem vxori, & quod minas exequutioni demandasset, nisi fuisset à seruis detentus, & impeditus, idquè cum maximo furore, dirigendo in eam sclopos, & fugientem illam insequendo euaginata framea, minando etiam, quod illam volebat côburere, capite priuare, vel aquis suffocare, & cum quotidie rixarentur, & maritus procuraret cum hominibus armatis ingredi domum mulieris, & vice versa famuli mulieris illam defenderent gladijs, & bombardis, in huiusmodi rixatione aliquando puer eiusdem mulieris egressus, fuit multis vulneribus sauciatus, & multæ bombardæ fuerunt exoneratæ in hospitium, & quartus Testis deponit, quod in hac inuasione fuit occisus vnus famulus, & alius globo traie-
2 ctus ex bombarda; Ex quibus † sufficienter remanet probata præterita sæuitia viri, quæ parit metum sufficientem arbitrio Iudicis remissus, an sit iustus, *Paris. consil. 5. numero 162. lib. 4. & consil. 53. num. 6. lib. 4. & consil. 60. num. 25. eod. lib. Seraphin. decis. 771. num. 3.* & tunc dicitur iustus etiam,
3 qui cadere potest in constantem virum, † quando imminet timor mortis, vulnerationis, vel corporis cruciatus, vt hic, *cap. cum dilectus, de his quæ vi met. caus. fin. Paris. consil. 53. num. 51. & consil. 58. num. 64. lib. 4. Surd. consil. 513. num. 31. Honded. consil. 29. num. 36. & 40. lib. 1.* & in hac
4 † probatione sufficiunt supradicti Testes etiam si sint singulares, *Surd. post alios consil. 395. num. 26. lib. 3. & d. consil. 513. n. 33.* Et cum multùm inspici soleat qualitas persona-
5 rum, † quæ metum patiuntur, & incutiunt, *glos. & Innoc. in cap. cum dilectus, de eo quod met. cau. Calder. consil. 1. num. 2. eod. tit. Mandel. de Alb. consil. 77. num. 2. Dec. consil. 30. num. 24. lib. 4. Honded. consil. 29. num. 28. in fin. vbi de communi lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 135. num. 4. & 5. Surd. decis. 194. num. 29. & 30. Seraphin. d. decis. 771. num. 3.* clarè in casu nostro constat ex supradictis, maritum esse virum furiosum, terribilem, ac paratum minas exequutioni demandare, & Felicianam tanquàm fœminam esse facilem ad
6 metum suscipiendum, cum in † femina minor metus etiam sufficiat, *Paris. consil. 26. num. 64. lib. 3.* vt experientia docuit in hac muliere, quæ propter supradictas rixationes, & minas fuit morbo apopletico correpta, vt deponit Decimus, & Decimusprimus Testis, & cum causa sæuiêdi in vxorem ea fuerit, quod ipsa noluit omnia bona sua donare marito, vt deponit Decimus, Decimusprimus, & Decimustertius Testis, & ista causa controuersiæ adhuc duret, dicendum
7 est quod etiam adsit, † & duret timor futuræ sæuitiæ, *Rolan. consil. 2. num. 87. lib. 1. consil. 95. num. 32. lib. 1. Calder. dict. consil. 1. tit. quod caus. num. 4. Marsil. Singul. 325. Surd. consil. 301. num. 23. Honded. consil. 23. num. 41. lib. 1. Seraphin. decis. 881. num. 1. & 1177. num. 1.* itaut sit locus Separationi ex supra allegatis.
8 Deindè intrat Separatio Thori ex alio † capite adulterij, *Roland. consil. 50. num. 5. lib. 1. Sanchez de matrim. lib. 9. disput. 3. num. 6.* illud enim est concludentissimè probatum per Testes, qui dantur in Summario num. 4. deponentes, quod viderunt maritum dormire, & multos actus facere
9 impudicitiæ, & luxuriæ cum diuersis mulieribus, & † cum agitur ciuiliter ad effectum Separationis Thori, & restitutionis dotis, sufficiunt etiam Testes singulares, & coniecturæ, *Bertazz. consil. 20. num. 18. & seqq.* & latiùs *in cons. 273. num. 7. Farin. de testib. quæst. 64. num. 229. Paris. consil. 54. num. 62. lib. 4.* & cum adulterium sit coniunctum cum supradicta mala tractatione vxoris, & nimia sæuitia ex quibus augetur odium inter coniuges, omnibus præsertim si-
10 mul iunctis, & consideratis visum † est Dominis satis superque constare de causis Separationis Thori, iuxta decisionem *Seraph. 226. per tot.*

Et ita, &c. vna tantum, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Cremoneñ. Donationis de Montanis.

Die Lunæ 9. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

In donatione, si sit appositum pactum reuersiuum in casu contrauentionis, quando illi sit locus, & quid si donatio, facta sit pluribus ordine successiuo, an ex vnius contrauentione, omnes alij vocati priuentur.

SVMMARIVM.

1 *Pacto reuersiuo, quòad omnia bona donata est locus, stante contrauentione donatarij.*
Siuè pacta in donatione apposita importabant conditionem, siuè modum, num. 1.
2 *Et hoc procedit etiamsi donatarius in minimo deficiat.*
3 *Donatio facta cum conditione de non alienando, si donatarius alienet, dominium rerum donatarum ipso iure reuertitur in donantem.*
4 *Et præsertim, quando in donatione adest clausula, non aliàs aliter &c.*
5 *Datio in solutum dicitur vera alienatio, etiam in pœnalibus.*
6 *Actus dicitur merè voluntatis, quando, quis ad eum minimè cogi potest.*
7 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
8 *Probatio maior dari nnn potest, quàm propria confessio.*
9 *Donantis voluntati, quando sit contrauentum.*
10 *Identitas, vt probetur, sufficiunt duæ tantùm demonstrationes.*
11 *Alienari, vbi res prohibetur, ex tacita legis dispositione, potest eadem res permutari, & in aliam rem conuerti.*
12 *Sed hoc tamen permittitur, si fiat permutatio in rem vtiliorem, & commodiorem.*
13 *Donator, quando prohibet expresè alienationem rerum donatarum, tunc non possunt commutari, & conuerti in alias res, & vide num. 14.*
15 *Promittens, tenetur seruare pacta specificè, vt promisit, & non alio modo.*
16 *Verba in donatione, quando sint distributiuè, & vniuersaliter concepta, & vide num. 17. & 18.*
19 *In donatione modus præscriptus, quando est inobseruatus, mora non potest purgari.*
20 *Mora purgari non potest, stante pacto reuersiuo.*
21 *Donatio facta alicui, eiusquè filijs, & descendentibus, præsumuntur tot donationes, quot sunt personæ.*
Itaut filij habeant independenter à parte, num. 21.

22 *Et*

22 *Et ideò factum partis, non potest illis præiudicare.*
23 *Clausula, non alias, aliter, nec alio modo, conditionem inducit.*
24 *In donatione facta alicui, & eius filijs, & descendentibus, quando adest pactum resolutiuum, tunc nullus successiuè vocatus potest prætendere ius sibi quæsitum, nisi cum dicta conditione.*
25 *Donationis reuersio in casu contrauentionis, quando stipulata est per significantia conditionem, habet locum etiam in præiudicium vocatorum.*
26 *Donationis reuersio, quando non fit ratione pœnæ, sed solùm ex defectu conditionis, vel modi, tunc non respicitur illa æquitas, quæ in similibus casibus ad euitandam pœnam consideratur.*
27 *Implementi defectus, etiam in minimo consideratur, & num. 28.*
29 *Donatio, vt resoluatur sufficit modicus defectus.*

DECISIO CCIII.

DOnauerat Dominus Claudius Montanus Hieronymo filio, plures, & diuersos census sub certis pactis, & cõditionibus, & inter cætera, quòd in totum, nec in partem vllo modo alienari possent, & casu quo ad aliquem alienationis actum, vel qui naturam alienationis quoquo modo sapere posset, dictus Donatarius deuenire tentauerit, aut præsumpserit, Tunc, & eo casu dominium dictorum Censuum donatorum ipso iure, & ipso facto, ad ipsum donantem reuertatur.

Sequuta ergo alienatione trium ex prædictis censibus, cæpit prætendere D. Claudius contractum donationis fuisse in totum resolutum. Vnde proposito per me dubio, responderunt Domini, esse † locum pacto reuersiuo, quòad
1 omnia bona donata, siuè pacta in donatione apposita importarent conditionem, siuè modum, vt sunt *text. express. in l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. fin. C. de reuoc. donat. Bald. consil. 250. sub num. 1. versic. immo secundum, lib. 3. Corn. consil. 90. num. 5. & seq. lib. 4. Aym. consil. 151. num. 8. versic. itaq. & consil. 659. sub num. 1. Surd. consil. 369. num. 25. prope fin. versic. nec minus facit, cum seqq. lib. 3.* vbi ait hoc
2 procedere † etiamsi in minimo Donatarius deficiat. *Becc. consil. 58. num. 14. versic. 3. cum seqq. lib. 1. Peregrin. consil. 77. num. 9. & 14. lib. 3.* vbi in specie loquitur de prohibitio-
3 ne alienandi, & probat dominium † ipso iure reuerti in donantem. *Cyriac. controu. 239. num. 2. & pluribus seqq. Thesaur. decis. 270. num. 21. in fin. & seq. Rot. decis. 338. part. 4. recent.* & fuit resolutum in Carpentoraten. *Donationis 17.*
4 *May 1617. coram bon. mem. Buratto.* Præsertim † cum in donatione adsit clausula. *Et non aliàs, aliter, &c.* quo casu dominium reuertitur ipso iure. *Surd. vbi supra. Rot. decis. 612. par. 3. recent.*

De alienationibus autem non videtur posse dubitari, cum primò appareat donatarium dedisse in solutum Liuio Bosio, vnum ex dictis censibus scut. 300. in sorte, pro parte
5 pretij vnius prædij per ipsum empti, quæ datio † in solutum dicitur vera alienatio etiam in pœnalibus. *Ias. in leg. Senatus*, quam repetit *in l. cætera, §. sed si parueris, numer. 10. in 7. & 8. not. de leg. 1. Alber. de stat. part. 2. quæst. 2. colum. 1. versic. ex prædictis. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. sub num. 3. versic. vbi probatur. Gratian. discept. 321. num. 8.*

Secundò retrouendidit censum scutorum mille deputatis Fabricæ Cappucinarum, receptis scutis septingentis, & pro residuo, quod est scut. 300. recepit in solutum alium
6 censum, ex qua receptione arguitur in Hieronymo † actus merè voluntarius, cum ad illam cogi minimè posset, iuxta *trad. per Honded. consil. 61. num. 23. vers. & non solum censeo lib. 1.*

Tertiò alienauit alium censum scutorum 150. titulo puræ venditionis aliquibus de Romualdis, de quibus omni-
7 bus alienationibus constat ex publicis Instrumentis, † quæ faciunt probationem probatam. *Dec. consil. 36. nu. 2. Ruin.*
8 *consil. 128. num. 1. lib. 4.* tùm etiam † ex ipsa confessione donatarij, qua nulla maior probatio. *l. eam, sic C. de probat. cum vulg.*

Nec obstat, quod dictus census scut. 1000. fuerit affrancatus per censuarios, & cum iste casus sit exceptus in donatione, & de iure insit, non possit considerari in donatario aliqua contrauentio; nam obiectum procederet, si versaremur in affrancatione, & redemptione necessaria, de qua intellexit donator, nimirùm si in illa concurrerent solemnitates requisitæ à Bulla Pij Quinti, sed in casu nostro ap-
9 paret, redemptiones fuisse merè voluntarias, † & penitùs contra formam dictæ Bullæ, & esse omninò contrauentum voluntati donantis, per ea, quæ tradit *Gratian. discept. 636. num. 10. versic. quod autem*, & facit declaratio *gloss. in leg. cum fidei. verbo. quod, versic. vel ibi ex persona. & in leg. quædam, verb. quoquo modo, Cod. de fideicommiss. libert. ad text. in leg. rogo. versicul. idem probandum.* quem ibidem repetit *Alber. in versic. ibi non voluntaria. C. eod.*

Nec facit, quod non constet de identitate census venditi scut. 150. cum in alienatione asseratur censum fuisse venditum à Francisco Sanctis aliàs Proto. Census verò in donatione expressus dicatur impositus à Francisco Bartolino; Quia respondetur, quod licèt Hieronymus in alienatione nominauerit Franciscum sub diuerso cognomine, tamen concordatis omnibus alijs expressis, tàm in instrumento census, quàm distractionis illius, identitas patet ad oculum, cum in vtroquè exprimatur nomen Francisci debitoris, patris, & patriæ, nomen, & cognomen fideiussoris obligati in ipso censu, nomen Notarij, qui de instrumento se rogauerat, ac demùm quantitas census: ex quibus omnibus indubitanter identitas resultat; cum tamen ad hunc
10 effectum † duæ tantùm demonstrationes sufficerent, iuxta *theoricam Bartol. in l. demonstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstratio. Farinacc. in fragment. parte 2. verb. identitas, numer. 12. Rota recent. part. 2. decis. 119. num. 2.* Accedente præsertim, quòd Hieronymus in hac, sicut etiam in alijs alienationibus expressit se donatarium patris, referendo se ad instrumentum confirmationis istius donationis, quod non fecisset, si non ageretur de re donata.

Neque est attendendum, quod saltim Hieronymus ex pecunijs redactis ex ipsis censibus asseruerit, & declarauerit emisse tot bona stabilia, illaquè supposuisse, & subrogasse in locum prætij dictorum censuum; Quia licèt vbi res
11 † prohibetur alienari, ex tacità legis dispositione, possit permutari, seù conuerti in aliam rem, iuxta doctrinam *Bartol. in l. Imperator, §. cum autem de leg. 3.* Attamen præter-
12 quàm, quod id non permittitur, † nisi conuersio fiat in rem vtiliorem, & commodiorem, quod non est in casu nostro; vlterius limitatur etiam prędicta regula, vt non proce-
13 dat, † quando adest expressa donantis prohibitio, ex *Peregrin. de fideicommiss. art. 40. num. 33.* vel quando prohibitio alienationis cadit sub certa re, vt tradit idem *Peregrin. vbi supra num. 34.* Quæ duæ qualitates omninò concurrunt in casu nostro; Nam donator dedit certam legem in casu necessariæ affrancationis, seu redemptionis dictorum censuum, iuxta quam deberet fieri reinuestimentum, scilicet
14 primò in alijs censibus, secundò in bonis stabilibus, † qui ordo non fuit seruatus, cum tamen omninò esset seruãdus, per ea quæ in proposito considerauit *Rim. cons. 301. nu. 26.* & est *reg. in l. cum pater, 79. §. à te peto. vbi glos. verb ordin. ff. de leg. 3. Peregrin. consil. 92. n. 199. & seqq. lib. 2.* Hiero-
15 nymus † enim tenebatur adimplere pacta specificè, vt promisit, non autem alio modo. *Surd. consil. 369. num. 3. ad fin. & seqq. & sub num. 45. & seqq. Rot. d. decis. 612. sub num. 1. & seqq. par. 3. recent.* & in quocunquè casu affrancationis,
16 † cum verba in donatione sint distributiuè, & vniuersaliter concepta. *Bart. in l. hoc articulo, num. 7. versic. quædam sunt distributiua, ff. de hæred. instit. Ias. in l. quodcunquè, num. 2. ff. de verb. obligat. Bart. consil. 57. num. 3. lib. 1.* Atquè ideò secuta necessaria affrancatione ad hoc, vt pecuniæ
17 suam identitatem, † ac hypothecam retinerent, nec ali-

quod jus super illis à creditoribus donatarij acquirerentur,
debebant statim illamet reinuestiri. *Rota decis.42.num.1.*
versic quod etiam par.1.recent. Gratian. d.discept.616.nu.
18 *10.versic. prædicta, vsquè ad finem*. Ex quibus † asserta
subrogatio facta ex interuallo fuit inutilis ad effectum dictę
potioritatis, *arg.l.licet, versi statim, vbi Bellap.in fin. & Si-*
card.num.7.versic.prædicta.C.qui pot.in pig.hab. Gratian.
d.discept. 616. num.15. vltra quod nec dictum assertum re-
inuestimentum est pro tota summa alienata, vt latè dedu-
citur in facto.

Nec refragatur, quod hodie saltem sit locus purgationi
moræ, quia cum ex supradictis modus præscriptus in dona-
tione fuerit inobseruatus, tam in alienando, quàm in rein-
19 uestiendo, † Domini censuerunt non esse locum huiusmo-
di purgationi. *Bald.consil 250.num.2.lib.3.Corn.consil.101.*
num.2.prope fin.versicul.tamen his minimè refragantibus,
*cum seqq.lib.1.*latè *Cyriac.d.controuer.239.a num.15.in fin.*
versicul. ampliùs ad num.22.versic. discedendo. Resoluta
20 † etiam donatione, cessat consensus donantis, qui non po-
test suppleri, ex quo defectus moræ remanet impurgabilis,
etiam de Iure Canonico, iuxta *decis.Put.66.lib.3. Greg de-*
cis.559.num.6.vbi Addent.num.10.versi. limitatur tertiò.
Rota decis.869.in fin.par.4. diuers. & in impress.per Pacif.
decis.282.num.10.& 11.

Minùs releuat, quod donatio fuerit facta Hieronymo,
21 eiusquè filijs, & descendentibus masculis, & ideo † tot in-
telligantur factæ donationes, quot personæ, & gradus, itaut
filij habeant independenter à patre, vt post alios *Grat. di-*
scept.332.num.5.& 751.nu.23. ideoquè factum Hierony-
22 mi † illis præiudicare minimè potuerit. *Rota decis.683.nu.*
9.par.1.diuers.& decis.494.num.1.par.2. recent.

Respondetur enim nos versari in donatione facta sub
23 conditione reuersionis ad donãtem † in casu alienationis,
cum clausula: *& non aliàs, aliter, nec alio modo*, quæ condi-
tionem inducit. *Osasc.decis.165.num.3.Verall. decis.82. nu.*
3.par.3.Seraph.decis.838.num.3. & seqq. Rot.in recent. de-
24 *cis.286 num.2.par.2.* ex qua forma donationis nullus † suc-
cessiuè vocatus potest prætendere, Ius sibi quæsitũ, nisi cum
dicta conditione resolutiua, *ad text.in l. de rebus eorum, &*
l.si autem, cum ibi not. per Bald. & Iac.de sancto Georg ff.
de pact. ex quibus Peregrin.consil.77.num.8.lib.3. vbi etiam
num 14.versic.sed tamen, & in terminis fuit resolutum in
Carpentoraten.Donationis, 17.Maij 1617.coram bon.me.
Buratto. Et quod quando reuersio in casu contrauentionis
stipulata est per verba conditionem significantia, operen-
25 tur † reuersionem etiam in præiudicium sequentium. *Surd.*
decis 101.num.7.Peregr.d.consil.77.num.19 lib.3.Fusar.de
substit.q.582.num.21. Nec applicantur, quod in similibus
casibus ad euitandam pœnam solet inspici æquitas quædã
26 naturalis, † quæ resolutio istius donationis non fit ratione
pœnę, sed solùm ex defectu conditionis, & modi. *Thesaur.*
decis.270.num.25. vel ex eo, quod fuit delata cum isto one-
re. *Rota decis.22.num.3.par.1.diuers.*

Quibus ita firmatis, Domini dixerunt intrare pactum re-
uersiuum non solùm, quòad bona alienata, sed quòad om-
nia bona donata, cum donans voluerit dominium censuum
donatorum ad se reuerti, non solùm in casu veræ, & consu-
27 matæ alienationis † sed si super aliqua parte fuerit attenta-
ta alienatio. *Cuman.consil.41.num.4.super 3.quæsit. versic.*
hoc tamen non obstan. Dec.*consil.667.nu.6. Bero.consil.122.*
in princ iuncto num.5.& seqq.lib.1. Corn. consil.90. num.5.
lib.4.Surd.consil.369. num.36. lib.3. vbi considerat ad hoc,
28 defectum implementi † etiam in minimo. *Peregr. d.con-*
sil.77.num.7.& 14.lib.3. loquens in specie de inobseruan-
tia prohibitionis alienandi appositæ, in donatione habente
plures conditiones. *Cyriac.contrau.239 num 26.in fin.ver-*
29 *sic.& nihilominùs cum seqq.* vbi dicit sufficere † modicum
defectum ad resoluendam donationem. *Bellon.Iun.consil.*
17.num.20 vers.tamen quando, Caputaq.decis.313. num.2.
par.2.Magon.decis.Flor.19.num.9.in fin.versic. nisi dictũ.
Thesaur Iun.q.forens.50.num.4.lib.3 Rota *d.decis.612.sub*
num.2.par.3.recen.& fuit resolutum in *Cesenaten.Bonorum*
6.Aprilis 1590.coram bonæ memoriæ Plato.

Et ita fuit conclusum parte vtraquè informante.

R. P. D. DVNOZETTO.

Vrbeuetana Terrarum.

Die Lunæ 9.Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore Saluiani interdicti, quando denegari non possit. Transactio quid operetur, Assignatio, quando non dicatur legitime facta.

SVMMARIVM.

1 *Immißio denegari non potest, quando omnia extrema in Saluiano interdicto sunt iustificata.*
2 *Extremum primum in Saluiano est creditum cum hypotheca.*
3 *Extremum primum in Saluiano probatur per instrumentum.*
4 *Extremum secundum in Saluiano probatur per sustentationem litis.*
5 *Transactio non solum extinguit litem taliter, quod non dicatur ampliùs habere statutum.*
6 *Sed etiam adimit iurisdictionem à Iudice.*
7 *Census, quando dicantur potius simulati, quam veri.*
8 *Aßignatio non dicitur legitimè facta, quando non interuenit ille, de cuius interesse agebatur.*
9 *Rectoris negligentia, nec Ecclesiæ, nec successori in beneficio potest præiudicare.*
10 *Circuitus sunt euitandi.*
11 *Rector beneficij non potest reconueniri super re, quæ antea fecit, vti persona priuata, & nomine proprio, si postea agat, vti Rector, & ex necessitate officij Rectoris.*

DECISIO CCIV.

FRanciscus Morellus in suo, cum quo decessit testamen-
to mandauit construi Cappellam, & pro ea expendi
scuta 100. pro dote verò voluit assignari scuta 400. ero-
gan.in emptionem Census, vel bonorum stabilium. Post
dict. Francisci mortem Petrus Antonius Morellus eius-
dem testatoris frater mediante concordia inita cum hære-
de Francisci testatoris suscepit in se onus construendi, &
dotandi d. Cappellam, cui obligationi pro maiori cautela
vti principalis, & insolidum accessit Carolus Morellus al-
ter frater, qui prędicta omnia adimplere promisit sub obli-
gatione omnium suorum bonorum.

Cumque hodie D. Angelus Lucianus modernus Rector
d.Cappellæ prætenderet Cappellam nõ fuisse dotatam, nec
in illius constructione fuisse impensa scuta 100. iuxta dispo-
sitionem testatoris, egit iudicio Salgiani pro adimplemen-
to contra Pantaleonem de Pantaleonibus possessorem bo-
norum Caroli, qui ad prædicta se obligauerat. Vndè pro-
posito à me dubio, an ei esset danda immissio, DD.affirma-
1 tiuè responderunt. Quia cum pro parte ipsius † omnia ex-
trema in Saluiano requisita iustificentur, illa ei denegari
non potest, *Roland.à Valle cons.114 nu.13 lib.1. Rot. decis.*
25.num.4.post Statil.de Salu.Greg. XV.decis.491.nu.6.Se-
raph.decis 685.num.1.
2 Decredito enim cum † hypotheca ad fauorem Cappel-
læ, quod est primum extremum requisitum in Saluiano
constat ex Instrumento dato in Summario D.Luciani nu.3.
in quo legitur d. Carolum promisisse fideiussorio nomine,

mediante

mediante obligatione omnium suorum bonorum, dotare
3 dict. Cappellam, quod quidem † Instrumentum probat
primum extremum, *Rot.decis.13.num.1. post Statil. de salu. & decis.34. numer.6. & decis.55.num.6. post Cenc. de Cens.*

Quod Carolus de tempore dict. obligationis possideret bona controuersa, & quod hæc eadem bona nunc
possideantur à Pantaleone iustificatur ex altero Instrumento, in quo Carolus bona prædicta assignauit Pantaleo-
4 ni, vt in Summ. num.7. iuncta etiam † substentatione litis,
quæ omnia plenè probant secundum extremum, *Rot. decis.19.num.2.decis.20.num.2.& decis.202. num.1.post Statil. de Salu.*

Nec obstant exceptiones pro parte Pantaleonis allegatæ, & primò non releuat defectus iurisdictionis ex eo deductus, quod D. Lucianus fuerit admissus ad causam verten. inter Carolum, & Pantaleonem in statu, & terminis, in quibus reperiebatur, quæ quidem causa fuerat antea terminata per transactionem initam inter eosdem Carolum, & Pantaleonem, & propterea idem Lucianus non possit nunc audiri in Rota sine noua Commissione, cum tran-
5 sactio non † solum extinguat litem taliter, quod non dicatur habere ampliùs statum, *Mohed. decis. 3. ad transact. Rota coram Gregor. XV. decis. 354 numer.7. ad med.* sed
6 adimat † iurisdictionem à Iudice, *Bald in rubr. de transact. num.7. in decret. Rota apud Thom. de Than. decis. 5. incip. nam transactio.* Etenim obiectum visum fuit cessare ex facto, quia transactio non habuit effectum, ex quo causa fuit postea prosequuta in Rota, vt patet ex decisione emanata de anno 1628. 28. Iunij coram Eminentissimo Cardinali Virili.

Minùs obstat quod Creditum cum hypotheca fuerit extinctum per dotationem factam à Morellis præuia consignatione Censuum, & bonorum stabilium, vt ex Instrumento, quod datur in Summario Pantaleonis num.2. Præmisso enim quod de existentia dd. Censuum non constat cum in Instrumento assignationis non enuncietur, de quo tempore fuerint impositi, & à quo Notario fuerint rogati,
7 & sic † potius simulati, quàm veri præsumuntur. Placuit DD. responsio data per Informantes pro D. Luciano scili-
8 cet d. assignationem non fuisse legitimè factam † cum in ea non interuenerit persona legitima, scilicet Episcopus, vel Rector Cappellæ, de cuius interesse agebatur, sed illam fuisse factam fratribus, in quorum Ecclesia fuit fundatum Altare, & sic illa non potest suffragari, *Bartol. in leg. Theopompus, numer.4. ff. de dot. præleg. & in l. si quis arbitratu, ff. de verborum obligat. & consil. 154. num.8. lib. 1.*

Nec releuat, quod Rectores antecessores nunquàm dict. assignationem impugnauerint, quia eorum negli-
9 gentia † nec Ecclesiæ, nec Successori in beneficio potuit præiudicare, *cap. Episcopi, & ibi DD. de reb. Eccl. non alien. cap.2. de præcar. Abb. in cap. accipimus num.5. de ætat. & qualit.*

Deniq; non obstat, quod idem Lucianus possideat prædium ei venditum à Carolo, quod quidem cum esset prius hypothecatum ad fauorem Pantaleonis, possit nunc in Iu-
10 dicio reconuentionis ab eo vendicari, & propterea, † vt circuitus euitetur, veniat ei deneganda Immissio, fuit enim responsum, quod cum ipse non habuerit prædium in hanc causam, sed nomine proprio vti persona priuata, & antequam esset Rector Cappellæ, non potest hodie in
11 hoc Iudicio Saluiani reconueniri, † dum non agit nomine proprio, sed tamquam Rector Cappellæ, & ex necessitate officij Rectoris, *Butr. in capit. cum olim num.7. de test. Soccin. in cap. ex literis, num.27. versic. & prædicta procedunt, de mut. petit.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Cæsaraugustana Camerariæ.

Die Lunæ 9. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Ordinarius licèt habeat intentionem fundatam super iure conferendi beneficia existentia intra fines suæ Diocæsis, tamen quando dict. iuri dicatur derogatum. Et aliqua circa enunciatiuas, & scripturas.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio personalis non extenditur ad realem.*
2 *Genus quamlibet speciem sub se contentam, amplectitur.*
3 *Expressum eodem modo dicitur id, quod verbis generalibus exprimitur, ac si specialiter, & in indiuiduo fuisset expressum.*
4 *Enunciatiuæ antiquissimæ, quando probent.*
5 *Beneficia præsumuntur dotata de bonis proprijs eiusdem Ecclesiæ.*
6 *Datum, censetur ab eo, qui tenebatur dare.*
7 *Probatio plena, & concludens requiritur contra eum, qui iam fundauit intentionem suam.*
8 *Enunciatiuæ antiquissimæ aptæ sunt ad probandam famam, & ex fama dominium.*
9 *Enunciatiuæ, quando sunt contrariæ, ad inuicem se eliduntur, & obscurantur.*
10 *Fama vna destruit aliam.*
11 *Scripturæ, quando sunt diuersæ fidem ad inuicem sibi derogant.*
Et hoc procedit, siue ab vno, siue à pluribus producantur, num.11.
12 *Scripturæ plures, quando producuntur, si sint inter se compatibiles, tunc cuiquè statur in suis terminis.*
13 *Constitutiones posteriores derogant prioribus.*
14 *Obseruantia, quando in aliquo casu allegatur, in illo specialiter est probanda.*

DECISIO CCV.

Domini iam resoluta sub die 2. Iunij 1631. & 26. Nouembris 1632.* confirmarunt ex eisdem rationibus, & fundamentis, respectiuè ad vtramq; partem, exemptionis scilicet, & dotationis, de beneficijs, & bonis ad Collegiatam spectantibus. Quibus non obstant, quæ hodiè in cōtrarium fuerunt replicata.

Non enim releuant, quæ ad limitandam amplissimam exemptionem tàm respectu personarum, quàm bonorum, officiorum, & beneficiorum ponderata fuerunt. Quia cùm sint eadem deducta in anteriori disputatione, ex responsionibus decisionum fuit illis satisfactum. Nec vim facit, quòd in vtriusquè literis tam Clementis VII. quàm Sixti V. non fuerit facta mentio de Cameraria, sed de Camerario itaut
1 de personali † exemptione, scilicet Camerarij non sit facienda extensio ad realem, nempè Camerariam, *capit per exemptionem, §. verùm, de priuil. in 6. vbi Gemin. & Franc. Rota decis.156.nu.6.par. 1.recent.* Quia exceptio benè procederet, nisi aliundè Cameraria probaretur exempta, sed in am-

in amplissima exemptione legitur compræhensa, ergo facillimè euitatur obiectum. Nam & Clemens, & Sixtus exemerunt Monasterium, Ecclesiam, Dignitates, Officia, Canonicales portiones, ac beneficia, personas, & loca ab omni iurisdictione, dominio, & superioritate, omninò, totaliter, & perpetuo, vt in secunda decisione causæ, vers. *Quia verba amplissima*, fuit ponderatum. Vnde siuè Cameraria sit dignitas, siuè beneficium, siuè officium, rursus siuè beneficium collatiuum, & perpetuum, siuè manuale, semper in verbis legitur compræhensa Cameraria. Quia † genus
2 quamlibet speciem sub se contentam amplectitur, & eodem modo dicitur expressum id quod verbis† generalibus
3 exprimitur, ac si specialiter, & in diuiduo fuisset expressum, *Bartol. in l. in principio. ff. de vulgar. Ripa post Ias. ibidem num. 49. 67. & 75.* latissimè *Menoch. consil. 287. num. 7. & seqq.* declarans, & comprobans hanc conclusionem.

Similiter neque obstant, quæ de nouo adducuntur ad reprobandam secundam partem decisionis ex eo, quòd Cameraria fuerit dotata de bonis ad Ordinarium, non autem ad Collegiatam spectantibus. Et probari dicebatur, quia Ecclesiæ de Magallon. & Borata suberant Episcopo, prout enuntiantur in literis Eugenij III. sub data mensis Augusti 1147. Adriani IV. mense Iulij 1158. Alexandri
4 III. mense Februarij 1171. quæ enunciatiuæ † antiquissime solent probare, quando sunt ipsius Papæ per verba, *duximus exprimenda vocabulis, vt in Theatina Iurisdictionis*, & alijs in secūda decisione allegatis pro Collegiata, ad probandum simile dominium Collegiatæ.

Quia decisio secunda fundat se principaliter in dispositione iuris, quòd in Collegiatis beneficia † præsumuntur do-
5 tata de bonis proprijs eiusdem Ecclesiæ, *Abb. in cap. cum Ecclesia Vulterana, numer. 8. de elect. Put. decis. 314. num. 3. lib. 2. in nou. Caputaq. decis. 226. par. 2. Selua de benefic. q. 22. num. 13. par. 2.*

Et eò magis, cùm agatur de erectione officij, aut beneficij pro vestiario Canonicorum, pro quorum indigentijs Collegiata, non autem Ecclesia Cathedralis tenetur proui-
6 dere, & tunc datum † censeatur ab eo, qui tenebatur dare, *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsum. 50. nu. 1. Surd. de alim. tit. 6. quæst. vlt. num. 11.* Si igitur prætendatur dotatio de bonis, non pertinentibus ad Collegiatam, huiusmodi proba-
7 tio debet esse plena, † & concludens contra eum, qui iam fundauit intentionem suam, *Aegid. decis. 563. Rot. decis. 628. num. 3. par. 1. diuers. Seraph. decis. 332. num. 2. Gayl. lib. 2. obseru. 13. num. 5.* Sed talis non affertur, quia Bullæ Eugenij, Adriani, & Alexandri non sunt productæ, & adhuc si productæ essent, non releuarent, ex quo pro Collegiata dantur indulta eiusdem Alexandri de eodem anno 1171. mensis Aprilis, & 1179. eiusdem mensis, in quibus contrarium enunciatur, nempè Ecclesias de Magallon, & de Bo-
8 rata esse de dominio Collegiatæ. Vndè quàmuis † antiquissimæ aptæ sint ad probandam famam, & ex fama dominium, *Cassad. decis. 2. num. 2. de probat. & decis. 432. num. 1.*
9 *par. 1. recent.* attamen quando sunt contrariæ, † ad inuicem
10 eliduntur, & obscurantur, itaut † vna fama destruat aliam, *Bart. in l. is potest, n. 23. ff. de acquir. hæred. Dec. in cap. 1. n. 2. de appell. Rota decis. 160. num. 12. par. 1. recent.* Et quan-
11 do scripturæ sunt diuersæ, † fidem eodem modo sibi ad inuicem derogant, *l. scripturæ, C. de fid. instrum. Alex. consil. 70. num. 5. lib. 1. Bero. cons. 1. num. 36. vol. 2. Surd. consil. 141. num. 4. lib. 1.* idem affirmans siuè ab vno, siuè à pluribus producantur.

Et nihilominùs, quia indulta Alexandri, producta per Collegiatam, sunt compatibilia cùm Bullis Eugenij, Adria-
12 ni, & eiusdem Alexandri, † adhuc cuique statur in suis terminis, & pro maiori probatione Collegiatæ deseruire possunt, *Salic. in d. l. scripturæ, num. 4. C. de fide instrum. Surd. d. consil. 141. num. 5.* Et alijs omissis, compatibilitas satis colligitur ex eo, quòd Ecclesia Cæsaraugustana potuit recipi protectione B. Petri, cum vniuersis suis, & Ecclesiarum suæ Diœcesis bonis, & tamen ex alia subsequenti exemptione suscipi etiam potuit Collegiata B. Mariæ del Pilar, cum omnibus suis bonis sub protectione B. Petri. Et prout indulta Alexandri III. tamquàm posteriora datæ, tàm eiusdem anni 1171. quàm ex alio de anno 1179. hanc de iure,
13 † recipiunt interpretationem, vt prioribus derogatum fuerit, *l. vnius, §. pactus nè peteret. ff. de pact. l. pact. nouissima, C. eod. tit. de pact. l. cùm plures, § locator horrei, ff. locati, Surd. cons. 145. num. 24. vol. 1.*

Demùm non obstat obseruantia ex collationibus, quæ dantur in Summarijs Pauli. Quia decisio secunda remouet obiectum, distinguendo, quòd aut agitur de collationibus aliorum beneficiorum, & obseruātia suffragari non potest,
14 quia debet probari in specie de Cameraria, † non autem de alijs in genere, *Surd. consil. 354. num. 26.* cum alijs, in eadem decisione allegatis. Aut respiciunt eamdem Camerariam, & ex illis duæ sunt remotissimæ, & non effectuatæ, altera verò non sufficit, & vlteriùs fuit sublata per exemptionem Sixti V. Quæ propterea deseruire non potest ad comprobandam dotationem factam ab ipso Archiepiscopo, quàmuis non euenerit casus nouæ collationis post concessam exemptionem, ex quo ante illam ius Ordinarij probatum non erat.

Et ita, &c.

* Prima est decisio 43. supra in hac eadem parte.

* Secunda est decisio 157. pariter supra.

R. P. D. MERLINO.

Bononien̄ Successionis.

Die Veneris 13. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Limitatio posita in fine Statut. Bononien̄ lib. 4. de success. ab intest. ascend. & coll. ad quid sit referenda declaratur, & plura circa hanc materiam adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fratres, & sorores vocantur æqualiter, cum parentibus ad successionem fratrum defunctorum.*

2 *Monterent. interpretatio ad Statut. Bononien̄ lib. 4. de success. ab intestat. &c. in verb. exceptis, vti contraria regulis iuris, & multùm iniqua, & inepta respuitur.*

3 *Clausula in fine posita refertur ad omnia, & singula antecedentia.*

4 *Relatio debet fieri ad omnia, quando aliqua clausula est posita in fine dispositionis, etiam, quod sint diuersa capitula, & præsertim, quando militat eadem ratio, num. 5.*

6 *Frater vtrinquè coniunctus participat, de vtraquè coniunctione, & num. 7.*

8 *Dispositum in simplici habet etiam locum in mixto, data maioritate, vel identitate rationis.*

9 *In Statuto, mixtum continetur in dispositione de simplici, dum mens statuentium, & ratio adaptatur, num. 13.*

10 *Qualitas adiecta, & mixta tollit ius, & vim simplicis, nisi sit incompatibilis, & contraria ipsi simplici.*

11 *Vinculum paternum circa successionem non contradicit vinculò materno, sed potentiùs, & efficaciùs illud reddit.*

12 *Mixtum assumit, quod vtiliùs sibi, & fauorabiliùs est in altero simplicibus.*

14 *Funi-*

14 *Funiculus duplex arctius ligat, & magis debet operari.*

15 *Soror coniuncta ex vno latere, quod sit melioris conditionis, quàm vtrinquè coniuncta, tollerari non potest, & irrationabile est, num.23.& num.27.*

16 *Statuta debent reduci ad iustitiam, & ita intelligi, vt iniquitatem non contineant.*

17 *Dictionis, vel, proprium est ampliare orationem.*

18 *Statutum, quando dubium est, tunc pro illius interpretatione recurrendum est ad ius commune.*

19 *Sorores æqualiter succedunt cum fratribus, in hæreditate fratrum defunctorum.*

20 *Soror vterina habetur quasi pro extranea.*

21 *Soror vtrinquè coniuncta est de agnatione, & quamdiù ipsa viuit dicitur paternam agnationem retinere.*

22 *Statutum exclusiuum fœminarum totum est positum in motiuo conseruandæ agnationis.*

24 *Differentia inter masculos, & fœminas circa successionem, est de iure communi sublata.*

25 *Statutum exclusiuum fœminarum anxiè solum insistit in conseruatione familiæ, masculorum respectu bonorum paternorum.*

26 *Castren. in auth. itaquè. C. comm. de legat. & alij declarantur.*

28 *Statut. Bononien. lib. 4. de success. ab intest. &c. qualiter intelligatur.*

29 *Statutum non debet esse mancum.*

30 *Alex. opinio in consil. 144. num. 12. lib. 6. vti captiosa exploditur.*

31 *Superfluum, quando aliquid non dicatur.*

32 *Renunciatio, quid sufficit, vt contineat.*

33 *Renunciationes sunt strictißimè interpretandæ.*

34 *Renunciatur faciliùs spei futuræ, quam iuri quæsito.*

35 *Legitima filiorum non est quota hæreditatis, sed bonorum.*

DECISIO CCVI.

NOn ambigebatur, quin attento iure communi Dom. Blanca admittenda esset ad quintam partem hæreditatis Georgij fratris defuncti ab intestato respectu bonorum Pellegrinæ matris, iuxta dispositionem *auth defuncto. versic. sed si cum parentibus, C. ad Senat. Cons. Tertullian.* vbi fratres, & sorores † vocantur æqualiter cum parentibus ad successionem fratrum: Sed difficultatem facessere videbatur *Statutum Bononiæ lib. 4. titul. de success. ab intest. ascendent. & collateral. in §. dicti verò.* Vbi circa successionem transuersalium ab intestato decedentium sic sancitum est. *Dicti verò fratres mares ex vtroquè parente, vel ex patre tantùm coniuncti, filijque masculi eorum, seù alter ex eis præferantur sororibus defunctæ personæ etiam vtrinquè coniuncti, eorumque liberis etiam masculis, ac filiabus fratrum masculorum, & earum liberis, etiam masculis, & etiam fratribus, & sororibus vterinis tantùm, & eorum, & earum liberis etiam masculis, Exce tis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex [illegible] vel titulo lucratiuo, vt supra à matre vel coniuncta persona, per matrem dd sororum, vel vterinorum, in quibus talibus ius commune seruetur &c.* Et Monterentius [illegible], in verb. *Exceptis*, interpretatus est exce[illegible] non esse referendam ad principalem dispositionem, & ad regulam generalem positam, quod à fratribus excludantur sorores, sed referendam esse ad ampliationem immediatè positam circa vterinos; itaut sit sensus Statuti sorores vterinas æqualiter admitti, cum fratribus ad successionem alterius fratris in bonis maternis, non autem sororem vtrinquè coniunctam, qualis est D. Blanca.

2 Verùm hanc interpretationem Glossatoris. † vti contrariam regulis Iuris, & multùm iniquam, & ineptam respuit Rota sub die 10. Ianuarij præteriti coram me, * & hodie per omnes DD. diligenter examinato dicto Statuto, ne dum in hac causa, sed & in alia Bononien Dotis coram R.P.D. meo Dunozet. Iterùm Rota respuit d. interpretationem Monterentij, & censuit D. Blancam admittendam esse, & standum in decisis. Agitur enim de succedendo fratri in bonis maternis, & sic exceptio illa Statuti intrat, itaut seruanda sit dispositio iuris communis, quàmuis Dom. Blanca non sit vterina tantùm, sed vtrinquè coniuncta, &
3 regula est, quod clausula † in fine Statuti posita referri debet ad omnia, singula singulis referendo *glos fin. in l. negocium, C de negoc. gest. & in l. fin. in verb. Vniuersitatis, C. de fideicomm. Dec. consil. 186 num. 4 & consil. 384. num 6. versic. illud vero grauamen, Rimin. Iun. consil 31. nu 99 Surd.*
4 *consil. 379. num. 1.* vbi quod relatio † debet fieri ad omnia, etiam quando sunt plura capitula inter se distincta, & *consil. 565. num. 17. & seqq.* qui loquitur super Statuto Bononiæ; Vnde limitatio Statuti non est restringenda ad solas sorores vterinas, immediatè ante limitationem positas, sed est referen. ad omnes sorores, de quibus in principali dispositione fit mentio præsertim, cum eadem militet ratio,
5 immo † maior in vtrinquè cōiunctis, quam militet in sororibus vterinis dumtaxat, quo casu relatio fit ad omnia antecedentia, *l. fin. ff. de reb. dub. l. si tibi purè ff. de leg. 1. Crauet. consil. 149. num. 8. & consil. 155. num. 10. Menoch. cons. 334. num. 17. Rimin. iun. consil. 165 num. 66. & in alia decisione latiùs fuit firmatum.*

Prætereà D. Blanca verè dici potest, & debet soror vterina Georgij, cum ambo ex D. Pellegrinæ vtero nati sint, neque hanc vterinitatis qualitatem dicen. est fuisse sublatam, vel diminutam, eò, quod agnoscant in communem patrem D. Vlixem, hinc enim fit, quod sint vtrinquè coniuncti, non autem quod alterum vinculum scilicet mater-
6 num fuerit dissolutum, vel debilitatum, & qui † vtrinquè coniunctus est participat de vtraquè coniunctione, & sic
7 vterinus æquè dicendus † est, ac consanguineus, vt benè per *Castrens. in auth. itaque. num. 2. in fin. C. commun. de success.* & data maioritate, vel identitate rationis, quod est
8 † dispositum in simplici locum etiam habet in mixto *Alexand. in l si extraneus, in fin ff. de cond. ob caus. Bolognett. in l. 2. num. 55. & seqq & num. 72. & ibidem Alciat. num. 10. Galliaul. num. 20 ff de verbor. signific. Sapia in repet. l. si mancipiati. num 69. C. de collat. Surd. consil 33. num. 29 & consil. 315. num. 58. & fuit dictum in Romana domus, seu retractus 26 Februarij 1590. coram Penia, & in rec. decis. 385. num 4 par. 2.* & in terminis huius Statuti Bonon. quod
9 mixtum contineatur in dispositione de † simplici, dum mens statuentium, & ratio verisimilis adaptari potest dixit *Alexan. consil. 144. num. 9. lib. 6 & consil. 141. num. 13. lib. 7. Rota Bonon. decis. 99. num. 13. & 18.* Nec qualitas adiecta,
10 & mixta tollit ius, † & vim simplicis, nisi sit incompatibilis, & contraria ipsi simplici, itaut illam omninò destruat, & elidat, *l. 1. § interdictorum, ff. de interd. l. in tribus ff de iudic. l. Titia Textores, §. 1 ff de leg. 1.* & dictos textus ponderando appositè docet *Bolognett in d. l. 2. num. 46. & 54. & 65. Alciat sub num. 23. ff de verbor. obligat.* quod non contin-
11 git in casu præsenti, † in quo vinculum paternum, non contradicit vinculo materno, nec illud eneruat, sed potentius, & efficacius reddit, suntque duo simplicia potiùs simul iuncta non repugnantia, quam nouam speciem mixti simplicium destructiuam constituentia, iuxta tradita per *Bolognet. d. l. 2. num. 51. & 55 ff de verbor. obligat* Et quatenùs noua species mixti diceretur, attamen huiusmodi mixtum
12 † assumit, quod vtilius sibi, & fauorabilius est in altero ex simplicibus, vt inquit *Anchar. consil. 70. num. 1. versic. pro cuius euidentia, Tiraquell. de retract. lignag. §. 30. glos. 1. num. 30. Barbos. in leg. quia tale. 14. num. 50. ff. solut. matrim. Modern. Mantuan. controu. forens. cap 4. num. 62.*
13 dumque æquitas, aut mens † statuentium fugerit, continetur sub dispositione de simplici, vt benè per *Angel. consil. 257.*

consil.257.num.1. Alciat.in d.l.2.num.34.& 35.ff de verb. oblig. vnde, si informantes pro D.Com. Alexandro admittunt in bonis maternis statutum deferre successionem æqualiter sororibus vterinis simpliciter, ergo debent etiam idem admittere in sororibus vtrinquè côiunctis,quæ vtrinquè coniunctio est quoddam mixtum,ex iisdem parentibus compositum.

Identitas autem, immo maioritas rationis in hoc casu patens est, quia si soror vterina tantùm, & sic per vnum vinculum coniuncta Georgio,idem successisset cum fratribus,multo magis succedere debet Blanca, quæ, & vterina
14 est, & consanguinea, & † duplex funiculus arctius ligat,& magis debet operari,*c.1.de tregua,& pace,l.si non lex,ff.de hared.instit.l penult.§.si verò, C. de adopt.auth. itaque,C. commun. de success §. affinitatis instit. de nupt.*nec tolerari
15 posset illud iniquum, quod coniuncta † ex latere materno tantùm,melioris esset conditionis, & sic successura, quam
16 quæ coniuncta est ex latere materno,& paterno;Statuta † autem reduci debent ad iustitiam, & ita intelligi ,vt iniquitatem non contineant.

In qua sententia eò libentiùs permãserunt DD. perpensis, & structura verborum, in alia decisione examinata, & epitome, seù summario, quod eidem Statuto præpositum fuit, vbi illa limitatio, *exceptis*, non continuatè cum immediata ampliatione connectitur, sed separatim per modum nouæ orationis posita est,vt sic indicaretur, quod per illam limitabatur principalis dispositio,& regula Statuti, non autem immediata ampliatio.

Et ponderatis etiam postremis verbis Statuti,ibi, *A matre,vel coniuncta persona per matrem dd. sororum, vel vterinorum.* Ex quibus infertur, quod si hæc limitatio Statuti solum respiceret fauorem sororum vterinarum, sat fuisset dicere, *vterinarum*, at dum dixit, *Dictarum sororum, vel vterinarum*,benè assequimur Statutum intellexisse, & de sororibus vtrinquè coniunctis,& de vterinis tantùm,atten-
17 ta præsertim dictione † illa,vel,cuius proprium est ampliare orationem,*Crauett.consil.326.num.2. Rot. coram sanct. mem. Gregor.XV.decis.21.num.2.& in recent.decis.69.nu.5.par.1.*

18 Et quatenùs Statutum esset † dubium, pro illius interpretatione recurrendum est ad ius commune, quo inspe-
19 cto D.Blanca æquè succedit Georgio,† vt alij fratres,quod eo magis dicendum est,quia Statutum in hoc casu mandat seruari ius commune,ita *Bolognin.consil.69 num.18. Maluas.consil.51.num.3.vers.sed etiam,Laderch.cons.54.nu.7. vers.quartus est casus*, *Rota in Bonon.successionis 19. Nouembris 1627.coram R.P.D.meo Durano.*

Non obstat diuersitas illa rationis inter sorores vterinas tantùm, & vtrinquè coniunctas considerata pro D. Com.
20 Alexandro, quod scilicet † vterina habeatur quasi pro extranea *Bald.consil.30.num.4.lib.1.Soccin.sen.consil.24. nu. 9.lib.2. Laderch.consil.54. num.7.§. quartus est casus,vers. vterinus autem.* Vtrinquè verò coniuncta fit de agnatione,
21 & † quamdiù ipsa viuit dicatur paternam agnationem retinere, *l.pronunciatio,ff.de verbor.signific. cum concord.* &
22 Statutum exclusiuum fœminarum † totum sit positum in motiuo conseruandæ agnationis, ex traditis per *Menoch. consil.6.num.11.& consil.95.num.60.Rot.decis.461.num.5. par.2.recent.cum alijs.*

Quoniam hæc consideratio magis iniquam facit inter-
23 prætationem Monterentij Glossatoris,irrationabile† enim est,& absonum,quod fratri in bonis maternis succedat vterina tantum,quæ est veluti extranea, & soror, quæ est vterina, & consanguinea excludatur, & sic potioris conditionis sit extranea,quàm agnata.

Verùm obseruandum est, quod Statutum, dùm in regula, & in principali dispositione excludit sorores extantibus fratribus, innititur quidem fauore agnationis, quæ per masculos conseruatur,sed eiusdem Statuti limitatio circa bona materna,in quibus mandat seruari ius commune,non considerat agnationis conseruationem; Ius enim commune re-
24 spicit † solum æqualitatem in vtroquè sexu, & veluti piaculum,ac naturæ reputat accusationem, differentiam constituere inter masculos, & fœminas, *l. maximum vitium, C. de lib. præter. l.lege 12.tabul.C.de legit. hæred.* Vnde ratio limitationis Statuti tota posita est, non in agnatione, sed in quadam æquitate, & congruentia, vt bona, quæ à fœmina scilicet à matre deriuarunt, ad fœminas etiam, & sic sorores, æquè, ac ad masculos deferantur, Statutumque
25 anxiè insistit † solùm in conseruatione familiæ masculorum respectu bonorum, quæ à parentibus masculis prouenerunt,*arg.l.si vnus,§.pactus,ff.de pact. Alexand. consi.85. num.17 & seq.lib.4.Soccin.Iun.consil.23.nu.52.lib.1. Surd. decis.9 num.9. & seqq.* quæ congruentia, & æquitas militat magis in sororibus vtrinquè coniunctis, quàm in vterinis tantùm.

26 Ex quibus cessat etiam motiuum † deductum ex *Castrens.in auth. itaquè,C.communia de success.Ruin. consil. 20.num.8.lib.3. & alijs*, quasi quod Statutum voluerit canonizare illorum doctrinam. Quia non procedit stãte hoc Statuto,ex cuius contextu, verbis, & ratione supra ponderatis, apparet admisisse sorores, nedum vterinas, sed & cõsanguineas, in successione fratris respectu bonorum maternorum;& iniquitas ab eodem *Castrens.* & alijs conside-
27 rata,intollerabilis esset si admitteremus † vterinam, & excluderemus illam,quæ insimul vterina est, & cõsanguinea, vt in alia decisione fuit ponderatum,& *Castrens.*& alij loquuntur,quando agitur de succedendo matri, hic verò agitur de succedẽdo fratri,licet in bonis maternis, & inter hos casus est magnum discrimen.

28 Minùs verò obstat,quod Statutum † hoc intelligatur de bonis, quæ à matre dotante, non autem ex successione, & titulo hæreditario peruenerint ad filium,quemadmodùm super hoc Statuto Bonon.consuluit *Alexand.in consil.144. num.12.lib.6.* Quoniam,hac data interpr ætatione,mancum
29 † esset Statutum, & prouideret solùm successioni filiarum, quibus mater constituisset dotem, non autem successioni masculorum, quibus dos non assignatur, & ideo communi-
30 ter reprobatur dicta opinio† Alexandri,& vti captiosa exploditur ab *Addentibus ibi,in verb.exceptis, & à Monterentio sub litera H,Laderch.consil.54.num.7.versic.quartus est casus*, à *Rot. Bonon. super Statut. Bonon. decis. 84. numero 3.& seqq.* sed meliùs, & latiùs à Rota *in Bonon. successionis 19. Nouembris 1627. coram Reu. P. D. meo Durano.*

Nec obstat renunciatio totiès ab informan. pro D. Co. Alexandro obiecta, quia in hoc, decisio R.P. D. mei Du-
31 nozetti benè satisfacit, & superfluitatis † euitandæ argumentum est frigidum,vt per *Alciat.in l.3.num.3. ff. de leg. 1.Peregrin.de fideicomm.art.14. num.21. Surd. consil.325. num.14.* & sat est quod renunciatio aliquid plus contineat,
32 vel magis declaret, † vel nouum vinculum iniungat, quam quod in Statuto fuit dispositum, iuxta notata per *Eugen. consil.88.num.110.& 111.lib.1.*& per *Rotam in Bonon. de Armis 18.Aprilis 1622.coram me*,& renunciationes sunt
33 † strictissimè intelligendæ. Illudquè motiuum multum vrgens visum fuit,quod D. Blanca renunciauit expressè successioni Francisci, & Alexandri fratrum viuentium; De hæreditate verò iam delata Georgij non meminit, signum quod Blanca voluit retinere hanc successionem Georgij
34 iam solidatam, eò quod faciliùs renunciatur † spei futuræ, quàm iuri iam quæsito, totoque Cœlo distat obuiare principio acquisitionis, mediante renunciatione hæreditatis deferendæ, & renunciare hæreditati delatæ, in quo cadit abdicatio iuris quæsiti, *Bald. in l.illud, num.11. C. de Sacros.Eccles.*& plenè fuit dictum *in Signina Castrorum 22. Ianuarij 1622.coram bon.mem.Remboldo, & 13. Nouembris 1630. & 14. Februarij 1631. coram Reuerendiss.D. meo Decano.*

Excessus demum obiectus contra sententiam, eò, quod solùm Com.Alexander fuerit condemnatus ad hanc quartam partem, assignatam D.Blancæ, & non Marchio Franciscus frater, non releuat, quia Marchio Franciscus solum fuit institutus hæres in legitima à Co. Vlixe marito Dom. Pellegrinæ, Co. verò Alexander fuit hæres vniuersalis: at si Comes Vlixes erat debitor dotis eiusdem Pellegrinæ ad fauorem Georgij pro eius rata, ideo huiusmodi totum debitum spectabat ad eundem Com. Alexandrum

tanquam

tanquam hæredem in totum Com. Vlixis patris; legitima
35 † enim debita D. Marchioni Francisco filio nõ erat quota hæreditatis Co. Vlixis, sed bonorum, *l. Papinianus, § quarta, ff. de inoffic. testam. l. cum quæritur, l. scimus, §. repletionem, C. eodem, Afflict. decis. 382. num. 2. Rot. coram bon. mem. Cardinali Caualer. decis. 325. numer. 2. cum alijs.* Siq. Marchio Franciscus pro sua legitima plus detraxit, quam ei deberetur, attenta hac portione, debita D. Blancæ, ipse Co. Alexander experiatur iura sua pro repetitione indebiti.

Et ita vtraquè parte informante DD. steterunt in decisis.

* Est decisio 167. supra in hac eadem parte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Narnien. Iurispatronatus.

Die Veneris 13. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Gratiam, quando dicatur, quis iustificasse. Iuspatronatus, quando sit transitorium ad quoscunquè hæredes, etiam extraneos. Consensus Ordinarij in donatione Iurispatronatus, quando requiratur, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quod vacauerit per mortem alicuius, probatur ex eo, quod pars venit ex eadem vacationem.*
2 *Mors alicuius iustificatur ex fide Parochi.*
3 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
4 *Iuspatronatus transit cum Vniuersitate bonorum, pro rata hæreditaria.*
5 *Sub donatione omnium bonorum non veniunt ea, quæ sunt subiecta fideicommisso, vide num. 6.*
7 *Iuspatronatus, si fuerit relictum hæredibus, & successoribus in perpetuum, est transitorium ad quoscunquè hæredes, etiam extraneos, & num. 8. vbi de dictione, in perpetuum.*
9 *Donatarius vniuersalis est loco hæredis.*
10 *Agnationis contemplatio excluditur, quando fœminæ sunt vocatæ.*
11 *Clausulæ, necnon quæcunquè iura, & omnia bona, in donatione appositæ intelliguntur de similibus rebus eiusdem naturæ.*
12 *Donatio facta per verba prægnantißima, tunc per generalitatem verborum in ea, etiam compræhenditur iuspatronatus.*
13 *Dictio, qualitercumquè, compræhendit omnia, vltra expressa.*
14 *Iuspatronatus donari non potest sine consensu Ordinarij.*
15 *Sed hoc procedit in particulari donatione, puta ex legato, vel fideicommisso particulari.*
16 *Iuspatronatus, quando donatur, in vniuersali donatione omnium bonorum, & iurium, non requiritur consensus Ordinarij.*

DECISIO CCVII.

Vacante Cappellania, de qua agitur de Iurepatronatus hæredum q. Nicolai Arcæ fuit de ea à Sanctissimo prouisus Dominicus Boncambius, vti præsentatus à Dionysio Castellio pro medietate, Patrono, cum derogatione dicti Iurispatronatus pro altera medietate; Cumquè de eodem beneficio fuisset ab Ordinario institutus Romulus Iacobutius ab hæredibus Victoriæ neptis dicti Nicolai fundatoris tanquàm assertis in totum Patronis, Dubitaui, an Gratia Dominici sit iustificata, & DD. affirmatiuè responderunt.

Existentia siquidem dicti Iurispatronatus probatur ex instrumento fundationis, & dotationis, nec partes in hoc discordant.

Vacatio verò Cappellaniæ per obitum Iulij Coronæ vl-
1 timi possessoris probatur pariter ex eo † quod altera pars venit ex eadem vacatione per obitum dicti Iulij, *Aegid. decis. 320. Seraphin. decis. 144. num 9. Caual. decis. 55. num.*
2 *3.* & iustificatur etiam † ex fide Parochi. *Rota decisione 321. num. 3. decis. 621. num. 4. & decis. 700. num. 4. par. 1. recent.*
3 Clericatus patet ex † literis patentibus Eminentissimi Cardinalis Vicarij. *Abb. in cap. nisi, num. 7. de probat. Rot. decis. 16. de probat. in antiq. & decis. 523. num. 1. par. 2. recent.*

Valor per non excessum ducatorum 24. satis videtur iustificari ex fructibus ipsius beneficij prouenientibus ex ipsa dote ascendente solùm ad summam scutorum 650. quæ iuxta mentem fundatoris fuit inuestita in tot stabilibus, & censibus, quorum fructus non excedunt dictum valorem.

Pertinentia deniquè dicti Iurispatronatus spectantis pro medietate ad dictum Dionysium, circa quam difficultas restringebatur, probatur, quandoquidem Nicolaus Arca, qui hoc beneficium fundari mandauit, hæredem instituit Talphinam eius sororem, eiquè substituit Victoriam, & Posthumiam eius ex illa neptes, quæ tamen cum prædecesserint, dictæ Talphinæ, dicta substitutio fuit caducata, & sic bona Nicolai remanserunt libera apud dict. Talphinam, vt fuit firmatum in decisione R. P. D. mei Pirouani sub die 23. Iunij 1631. Cumquè d. Talphina donauerit omnia sua bona præsentia, & futura, & quæcumquè iura, & actiones dd. Victoriæ, & Posthumiæ eius filiabus, & dictus Dionysius sit hæres dictæ Posthumiæ ex persona Catharinæ eius filiæ, benè sequitur per dictam donationem Iuspatronatus transisse pro medietate in dictum Dionysium hæredem Post-
4 humiæ, quia † Iuspatronatus transit cum Vniuersitate bonorum pro rata hæreditaria. *Lambert. de Iurepat. par. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 24. num. 7. & 16. par. 3. lib. 2. quæst. princip. art. 5. num. 5.*

Non obstat, quod tempore donationis adhuc viuerent dd. Victoria, & Posthumia, ad quarum fauorem d. Talphi-
5 na erat grauata restituere hæreditatem, & sic in dicta † donatione compræhendantur tantũ bona propria ipsius Talphinæ, non autem illa Nicolai restitutioni subiecta *Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 12. Seraphin. decis. 693. num. 6. & decis. 969. num. 8. par. 1. recent.* Etenim obiectum istud iam fuit sublatum in d. decisione R. P. D. mei Pirouani, in qua plenè fuit firmatum d. fideicommissum, quod prætendebatur adhuc extare ad fauorem filiorum Victoriæ tanquàm in conditione positorum non obstare, reijciendo omnes coniecturas pro dicto fideicommisso ponderatas, necnon sub dicta donatione compræhendi etiam bona Nicolai stante dicta generalitate verborum, qualitercunquè spe-
6 ctañ, & † ex clausula, etiam si talia forent, quæ sub generali loquutione non venirent, & ex alijs amplissimis clausulis in donatione appositis, ibi, *necnon omnia iura quandocunquè, & qualiterquè, competeñ, & competitura,* in dicta decisione ponderatis.

7 Eoquè magis, quia cum dictum † Iuspatronatus fuerit relictum hęredibus, & successoribus in perpetuum, vtiquè est transitorium ad quoscunquè hæredes, etiam extraneos, & sic ad

sic ad d. Dionysium. *Molin. de primog. lib. 1. cap. 20. num. 7. Seraphin. decis. 364. num. 1. & decis. 378. nu. 1. Gratian. discept. 577. num. 48. Rot. decis. 707. num. 10. par. 1. recent.* stan-
8 te maximè † dictione, *in perpetuum*. *Castr. consil. 239. colum. 1. versic. breuiter, lib. 1 Soccin. consil. 266. num. 37. versicul. secundò permissa, lib. 2. Fusar. quæst. 339. numer. 18.*
9 Donatarius autem vniuersalis † est loco hæredis. *Boer. decis. 204. numero 43. Bellam. decis. 31. Cels. Vgon. consil. 13. num. 22.*

Hinc non facit, quod decisio coram R. P. D. Pirouano, cum pro coniectura vocationis filiorum in conditione positorum adduceretur dicta dispositio, quod Iuspatronatus spectaret ad hæredes, & successores in perpetuum, responderit legatum esse quidem perpetuum conseruandum apud omnes hæredes testatoris, sed ex illo ad fideicommissum vniuersale non est arguendum. Quia non propterea decisio, sensit adesse fideicommissum super Iurepatronatus, sed immo illud transire ad omnes hæredes testatoris, & sic cum hæreditate vocatorum quousq; durat vocatio mox ad extraneos iuxta naturam Iurispatronatus, & vocationis
10 successorum in infinitum ex supra alleg. Idquè † magis stāte etiam vocatione fœminarum, quæ excludit contemplationem agnationis, & confirmat Patronatum esse hæreditarium non gentilitium. *Rot. d. decis. 707. num. 6. par. 1. recent. Gratian. d. discept. 577. num. 46. & in Piscen. Beneficij 7. Nouembris 1629. coram R. P. D. Vbaldo.*

Non obstat, quod donatio loquatur de bonis prophanis, videlicet domibus, prædijs, vineis, siluis, & huiusmodi, &
11 clausulæ, † *necnon quæcunque iura, & omnia bona, &c.* intelligantur de similibus eiusdem naturæ, ac propterea nōn compræhendatur Iuspatronatus. *Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 4. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 5. art. 14. Rota coram Augustino par. 2. lib. 3. decis. 1152.* Quia cum di-
12 cta † donatio sit concepta per hæc verba prægnantissima, *Donans omnia iura quandocunquè, & qualitercunquè spectan. & quomodolibet competitura*, non potest censeri restricta ad similia, sed propter generalitatem dd. verborum comprehenditur etiā Iuspatronatus. *Put. qui d. decis. 1152. declarat in decis. 341. lib. 1 Seraphin. decis. 725. num. 3. Barbos. d. 300. & 308 in Lugd. impress.* & de dictione *qualiter-*
13 *cunquè*, † quod comprehendat omnia vltra expressa. *Seraphin. decis. 317. num. 3 Barbos. d. claus. 300. num. 3.* Eoquè magis, cum sub hac verborum vniuersalitate fuerit translata in donatarium hæreditas Nicolai fundatoris, vt in d. decis. R. P. D. Pirouano firmatum fuit.

Non obstat, quod in dicta donatione non interuenerit
14 consensus † Ordinarij, sinè quo Iuspatronatus donari non potest, *Adden. ad Gregor. XV. decis. 420. cum alijs ibi cumulat.*

Quia hoc procedit in particulari donatione Iurispa-
15 tronatus, † puta ex legato, vel fideicommisso particulari. *Ioann. Andr. in cap. cum sæculum, num. 2. de Iurepatr. Alexand. de Neuo consil. 63. num. 2. Anchar. in clem. plures, de Iurepatr. colum. 4. in fin.* Secus autem est in donatione vni-
16 uersali † omnium bonorum, & iurium, in qua consensus Ordinarij minimè requiritur. *Abb. in cap. illud, num. 4. cap. cum sæculum, & cap. ex literis, sub num. 12. de Iurepatr. Barbos. de Episc. alleg. 71. num. 10. par. 3. Lambert. de Iurepatr. 1. quæst. princ. num. 3. in fin. versic. sed nec hæc responsio, & in 2. art. 1. quæst. princ. num. 1. & 3. art. 1. quæst. princ. num. 1. 2. par. 1. lib.*

Nequè iustificatio gratiæ cessat prætextu, quod præsentatio facta non fuerit in termino edicti, Quia placebant responsiones datæ per Informantes, cum quibus DD. transierunt.

Et ita vtraquè &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Auenionen. Hæreditatis.

Die Mercurij 18. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Testator, si purè legatum reliquerit alicui, & postea disponat, quod ex facto, vel non facto tertij, illo priuetur, an teneat talis dispositio. Pupillus non est educandus pœnes eum, qui eidem succedere debet.

SVMMARIVM.

1 *Pater, tamquàm legitimus administrator bonorum filij, potest pro eo transigere.*
2 *Et hoc multò magis procedit, quando transactio est vtilis.*
3 *Legatum, quando est purè relictum, & postea testator disposuit, quod legatarius eo priuetur ex culpa aliena, tunc talis ademptio non tenet.*
4 *De transactionis nullitate ille dare non potest, qui non habet interesse.*
5 *Legatum si sit purum, & illius ademptio pendeat à facto tertij, non tenet talis dispositio, & num. 8.*
6 *Grauari aliquem ex facto tertij, Lex iniquum existimat.*
7 *Pœna, si apponatur inobedienti, tenet, sed si apponatur obedienti ex facto, vel non facto tertij, non tenet.*
9 *Legatum, si sit purum, & adimatur sub conditione resolutiua, non potest illa conditio resolui ex facto tertij.*
10 *Et an hoc procedat, quando ille tertius consequitur commodum, & num. 11.*
12 *Filius ex facto patris, non potest priuari hæreditate, sibi relicta.*
Hæreditate, quis priuari non potest ex facto extranei, num. 12.
13 *Matris voluntas attendenda est, in materia educationis filiorum, cum præsumatur meliùs exteris prospexisse vtilitati filiorum.*
14 *Pupilli non sunt educandi pœnes eos, ad quos pertinet proxima causa successionis, & num. 15.*
16 *Pupillus, si sit educandus pœnes substitutum, lex mandat Iudici, quod inquirat, si ex succeßione oriri potest aliqua suspicio.*
17 *Pupillus non est educandus pœnes eum, qui ei succedere debet.*
18 *Mente capti non habent, nec velle, nec nolle.*

DECISIO CCVIII.

Domini Censuerunt non esse recedendum, à decisione facta coram me 16. Ianuarij 1632. * Nam quod attinet ad primam partem concernentem transactionem, eā validam censuerunt, quia cum sit facta per Iulium, qui tan-
1 quàm † Pater, & legitimus administrator bonorum ipsi Hectori, & Iacobo fratribus à Borgnina Testatrice, quòad proprietatem relictorum, potuit benè transigere, vt ex plu-

tribus,

ribus,quos refert, *Surd.consil.451.num.20. Pascal. de patr. pat.par.1.cap.2. num.3.* Quod eò magis, dicendum est,quia
2 transactio † facta, est vtilis; *ex latè deductis in alia decisione*. Verùm, cum reuocatio legati purè relicti,filijs Borgninæ mentecaptis acquisiti facta sub conditione, & præcepto adimplendo à tertio per huiusmodi verba, & casu quo dicti sui filij non manerent, aut eis permissum non esset manere apud supranominatos hoc in casu, & non aliter
3 dicta Testatrix reuocauit legatum † vsusfructus factum in fauorem filiorum, & voluit pertinere ad dictos suos hæredes vniuersales,&c.fit inualida,*ad text. in l.Pater familias, ff.de hæred.instit.* cum alijs allegatis in decisione, & firmatis in ibi allegata *Casanaten primogenituræ,26 Iunij* 1630. *coram Reuerendiss. D. Decano*, confirmata 2. *Iunij anni sequentis*,non est necessè, in hoc multùm immorari, nam hoc præsupposito, cum vsusfructus remaneat pœnes ipsos mentecaptos,cessat quæstio; An Iulius potuerit transigere in præiudicium filiorum hæredum Borgninæ matris mentecaptorum, quibus solùm in casu reuocationis, & ademptionis legati, debebatur vsusfructus, & quia ademptio le-
4 gati non valuit,vt fuit resolutum,propterea † nullum habet interesse,nec possunt dare de nullitate transactionis.

Quod attinet ad dictam reuocationem legati, pariter fuit confirmata decisio, cum legatum vsusfructus priùs fa-
5 ctum ad fauorem filiorum sit purum, †& illius ademptio ex facto tertij non valeat *per d.l. Paterfamilias, ff. de hæ-*
6 *red.instit.vbi Bart.& alij*,iniquum enim existimauit, † lex aliquem alterius facto pergrauari, *l.si quis in suo, §. legis, C.de in offic.testam.*quam sententiam sequitur, *Bald. in leg. vnic.num.*10 *C.de his, quæ pœn.nom.* vbi distinguendo fir-
7 mant,aut potuit apponi Inobedienti, † & tenere, aut obedienti ex facto, vel non facto alterius inobedientis, & non valere, per dictum *text. in l.Paterfamilias*.In præsenti autem versamur in hoc casu, quia testatrix reliquit vsumfructum purè filijs suis mentecaptis, quòad vixerint,& deinde ademit in casu, quo non alerentur in domo Iulij, seù aliorum, quibus ordinauit, vt ex supra relatis verbis Testamen-
8 ti, vnde dicendum est ademptionem dicti † legati fuisse nullam, & intrare dispositionem *text. d.l. Paterfamilias*, quia cum legatum sit purum, & adimatur sub conditione
9 resolutiua, † quatenùs filij non manerent, aut eis non esset permissum manere, &c. non potest illa conditio resolui ex facto tertij, & licet *Surd.* teneat contrarium quando ille
10 tertius† consequitur commodum *ex text.in l.1. ff. de his, quæ pœn.vt in decis.*101.*num.6.& seqq.* quem refert sequi-
11 tur *Fusar. quæst.582. num.22.* nihilominùs † contrarium tenet *Peregrin.consil.31. num.15.& seqq.& in tract.de fideicomm.art.11.num.150. & 90.* nam certum est, quod ex
12 facto Patris † non potest filius priuari hæreditate sibi relicta,prout nec ex facto extranei, ad *text.in d.l. Paterfamilias,ff.de hæred.instit.* per quem textum, vt fuit dictum supra,ita firmauit,*Bald.in l.1.C.de his,quæ pœn.nom.*& eum sequuti sunt *Alexand. Ruin. Cephal.& alij relati à Peregrin.in d.art.11.num.159.*nec in hoc casu intrat ratio Surdi, nam quòad Gabrielem Curatorem mentecaptorum nullam omninò consequitur vtilitatem ex dispositione Borgninæ Testatricis,in qua nullo modo fuit nominatus.Et quòad Iulium licèt ei fuisset relictum, quod supererat præstitis alimentis, attamen cum non constet quantùm in hæreditate remanserit,impossibile est firmare, quod vltra alimenta aliquid pro Iulio superesset.

Non obstat quod in materia educationis filiorum sit at-
13 tendenda voluntas † matris,cum præsumatur semper meliùs exteris prospexisse vtilitati filiorum, *l. nec in ea,ff.de adulter. Menoch consil.64.num.12. Ioseph. Ramonius con-*
14 *sil.4.num.15.& seqq.*quia cum † filij Iulij fuerint exemplariter mentecaptis substituti, iussus matris non est attenden-
15 dus, & sic isti pupilli mentecapti non sunt educandi† pœnes eos,ad quos pertinet proxima causa successionis, *l.1.§.1.versic.deniquè,ff.vbi pupillus educari debeat*,vbi loquen-
16 do in substituto mandat, † lex Iudici quod inquirat, si ex successione oriri potest aliqua suspicio, *& in l.fin. C.eod.*
17 generaliter firmatur pupillum non est † educandum pœnes eum,qui ei succedere debet, *Bald.consil.487. in principio, versic.secundò debet aduertere, volum.5. Surd. de aliment.tit.4.quæst.13.num.30. Idem Ioseph. Ramonius, d consil.4. num.50.lib.2.*

Quare cum conditio resolutiua ex facto tertij, si non habitauerint in domo Iulij,&c.fit nulla,& inualida, & à Iure reprobata,ex supradictis,& alijs latiùs deductis in alia decisione, 16.Ianuarij 1632. Domini resoluerunt vtraquè par-
18 te informante eam non obstare filijs mentecaptis, † qui cum non haberent, neque velle, neque nolle,non poterant priuari legato sibi à Matre facto sub conditione dependente à facto tertij, &c.

* Est decis.86. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Mediolaneñ. Pecuniaria.

Die Veneris 18. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Creditum, quando est probatum, vt fiat executio contra debitorem, quid sufficiat allegare. Reconuentionis priuilegia, quando habeant locum, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Creditum,quando est probatum, sufficit allegare non solutionem, vel non exactionem, vt sequatur condemnatio, nisi probetur solutio.*
2 *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur probare.*
3 *Exceptio, quæ prouenit ab eodem fonte, ex quo actio oritur, repellit agentem.*
4 *Creditum, quando est probatum, vt sequatur condemnatio, sufficit allegare non solutionem.*
5 *Exigendi facultas propria auctoritate non liberat debitorem, tanquàm posita in arbitrio, non autem in necessitate creditoris.*
6 *Decis.in causa Romana Canonum coram Manzaned. declaratur.*
7 *Confessio ob verisimilitudinem probat in ijs casibus, in quibus, aliàs non probaret.*
8 *Reconuentionis priuilegia,quando non intrent,& n.11.*
9 *Reconuentio, an habeat sua priuilegia, quando non introducitur in ipsa litis contestatione.*
10 *Reconuentio gaudet suis priuilegijs, quando in ipsa litis contestatione, vel immediatè post ipsam fuit opposita.*

DECISIO CCIX.

VIsum fuit standum esse in decisis 19. Ianuarij præteriti: * quia nullitates oppositæ sententiæ Rotali cessant ex responsionibus datis in vltima decisione;& Iustitia desumitur ex veritate crediti hæredum, Co.Io.Baptistæ quod sublatum non fuit ex credito Cardinalis non probato; de quo excipiebatur compensari,vel retentionem dari petebatur.

Non obstat, quod creditum Cardinalis probetur ex instrumento, sibi promissæ annuæ solutionis librarum 1700. stipulatio de anno 1582.in eo se fundent hæredes Cardinalis; non autem in negatiua vsus facultatis exigendi super portione Datij Arronæ ad eumdem Comitem Ioannem Baptistam spectante; prout decisio videtur innuere; &

1 propterea sufficiat † allegare non solutionem, vel non exactionem, vt sequatur condemnatio, nisi probetur solutio, ex eisdem *Innocent. & Gabr. de probat. conclus. 6. numero 5.* & alijs in decisione allegatis, & concordantibus additis.

Quia decisio vltima non se fundat in simplici conclusione, quòd hæredes Cardinalis teneantur probare negatiuam non solutionis debitæ per Com. Ioannem Baptistam,
2 tanquàm † fundamentum eorum intentionis; sed in non vsu facultatis datæ, & conuentæ, ac acceptatæ exigendi annuas libras 1700. super portione Datij Arronæ, & confessatæ per Cardinalem, & nunc locum Piũ eius hæredem per productionem dicti instrumenti, ex quo desumitur actio
3 annuæ solutionis librarum 1700. & † insimul exceptio hæredum Com. Ioannis Baptistæ, ex *Cassad. decis. 10. de rescript. Ias. in §. actionum, de action. num. 128. & Cephal. consil. 387. num. 13.* itaut creditum quidem Cardinalis probetur per instrumentum, sed nihilominùs, & facultas exigendi propria auctoritate super Datijs Arronæ, quod respicit exceptionem hæredum Com. Ioannis Baptistæ insimul cõnexam, cum actione, ex eodem instrumento producto, resultante, & ex hac exceptione, quam hæredes Com. Ioannis Baptistæ non tenentur probare, desumitur fundamentum negatiuæ non vsus facultatis exigendi, non autem ex negatiua non solutionis, vt Informantes pro loco Pio exi-
4 stimant, ex generali † conclusione, quod sufficiat allegare non solutionem, quando creditum est probatum, quam Domini non ignorant.

Neque obstat, quod illa facultas exigendi propria aucto-
5 ritate non liberet debitorem,† tanquàm posita in arbitrio; non autem in necessitate creditoris per *l. quamuis, ff. de pignor. act. Bald. consil. 343. lib. 4. Surd. consil. 98. nu. 1.* & idem videatur firmatum in *Romana Canonum 16. Martij 1607. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Quia hodie non agitur, vt per assignationem, aut facultatem datam liberati sint hæredes Com. Ioannis Baptistæ, tanquam ex nomine debitoris cesso, & insolutum dato; vt
6 præsupponit, † & distinguit allegata decisio Romana Canonum; sed an vsi sint facultate quod ex signis, & coniecturis non dubitabant Domini; quia per decennium, nempè ab anno 1582. quo cõtingit donatio vsquè ad annum 1592. quo Cardinalis recepit summam controuersam à Com. Ioanne Baptista, & se obligauit ad restitutionem, non probatur fuisse impeditam facultatem prædictam, & Mater tutrix tunc Cardinalis fassa est in eodem instrumento donationis de anno 1582. se fuisse in possessione exigendi illas annuas præstationes super Datijs Arronæ, & abindè citra, quo lis mota fuit, nunquàm Cardinalis conquestus est de impedimento, & quod magis est in obligatione; dum recipit summam prædictam, & se obligauit ad restitutionem, termino annorum duodecim, nullum verbum fecit de proprio credito, aut illius compensatione, quæ omnia ex verisimili arguunt vsum facultatis datæ, & probant, in casi-
7 bus, in quibus etiam aliàs non probarent, † vt dicitur de confessione. *Salyc. in l. si mater. C. de contrahen. empt. Tiraq. in l. si vnquàm, in vers. donatione largitus, num. 100. C. de reuoc. donat. Surd. decis. 325. num. 5.*

Ad quod aduertens Cardinalis, & nunc sui hæredes conati sunt ex testibus vigore remissoriæ examinatis, probare eamdem summam à Com. Ioanne Baptista viuente fuisse exactam, vt ideo per solam assignationem nominis non remanserint liberati; sed eisdem testibus ponderatis in eadem decisione, fuit responsum hanc partem non concludere: quia de auditu, & fama recenti deponebant; & nunc additur, quod illorum depositio de auditu ab interessatis prouenit; & similiter fama ortum habuit ab eisdem, vt eò minùs fides illis sit adhibenda.

Ex quibus omnibus videbatur superfluum ingredi disputationem terminorum Reconuentionis; dum Cardinalis creditum non probatur, & nihilominùs dicebatur non
8 intrare † priuilegia Reconuentionis, scilicet simultanei processus, & sententię: quia deficiebat parilitas actionis, & temporis, allegando *Gemin. consil. 139. num. 1.* non mendosè transcriptum, vt dicunt Informantes, sed minùs diligenter ab eis examinatum, qui sub *num. 1. versi. item reconuenire,*
9 dubitat, † an Reconuentio habeat sua Priuilegia, quando non introducitur in ipsa litis contestatione, allegando *Bart. in Auth. & consequenter, C. quomodo, & quando Iudex*, & eandem sententiam respectu temporis ante litis contesta-
10 tionem, vel in ipsa, † vel immediatè post ipsam intrent priuilegia Reconuentionis, & non in quacunque parte Iudicij opposita, tenuerunt *Felin. in cap. 1. num. 2. de mut. petit.* dicens hanc esse communem opinionem. *Lapus alleg. 3. versic. secundò dubitatur Maranta in praxi par. 4. distin. 6. num. 5. Marian. Soccin. in capit. 1. num. 14. de mut. petit.* vbi ad partes articulum disputat *Menoch. de arbitr. quæst. 44. num. 3.* & de parilitate processus, idem firmant *Soccin. & Felin.* locis supra citatis, & *Marant. eod loc. num. 11.* in proposito autem casu; cum appareat longè post litem contestatam fuisse oppositam Reconuentionem, & pares non esse in probatione: quia hæredes Com. Ioannis Baptistæ habent creditum liquidum ex Instrumento iurato; hæredes
11 verò Cardinalis nituntur credito † ex instrumento, & testibus non releuantibus; inde cessant priuilegia Reconuentionis.

Non obstat, quod hæredes Com. Ioannis Baptistæ renunciauerint mandato A.C. & egerint ex integro.

Quia inde non sequitur, quod ante, vel statim post litis contestationem proposuerint actionem pro suo credito competentem; aut liquidum creditum deducant, prout fecerunt supradicti hæredes.

Et ita, &c.

* Est decisio 170. supra in hac parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Mulier pro restitutione suæ dotis habet intentionem fundatam in Authores quæ. C. comm. de leg. itaut si fideicommissarij asserant adesse bona libera, eis incumbit onus probandi adesse talia bona, & illorum existentiam debent probare de tempore restitutionis dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos vxoris, quando non adsunt bona libera mariti, est detrahenda de bonis fideicommisso subiectis, & n. 6.*

2 *Dos, quando probatur soluta marito per confessionem receptionis, præcedente promissione, tunc excluditur præsumpta donatio in fraudem.*

3 *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur probare.*

4 *In fideicommisso facto ab ascendente, intrat conclusio, quod bona illi subiecta, tam pro constituenda, quàm pro restitutione dotis valdè obligari, & alienari possunt, declara. num. 10.*

5 *Et hoc procedit, etiamsi grauamen fideicommissi fuerit impositum ante receptionem dotis.*

7 *Mulier cùm habeat intentionem fundatam in Auth. res quæ. C. comm. de legat. fideicommissarijs incumbit onus probandi existentia aliorum bonorum liberorum.*

8 *Fideicommissarij debent probare existentiam bonorum liberorum*

liberorum, de tempore restitutionis dotis, ad hoc, vt non intret Auth. res quæ, C. comm. de legat.

9 *Negatiua probatur ex inspectione scripturæ.*

11 *Prohibitio alienationis certorum bonorum, non restringit fideicommissum vniuersale, nec facit; vt particulare censeatur.*

12 *Ex prohibitione particulari alienationis bonorum, non censetur inductum nouum fideicommissum.*

13 *Alienationis expressa prohibitio per fideicommittentem facta, non impedit alienationem necessariam pro dotis restitutione.*

14 *Alienationes bonorum fideicommissorum, quando à testatore certis casibus sunt permissæ, nedùm inducunt fideicommissum particulare, sed generale destruunt.*

15 *Ad Fauorem alicuius ea, quæ sunt inducta, non debent in eius odium retorqueri.*

DECISIO CCX.

CVm Domini censuerint, dotem Rosatæ Vxoris Iulij
1 Cæsaris filij Herculis † esse detrahendam de bonis fideicommisso, subiectis iuxta *Authent. Res quæ, C. commun. de legat.* per consequens dixerunt, non esse concedendam immissionem petitam pro parte fideicommissariorũ in possessionem Domus alienatæ pro restitutione supradictæ dotis, cùm hæc dos probetur soluta eidem Iulio Cæsa-
2 ri per confessionem receptionis, † quæ præcedente promissione, & alijs etiam concurrentibus adminiculis excludit præsumptam donationem in fraudem, *l. in contractibus, §. sed quoniam, vbi Cyn. & alij, C. de non numerat. pecun. cum alijs apud san. mem. Gregor. XV. decis. 62. num. 6.* & ab illo postea restituta Azonis, qui probantur hæredes Rosatæ, in quorum Iure excessione sibi facta successerunt Patiani; Cum ergo ijdem Patiani sint in possessione huius domus, non vti hæredes Iulij Cæsaris, sed ex titulo particulari, & cessione sibi facta à tertio; Quæ dicuntur super non confectione inuentarij, vltra quod in facto non subsistunt, vt ex fide, quæ datur; siuè de opulentia hæreditatis Iulij Cæsaris Senioris fideicommittentis, non possunt nocere eisdem Patianis, qui non veniunt ex persona Iulij Cæsaris, sed ex cessione facta ab hæredibus Rosatæ, ideò ad hunc effectum deberet priùs impugnari restitutio eiusdem dotis, tanquàm malè, & nulliter facta in præiudicium fideicommissi, & ad hoc necessarium esset probari, quod ex alijs bonis potuerit fieri eadem restitutio, quod cõ-
3 trouerti non potest, † quin sit fundamentum ipsorum fideicommissariorum, ex notat. per *Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 73. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 6. num. 3.* & alij, qui referuntur per *Fusar. de subst quæst. 131. num. 123.* vbi testatur de communi, & tenentes contrarium fœdere distinctionis concilliat.

4 Vnde, cum simus in fideicommisso facto † ab Ascendentes intrat conclusio, quòd bona illi subiecta, tàm pro constituenda, quàm pro restituenda dote validè obligari, & alienari possunt, iuxta dispositionem *Auth. res quæ. C. commun. de legat. Peregrin. de fideicomm. artic. 42 num. 1. & 3. Couar. var resol. lib. 3. cap 6 num. 10. Surd. decis. 62. num. 1.*
5 *&* 2. etiamsi grauamen † fideicommissi fuerit impositum ante receptionem dotis. *Dec. consil. 376. num. 11. Gozad. consil. 97. nu. 10.* & quàmuis talis conclusio intelligatur in subsi-
6 dium, quando grauatus non habet alia bona, quia si † bona libera extarent, dos esset de illis detrahenda, vt probat *text. in § si verò in Auth. de restitut. & ea quæ par. ibi, aliam non habens substantiam,* idem probat *d. Auth. res quæ ibi sed liberis portio legitima non sufficit ad dotis &c.* Attamen
7 cum mulier pro suæ dotis restitutione habeat † fundatam intentionem in d. *Auth. res quæ,* fideicommissarijs, vt fuit dictum supra, incumbit onus probandi existentiam aliorum bonorum, dum ipsi de ea opponunt *Curt. sen. consilio 25. numer. 17. versic. ergo incumbit hæredibus,* Rota coram *Mantic. decis. 152. in fin. & decis. 66. num. 4. par. 1. recent.* &
talis probatio debet percutere tempus restitutionis dotis,
8 † itaut non sufficiat, siuè ante, siuè post doceatur de existentia aliorum bonorum, vt not. *Paul. de Castr. in d. Auth. res quæ, versic. sed pone, idem consil. 131. Dec. consil. 519. num. 6. versic. quia ad hoc respondetur,* & firmauit *Rot. in Romana Dotis de Palutijs 24. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Motmanno.*

Ex quibus apparet non obstare, quod pro parte fideicommissariorum dicatur adfuisse plura bona fundatalia, ac decem alia corpora stabilium, ex quibus potiùs, quàm ex domo, & vinea, in quibus petitur immissio, debebat fieri restitutio, quia non constat illud adfuisse de tempore restitutionis dotis, prout constare deberet ad effectum de quo agitur: sed ex abundanti, quòad dict. decem corpora stabilium, quæ Iulius Cæsar de anno 1598. recuperauit à Catharina eius Amita, apparet de anno sequenti illa restituisse eidem Catharinæ ex causa necessaria in exequutionem concordiæ, & propterea satis est, quod de tempore restitutionis dotis Rosatæ non adessent alia bona præter domũ, & vineam, vt probatur ex fide Communitatis Terræ Vissi ex libro Catastri, asserẽ Iulium Cæsarem non possedisse à tempore, quo contraxit matrimonium cum Rosata, vsq;
9 ad obitum alia † bona præter domum, & vineam, de quibus agitur, & talis fides benè probat negatiuam iuxta tradita per *Bart. in l. 1. in princ. C. de exact. tribut. lib. 10. Barbat. consil. 18. num. 38. lib. 2. Crauett. consi. 615. num. 7. Surd. consil. 151. num. 35. Menoch. consil. 395. num. 14 & præsumpt. 91. num. 51. lib. 3.* Vndè tanto magis fideicommissarij tenentur probare extitisse de anno 1624. alia bona libera pro dicte dotis restitutione.

10 Pariter, non obstat quod supradicta conclusio † procedat in fideicommisso vniuersali, non autem in particulari, & sic non applicetur casui, de quo agitur, ex quo versamur in fideicommisso particulari domus, & vineæ, quia ex lectura testamenti colligitur contrarium, cum testator subiecerit fideicommisso omnia bona sua, mobilia, stabilia, actiones, & iura præsentia, & futura, & licet in dicto testamento fideicommittentis legatur expressa prohibitio alienationis domorum, & vinearum, ex hoc tamen non sequitur, quòd domus, & vinea particulari tantùm, non autem vniuersali
11 fideicommisso subiaceat, certorum † enim bonorum alienationis prohibitio vniuersale fideicommissum non restringit, nec facit, vt particulare censeatur, *Curt. Iun. consil. 13. num. 5. Rota decis. 67. num. 3 part. 1. recent. & 41. num. 2. par. 2.* Nec per dictam particularem prohibitionem subse-
12 quentem censetur † inductum nouum fideicommissum, cum regulariter illa sit consequatiua fideicommissi præcedentis iuxta *consil. Decij 636.* quod sequitur Rota præci-
13 puè *decis. 44. num. 5. par. 1. recen.* Nec dicta expressa † alienationis prohibitio per fideicommittentem facta impedit alienationem necessariam pro dotis restitutione ex dispositione dictæ *Auth. res quæ,* & ibi notatis communiter per Doctores.

Quinimò cum fideicommittens voluerit, quod domus, de qua agitur, & vinea potuerint alienari inter ipsos de familia, & si ipsi de familia requisiti emere recusauerint, liceat alteri, quam inter ipsos cui voluerint vendi, & alienari, talis expressa prohibitio resoluitur hoc casu in permissionem alienandi, & sic tantùm abest, quod per hãc prohibitionem testator voluerit inducere aliquod fideicommissum particulare, vt immo liqueat apertissimè fuisse tantùm modificatam tacitam illam generalem prohibitionem resultantem, ex natura fideicommissi generalis, indulgendo, quod filij, & hæredes ea non obstante possent inter ipsos, & ipsis requisitis alienare cuilibet extraneo, sicut etiam permisit alienationem bonorum in casibus beneuisis tutoribus filiorum de communi ipsorum quatuor tutorum interuentu, & volun-
14 tate, quæ † permissiones non inducunt fideicommissum particulare, sed generale destruunt.

Difficultas excitata ex eo, quod dos Rosatæ non fuerit inuestita, sicut fuerat promissum in capitulis matrimonialibus Dominis visa fuit non obstare, quia talis conuentio

15 fuit apposita ad † maiorem cautelam illorum de Azonis, & propterea inducta ad illorum fauorem, non debet in odium retorqueri ad *l. quod fauore, C. de legib. Ias. in l. legata inutiliter, num. 8. & seq. ff. de legat. primo. Soccin. sen. consil. 241. num. 16 lib. 2.* Ita vt omissio reinuestimenti illis præiudicet: maximè quia talis conuentio non excludit generalem hypothecam, & obligationem aliorum bonorum pro restitutione dotis, sed fuit adiecta ad maiorem cautelam, & securitatem, vt ex illis verbis (*oltre alla generale hipoteca, &c. per maggior cautela, & securezza, &c.*) neque ex tali omissione resultat præsumptio, quod dos verè, & realiter non fuerit soluta, possunt enim stare, quod dos fuerit soluta, inuestimentum fuerit omissum.

Quoad alias detestationes dotis Prudentiæ, & melioramentorum factorum in vinea, & domo hæreditaria, de eis poterit particulariter videri, si opus erit, &c.

¶ In eadem causa, vide aliam decisionem sub die 4. Decembris 1634. coram R.P.D. Merlino.

R. P. D. MERLINO.

Mediolaneñ Bonorum.

Die Lunæ 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis concessa pro se, hæredibus, successoribus, cum clausula ad habeñ, &c. an sit transitoria ad hæredes extraneos, & maximè si simus in emphyteusi Ecclesiastica. Emphyteusis, quãdo conceditur, tunc censetur semper habita relatio ad primam inuestituram. Et nonnulla circa naturam clausularum, Ad habeñ, & similium. Inuestitus non potest alienare bona emphyteotica in Ecclesias, vel loca Pia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis hæreditaria est transitoria ad hæredes etiam extraneos.*

2 *Emphyteusis concessa ex pacto, & prouidentia, neque in hæredes extraneos nec per generalem hæredis institutionem, in non comprehensos in inuestitura transferri potest.*

3 *In emphyteusi Ecclesiastica hæredum appellatione veniunt solum hæredes sanguinis, & descendentes.*

4 *Emphyteusis Ecclesiasticæ concessio si fuerit facta pro hæredibus, & successoribus, non transit in extraneos.*

5 *Relatio operatur indiuiduam, & propriam expressionem, ac repetitionem contentorum in termino relato.*

6 *Emphyteuticarum concessionum natura est, vt semper ad propriam inuestituram, tanquam ad radicem contractus censeatur habita relatio, & illa est attendenda.*

7 *Clausulæ, Quibus dederit, Ad habendum, & in perpetuum, positæ in concessione emphyteusis, singulæ earũ adeo substantiant emphyteusim, vt si sint ex pacto, & prouidentia, transfundant eam in emphyteusim hæreditariam.*

8 *Emphyteusis, quando conceditur, & prohibetur alienatio in certis casibus, tunc clausulæ: Quibus dederit &c. & similes, temperantur intra terminos antecedentis stipulationis.*

9 *In emphyteusis concessione, clausulæ, Quibus dederit, & similes generales, vt plurimùm ex stylo à Notarijs apponuntur.*

10 *In concessione emphyteusis, quando verba illa, cum pactis, &c. apponuntur, stant restrictiuè, ita vt vim clausulæ, ad habendum &c. & aliarum, omnino coerceant, & extenuent.*

11 *Clausula, ad haben. &c. posita in concessione emphyteusis, si non sit concepta, cum verbis denotantibus facultatem alienandi, non facit emphyteusim transitoriam ad extraneos.*

12 *Clausula, ad haben. &c. posita in concessione emphyteusis, debet intelligi secundum naturam emphyteusis.*

13 *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura, non est transitoria ad hæredes extraneos.*

14 *In emphyteusi Ecclesiastica per posteriores inuestituras nunquàm censetur alteratum solitum antiquarum inuestiturarum, nisi de hoc fiat mentio.*

15 *Emphyteusis Ecclesiasticæ antiqua inuestitura, quando mutatur, & vllo modo alteratur, requiritur Beneplacitum Apostolicum.*

16 *In emphyteusi Ecclesiastica, ea interpretatio sumenda est, quæ est fauorabilis ipsi Ecclesiæ concedenti, ad quam faciliùs bona concessa reuertantur.*

17 *Prohibitio alienationis in certis casibus, in non exceptis videtur permissa alienatio, & num. 21.*

18 *Legati titulus est singularis, & non vniuersalis.*

19 *Verbum, alienari, an restringatur ab antecedentibus, & subsequentibus verbis contrarium importantibus.*

20 *Hæredis institutio venit etiam in prohibitione alienandi.*

22 *Emphyteuta non potest alienare emphyteutica bona in locum Pium, aut Ecclesiam.*

23 *Prohibitio duplex, vbi adest, si cesset vna, non tamen cessat altera.*

24 *Inclusio in prohibitione aliquorum casuum, non est exclusio aliorum casuum, si illi ex dispositione iuris sint exclusi.*

25 *In casu omisso, quando versatur eadem ratio, quæ in incluso, ille casus dicitur etiam inclusus.*

26 *Emphyteutica bona si transferantur in loca Pia, vel Ecclesias, cessat spes reuersionis, & laudemiorum. Ecclesiæ, & loca Pia nunquàm moriuntur, num. 26.*

27 *In emphyteusis concessione, quando apponitur, clausula, ad habendum &c. videtur permissa alienatio in casibus non exceptis.*

28 *Alienatio, quando est prohibita, censetur etiam prohibita ea, quæ fit per hæredis institutionem.*

29 *Emphiteusis expresse prohibetur legari, & dimitti in Ecclesias, & loca Pia, & num. 32.*

30 *Et an ista bona possint trãsire ad Ecclesias, & loca Pia, ad effectum vendendi personæ habili, & æstimationem consequendi, vide num. 35.*

31 *Prohibitio legis, quando concurrit cum prohibitione hominis,*

hominis, tunc principium acquisitionis non datur.

33 *Emphyteusis translatio in Ecclesias, vel loca Pia, non esset nulla, si operaretur beneficium acquisitionis, æstimationis, loco ipsius emphyteusis.*

34 *Specul. titul. de locat. §. nunc aliqua num. 143. declaratur.*

DECISIO CCXI.

Capitulum, & Primicerius Mediolaneñ de anno 1552. concesserunt in emphyteusim Lampugnano prædia quædam, sita in Territorio Lignani, *pro se, hæredibus, & successoribus*, cum clausula, *ad habendum &c.* pacto tamen adiecto, ne bona prædicta possint alienari, legari, vendi, donari, & cum expressa relatione ad antiquas inuestituras, in quibus adest expressa prohibitio alienandi in Ecclesias, & loca Pia, vt in Summario Capituli num. 6. & 7. & num. 1. & 2.

Quæ bona Lignani deinde cum pactis, modis, & formis contentis in antiquis inuestituris deuenerunt in Antonium de Marchis, & ab hoc in Herculem Pagnanum, & ab Hercule in Nicolaum, vt in dicto Summario Capituli num. 8. 9. & 10. Qui Nicolaus, sine descendentibus vita functus, cum hæredem scripsisset Venerabilem Fabricam S. Celsi, Capitulum, & Primicerius egerunt ad deuolutionem ex capite lineæ finitæ, & duas sententias fauorabiles in partibus obtinuerunt, quas, causa in Rota mihi commissa, confirmandas esse hodiè Domini responderunt.

Non controuertebatur enim dominium directum Capituli, & Primicerij, super bonis Lignani, de quibus agitur, nec obitus Nicolai vltimi inuestiti sine descendentibus, sed
1 difficultas restringebatur, An bona prædicta fuerint † concessa in emphyteusim hæreditariam, quo casu in hæredes extraneos transire potuissent, & sic non esset locus deuolutioni, *Calderin. consil. 6. de locat. Menoch. consil. 200. num. 50. & seqq. & præsumpt. 95 num. 41. lib. 4. cum alijs*. An verò concessa fuerint in emphyteusim ex pacto, & prouidentia, & non hæreditariam, quo casu neque in hæredes extra-
2 neos, † nec per generalem hæredis institutionem in non compræhensos in inuestitura transferri potuissent, iuxta doctrinam *Bart. in l. si patroni, num. 3 ff. ad Trebell. Surd. decis. 93. per tot. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 271. num. 5. vbi Add. num. 27.* Et Dominis non esse hæreditaria visum fuit.

Quoniam ista bona Lignani, licèt concessa fuerint Lampugnano pro se, hæredibus, & successoribus, tamen, cum
3 versemur in emphyteusi Ecclesiastica, † hæredum appellatione veniunt solum hæredes sanguinis, & descendentes, & sic emphyteusis dicitur ex pacto, & prouidentia, adeò vt in extraneos transire non possit, *Guidobon. decis. 5. in manuscript. Ruin. cons. 160. n. 9. lib. 1. Rol. cons. 96. n. 8. lib. 1. Surd. dec. 11. n. 8. Hond consil. 92. n. 19. & seqq. lib. 1. Grat. discept. forens. cap. 351. num. 17. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 5. versic. & hanc, Card. Seraphin. decis. 868. num. 2.*
4 Et in his terminis, si concessio † fuerit pro hæredibus, & successoribus, quod non transeat ad extraneos, docuerunt *Imol. in l quod dicitur, ff. de verb. obligat. Roland. consil. 96. num. 6. & seqq. lib. 1. Gabr. consil. 76. num. 11. & consi. 84. nu. 51. & 52. lib. 2.* vbi de receptiori testatur, *Rimin. sen. consil. 437. num. 4. Rim. iun. consil. 44. num. 4. Berett. consi. 32 num. 6. Caldas de nominat. emphyteut. lib. 2. q. 22. num. 27. Card. Mant. de tacit. d. lib. 22. tit. 19. num. 20.* Additumque est in inuestituris prædictis pactum expressum de non alienando, & per relationem ad antiquiores inuestituras, repetita censetur prohibitio expressa de non alienando in Eccle-
5 sias, & loca Pia, qualis est fabrica S. Celsi, relatio † enim operatur indiuiduam, & propriam expressionem, ac repetitionem contentorum in termino relato, *Crauett. consil. 45. num. 4. Menoch. consi. 1043. num. 7. Rot. apud Card. Mant. decis. 373. num. 9. & apud Card. Seraph. decis. 1496. num. 3. & 4.* præsertim verò in concessionibus emphyteuticis, de quarum natura est, vt semper ad primam inuestituram,
6 † tanquàm ad radicem contractus, censeatur habita relatio, & illa sit attendenda, *Bald. in l. 1. num. 39. Cod. quando non petent. part. Surd. consil. 5. num. 62. & consil. 105. num. 26. & 31. Rota decis. 555. num. 11. par. 2. recent.*

Non obstant tres clausulæ per informantes pro fabrica ponderatæ, & in concessionibus factis per Capitulum, & Primicerium, Lampugnano, insertæ, nempè clausula, *Quibus dederit, &c.* clausula *ad habendum, &c.* & clausula *in*
7 *perpetuum &c.* quarum singulæ † adeò afficiunt substantiam emphyteusis, vt illam de emphyteusi ex pacto, & prouidentia, transfundant in emphyteusim hæreditariam, prout de clausula, *Et quibus dederit, &c.* tradit *Curt. Iun. consil. 4. num. 5. Rota decis. 642. num. 4. par. 1. & decis. 152. num. 1. par. 2. recent.* & de clausula *ad habendum &c.* plenè *Laderch. consilio 1. per tot. Rota d. decis. 642. par. 1. & decis. 152. & 293. parte 2. recent.* Et de clausula *in perpetuum, &c. est decisio 294. numero 3. parte 2 recent. &, in Mediolanen. bonorum de Busalaria 7. Iunij 1585. coram Bubalo.*

Quoniam responsum fuit, quod cum in dictis inuestituris, tam per relationem ad antiquas inuestituras, quàm per particularem expressionem in illis factam, distinctè, & specificè prohibeatur alienatio, ex hac prohibitione, & pa-
8 cto elidit, vel saltem ita † temperatur virtus dd. clausularum, vt tribuant quidem facultatem disponendi, sed intra terminos antecedentis stipulationis, & sic inter personas comprӕhensas, & descendentes, non autem in extraneos; estquè magis attendenda, & plùs influit in emphyteusim
9 prohibitio alienandi, quàm dictæ † clausulæ generales, vt plurimùm ex stylo à Notarijs appositæ, ita *Dec. consil. 171. num. 3. versic. 4. & vlt. Curt. Iun. consil. 130. num. 6. Bero. consil. 66. num 13. & 14 lib. 1. Gabr. consil. 91. num. 12. & 13. lib. 1. Menoch. consil. 61. num. 29. & consil. 93. num. 47. & fuit dictum in Romana domus, & hospitij 7. Iunij 1592. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, & in Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & in Romana domus 9. Martij 1609. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Forosempronien. emphyteusis 28. Decembris 1631. coram me.* Et verba illa, *cum pactis, &c.*
10 † stante restrictiuè, ita vt vim clausulæ *ad habendum, &c.* & aliarum omninò coerceant, & extenuent, vt benè inquit *Alex. consil. 9. num. 9. vers. & per hoc patet, & num. seq lib. 2. Rot. decis 11. num. 5. vers. in secunda, par. 1. diuers. Gratian. discept. forens. c. 344. num. 11.*

Quod eò magis dicendum videtur respectu bonorum, quæ per Primicerium Mediolanen. concessa fuerũt in emphyteusim, quia in inuestitura de illis facta, & data in *Sum. num. 7.* adest solùm clausula *ad haben. &c.* & hæc quidem
11 non est † concepta cum verbis importantibus facultatem alienandi, sed fuit simpliciter dictum, *dictus emphyteuta habeat, &c.* quæ clausula sic concepta non facit emphyteusim transitoriam ad extraneos, *Gratian. consil. 17. num. 49. lib. 1. Crescent. decis. 6. num. 8. de Testam. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 75. num. 9.* & notat *Mart.*
12 *de claus. par. 1. claus. 5. num. 7.* sed tunc talis clausula † intelligitur secundùm subiectam materiam, & secundùm naturam emphyteusis, vt habeat scilicet iure emphyteotico, *Dec. consil. 614. nu. 2. & 6. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano d. decis. 75. num. 9.*

Hancquè sententiam eò faciliùs retinendam esse putabant Domini, quia versamur in Emphyteusi Ecclesiastica,
13 † quæ de sui natura non est transitoria ad hæredes extraneos, *Alex. consil. 89. in princ. lib. 4. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 529. num. 1.* & in ipsa emphyteusi Ec-
14 clesiastica per posteriores inuestituras † nunquàm censetur alteratum solitum antiquarum inuestiturarum, neque ab illis recessum, nisi de hoc recessu facta sit mentio, *Dec. consil. 390. num. 3. Curt. Iun. consil. 108. num. 18.* & fuit plenè deductum in *Bononien. bonorum emphyteuticorũ 18. Aprilis 1597. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio.* Immo nec
15 solitum antiquarum † inuestiturarum vllo modo alterari potest sine Beneplacito Apostolico, & sic neque concedi facultas alienandi ex clausula, *ad habendum*, quæ facultas in antiquis inuestituris expresse denegata

 fuit,

fuit,& censuit *Curt.Iun.de feud.par.2. quæst.6. Dec. in authentica. Qui rem,num.2.* & ibi *Cagnol.num.58.C.de sacros.Eccles.Alexand.consil.9 num.2.lib.3.* & fuit dictum in *Rauennaten.emphyteusis 28.Maij 1628.coram Reuerendiss.* D.meo *Decano*,& in *Romana domus 19.Aprilis 1630. coram R. P. D.meo Durano*, præsertim verò,quia hæc in-
16 terpretatio est fauorabilis ipsi Ecclesiæ concedenti, † ad quam faciliùs bona concessa reuertuntur, dum non sunt transibilia ad extraneos,vnde hæc in dubio est amplectenda,vt in his terminis tradunt,*Grat.consil.139.num.20.lib.1. Cephal.consil.345.num.24.& 25.Magon.decis. Lucens.12. num.13 Bardell.consil.41.num.2.& 3.*

Non obstat quod prohibitio alienandi videatur limitata ad certos casus, tam in inuestitura facta per Capitulum *Summ.num.6.*ibi, *non possint vendi, obligari, alienari, donari,legari, aut in dotem dari, &c.* quàm in inuestitura facta per Primicerium *Summ.num.7.*ibi,*non possint obligari,*
17 *alienari,nec donari, &c.* & propterea in † casibus non exceptis, & sic per vniuersalem hæredis institutionem concessa dicatur facultas disponendi, vt pluries respondit Rota,& signanter in *decis.287.num.2.par.1.recent.& Imolen. bonorum 8.Martij 1596.coram bon.mem.* Card. *Pamphilio*, etiam si in inuestitura Capituli adsit verbum, *legari,*
18 quod importat dispositionem ex titulo † singulari, non autem ex titulo vniuersali prout est hæredis institutio, *Anch. consil.420.sub num.2.Gabr.consil.76.num.17. lib.2. Mant. de tacit.lib.22.tit.19.num.36.*

Quoniam, omisso quod non desunt Auctores, qui cen-
19 suerunt verbum, *alienari*, † non restringi ab antecedentibus,aut subsequentibus verbis, contractum importantibus, quippe quod illa stent potius ampliatiuè, quàm restrictiuè, & sic in huiusmodi prohibitione comprehendi etiam dispositionem per vltimam voluntatem, vt consuluit *Peregr. consil.36.lib.5.*vbi reprobat *Surd.decis.124. Bertazzol. consil.36.num.21.*& alij relati per *Fusar.de substit. quæst.712. num.3.* Dumquè eadem militat ratio in dispositione per contractum, ac in dispositione per vltimam voluntatem,
20 tunc † in prohibitione alienandi,venit etiam hæredis institutio,*Paris.consil.7.num.53.& seqq.lib.1.Odd. de prohibit. alien.q.17 num.74.& q.24.num.33.Fusar.de substit. q.712. num.22.& 35.*

At, esto etiam citrà veri præiudicium, quod prohibitio
21 sit restricta ad certos casus, & dum non fuit † inclusa in prohibitione,dispositio per vltimam voluntatem,illa dicatur permissa,& à prohibitione exclusa; Adhuc tamen non potuerunt inuestiti disponere ad fauorem loci Pij, aut Ec-
22 clesiæ, quia † de iure prohibita est in eas alienatio, *glos. in cap.potuit,verbo prohibeatur*, & ibi *Abb.num.10 Imol.numero 25.extra locati*, Clar.in *§ emphyteusis quæst.22. Bertazzol.consil.ciu.36 num.1.& 2.Bursat.consil.199.num.42. versic.tertio.* Et propterea intrat conclusio, quod vbi adest
23 duplex † prohibitio legis,& hominis, & sic duplex impedimentum alienationis, si cessat vnum, nempè prohibitio hominis, non tamen cessat alterum, hoc est prohibitio legis,*l.si non lex,ff.de hæred.instit.§.affinitatis,instit.de nupt. Alexand.consil.62.num.1.lib.2.Surd. consil.118.num.9.& 136. num.37.*

24 Et conclusio † in prohibitione aliquorum casuum, nempè venditionis,donationis,&c.non est exclusio casus dispositionis per vltimam voluntatem in loca Pia, dum hic casus alio iure,nempè ex dispositione legis,est exclusus, iuxta doctrinam *Salicet.in l.de crimine,C.qui accusar. non poss. Bero.consil.93.num.24.Menoch.consil.86.num.30. Surd. consil.25.num.35.& consil.56. num.38.* dumquè in casu omisso
25 † versatur eadem ratio, quæ in incluso, ille etiam casus dicitur inclusus,*glos.in l.cum Prætor ff.de Iudic. Paris.consil. 111.num.39.Becc.consil.82.num.16.Surd.d.consil.25.num. 34.& consil.56.num.37.* Prout in præsenti facti specie eadem, immo maior militat ratio, vt bona in emphyteusim concessa non transferantur per vltimam voluntatem in Ecclesias, & loca Pia, quàm vt non transferantur per contractum in alias personas priuatas, & ordinarias, quia dum
26 transferuntur † in Ecclesias, & loca Pia, cessat spes reuersionis, & laudemiorum, nunquàm enim illæ moriuntur, quæ ratio non vrget in alijs personis priuatis,per quarum obitum bona reuertuntur ad Dominum directum, & ob alias causas,ex quibus fit locus deuolutioni: vndè meritò dicendum esset censeri prohibitam etiam hæredis institutionem, licèt prohibitio sit restricta ad certos casus, & ex vi
27 clausulæ,*ad habendum*, † videatur permissa in casibus non exceptis, vt in his terminis consuluerunt *Ruin.consil.143. num.10 lib.1.Natt.consil.1.num.2.* & fuit de mente Rotæ in illa *Imolen.bonorum 8. Martij 1596. coram bon. mem.* Cardin.*Pamphilio impressa apud Giouagnon.post consil.43. lib.2.nu.78.in§.& cessat omnis difficultas,versic. per viam verò vltimæ voluntatis.*

Quæ interpretatio potissimum est amplectenda respectu inuestituræ factæ per Capitulum, in qua prohibentur
28 etiam bona legari,& prohibitum legare, nec † etiam posse hæredem instituere,explosa contraria opinione, communiter tenent Ruin.*in rubric. de legatis primò num.17. Soccin.iun.num.15.Torniell.num.21. Bolognett. num.113. Alciat.in l.legis verbis num.4.ff.de verb.signific. Cephal.consil.53.num.30.Menoch.consil.11.numer.12.* latè *Gallia, ad consuetud. Alexand.in verbo legare,quæst.4.num.12.vsquè ad fin. Modern. Neapolit.* qui de communi testantur *in tract. de success.par.3.quæst.12. art.2. num.9.* Et in antiquis inuestituris *Summ.num.1.& 2.* bona prohibentur expresse
29 legari, † & dimitti in Ecclesias, & loca Pia, in quibus terminis prohibitam dici etiam hæredis institutionem, plenè consuluit *Bertazzol.consil. ciu. 36. num.12. & seqq.& per tot.*

30 Demùm non obstat, quod bona † ista transire possint ad fabricam S. Celsi, saltem ad effectum vendendi personæ habili,& æstimationem consequēdi, iuxta opinionem *Speculat.tit.de locat.§ nunc aliqua, num.143.*

31 Quoniam, quando vltra prohibitionem † legis concurrit prohibitio hominis, & pactum expressum in contractu, & inuestitura, tunc vis pacti resistit principio acquisitionis, adeo vt Ecclesia, & alia loca incapacia; nec etiam possint acquirere ad effectum vendendi, & æstimationem consequendi,vt plenè consuluit *Aldobrand.consil.40. num.9.lib. 1.Bursatt.consil.199.num.48.lib.2.Cauagnol. consil.48. nu. 9.& seqq.lib.1.*& sequuta fuit Rota apud *san. mem. Greg. XV.decis.529.num.10.*

32 Et cum ex dispositione Iuris communis † prohibita sit translatio emphyteusis Ecclesiæ in aliam Ecclesiam, vt supradictum est, si de facto translatio fiat, vel aliqua disposi-
33 tio,tunc illa remanet omninò nulla,& inefficax,itaut † nec operari possit beneficium æstimationis recipiendæ loco ipsius emphyteusis, quæ aliàs non esset omninò nulla,ita *Socc. iun.consil.74.num.17.lib.1.Rimin.iun.consil.454.nu.10.& 11.Bursatt.consil.199.num.42.vers.tertiò hac,lib.2. Cauagnol.consil.48.num.9.& 10.*

34 Et Doctrina Speculatoris vera † esse potest, respectu vocatorum, vel hæredis, qui vt adimpleant voluntatem testatoris disponentis de emphyteusi Ecclesiastica in fauorem alterius Ecclesiæ, tenentur tunc ipse hæres, vel vocati ad eandem emphyteusim, tradere eidem Ecclesiæ, in cuius fauorem fuit dispositum, vel tantundem in bonis allodialibus,& sic æstimationem consignare,vel permittere, vt alijs possit vendere,retento sibi precio;in præiudicium verò Ecclesiæ Dominæ directæ approbari nō potest doctrina Speculatoris, quoniam si per mortem illius disponentis aperta est emphyteusis ipsi Ecclesiæ Dominæ directæ, hoc emolumentum ab ea auferri non potest, nec debet, cogendo vt tradat æstimationem, vel permittat alijs vendi, hoc enim modo priuaretur illa acquisitione, quam assequuta est per mortem disponentis, non superstite alia persona compræhensa, & capaci,ita luculenter, & benè explicat *Bursatt.d. consil.199.num.43.vers.quintò materia & num.44. versic. secundò negatur,& num.45.viden.& num.46.& 48.* quod maximè retinendum est in emphyteusi Ecclesiastica, iuxta dispositionem *text.in cap. filius, extra de testam.* quicquid
35 † esset in emphyteusi laici, vt notat *Bursatt. ibidem num. 45.versic.& dicam Speculatorem,& num.47.vers. respondendo, Mastrill.decis.128.num.18. versic.his discussis*, & idem sensit *Rota in illa* Ferrarien.*bonorum 29. Decembris*

1611.coram

1611. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *quæ est decisio 268.nu.4.par.1.recent.confirmata sub die 9. Aprilis 1612. coram eodem, & sub die 3. Iunij 1619. coram bon.me.* Remboldo, *& in alia Ferrarien. bonorum de Schianchis 28. Aprilis 1617. coram Eminentiss. D. Cardin. Pamphilio iuniore.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MERLINO.

Meleuitana Feudi.

Die Lunæ 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Territorij feudalitas, ex quibus probationibus possit excludi, itaut ad probandam allodialitatem eius rectè possit concedi remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in materia prophana regulariter sine fumo conceditur.*
2 *Et hoc maximè, quandò simus in tertia instantia, nec adhuc per testes facta est probatio.*
3 *Articulus vnus sufficit, quod sit releuans, ad hoc, vt remissoria detur, quoad omnes.*
4 *Feudalitas excluditur, posita continua possessione, & statu allodialitatis.*
5 *Concessio an sit feudum, vel mera, & simplex donatio, ex quibus dubitetur.*
6 *Obseruantiæ subsecutæ probatio, per quam declarabitur quatenùs sit mens dubia contrahentium certè est admittenda.*
7 *Allodialitas territorij ex quibus inferri possit.*
8 *Territorium, quod sit solitum alienari sine alicuius licentia, hoc importat præsumptionem allodialitatis.*
9 *Obseruantia immemorabilis excluditur, datis actibus contrarijs.*
10 *Remissoria denegatur ad probandum contrarium eius, quod fuit probatum per scripturas.*
11 *Verba, quando non sunt præcisa, & clara, possunt recipere interpretationem.*
12 *Ad Cautelam ea, quæ obtinentur non præiudicant.*
13 *Territorium, quando quis alienauit, & ad cautelam obtinuit licentiam ab aliquo, illud alienandi, ex ea licentia non elicitur probatio adeò patens, vt sit ineuitabilis pro feudalitate.*

DECISIO CCXII.

POstquam per duas sententias Rotales firmata fuit feudalitas territorij, de quo agitur, causa in tertia instantia mihi commissa, petita fuit per Hyacinthum remissoria, ad effectum probandi allodialitatem, quam Domini, putarunt non esse denegandam.

Versamur enim in causa prophana, in qua regulariter,
1 etiam sine fumo † datur remissoria, *Cassad. decis.3. de dilat. Caputaq. decis.59. & 68. par.3. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis.124. num.1. & decis.403. num.3.* sumus in tertia instantia, neque vsquè adhuc ex parte Hyacinthi fa-
2 cta fuit † vlla probatio per testes, ad quam propterea est nunc admittendus, *ex trad. per Card. Seraph. decis.500. nu. 2. & coram san. mem. Gregor. XV. decis.83. num.5.* Et articu-
3 li sunt releuantes, quorum tamen † sat est vnum esse talem, vt detur remissoria quoad omnes, *Rota decis.677. nu.1. par. 1. & decis.661. num.4. par.2. recent.*

Releuantia autem articulorum videtur patens. Primus enim, & secundus articulus continentes obseruantiam per tempus immemorabile, quod territorium istud fuit habitum pro merè allodiali, & vti tale possessum à Hyacintho, & eius antecessoribus, & reputatum, ac tentum pro tali à Magnis Magistris, & ab omnibus alijs, certè sunt releuan-
4 tes, quia posita hac † continuata possessione, & statu allodialitatis, excluditur feudalitas, *Isern. in cap.1. §. quidam tamen, sub num.3. & de controuers. inter mascul. & fœmin. Menoch. consil.395. num.12. Bellon. Iun. consil.44. num.11. versic. secunda verò coniectura;* Præsertim verò, quia in instrumento, ex quo deducitur feudalitas, habetur concessionem fieri pleno iure, & ex causa donationis remuneratoriæ, cum vniuersis, & singulis iuribus, reseruata solum recognitione annui census ad fauorem regiæ Curiæ, quæ verba licet non excludant omnino feudalitatem, saltem inducunt
5 aliquam coniecturam allodialitatis, † itaut dubitari possit, an hæc concessio sit feudum vel mera, & simplex donatio, *ex traditis per Oldrad. consil.159. per tot. Roland. consi.50. num.18. lib.3. Thob. Non. consil.1. num.39. Peregr. consil.16.*
6 *num.8. lib.5.* vnde tantò magis est admittenda † probatio obseruantiæ subsequutæ; per quam declarabitur quatenùs sit dubia mens contrahentium, *Bald. consil.245. num.2. lib. 3. Aym. consil.101. num.3. Rosental. de feud. c.5. glos.5. nu.16. Rota decis.499. num.3. par.1. recent.*

Tertius articulus, continens alienationes istius Territorij, seù prædij factas fuisse vti de bonis allodialibus, sine licentia Regum Siciliæ, & Dominorum Insulæ Meleuitanæ, & quod emptores illud possiderunt scientibus, & patientibus Regibus, & Magnis Magistris, pariter est rele-
7 uans, † quia ex hoc probato, poterit fortasse inferri allodialitas, *Isern. de feud. in c.1. §. quidam tamen, sub nu.3. de controuers. inter mascul. & femin. Roland. cons.50. num.39. lib. 3. Surd. consil.135. num.36. & consil.151. num.31. Bellon. Iun. d. consil.44. num.12.*

Quartus articulus etiam releuat, dū habet hoc prædium esse rusticale, & competere sine Castro, & Iurisdictione, absquè præstatione seruitij, & alia prędia huiusmodi sine li-
8 centia, & consensu Dominorum consueuisse alienari, † quę conueniunt allodialibus, & important præsumptionem allodialitatis, *ex traditis per Menoch. cons.395. n.5. Surd. cons. 311. num.6. Bellon. Iun. cons.44. num.4.*

Non obstat, quod ex instrumento inuestituræ, & ex licē-
9 tia data Stephano de alienando Territorium † in suos descendentes tantùm, excludatur obseruantia immemorabilis articulata in primo, & secundo articulo, & excludatur probatio tertij articuli, continentis alienationes fieri sine licentia Dominorum Insulæ Meleuitanæ, & sic non sit dan-
10 da remissoria † ad probandum contrarium eius, quod fuit probatum per scripturas, *Cas. de Grass. decis.1. num.6. de dilat. Rota decis.714. num.1. par.1. recent.* Quoniam quoad inuestituram, verba illius non sunt adeò præcisa, & clara, vt
11 probata obseruantia, † de qua in articulis, non possint ab illa recipere interpretationem pro allodialitate, iuxta tradita per *Paris. de Put. de reintegr. feud. c.10. num.17. Bellon.*
12 *Iun. cons.26. num.15. & 16.* Quo verò ad licentiam † cum illa potuerit obtineri ad cautelam, & sit vnica, ex ea non elicitur probatio adeò patens, & ineuitabilis, vt dicatur omni-
13 nò constare † de feudalitate ad effectum excludendi contrariam probationem per testes, & eò magis, quia Hyacinthus obtinuit sententiam fauorabilem in partibus pro allodialitate, & vt supra fuit ponderatum hactenùs in hoc iudicio nullas alias fecit probationes.

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit &c.

¶ Vide infra in hac causa satis notabilem decisionem sub die 27. Nouembris præsentis anni 1634. coram eodem R.P.D. Merlino.

R.P.D.

R. P. D. GHISILERIO.

Salernitana Pensionis.

Die Lunæ 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Consensus patronorum in resignatione Iurispatronatus ex quibus probetur interuenisse. Resignatio iurispatronatus facta spretis patronis, an valeat. Valor fructuum beneficij narratus in literis reseruationis pensionis, qualiter iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Consensus patronorum in resignatione iurispatronatus, ex quo probetur, quod fuerit præstitus.*
2 *Regul. de præstandis consensibus non est de dandis.*
3 *Consensus patroni in resignatione iurispatronatus eo ipso probatur, si doceatur patronos ei dem resignationi non contradixisse.*
4 *Patronis à die resignationis, aperitur locus præsentandi alios.*
5 *Iurispatronatus resignatio facta spretis patronis, non est ipso iure nulla, sed venit annullanda, quatenùs Dominus contradicat.*
6 *Et interim dicitur habere statum implicitum validitatis.*
7 *Consensus expressus dicitur, non solùm, quod verbis exprimitur, sed etiam, quando per signa exteriora demonstratur.*
8 *Consensus dicitur, etiam ille, qui resultat ex taciturnitate temporis, quo quis potuit contradicere.*
9 *Scientia præsumptiua oritur ex non reclamatione.*
10 *Patroni consensus non est necessarius in reseruatione pensionis, & num. 19.*
11 *Ex resignationis nullitate infertur ad nullitatem pensionis.*
12 *Regul. de præstan. consensibus intelligitur de habentibus ius in beneficio.*
13 *Ius in beneficio, quis non potest dicere, quod aliquem nõ habeat, si illud acceptauerit per eius resignationem.*
14 *Beneficium impetrans, tenetur iustificare gratiam sui authoris.*
15 *Rot. decis. 57. num. 4. par. 2. in recent. declaratur.*
16 *Lap. allegat. 89. quando intret.*
17 *Resignans manens in possessione per triennium, non est amplius locus oppositioni alicuius defectus.*
18 *Beneficij resignatio, & reseruatio pensionis sunt gratiæ omninò separatæ.*
20 *Valor rei regulariter non probatur ex locationibus.*
21 *Limita concurrentibus adminiculis.*
22 *Beneficium præsumitur capax pensionis super illo impositæ, si spatio plurium annorum absquè tergiuersatione fuerit soluta, & num. 23.*
24 *Locationes si sint plures, & successiuæ præsumuntur effectuatæ.*
25 *Locationum effectuatio ex quo appareat.*
26 *Pensio, si fuerit inter partes constituta in summa certa, & determinata certarum pecuniarum, tunc respectu illius summæ est attendendus valor dd. pecuniarum, inter partes conuentus.*
27 *Dictio, in circa, excludit certam quantitatem.*
28 *Officialibus Datariæ emolumenta debent ad rationem ducatorum de Camera.*

DECISIO CCXIII.

Contra Decisionem, * in qua fuit resolutum gratiam reseruationis pensionis esse iustificatam eò, quia valor expressus in ducatis 710. auri de Camera sit probatus, tria denuò pro parte D. Abbatis Pignatelli opponũtur, ex quibus prætendit resultare nullitatem reseruationis; Primò, quod in resignatione non interuenerit consensus medietatis Patronorum, qui à Sanctissimo fuit reseruatus, ibi dummodò ad hoc alterius medietatis Patronorum accedat assensus; Secundò, quod non sit iustificatus valor fructuum Abbatiæ narratus, in literis reseruationis in ducatis 710. auri de Camera. Tertiò, quod aliqua iura, quæ fuerunt producta pro parte translatariorum non sint in forma probanti; Prædictis tamen non obstantibus Domini censuerunt standum in decisis, sub die 4. Martij proximè præteriti.

Nam quantùm attinet ad computum patronorum di-
1 ctus consensus † probatur ex expeditione literarum, quas Officiales Cancellariæ non expediuissent, nisi consensus à Papa in supplicatione requisitus, fuisset præstitus, *Caputaq. decis. 120. par. 1. Put. decis. 419. in fin. lib. 1. in correct. de bon. mem. Cardin. Caual. decis. 561. num. 4. Mart. claus. 3. num. 3. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 8. num. 83. & lib. 9. quæst. 22.*
2 *num. 8.* & ideò regula † de præstandis consensibus, non est de dandis, *Cassad. decis. 1. num. 6. de renunciatione, Crescent. decis. 9. de Procuratoribus, Seraphin. decis. 1465. numero 7. Rota decis. 396. num. 8. par. 1. diuers.* Secundò quia
3 iste consensus † dicitur interuenisse eo ipso, quod probatur patronos eidem resignationi non contradixisse,
4 quia patronis † à die dictæ resignationis apertus fuit locus præsentandi alium, *Garz. de benefic. parte 11. capit. 3. num. 35.*
5 Si tamen præsentare voluerint aliàs secus, cum † resignatio facta spretis patronis non sit nulla ipso iure, sed venit annullanda, quatenus patronus contradicat, *Aegid. decis. 87. & 163. Mohed. decis. 8. de iur. patron.* & interim di-
6 citur habere † statum implicitum validitatis, *Felin. in capit. cum Bertoldus, num. 8. & 14. de sent. & re iudic. & in tract. quando literæ Apostolicæ, ampliat. 9. Rocc. de iurep. in verbo ius honorificum, q. 3. num. 8. Couar. pract. q. c. 36. num. 9. Rot. decis. 4. num. 5. par. 2. recent.*

Non obstat, quod propter clausulam, dummodò ad hoc alterius medietatis patronorum accedat assensus, requiratur consensus expressus, & tacitus non sufficiat, quia
7 consensus † expressus, dicitur non solùm, quando verbis exprimitur, sed etiam quando per signa exteriora demonstratur, *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 10. num. 22. versic. se-*
8 *cundo modo*, & in terminis, quod consensus † dicatur ille, qui resultat ex taciturnitate temporis, quo quis potuit contradicere *Rota decis. 336. num. 7. versic. non obstat par. 2. recent.*

Nec obstat, quod ista procedant data scientia in patro-
9 no, quia ad hunc effectum sufficit scientia præsumptiua † quæ oritur ex eo, quod patroni nunquã reclamarunt *Garz. de benefic. p. 10. c. 3. n. 38.* maximè, quod factum est notabile, cum agatur de beneficio Insigni, seu Abbatia Regali magni valoris, & dicta clausula censetur apposita resignationi
10 beneficij, non autem † reseruationi pensionis, in qua non est necessarius consensus patroni, in puncto *Seraphin. decis. 1264. num. 1.* cum alijs adductis in decisione, quæ reuidetur *versic quod non obstat, quod non constet*, & quàmuis ex
11 nullitate † resignationis inferatur ad nullitatem pensionis ex eo, quod remaneat reseruata de consensu non habentis ius in beneficio, tamen obiectum procederet, quando adfuisset alia persona præter Carolum Caracciolum, quæ potuisset

tuisset d. pensioni consentire, secus autem; quia de illo tem-
12 pore nullus alius habuit ius in beneficio, quia regula † de
præstandis consensibus, intelligitur de habentibus ius in be-
neficio, *Rot in Cusentina pensionis corā Litta, apud Mar-
chesi par. 1 fol. 621. num. 4.*
Prætereà D. Abbas Pignatellus non potest allegare Ca-
13 rolum non habuisse ius in beneficio, † sed illud acceptan-
do per eius resignationem videtur ius illius magnificasse,
Rot. decis. 299. par. 1. recent & ideò impetrans beneficium
14 tenetur † iustificare gratiam sui authoris, *Put. decis. 181. &
decis. 499 lib. 2. in correct. latè Rota in Hispalen. beneficio-
rum 10. Iunij 1611. coram Eminentissimo Cardin. Pam-
philio*. Quinimò consensus Caroli reputatur consensus Pi-
15 gnatelli, non secus, ac si ipse pensioni consensisset, † *Rota
decis. 57. num. 4. par. 2. recent.* quæ loquitur in terminis pen-
sionis, quæ petebatur à Resignatario. Et in omnem euen-
tum Carolus fuit in possessione Abbatiæ spatio trium an-
16 norum, & vltra, † & ita intrat allegato *Lapi. 89.* Itaut ho-
17 die non possit dari de defectu † consensus dd. patronorū,
nec de alio defectu, *Rota diuers. 779. num. 1. & per tot. lib.
3. Paris. de resignat. lib. 11 quæst. 6. num. 96. Marescott. va-
riar. lib. 1. cap. 41. num. 1.* Tantò magis, quia ijdem patroni
de omnibus informati consenserunt vltimæ resignationi
factæ per Carolum ad fauorem Pignatelli; absquè eo, quod
vnquàm dederint de contemptu primæ resignationis factæ
ad fauorem Caroli à Decio, dum assecutus fuit Archiepi-
scopatum Barensem; Vnde tantùm abest, vt contradixerint,
quod immo potiùs sequitur, vt ius Caroli sciuerint, & ap-
probauerint, quod quidem non fecissent, nisi ab initio de
omnibus gestis notitiam habuissent.
18 Deinde supponendum est, quod cum resignatio † Abba-
tiæ, & reseruatio pensionis sint gratiæ omninò separatæ, ex
*Put. decis. 98. lib. 2. & decis. 226. numer. 16. lib. 3. Rota decis.
456. num. 5. par. 1. recent.* consensus erat probandus à Ca-
rolo, ad cuius fauorem resignatio fiebat, hodie verò non est
quæstio cum Carolo, vel cum patronis super validitate re-
signationis, qui nunquàm reclamarunt, sed cum moderno
19 Abbate super validitate pensionis, quæ validè dicitur † im-
posita cum potuerit fieri absquè alio patronorum consensu,
Seraphin. & alij supra allegati.
Quantùm ad verificationem valoris Abbatiæ expressi in
20 ducatis 710. auri de Camera, quàmuis † ille regulariter non
probetur ex locationibus, *Mantic. decis. 290. num 4 sanct.
memor. Gregor. XV. decis. 101. num. 1. & seqq. & decis 147.
21 num. 2. & decis. 159. num. 7.* Tamen istud limitatur † con-
currentibus adminiculis, vt in *Veronen. pensionis 23. Maij
1607. coram bon. memor. Cardinali Sacrato, citata per
Adden. ad dict. decis. 101. sanct. memor. Gregor. XV. nu-
mero 5.*
Quod autem in casu de quo agitur, concurrant admini-
cula apparet, ex deductis in decisione, quæ reuidetur *ver-
sic. adminicula autem*, & præter illa, tunc ponderata; Alte-
rum hodie cæteris, vrgentiùs additur, quod scilicet pensio
reseruata ad fauorem Sanuitalis, dum resignauit Archiepi-
scopatum Bareñ Decio Caracciolo fuit ducatorum 800.
& fuit soluta per dict. Carolum spatio multorum anno-
22 rum absq; tergiuersatione, † & nihilominùs cum transla-
tio non fuerit facta, nisi in ducatis 600. inde resultat clara
probatio fructus Abbatiæ esse capaces nedùm summæ re-
seruatæ, sed etiam maioris pensionis, & sic correspondere
23 arrendamentis, nam † aliàs ipse Carolus reclamasset, nec
soluisset spatio tanti temporis, *Rota in terminis decis. 293.
per tot. par. 1. diuers.*
Quod de vero valore beneficij non fuerint deducta o-
nera, in alia satis fuit responsum contrarium apparere ex
lectura ipsarum locationum, in quibus expressè onera
deducuntur.
Et quod locationes, ex quibus deducitur valor non pro-
bentur continuatæ, nec effectuatæ, tollitur, quia cum sint
24 plures, † & successiuæ, præsumuntur effectuatæ, ex alle-
gatis in alia decisione, quod tantò magis procedit stante
illarum antiquitate, sed cum dentur locationes ab anno
1591. vsquè ad annum 1613. quæ percutiunt, & includunt
tempus resignationis factæ de anno 1606. iunctis admi-
niculis per DD. ponderatis, iustificatio valoris benè deduci
tur, & quia de continuatione locationum satis constat per
annos subsequentes, & successiuos; De effectuatione verò
25 apparet ex renouatione eorumdem affictuum, † facta eis-
dem affictuarijs.
Subsistit quoquè iustificatio valoris fructuum expressi
per ascensum in summa ducatorum 710. auri de Came-
ra, ex eo; quod respondet probationi factæ in summa du-
catorum Regni 960. ad rationem ducatorum 100. de
Regno pro singulis ducatis 75. auri de Camera, iuxta at-
testationem D. Riualdi, quæ est attendenda tanquàm ma-
gis certa, & fundata, super communi æstimatione, & soli-
to potiùs, quam fides Mercatorum, qui cursu cambiorum
pretium monetæ augent, & minuunt, & computant interes-
se transmissionum, & prouisionum; nec est attendenda pē-
sionis expressio, in ducatis monetæ Regni 800. quia pla-
26 cuit responsio decisionis, quod pensio † fuit inter partes
constituta in summa certa, & determinata ducatorum
Regni 800. & respectu istius summæ est attendendus va-
lor eorumdem ducatorum, inter easdem partes conuentus.
Respectu verò valoris fructuum, expressè in parte inferio-
ri in ducatis 710. auri de Camera non est attendendus va-
lor supradictus, sed valor iuxta communem æstimationem,
vt in supradicta attestatione Riualdi, & eò minùs valor su-
pradictus est attendendus, quia partes illum non firmarunt
taxatiuè, dum expressio fuit facta dubitatiuè, cum additio-
27 ne clausulæ in circa, quæ dictio, † in circa, excludit certam
quantitatem, *Ruin. consil. 10. num. 3. lib. 5. Corn. consil. 179.
num. 4. lib. 3. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. decis.
290. num. 3. & 558. num. 1 Cas. de Grass. decis. 7. numer. 3. de
praben.* Valutatio verò ad ducatos auri de Camera fuit a-
28 diecta propter interesse officialium Datariæ, † quibus e-
molumenta debentur ad rationem ducatorum de Came-
ra. Vnde inferri non potest, quod Papa se fundauerit in
tali æstimatione incerta, & recipiente augumentum, vel di-
minutionem.
Prout non obstat fides Officialis successoris Riualdi,
quia ex ea nihil aliud colligitur, nisi, quod in literis fit ex-
pressio in ducatis auri de Camera, & de hoc non dubita-
tur, quomodò autem reducatur, seù æstimatur moneta, seù
valor monetæ, aliarum partium nihil dicit, & ideò standum
est dicto communi valori ducatorum 75. auri de Camera
pro ducatis 100. Regni.
Quæ dicuntur de iuribus, quòd non sint in forma pro-
banti, fuerunt sublata in decisionibus super hoc particulari-
ter factis, nec translatarij vtuntur iuribus informibus, sed
instrumentis authenticis in forma probanti, & canonizatis
in præcedentibus decisionibus.
Et ita consideratis oppositionibus deductis per D. Ab-
batem, iterùm fuit resolutum constare de sufficienti iusti fi-
catione literarum reseruationis pensionis, & sic gratiam ad
fauorem translatariorum esse iustificatam, &c.

* Idest sub die 4. Martij huius anni 1633. Est decis. 186. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Redditionis Rationis Tutelæ.

Die Lunæ 30. Maij 1633.

ARGVMENTVM.

Attestationibus extraiudicialibus, an stetur. Confessio extraiudicialis, licet de equitate Canonica attendatur, tamen vbi est seruandum ius ciuile, & rigor, non attenditur. Societas, ex quibus actibus probetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutor soluens indebitum, quando non excusetur, vigore l. cum indebitum, ff. de cōdit. indebit. quo minus actio repetitionis possit aduersus eum dirigi.*

2 *Attestationes extraiudiciales adminiculatæ ex depositionibus testium, formiter examinatorum, & alijs præsumptionibus sufficienter, probant.*

3 *Attestationibus regulariter non creditur.*

4 *Testibus, & non attestationibus standum est.*

5 *Attestationi extraiudiciali, standum non est, quantùmuis illa sit qualificata, & iuramento roborata coram Notario, & testibus, & vide num. 6.*

7 *Testibus in concernentibus proprium interesse standum non est.*

8 *Testis de auditu, nullum gradum probationis facit, & num. 9.*

10 *Confessio extraiudicialis, facta absente parte, de rigore Iuris Ciuilis, non probat, licet secùs sit de Iure Canonico.*

11 *Romæ seruatur ius ciuile, & rigor, attento statuto Ciuitatis cap. 42. lib. 1.*

12 *Confessionem extraiudicialem, vt testes probent, requiritur, vt sint conformes de tempore, loco, & verbis.*

13 *Probationes leuiores sufficiunt, quando agitur de probando id, quod consistit in voluntate solius alicuius.*

14 *Præsumptiones in sua specie imperfectæ, quando sunt, coniugi non possunt.*

15 *Societas probatur ex actis, qui citra ius, & nomen societatis fieri nequeunt.*

16 *Procuratores, & institores, semper subiacent censuræ reddendæ rationis.*

17 *Administrator quilibet rei alienæ debet reddere rationē administrationis.*

18 *Lucrum, an præsumatur esse in societate.*

19 *Contra Administratorem extat præsumptio potiùs lucri, quàm damni.*

20 *Tutor non potest cogi ad soluendum debitum Patris pupilli, si non fuerit probatum.*

DECISIO CCXIV.

IN Decisis* perstiterunt Domini, quia inter Sanctem Fencium, & Ioannem Antonium de Acumulo eius famulum, non probatur societas in Macello, nec lucri quantitas, vt propterea non licuerit Tutori absq; alia crediti iustificatione, soluere scuta 725. Ioanni Antonio in pupillarū
1 præiudicium, & damnum, nec† minùs excusari per *l. cum indebitum, ff. de cond. indeb.* vt indè actio repetitionis dirigatur aduersus illum, qui pecunias pupillares recepit, non autem contra Tutorem.

Non obstant, quæ denuò replicantur ad probandam societatem, primò namquè fides, & seù attestatio trium lanionum, vsquè de anno 1629. quæ, licet extraiudicials, asserebatur tamen adminiculata ex depositionibus testium
2 † formiter examinatorum, & alijs præsumptionibus, ita vt pro sufficienti probatione deseruire possit, *Rot. decis. 122. num. 7. par. 1. recent. cum alijs allegat.*
3 Quia si de attestationibus agatur, † regulare est, quod il-
4 lis non creditur, quando quidem † testibus, & non attestationibus standum est, *Cæs. de Grass. decis. 2. num. 12. de Sponsal. Seraphin. decis. 106. num. 3. & 260. num. 5. 298. num. 10. coram Papa Gregor. XV.* quæ conclusio tenenda est etiam,
5 quod fides proueniat à persona, † quantumuis qualificata, & Iuramento roborata coram Notario, & testibus, *Menoc. consil. 322. num. 45.* dicens ideò attestationibus non esse
6 standum, quia illorum † depositio debet recipi parte citata, quod si aliter factum sit, nullam fidem faciunt, *cap. in nomine Domini, de testib. vbi Felyn. num. 3.* post alios latissimè comprobat.

Depositiones autem testium, non etiam pro adminiculo seruire possunt, nam ponderati in decisione, quæ reuidetur, nullam fidem faciunt, nam primus est Ioannes Antonius famulus, cum quo prætenditur contracta societas, & idem qui à tutore pecuniam recepit, & quietantiam fecit, tan-
7 quàm creditor socialis, cui † in concernentibus proprium interesse, non creditur, *cap. tuas, cap. nuper. cap. insuper, de testib.* Secundus verò est vnicus, & de auditu ab alijs Ma-
8 cellarijs, qui solus † gradum probationis non facit, *cap. veniens cap. vniuersis de testib. capit. licet numerus, cod. titul.*
9 & eò minus per relationem ad † aliorum dictum *capit. licet ex quadam, de testibus, Caputaq. decis. 264. numero 8. par. 3.*

Non obstant testes de nouo dati, nempè primus coram A. C. & primus in Rota examinati, deponentes de auditu ab eodem Sancte patre pupillarum, posuisse Ioannem Antonium in socium negocio Macelli, quæ Sanctis confessio
10 dicebatur, quod quamuis de rigore † Iuris ciuilis absente parte non probet, secus tamen esset de æquitate Canonica, *Felin. in cap. si cautio, nu. 27. de fid. instrument. Gabr. de confess. conclus. 1. num. 46. Marant. in prax. par. 6. versic. quintus actus.*
11 Quia in Vrbe seruatur † ius ciuile, & rigor, attento statuto Ciuitatis *cap. 42. lib. 1.* & vlterius testes dati non
12 sunt contestes de † loco, tempore, & verbis, & agitur de materia obligatoria, non autem liberatoria, aut de
13 re, quæ pendeat à voluntate solius confitentis, in † quibus admittuntur leuiores probationes, vt *Gabr. d. conclus. 1. num. 30. 50. & 51. de confess.* latissimè comprobat.

Deniquè si ad præsumptiones recurratur, iam dictum
14 fuit in decisione, quæ reuidetur, † illas non releuare, & in sua specie esse imperfectas.

Non obstat, quod societas probetur etiam ex actis, qui
15 fieri solent, non nisi † à socijs, & dominis, nec fieri possint citra Ius, & nomen societatis, *Castr. consil. 73. nu. 1. & seqq. par. 2. Felic. de societ. c. 11. num. 12.* & probari dicebatur ex eisdem testibus asserentibus Ioannem Antonium liberè administrasse pecunias capsæ paruulæ, & omnia pro libitu suo in negocio gessisse, annuente Sancte.

Quia & prædicta conueniunt Procuratori, & institori,
16 † qui tamen semper subiacent censuræ reddendæ rationis,
17 sicut quilibet administrator, rei † aut negocij alieni *l. 2. ff. de negot. gest. Soccin sen. consil. 73. num. 1. & 2. Crauet. consil. 218. num. 1. Rot. decis. 30. numer. 4. & 187. numer. 1. coram Papa Gregor. XV. Magon. decis. Flor. 1. numer. 29. & 42. num. 1.*

Deficiente autem probatione societatis, superfluum est quærere de lucro Ioannis Antonij famuli, aut de præsum-
18 ptione Iuris, † an in dubio præsumatur lucrum in societate, nisi contrarium probetur, *ex Soccin. Sen. consil. 24. num. 41. lib. 1. & alij allegatis per Felic. de Societ. cap. 20. num. 12. & sequen.*

Et nihilominùs hæc præsumptio vrget semper contra administratorem, non autem pro eo, dum excipit de damno, vt interim non possit impedire consocium ad recupe-
19 randum sortem in societate positam, † quia contra administratorem extat præsumptio magis lucri, quàm damni.

Ex quibus omnibus iterum, Domini concluserunt, deficere in tutore iustam causam credendi, testatorem esse debitorem Ioannis Antonij, ad quem spectabat onus proba-
20 di societatem, & ex societate lucrum, † & sinè probatione non poterat compelli ad soluendum debitum.

Et ita, &c.

* Idest sub die 14. Ianuarij præteriti, & vide ibi in fine alias decisiones in hac causa.

R. P. D. PIROVANO.

Hortana Fideicommissi.

Die Veneris 3. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Masculinum, quando non concipiat fœmininum, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione veniunt etiam filiæ fœminæ.*
2 *Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filijs decesserint, expirat, si hæres relictis filijs decedat.*
3 *Masculinum non concipit fœmininum, quando testator discretiuè locutus est de masculis, & postea de per se fœminis.*
4 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*
5 *Masculinum non concipit fœmininum, quando sequeretur aliquod absurdum.*
6 *Monachus, si pendente lite, si aliquod fideicommissum ad eum spectet, vtrùm illud etiam non agnitum transmittat ad Monasterium.*
7 *Monasterium succedit in bonis Monachi.*
8 *Inter vocatos in fideicommisso collectiuè, semper inter eos intrat reciproca substitutio ad aliorum exclusionem.*

DECISIO CCXV.

Causa iterùm super eisdem proposita * Domini idem senserunt scilicet constare de fideicommisso ex testamento Iorij de Planis ad fauorem filiarum Bernardini, quæ sunt abneptes eiusdem fideicommittentis, quia testator expressè voluit, quod deficiente linea masculina quandocunquè sine liberis legitimis, & naturalibus in dictum casum, & euentum succedere debeant filiæ fœminæ, vt supra nascituræ ex filijs, & nepote hæredibus institutis, quales sunt hodiè filiæ Bernardini, extincta iam linea masculorum vocata.

Non obstat, quod hæc fœminarum vocatio posita fuerit sub conditione deficientis lineæ masculinæ, quandocunquè sine liberis legitimis, & naturalibus, quorum liberorum appellatione, cum † fœminæ etiam ex proprietate verborum comprehendantur, *l. liberorum ff. de verb. signif. Menoch. consil. 420. num. 26. Peregr. consil. 44 num. 1. lib. 1. & de fideicomm. art. 25. num. 8. cum alijs per Fusar. quæst. 326 per tot.* & Petrus Paulus vltimus ex masculis decesserit relicta Antonina filia dicebatur vel adhuc conditionem non esse purificatam ex quo istæ fœminæ habebant Antoninam eas excludentem, vel omnino conditionem defecisse; quia
2 Petrus Paulus decessit cum liberis † scilicet Antonina filia sequendo rationes *Oldrad. consil. 21.* passim per Rotam receptas.

Quia ex contextu eiusdem testamenti colligitur responsio nam testator paulò supra voluit, quod tam filiæ ipsius natæ, & superuiuentes, quam ex filijs suis, & nepote hæredibus vniuersaliter institutis, vel aliquo ipsorum nascituræ quoquomodo non possint succedere in eius hæreditate, & bonis, sed dotentur. Deinde limitando eandem suam dispositionem voluit, quod deficiente linea masculina quandocunquè sine liberis succedant fœminæ, vt supra nascituræ, ex qua discretiua dispositione, & vocatione, cum apertè constet etiam filias masculorum hæredum esse exclusas durante linea masculina vocatorum, & per consequens An-
3 toninam filiam Petri Pauli vltimi grauati exinde † venire non potest sub generali comprehensione verbi collectiui, tanquàm, quod fuerit illi particulariter prouisum scilicet de competenti dote, *Bald. in leg. multis ff. de stat. homin. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 55 Gabr. de verbor. signific. conclus. 6. num. 63. Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 45.* cum alij relatis per eundem *Fusar. quæst. 311. numero 37. & 95.*

Itaquè sensus erit, quod deficiente linea masculina idest vltimo grauato sine liberis masculis succedant fœminæ, vt euitentur absurda; quia aliàs testator vocasset fœminas vltimi masculi, & fœminas aliorum hæredum, illis non existentibus, & tamen voluit in casum extinctionis lineæ masculinæ, quod succedant fœminæ, nascituræ ex filijs, & nepote, in quorum numero Antonina posita est, & ita siue
4 extaret siue non extaret diceretur † vocata contra regulas non entis, cui qualitates applicari non possunt, *l. eius qui in Prouincia ff. si cert. pet. Surd. decis. 117. num. 6. & consil. 34.*
5 *num. 13. & 236. num. 15.* & ad euitanda † absurda semper sumitur interpretatio exclusiua fœminarum, *Alex. consil. 45 num. 12. lib. 7. Ant. Gabr. ead. concl. 6. num. 115. Menoch. præsumpt 84 num. 18. lib. 4.*

Non obstat, quod adhuc his positis solæ fœminæ filiæ Bernardini non sint vocatæ, sed insimul successio Antoninæ, vel eis qui hodie eorum personam repræsentant sit debita proportionabiliter, & æquis portionibus in stirpes, & non in capita iuxta tenorem testamenti ex quo ipsa Antonina, est de fœminis hæredum, quæ post testamentum nata est, & masculis extinctis, vocata cum alijs fœminis.

Quia si excipitur de sola existentia Antoninæ cum non probetur adhuc superuiuere euanescit exceptio, si vero contendatur ex persona Monasterij, in quo professionem
6 emisit, & pendente lite † obijt, & ius quæsitum per Antoninam in instanti mortis patris etiam non agnitum trans-
7 missum fuit *Gabr. consil. 121. num. 21. lib. 1.* succedatque † tanquàm capax *l. Deo nobis §. & hoc præsens Auth. de sanctis Episcopis*, adhuc Monasterium dictarum sororum vocationem quòad totam hæreditatem impedire non potest Antonina mortua, quicquid esset si adhuc viueret nam dato substituto, vt in præsenti vbi deficeret linea fœminina succedat Hospitale, vel fiat vnum Hospitale in Ciuitate Hor-
8 tana inter † fœminas collectiuè vocatas semper intrat reciproca substitutio, Monasterium excludens *Castr. in l. cum ita §. in fideicommisso num. 2. ff de legat. 2. Crauet. consil. 22. num. 24. Ruin. consil. 139. num. 12. lib 3. Menoch. consil. 420. num. 16. Barz. decis. Bononien. 6. num. 41.*

Et ita vtraquè &c.

* Proposita fuit hæc causa sub die 15. Decembris 1632. est decis. 162. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Romana præpositura.

Die Lunæ 6. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Tractatur de Extrauag. Iulij III. quæ est in antiq. Bullar. constit. 33. Circa apprehendentes possessionem beneficiorum à Sede Apostolica obtentorum literis non expeditis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Iulij III. annullat omnes prouisiones inferiorum collatorum literis non expeditis, obtentas.*

2 *Benefi-*

2 *Beneficium vacat ob retentionem plurium beneficiorum absquè dispensatione Apostolica.*

3 *Narrata, quando sunt plura alternatiuè, sufficit alterum verificare, & num. 4.*

5 *Constitut. Iulij III. in antiq. Bullar. 33. determinat, quod beneficio impetrato à Sede Apostolica, impetrans non posit ordinaria, vel quauis alia auctoritate possessionem beneficij apprehendere, nisi literis expeditis.*

6 *Et decernit eos, non possessores beneficiorum, sed meros, & nudos detentores, & violentos, ac sine titulo intrusos.*

7 *Beneficiorum impetratorum à Sede Apostolica, si possessio capiatur absquè literis expeditis de iure, & facto vacant, & possunt alijs conferri, & commendari.*

8 *Constitut. Iulij III. in antiq. Bullar. 33. inficit titulum, & possessionem annalem, & triennalem.*

9 *Negatiua probatur ex diligentijs factis in libris, vbi scriptum esse debebat, & num. 10.*

11 *Supplicationes dantur de stylo Curiæ sub die vacationis, etiam si post offerantur.*

12 *Ante supplicationem signatam de stylo præstatur consensus paruus.*

13 *Probatio non concludit data possibilitate contrarij.*

14 *Gratia dicitur perfecta admissa registratione.*

15 *Consensus plenè probatur per rogitum Notarij.*

16 *Constitut. Iulij III. in Bullar. antiq. 33. quando cesset.*

17 *De legis casu non est hæsitandum.*

18 *Decis. 369. par. 3. diuers. declaratur.*
Decis. in causa Placentina Capellaniæ, declaratur, & num. 18.

19 *Iurapatronatus Laicorum regulariter non cadunt sub reseruatione.*

20 *Extrauag. Iulij III. quibusuis verbis generalibus concepta, non comprehendunt beneficia de iurepatronatus.*

21 *Verba vniuersalia posita in lege omnia includunt.*

22 *Beneficia etiam de iurepatronatus in aliquibus casibus non possunt obtineri ab Ordinario, sed à Sede Apostolica propter dispensationes pluralitatis beneficiorum, & reseruationes pensionum.*

DECISIO CCXVI.

Dictum fuit gratiam Marci Antonij esse iustificatam. Tria enim in suis literis narrauit Primum Præposituram, de qua agitur vacare vti obtentam contra formam
1 † Constitutionis Iulij III. annullantem omnes prouisiones inferiorum collatorum post Apostolicam literis non expeditis obtentas.

Secundum eandem Præposituram vacare ob retentio-
2 nem † plurium beneficiorum absquè dispensatione Apostolicæ, ac demum quia Paulutius tempore præsentationis non erat actu Sacerdos, prout ex lege fundationis requi-
3 rebatur, ex quibus si vnum ex narratis iustificetur, † cum alternatiuè vacationes fuerint narratæ sufficit, *cap. in alternatiuis 70. de regul. iur. in 6. l. is, qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb dub. l. cum quærebatur, ff. iud. solu. l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. Surd. consil. 339. num. 10. 393 num. 9. & 426.*
4 *num. 26.* & in his terminis sufficere † alternatam, vel æquè principalem narratiuam in eadem tamen gratia tenuit Rota *coram me in Pacen. Canonicatus 4. Iunij 1612.*

Iustificari autem primam vacationem sufficienter visum fuit, quia Constitutio Iulij III. in antiquo Bullario 33. cla-
5 rè † determinat beneficio impetrato à Sede Apostolica literis non expeditis, impetrantem non posse ordinaria, vel quauis alia auctoritate possessionem beneficij apprehen-
6 dere † decernendo ipsorum beneficiorum non possessores, sed meros, & nudos detentores, & violentos, & si-
7 ne aliquo titulo intrusos, beneficiaquè ipsa † tanquam de iure, & facto vacantia alijs posse conferri, & commendari.

Et tamen Paulutius obtinuit prius supplicationem suæ prouisionis, seù institutionis Apostolicæ die 4. Iulij 1627. & die 5. immediatè sequenti consensit pensionibus in supplicatione reseruatis, qui consensus ne dum probatur ex ipsa narratiua supplicationis, ibi, *cuius ad hoc expressus accedit consensus*, sed etiam ex rogitu Notarij à tergo supplicationis notati, ac demum pro totali expeditione eadem supplicatio die 14. eiusdem mensis Iulij fuit missa ad registrum; Post hæc autem literis neque tunc, nequè in hac vsquè diem expeditis, sub die 19. eiusdem mensis Iulij obtinuit se institui ad eandem Præposituram per obitum Bonioannis vltimi possessoris, & die 21. eiusdem mensis Iulij possessionem beneficij adeptus est. Ex quibus omnibus cum appareat Paulutium post obtētam prouisionem Apostolicam vigore alterius prouisionis inferioris possessio-
8 nem accepisse literis non expeditis, semper intrat † Constitutio supradicta inficiens titulum, & possessionem etiam annalem, & triennalem, vt in terminis eiusdem Bullæ admisit *Rota coram sanct. mem. Clemente VIII. in Colonien. Canonicatus, quæ est 205. num. 3. par. 1. diuers.* & comprobant *Gonzal. ad reg. 8. glos. 15. in princ. num. 98. & Garz. de benef. par. 4. c. 2. num. 26.*

Nec dubitari potest de concludenti huius negatiuæ probatione, quod literę, neq; tunc ante adeptam possessionem, nequè in hanc vsquè diem fuerint expeditæ.

Qui dantur diligentiæ factæ in omnibus officijs vbi literæ expediuntur, & vlterius in Secretaria Breuium secretorum, cum attestationibus Officialium, quod similem expe-
9 ditionem non reperierint, † qui modus probandi negatiuam per diligentias quotidiè practicatur, *Dec. consil. 496. num. 7. Hercul. de prob. neg. nu. 167. & 176. Surd. decis. 231. num. 1. & 300. num. 11. Rot. decis. 139. num. 5. coram Papa*
10 *Gregorio XV.* & semper concludit probatio, † donec in contrarium nō probatur, quod aliunde potuerint literæ expediri, vt firmatum fuit in *decis. 287. num. 4. coram eod. Gregorio Papa XV.*

Non obstat consequentiam non esse necessariam, si dicatur, legitur in supplicatione, Data sub die 5. Iulij: Ergo præcessit prouisionem Ordinarij, quæ contigit sub die 19.
11 eiusdem, ex quo supplicationes † dantur in Curia de stylo sub die vacationis, etiam quod longè post offerantur,
12 *Put. decis. 2. de probat.* vel sub die præstiti consensus † parui, qui de stylo præstatur ante signatam supplicationem,
13 itaut data possibilitate contrarij † probatio non concludat, *c. in præsentia. de probat. l. non hoc, C. vnde legit. Rota decis. 262. coram Papa Greg. XV. cum alijs alleg.*

Quia etiam quod allegatus stylus esset attendendus tàm in primo, quàm in secundo casu; indubitanter tamen conuincitur veritas Datæ sub die 5. Iulij, ex eo quod supplicatio fuerit registrata die 14. dicti mensis Iulij, & sic ante institutionem, & Ordinarij prouisionem. Nam admissa regi-
14 stratione, † gratia dicitur perfecta, nec potest dubitari, quod aliquando supplicationes lacerentur; quia exeunt de manibus Datarij, *Sarnen. in reg. de iur. quæst. non toll. q. 6. num. 2. & q. 20. in fin. Paris. de resig. lib. 2. q. 24. num. 6. & 7. Gonzal. in reg. 8. glos. 15. §. 2. num. 33. Gonz. de benefic. par. 4. cap. 2. num. 16.*

Nec euitari potest huiusmodi præuentio ad effectum constitutionis supradictę, ex eo, quod supplicatio fuerit porrecta nomine Pensionariorum quasi Paulutio inscio, & ignorante legatur supplicatum.

Quia ex tenore supplicationis contrarium colligitur, in ea enim narrantur, quæ à Pensionarijs præcogitari non poterant, nempè ipsius Paulutij ætas, Doctoratus, & Beneficia, quæ obtinebat ad Scalas sanctas, & in Marsicana Diœcesi, & quod magis est super eadem supplica-

tione

15 tione præstitit consensum, qui † plenè probatur per rogitum Notarij, *Crauet.consl.65.num. 6. Couar. pract. quæst. cap.20. in fin. Caputaq.decis.421.part.2.*

Non obstat, quod Paulutius non obtinuerit possessionem vigore solius supplicationis signatæ, sed vigore institutionis Ordinarij, nulla habita relatione ad supplicationem,
16 † quo casu asserebatur non intrare constitutionem, *Rot: dec.369.par.3.diuers.in Aquilana Capella 25. Iunij 1610. coram bo.me.Penia, & in Placentina Capellania 21.Maij 1601. coram Card.Hieronymo Pamphilio.*

Quia hodiè non est quæstio de vacatione ob possessionem subsequutam, cum sola supplicatione, sed de eo, qui omisso titulo Apostolico, adit Ordinarium, vel alium inferiorem Collatorem, & expresse ex prouisione postea subsequuta capit possessionem, in quibus terminis expresè lo-
17 quitur Constitutio, & tanquàm de † casu legis non est hæsitandum, *l.illam, C.de collat.l. ancillæ, C. de furt. Osasch. decis.28.num.13. Surd.consl.333.num.12. Mandos.loquens de hac Constitutione regul. 27. de non iud. iuxta formam*
18 *supplicat.quæst.3.num.3.* propterea, quia in supradicta † *decis.369.* constabat de anteriori titulo habito ab Ordinario, & in Placentina Capellaniæ non constabat de anterioritate tituli Apostolici, meritò in vtroquè casu fuit resolutum, non intrare d.Constitutionem.

Deniquè fundamentum constitui non potest super qua-
19 litate beneficij de Iurepatronatus † laicorum, quæ regulariter non cadunt sub reseruationibus Apostolicis *Couar. pract.quæst.cap.36. Put.decis.311.lib. 1.in nou. Garz.de benef.par.5.cap.1.num. 590.* & per consequens dicebatur,
20 nec sub constitutione prædicta, quibusuis verbis † generalibus concepta, quæ non comprahendunt beneficia de Iurepatronatus, *Franc.in cap 2.num.8. de præben. in 6. Lap. alleg.96.num.3. cum alijs alleg.*

Quia verba Constitutionis sunt amplissima, ibi, *quomodocumquè, & qualitercumquè qualificatorum*, quæ cum
21 posita † in lege reperiantur, indistinctè omnia beneficia comprehendunt, etiam patronalia; modo, eadem ratio concurrat, *Caputaq. decis. 36.num.4. & seq. par. 3. Lambert. de iurepatr.par.2. lib.2.q.5. art. 11. Paris. de resign. lib.11.quæst.3.num.15.* Concurrere autem eandem rationem in beneficijs de iurepatronatus, sicut in alijs liberæ collationis, fraudandi, scilicèt emolumenta Principis, du-
22 bitari non potest, quia in multis casibus, beneficia † etiam de iurepatronatus non possunt obtineri ab Ordinario, sed à Sede Apostolica, propter dispensationes pluralitatis beneficiorum, & reseruationes pensionum, quæ omnia in Paulutio concurrebant; propterea non potuit consumpta vacatione per supplicationem signatam, & registratam, ea omissa adire Ordinarium pro institutione, & bursale emolumentum Principis fraudare, contra formam Constitutionis, in sui ratione omnia beneficia comprehendentis.

Quò verò ad alia narrata, scilicèt Clericatū, pensiones, quibus Præpositura reperitur grauata, & quod sit secunda dignitas, nempè prima post Archipresbyteralem, personalem residentiam non requirens, & Iurepatronatus Excellentissimæ familiæ de Perettis ex fundatione, & dotatione, & alia de quibus in literis, visum fuit non egere alia discussione, cum omnia iustificentur ex testibus, & authenticis scripturis datis in Summario Marci Antonij.

Et ita &c.

¶ In eadem causa adsunt infra aliæ decisiones scilicèt sub diebus 17. Martij 1634. & 7. Iunij eiusdem anni coram eodem R.P.D. Pirouano.

R. P. D. PANZIROLO.

Florentina Parochialis à Sala.

Die Veneris 10. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Plura notanda, circa materiam concessionis Iurispatronatus facta alicui, & ipsius filijs hæredibus, & descendentibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filijs alicuius, qui essent etiam illius hæredes, tunc requiritur in eis vtraquè qualitas.*
2 *Nomen, filij, iniunctum cum nomine, hæredes, absquè copula, &, illud restringit, vt non possit intelligi, nisi de hæredibus sanguinis, & vide num.* 8.
3 *Descendentium appellatione, veniunt, nedùm masculi descendentes, sed etiam fœminæ in infinitum.*
4 *Dictio, &, æqualiter copulat, vt idem sit de vno, quàm de altero ex copulatis.*
5 *Verbum, hæres, intelligitur, tàm de hæredibus sanguinis, quàm de extraneis, & num.* 12.
6 *In iurepatronatus, an succedat hæres extraneus.*
7 *Dictio, necnon, resoluitur in copulam, & repetit omnes qualitates præcedentes.*
9 *Emphyteusis Ecclesiastica, non transit ad hæredes extraneos, nisi expressè dicatur, vel ex coniecturis colligatur.*
10 *Emphyteusis Ecclesiastica ad alios, quàm ad liberos transire non potest.*
11 *Hæreditaria qualitas tertio gradui adiecta, debet esse eiusdem conditionis, prout aliæ antecedentes sunt.*
13 *Correctio incontinenti non est præsumenda.*
14 *Hæredes extraneos fratrum, velle præferre hæredibus extraneis proprijs absurdum est.*
15 *Decisiones in causa Florentina Subdecanatus coram R. P. D. Durano declarantur.*
16 *Iuspatronatus gentilitium, aut mixtum, nullo modo potest transire ad hæredes extraneos.*
17 *Iuspatronatus est indiuiduum, & est apud quæcunquè insolidum.*
18 *Portio deficiens per ius non decrescendi debetur superstitibus de familia testatoris, non autem transit ad extraneos.*
19 *Iuri non decrescendi est locus, quando vna portio deficit.*
20 *Iuspatronatus concessum alicui, & eius filijs hæredibus, & successoribus, tunc illi, qui succedere volunt, sufficit, quod sint hæredes primi donatarij.*
Et hoc mediante persona suorum antecessorum, licèt non sint hæredes vltimo loco defuncti. num. 20. vide numer. 21.

DECISIO CCVXII.

CVM in hac causa dubitaretur, an esset instituendus præsentatus à Dominis de Venturis, vel præsentatus à D. Octauia Cappona, & resolutio penderet ex discussione qualitatis iurispatronatus, an scilicet esset gentilitium, seù mixtum, vt prætendunt Domini de Venturis, vel

vel hæreditarium, vt asseritur pro parte D. Octauiæ; Causa, per quinquè vices proposita & maturè discussa, tandem sub die 21. Aprilis anni præteriti 1632. coram R.P.D. meo Queipo, * conclusum fuit, Cæsarem præsentatum à DD. de Venturis esse instituendum. Cui resolutioni, cum D. Octauia non acquiesceret, & D. meus Queipus in Hispaniã redijsset, proposita per me causa super eisdem, Domini cẽsuerunt, standum esse in decisis, attentis, & cõsideratis verbis confirmationis Alexandri VI. de anno 1493. emanatæ ad fauorem Antonij Puccij, & Laurentij Cardinalis eius filij, qui Antonius, & Laurentius vigore donationis Parochianorum Villæ S. Bartholomæi, d. Iuspatronatus acquisiuerant, licèt de ipsa donatione aliunde non appareat, quã ex d. confirmatione sub verbis sequentibus concepta, nimirum. *Antonio genitori tuo, tunc in humanis agenti, & ipsius Antonij filiis hæredibus, & descendentibus; Nec non tibi pro te, tuisquè fratribus, eorumdem què fratrum, & cuiuslibet eorum filijs, & hæredibus recipienti respectiuè liberaliter donarunt.*

Et quidem, quòad primam partem d. enunciatiuæ, quæ dirigitur in personam Antonij, visa est, quod clarè loquatur
1 de filijs, † qui essent etiam hæredes, & sic haberent vtramquè qualitatem, vt tradit *Paris. cons. 48. sub num. 9. & seqq. lib. 4. Guttier. cons. 2. num. 5. & cons. 4. num. 1. Seraph. decis. 604 num. 5.* & fuit dictum in *Romana Capellaniæ 4. Maij 1580. coram san. mem. Clemente VIII.* Attento præsertim,
2 quod nomen, † filijs, iniunctum cum nomine hæredibus, absq; copula, &, illud restringit, & magis qualificat, itaut non possit intelligi, nisi de hæredibus sanguinis, *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 90. vers. indè etiam infertur, C. de bon. mater. Aret. cons. 11. num. 15. & 22. Gabriel. cons. 69. n. 9. & 10. lib. 2. Rot. apud Reuerendiss. D. meum Coccin. decis. 137. sub num. 12. & in recent. part. 1. decis. 663. num. 17. versic. quod maximè procedit, Gratian. discept. 530. num. 44.* & fuit resolutum in causa *Imolen. bonorum 17. Iunij 1616. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Et prædicta confirmarunt ex eo, quod fortè ad tollendum æquiuocum, An nomine filiorum veniant nepotes, & alij descendentes, post illa verba, filijs hæredibus, additum
3 est aliud verbum, & descendentibus, † quorum appellatione ex proprietate sermonis veniunt, nedùm masculi descẽdentes, sed etiam fœminæ in infinitum, *Alex. cons. 160. nu. 2 vers. sed his non obstantibus lib. 2. Paris. cons. 72. lib. 4.* Quod quidem verbum intelligendum est de descendenti-
4 bus hæredibus, quia † dictio, &, æqualiter copulat, vt idem sit de vno, ac de altero ex copulatis, *l. si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. & l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis, Menoch. cons. 56. num. 35. Caned sing. 50. num. 8.* Et sic apparet donantium voluntatem fuisse etiam donãdi descentibus hæredibus, cum illud verbũ, hæredibus, sit quodammodo colligatum, cum prædictis verbis, filijs, & descendentibus.

Tota igitur difficultas reducebatur ad illa verba, quæ loquuntur de Laurentio, ibi, *Nec non tibi pro te, tuisq; fratribus, eorumdemq; fratrum, & cuiuslibet eorum filys, & hæredibus recipienti &c.* Cum enim verbum, hæres intel-
5 ligatur, † tam de hæredibus sanguinis, quàm de extraneis, quando agitur de re, quæ sit transmissibilis ad quoscumquè hæredes; Ideò contigit dubitari, quod ad succedendum in
6 iurepatronatu, † de quo agitur, sufficeret, an d. D. Octauia esset hæres extranea, non autem sanguinis, prout in emphyteusi tradit *Bart. in l gallus, § & si parente, ff. de lib. & posth. Alex. in l. sed si hac, § liberos, num. 3 ff. de in ius voc.* cum alijs pro parte D. Octauiæ allegatis.

Attamen; magis placuit Dominis contraria sententia in casu isto, quia prædicta verba confirmationis visa sunt continere eamdem penitùs dispositionem, quæ continetur in prima nominatione. Ex eo enim, quod omnes, quibus fuit facta donatio, sunt filij, & descendentes Antonij, pernecessè sequitur, quod non fuerunt contemplati, vt hæredes simpliciter, sed vti liberi, & ideò, ne dicatur, dispositionem
7 continere contrarietatem, † dictio illa, necnon, quæ resoluitur in copulam, repetit omnes qualitates præcedentes, *Bart. in l. Seio. §. Caio. ff. de fid. instr. Neuiz. cons. 72. nu. 14. Cas. de Grass. decis. 132. num. 5. Gonzal. reg. 8. glos. 5. §. 7. numer. 78. Gratian. discept. 70. num. 32. & discept. 147. numer. 18.*

Cum igitur, idem contineatur in prima, quod in secunda dispositione, ipsa secunda non alteratur, ex illis verbis, *Et cuilibet eorum filijs, & hæredibus*, ponderando dictio-
8 nem, &, † positam inter filios, & hæredes; quia, in hoc etiã casu, ex prędicta ratione, verbum, *Hæredibus*, censetur coniunctum, cum verbo, *Filijs*, etiam quod adsit copula, &, quia hoc loco non ampliat dispositionem, sed potius copulat vtramquè qualitatem, prout etiam censetur coniunctum stante copula, & in concessione emphyteusis Eccle-
9 siasticæ, † quæ de sui natura non est transitoria ad hæredes extraneos, nisi expressè dicatur, vel ex coniecturis colligatur, vt tradit *Bald. in l. 2. num. 14. & 15. de iure emphyt. Salyc in l 2. nu. 30. in fin. vers. interdum conceditur, C. eodem, Couar. var. lib. 2. cap. 18. num. 3.* vbi de communi, idem *Bald. cons. 455. lib 3. Paris. cons 48. sub num. 10. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 58. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 194. num. 4. Bero. cons. 95. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 44. num. 1. lib. 1. & cons. 56. num. 3. lib. 2.* vbi etiam de communi, *Surd cons. 395. nu. 12. lib. 3. Corbul. de caus. priuat. ob mor. ciuil. num. 5. Clar. §.*
10 *emphyteusis, quæst. 22. num. 27. & seqq.* vbi dicit quod, † ad alios, quam ad liberos transire non potest, *& quæst. 23. n. 22. Mant. de coniecturis lib. 8. tit. 14. n. 11. Franc. dec. 153. num. 13. Seraphin. decis. 604. sub num. 5.* vbi dicit contrariam opinionem Bartoli esse communiter damnatam, *Gratian. discept. 530. sub num. 43. Marescott. lib. 1. cap. 2. num. 19.*

Hæc autem corroborantur ex alijs vrgentissimis coniecturis, quarum vna est, quod Donatores respectu Laurentij, constituerunt tres gradus successionis in illis verbis, *Tibi pro te, tuisquè fratribus, eorumdemq; fratrum filijs, & hæredibus*; & tamen dum loquitur de Laurentio, & fratribus, non fit mentio qualitatis hæreditariæ, sed solum in
11 tertio gradu; Signum euidens, † quod qualitas hæreditaria adiuncta tertio gradui, ex intentione donantium, debuit esse eiusdem qualitatis, prout duæ antecedentes, nempè de hæredibus sanguinis, *Decian. cons. 31. nu. 97. in fin. lib. 1. Paris. cons. 57. num. 10 lib. 2. Menoch. cons. 958. nu. 8. lib. 4. præsumpt. 69. num. 10. Surd. cons. 241. num. 13. Rota par. 1. recent. decis. 193. num 4. Fusar. de substit. quæst. 339. n. 63.* Et ratio est, quia cum vocatio descendentium, & hæredum extraneorum non compatiantur, fit per necessè, quod ver-
12 bum hæres, † quod est commune ad extraneos, & ad hæredes sanguinis, restringatur, vt significet solum hæredes sanguinis, de quibus supra mẽtio facta fuit, ne aliàs donan-
13 tes, se immediatè † correxisse videantur, quod non est dicendum. *Soccin. Iun. cons. 57. num. 5. lib. 3.* & fuit resolutum in *Maceraten. Iurispatronatus 6. Nouembris 1628. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Alia etiam coniectura desumitur ex eo, quod cum Laurentius esset Sacerdos, non fuit stipulatus pro hæredibus proprijs, quod tamen verisimiliter fecisset, si voluisset vocare hæredes extraneos, sed solummodò stipulatus fuit pro hæredibus fratrum suorum, qui fortasse habebant vxores, & filios, & sic sub nomine hæredum, voluit solum compræhendere hæredes sanguinis. Aliàs sequeretur absur-
14 dum, quod Laurentius voluisset præferre † hæredes extraneos fratrum, hęredibus extraneis proprijs, ad quod euitandum, debet dici, intelligi debere de hæredibus sanguinis, non autem de extraneis, vt tradit *Bart. in d. l. gallus, §. & si parenti, num. 5. ff. de lib. & posth.*

Nec prædictis obstat, quod Iuspatronatus duarum dumtaxat Ecclesiarum fuerit donatum Antonio, illiusquè descendentibus sanguinis; reliquarum verò Ecclesiarum, Laurentio, & fratribus, eorumquè hæredibus, etiam extraneis, prout videtur posse colligi ex instrumento donationis dato in summario D. Octauiæ num. 2. Quia ex d. confirmatione Apostolica constat de contrario, nimirum, iuspatronat. omnium Ecclesiarum fuisse donatum Antonio pro filijs, hęredibus, & descendentibus, sicut etiam Laurentio, & fratribus; Vnde siuè velimus, quod iuspatronatus omnium Ecclesiarum, fuerit donatum vnico instru-

instrumento, siuè pluribus, hoc nihil ad rem, cum semper verùm sit dicere, quod Antonio competat iuspatronatus omnium Ecclesiarum, prout cantat confirmatio Apostolica, à qua non est recedendum, nisi constet de contrario per alia instrumenta; Instrumētum verò de nouo repertum, de quo d. Summario num. 2. nihil penitùs concludit, quia licet ex eo appareat, donationem duarum primarum Ecclesiarum fuisse factam Antonio, non tamen ex hoc argui potest, quod aliæ Ecclesiæ fuerint donatæ soli Laurentio, & pro hæredibus extraneis, nam hoc est mera diuinatio, stante d. enunciatiua confirmationis Apostolicæ.

15 Nec aliquid releuant decisiones factæ in † Florentina Subdecanatus 22. Maij, & 20. Decembris 1628. coram R.P.D. meo Durano. Quia Subdecanatus est in diuersa Ecclesia, nec est de beneficijs compræhensis in donatione, de quibus loquitur dict. confirmatio, & de quibus hodie est quæstio.

Quibus sic firmatis, crediderunt Domini, quod Rubertus de Puccis Iunior, non potuit instituere D. Octauiam extraneam, ad effectum, vt ei competat iuspatronatus gentili-
16 tium, † aut mixtum, quod nullo modo potest transire ad hæredes extraneos, quousquè superest aliquis de familia.
17 Nam, † cum iuspatronatus sit indiuiduum, est apud quemcumquè insolidum, *glo. in cap. 1. vbi Abb. num. 6. & 7. de iu-*
18 *repatr.* Portio † enim deficiens per ius non decrescendi debetur superstitibus de familia testatoris, non autem transit ad extraneos, iuxta tradita per *Ioann. Andr. in Add. ad Specul. in rub. de feud. col. 2. versic. propter hoc, Ias. in leg. re coniuncti num. 272. ff. de leg. 3. vbi Rip. num. 125. & 158.* & fuit dictum in *Aretina Capellaniæ* 1. *Iunij* 1584. *coram bonæ mem. Bubalo.*

Quæ quidem conclusio de plano procedit in casu isto, quia Donatores non diuiserunt voces; quando enim illas diuisissent, & vnam lineam alteri non substituissent, non
19 esset locus iuri non decrescendi, † quia tunc illi locus est, quando vna portio deficit, vt per *Doctores in rub. C. quando non pet. part. & in l. re coniuncti, vbi Ias. num. 220. de leg. 3.* & fuit dictum in allegata *Aretina Capellania, coram bon. mem. Bubalo.*

Deniquè non obstat, quod Venturij non sint hæredes
20 Roberti Iunioris. Quia sufficit † quod sint hæredes primi Donatarij mediante persona suorum antecessorum, licet non sint hæredes vltimo loco defuncti, vt est magis communis opinio, de qua *Clar. § feudum, quæst. 9. num. 5. in fin.* latissimè post alios, quos cumulat *Blas. Robles Salzedo de repræsentat. lib. 3. cap. 18. nu. 112.* quicquid dicat *Surd. consil. 317. num. 9. & consil. 475. num. 9.* Et hanc opinionem tenuit *Rot. in Paduana feudi 4. Februarij* 1602. *coram bon.*
21 *mem. Cardin. Lancellotto.* Et opus † esset, vt ad effectum, quod non possent succedere, quod hæreditas fuisset delata, & repudiata, vt fuit resolutum in *Taruisina feudi* 14. *Iunij* 1628. *coram Reuerendissimo Dom. meo Coccino Decano.*

Ex quibus (parte vtraquè informante) visum fuit iuspatronatus esse mixtum, & propterea Cæsarem præsentatum à Dominis de Venturis esse instituendum, cum ipsi sint ex descendentibus: non verò præsentatum à Domina Octauia, quæ est hæres extranea &c.

* Est decis. 112. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. Abbatiæ.

Die Lunæ 13. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Discutitur illa regula, quod producens vnū titulum, ex hoc oritur præsumptio, vt meliorem titulum non habeat. Titulorum multiplicitas, & in beneficialibus admittitur, & etiam in prophanis aliquādo datur iuspatronatus qualiter probetur ex fundatione, & dotatione.

SVMMARIVM.

1 *Ex productione vnius tituli oritur præsumptio, quod producens non habeat meliorem, & num. 7.*
2 *Text. in cap. dudum, de decim. quando habeat locum.*
3 *Titulum meliùs est non producere, quàm infectum, aut inualidum producere.*
4 *Quod procedit, quando ab eodem produceretur volente titulum iustificare, secus verò si à tertio, cōtra quem potest semper excipere se alium titulum habere.*
5 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica, plenè probat.*
6 *Quodquè multò magis procedit concurrentibus adminiculis.*
8 *Actor vt probet suam intentionem, probatio debet concludere per necessè.*
9 *Confessio non releuat, quæ de necessitate non concludit.*
10 *Dominij multiplicitas non potest concurrere in eodem subiecto.*
11 *Concessio in totum dicitur gratiosa, quando illud, quod datur, non æquiualet concessioni, num. 13. & 29.*
12 *Ecclesia etiam eo casu, quo est dotata, an admittitur acquisitio iurispatronatus ex dotatione.*
14 *Titulorum multiplicitas in beneficialibus datur, & hæc est indubitata iuris conclusio.*
15 *Titulorum multiplicitas in prophanis aliquando datur, nempè à principio, quando simul concurrunt.*
16 *Item, quando pinguius prouideretur per secundam causam, quàm per primam.*
17 *Item, quando dubium est de prima, an possit durare, tūc res mea potest ex noua causa acquiri.*
18 *Item, quando tituli non concurrunt, quoad ius creādum, sed ad illud confirmandum, & defendendum, quia tunc tanquam diuersa possunt concurrere, nec eliduntur vnum ab altero tanquàm contrarij.*
19 *Dominus semel, non potest effici iterum Dominus.*
20 *Actor, licet non possit iuuari alio titulo, quàm intentato, agendo, benè poterit iuuari, defendendo, & sic per viam exceptionis.*
21 *Titulorum multiplicitas admittitur, quando simul cōcurrere possunt, & non contrariantur.*
22 *Iuspatronatus benè probatur ex fundatione, & dotatione ex continuata quasi possessione præsentandi vltra 100. annos, in personis priuatis.*
23 *Patronum illum non potest negari esse, cuius antecessores, iam per centum annos præsentarunt, & hæc conclusio semper in Rota fuit recepta, num. 24.*
25 *De Obseruantia continuata præsentandi, quando non possit dubitari.*
26 *Actus præsumitur gestus vigore tituli præambuli.*
27 *Obseruantia magis interpretationem recipere debet, ab alia præcedenti, & proxima, an clara, quàm à præsumpta, & incognita.*
28 *Illatio numquàm admittitur ex diuersis.*
30 *Iurepatronatus Laicorum, quibus non est derogatum,*

 remanent

remanent ex fundatione, & dotatione, à regulis in eorum contextu exempta.

31 *Priuilegio concesso ex causa onerosa, quando Papa soleat derogare.*

32 *Prouisiones nullæ, & correctæ non habentur in consideratione.*

33 *Ex scripturarum coniunctione declaratur facti veritas.*

34 *Iuspatronatus dignoscitur fuisse concessum ex priuilegio, dum in omnibus prouisionibus, dicitur ex priuilegio Apostolico, vide, num. 35.*

36 *Priuilegium Apostolicum impetrari potest tempore fundationis iurispatronatus pro consensu Papæ, vti Ordinarij Ordinariorum.*

37 *In Ecclesia Regulari, ad hoc vt possit reseruari Iuspatronatus, requiritur priuilegium Apostolicum in limine fundationis.*

Nec per illud tollitur qualitas fundationis, & dotationis, num. 37.

38 *Iuspatronatus, quod sit ex fundatione, & dotatione, præsumitur ex obseruantia, & præsentationibus.*

39 *Ab Actu, cui ius resistit, non potest sumi interrumptio præscriptionis, nec cursus obseruantiæ.*

40 *Iuribuspatronatus Laicorum ex priuilegio Apostolico ratione dotationis concesso, hactenus in aliquo non reperitur derogatum, & vide num. 43. 46. 47. 48. & 50.*

41 *Possessionis causam mutare licet ex titulo superuenienti.*

42 *Possessionis causa mutari potest ex titulo superuenienti, absquè alia declaratione.*

44 *Obseruantia noua aliqua non potest dici, si constet ab initio ita fuisse obseruatum.*

45 *Consuetudinis continuatio ad hoc vt releuet, debet esse clara, & certa, non autem dubia, & incerta.*

49 *Patronatibus Principum per regulas non solet derogari.*

51 *In Iurepatronatus materia, stante centenaria consuetudine potest allegari priuilegium Apostolicum, & quilibet titulus possibilis, & fauorabilis ad sustinendum Iuspatronatus, & num. 53.*

52 *In Iurepatronatus, si ab initio requireretur positiua probatio dotationis, vel fundationis, stante centenaria consuetudine præsentandi, frustra recurreretur ad præsumptum titulum ex d. consuetudine.*

DECISIO CCXVIII.

VAcante huiusmodi Abbatia de anno 1622. mense Iulij per obitum Ioannis Baptistæ Pallauicini, de eadem Dom. Ciprianus ab Ordinario Ianuen. fuit prouisus ad præsentationem Babilani Pallauicini eius Patris, vnici (vt asserebatur) patroni, possessione tunc subsequuta, & de eadem Abbatia, tanquam de reseruato ratione mensis, fuit prouisus à Sede Apostolica bon. mem. Cardinalis Gozadinus, eoquè defuncto ante adeptam possessionem, Sanctissimus D. N. illam motu proprio concessit R. P. D. Saulio; Causa postmodum in hoc sacro Tribunali introducta, eoquè petente immitti, & D. Cipriano de patronatu excipiente, primò sub die 24. Maij 1624.* responsum fuit constare de Iurepatronatus, ex literis Leonis X. de anno 1513. qua resolutione reuisa, quia decisio firmabat ex productione literarum Leonis per Babilanum coram Ordinario Ianuen.
1 facta, inde oriri consequentiam, † quod nullum meliorem titulum habebat sequendo dictum *Innocent. in capit. dudum, de decim.* Domini sub die 5. Martij 1625.* in iam resolutis permanserunt, addito tamen, posse D. Ciprianum iuuari alio titulo, de cuius releuantia reseruarunt videre in separata disputatione, exindè posita hac parte reseruata sub die 13. Iunij eiusdem anni 1625.* responsum fuit, constare de alio titulo, qui suffragatur Cipriano, & cum hac resolutione emanauit sententia Rotalis, de cuius validitate, & iustitia dum quæreretur in gradu appellationis, sub die 14. Decembris 1626.* propter diuersas Dominorum sententias dilata fuit resolutio, & sæpius in sequentibus annis causa reproposita, indecisa remansit. Deniquè hodiè iterum eodem dubio accuratè examinato, conclusum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, quia D. Ciprianus, non obstante productione literarum Leonis in partibus coram Ordinario facta, potest alio titulo iuuari, & titulus ab eo allegatus illi suffragatur ad excludendam reseruationem in hoc iudicio adipiscendæ per R. P. D. Saulium intentato.

In facto enim verùm est, quòd præsentatus Reus est, & possessor, & in iudicio Rotali literas Leonis X. non produxit; sed prouisus Apostolicus processum coram Ordinario, cum quo fuit Ciprianus institutus, exhibuit; vnde, eo excipiente de patronatu ex fundatione, & dotatione, diuerso à patronatu ex causa augumenti tertiæ partis, vt literæ Leo-
2 nis X. concedunt, audiendus est: quia regula, & † seù præsumptio, *cap. dudum, de decim.* de exhibente titulo infecto, & inualido, eo tantùm casu procedit, quando à possessore in eodem iudicio, & inter easdem partes, & ad eundem effectum producitur, & in eo se tuetur; non autem quando ab alio, & seù aduersario in alio iudicio, & ad fundandam ipsius intentionem pro exclusione iurium rei conuenti, exhibetur; ita distinxit *Rota apud Crescen. decis. vlt. de probat.*
3 dicens, † quod etsi meliùs sit titulum non producere, quàm infectum, aut inualidum producere; attamen illud proce-
4 dere, † quando ab eodem produceretur, volente titulum iustificare; secus si à tertio, contra quem potest semper excipere se alium titulum habere; & exindè cum hac distinctione in alijs causis respondit *in Cæsaraugustana de Magella 8. Nouembris 1589. coram bon. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, & 731. num. 19. par. 1. diuers. 489. num. 4. par. 2. recen. in causa Casalen. Canonicatus 14. Maji 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & 353. num. 13. coram Papa Gregor. XV.* Nec informantes pro prouiso Apostolico dissentiunt ab hac declaratione, sed se fundant in confessione, ac ratificatione, & commodo ex institutione, & possessione, literarumque Leonis X. productione per præsentatum reportata, qui actus dicebantur referendi ad tacitam exclusionem melioris tituli.

Non obstat igitur replicatio exclusionis melioris tituli ex actibus prædictis subsequutis, ex quibus quàmuis extraiu-
5 dicialibus, † & parte absente emanatis; nihilominùs de æquitate Canonica plenè exclusio probata dicebatur, *Gabr. de confess. conclus. 1. num. 46. Put. decis. 12. lib. 2. in nou.*
6 *Achill. de confess. decis. 1.* maximè (vt dicebatur) † concurrentibus adminiculis, *Curt. sen. consil. 70. num. 3. Natt. consil. 547. num. 24.*

Quia Pallauicinus non negat Priuilegium Leonis X. nequè illius existentiam; sed impugnat consequentiam, quòd
7 meliorem † non habeat titulum, & eo vti non possit, excipiendo contra prouisum Apostolicum, & satis operatur hęc confessio ex productione literarum prædictarum coram Ordinario resultans in agnoscendo titulum ex causa augumenti tertiæ partis, absquè eo, quod desumatur exclusio al-
8 terius tituli; quia hoc non includitur † pernecessè, prout desideratur in actore ad illius intentionem fundandam, *l. non hoc. C. vnde legitimi, c. in præsentia, de probat. Bald. in l. ad probationē, la seconda. C. eod. tit. de probat. Natta cons. 520. nu. 13. Becc. cons. 52. n. 101. Surd.* latissimè comprobans *cons.*
9 *5. nu. 45. & seq.* & dicens, quod † ex confessione desumi non potest fundamentum, quando assumptum non includitur pernecessè, sequendo interpraetationem in fauorem confitentis, prout de iure tenemur, *Butr. in c. ex literis, il primo in fine, de sponsal. Dec. consil. 278. num. 10. & 493. num. 16. Marant. in praxi par. 6 tit. de confess. num. 32.*

Nequè

Nequè potest desumi argumẽtum ab impossibili, quòd scilicet, dato patronatu ex causa augumenti tertiæ partis, alter dari non possit ex causa totalis, vel coæqualis dotationis, tàm propter narratiuam literarum Leonis, quàm
10 incompatibilitatem † multiplicitatis dominij in eodem subiecto, per regulam *l. prima §. ex pluribus, ff. de acquir. poss. & c. inter dilectos, de fid. instrum.*

Nam etsi narratiua literarum Leonis videatur præsupponere dotationem primæuam, dum exprimitur valor in ducatis 150. de Camera, & priùs huiusmodi Monasterium reperiatur adnotatum in libris Cameræ in florenis 42. cum duobus tertijs, ac etiam fundationem, & constructionem, cùm iam esset fundatum, & constructum, dum pauperes, & miserabiles personæ in hospitali recipiebantur, secundùm
11 earundem literarum narratiuam, & indè † dicatur, quòd datum æquiualeat concessioni, solùm eo casu, quod Ecclesia totaliter dotatur, aliàs concessio reputatur in totum gratiosa, *Rot. decis. 457. num. 17. par. 1. diuers. & 58. num. 8. par. 1. recent.*

Attamen hoc non tollit possibilitatem tituli coæqualis dotationis, quæ desumitur ex æqualis dotis constitutione,
12 nam eo casu, etiam quòd † Ecclesia sit dotata, admittitur acquisitio patronatus ex dotatione, propter causam onerosam, quæ prouenit ex iustitia, non autem ex gratia, vt ponderatum fuit in *Perusina de Confinio 3. Decembris 1596. coram Papa Clemente VIII.* idem fuit determinatum in *Valentina Beneficij de Carlet. 4. Maij 1601. coram Cardinali Horatio Lancellotto, & in Cæsaraugustana Parochialis de Maella, versicul. in nostro autem casu, 6. Nouembris 1617. coram* D. meo Decano, ac comprobant *Garzias de benefic. par. 5. cap. 9. num. 120. & 127.* vbi ponit per extensum decisionem Valentinam de Carlet. & *Adden. ad decis. 397. Papa Gregorio XV.* easdem decisiones referunt, admittuntquè coæqualitatem dotis; nec contradicunt possibilitati huius tituli *decis. 58. & 88. par. 1. recent.* quæ fuerunt factæ in causa *Compsana Iuspatronatus coram bon. mem. Litta, & 457. par. 1. diuers.* quia firmant tantummo-
13 dò, quando illud, quod datur † non æquipollet concessioni, Iuspatronatus remanet ex priuilegio, quod admitti potest, sed quando æquipollet, non negatur acquisitio Iurispatronatus ex dotatione, prout in eum modum allegatæ decisiones declarantur in eadem *Cæsaraugustana de Maella.*

Cessat similiter incompatibilitas ratione multiplicitatis
14 dominij, quia in beneficialibus indubitata † est conclusio, dari titulorum multiplicationem, *Cassad. decis. 21. nume. 5. super regul. Selua de benefic. par. 3. q. 19. num. 2. Caputaq. decis. 339. num. 5. par. 1. & 305. par. 3.* & pro indubitata admisit *Rota in causa Mutinen. Plebis, seu Iurispatronatus, 27. Iunij 1625. coram D. meo Decano.*

In prophanis autem in multis, eadem conclusio proce-
15 dit, qui conueniunt possibilitati, & vsui tituli allegati † nempè quando à principio simul concurrunt, *Bartol. in l. 3. §. ex pluribus, num. 9. ff. de acquir. possess. Ias. in §. sic itaquè, num. 16. Inst. de act. Dec. & Cagnol. in l. non vt ex pluribus, de*
16 *regul. iur. Surd. consil. 305. num. 56.* similiter quando † pinguius subueniretur per secundam causam, quàm per primam, *Felin. in capit. inter dilectos, num. 18. de fide instrument.*

17 Tertiò, quòd magis conuenit casui controuerso, † quando esset dubium de prima causa, an posset durare, tunc res mea potest ex noua causa mihi acquiri, *Oldrad. consil. 23. in fine Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glos. 7. num. 69. Surd. eod. consil. 305. num. 59.* ac demùm, quando tituli non con-
18 currunt quòad ius † creandum, sed ad illud confirmãdum, & defendendum: quia tamquàm diuersa possunt concurrere, nec eliduntur vnum ab altero, tanquàm contrarij, *Abb. in cap. Abbate, num. 11. de verbor. signific. Dec. consil. 271. In casu transmisso de Hispania, quod ponitur cum altero reddito Florentiæ, num. 19.* & ideo si non possit se iuuari
19 alio titulo agendo ex eo, † quòd semel Dominus non possit effici alter Dominus, bene tamen poterit iuuari defen-
20 dendo, † & sic per viam exceptionis.

Quare, siuè iste materia Iurispatronatus dicatur beneficialis, siuè prophana, semper Pallauicinus poterit iuuari alio titulo, nedum, quia prima causa ex literis Leonis redditur dubia *ex Constitutionibus Innocentij VIII. Adriani VI. & Tridentini Concilij,* verùm etiam, quia se defendit, & excipit contra prouisum Apostolicum de titulo sibi competenti ex centenaria consuetudine præsentandi, qui
21 non contrariatur concessioni Leonis X. sed † cum eo concurrere potest, vt firmat idem *Dec. d. consil. 271. num. 19. & allegata decis. Mutinen. Iurispatronatus, coram D. meo Decano,* & bene comprobant *Ganzal. super reg. 8. glos. 53. num. 45. & seqq.*

Principalis ergo difficultas reducitur ad probationem tituli, ex quo Pallauicinus possit iuuari ad sustinendum Iuspatronatus in regulis reseruatorijs non compræhensum, quam Domini existimarunt cessare, ex præsentationibus effectuatis, & obseruatis spatio centum annorum, & vltrà, nempè ab anno 1514. vsque ad annum 1622. quo contigit vltima vacatio, per quam Pallauicinus obtinuit pręsentationem, & institutionem ab Ordinario Ianuensi.

Vera enim est & recepta conclusio, ex continuata quasi
22 possessione pręsentandi vltra centum annos † probari Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, cùm simus in personis priuatis, *Abb. in cap. quærelam, num. 9. in fine de elect. Federic. de Sen. consil. 234. colum. 3. versicul. sic ad propositum,* dicens, negari non posse illum esse patronum cuius
23 † antecessores iam per annos centum præsentauerunt, cuius dictum refert, & sequitur *Cassad decis. 2. num. 5. de probat. Gabr. consil. 192. num. 9. & 198. num. 5. lib. 2. Dec. consil. 174. num. 4. Paris. consil. 114. num. 4. lib. 4.* & hæc conclusio
24 in hoc sacro Tribunali † semper fuit recepta, vt patet ex *decis. 211. num. 1. 312. num. 4. part. 1. recent. & in Parmen Prioratus, 23. Iunij 1621. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleuciensi,* in qua aliæ decisiones allegantur. Nec dubitari
25 potest de obseruantia continuata † pręsentandi, quia dantur tres præsentationes effectuatæ, nempè de anno 1514. 1528. 1583. quæ vltima durauit vsquè ad annum 1622. in qua Babilanus pater præsentauit Ciprianum filium.

Nequè obstat, quod tempus absquè obseruantia non suffragetur, obseruantia autem ex præsentationibus deducta non possit referri ad alias literas; quam Leonis X. nedum
26 † ratione tituli præambuli veri, & non præsumpti, & de quo tunc non apparebat, *glos. in l. quædam, mulier. ff. de rei vendic. Becc. consil. 6. num. 6.* sed etiam ex coniecturis, & præsumptionibus; dum Babilanus senior tanquàm primogenitus vocatus in literis Leonis præsentat in sequentibus, & Hector ex patronis descendentibus, vigore literarum eiusdem Leonis, de anno 1528. præsentatur, pos-
27 sessione subsequuta, † itaut obseruantia magis interprætationem recipere debeat à præcedenti, & proxima, ac clara, de qua constabat, quàm à præsumpta tunc incognita, *Seraphin. decis. 491. num. 1. & 626. num. 1.* cum alijs allegatis.

Quia ex eisdem supra allegatis, tunc sumitur interpretatio ex præcedenti titulo, quando non constat de alia causa,
28 sed si de ea † constet, cessat relatio quæ nunquàm admittitur ex diuersis. *l. Papinianus, §. exuli, ff. de minor. Ruin. cons. 174. num. 4. lib. 1. Rota diuers. decis. 262. nu. 1. par. 2.* diuersa autem est concessio Leonis anni 1513. ex causa tertiæ partis augumenti, ab ea, quæ præsuppon tur in prouisione eiusdẽ Leonis de anno sequenti 1514. scilicet de Iurepatronatus Laicorum ex priuilegio Apostolico, cui non est hactenùs in aliquo derogatum, nam prima subiacet regulis, propter Constitutionem Innocentij VIII. emanatam de anno 1485. de qua fit mentio per *Modern. de re beneficiaria lib. 2. qu. 8. num. 14.* quandoquidem patronatus ex causa, tertiæ partis
29 augumenti non æquiualent concessioni, & vbi † non æquiualent, concessio in totum reputatur gratiosa, & subiacet regulis, *Rot. decis. 457. num. 17. par. 1. diuers. & decis. 58. & 88. par. 1. recent.* Secunda verò non subiacet regulis reseruato-
30 rijs, quia Iurapatronatus laicorum, quibus † non est derogatum, remanent ex fundatione, & dotatione à regulis in earum cõtextu, exempta, & ex hac assertiua Papæ, propter non derogationem, innuitur esse ex fundatione, & dotatione, vt in his terminis declarat *Paris. consi. 114. num. 4. lib. 4. Gabr. cons. 192. num. 9. lib. 2.* aliàs consequentia non tene-

31 ret, quia Papa in totum † derogaret, quando non habeat
supradictam qualitatem, *Put. decis. 382. in correct. lib. 2. Se-
raphin. decis. 518. numer. 6.* Cessant pariter coniecturæ, &
præsumptiones deductæ ex prouisione Hectoris, cum as-
sertiua literarum Leonis X. de anno 1513. quia tamquàm
32 nullæ, † & ab eodem Hectore correctæ, & reuocatæ, vt in-
fra dicetur, non potest certum desumi relationis argumen-
tum, maximè, quia in subsequentibus prouisionibus anni
33 1528. & 1583. idem repetitur, prout in prima, & sic † ex
coniunctione scripturarum, vt dicit *Seraphin.* allegatus in
decis. 491. & 626. declaratur facti veritas.

Quòd si replicetur adhuc, patronatum dignosci fuisse
34 concessum ex priuilegio, dum in omnibus † prouisionibus
dicitur, *ex priuilegio Apostolico*, quod exindè reuocatum
fuit *ex regula Adriani VI.* edita de anno 1522. & ex *Conci-
lio Tridentino, cap. 9 sess. 25.*

Respondetur necessariam non esse consequentiam, pri-
35 uilegium Apostolicum fuit concessum, ergo † patronatus
non potest esse ex fundatione, aut totali, & seu æquali dota-
36 tione, cum potuerit † impetrari priuilegium tempore fun-
dationis pro consensu Papæ, vti Ordinarij Ordinariorum,
vt dicit *Gabr. consil. 192. num. 9. lib. 2.* sed propterea in hoc
37 necessarium † erat priuilegium, cum versemur in Ecclesia
regulari, in qua requiritur priuilegium Apostolicum in li-
mine fundationis, nec per illud tollitur qualitas fundatio-
nis, & dotationis, *Put. decis. 382. lib. 2. in nou. Rota decis. 572.
num. 1. & 573. num. 3. par. 4. diuers.* quod quidem etiam
38 præsumitur † ex obseruantia, & præsentationibus prædi-
ctis, vt in causa *Regien. Prioratus 9. Maij, & 23. Iun. 1583.
coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio.*

Demùm non obstat, quod iste cursus centenarius proba-
ri non possit per Pallauicinum, nec minùs vniformis obser-
uantia continuata, & probatus, non possit allegari propter
qualitatem huius Abbatiæ, anteriorem statum libertatis re-
spicientem.

Quia quoad metam temporis centum annorum benè
probatur ex tribus præsentationibus datis ab anno 1514.
vsquè ad annum 1622. quo contigit vltima vacatio, quæ
centenaria non fuit interrupta per Hectorē de anno 1528.
institutum, vigore priuilegij eiusdem Leonis concessi de
anno 1513. itaut ab eo anno citrà numerus centenarius per-
fectus non remaneat, quia cum præsentauerit se ipsum co-
ram Ordinario, & sub illa præsentatione obtinuerit institu-
39 tionem tamquàm ab † actu, cui ius resistit, *cap. finali de in-
stit. Dec. in cap. licet de euitanda, num. 18. de elect. Cassad.
decis. 18. num. 3. de præben.* non potest desumi interruptio
præscripti, neq. è cursus obseruantiæ *per regulam non præ-
stat, de regul. in 6 Rot. decis. 689. in fin. par. 1. recent.* & quod
magis est, idem Hector, narrando hæsitationem suæ præ-
sentationis sub alia narratiua diuersa, quòd Monasterium
huiusmodi esset de iurepatronatus laicorum, scilicet fami-
liæ Pallauicinorum ex fundatione, & dotatione, obtinuit
nouam prouisionem à Clemente VII. & deindè anno se-
quenti eamdem Abbatiam resignauit Cipriano seniori,
40 cum narratiua, *quod erat † de Iurepatronatus laicorum, ex
priuilegio Apostolico, ratione dotationis concesso*, cui non
est hactenus in aliquo derogatum, ex quibus infertur nedū
suum errorem correxisse, quod potuit. *Put. decis. 136. lib. 3.
in nou. Rota in Mutinen. Plebis 27. Iunij 1625. coram D.*
41 *meo Decano*, sed etiam ex hac † vltima valida prouisione,
possessionē sibi mutasse, *Put. decis. 441. in nou. lib. 1. Achill.
decis. 4. de caus. possess. & propr. Mantic. decis. 71. num. 1.*
cum alijs allegatis in *Alexandrina Archipresbyteratus,
18. Iunij, & 24 Nouembris 1627. coram D. meo Merlino*,
42 & eam † mutationem fuisse factam absque alia declara-
tione, firmatur in *Cæsaraugustana de Maella 8. Nouemb.
1599. coram Card. Pamphilio seniore.*

Ex hac autem declaratione consequitur vniformis ob-
seruantia cœpta de anno 1514. tamquam de patronatu lai-
43 cali, † cui per regulas non fuit derogatum, & continuata
44 vsque ad annum 1622. quę non erit noua † obseruantia at-
tento initio, quamuis possit dubitari, an sit noua possessio, ad
effectum regulæ de triennali, vt existimat Probus ad Mo-
nachum in *cap. licet Episcopus num. 4. de præben. in 6.*

Nec alia deffomitas in verbis ad euitandam continuatio-
45 nem consuetudinis visa fuit releuans, † quasi incertum sit,
quid fuerit obseruatum, vt ponderat *Surd. per alios consil.
393. num. 23. lib. 3.* licet enim prima institutio de anno 1514.
46 simpliciter dicat, *ex priuilegio Apostolico*, cui non † est ha-
ctenus in aliquo derogatum, sequentes verò de anno 1528.
1583. dicant *ex priuilegio Apostolico ratione dotationis*, cui
non est hactenùs in aliquo derogatum, attamen illa verba
ratione dotationis, non mutant substantiam gratiæ possibi-
47 lis, & præsumptæ, sed magis illam declarant, quia † tantum
est dicere, *de Iurepatronatus ex priuilegio Apostolico*, cui
hactenus in aliquo non est derogatum, quantum exprime-
48 re *ex priuilegio Apostolico ratione dotationis*, † cui non
est hactenus in aliquo derogatum, quia sufficit, quòd expri-
matur per regulas non fuisse derogatum, dum hoc contin-
49 gere non possit, nisi in † patronatibus Principum, quibus
per regulas non solet derogari, vel in priuatis inferiorum
laicorum, ex priuilegio ratione dotationis, vel fundationis,
50 † quibus similiter non fuit derogatum, vt declarat *Put. de-
cis. 382. lib. 2. in nouis. Couarr. pract. q. c. 36. num. 5. Gonzal.
glos. 29. in fine ad regul. 8.*

Denique titulus possibilis ex coæquali dotatione semper
allegari poterit, etiam quod constet de statu libero anterio-
ri, ex quo, prout in immemorabili, concurrente centenaria
51 consuetudine, † in hac materia Iurispatronatus potest alle-
gari priuilegium Apostolicum, & quilibet titulus possibilis,
& fauorabilis ad sustinendum Iuspatronatus. *Rota decis.
254. num. 10 par. 3. diuers. & 312. num. 4. par. 1. recent.* quòd
52 † si requireretur ab initio positiua probatio dotationis,
aut fundationis, frustra recurreretur ad præsumptum titu-
lum ex centenaria consuetudine præsentandi desumptum,
& de possibilitate tituli ab initio dubitari non potest, quia
sicut Leo X. concessit priuilegium ex causa augumenti ter-
tiæ partis dotis, ita eadem die, eodem mense, & anno potuit
aliud concedere, ex causa coæqualis dotationis, quod ho-
53 die ex † decursu temporis præsumitur, & huic familiæ de
Pallauicinis Domini existimant legitimè deberi.

Et ita omnibus Dominis votantibus fuit conclusum.

* Decis. istę quatuor sunt coram bon. mem. Buratto, & in-
ter eius impress. sunt decis. 792. 846. 875. & 938.

¶ Adest infra alia decis. in ead. causa sub die 2. Decembris
huius anni 1633. coram eod. R. P. D. Pirouano.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Legitimæ.

Die Veneris 17. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

In hac decisione declaratur, quando legiti-
ma matris sit tertia pars omnium bono-
rū, & quando tertia eius portionis, quam
ipsa habitura esset ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Ad partem, qui admittitur, facit partem.*
2 *Legitima matris est tertia totius, non autem tertia eius
portionis, quam habitura esset ab intestato.*
3 *Quod procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt om-
ninò præteriti, vel totaliter exclusi. Secùs verò si ali-
quid fuerit ei relictum, num. 4.*
5 *Legitima matris non est tertia totius, quando fratribus,
& sororibus aliquid relinquitur.*
6 *Legatum relictum fratribus, vel sororibus non titulo
institu-*

institutionis, habetur tanquam extranei, & ideo non faciunt partem in legitima matris.

7 *Frater, vel soror, vt faciat partem in legitima matris, sufficit, vt aliquid sit ei relictum, siue titulo institutionis, siue titulo legati.*

8 *Filij, & cæteri, qui sunt necessariò instituendi, dicuntur præteriti, etiamsi eis factum sit legatum.*

9 *Fratres, & aliæ personæ, quæ non sunt necessariò instituendæ, non possunt dici præteritæ, si aliquid ei, etiam solo titulo legati relinquatur.*

10 *Frater, quando est necessariò instituendus, vt nō dicatur præteritus, sufficit, quod aliquid etiam solùm titulo legati relinquatur.*

11 *Legitima parentibus est de iure debita.*

12 *Mater, quando non defraudetur sua legitima.*

13 *Legatum, vti debitum voluntarium detrahi debet post legitimam, vti debitum necessarium, & quando hoc procedat, num. 14.*

15 *Legitima matris in tantùm illa augetur, in quantùm excluditur succedens cum matre ab intestato, nō autem in quantùm eidem relinquitur.*

16 *Decisiones in causa Romana de Vrsinis declarantur.*

17 *Frater ex vno latere tantùm coniunctus, de iure nō concurrit in successione matris.*

18 *Legitima matris non habentis concurrentem in successione est tertia totius.*

19 *Soror à Statuto exclusa propter existentiam masculorū, si aliquid ei relinquatur, non tamen admittitur, vt faciat partem in legitima matris, secùs verò si masculi non extarent, num. 20.*

DECISIO CCXIX.

Decessit Maria condito testamento, in quo instituto vniuersali hærede Alexandro Cherubino eius marito legauit sorori scuta 2000. & alia nonnulla mobilia: matri verò scuta 1000. iure institutionis pro sua legitima reliquit: Cumque d. mater ageret pro supplemento legitimæ; Dubitaui quanta illa esse debeat, & an illa sit detrahenda ex tota hæreditate; an verò priùs sit detrahendum legatum sorori relictum; & DD. legatum priùs esse de rahendum responderunt, & sic legitimam esse trientem residui.

Ratio resolutionis fuit. Quia cum soror nō fuerit à testatrice omninò præterita, vel totaliter exclusa, sed fuerit agnita mediante legato illi relicto, non potest haberi pro mortua, & sic necesse est, vt matri partem faciat in eo, quod re-
1 cipit, licèt diuerso iure accipiat, quia † qui admittitur ad partem facit partem, *§. sed nostra. instit. de success. liber. l. planè, § si duobus, l. huiusmodi, §. si Titio ff. de legat. 1.*

Cessat etenim in hoc casu fundamentum Butrigarij di-
2 centis contra Bartolum, legitimam † matris esse tertiam totius, non autem tertiam eius portionis, quam habitura esset ab intestato, nam eius opinio, quam aliàs, reiecta opinio-
3 ne † Bartoli, Rota sequitur, procedit in casu, quo sorores, vel fratres sunt omninò præteriti, vel totaliter exclusi, tunc enim quia habentur pro mortuis, nec admittuntur ad partem, non faciunt partem, ex iuribus supra allegatis, sed in casu, de quo agitur, in quo soror non fuit omninò prærerita,
4 ta, aut totaliter exclusa, sed fuit aliquid ei † relictum, negari non potest, quin sit agnita vti soror, ac propterea res eodem modo se habet ex testamento, prout se haberet ab intestato, adeò vt, sicut d. soror matri partem faceret in causa intestati, ita partem faciat in causa testati, & matrem impe-
5 diat, ne integram † tertiam omnium bonorum habeat, sicut eam impediret, si ab intestato successisset, ita *Bald. in auth nouissima, in fin. versic. & per hoc in quæst. C. de inoffic test.* *Corn.* qui *Baldum* explicat in *consil. 197. num. 7. libro 3. Gabr. consil. 94. num. 20. & seqq. lib. 1.* vbi testatur de communi, & opinionem *Butrigarij* explicat *Berett. consil. 85. num. 3. & seqq. Decian. consil. 2. num. 128. ante med. versic. præterea lib. 5. Bursatt. consil. 115. num. 6. & seqq. lib. 1. Peregrin. de fideicimm. art. 38. num. 13. versic. tertius casus, Thesaur. decis. 172. num. 6. latè Marescot. var. lib. 1. capit. 10. num. 8. ad fin.* vbi de communi. *Gratian. discept. 178. num. 9. & 448. num. 18. & seqq. Mart. de success. par. 1. quæst. 25. art. 2. numer. 23. Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 4. num. 41. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 7. num. 16. Cardinal. Tusc. tom. 5. pract. conclus. litt. L. conclus. 185. num. 19. versic. secùs si aliquid eis est relictum, Matth. Berlich. conclus. 12. lib. 3. num. 54. versic. deinde hæc assertio limitatur,* & hanc opinionem tenuit *Rota in Romana Legitimæ de Menichellis 13. Aprilis 1579. coram Vicecomite, & in Asculana legitimæ 2. Decembris 1588. coram Bubalo apud Merlin. de legit. decis. 39. & in decis. 421. num. 8. part. 4. diuers. & in Romana legitimæ 8. Nouembri 1593. coram* Cardin. *Arrigonio apud eundem Merlin. decis. 69. num. 1. & in Perusina de Oddis 23. Maij 1594. coram Cardin. Millino.*

Non obstat, quod d. legatum non fuerit relictum titulo
6 Institutionis, & sic d. soror habeatur † tanquàm extranea, quæ non facit partem in legitima, *Panzirol. consil. 143. numero 4 & seq. Fabian. de Gnocch. in Auth. nouiss. num. 42. in 4. quæst. C. de inoffic. test. Surd. consil. 404. num. 8. cum alijs in contrarium alleg.*

Quia ad hoc vt soror dicatur agnita, & faciat partem,
7 non attenditur, quo iure accipiat, † iure, scilicet, institutionis, aut iure legati, nam etiam si capiat iure diuerso à matre, non tamen habetur pro mortua, sed matri partem facit, eiusque legitimam minuit, ita vt tantò minùs dicatur esse in hæreditate, quantùm importat legatum, *Gabr. d. consil. 94. num. 23. lib. 1. Berret. & Bursatt. vbi supra Thesaur. d. decis. 172. numer. 6. in 1. casu, Corn. d. consil. 150. num. 2. ad med.* & in specie ponderauit *Rota in d. Asculana legitimæ coram Bubalo, & in d. Romana de Menichellis coram Vi-*
8 *cecomite.* Quàmuis enim filij, & cæteri, † qui sunt necessariò instituendi, dicantur præteriti, etiam si eis factum sit legatum: Attamen fratres, aliæque personę, quæ non sunt ne-
9 cessariò instituendæ, † non possunt dici præteritæ, si aliquid eis etiam solo titulo legati relinquatur, *Dec. in l. 2. num. 5. versicul. & vlterius considerandum, C. de bon. posses. contr. tab. Tob. Non. in §. 1. instit. de exhæredat. num. 8. Mart. de success. leg. part. 1. quæst. 26. artic. 2. num. 20. Marescott. & Gratian. vbi supra.* Immo etiam, quando frater esset necessariò instituendus, vtpotè quando est instituta turpis perso-
10 na, † quod non requiratur titulus Institutionis, & non dicatur præteritus etiam si aliquid solum titulo legati ei relictum fuerit, tenent *Natt. consil. 478. num. 13. lib. 13. Merlin. de legit lib. 5. tit. 2. quæst. 20. per tot. Argel. de acquir. posses. q. 3. num. 964.*

Neque obstat absurdum ab informantibus pro matre ponderatum, nempè, quod alioquin esset in posse filiorum
11 priuare parentes legitima † illis de iure debita, relinquendo fratribus, vel sororibus pingue legatum; Quia pro responsione sufficit dicere, legatum, de quo agitur, esse lon-
12 gè infra portionem ipsi sorori ab intestato debitam; † vnde bene potest deduci ante legitimam matris, quia eo deducto, matri adhuc remanet tertia pars eius, quàm habuisset ab intestato, vt bene ad propositum *Gabr. d. consil. 94. num. 23. ad med. versic. quia dispositio testatoris, & Thesaur. d. decis. 172. num. 6. in 4. casu.*

13 Nec obstat, quod d. † legatum vti debitum voluntarium detrahi debeat post legitimam vti debitum necessarium, *Bertrand. consil. 224. num. 2. lib. 4. Gratian. discept. forens. cap. 751. num. 15. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 10. num. 3.*
14 Quia hoc † procedit in legato facto extraneo, non autem in legato facto, prout hic, succedenti ab intestato cum matre intra portionem ipsi succedenti debitam, quia in hoc casu legitima matris non minuitur, regulando eam à successione ab intestato, sed solùm impeditur augumentum illius, ex
15 quo in tantùm illa augetur, † in quantùm excluditur succedens, cum matre ab intestato, non autem in quantùm eidem relinquitur, vt tradunt *DD. sup. alleg. & dixit Rota in d. decis. coram Vicecomite.*

Denique

26 Deniquè non obstant decisiones in † *Romana de Vrsinis 91.92.& 38.post Merlin.de legit.* in quibus licèt soror fuerit agnita titulo legati, tamen Rota censuit legitimam matris esse tertiam totius hæreditatis. Quia in casu duarum priorum institutus erat frater ex vno tantùm latere coniun-
17 ctus, † qui cum de iure non concurreret in successione cum matre, iuxta *auth.defuncto,C.ad Tertull.* legitima matris non habentis concurrentem in successione, erat tertia
18 † totius, quæ proindè præseruata intelligitur, vt illis respondendo aduertit Rota *in d. Asculana legitimæ, post Merlin. de legit. decis.39.num.17.firmans num.* 18. contrarium, quando fuissent instituti vtrinquè coniuncti. In tertia verò
19 fuit relictum legatum sorori à † Statuto exclusæ propter existentiam fratrum, ac propterea cum soror non potuisset ab intestato vna cum matre in successione cōcurrere, stantibus masculis, habebatur pro mortua, & sic non poterat minuere legitimam matris, vt fuit consideratum in dict. *Asculana legitimæ*. Secùs autem est in casu nostro, in quo
20 cum non adessent masculi, † soror non erat exclusa, sed vna cum matre ab intestato concurrebat, ac proinde, quia dictum legatum succedit loco portionis debitæ ab intestato, meritò viget paritas testati, & intestati supra considerata.

Et ita vtraquè parte informante fuit resolutum.

DECISIO CCXX.

Ecclesia Plebania nuncupata S. Agathæ Fauentinæ Diæcesis, cum esset Parochialis, fuit de anno 1605. à sanct. mem. Paulo V. facta beneficium simplex, & ex parte fructuum illius fuit erecta Vicaria perpetua cum cura animarum, quæ anteà spectabat ad dictam Parochialem S. Agathæ. Hodiè fuit propositum dubium, An Iuspatronatus dictæ Vicariæ spectet ad Rectorem, siue Titularem dictæ Ecclesiæ, etiam quod sit beneficium simplex, DD. negatiuè responderunt.

1 Nam licèt quando vnum † beneficium dotatur ex fructibus alterius beneficij remaneat de iurepatronatus primi beneficij, *iuxta text.in c.ad audientiam.el tertio de Eccl.ædif.* hoc tamen procedit, quando Ecclesia, ex qua fuit facta dismembratio pro dote, remanet matrix in eodem statu, † at
2 in præsenti casu non ita contingit, quia Rectoria, de qua agitur, fuit effecta beneficium simplex, & fuit erecta etiam
3 Vicaria, cui fuit assignata congrua; vnde † versamur potiùs in erectione duorum beneficiorum ex vno, Quare vnū stat de per se, nec aliud dependet ab alio, *vt in c.vacante, 26.de praben.* vbi dicitur, quod si ex vna præbenda effectæ fuerint
4 duæ, si legitimè fuit facta separatio, sunt † duo beneficia, & vnumquodq; stat de per se, & ideo collatio spectat ad Episcopum, prout spectabat priùs, *Rot.diu. decis.17.nu.4. & 5. par.2.in recent.decis.600.num.3.& 4.par.2.* vbi ad hoc allegat *Imol.in c.cum M.sub num.1. versic. & sic non expedit.*
5 *de constit.* vbi firmat quod idem est iudicium † de beneficijs nouiter erectis, & de beneficijs antiquis, *& Vital. in clem.fin.de rescript.* vbi firmat vlteriùs, quod Vicaria erecta ex fructibus Rectoriæ, nō dicitur de nouo creata, sed repu-
6 tatur, † ac si esset beneficium antiquum, & ad idem est *decisio 296. versic. nec etiam, par.1. diuers.*& hoc idem dicit *Abb.in c.suggestum, num.3.de iurepatr.*& in fortiori, quod
7 licèt beneficia sint fundata † in aliqua Ecclesia, nihilominùs quod collatio non spectet ad rectorem, sed ad Episcopum, latè fuit firmatum in *Vrbeuetana beneficij 9. Iunij 1627.coram.R.P.D.meo Durano.*

8 Præterea aduertebant DD. † *text.in d.c.ad audientiam,* non habere locum in casu, de quo agitur, quia Iuspatrona-
9 tus tunc demùm acquiritur † ex dotatione, quando dos procedit ex mera liberalitate dotantis, *Lambert. de Iurepatronatus par.1.lib.1.num 4 q 7.Rot.decis.167.num.5.par.2.diuers.* At hic non prouenit dos ex mera liberalitate, ex quo
10 rectoria erat effecta beneficium simplex, † vnde opus fuit, quod daretur Congrua ex necessitate Vicario, per quam assignationem non acquiritur Iuspatronatus, *Rota coram san.mem.Greg.XV.decis.397.per tot.*

Nec obstat, quod Congrua assignata d.Vicario, videatur excedere quantitatem taxatam à Bulla Pij V. Quia cum in
11 assignanda Congrua debeant † considerari locus, quantitas fructuum, & onerum, qualitas personæ, & similia, nō refert si Congrua per Papam in maiori summa fuerit assignata, *Rebuff.de Congr.q.4.in princ.Rot.decis.420.num.3. par.1. recent.& decis.16.num.1.diuers.par.2.*

Et ita vtraquè &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Fauentina Vicariæ.

Die Lunæ 20. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Beneficium nouum, quando erigitur ex fructibus alicuius beneficij, tunc beneficium nouum dicitur de Iurepatronatus illius beneficij, sed secus est quando ex vnico beneficio, duo creantur, quia tunc quilibet stat per se.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnum, quando dotatur ex fructibus alterius beneficij, remanet de iurepatronatus primi beneficij, declara num.2.*
3 *Erectio duorum beneficiorum, quando fit ex vno, tunc vnum stat de per se, nec aliud pendet ab alio.*
4 *Ex præbenda vna, si duæ fuerint factæ, sunt duo beneficia, & vnumquodquè stat de per se.*
5 *Iudicium de beneficijs nouiter erectis idem est, quod de beneficijs antiquis.*
6 *Vicaria erecta ex fructibus Rectoriæ, non dicitur de nouo creata, & reputatur, ac si esset beneficium antiquum.*
7 *Beneficia si sint fundata in aliqua Ecclesia, nihilominus collatio non ad Rectorem, sed ad Episcopum spectat.*
8 *Cap. ad audientiam. el terzo de Eccl. ædifican. declaratur.*
9 *Iuspatronatus, demùm tunc acquiritur ex dotatione, quando dos procedit ex mera liberalitate.*
10 *Beneficio, si quis dotem assignet ex causa necessaria, non acquirit illius iuspatronatus.*
11 *Congrua Vicario, quando assignatur considerari debent locus, quantitas fructuum, onerum, qualitas personæ, & similia.*

R. P. D. PANZIROLO.

Cremen. Archipresbyteratus.

Die Lunæ 6. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quod sit Collegiata, quando non apparet de initio erectionis Ecclesiæ, quibus signis, & coniecturis probetur, quod sit talis. Ecclesia, quando sit habitu, licèt non actu Collegialis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Collegialitas probatur etiam indicijs, & coniecturis, vbi aliàs non constat de initio erectionis Ecclesiæ.*
2 *Electio de nouo Canonico facta per Capitulum, & Canonicos ad hunc effectum congregatos facit indicium pro Collegialitate, & num. 11.*
3 *Eligendi ius citra Prælaturam non infert pernecessè collegium.*
Actus, quando fit collegialiter, dicitur inducere ius Collegij, num. 3.
4 *Receptio in Canonicum, & fratrem, non potest fieri citra nomen Collegij.*
5 *Ex assignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo arguitur collegialitas.*
6 *Enunciatiuæ, quàmuis antiquæ habent solummodò vim famæ.*
7 *Enunciatiuæ, quando sunt numero plures, & vna illarum appareat effectuata ex lapsu temporis supra 100. annos, potest præsumi etiam, quod altera habuerit effectum.*
8 *Statu antecedenti probato, præsumitur ille continuatus, si non afferatur aliquid in contrarium.*
9 *Quod procedit, etiam quod agatur de re, multùm remota.*
10 *Extremis probatis, media præsumuntur, quando in medio non adest obex, vel interruptio.*
12 *Poßidere, quis præsumitur titulo præambulo, si aliud non appareat.*
13 *Collegialitas, an probetur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
14 *Fides extraiudiciales priuatæ, non merentur fidem.*
15 *Attestationes testium extraiudicialiter factæ absque iuramento, & partis citatione non attenduntur.*
16 *Testium attestationes, quæ non sunt in actis, nec apparet, de quo tempore, & à quo, & ad cuius instantiam fuerint receptæ, nihil prosunt.*
17 *Cardinalibus aliquibus interdum conceduntur ampla indulta conferendi beneficia, & quid inde inferatur.*
18 *Præscriptio quadragenaria requiritur ad mutationem status.*
19 *Ecclesia, quando docet de primæuo statu Collegialitatis, in illo debet conseruari.*
20 *Papa censetur conferre beneficia iuxta illorum naturam.*
21 *Collegium dissoluitur tribus modis, nempè.*
Vel volentibus Collegialibus.
Vel etiam inuitis, ex facto superioris.
Vel casu per mortem omnium.
22 *Ecclesia Collegiata nunquàm potest dici extincta habitu, nisi appareat de illius totali suppressione auctoritate superioris.*
23 *Et ita, & taliter, vt nullo modo possit reuiuiscere. Cyn. & Bald. in l. non ampliùs, ff. de legib. in quibus terminis loquantur, num. 23.*
24 *In Senatore Vrbis ampliùs non conseruatur dignitas antiqui Senatus habitu, cum nulla adsit spes reuersionis illius actus.*
25 *Ecclesia remanet Parochialis habitu, licèt omnes Parochiani moriantur, vel recedant.*
26 *Collegialitas est apta conseruari in vno solùm, & multò magis in duobus, num. 27.*
28 *Decretum si appareat notoriè erroneum, & iniustum attendi non debet.*
29 *Episcopus non potest mutare statum Ecclesiæ, & de non Collegiata, facere Collegiatam.*
30 *Episcopus non potest facere Ecclesiam Collegiatam, non Collegiatam.*

DECISIO CCXXI.

VAcante Archipresbyteratu in Ecclesia Sanctæ Mariæ loci Offanengo Cremen. Diœcesis per obitum qr Tullij Zurlæ, Fortunatus Foppa fuit de eo prouisus à Sanctissimo Domino N. vti de prima dignitate in Collegiata olim actu, & nunc habitu. Et ab Ordinario, vti de simplici Parochiali Ioannes Paulus Tesinus. Vnde cum dubitaretur an gratia Fortunati esset iustificata post plures causæ propositiones, Domini pro iustificatione responderunt; Quia
1 † cum Collegialitas probetur etiam Inditijs, & Coniecturis, vbi aliàs non constat de initio erectionis Ecclesię, vt per *Host. Io. Andr. Abb. & alios in cap. nobis, de Iurepatron. Innoc. in cap. postulasti, eodem tit. Alex. post alios consil 75. sub num. 2. lib. 4. Decian. consil. 6. sub num. 1. & 2. lib. 2. Rot. diuers. decis. 584. num. 2. & 585. sub nu. 2. par. 4. diuers. Mant. decis. 315 sub num. 1.*

Satis in casu isto visa sunt adesse inditia, ac signa sufficiētia, ex quo in instrumento confirmationis celebrato de anno 1449. apparet, quod vacante vno ex Canonicatibus existentibus in hac Ecclesia, Canonici, & Capitulum elegerunt in locum defuncti Franciscum de Guaccijs, ac Instrumentum electionis præsentarunt Episcopo Cremen. tunc temporis dicti Loci Ordinario pro Confirmatione obtinenda, qui Ordinarius recepto d. processu postquam mandasset expediri literas; & edictum in forma, illudquè affigi, facta relatione de affixione, electionem supradictam confirmauit, mandando insuper dictis Canonicis, & Capitulo, vt dictum Franciscum sic electum reciperent in fratrem, & Canonicum, assignando eidem Stallum in Choro, & locum in Capitulo, cum Iuris Canonicalis plenitudine, &c.

Hæc autem verba Confirmationis visa sunt indicare
2 Collegialitatem, tùm † ex electione facta per Capitulum, & Canonicos ad hunc effectum congregatos, *Abb. dicto cap. nobis, sub num. 8. de Iurepatr. Decian. consil 6. sub num. 11. lib. 2. Cassad. decis. 22. num. 3. in princ. & per tot. de præben. Achil. decis. 10. eodem tit.* licèt enim ius eligendi citra
3 † Prælaturam non inferat per necessè Collegium, tamen quando actus fit collegialiter, dicitur inducere ius Collegij, *Anchar. d. cap. nobis, num. 16. columna. 2. in princip. vbi Ioann. Andr num. 9. de iurepatr.* Tùm ex mandato Episco-
4 pi recipiendi dictum Franciscum in Canonicum, † & fratrem, quod fieri non potest citra nomen Collegij, *Federic. de Sen. consil. 61. in princ. & num. 5.* Ponderando præsertim illud nomen (fraternitatis) quam circumstantiam Doctores plurimi faciunt in hac materia, *Anchar. d. cap. nobis, num. 18. Hostien. num. 2. colum. 2. Ioann. Andr. num. 11. de*
5 *iurepatr.* Tùm denique † ex assignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, vt aliàs considerauit. *Rota coram Mantica decis. 215 sub num. 1.* his etiam accedit, & fuit in puncto decisum in *Placentina Archipresbyteratus 17. Martij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et eò magis dicta narratiua est attendenda, quia apparet fuisse executioni demandata. Ex quo vacante alio ex dd. Canonicatibus dictus Franciscus Guaccius, vt supra electus, & confirmatus, interuenit in electione Bartholomæi de Carnito, vt constat ex alia simili confirmatione Ordinarij de anno 1472.
6 Et quàmuis † enunciatiuæ antiquæ habeant solummodò vim famæ, ad tradita per *Caputaq. decis. 344. num. 2. & decis. 347. sub num. 5. par. 3. Seraphin. decis. 1025. sub num. 14.* Tamen cum sint numero plures, & vna illarum appa-
7 reat effectuata † ex lapsu temporis supra centum annos,

potest

potest præsumi, quod altera etiam habuerit effectum, *Alexand. dict. consil. 75. numero 3. libro 4.* Decian. *dict. consilio 75. num. 3. libro 4. Decian. dicto consil. 6. sub num. 6. & 7. libro 2.* Et sic benè probant *Seraphin. dicta decis. 1025. num. 14.*

His accedit, quod licet ab hoc anno 1472. vsquè ad annum 1552. non detur aliquis actus pro Collegialitate; attamen dum ex parte Ioannis Pauli non affertur aliquid in
8 contrarium, † stat præsumptio pro continuatione status antecedentis. *DD. in l. siuè possidetis, C. de probat. Rot. decis. 4. de probat.* & ibi *Add. & decis. 4. num. 12. par. 2. diuers.* latè
9 *Menoch. lib. 6 præsumpt. 64.* quod procedit etiam, quod † agatur de re multum remota, *Rot. in comen. decimarum 11. Martij 1611 coram bo. mem. Cardinali Sacrato circa fin.*
10 Et facit regula, quod probatis † extremis media præsumuntur, quando in medio non adest obex, vel interruptio, quæ impediat continuationem, *Rota dicta decis. 4. num. 14. part. 2. diuers. Cæs. de Graff. decis. 7. num. 6. de caus. & propriet.*

Post dictum verò tempus datur quoquè aliud instrumētum alterius electionis capitulariter factum a Canonicis ad
11 fauorem Vicomercati, † ad Canonicatum, tunc vacantem de anno 1552 in quo enunciatur, quod Archipresbyter, & tres Canonici integrum Capitulum repræsentantes, ad sonum Campanæ iuxta solitum in Choro Ecclesiæ solito loco Congregationis Capituli tradiderunt actualem possessionem dicti Canonicatus per consignationem Stalli in Capitulo, & in Choro, traditionem vocisque coadiuuatio Canonicorum ad sonum Campanæ, vltra prædicta fuit cōsiderata in causa *Asculana Plebaniæ* 12. Ianuarij 1624. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Confirmatur etiam status prædictus Collegialitatis ex literis Apostolicis restitutionis in integrum ad publicandam resignationem de anno 1595. emanatis ad fauorem Ioānis Petri Zurlæ, in quibus narratur promissio sibi facta de hoc Archipresbyteratu Ecclesiæ olim actu, nunc habitu Collegiatæ; Et quamuis ex aduerso opponatur, quod Ordinarius prohibuit Zurlæ quominùs vteretur dicta prouisione, attamen cum Zurla continuauerit pacificè possidere ab anno 1595. vsquè ad annum 1617. nec appareat de aliqua alia collatione illi facta ab Ordinario, intrat præsumptio,
12 † quod possiderit titulo præambulo, & sic Apostolico, *Cæs. de Graff. decis. 5. numero 5. de caus. possess. & propr. Rota diuers. parte 1. decis. 363. numero 3.* & fuit dictum in *Mutinen. Canonicatus,* 13. *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Demùm dantur testes examinati, tàm de anno 1617. co-
13 ram A.C. quàm de præsenti in Rota † deponentes de publica voce, & fama super Collegialitate, *Innocent. in cap. postulasti, num. 1. in princip. de iurepatr. Felin. in cap. accedentes, num. 1. versic. & nota de præscript. Roman. consilio 436. sub num. 6. Alexand. d. consil. 75. num. 14.* Decian. *dict. consil. 6. num. 7. vers. 5 probat. Mantic. decis. 175. sub num. 2. in fine.*

Nec dicta testium conquassantur, ex alijs attestationibus, vt prætendit Ioannes Paulus quia attestationes primo
14 loco per ipsum allatæ, non sunt depositiones testium † iudicialiter factæ, sed fides priuatæ, quæ non merentur fidem, *Menoch. consil. 322. num. 45. Seraphin. decis. 106. num. 3.*
15 *Gregor. decis. 214. num. 2.* Et sunt factæ extraiudicialiter † absque iuramento, & partis citatione, latè *Gratian. discept. 677. num. 8. & seqq.* Et quæ fuerunt secundo loco
16 datæ in Summario numero 4. non sunt † in actis, nec apparet de quo tempore, à quo, & ad cuius instantiam fuerunt receptæ.

Nec supradicta, quasi possessio Collegialitatis visa est posse elidi per contrariam possessionem resultantem ex prouisionibus factis de eadem Ecclesia, vti de simplici Parochiali ab anno 1595. quia vltrà quod bon. mem. Cardinalis Sanctæcrucis fatetur se conferre non solùm in vim potestatis Ordinariæ, sed etiam suorum indultorum, quæ
17 cum aliquibus † Cardinalibus interdum concedantur magis ampla, *Cassad. decis. 3. in fin. de priuil.* potuerunt fortassè amplecti primam dignitatem; Tollitur omninò difficultas, ex quo collationes supradictæ sunt intra spatium
18 † 40. annorum, cum ab anno 1558. vsque ad annum 1595. non intercedant, nisi anni 37. *Felin. in cap. in nostra, num. 47. de rescript. Rota diuers. part. 1. decis. 208. num. 1. Seraphin. decis. 1227. sub num. 16. Gregor. decis. 434. sub num. 16.* & fuit resolutum in dicta *Placentina Archipresbyteratus*
19 *coram Domino meo Pirouano.* Vnde cum † ex prædictis, constito de primæuo statu Collegialitatis in illo debet conseruari *Innoc. in d. c. postulasti, sub num. 1. Io. And. num. 8. ad fin. Anch. num. 17. in fin. tit. eod. Fed. d. consil. 61. num. 2. 4. & 5. Decian. d. consil. 6. sub num. 12. lib. 2.*

Concurrente præsertim prouisione Apostolica de anno 1617. facta vti de prima dignitate in Collegiata Habitu,
20 & non Actu, quæ licèt non mutèt statum, † cum Papa iuxta naturam beneficij conferre præsumatur *Felin. in cap. in nostra. numer. 45. de rescript. Seraphin. decis. 799. 1273. num. 2.* Nihilominus negari non potest, quin saltem deseruiat pro declaratione *Greg. decis. 77. num. 9. & 482. num. 1.*

Minùs releuat, quod licet olim dicta Ecclesia fuit actu Collegiata, hodie saltem non possit dici habitu, cum Canonicatus reperiantur suppressi per vnionem vnius ex illis, Seminario Gregoriano Ciuitatis Venetiarum, & alterius of-
21 ficio sanctæ Inquisitionis Cremæ, Nam cum tribus † modis dissoluatur Collegium, vt tradunt DD. *in cap. dilecta, de excess. prælat.* nempè, vel volentibus Collegialibus, vel illis etiam inuitis ex facto superioris, vel casu per mortem omnium, nullus ex his modis applicatur casui nostro. Nam quicquid sit de istis vnionibus, certum est, quod dicta Col-
22 legiata † nunquam potuit dici extincta habitu, nisi appareat de illius totali suppressione auctoritate superioris, *gloss. in cap. statutum num. 22. verbo, Collegiata, de elect. in 6. Gemin. in cap. licet, num. 6. ante fin. versic. 3. casu, eod. tit. Felin. in cap. acceden. num. 2. versic. ponit etiam de istis signis, de præscript. Rota par. 1. recent. decis. 163. sub num. 4.* Ita, & ta-
23 liter † vt nullo modo possit amplius reuiuiscere in quibus terminis intelligenda est doctrina *Cyni, & Baldi in l. non ambigitur, de legibus* ex aduerso allegata, vbi affertur exē-
24 plum Senatoris Vrbis; nam in eo † non conseruatur ampliùs dignitas antiqui Senatus habitu, cum nulla adsit spes reuersionis illius actu. In casu autem nostro non solùm potest esse, quod dictæ Vniones aliquando dissoluantur, itaut Ecclesia redeat ad statum Collegialitatis antiquum ex *Alexand. d. consil. 74. & 75. lib. 4.* vt in simili dicitur de Paro-
25 chianis, † vel mortuis, vel aliàs recedentibus, quod nihilominus remanet Ecclesia habitu Parochialis cum possint redire, qui recesserunt, vel alij accedere in locum defunctorum vt per *Cardinalem in cap. de multa, num. 6. de præben.* Iuxta opinionem, quam dicit veriorem *num. 6.* à quo simili argumento ad casum nostrum Collegialitatis ibidem *Abb. num. 24.*

Sed cum in ea remanserint Archipresbyter, vt est in confesso apud partes, & vnus Canonicus, vt apparet ex partita extimi, dicendum est remanere Collegialitatem habi-
26 tu; Dum enim † Collegialitas est apta conseruari in vno solum, *Innoc. in d. cap. postulasti, sub num. 1. vbi Boich. num. 5. de Iurepatr. Abb. in cap. pastoralis, § quoniam num. 1. de*
27 *rescript.* multò † magis admittendum est conseruari in duobus *gloss. magistralis in capit. 1. verb. duo, de elect. vbi Abb. numer. 5. & seqq.* & post alios *Dec. ibidem num. 13.* Idem *Abb. consil. 25. num. 2. par. 2. Nauarr. consil. 6. de elect. Rota decis. 208. sub num. 5. par. 1. diu. & par. 3. recent. decis. 768. num. 6.*

Tandem non releuat, quod status Collegialitatis fuerit destructus ex decreto in Visitatione facta de anno 1602. in qua Episcopus declarauit Ecclesiam, de qua agitur non esse Collegiatam, sed simplicem Parochialem. Quia vltra quod dictum Decretum non potest dici destructiuum antiqui habitus Ecclesiæ. Respondetur etiam, quod cum ex prædi-
28 ctis appareat † notoriè erroneum, & iniustum non debet attendi, si enim Episcopus non potest mutare statum Ec-
29 clesiæ, & † de non Collegiata facere Collegiatam *Felin. in c. cum accessissent, sub num. 17. vers. per hoc de constit. Garz. de benef. c. vlt. num. 4.* multò minus potuit de Collegiata facere

30 cere † non Collegiatam, maximè quod dictum Decretum non habuit effectum, vt patet ex subsequentibus prouisionibus Apostolicis de statu Collegiatæ. *Rot. decis. diu. par. 1. decis. 438.*

Reliqua verò, quæ per Fortunatum fuerunt narrata in gratia visa sunt etiam optimè iustificari, nec pars aduersa aliquid contra illa opposuit.

Et ita fuit decisum parte vtraquè &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Vrbeuetana Pecuniaria.

Die Mercurij 22. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia, quod, quando fideiussor soluit, debet conseruari indemnis à principali, & quæ actiones competant fideiussori contra eum. Mandati actio, quando habeat locum, & quando secus. Obligatio de præsentando aliquem, an possit vocari fideiussio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secundus confirmans primam sententiam nullam, ipsa quoquè sententia confirmatoria est nulla.*
2 *Iudicium non debet incipere à sequestro, & num. 3.*
4 *Fideiussor, ex eo, quod ipse fuit executiuè exactus, an habeat quoquè ius paratæ executionis ad consequendum, id quod soluit.*
5 *Fideiussor, quando soluit, non potest aliter conseruari indemnis, quàm mediante pecuniarum solutarum, restitutione.*
6 *Fideiussor, debet à principali indemnis seruari, etiam si ab eo, id expresè promissum non fuerit.*
7 *Fideiussor ex officio suo, & fide, damnum sentire non debet.*
8 *Fideiussor dispendium sentire debet, vnde præmium meruisse videtur.*
9 *Fideiussori soluenti, & illius hæredi competit actio mandati contraria aduersus principalem debitorem, ad repetendum id, quod soluit, & indemnitatem consequendam.*
10 *Fideiussori ad recuperandum id, quod soluit, etiam actio negotiorum gestorum contra principalem competit.*
11 *Mandati actio non competit, quando non præcessit mandatum.*
12 *Mandati actio etiam competit, quando constat de mandato tacito, vel præsumpto, & num. 17.*
13 *Mandatum præsumptum sufficit, etiam vbi à lege vel statuto expresè requiritur.*
14 *Ablatiui absoluti important conditionem.*
15 *Conditiones debent adimpleri in forma specifica.*
16 *Mandatum ex quibus præsumatur præcessisse.*
18 *Obliganti se ad negotium spectans ad alium, si non adsit, nec mandatum, nec ratificatio, competit actio negotiorum gestorum.*
19 *Obligatio de præsentando aliquem, si non adsit obligatio principalis, non videtur propriè, ac strictè fideiussio.*
20 *Fideiussio de præsentando aliquem, est proxima fideiussioni de iudicio sisti.*
21 *Obligatio de præsentando aliquem largè, & impropriè potest dici fideiussio.*
22 *Fideiussor condemnatus ad soluendum, repetit à principali.*

DECISIO CCXXII.

Domini censuerunt sententiam A.C. quòad scuta 500. vti validam & iustam esse confirmandam, reseruato, vt quòad prætensas, expensas, damna, & interesse particulariter videatur.

Nec visæ fuerunt obstare nullitates, quæ contra sententiam, siue Decretum Prætoris Vrbis Veteris obijciebantur,
1 ex quibus inferebatur nullam † quoquè fuisse dictam sententiam A. C. illius confirmatoriam, vt per *Rot. decis. 361. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 141. num. 4. & decis. 346. num. 4. par. 2. recent.*

Siquidem prima deducta ex eo, quod cœptum fuerit à
2 † sequestro contra dispositionem *text. in l. vnica. C. de prohib. sequest. pecun. vbi glos. & Bald. num. 2. Salicet. num. 4. & aly tollitur.* Quia licet ab initio Georgius Vaschiensis pro assecuratione iudicij sequestrari fecerit in manibus Fabiani Depositarij pecunias ad Dom. Comes Franciscum Saracinellum spectantes, nihilominùs postea mediante petitione, legitimè intimata, iudicium instituit contra ipsum Dom. Saracinellum principalem debitorem, illudque fuit prosequutus, † & de suo credito sufficienter do-
3 cto ser. ser. Decretum prædictum obtinuit, super ipsarum pecuniarum consignatione, iuxta tradita per *Rebuff. in Constitut.* Reg. *tomo 1. titul. de litter. obligator. artic. 6. glos. 3. numer. 64. & Carocc. de sequestr. part. 3. quæst. 37. num. 1.*

Secunda verò ex defectu citationis cessat ex facto, constat enim illam fuisse personaliter executam cõtra Paulum Petrum Lottum eiusdem Saracinelli Procuratorem, qui tanquàm talis semper in iudicio comparuit, & causam defendit, & de cuius mandato procuræ constat ex fide publica instrumenti ipsius mandati ad omnes, & singulas lites, tàm ciuiles, quàm criminales motas, & mouendas in eius personam facti, de anno 1615. pro parte D. Com. Polidori vltimo loco data.

Tertia, ex eo quod Vaschiensis nequè vti filius, & hæres Iacobi fideiussoris, nequè tanquàm Fisci, & Cameræ cessionarius via executiua contra dictum Saracinellum agere potuerit, ex quo ille, nec ad dicti Iacobi, nec ad Fisci cedentis fauorem erat vllo modo in forma Cameræ obligatus, cessat pariter ex facto, quoniam ex dicta petitione, & reuolutione processus apparet non quidem executiuè actum fuisse, sed summariè, iuxta dispositionem *Statuti Vrbeuetani lib. 2. rubr. 43.* de quo in eadem petitione expressa mentio facta fuit, adeò vt non sit opus discu-
4 tere, an ex eo, quod † ipse fuit executiuè exactus, ius quoquè paratæ executionis habuerit ad consequendum id, quod soluit, vt affirmarunt *Bart. in l. fin. in fin. C. de vsur. re. iudic. Bald. in l. cum eorum. circa princip. vbi Angel. nume. 3. C. de sentent. & interl. & in d. l fin. & ibi Castr. in §. & cum antiquitas num. 2. C. de vsur. re. iudic. Boer. decis. 277. num. 4.*

Quarta deniquè deducta ex prætensa discordantia decreti præd. à sequestro non est considerabilis, quia in effectu, ac substantia aliqua discordantia non adest, postquàm enim Vaschiensis soluerat non poterat aliter indemnis re-
5 leuari, † quàm mediante pecuniarum solutarum restitutione, quas Iudex illi consignari mandauit, ad *text. in c. 2. & ibi glos. in verb. seruent indemnem, de fideiuss.*

De iustitia verò decreti prædicti, & sic sententiæ A. C. illius confirmatoriæ satis constat ex eo, quia cum Vaschiensis vti filius, & hæres dicti Iacobi fideiussoris fuisset coactus soluere Fisco dicta scuta 500. Iudex iustè decreuit, ac mandauit illas sibi restitui, & tantumdem consignari pro illius indemnitatis releuatione, tàm ex clara dicti Statuti Vrbeuetani, quàm etiam ex iuris communis dispositione, de na-
6 tura namquè fideiussionis est, † vt fideiussor indemnis à principali

principali debitore conseruetur, etiamsi ab eo id expressè promissum non fuerit, vt ex *text. in cap. 2. de fideiuss.* docet *Bald. in leg. Constitutionibus in princip. C. de vsur. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 193. Becc. consil. 57. nume. 2. lib. 1.* & fuit dictum *in Romana releuationis indemnitatis 4. Februarij* 1602. *coram Lancellotto,* non enim
7 debent fideiussores † ex suo officio, ac fide damnum sentire, *leg. si seruus § quod vero, ff. de furt. Gratian. discept. 459. numero 20.* Nec dispendium pati vnde præ-
8 mium † meruisse videntur, vt inquit *text. in dict. capit. 2. de fideiuss.*

Ideòque iura illis, eorumque hæredibus per varias actiones, ac beneficia, siue remedia consuluerunt, & signanter
9 per actionem mandati contrariam, quæ † fideiussori, & illius hæredi competit aduersus principalem debitorem ad repetendum id, quod soluit, & indemnitatem consequendam, *l. qui fide, & l. ex mandato, ff. mãd. l. si fideiussor. C. eod.*
10 *§. si quid autem instit. de fideiuss.* Ac etiam per † actionem negotiorum gestorum *d. l. ex mandato, §. 1. ff. mand. l. sed videamus, & l. liberto. ff. de neg. gest.*

Neque obstat, quod dictus Iacobus sub pœna dictorum
11 scut. 500. toties, quoties repræsentare † promiserit dictum Saracinellum tunc absentem, & consequenter mandati actio non possit competere cum non antecesserit mandatum vt inquit *text. in d. l. ex mandato, ff. mand.* Quia hoc procedit quando nullum mandatum intercesserit. Secùs
12 verò si aliundè constat † de mandato saltem tacito, vel præsumpto *iuxt. tex. in l. qui patitur, ff. mand. Mantic. de Tacit. lib. 16. tit. 22. num. 33. Maur. in tract. de fideiuss. sect. 4.*
13 *cap. 1. num. 12. & 13.* mandatum enim † præsumptum sufficit, etiam vbi illud à lege, vel Statuto expressè requiritur, *Curt. Iun. consil. 4. num. 17 Rota apud san. mem. Greg. XV. decis. 44. num. 6. & decis. 86. num. 3.* In proposito verò satis constare visum fuit de huiusmodi mandato, quia apparet Saracinellum preces porrexisse, & sub die 22. Ianuarij 1611. rescriptum, & gratiosam restitutionem obtinuisse habita tamen Pace ab offenso, & solutis scutis 400. monetæ, ac data cautione de se repræsentando toties quoties sub pœna dictorum scut. 500. vt in Summ. Polidori num. 1. & postea die 5. Februarij dicta scuta 400. effectualiter persoluisse, & successiuè die proximè sequenti d. Iacobum illum repræsentare promisisse iuxta formam supradicti rescripti, vt in eodem Summar. num. 2. & gratiam suum plenarium habuisse effectum, ex quibus, & alijs facti circumstantijs DD. præsumendum existimarunt mandatum Saracinelli, vt Iacobus se obligaret pro adimplemento conditionis appo-
14 sitæ in rescripto per † ablatiuum illud absolutum, data cautione, &c. importatæ iuxta *text. in l. si debitor, §. 1. ff. quibus*
15 *mod. pign. vel hypot. solu.* quæ in forma specifica † adimpleri debebat, *l. qui hæredi, & leg. Meuius, ff. de condit. & demonstr.* cum alijs per *Surd. consil. 186. num. 19.* aliàs ipse gratia prædicta nullatenùs frui potuisset. Nec etiam est verisimilè d. Iacobum spontè, & irrequisitum se obligasse, ex
16 † verisimilitudine autem concurrentibus præsertim alijs adminiculis, prout in casu proposito, abundè concurrere DD. censuerunt mandatum præcessisse præsumitur. *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 6 num. 1. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. d. decis. 44. num. 1. & seqq & decis. 275. num. 3.*

Præterea cum Saracinellus d. Gratiam acceptauerit, eaque postea per plures annos vsus, ac gauisus fuerit, necessariò etiam acceptauit, ac ratificauit d. Iacobi obligationem
17 pro illius adimplemento factam, ratificatio † autem postea subsecuta etiam sine alio præcedente mandato sufficit, vt per *Castr. consil. 244. num. 2. lib. 1. & per Henrig. de fideiuss. cap. 25. num. 84.*

Deniquè etiam si nec mandatum, nec ratificatio adesset nihilominùs cum d. Iacobus se obligauerit, pro negocio ad d. Saracinellum spectante, & ad effectum, vt ipse d. gratia frui posset, in omnem euentum competijsset, & compete-
18 ret † actio negotiorum gestum, vt est *text. apertus in d. l. ex mandato, §. fideiussori, ff. mand. & in l. sed videamus, ff. de neg. gest.*

Neque obstat, quod obligatio de præsentando facta per Vaschiensem, cum non præcesserit, nec fuerit subsecuta obligatio Saracinelli principalis non videatur posse dici pro-
19 priè, † ac strictè fideiussio, iuxta tradita per *glos. in l. 2. §. si quis, ff. qui satisd. cog. Mant. de tacit. lib. 16 tit. 1. num. 8.* Quoniam vltra quod in terminis fideiussionis de iudicio si-
20 sti cui proxima † est illa de præsentando ex *Castr. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier. Farinac. consil. 57. num. 27 lib. 1.* contrarium sentit *Bartol. l. 2. §. in fideiussorem, ff. qui satisd. cog. Maur. d. tract. sect. 2. cap. 1. num. 15.* Respondetur dici
21 fideiussionem † saltem largè, & impropriè, vt dicit ipsemet, *Mantic. vbi supra,* quod sufficit ad effectum, vt sibi competat actio negotiorum gestorum, ac etiam mandati, quando constat ex præsumptionibus illud præcessisse, vel saltem fuisse subsecutam ratificationem iuxta superius alleg. Non est enim vis in verbis, sed in eo quod se obligauit pro negocio ad alium spectante.

Demum nec etiam visa fuerunt obstare, quæ dicebantur de prætensa iniustitia mandati contra d. Vaschiensem ad instantiam Fisci relaxati pro dictorum scutorum 500. solutione, nam quicquid sit de hoc ex datis in Summario benè constat Vaschiensem se defendisse opponendo omnes exceptiones, quas sibi competere existimauit, & deinde etiã appellasse, & nihilominus his non obstantibus fuisse carce-
22 ratum, & soluere coactum, † quod sufficit ad hoc vt illud, quod soluit repetere valeat, *Bald. in l. venditor §. solet sub num. 1. versic. hunc textum, ff. de hær. vel act. vendit. Salic. in l. si pro ea num. 17. versic. sed contrarium C. mand. Marsil in rubr. de fideiuss. q. 24. num. 186. Abb. consil. 60. num. 1. versic. 4. præsuppono. Menoch. consil. 244. nu. 65. lib. 3. Surd. consil. 345. num. 22.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Dismembrationis.

Die Mercurij 22. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Ecclesia Parochialis, si sit vnita, incorporata, applicata, & annexa alicui alteri Ecclesiæ Parochiali, vt hoc dicatur validè gestum quidnam sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Dismembrationes beneficiorum, cum sapiant alienationem, in eis debet interuenire solemnitas, & causa.*
2 *In alienatione rerum Ecclesiæ copulatiuè requiritur, & iusta causa, & solemnitas.*
3 *In alienatione rerum Ecclesiæ, si copulatiuè non interuenit iusta causa, & solemnitas, indubitanter de illius nullitate dicitur constare.*
4 *Solemnitates requiruntur in alienationibus rerum Ecclesiæ.*
5 *Ecclesia Parochialis, si sit vnienda, & incorporanda alteri Ecclesiæ, sunt vocandi Patroni, &c. & etiam Parochiani, cum de eorum interesse principaliter agatur.*
6 *Beneficij curati dismembratio, quando remaneat nulla.*
7 *Beneficiorum diuisiones regulariter prohibentur.*
8 *Ecclesiæ malo statu firmato, locus est suppresioni.*
9 *Beneficij vnio si fiat, subsistente legitima causa, an requirantur solemnitates.*
10 *Ad beneficij suppresionem deueniri non debet, si aliunde ei subueniri non possit.*

11 Cap.

11 *Cap. ad audientiam, de Eccles. ædificand. quando procedat.*
12 *Beneficiorum dismembrationibus ius commune resistit, & ideo habens facultatem dismembrandi hoc aliter quàm, per solam assertionem probandum est.*
13 *Assertioni Ordinarij non creditur si sit contraria dispositioni Iuris communis.*

DECISIO CCXXIII.

DE mense Octobris 1632. Vicarius Bonon. Cardinalis Ludouisij, tunc Archiepiscopi Bonon. de licentia, iussu, ordine, & mandato, vt ipse asserit, eiusdem Cardinalis Archiepiscopi, suo diffinitiuo decreto Curam animarum subditarum Ecclesiæ Sancti Gregorij Duglioli Bonon. Diœcesis, abstraxit, & dismembrauit à Rectore, seu Archipresbytero d. Ecclesiæ, & illam perpetuò vniuit, incorporauit, applicauit, & annexit Curæ Rectoris Ecclesiæ Sancti Michaelis de Mezzolaria, & declarauit imposterum curam prædictam esse, & spectare ad d. Rectorem Ecclesiæ Sancti Michaelis prædicti, prohibens dicto Archipresbytero Sancti Gregorij, ne de cœtero amplius se ingereret in administratione dictæ Curiæ, sed teneretur soluere quotannis Rectori Sancti Michaelis, pro administratione dictæ Curiæ lib. 100 monetæ Bonon. declarans insuper, quod imposterum d. Ecclesia Sancti Gregorij Duglioli, & beneficium illius sit, & semper habeatur pro beneficio simplici, & absque cura, à quo decreto interposita appellatione à Parochianis Sancti Gregorij, à die habitæ notitiæ, & causa appellationis commissa in Rota, transportatis actis, super dicta dismembratione factis, & dato dubio super validitate supradictę dismembrationis curę, & eius translationis DD. eam inualidam, cum omnibus inde secutis, censuerunt, & cum adesset decretum factũ in Visitatione de anno 1630. vt in loco apto, & ab aquarum inundationibus tuto construeretur Ecclesia, sumptibus Patronorum, Rectoris Ecclesiæ, & Parochianorum, iuxta dispositionem Conc. Trid. illud seruari resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia in dismembratione Curæ animarum non interuenit solemnitas, & iusta causa, quæ
1 sunt necessaria † in huiusmodi dismembrationibus, cum sapiant alienationem *Lap. alleg. 66 num. 3. & 5. Abb. in cap. ad audientiam, il primo, in primo not. num. 2. de Eccl. ædific. Rot. decis. 239. num. 1. par. 1. recent.* vbi aliæ decisiones referuntur, & cum vnum absque alio non suffragetur, † sed co-
2 pulatiuè requirantur *c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Clem. prima, eod. tit cum alijs per Rot. decis. 119. num. 12. versic. duo nempè par. 1. recent. & in Marsicana* Dismembrationis *penès Garz. de benefic. par. 12. cap. 3. num. 4.* indubitanter
3 videtur † de illius nullitate sufficienter constare *Seraph. decis. 1062. num. 1. san. mem. Gregor. XV. decis. 504. num. 4. cum seq. vbi Add. num. 8.*
4 Solemnias requisita in alienatione † rerum Ecclesiæ, *Rota decis. 1. de reb. Eccl. non alien. in nou.* non fuit adhibita, quia ex ijs, quæ dantur in summario apparet non fuisse vocatum Rectorem S. Gregorij, nec alios compatronos, quos Eques Bologninus vnus ex Patronis nominauit in actu oblationis per eum factæ, pro reparatione Ecclesiæ, quatenùs esset locus reædificationi, nec fuerunt vocati Parochia-
5 ni, † de quorum interesse principaliter agebatur, sed fuit processum ad dismembrationem de facto, & ad instantiam certorum Parochianorum, qui nomine suo tantùm dederunt mandata, non autem vti Syndici Communitatis, nec eorum mandatum continet præcisè, quod fiat dismembra-
6 tio, sed quod aliqualiter prouideatur, ita quod ex † defectu mandati procuræ, & solemnitatum, dismembratio curæ remanet nulla.

Causæ autem enumeratæ in ipsa dismembratione, quod scilicet Ecclesia, vna cum eius Domo adiacente minaretur ruinam, ac esset subiecta inundationibus aquarum tempore hyemali, propter quas redderetur inhabilis ad administrationem Sacramentorum; DD. non visæ fuerunt sufficientes ad dismembrationem Parochiæ, & illius suppressionem, quia his poterat prouideri, vel per restaurationem dictæ Ecclesiæ, vel per erectionem alterius in commodiori situ, intra tamen fines eiusdem Parochiæ, non supposito inundationibus, stãte quod, vt fuit dictum supra, Eques Bologninus, vnus ex patronis, qui iam obtulerat scuta 300. & protestatus fuerat contra alios Patronos, illiusque protestationes, fuerunt intimatæ, vt apparet ex summario, & propterea non erat sic de facili ad dismembrationem, & diui-
7 sionem deueniendum † cum regulariter huiusmodi beneficiorum diuisio prohibeatur *c. maioribus c. vacante de præbend. c. 1. vbi glos. de reb. Eccl. non alien.*

Nequè poterat eadem vnio facta Ecclesiæ Sancti Michaelis, & suppressio Ecclesiæ S. Gregorij iustificari ex ma-
8 lo statu Ecclesiæ † suppressæ, itaut esse deberet locus dispositioni *ad audientiam, de Eccl. ædific.* cuius dispositio renouata fuit *ex decreto Sacr. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 24.*
9 quasi subsistente legitima † causa vnionis facien, non fuerit opus aliqua solemnitate, quæ etiam præter causam de Iure communi requiritur in huiusmodi dismembratione, ex iuribus supra allegatis, quia adhuc hæc causa non potest dici iustificata, stante oblatione Equitis Bolognini de illam reædificando, & Decreto visitationis facto 3. Octobris 1630. vt dictæ Ecclesiæ ruinæ consuleretur ex sumptibus Patronorum, & Rectoris eiusdem Ecclesiæ, atque etiam Paro-
10 chianorum, vnde ad † hanc suppressionem deueniri non poterat, nisi quando hæc omnia cessassent, *vt fuit resolutum in Gerunden.* Dismembrationis *13. Martij 1623. coram Reuerendiss. Domino meo Decano, & 19. Decembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino.* Dispositio autem Con-
11 cilij Tridentini *& c. ad audientiam,* non applicatur † quia procedit quando aliter prouideri non potest, ideò cum per supradictum decretum Visitationis satis fuisset prouisum, nisi talis prouisio deficeret non intrabat remedium translationis.

Non obstat, quod in eadem dismembratione ipse Vicarius asseruerit se deuenisse ad translationem vigore Indultorũ, quibus tunc gaudebat bon. mem. Cardinalis Ludoui-
12 sius, quia cum huic † dismembrationi resisteret Iuris dispositio, aliter hæc facultas, & potestas d. dismembrationẽ faciendi probanda erat, quàm ex assertione eiusdem Vicarij *Can. 4. in fine 12. quæst. 2. Gemin. in c. primo, de reb. Eccles. non alien.* ex quo in ijs, quæ sunt contraria dispositioni
13 Iuris † communis non creditur assertioni Ordinarij, *Oldra. consil. 261. num. 2. Paris. consil. 36. num. 11. lib. 4.*

Ex quibus cum per decretum factum in Visitatione iuxta dispositionem Concilij, satis fuisset prouisum, in Rota fuit conclusum dismembrationem non sustineri, sed esse locum executioni decreti, &c.

* Habentur infra aliæ Decisiones in eadem causa sub diebus 14. Iunij 1634. 10. Nouemb. eiusdem anni, & 11. Decemb. pariter 1634. coram eodem R. P. D. Ghisilerio. Et adsunt etiam aliæ, sed non in hac parte, nempe sub diebus 5. Ianuarij 1635. & 19. eiusdem mensis, & anni, & 25. Iunij eiusdem anni, & 4. Iulij pariter eiusdem anni, coram eodem.

R. P. D. MERLINO.

Placentina Præcedentiæ.

Die Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

In Præeminentiarum materia, quid potissimùm inspiciendum sit. Rector, an possit allegare, & vti possessione suorum antecessorum, &c. Bulla aliqua, quod non sit

originalis, ex quibus conuincatur. Antiquitas scripturæ, quando suffragetur, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo in materia præeminentiarum totum facit, etiamsi iuris communis dispositioni repugnet.*

2 *Consuetudo in materia præeminentiarnm, tūc multò magis est attendenda, dum versamur in consuetudine antiquissima, & amplia num. 3.*

4 *Consuetudo in præeminentiarum materia, tunc maximè seruanda est, si ei ius commune non resistat.*

5 *Prælatorum antecessorum quasi possessio, absquè alia apprehensione in successore continuatur.*

6 *Rector, semper nomine Ecclesiæ, si non proprio, potest insistere in possessione apprehensa, vel exercita à suis antecessoribus, & ius eiusdem Ecclesiæ, quacunquè actione competente eidem Ecclesiæ, vindicare, & conseruare potest.*

7 *Actus facultatiui consuetudinem obligatoriam non constituunt.*

8 *Præsumptio facultatiua excluditur ex multiplicitate actuum per longißimum, & continuatum temporis spatium, gestorum.*

9 *Præeminentiarum materia multum æstimatur.*

10 *In præeminentiarum materia, an aliquid gestum sit ex facultate, multum tribuitur facti coniecturis, & arbitrio Iudicis.*

11 *Actus facultatiui præsumptio, ex quibus excludatur.*

12 *Bulla non præsumitur originalis, nec in forma probanti, si careat plumbo, & nec locus appensi plumbi inspiciatur.*

13 *Bulla aliqua, quod non sit originalis suspicio multò magis augetur, si scriptura, & approbatio Pontificis, & subscriptio Cardinalium S.R.E. diuersæ ætatis, valetudinis, & nationis, vno, eodemque atramento, calamo, & caractere exarata sint.*

14 *Scriptura, vbi ab vno tantùm est absoluenda, si diuerso caractere conscripta appareat, conuincitur non esse originalem.*

15 *Scriptura aliqua, quod extracta sit legitima auctoritate, & ab aliquo authentico, cum solemnitatibus debitis, quando assequi non possit.*

16 *Scriptura ex exemplari, quod nō est originale, si sit sumpta, multo minùs est attendenda.*

17 *Sumptum de sumpto fidem non facit, quamuis etiam fuisset solemniter extractum.*

18 *Sumptum Bullæ multò minùs probat, si careat die, & anno.*

19 *Scripturis antiquitas non suffragatur, dum vitia illarū, sunt visibilia, & euidenter apparent.*

20 *Notarij assertioni, quod Bullæ sumptum exemplauerit ex Bulla authentica, quando non credatur, amplia num. 21.*

22 *Scripturæ antiquitas suffragari potest, constito de obseruantia.*

23 *Scriptura ab antiquitate non potest capere robur, si nunquàm habita fuerit pro originali.*

24 *Negligens, quis non est præsumendus in eo, quod sibi honoris gradum, & præeminentias afferre poterat.*

25 *Acquiescenti a non potest considerari non data scientia.*

26 *Consuetudo aliqua legitima spatio longißimi temporis induci potest, quamuis illi ius resistat; adeo vt nec titulo opus sit, sed sufficit allegare d. longissimum tempus sine titulo, num. 27.*

28 *Titulus ex cursu 100. annorum, in aliqua obseruantia præsumitur.*

29 *Ex obseruantia diuturna, censetur sublatum totum id, quod in contrarium faciebat.*

DECISIO CCXXIV.

PLuries in disputationem reuocata decisione, emanata sub die prima Februarij 1623. coram me, * resolutum fuit standum esse in decisis, nempè laudum contra Rectorē S. Donini promulgatum, esse reuocandum.

Constat enim ferè per 300. annos Rectores Sancti Donini præcedentiam habuisse in Congregationibus Rectorum Placentiæ, in ipsisque tanquàm Archipresbyteros, præfuisse, vt ex instrumentis à moderno Rectore exhibitis, quæ
1 consuetudo in materia præeminentiarum † totum facit,
etiamsi iuris communis dispositioni repugnet, *glos. in cap. 2. verb. auscultetur in fine, de offic. Archidiacon. Rota decis. 595. num. 10. par. 4. diuers. & decis. 288. num. 5. ante finem, par. 1. ac decis. 238. num. 1. & in Burgeñ Magistri Capellæ 23. Maij 1596. coram Cardin. Blanchetto*, quæ eò magis
2 sibi locum vendicant, dum versamur † in antiquissima con-
suetudine 300. annorum, & dantur tot actus, quod ipse Rector semper præerat, priori loco nominabatur in Albo
3 Rectorum congregatorum, & † pinguiora etiam emolu-
menta in ducendis funeribus, & in alijs actibus ipsi Rectori præstabantur, vt in prima decisione, & isti actus potissimū sunt attendendi, quia illis interfuerunt cæteri Parochi, & semper continuarunt per hoc longissimum tempus ferè
4 300. annorum, nec † ius resistit huic præeminentiæ Recto-
ris S. Donini.

Non obstat non dari actus preeminentiarum in moder-
5 no Rectoré S. Donini, quia possessio Prelatorum † antecessorum, absquè alia apprehensione, in successore continuat, *Felin. in cap. constitutus, num. 19. de rescript. Rota coram Reuerendiss.* Dom. *meo Decano decis. 26. num. 3. & in Theatina S. Ioannis in Venere.* 10. *Maij* 1621. *coram eodem*, & luculenter fuit dictum *in Colimbrien. præstimoniorum* 10. *Decembris* 1631. *&* 18. *Iunij* 1632. *coram R.P.D. meo Dunozetto*, semperque nomine Ecclesiæ, si non pro-
6 prio nomine, † potest Rector insistere in possessione ap-
prehensa, vel exercita à suis antecessoribus, & ius eiusdem Ecclesiæ, quacunque actione competente eidem Ecclesiæ, vindicare, & conseruare, *cap. literæ, de dilat. & ibi Abb. nu. 3. Verall. decis.* 170. *num.* 9 *parte* 3. *Cardin. Seraphin. decis.* 1417. *num.* 3. *Adden. san mem. Gregor. XV. decis.* 116. *num.* 4. *&* 5. & fuit deductum in præallegata *Colimbrien. præstimoniorum, coram R.P.D. DunoZetto.*

Nequè obstat, istos actus præeminentiarum exercitos à
7 Rectoribus S. Donini, † tanquàm facultatiuos, consuetudi-
nem obligatoriam non constituisse: Nam huiusmodi præ-
8 sumptio facultatiua excluditur ex † multiplicitate tot actuū
per longissimum, & continuatum temporis spatium gestorum, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num.* 55. *de caus. possess. & propr. Cæs. de Grass. decis.* 1. *num.* 3 *eod tit. Cardin. Seraphin. decis.* 212. *num.* 2. *&* 323. *num.* 4. *Adden. ad sanct. memor. Gregorio XV. decis.* 162. *num.* 16. *versic.* 2. *excluditur, & in Toletana Confraternitatum de Pastrana* 2. *Decembris* 1611. *coram bon. memor. Vbaldo seniore*:
Præsertim cum versemur in materia, quæ multi æstima-
9 tur, nempè † præeminentiarum, & prærogatiuæ inter tot
Rectores, vix enim fieri potest, quod ex eorum humanitate processerit, vt per 300. annos tot Rectores spontè consenserint, & vt vni, & eidem Rectori Sancti Donini tot signa, & emolumenta præeminentiæ exhiberen-
10 tur, & † in hac materia, an quid gestum fuerit ex facul-
tate multùm tribuitur facti coniecturis, & arbitrio Iudicis,

dicis,vt per *Bald.in l.1.sub num.9.C.de seruit.& aqua Ripa in d.cap. cum Ecclesia Sutrina, num.55. in fin. de cauſ. poſſ.& propr.Theſaur.deciſ.16.ſub num.4. in fin. Modern. Mantuan.controuerſ.forenſ.cap.28.num.23.* quod& comprobatur ex eo, quia Rectores Placentini nunquàm elegerunt Rectorem S. Donini in Archipresbyterum ipſorum, itaut eiſdem acceptas referre deberet iſtas præeminentias Rector S. Donini,ſed eo ipſo,quod erat Rector S. Donini,
11 in conſequentiam præeminebat in Congregatione, † & illorum Archipresbyter nuncupatur, & ſic excluditur præſumptio actus facultatiui.

Minùs obſtat aſſerta Bulla Alexandri III. nam quòad illam,quæ ſub die 2. Decembris 1622. producta fuit, cum oculis Dominorum ſubijceretur, non viſa fuit originalis,
12 nec in forma probanti,† caret enim plumbo,nec locus appenſi plumbi inſpicitur,& ideo pro originali reputari non poteſt, ad *tex.in cap.licet,de crim.falſ.Caſſad.ſuper regulis deciſ.4.num.3.Card.Mantic.deciſ.50.num.4.Garz.de beneſic.par.4 cap.2.num.56.& fuit dictum in Tiraſonen.Parochialis de Ablitas, 4. May 1616. coram bon.mem. Andrea*, & quod magis auget ſuſpicionem illud eſt, quod &
13 ſcriptura † principalis,& approbatio Pontificis, & ſubſcriptio quatuordecim Cardinalium,& Subdiaconi S.R.E. diuerſæ ætatis,valetudinis, & nationis,attamen vno, eodemquè atramento, calamo, & caractere exarata ſunt, & ideo excluditur omninò,quod ſit originale,quemadmodùm vbi
14 ſcriptura ab vno † tantùm eſt abſoluenda, ſi diuerſo caractere,& atramento ſcripta appareat,conuincitur non eſſe originalem,*Felin.in cap inter dilectos,nu.5.de fid.inſtrum. Rota coram Reuerendiſs.D meo Decano deciſ.101.num.9.*
15 nec aſſequi poſſumus fuiſſe extractam † legitima auctoritate, & ab aliquo authentico,cum ſolemnitatibus, iuxta requiſita *in cap.fin. de fid. inſtrum vt per Rotam deciſ.628. per tot.par.2.recent.& Gratian.diſcept. forenſ.cap.268.nu. 12. & ſeqq.*

Quò verò ad alteram copiam exhibitam de anno 1628. eſt ſimplex ſumptum,eodemque viſibili vitio refertum,ſcilicet vno, eodemque caractere conſcriptum, & ſignanter
16 ibi dicitur, quod † eſt exemplatum à ſcriptura præcedenti producta de anno 1622. quæ vt dictum fuit, non erat originalis, vnde hoc vltimum eſt ſumptum de ſumpto, † quod
17 fidem non facit, quàmuis etiam fuiſſet ſolemniter extractum,*Dec.in auth.ſi quis in aliquo,num.30.C. de eden. Caputaq deciſ.234. par.3.* qui loquitur de ſumpto Bullæ Alexandri VI.*Rota coram ſan.mem.Gregor.XV. deciſ.550.nu.*
18 *1.* præſertim cum,& careat † die,& anno,*Bart.in auth. ad hæc.C.de fid.inſtrum.Rota coram bon.mem.Cardin.Caual. deciſ.193.num.2.*

Nec hiſcè informibus ſcripturis ſuffragatur antiquitas
19 temporis dum † vitia illarum ſunt viſibilia, & euidenter apparent,*Innocent.in cap.inſinuatione,de appellat.Felin.in cap ſicut,num.33.de ſent. & re iud. Peregrin conſil.60. nu. 18.lib.2.D Fachin.conſil.10.num.33.lib.1.Gratian.diſcept. forenſ.cap.268.num 4.Rota coram ſan.mem.Grego XV. deciſ.393.num.2.& coram Reuerendiſs.D.meo Decano deciſ. 101.num.7.* neque aſſertio Notarij, quòd ſumptum exem-
20 plauerit ex Bulla † authentica cum plumbo pendente attendi debet,cum ille Notarius ratione ſui officij non appareat,quod tale originale cuſtodiuerit,*Felin.in cap.fin.num. 13.de fid.inſtrum.Boer.deciſ.36 num.4.& 5.Peregrin.dict. conſil.60.num 10.lib.2.plenè Gratian.diſcept.forenſ.d.cap. 268.num.34.& 35. Rota coram bon.mem.Card. Caual.deciſ.25.num.1.* Eo magis,quia non conſtat quanam auctori-
21 tate,† & ad quorum inſtantiam hæc exemplario facta fuerit ab illo Notario.

Sed quod tollit dubitationem,antiquitas poſſet ſuffraga-
22 ri,† ſi cum ea concurreret obſeruantia,iuxta trad.*per Crauett.de antiq.temp.§.4 limitatur num.16.& conſil.101.numero 4.Cardin.Seraphin.deciſ.928.num.2. Gratian. diſcept.forenſ.d cap.268.num.55.* ſed vice verſa, dum apparet nõ fuiſſe obſeruatam ab ipſis Rectoribus,quorum fauorem reſpiciebat dicta Bulla, hinc bene deprænenditur fidem non
23 mereri, nec † illam recipere ab antiquitate temporis, nec vnquàm habitam fuiſſe pro authentica, *Abb.conſil.53.nu. 4.lib.2.Natta conſil.574.num.4.& 8.Rota deciſ.703.num. 8.in fine, par.2.recent.& in Florentina bonorum 7. Maij 1599 coram bon.mem.Cardin.*Pamphilio, quin enim cre-
24 poteſt ita ſegnes, & abiecti animi † fuiſſe tot Rectores, vt indultum ſibi conceſſum à Pontifice neglexerint, & ſponte honoris gradum, & præeminentias conceſſerint Rectoribus S. Donini.

Non obſtant aliqui actus dati per Rectores,in quibus nõ habetur Rectorem S Donini præfuiſſe, quia vltra,quod iſti ſunt pauci,& plures, & poſteriores ſunt actus geſti in fauorem Rectoris S.Donini, ceſſat obiectum, quia in illis actibus deductis per Rectores, non datur ſcientia Rectoris S.Donini, vnde remoto interuentu rectoris, & illius ſcien-
25 tia,† non poteſt conſiderari acquieſcentia,per quam dicatur ſibi præiudicaſſe,*Rota apud ſan.mem.Greg. XV. deciſ. 417.num 2.& per Adden.ad deciſ.249.num.6.& in recent. 717.num.3.par.2.& coram Reuerendiſs.D.meo Decano deciſ.26 num.4.*

Aliquibus etiam ex Dominis placebat, quod etiam dato, citrà veri præiudicium, Bullam eſſe in forma probanti, attamen non inde excluditur, quin poſt Bullam Rector S. Donini titulum Apoſtolicum, vel alium ſufficientem obtinere potuerit pro iſtis præeminentijs, vt adhuc Archipreſbyter Congregationis nuncuparetur, & eſſet, quemadmodùm in prima deciſione fuit conſideratum, cum ſpatio ferè 300. annorum, quò viguit obſeruantia in fauorem Re-
26 ctoris S.Donini introduci † potuerit legitima conſuetudo, quàmuis etiam illi ius reſiſteret,*cap fin. & ibi gloſ. in verb. legitima,de conſuetud.Gabr.de præſcript. concluſ.1.num.9.*
27 *Rota deciſ.355.num.2 par.1.recent.* adeò vt neque † titulo opus ſit,ſed ſufficiat allegare hoc longiſſimum tempus ſine titulo,*Caſtrenſ.conſil.423.num.2.lib.1.Bellon ſen conſilio 1. num.5.Rota apud Cardin.Mantic.deciſ.227.num.11.& in recent. deciſ.11.num.2. par.2.* qui quidem titulus ex curſu
28 nedùm † centum,ſed 300.annorum præſumitur, *Alexan. conſil.6 num.1 lib.1.Gabr.de præſcript.concluſ.1.nu.7.Cardin.Seraph.deciſ.707.num.2.& in recent.d.deciſ.11.num.2. par.2.& coram Reuerendiſs.D.meo Decano deciſ.32. num.*
29 *16.*& ex hoc tempore,& diuturna obſeruantia † ſublatum cenſeri poteſt, quodcunquè ius eligendi competens vigore dictæ Bullæ Alexand. III. ipſis Rectoribus, iuxta trad. per *Bald.de præſcript.par.1.5.par.principal.q.8.num.5. Rota deciſ.65.num.11.par.1.recent.*

Et ita,quater diſputato articulo,vtraquè parte informante, reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

* Vide infra hanc deciſionem, prout in Indice poſito in fine Deciſionum.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Legati.

Die Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Exiſtentia alicuius rei de recenti penès aliquem probata,pręſumitur etiam de tempore præſenti, niſi negans contrarium probauerit. Præſumptio continuationis poſſeſſionis de tempore pręterito ad pręſens,quando procedat. Teſtium ſingularitas, quãdo non attendatur, & an teſtes non idonei, vel patientes exceptiones, poſſint adiuuari præſumptionibus, & coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Amissio, seù subtractio rerum non præsumitur.*
2 *Mutatio ex modico interuallo non præsumitur.*
3 *Existentia de proximo recenti, penès aliquem probata consequens est, vt is, qui negat teneatur probare amissionem.*
4 *Præsumptio continuationis possessionis de præterito, ad tempus præsens, quando habeat locum.*
5 *Animum alterius quis non potest declarare.*
6 *Possessio de recenti, præsumitur durare, nisi negans probauerit contrarium.*
7 *Actus possibilitas impedit, ne probatio concludat per necessè.*
8 *Actus gestandi pretiosa, in muliere notæ nobilitatis non momētaneus, sed propter frequentem vsum, in quem fuerunt comparata, est successiuus.*
9 *Testium singularitas in loco, & tempore quorum consideratio ad substantiam actus non pertinet, dicitur probatio adminiculatiua, & non obstatiua.*
10 *Iudex testibus singularibus potest fidem adhibere, si concurrant præsumptiones, & coniecturæ ipsorum dicta adiuuantes.*
11 *Testes non idonei, vel patientes exceptiones coniecturis, vel præsumptionibus possunt adiuuari.*
12 *In rebus mobilibus non procedit præsumptio de tempore præterito, ad præsens, quotiescunquè, qui habuit, negat habere.*
13 *Speculator in tit. de act. seù petit. §. sequitur, num. 32. declaratur.*
14 *Mutatio, seù amissio rerum non præsumitur.*
15 *Vxor ea, quæ sub claue custodire solet, ipsa, non autem maritus, tenetur reddere rationem.*
16 *Fontanell. in tract. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. par. 3. num. 17. declaratur.*

DECISIO CCXXV.

PLacuit Dominis decisio huius causæ, in qua sub die 9. Februarij superioris anni * dictum fuit, constare de existentia Iocalium penès D. Comitissam ex testibus, quorum aliqui, videlicet Secundus in Curia, & alius vigore remissoriæ in partibus examinati, respectu quidem gemmarum deponunt, se illas penè ipsam vidisse dumtaxat ante obitum Comitis Molsæ eius viri, quò verò ad lineam Margaritarum pretiosarum, etiam post dictum obitum, & sic vtrunquè tempus percutiunt. Reliqui verò deponunt, se illa vidisse penès D. Comitissam, eaquè sub illius custodia cum propria claui extitisse vno, vel duobus mensibus ante huiusmodi obitum, & sic de tempore recenti. Cum quibus concurrit assertio eiusdem Comitis, qui codicillando prædictæ Comitissæ, reliquit, non solùm mobilia domus, sed etiam gemmas, & Margaritas, & similiter concurrit probatio desumpta ex confessione ipsius vxoris, quod Iocalia ante prædictum obitum viri habuerit, atquè gestauerit. Hæc autem omnia simul iuncta faciunt plenam probationem, quæ per probationes pro parte Dominæ Comitissæ adductas, non conquassatur. Nam dum testes ad illius instantiam examinati, deponūt de existentia Iocalium penès ipsam, addentes nunquàm vidisse illa distrahi, vel alijs
1 tradi, inde † excluditur amissio, vel subtractio, quæ nō præsumitur, *l. si creditor, C. de pign. act.* cum alijs allegatis per *Menoch. consil. 336. num. 10.*

Et quamuis huiusmodi existentiam ex eo connentur excludere, quod per vnum, vel alterum mensem ante dictum obitum illa non viderint, nulla tamen inde resultat proba-
2 tio aduersus præsumptionem, † quod in tam modico interuallo, non interuenerit mutatio, de qua *Paul. de Castr. in l. siuè possidetis, de probat.*

Probata igitur existentia de proximo recenti penès ali-
3 quem, consequens † est, vt is, qui negat, teneatur probare amissionem, vt post *Euerard. in Topic.* in loco de tempore ad temp. *num. 16.* declarat *addit. ad Alciat. reg. 2. præsumpt. 21.* à quibus non dissensit *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. num. 38. & seqq.* vbi quamuis declaret præ-
4 sumptionem † continuationis possessionis de præterito, ad tempus præsens obtinere, quando ad commodum eius qui dicitur possidere, non autem, quando ad illius damnum al-
5 legatur à tertio, vel ab aduersario, † qui animum alterius partis declarare non potest.

Nihilominùs dum ibi num. 46. addit, quod contra allegationem partis, ad cuius fauorem militat præsumptio continuationis possessionis, vsque in tempus præsens allegari potest alia præsumptio, magis efficax, quod immo non possideat, vtiquè non excludit similem præsumptionem aduersus negantem, se hodiè possidere iuxta limitationem de qua per Doctores communiter in *d. l. siuè possidetis, C. de*
6 *probat.* quod scilicèt † possessio de recenti præsumatur durare, nisi negans probauerit contrarium, vt etiam tenet *glos. 4. l. 10 tit. 14. recop partit. 3. ex sententia, Cyn. Bald. & Paul. de Castr. in d. l. siuè possidetis, C. de probat.*

Nequè testes Comitissæ coarctant negatiuam existentiæ, dicendo fieri non posse, quin ipsi aliàs de tempore obitus, & postea huiusmodi Iocalia vidissent, eò, quod inspexerint repositoria Scrinij in quo gemmæ, & similia pretiosiora asseruabantur, quodquè ad latus Comitissæ, vti eius famulæ fuissent assiduæ. Quia nihilominùs possibilitatem repositionis in alio loco extra Scrinium, & famularum aspectu non
7 excludunt, actus † autem possibilitas impedit, ne probatio concludat per necessè, *Paul. de Castr. consil. 20. num. 2. lib. 1. Rot. decis. 323. num. 4. par. 2. recent.*

Prædictis verò testibus pro parte Comitis Beuilaquæ examinatis, non obstat singularitas eò, quod singuli deponunt de temporibus, & locis, quibus viderunt Comitissam
8 gestare Iocalia. Quia deponunt † de actu gestandi pretiosa, quæ in muliere claræ nobilitatis, non momentaneus, sed propter frequentem vsum, in quem fuerunt comparata est successiuis, *arg. text. in l. quamuis ibi,* quibus mulieres venustatis, & ornatus causa vti cœperunt, *ff. de aur. & arg. legat.* in quo actu tanquàm in vna substantia manifestum est
9 omnes testes conuenire: Ita vt singularitas in loco, † & tempore, quorum consideratio ad substantiam dicti actus non pertinet, dicatur probationis adminiculatiua, & cumulatiua: non autem obstatiua, iuxta distinctionem de qua per *glos. & Doct. in l. ob carmen, § si testes, ff. de testib. Bald. in rubr. de controuers. inuestit. numer. 2. vbi addit. litera G. Felin. in cap. licet ex quadam, colum. 5. versic. est enim duplex singularitas, de testibus,* quod etiam admittit *Gabr. in consil. 40.*
10 *lib. 2. vbi sub num. 37.* concludit Iudicem † testibus singularibus posse fidem adhibere, si concurrant coniecturæ, & præsumptiones ipsorum testium dicta coadiuuantes, quæ in præsenti casu non deficiunt, & in alia huius causæ decisione, quæ reuidetur, fuerunt etiam ponderata. Et quod te-
11 stes etiam † non idonei, vel patientes exceptiones coniecturis, & præsumptionibus coadiuuari possint, tenuit *Rota coram Cas. de Grass. decis. 4. num. 2. de sponsal. & coram bon. memor. Buratto in Colimbrien. Matrimonij 14. Decembris 1615.*

12 Deniquè non obstat, quod in rebus † mobilibus, vt sunt Iocalia non procedat præsumptio de tempore præterito, ad præsens, quotiescunquè, qui habuit negat se habere, secundùm *Specul. tit. de act. seu petit. §. sequitur, num. 32.* Quia
13 opinio Speculatoris, † & sequacium locum obtinet in casu illius, qui negat se hodiè possidere, & oppositum non probatur, secùs verò, quando vt in casu de quo agitur iustificatur probatio possessionis rei mobilis de recenti, cuius muta-
14 tio, † vel amissio non præsumitur, vt contra *Specul. tenet Abb. in cap. cum ad Sedem num. 15. vbi Apostill. litera D. de restit. Spol.* & in similis facti specie de gemmis, & rebus pretiosis repositis in Scrinio ferreo, & respondit *Menoch. consil. 353. num. 18.*

Præmissis

Præmissis adstipulatur decisio Senatus Cathaloniæ, in
15 qua habetur, quod eorum; † quæ mulier sub claui custodire solebat, ipsa, non autem maritus teneatur reddere rationem, de qua testatur *Fontanel. in tract. de pact. nuptial. clau.*
16 *6. glos. 2. par. 7. num. 16.* qui licèt † num. sequenti subdat in eo cautè esse procedendum attento, quod vir vxorem possit decipere, nullam tamen inde duxit præsumptionem exclusiuam existentiæ, sed in eo casu requirit, quod probetur consumptio.

Hic verò omnis consumptionis, vel subtractionis suspicio cessat, dum ex eorundem testium depositionibus, iuncta ipsius Comitissæ confessione, constat, quod de tempore obitus viri, tàm domi numeratæ, quàm vigore mandatorum ad Bancherios in notabili summa pecuniæ erant exigendæ.

Et ita vtraquè &c.

* Est decisio 97. supra in hac parte.

¶ In eadem causa adsunt infra duæ aliæ decisiones sub die 10. Februarij 1634. & sub die 26. Iunij eiusdē anni, coram eodem bon. mem. Motmanno.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Colimbrien̄ Præstimoniorum.

Die Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Possessio ciuilis, qualiter retineatur. Iudex, quando priuet aliquem sua possessione. Prælatus non solum potest agere nomine proprio, sed etiam Ecclesię, &c. Necnon plura adducuntur circa materiam possessoriam, & præsertim, quando quis dicatur, vel non dicatur amisisse possessionem ciuilem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ciuilis, quando dicatur amissa.*

2 *Possessio ciuilis animo retinetur, animo quidem nostro, & corpore alieno, eius scilicet, qui nostro nomine naturaliter possidet, siuè detinet.*

3 *Posidendi animus deficit per obliuionem, quam longum tempus affert, idest lapsus 10. annorum.*

4 *Literæ Apostolicæ censentur iustificatæ spatio 30. annorum.*

5 *Possessione omni, quando quis dicatur priuatus.*

6 *Iudex ritè, & rectè immittendo alium in possessionem, priuat alterum sua possessione, etiam sine expulsione.*

7 *Et Iudicis auctoritas operatur, quod primus possessor debeat suspicari se posse repelli.*

8 *Ex præsumptione non potest oriri alia præsumptio.*

9 *Præsumptio potest oriri ex alia præsumptione, si vna veniat in consequentiam alterius, & num. 12.*

10 *L. sciendum, de verb. signif. loquitur de fictione, licèt extendatur ad præsumptionem.*

11 *Fictio vna oritur ex alia, quando venit in consequentiam alterius.*

13 *Rector Ecclesiæ, potest agere nomine ipsius Ecclesiæ, & sic non tantùm nomine proprio, & num. 14.*

15 *Possessio bonorum Ecclesiæ est penès ipsam Ecclesiam, non autem penès Prælatum simpliciter. Et ista est verior, & communior opinio, num. 16. & respectu ciuilis possessionis conclusio est sine contradictore, num. 17.*

18 *Ecclesiæ possessio semper dicitur plena, & nunquàm vacat.*

19 *Prælato nomine Ecclesiæ debita est manutentio.*

20 *Prælato, si nomine Ecclesiæ conceditur rei vendicatio, quæ dominium præsupponit ad vendicandum Ecclesiæ bona, à fortiori debet concedi manutentio, num. 21. & 46.*

22 *Possessione naturali spoliatus, quando retinet ciuilem, cum per dictam spoliationem turbari dicatur in possessione ciuili, potest intentare interdictum, retinendæ.*

23 *A possessione deiectus, licet amittat possessionem naturalem, ciuiliter tamen hoc est ciuili interpretatione, & quòad ius agendi non amittit eam, nisi habeat se pro spoliato, quia spem certam habet se à Magistratu in possessionem, à qua eiectus est, restituendum putat.*

24 *De possessione, si quis eiectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret, cum interdictum, recuperandæ possessionis, scilicet, facultatem habeat.*

25 *Ecclesia, & pupilli non possunt perdere possessionem.*

26 *Ecclesia nunquàm desinit posidere, & nunquàm moritur.*

27 *Posidere animo, non est animum sic instituere, vt quis fingat se posidere, sed animo possidere est ea mente, atquè opinione esse, vt quis se solùm putet posidere.*

28 *De possessione, qui vi eiectus est, fieri non potest, vt animo non desierit posidere.*

29 *De possessione, siuè etiam corpore, siuè animo possidens quis deiectus est palam est etiam vi deiectum videri.*

30 *Prohibitus, si quis sit ingredi domum, è qua processit, nemine suorum relicto, à possessione dicatur eiectus.*

31 *A possessione, quando quis deijcitur, non statim animo dicitur desinere posidere, sed tunc demùm si nolit, vel non possit in fundum, vel edes reuerti, quod vim maiorem vereatur.*

32 *Hoc est, si effectum, & facultatem retinendæ possessionis amittat, quod inde manifestum fiet, si omne exercitium, tàm persequendæ, quàm retinendæ possessionis ipso facto deponat.*

33 *Possessio sicuti nulla acquiritur, nisi animo, & corpore, ita nulla amittitur, in qua nisi vtrumquè actum sit, & num. 34.*

35 *In possessorijs interdictis, non tàm de iure, quàm de facto, quæritur an videlicet quis possideat, an itinere, vel actu sit vsus.*

36 *Possessio durare intelligitur, quamdiù ipsum durat possessionis exercitium, quod etiam in defendenda, & prosequenda possessione consistit.*

37 *Serui fugitiui possessionem retinemus quamdiù facilem eius recuperationem credimus, eumquè prosequimur.*

38 *Serui fugitiui ab alio possessi, tunc demùm possessionem amisisse videmur, si non facilis sit eius recuperatio.*

39 *Interdictum, vti possidetis, non denegatur ei, qui rem vindicauit, non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vindicauit.*

40 *Ad possessionem perdendam requiritur taciturnitas per decennium, immo, & minùs tempus sufficit, quando quis scit alium possidere, & tacet.*

41 *Requiritur tamen, quod suspicetur se posse repelli.*

42 *Interdictum, vti possidetis, datur etiam deiecto, vel turbato, eunti ad Iudicem, si modò eo animo sit, quod nolit, vel nequeat repelli, sed quod per Iudicem velit manuteneri.*

43 *E possessione eiectus, vel turbatus, si adeat Iudicem, suam possessionem non amittit, sed continuare, & conseruare cupit, vnde, & meritò manutenendus est, & de hoc nemo dubitat.*

44 *Rectori nomine Ecclesiæ non potest denegari manutentio, ex eo, quia illa retinet ciuilem possessionem.*

45 *De bonis Ecclesiæ occupatis mortuo Prælato, quando agitur, Ecclesiæ competit interdictum, vnde vi.*

47 *Interdictum, vti possidetis, id continet, quod deiectus à naturali possessione, tueatur in ciuili, & per consequẽs restituatur ad naturalem.*

48 *E possessione deiectus, si obstinato animo sit, & ea spe recuperandi possessionem, auctoritate propria, non excedit, sed possessionem animo retinere dicitur, & vide num. 49. & 50. & 51.*

52 *Ex possessione Ecclesiæ non censetur capta possessio bonorum, quando Ecclesia vacante, quis cœpit possessionem, sed hoc intellige verum de possessione naturali.*

53 *Prælatus nomine proprio impunè potest occupare possessionem vacantem bonorum Ecclesiæ.*

54 *Prælatus potest auctoritate propria capere possessionem vacantem, quando fuit sibi occupata.*

55 *Possessionem suam vacantem, qui inuenit, si eam occupet, neminem spoliare dicitur, & 56.*

DECISIO CCXXVI.

Felicis recordationis Paulus Tertius ex prioratu Sanctæ Catharinæ loci de Nobra, anno 1541. dismembrauit duas ex tribus partibus fructuum, illasquè applicauit Præstimonio in eadem Ecclesia erecto, cui quidem dismembrationi factus fuit locus de anno 1546. quo tempore Do. Aluarus de Mello, cœpit possessionem dd. duarum partium fructuum dismembratarum, in qua ipse, & successores in d. Præstimonio, cõtinuarunt vsquè ad annum 1609. quo tempore vacante d. Præstimonio, Sebastianus de Affonseca tũc Prior de Nobra cœpit possessionem earumdem duarum tertiarum partium; Cum verò idem Sebastianus fuisset assecutus aliam Parochialem Illustris. D. Don Federicus de Mello, prouisus de eodem Præstimonio, vacante adhuc Prioratu cępit pariter possessionem dd. duarum tertiarum partium, quas occupauerat d. Sebastianus; Petrus autem de Figueredo, prouisus de eodem et Prioratu, egit coram Archidiacono Visen. & obtinuit de mense Aprilis 1612. mandatum de manutenendo in possessione, in qua erat præfatus Sebastianus de Affonseca, adiuit etiam Ordinarium Colimbrien. & obtinuit simile mandatum, quod d. D. Don Rodericus 22. Maij eiusdem anni obtinuit per d. Ordinarium reformari, vt illud intelligeretur pro tertia parte fructuum, & cum successiuè idem Petrus obtinuerit tres conformes super restitutione ad possessionem, in qua erat d. Sebastianus, causa restitutionis in integrum commissa in Rota coram R. P. D. meo Dunozetto, per binas decisiones sub diebus 10. Decembris 1631.* & 18. Iunij 1632.* fuit resolutum, constare de causis restitutionis in integrum, & iuxta stylum Rotæ procedendo ad vlteriora, non autem pronunciando super eo, quod competat restitutio in integrum, idem R. P. D. meus Dunozettus protulit sententiam suam, in qua reuocauit sentẽtias de partibus latas, super restitutione Petri; Quare commissa mihi causa appellationis, dubitaui, An d. sententia Rotalis esse confirmanda, & solo D. Don Roderico informante, fuit affirmatiuè resolutum, ex bene, & doctè deductis in præfatis duabus decisionibus, & ex alijs mox deducendis.

Et pro resolutione firmarunt primò Domini, de antiqua possessione Prioratus de tempore dismembrationis, nullam esse habendam rationem ex duplici fundamento. Primò, quia cum dismembratio habuerit effectum de anno 1546. & Præstimonium pacificè possederit; vsque ad annum 1609. & sic spatio 63. annorum, & si prætenderetur, quod possessio ciuilis remanserit penès Prioratum, atta-
1 men cum † per tantum tempus negligens fuerit in recuperanda naturali amisit ciuilem, quam à lege habebat, arg. *text. in l. furtum, §. vlt. ff. de vsucap. & in l. si de eo. §. si fortè. & in leg. si quis animo, & in l. si id quod. ff. de acquir. possess. & in l. 1. C. de seru. fugit. & in l. vlt. C. vnde vi, glos. in cap. Clerici, in verb. hoc verum, 16. quæst. 3. Bald. consil. 150. num. penult. versic. capio. lib. 2. Anchar. consil. 133. num. 3. Ias. in l. 3. §. ex contrario, num. 40. ff. de acquir. possess. Aretin. in l. si de eo. §. 1. num. 18. ff. eod. Dyn. in cap. sine possessione, ad fin. de regul. iur. in 6.* Et ratio est secundùm prædictos
2 DD. quia possessio † ciuilis animo retinetur, animo quidem nostro, & corpore alieno, eius videlicet, qui nostro nomine naturaliter possidet, siuè detinet, *l. 3. §. saltus, ff. de acqu. pos-*
3 *sess.* qui animus deficit per obliuionem, † quam longum tempus affert, idest, lapsus decem annorum, *glos. magna in l. 1. C. de seru. fugit.* quam pluribus confirmat *Meres de Maior. part. 3. quæst. 6. num. 2. Velasquez de Auendano ad l. 45. Tauri, glos. 7. num. vltim. Christophor. de Paz de Tenuta, part. 1. cap. 17. num. 26. & part. 2. cap. 71. num. 2. & 3.* Secundò, quia cum adsit obseruantia dictæ dismembratio-
4 nis vltra 30. annos, † literæ dismembrationis præsumuntur iustificatæ, vt fuit resolutum in causa *Lucana Decanatus, 21. Maij 1578. coram san. mem. Clemente VIII. & in decis. 431. num. 10. san. mem. Gregor. XV. vbi Addent. num.*
5 *14 allegant concord.* & ideò Prioratus fuit † omni possessione priuatus, *Mohed. decis. 4. num. 4. de rest. spol. decis. 141. num. 2. & decis. 802. num. 6 par. 1. diuers.* Iudex enim ritè, &
6 rectè immittendo alium in † possessionem, priuat alterum sua possessione, etiam absquè alia expulsione, *Seraph. decis. 1325. num. 1. vbi Adden. dat plures concord. Rot. decis. 525. num. 3. & decis. 557. num. 2. par. 2. recent.* Cuius etiam Iu-
7 dicis auctoritas † operatur, quod primus possessor debeat suspicari se posse repelli; *Honded. consil. 20. num. 18. lib. 1. Rot. decis. 641. nu. 7 par. 1. diu.* Nec dicatur, quod hoc mo-
8 dò ex præsumptione † oriretur præsumptio contra regulam, de qua in *l. 1. cum glos. C. de dot. promiss. Ruin. consi. 66. num. 10. versic. ex quo igitur lib. 3. Alexand. in leg. cum aliquam, num. 21. ff. de acquir. possess.* Quia hæc regula non pro-
9 cedit, † quando vna præsumptio venit in consequentiam alterius, *Christophor. Castellion. in repet. l. sciendum num. 9. ad finem, ff de verb. oblig.* & hoc probatur euidenti ratio-
10 ne, quia *text. in d. l. 1.* ex quo desumitur, † prædicta regula loquitur de fictione, licèt extendatur ad præsumptionem, *Ruin. in d consil. 66. num. 19. lib. 3. & in consil. 90. circa fin.*
11 *lib. 1.* Vnde queadmodùm vna fictio oritur ex alia, † quando venit in consequentiam alterius, *l. singularia, ff. si cert. pet. Bart. in l. sub conditione, num 3. ff. de solut. & in l. si quis pro emptore, nu. 71. ff. de vsucap. Bald. in l. 1. in fin. ff. quand. lic. ab empt. disced. Alex. consil. 117. num. 3. lib. 5.* Ita simili-
12 ter vna præsumptio potest oriri ex alia, quando † venit in consequentiam alterius, vt in casu isto, prout bene arguit, *Card. Mantic. in decis. 21. num. 3.*

Hoc posito, satis patet, quod sententiæ de partibus, quæ concedunt restitutionem Petro, sunt iniustæ; quia

Præstimonio

Præstimonio erat debita manutentio, ad quam d. D. Don
13 Rodericus poterat † agere nomine ipsius Præstimonij,
Verall. decis. 182. num. 9. par. 3. Seraph. decis. 1417. num. 3. Et
quia etiam erat debita ipsimet D. Don Roderico, ita vt
14 posset ad illam agere, non † solùm nomine Ecclesiæ, sed
etiam nomine proprio, vt statim dicetur. Nomine quidē
Ecclesiæ poterat agere, & obtinere, quia, vt benè consider-
ratur in decisionibus D. mei Dunozetti, possessio bonorum
15 Ecclesiæ, † est penès ipsam Ecclesiam, non autem sim-
pliciter penès Prælatum, vt per *DD. in l. 1 ff. de acquir pos-*
16 *sess.* & de veriori, † ac communiori opinione *Alex. in cons.*
81. num. 17. vol. 3. Paris. cons. 24. num. 5. vol. 1. & respe-
17 ctu † ciuilis possessionis conclusio est sine contradictore,
Bolognett. in d. l. 1 num 324 vers. in Prælato, Matthes. sin-
gul. 166. & ibi apostill. cum alijs concordantibus, qui in se-
18 cunda decisione latissimè allegantur; Et quod possessio †
semper dicatur plena, & nunquàm vacare, *Rip. in c. sæpè,*
19 *num. 17. de restit. spol.* Ideò D. Don Roderico nomine †
Ecclesiæ erat debitum mandatum de manutenendo, *Me-*
noch. de retin possess. remed. 3. num. 127. vbi quod si Rectori
20 conceditur rei † vendicatio, quæ dominium præsupponit,
ad vendicandum Ecclesiæ bona, *l. sancimus, C. de sacros.*
21 *Eccles.* à fortiori debet † concedi manutentio. Et meritò
quidem, quia spoliatus possessione naturali, quando retinet
22 ciuilem, cum per dictam spoliationem † turbari dicatur
in possessione ciuili, potest intentare interdictum retinen-
dæ, *Menoch. de recuper. remed. 3. num. 35. per glos. in l. 1.*
verbo, nec vi. C. vti possidet, et per l. 1. §. vi possidere, l. vim
facit, ff. de vi, et vi armat. et l. si duo, §. hoc interdictum et
§. cum inquilinus, et §. item videmus, in fine, ff. quod vi,
aut clàm. Nam & si is, qui deiectus est, naturaliter amittat
23 possessionem, † ciuiliter tamen, hoc est ciuili interpretatio-
ne, & quòad ius agendi, non amittit eam, nisi habeat se
pro spoliato, quia spem certam habet, se à Magistratu in
possessionem, à qua iniustè deiectus est, restituendum, per
text. in l. si quis vi. 17. ff. acquir. poss. vbi, si quis vi de posses-
24 sione, eiectus sit, † perindè haberi debet, ac si possideret,
cum interdictum de vi recuperandæ possessionis (scilicèt
naturalis,) facultatem habeat, & benè facit *Bart. in l. 1. nu.*
1. ff. vti possid. Papien. in form. libelli pro turbatione posses-
sionis, glos. hodie tenet, & possidet *num. 3* qui dicunt, quod
interdictus satis habet, vt possideat, siuè ciuiliter, siuè na-
turaliter; Et quod Præstimonium non habuerit se pro spo-
25 liato, satis patet, † cum Ecclesia, & pupillus non possint
perdere possessionem, *Bart. in l. 1. §. si vir. vxori, num 3.*
ff. de acquir. posses. Paris. d. cons. 24. num. 7. volum. 1. vbi
26 quod Ecclesia nunquàm, † desinit possidere, & nunquàm
moritur.

Nequè obstat, quod Cuiaccius *ad l. 4. vers. vacuam pos-*
27 *sessionem, ff. de vsucap.* dicat, quod animo possidere, † non
est animum sic instituere, vt quis fingat, se possidere; sed
animo possidere, est ea mente, atquè opinione esse, vt quis
se solùm putet possidere, atquè ideò, qui vi deiectus est fie-
28 ri non potest, † vt animo non desierit possidere, & mouet-
tur pro *l. clam posside re, 6. in fine, ff. de acquir. posses. et per*
l. 1. §. siuè autem corpore, ff. de vi, et vi armat. vbi habetur,
29 quod siuè etiam corpore, siuè animo possidens, quis † de-
iectus est, palàm est etiam vi deiectum videri; Idcircoquè
si quis de agro suo, vel de domo processisset, nemine suo-
rum relicto, mox reuertens, prohibitus sit ingredi ipsum
30 prædium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit, † &
ipse possederit, vt deiectus videatur, ademisti enim (subdit
Cuiaccius) ei possessionem, quam animo retinebat, & si nō
corpore; Vnde potest inferri, quod non tantùm ex animo,
quo spoliatus possessionem sibi ciuilem, satis diù imaginari
posset, sed potissimùm, & simul ex facto aliquo corporali
huius interdicti, vti possidetis, possessionem metiamur;
31 Nam huic fundamento respondetur, quod, † qui deijcitur,
non statim animo desijt possidere, & tunc demùm, si nolit,
vel possit in fundum, vel ad eos reuerti, quod vim maiorem
vereatur. *& l. si nolit. 7. ff. de acquir. possess.* Hoc est, vt potest
32 argui ex *l. seqq.* si affectum, † & facultatem retinendæ pos-
sessionis amittat, quod indè manifestum fiet, si omne exer-
citium, tàm persequendæ, quàm retinendæ possessionis ip-
so facto deponat; Quemadmodùm enim nulla possessio
33 acquiri † nisi animo, & corpore potest, *Put. decis. 215. nu-*
mer. 1. lib. 3. in correct. Ita nulla amittitur, in qua nisi vtrum-
34 què in contrarium actu est; facto † enim, & indicijs hic
opus est, quibus animus, qui aliàs in occulto, declaratur; In
possessorijs enim interdictis, non tàm de iure, quàm de fa-
35 cto † quæritur, an videlicet quis possideat, an itinere, vel
actu sit vsus. *l. de seruitutibus. 2. § fin & ibi not ff de seruit.*
vendit. Bart. in l. solent, § fin. ff. de offic Proconsul. Innoc. in
c. querelam, in glos. fin. de elect. Host. in sum de censib. § si
quis census, vers. & cens. Contard. ad l vnic. C. si de mo-
ment. poss. lim. 2. ratione mixturæ. n. 14. Factumq; hoc du-
36 rare † intelligitur, quamdiu ipsum durat possessionis exer-
citium, quod etiam in defendenda, & prosequenda posses-
37 sione consistit; Hinc † serui fugitiui possessionem retine-
mus, quamdiù facilem eius recuperationē credimus, eum-
què prosequimur, *l. Pomponius. 13 in principi. ff de acq pos-*
sess. & ita intelligenda est *l. 1. §. per seruum, eod tit.* vt serui
38 fugitiui ab alio † possessi, tunc domùm possessionem ami-
sisse videamur, si non facilis sit eius recuperatio, & hinc in
l. naturaliter. 12. ff. de acquir. possess. dicitur, quod non de-
39 negatur interdictum, † vti possidetis, ei, qui rem vendica-
uit, non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem ven-
dicauit. Et propterea dicunt DD. vt in principio relatum
40 fuit, quod ad perdendam † possessionem requiritur taci-
turnitas per decennium, imò, & minùs tempus sufficit, quā-
do quis scit alium possidere, & tacet, *Aym. cons. 235. num. 1.*
41 Requiritur tamen, quod suspicetur, † se posse repelli, *l. si*
quis. l quod meo ff. de acquir. possess. Et propterea omnes
concludunt, quod etiam deiecto, vel turbato eunti ad Iu-
42 dicem, † hoc interdictum, vti possidetis, detur, si modò
iste hoc animo sit, quod nolit, vel nequeat repelli, sed quod
43 per Iudicem velit manuteneri. † Eundo enim ad Iudi-
cem, suam ille possessionem non amittit, sed continuare,
& conseruare cupit, vnde, & meritò manutenendus est,
Afflict. decis. 395 nu 7 Put. decis 409 nu. 2 lib. 2. in correct.
Ruin. cons. 58. num 6. lib 4. Mandel cons 78. num. 13. Me-
noch de retin. remed. 3. nu. 22. & seqq. vbi, quod nullus de
hoc dubitat; Quare cum D. Don Rodericus statim transf-
lato Sebastiano ad aliam Parochialem, cœperit possessio-
nem dictarum duarum tertiarum partium fructuum, ab
ipso Sebastiano occupatarum, & vocatus in tempore co-
ram Iudice se opposuerit, vtiquè saltem nomine Ecclesiæ
44 ex eo, † quod illa retinebat ciuilem possessionem, non po-
terat ei denegari manutentio, imò, & nomine etiam
proprio ex ipsa possessione capta, Prioratu vacante, vt sta-
tim dicetur.

Non obstat, quod cum agatur de bonis Ecclesiæ occu-
45 patis, mortuo Prælato, † Ecclesiæ competit interdictum,
vnde vi, *cap. querelam, vbi Abb. in fine, de elect.* cum alle-
gatis in decisionibus D. mei Dunozetti. Quia, vt rectè dicit
Menoch. supra allegatus *remed. 3. num. 127.* si Prælato cō-
46 petit rei † vendicatio, eò magis competit manutentio.
Secundò respondetur, prout in eisdem decisionibus D.
47 mei Dunozetti, responsum fuit, quod interdictum, † vti
possidetis, id continet, quod deiectus à naturali possessio-
ne tueatur in ciuili, & in consequentiam, quod restituatur
in naturali, *Bald. in l. vti possidetis num. 12 in fine, vers. re-*
spondet interdictum. C. vti possid. Bart. ibid. num. 4 vers. &
aduerte, Azor. in summ. C. vt posid. num. 12. in fine, cum
allegatis in vtraquè decisione D. mei Dunozetti; quibus
potest addi *text. in l. si duo in princip. ff. vti possid.* quem in
puncto considerat *Ioannes Tanard. de interdictis, in ex-*
48 *positione l. vnic. C. vti possid. num 5.* vbi si deiectus † obsti-
nato animo sit, & ea spe recuperandi possessionem aucto-
ritate propria, non excedit, sed possessionem animo reti-
nere dicitur; & hoc interdictum rectè experitur, per quod
49 consequetur, vt possessio † corporalis amissa, sibi resti-
tuatur, & ciuilis, quæ solo nitebatur animo, conseruetur, &
subdit, hanc esse sententiam, *d. l. si duo in princ.* Et quod
in hoc casu admittatur cumulatio, vt petatur, & decer-
50 natur, † supplicantem ciuiliter, hoc est animo possiden-
tem, non modo turbari, sed etiam restitui, *Calcan. con-*
sil. 76. num. 3. latè Menoch. de retinen. remed. 3. & seqq.

Sed

Sed potius satius est, atque rectius, prout apud nos seruatur, quod petatur, & decernatur mandatum de manutenendo, quo iubeatur aduersarius, vt supplicantem non turbet, ab eiusque possessione discedat; † cum enim hoc casu
51 su supplicans possessionem non modò ciuilem sed & naturalem animo retineat, optimè petitur sola manutentio, nihil dicendo de restitutione, & in vtraque decisione D. mei Dunozetti, hoc fundamentum satis dilucidè tractatur,
52 & respondetur obiecto, quod ex † possessione Ecclesiæ non censetur capta possessio bonorum, quando Ecclesia vacante, quis cœpit possessionem, quia hoc intelligitur de possessione naturali, & optimè etiam respondetur ad decisiones, quæ possent allegari in contrarium, ac propterea super hoc non est immorandum.

Secundò principaliter, vt dictum est D. Don Rodericus nomine proprio potest petere manutentionem, quia cum, vt liquet ex deductis in principio, Prioratus possessionem amiserit propter dismembrationem factam à fel. rec. Paulo Tertio, & postea exequutam, licèt vacante Præstimonio Sebastianus occupauerit dictas duas tertias partes fructuum, nihilominùs vacante postmodùm Prioratu potuit
53 D. Don Rodericus impunè occupare † possessionē earūdem duarum tertiarum partium fructuum, cum ad d. Præstimonium spectarent, vigore d. dismembrationis; *cap. cum dilectus, §. verum, vbi Butr. in 4. not. sub num. 4. vers. sed habenti. de ord. cognit. Alex. cons. 94. num. 6. volum. 5. Bald. cons. 387. sub num. 1. col. 2. post med. vers. & si diceretur, vol. 1.* vbi, quod Prælatus potuit auctoritate propria
54 capere possessionem naturalem † vacantem, quando sibi fuit occupata, ea ratione, quia qui inuenit suam possessionem vacantem, neminem spoliare dicitur, cum alijs benè ponderatis in secunda decisione D. mei Dunozetti.

Vlteriùs fuit consideratū, quod præstimonium ciuiliter possidebat, & Sebastianus naturaliter; Vnde postquàm Sebastianus dimisit Prioratum, vacauit illa possessio naturalis; Vnde D. Don Rodericus ex possessione Præstimo-
55 nij, † censetur quoquè cœpisse possessionem naturalem bonorum eiusdem, cum alius non possideret, *Couar. var. lib. 3. cap. 16. num. 13. Rot. decis. 19. num. 7. & 8. par. 2. diuers.* quæ alios DD. cumulat, & fuit consideratum in secunda decisione D. mei Dunozetti.

Ex quibus fuit conclusum sententiam Rotalem, quæ reuocat sententias de partibus prolatas, super restitutione D. Petri ad duas tertias partes fructuum dismembratorum, esse confirmandam.

* Prima est decisio 78. supra in hac parte.
* Altera est decisio 139. pariter supra.

¶ Videatur infra in eadem causa alia decisio sub die 28. Aprilis 1634. coram eodem Reuerendissimo Coccino Decano.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana Pecuniaria, seù Mercium.

Die Lunæ 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Solutio facta vero Procuratori liberat debitorem, secus tamen si falso Procuratori sit facta. Creditum, quando reddatur illiquidum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta alicui de ordine creditoris, perinde est, ac si ipsi fuisset facta.*
2 *Solutio non facta vero Procuratori, non liberat debitorem.*
3 *Creditum, non potest dici liquidum, dum fundatur super falsitate, in qua lis pendet.*
4 *Et præsertim, quando d. lis non potest intra terminum executionis faciendæ, finiri.*
5 *Transmissio, & receptio literarum Cambij per se solæ non pariunt liberationem.*
6 *Quietantiæ propter imaginarias satisfactiones fieri non solent.*
7 *Peritorum assertioni est standum.*
8 *Pactum cuiquè suum, & non aduersario nocere debet.*
9 *De illiquido ad liquidum non admittitur compensatio.*

DECISIO CCXXVII.

CVM iam Bespini obtinuissent per duas Sententias Rotales eorum creditum firmari contra Excellentissimam D. Catherinam, vti hæredem bon. mem. Cardinalis Deti, fuit posteà coram me resolutum, esse locum Statuto Vrbis de duabus conformibus; Vndè ad retardandam executionem vigore rei iudicatæ, d. D. Catherina obiecit de compensatione, sub prætextu, quod cùm dictus D. Cardinalis constituisset Procuratorem in Ciuitate Cremonæ, Martinum Ciprianum de Rota, ad exigendos redditus Prioratus Sanctorum Stephani, & Gabrielis, dd. Bespini pro Martino Procuratore fideiusserunt, & sub obligatione Camerali promiserunt soluere quicquid ad eius manus peruenisset: Vndè cum constet Procuratorem exegisse libras quadraginta septem mille, & centum, non videbatur deneganda compensatio, dùm quantitas per dictum Martinum exacta longè absorbet summam, Bespinis per sententias Rotales, adiudicatam.

Verùm, proposito dubio, Domini responderunt non esse locum compensationi, quia ex eisdemmet scripturis, per quas probatur exactio facta à Procuratore, visum est etiam constare de remissione eiusdem prorsus quantitatis ad manus dicti Domini Cardinalis, qui successiuè, ac singulis vicibus, remissis literis Cambij ad manus Bespinorum, medijs quietantijs, confessus fuit habuisse, & recepisse à Bespinis summam cambiatam, & remissam, & sub eisdemmet quietantijs dedit ordinem, pro solutione facienda à Bespinis per hæc verba, *Et per noi, piacerà pagarli à Gio. Battista Sanctio nostro Mastro di Casa, &c.* qui Sanctius postea confessus fuit, recepisse à Bespinis eandem
1 summam, itaut † dicendum sit, quòd solutio facta Sanctio, perinde liberauerit Bespinos, ac si ei fuisset facta D. Cardinali, *l. vero Procuratori, l. qui hominem. §. si Titium. ff. de solution. Adden. ad Gregor. decis. 139. num. 7. vers. ad exigendum.*

Nec obstat, quod D. Cardinalis dictas quietantias, ac ordines de soluendo Sanctio, non solùm vti falsos impugnauerit, quinimmò quærelam criminalem contra ipsum exposuerit, ob quam etiam nunc in carceribus de-
2 tinetur, & sic solutio, vti facta † non vero Procuratori, Bespinos non liberauerit, ex not. *in l. si ego, ff. de neg. gest. & in d. l. vero Procuratori. ff. de solution.* Nam respondetur, quòd cum Fiscus, ac Dominus Cardinalis illi adhærens, conati sint probare per testes dictos Ordines esse falsos, & Sanctius è contra pro sua parte peritos induxerit ad probandum, quòd Ordines, qui falsi dicuntur, sunt eiusdem manus cum illis, qui pro veris habentur, clarè constat, quòd euentus Iudicij est adhuc dubius, cum ex probationibus hinc indè factis, possit Sanctius, tàm à Iudice absolui, quàm condemnari, atquè ita hæc facti dubietas, visa est satis superquè sufficiens ad reddendum turbidum, & illiquidum Creditum Domini Cardinalis,
3 dum † fundatur in falsitate, super qua lis etiam durat, *Surd. cons. 246. sub num. 4. lib. 2.* & fuit resolutum in *Romana Pecuniaria 15. Februarij 1615. coram Eminentissimo Cardinali Verospio*; Præsertim, cum dicta lis terminari non

4 † non possit intra terminum executionis faciendæ, iuxta tradita per *Felin.in cap.suborta num. 2. vers. aduerte secundo, de re iudic. DD.in l final. & in l. si constat. de compensat. Med.de compensat. par.1. quæst. 13. num. 1. Anna alleg.8.num.14.lib.2. Alexand.cons.93.sub num.1. & cons. 94. sub num.3.& 4.& cons.95.num.3 & 4. lib.4.*

Nec facit, quod constito de exactione pecuniarum facta à Procuratore, solutio debet plenè, & concludenter
5 probari, cum transmissio, † & receptio literarum Cambij per se solæ non patiant liberationem, iuxta *decis.Gregor.217.sub num.1.* Quia in casu isto, solutio, & extinctio debiti non fundatur in sola transmissione, & receptione literarum Cambij, sed in quietantijs Domini Cardinalis, ac Ordinibus de soluendo Sancto eandem summam, vt supra dictum est, & ita solutio debet dici plenè, & conclu-
6 denter probata, † cum quietantiæ propter immaginarias satisfactiones fieri non soleant, iuxta *text. in cap. 1.* & ibi *Abb.num.4.de Cler.non resid. Caputaq. decis. 196. lib. 1. Rot. post Cenc. de Censibus decis.252. num 6. Seraph. decis.450.num.3. & decis.1339. sub num 2* & fuit resolutum in *Cesaraugustana Pensionis 31. Ianuarij 1589. coram* bon. mem. Giptio, & in *Romana Affictus 17. Nouembris 1617. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Minùs releuat, quòd dd. quietantiæ non fuerint recognitæ per Bespinos, & sic non debeant attendi: Quia respondetur quietantias originales fuisse captas à Fisco è manibus Bespinorum ad quærelam ipsius Cardinalis, vnde cum ipse quietantiarum existentiam admiserit, ac solùm illarum falsitatem allegauerit, & ex alia parte, Periti supradicti illas adiudicauerint subscriptas fuisse manu Do-
7 mini Cardinalis, hæc † assertio Peritorum, seù recognitio visa est sustinere ad hoc, vt creditum Domini Cardinalis, non dicatur liquidum, cum in hoc Iudicio principaliter non agatur de credito, seù de veritate quietantiarum, sed an stante Iudicio criminali, & probationibus hinc, indè factis, creditum Domini Cardinalis possit compensari cum credito resultante ex duabus conformibus. Maximè quia Bespini nunquàm fuerunt requisiti ad faciendam dictam recognitionem, immò potius impossibilitati dùm quietantiæ originales fuerunt positæ in processu criminali, ad instantiam Domini Cardinalis; aliàs iniquum esset, quod ex vna parte Cardinalis ad fundandam intentionem suam contra Sanctium extrahi fecerit de manibus Bespinorum originalia, ad effectum inserendi in processu criminali, & ex alia parte hodiè obligare velit ipsos Bespinos ad ea recognoscenda in Iudicio ciuili, in quo produci non
8 possunt, & sic † reportando commodum ex impedimento per ipsum prætio, ad *text.in l factum, ff. de regul. iur. cum vulg.*

Et ex his omnibus saltem simul iunctis, visum est negari non posse, quin creditum Domini Cardinalis egeat ma-
9 gna discussione, quòd sufficit, ne cum credito † liquido compensari possit, *l.finali, vbi Bald.num.4. vers.secundo, nota. Castren.num.2. C. de compensat. Alexan. cons. 93. num.1. lib.4. Surd. decis.184. num. 6. Afflict. decis. 381. num.6. Seraph. decis. 1455. num.1.* & fuit resolutum in *d. Romana Pecuniaria 13. Februarij 1615. coram Eminentiss. Cardin. Verospio.*

Et ita fuit decisum vtraquè parte informante.

R. P. D. GHISILERIO.

Cortoneñ Plebaniæ.

Die Veneris 1. Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Decretum, quando sit infirmandum. Papa est Ordinarius Ordinariorum. Supplicatio sola, quando probet absquè literis. Dilatio, quando incipiat currere.

SVMMARIVM.

1 *Decretum emanatum ex falsa causa est infirmandum. & num. 10.*

2 *Prouisio Papæ facta de beneficio iurispatronatus vigore præsentationis, tanquàm Ordinarij Ordinariorum, sufficit pro institutione.*

Et habet præuentionem in concursu, cum quolibet Ordinario. & num.3.

4 *Regul. de non iudicando, iuxtà formam supplicationis. quando obstet.*

5 *Regul. de non iudicando, & clausula, verificato priùs, declarantur.*

6 *Supplicatio sola absquè literis probat, quando non agitur de iustificatione tituli.*

7 *Decretum est nullum, si sit factum pendente dilatione.*

8 *Dilatio non currit, nisi ab intimatione.*

9 *Citatus non cogitur comparere, si terminus ei præfixus sit nimis angustus.*

DECISIO CCXXVIII.

Decretum Vicarij Episcopi Cortoneñ quo pronunciauit pro Institutione ad fauorem Bernardini de Signorellis præsentati per Vniuersitatem, & homines Villæ Ceglioli ab Plebaniam Sancti Eusebij, tanquàm emanatum sub falsa causa, quod Bernardinus Bricchius primò præsentatus ad dictam Plebaniam, electionem de se factam non acceptasset, & quod eidem fuerit intimatus terminus 15. dierum ab eo præfixus ad acceptam, vel renuncian-
1 dum, tale † decretum infirmandum censuerunt Domini, cum corruat ex falsa causa, *Castr. in l. cum hi, §. si Prætor de transact. Rot.decis. 529. num.1. par.1. diuers.*

Ratio resolutionis fuit, quia ex facto, constat de acceptatione eiusdem Bricchij; primò ex assertione Vniuersitatis, de qua in instrumento electionis: secundò ex assertione Vicarij in edictis affixis, & demùm ex supplicatione ad eius fauorem per Sanctissimum signata vigore electionis, & nominationis de ipso factæ ab ipsa Vniuersitate, cum dispensatione etiam de assensu ipsius Episcopi enunciato in Breui Sanctissimi D. N. quod durante sexennio posset Plebaniam retinere per Cappellanum amouibilem, per eundem Episcopum approban. & quod interim Ecclesia non vacaret, quibus stantibus non potuerunt Patroni variare præsentando Signorellum post præsentationem
2 factam de Bricchio, cum † prouisio Papæ, vigore dictæ præsentationis, tanquam Ordinarij Ordinariorum, sufficiat
3 pro institutione, & habeat † præuentionem in concursu cum quolibet Ordinario, *c. dudum. §. nos igitur, & c. si à Sed Apostolica de præben.in 6.* cum alijs plenè per *Garz. de benef.cap.1.num.1.num.9. & alijs seqq.* Nequè potest dubitari de huiusmodi prouisione, cum ea probetur ex literis Apostolicis datis.

Non obstat, quod in gratia Papæ adsit clausula, verifica-
4 to priùs coram Ordinario Iurepatronatus, & quod † non exhibitis literis, obstet regula de non iudicando iuxtà formam supplicationis, quia ad substantiam gratiæ non requiritur, quod literæ fuerint coram Ordinario exhibitæ, sed sufficit hodiè illas exhibere ad docen. de acceptatione præsentationis, vt decretum fundatum in eo, quod Bricchius non acceptasset, corruat ex defectu falsæ causæ. Nec
5 obstat † regula de non iudicando, & clausula *verificato priùs, &c.* cum principaliter non agatur de iustificatione Tituli, & Iuris patronatus in petitorio, sed solùm de accepta-

cepta-

6 ceptatione, † super cuius negatiua fundatur decretum Vicarij Cortonen. *Caputaq. decis. 235. & 301. par. 3. Mantic. decis. 355. num. 2.* vbi aliæ cumulantur *san. me. Greg. XV. decis. 540. num. 6. & ibi Adden. plenè num. 8.*

Præterea cum præfixio termini 15. dierum ad acceptandum fuisset facta cum conditione intimationis faciendæ, &
7 de ea non constet, decretum est ipso iure † nullum, tanquàm factum pendente dilatione, & adhuc currente tempore ad intimationem faciendam, cum dilatio non currat,
8 † nisi ab intimatione, vt in puncto præfixionis termini cum intimatione firmauit *Rota coram Put. decis. 174. lib. 1. & in Imolen. seu Fauentina bonorum 25. Iunij 1593. in fin. coram Litta impress. per Salust. in prax. lib. 3. fol. 358.* Vltra quod præfixio 15. dierum Bricchio in Vrbe commoranti, videtur nimis angusta, cum à Ciuitate Cortonæ ad Vrbem propter impedimenta notoria epydimiæ, non ve-
9 niant Tabellarij solita celeritate, quo † circa terminus adeò breuis non potuit ipsum arctare, *Afflict. decis. 124. nu. 3. Cassad. decis. 6. num. 3. de dol. & contumac. Caputaq. decis. 263. num. 7. par. 2. Rota in Anconitana bonorum 23. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Merlino*

Nec dubitari potest, quod Vicarius inductus fuerit ad pronunciandum decretum, de quo agitur cum supradictis suppositis, quia ex eiusdem decreti lectura, constat in eis
10 fecisse fundamentum, † hæc enim causa in decreto exprimitur *Alex. cons. 89. num. 12. & 14. lib. 2. Menoch. cons. 231. nu. 17.* atquè ita dum Vicarius se mouit ad illud faciendum, eò quia Bricchius non acceptauerat etiam post intimationem termini assignati, & de vtroquè in contrarium constet, Decretum prædictum esse infirmandum, resoluerunt Domini vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Assecurationis.

Die Veneris 1. Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Contractus assecurationis mercium, & illius iustitia, cum in totum, & per totum consistat in incertitudine, & in alea fortunæ, ideo æquum, & conueniens est, quod dictus contractus minimè sustineatur, data scientia, vel eius verisimili notitia interitus mercium, de tempore, quo petita fuit assecuratio &c. Singularis est decisio.

SVMMARIVM.

1 *Intentionis fundamentum est concludenter & omninò iustificandum.*
2 *Tempore autumnali, secundis ventis spirantibus facilis est nauigatio & expeditum est iter equitantibus.*
3 *Notitiæ possibilitate data de aliquo periculo mercium tempore assecurationis, non est locus promissioni in casu non habitæ notitiæ intra certum tempus.*
4 *Mercatorum iudicio in articulis mercaturæ, Rota deferre solet.*
5 *Conditio super facto præterito attenditur, si impossibilis erat notitia purificationis conditionis de tempore promissionis.*
6 *Ex loci distantia, & temporis interuallo & qualitate itineris, deducitur scientia tempore assecurationis, de statu mercium.*
7 *Assecurationis contractus, & illius iustitia totus positus est in incertitudine, & in alea fortunæ, vt quippè lucrum, vel iactura istius contractus, pendet à maris, & ventorum arbitrio.*
8 *Assecurationis contractus dicitur venditio susceptionis periculi & æquiparatur iactui retis, & sponsioni.*
9 *In Assecurationis contractus de tempore assecurationis requiritur totalis incertitudo, de tempore assecurationis.*
10 *Inter Mercatores præcipuus candor, & vndiquè sincera fides, & æquitas, omissis Iuris apicibus, & verborum cortice, attendi debet.*
11 *Fidei candor inter Mercatores læderetur, si leuis suspicio doli daretur.*
12 *Fraudibus modis omnibus est obuiandum, & tollenda est omnis occasio supplantandi.*
13 *Assecurationem mercium illi, qui petunt, solent esse diligentiores in perquirendo notitiam mercium, quàm ipsi assecuratores cum, vt plurimùm de toto esse assecurati agatur, in interitu nauis. & n. 14.*
15 *Assecurationis contractus fieri potest etiam super re iàm perempta.*
16 *Sed hoc intellige dummodò talis rei interitus tempore assecurationis sit incognitus.*
17 *Assecuratio nauis iam peremptæ valet, dummodò tamen notitia deperditionis haberi non potuerit de tempore assecurationis.*
18 *Assecurationis contractus non tenet, siuè ille, qui petiit assecurationem, sciebat iacturam mercium, siue id præsumatur.*
19 *Assecurationis contractus, dum dicitur, quod potest fieri de re perempta, id intelligitur verum, quando adest pactum expressum, vt etiam iam perempta Naue, assecurator teneatur de interitu.*
20 *Et nec hoc casu teneretur assecurator, ad integrum precium mercium deperditarum.*
21 *Assecurationis contractus non tenet, dum adest posibilitas, ac præsumptio notitiæ, quod merces erant deperditæ. & n. 22.*
Et insuper, si cesset pactum expressum, quod solet apponi per illam clausulam, perita, vel non perita &c.
23 *Gregor. XV. decis. 126. quo casu procedat, & n. 27.*
24 *Nauis post discessum è portu, est exposita tempestatibus, & aliis periculis.*
25 *Nauis etiam dum in littore, vel in portu considet, obnoxia est periculis, vt ventorum impetu quatiatur, dissoluatur, incendio pereat, &c.*
26 *Portus fallit, & ipse fidem, & sæpiùs auditur Naues in ipso portu quiescentes, interire.*
28 *Valasc. decis. 64. n. 6. 9. & 10. & Molin. de contract. disput. 507. num. 4. declarantur.*
29 *Mercium deperditarum notitia, an quis ante petitam assecurationem habere potuerit, hoc totum arbitrio Iudicis ex circumstantijs regulando, remittendum est. & vide num. 35.*
30 *Pro Assecuratore mercium in dubio iudicandum est.*
31 *Assecurati, dum probauerunt intentionem suam, nempe,*

pe, quod venerit casus assecurationis, incumbit assecuratoribus onus probandi eorum exceptionem.

32 *Reus est actor in sua exceptione, & actor, postquam fundauit intentionem suam, non tenetur probare, id, quod est de exceptione rei.*

33 *Scientia mercium deperditarum probari potest ex sola possibilitate notitiæ &c.*

34 *Actoris probatio sat est, quod reddatur dubia ex probationibus rei, dum rei exceptio tendit non ad destruendam intentionem actoris, sed ad demonstrandam intentionem non esse fundatam, & sic ad elidendam illius probationem.*

36 *Mercatorum iudicio Rota plurimum tribuit in materia mercaturæ.*

37 *Rota Ianuen. decis. 102. quo casu loquatur.*

DECISIO CCXXIX.

MErcatores Romani sub diebus 23. 24. 25. 26. & 27. mẽsis Nouemb. anni 1630. assecurarunt lanas, *caricate, ò da caricarsi, e dall'hora, che saranno caricate, ò cominciate à caricarsi in Alicante*, super quauis Naue, exceptis tantùm Nauibus nuncupatis *S. Pietro, e Diamante*, & se obligarunt ad solutionem precij lanarum, altero ex duobus casibus; Primò, scilicet, casu, sequuto naufragio, vel alio nauium interitu; Secundo casu, *se si stesse sei mesi, che di dette lane non ci fusse vera notitia.*

Die 21. Octobris eiusdem anni 1630. onerata fuit Nauis S. Pauli, ballis 90. lanarum, & sub die 23. eiusdem mensis fuit onerata Nauis S. Michaelis ballis lanarum 140.

Hæc Nauis Sancti Michaelis fœliciter appulit Venetias, de Naue autem Sancti Pauli adhuc incertum est, quid acciderit.

A principio Assecuratoribus fuit intimatum naufragium huius Nauis S. Pauli, & protestatum, quod elapsis duobus mensibus, ipsi Assecurati volebant consequi summas assecuratas. Verùm postea coram A. C. pulsabantur Assecuratores ex secundo casu, scilicet, quod post sex menses adhuc de hac Naue S. Pauli nihil innotesceret, & per A. C. fuit decretum mandatum; A quo interposita appellatione, dum in Signatura Iustitiæ discuteretur causa, & concors non esset Patrum opinio circa modum rescribendi, placuit Eminentissimo Domino D. meo Cardinali Antonio Barberino Præfecto, vt me proponente consuleretur Rota super iustitia mandati, quæ hodie respondit, dictum mandatum non esse relaxandum.

Quoniam neuter ex casibus compræhensis in assecuratione euenit, nec commissa est stipulatio.

Non primus circa naufragium, vel alium interitum, nulla quippe adducitur concludens probatio; Immò Informantes pro assecuratis se restringunt ad secundum casum, quod scilicet de Naui S. Pauli infra sex menses non fuerit habita notitia.

Quò verò ad hunc secundum casum, nec etiam affertur plena probatio istius negatiuæ non habitæ notitiæ, & ta-
1 men cum sit fundamentum intentionis actorum, † qui sunt Assecurati, erat omninò concludenter iustificanda, *l. illa. & ibi scribentes, ff. de verb. obligat. Natt. cons. 648. num. 6. Rota Ianuen. decis. 173. num. 7. Gabr. de probat. conclus. 6. num. 12. Herculan. in tract. de negatiua, num. 2. & 16.*

At esto, nihil certi post tot menses allatum esse de Naui S. Pauli, attamen non intrat obligatio, nec dicitur commissa stipulatio ex secundo hoc capite, in quo duo sunt animaduertenda; Primùm, quod oneratio lanarum in Portu Alicantis processit 33. vel 38. diebus promissioni factæ hic Romæ ab Assecuratoribus; Alterum quod Alicantes distabat ab Vrbe nongentis milliaribus, velis rectà per altum datis, seu vt dicitur *à golfo lanciato*, mille verò, & ducentis longa propè littus nauigatione, siuè vt aiunt *à costa*, & quod singulis horis tria milliaria peraguntur, itaut spatio 20. dierum, vel circiter, commodè nuncius, vel permutatis, & concitatis equis, vel Naui ocyter permeante vectus ex Alicante Romam peruenire potuerit, & onerationem, nec non interitum aliquem Nauis S. Pauli referre Domino Lanarum, vel eius Procuratori Romæ degenti, vt apud Peritos rei nauticæ compertum est, & habetur in Capitulis Consulatus Barchinonen. & nouissimè in his terminis dixit *Rota in Romana Assecurationis Mercium 23. May præteriti coram R.P.D. meo Panzirolo*, præsertim verò atten-
2 to † tempore autumnali, quo secundis ventis spirantibus facilis est nauigatio, & expeditum est iter equitantibus.

Data autem possibilitate notitiæ de aliquo periculo mer-
3 cium tempore assecurationis, † non est locus promissioni in casu non habitæ notitiæ, intra certum tempus, quemadmodùm hanc obligationem ita temperandam, & restrin-
4 gendam esse censuerunt Mercatores Florentini. † quorum Iudicium in hoc articulo sequuta fuit *Rota apud sanct. me. Grogor. XV. decis. 126. per tot. & præcipuè in princip. & nu. 9. & confert text. in l. cum ad præsens, ff. si cert. pet.* vbi con-
5 ditio super facto præterito † attenditur, si impossibilis erat notitia purificationis conditionis de tempore promissionis, *Strach. de assecurat. glos. 27. num. 1. & 2.* vbi ex distan-
6 tia loci, † & temporis interuallo, & qualitate itineris deducit scientiam tempore assecurationis de statu mercium, *Scacc. de commerc. par. 2. q. 7. ampliat. 10 §. 1. num. 29. ibi, Si assecuratus nouerat, seu præsumatur nouisse*, & idem etiam tradit *Gamma decis. Lusitan. 181. num. 1.* vbi ponderat distantiam itineris, & temporis spatium, & sequitur *Cost a de iur. & facti scient. & ignorant. centur. 1. distinct. 71. num. 2.*

Idquè summa ratione, & æquitate fultum videtur, con-
7 tractus enim assecurationis, & † illius iustitia totus positus est in incertitudine, & in alea fortunæ, vt quippe lucrum, vel iactura istius contractus pendet à maris, & ventorum arbitrio, vt scripsit *Castrens. in l. in naui sasili. ff. locati, Alex. in l. à Titio, ff. de verb. obligat. Anan. in c. nauiganti, q. 13. de vsur. Dec. cons. 115. num. 2. & 4.* & ideo dicitur
8 † venditio susceptionis periculi, & æquiparatur iactui retis, & sponsioni, *Molin. de contract. disput. 507. num. 2. &*
9 *4.* Et propterea totalis incertitudo requiritur † de tempore assecurationis; itaut tunc cesset in assecurato omnis suspicio, & possibilitas notitiæ, cumquè res versetur inter Mer-
10 catores, præcipuus candor, † & vndique syncera fides, & æquitas, omissis Iuris apicibus, & verborum cortice, attendi debet, vt per *Bart. in l. fideiussor, § quædam, ff. mandati, Dec. in l. in omnibus, num. 3. ff. de reg. iur. Stracch. de mercatu. in vltima parte. n. 1. Surd. cons. 382. n. 21. & cons.*
11 *528. num. 7.* qui sanè fidei candor læderetur, si & † leuis suspicio doli, vel possibilitas notitiæ posset suboriri, & frau-
12 dibus modis † omnibus est obuiandum, & tollenda omnis occasio supplantandi, *l. 1. ff. de dol. cap. sedes, de rescript. Clem. 1. de vsur.* & in his terminis notat *Rota Ianuen. de-*
13 *cis. 36 sub num. 12.* & illi, qui petunt † assecurationem solent esse diligentiores in perquirendo notitiam mercium,
14 quàm ipsi Assecuratores, cum vt plurimùm † de toto asse assecurati agatur in interitu Nauis, vt obseruat *Rota Ianuen. d. decis. 36. num. 12.*

15 Non obstat, quod assecuratio † fieri possit super re iam perempta; quoniam id intelligendum est, dummodò talis
16 interitus mercium tempore assecurationis sit † ignotus. *Valasch. decis. Lusit. 64. n 6. & 8. Ricc. in collectan. decis. collectan. 838 in fin. par. 4. Gamma decis. 181. num. 1. Odd cons. 31. n. 42. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 28 dubit. 4. num. 25. Molin. de contract. disput. 507. num. 3. vers. quare, Rota Ianuen. decis. 36. num. 6. & decis. 102. nu. 4.* vbi refert Con-
17 sulatum maris, vt valeat † assecuratio Nauis iam peremptæ, dummodò tamen notitia deperditionis haberi nõ potuerit, tempore assecurationis, *Stracch. de assecurat. glos. 27. n. 1. & seqq. & Scacc. de commerc. par. 2. q. 7. ampliat. 10. §.*
18 *1. nu. 20.* qui idem asserunt, † siuè Assecurator sciat iacturam mercium, siuè præsumatur scire, *Costa de iur. & facti scient. & ignor. cent. 2. distinct. 71. n. 4. & seqq.* Et qui con-
19 trariam sequuntur opinionem, † loquuntur quando aderat pactum expressum, vt etiam iam perempta Naue, Assecurator teneatur de interitu, vt explicat *Decius cons. 115. num. 4.*

num.4.vers.prætereà si non, & Rota Ianuen.decis.102.nu.
20 4.in fin.Valasc.d.decis.64.num.7. Neque hoc casu † teneretur assecurator ad integrum precium mercium deperditarum, vt per Less.de iust.& iur.lib.2.cap.28. dubit.4. num. 26. Vndè ad casum præsentem minimè applicatur obie-
21 ctum, quia & adest † possibilitas, ac præsumptio notitiæ, & cessat pactum expressum, quod solet apponi per clausulam illam, Perita, vel non Perita &c. vt per san.mem.Gregor.XV.d.decis.126.num.8.

Verba autem illa, caricate, ò da caricarsi, eamdem interpætationem, & moderamen Florentinis Mercatoribus, & à Rota allatam, recipiunt, vt caricate, intelligan-
22 tur † dummodò ità proximè assecurationi præcesserit oneratio, vt in ipsa assecuratione notitia haberi non potuerit de statu lanarum, iuxta text.in d.l.cum ad pransens, & in l.sequenti, ff.si cert.pet. ibi, An quantum in natura hominum sit, possit sciri, & notat Stracch. de assecurat. glos. 27.num.1.& seqq. Rota Ianuen.d.decis.36.num.10.

Non obstat quod decisio 126. coram sanct.mem Gregor.
23 XV. † versetur in casu, quo, iam Nauis soluerat è portu, hic verò non constet de discessu; Quoniam casuum quidem adest diuersitas aliqua, sed eadem ratio, & sic etiam eadem recipienda est interpætatio, ibi enim promissio assecurationis incipiebat à discessu, hic autem ab oneratione,
24 & quemadmodùm post discessum è portu † exposita est Nauis, tempestatibus, & alijs periculis, ità & dum in litto-
25 re, vel in portu consistet † obnoxia est itidem periculis, vt ventorum impetu quatiatur, dissoluatur, incendio pereat, vt contigit in casu decisionis emanatæ coram R. P. D. meo
26 Panzirolo, & verè dixit aliquis, † fallit portus, & ipse fidem, sæpiùsquè audiuimus Naues in ipso portu quiescentes interijsse.

Nec in casu decisionis 126.san.mem. Gregor. XV. con-
27 stabat de naufragio, † vel alia deperditione mercium, vt ex eius lectura apparet, siquè de naufragio constitisset, perperam ibi, Moyses assecuratus recurrisset ad stipulationem ex capite non habitæ notitiæ, cum ex causa naufragij facilior fuisset victoria, & tutior.

28 Neque prædictis aduersantur Valasch.† decis. Lusitan. 64.num.6.9.& 10.& Molin.de contract. disput. 507.nu. 4. vers. quomodo &c. quoniam isti admittunt Assecuratorem non teneri, si Assecuratus sciebat merces fuisse deperditas, & admittunt notitiam probari ex tempore, quod intercessit, non tamen rigidè computando 24. leucas pro vnoquoquè die, sed in præsenti casu computatio itineris, & temporis, quod intercessit inter onerationem, & assecurationē, non est ita angusta, & rigida, vt à Valascho, & Molina im-
29 probari videatur, quia hoc † totum arbitrio Iudicis ex circumstantijs regulando remittitur: Intercessit enim hoc spatium 33. dierum, & 38. respectiuè, & tamen iter confici poterat 20. vel circiter diebus, tempusq. commodum erat nauigationi, & terrestri itineri, & in dubio pro Assecu-
30 ratore † pronunciandum esse monet idem Valasch. d decis.64.num.11. tunc enim neuter est in damno, & Assecurator restituit mercedem acceptam pro assecuratione, vt idem Valasch. vbi supra.

Demùm non obstat quod Assecurati, qui sunt Actores, probauerint eorum intentionem, quæ cōsistit in hoc, quod intra sex menses post onerationem Nauis, de ea notitia cer-
31 ta † non fuit habita; quo probato, incumbit Assecuratoribus Reis, onus probandi eorum exceptionem, scilicet tempore assecurationis habitam fuisse notitiam ab Assecurato de statu Nauis, l.1.Bart.num.3.ff.de except.l. in exceptionibus, ff.de probat.Paris.cons.45. num. 2. lib. 1. Rota coram sanct.mem.Greg.XV.decis.228. num. 2. & in his terminis
32 Rota Ianuen.decis.102.num.3. Reus enim † est Actor in sua exceptione, & Actor postquàm probauit suam intentionem non tenetur probare id, quod est de exceptione Rei, ex præallegatis.

Quoniam Assecuratores opus non habent probandi positiuè scientiam Assecurati de statu mercium tempore asse-
33 curationis, † sed sufficit sola possibilitas notitiæ, quæ possibilitas concludenter deducitur ex spatio temporis, quod intercessit inter onerationem, & assecurationem, & ex distantia Alicantis ab Vrbe, hæc verò sola possibilitas elidit probationem Actoris, & temperat obligationem factam
34 in casu non habitæ notitiæ, & sat est quod probatio † Actoris reddatur dubia ex probationibus Rei, dum Rei exceptio tendit non ad destruendam intentionem Actoris, sed ad demonstrandum non esse intentionem fundatam, & sic ad elidendam illius probationem, vt benè post Soccin. & Ruin. declarat Surd.cons.505.num.6.sub vers. nec dicatur, Mandel.cons.451.num.3.& cons.452.num.44. & hanc distinctionem in alio casu approbauit Rota in Bononien. Fideicommissi de Desiderys 14. Martij 1629. coram me. Et tunc solum intraret obligatio illa in casu non habitæ notitiæ, & Actorum solidè fundata esset intentio, si ipsi Assecurati, qui sunt Actores, incolumitatem mercium pro-
35 basent vel tempore asecurationis, † vel alio tàm proximo asecurationi, vt in actu dictæ asecurationis de ipsis mercibus notitia haberi non potuerit, & sic cesaret omnis
36 suspicio doli, & fraudis, & hic fuit sensus † Mercatorum Florentinorum, quem Rota in illa decisione 126. coram sanct.mem.Greg.XV.& hodie coram me, plurimi fecit.
37 In casu autem decisionis 102. Rota Ianuen.† excludebatur possibilitas notitiæ de tempore asecurationis, attenta longitudine loci, & asperitate Itineris, vt ibi num. 2. in fine.

Et ita vtraq. parte informante resolutum fuit, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Ianueñ Parrochialis.

Die Veneris 1. Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Congrua debetur Vicario, seù Rectori exercenti curam animarum, & ista, quanta esse debeat.

SVMMARIVM.

1 *Congrua debetur Rectori, seù Vicario exercenti curam animarum.*
2 *Congrua, quæ debetur Rectori exercenti curam animarum, non debet eße maior 100.nec minor 50. scutorum annuorum.*
3 *Computatis etiam incertis emolumentis, si habeant quamdam certitudinem.*
4 *In congrua Rectoris exercentis curam animarum, non imputantur emolumenta omninò incerta, vt sunt eleemosynæ Altaris, funeralium &c.*
5 *Venter non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem.*
6 *Congrua à principio, quando semel est assignata, debet Vicarius illa eße contentus.*
7 *Et ideò ipse sibi imputet, si accidat, quod congrua sit nimis tenuis, fallit, num.8.*

DECISIO CCXXX.

Adest res iudicata super eo, Ecclesiam S. Andreæ esse Regularem, & ipsam spectare ad Abbatissam, & Moniales S. Andreæ, atq; ad easdem spectare curam animarum Parrochianorum eiusdem Ecclesiæ, exercendam per Rectorem, seù Vicarium à dictis Monialibus ad earūdem nutum amouibilem, & ad Archiepiscopum approbationem tantùm pertinere, absquè alio concursu. Vnde stāte ista re iudicata, Dubitaui, An, & quanta congrua debeatur

tur Vicario prædicto, & an literæ patentes factæ eidem Vicario, per Vicarium generalem D. Archiepiscopi sint corrigendæ.

1 Et quantùm attinet ad primum, quod † congrua debeatur Rectori, seù Vicario exercenti curam animarum. non est dubium, *c. extirpandæ*, §. *qui verò*, *vbi gloss. de præben. Conc. Trid. sess. 7. cap. 7. de reform. & sess. 25. cap. 15. pariter de reform. Rebuff. de congrua qu. 4. in princ. Cas. de Graff. decis. 6. num. 7. de præben. Mantic. decis. 269. num. 3. Rot. decis. 16. num. 1. par. 1. diuers. & in recent. decis. 420. num. 3. par. 1. & decis. 449. num. 5. par. 2. & fuit dictum in causa Pampilonen. congruæ 29. Ianuarij 1590. coram bo. me. Comitulo Episcopo Perusino, sanct. mem. Gregor. decis. 429 num. 1.*

Quantùm attinet ad secundùm, quanta scilicèt debeat esse ista congrua, *sanct. me. Pius V. in sua Constitutione 45. Ad exequendum in nouo Bullario in §. 1. & 2.* quia Ordinarij excedebant mentem Concilij in assignandis congruis,
2 declarat quantitatem † congruæ nō esse debere maiorem 100. nec minorem 50. scutorum annuorum computatis etiã incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter
3 percipi solitis, quod est intelligen. de incertis, † quæ habent quamdam certitudinem, vt sunt decimæ frumenti, & vini, alijq. fructus emolumenta, & obuentiones, quæ penès Vicarium sunt incertæ, quantùm ex illis percipere possit,
4 non autem, hoc est intelligendum † de omninò incertis, vti sunt eleemosynæ Altaris, funeralium, & similium, quia ista non computantur in congruam, *Rebuff. de congrua nu. 83. & 86. Mantic. decis. 269. nu. 6. Rota decis. 5. num. 3. par. 2. diuers. & d. decis. 449. num. 6. & d. decis. 420. sub num. 2.*
5 vbi redditur ratio, quia venter † non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem; Et ideò Domini sequendo mediam viam, cum Moniales sustineant omnes impensas, visum fuit Dominis istam congruam esse taxandam ad scuta 75. annua.

6 Neque obstat, quod quando † congrua à principio semel fuit assignata, debet Vicarius illa esse cõtentus, *Mant. d. decis. 269. num. 1. Rot. d. decis. 449 num. 5. san. mem. Greg. decis. 429. num. 3.* vbi dicitur, quod Vicarius sibi imputare
7 debet, si beneficium minùs tenue acceptauit, † quia hoc nō procedit, quando congrua est ita tenuis, vt Vicarius non possit se substentare, & sustinere onera Ecclesiæ; tunc enim non habet locum illa ratio, quod sibi debeat imputare, cum
8 non agatur solũ † de præiudicio personæ, sed de præiudicio Ecclesiæ, & ordinis Clericalis, vt egregiè declarat *Rota in d. decis. 420. num. 4. par. 1. in recent.* vbi dicitur ita esse intelligen. præcitatam *decisionem sanct. mem. Greg.* & latiùs hoc idem dicit *Rota in d. decis. 449. sub num. 5.* Vnde cum in hoc casu Moniales sustineant omnia onera d. Ecclesiæ, & in ea huiusmodi congrua hactenùs formiter constituta non fuerit, ipsi animaduertentes ad præiudicium ordinis Clericalis super illius taxatione à scutis 50. ad scuta 100. remiserunt se iudicio Rotæ, & propterea visum fuit Dominis omnibus consideratis pro congrua deberi dicta scuta 75.

Quantùm attinet ad tertium, An literæ patentes datæ per Vicarium D. Archiepiscopi Ioãni Baptistæ Stratæ moderno Rectori, seù Vicario dictæ Ecclesiæ, sint corrigendæ, visum fuit Dominis, quod sic, quia excedunt fines rei iudicatæ, & formam mandati de manutenendo Monialibus præcedenter concessi, Nam vltrà approbationem processit ad institutionem, & tamen solùm ei est permissum examen, & approbatio, iuxtà eamdem Constitutionem sanct. mem. Pij V. in §. 3. cui se conformauit res iudicata Rotalis.

Et ita conclusum &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO

Die Lunæ 4. Iulij 1633.

ARGVMENTVM.

Maritus si conueniatur ab vxore ad dotis restitutionem, quando gaudeat priuilegio, deducto, ne egeat, & quando illo spolietur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quando conuenit maritum propter dotis restitutionem, tunc non condemnatur, nisi in quantum facere potest.*
2 *Mulier non præsumitur habere, nisi dotem suam.*
Mulier, excepta dote, præsumitur pauper. num. 2.
3 *Prima charitas incipit à se ipso.*
4 *Altare vnum non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur.*
5 *Personæ duæ priuilegiatæ, vbi concurrunt, tunc illa præfertur, quæ tractat de damno vitando.*
Personis, qui tractant de damno vitando, magis fauendum est, num. 5.
6 *Bald. in l. quod nomine, ff. de condit. indeb. defenditur.*
7 *Maritus, quando gaudeat priuilegio nè egeat, si dos debeat restituere.*
Actori satis est, quod contra Iuris rigorem agat modificato modo. num. 7.
9 *Capitis diminutio non liberat quem à naturali obligatione.*
10 *Maritus gaudet priuilegio nè egeat, quando locus est restitutioni dotis, propter eius vrgentiam ad inopiam.*
11 *Maritus non gaudet beneficio, nè egeat, dum Thori separatio est secuta propter eius sæuitiam. & numero 13.*
12 *Beneficium, nè egeat, si alicui competat, tunc illo, non potest vti, quando fuit ingratus.*
13 *Vir ingratus vxori perdit beneficium annalis restitutionis dotis, cum reliquis lucris.*
14 *Vir, quando fuit ingratus vxori, tunc illa duo æquiparantur, scilicet priuatio lucri dotalis, & beneficium restitutionis, quòad tempus.*

DECISIO CCXXXI.

POst latam sententiam super separatione Thori * ad fauorem D. Barbaræ, vna cum relaxatione mandati pro restitutione dotis, D. Marchio illius maritus protestatus fuit, quod cum non haberet, nisi bona in Regno Neapo-
1 litano, non poterat super illis fieri executio, † nisi deducto ne ipse, & filij egeant, iuxta textum in *l. maritum*, 13 *ff solut. matrim.* & notant ibidem communiter DD. late *Castagna in suo tract. deducto ne egeat. quæst. 1. per tot.* & fuit resolutum in causa *Recanaten. Separationis Thori*, 26. *Februarii 1625. coram R. P. D. meo Pirouano*. Cæterùm cum feriæ instarent, hodie in vltima audientia in relationibus causarum super hoc feci verbum cum Dominis, qui visis memorialibus vtriusquè partis, responderunt, quod etsi prædicta conclusio verissima sit, & approbata à Rota in casu suo. in dicta causa *Recanaten.* nihilominus

non applicatur ad casum, de quo agitur, quia cum de iure
2 † præsumatur, quod D. Barbara non habeat, nisi suam dotem, & sic, quòd excepta dote sit pauper. *Thessaur, decis. 43. num. 5 Vinc. de Franc. decis. 490. num. 28. in fine, par. 3. Castagna* in istis terminis, & ad hunc effectum, *d. quæst. 1. fallentia 4. num. 7.* Maritus non gaudet beneficio deducto, ne egeat: admisso etiam sine veri præiudicio, quod constaret de illius paupertate, de qua tamen non constat respectiuè ad vxorem, cum, & ipsa vxor sit pariter pauper, nec habeat aliunde præter suam dotem, pro qua debet propte-
3 reà præferri, quia † prima charitas incipit à se ipso, *l. præses, C. de seruit. & acq.* & in pari causa necessitatis præfertur mulier, *l. assiduis, §. exceptis, C. qui pot. in pign. habeant,*
4 & vnum † Altare non est discooperiendum, vt alterum cooperiatur, *l. verum, §. penult. ff. de minor.* & ità in puncto tenent *Iacob. de Arena, in l. si maritus. 54. numero 1. ff. solut. matrim.* quem ibidem sequitur *Bart. num. 2.* vbi etiam *Imola num. 2.* qui de veriori opinione, idem *Bald. l. maritum, 13. num. 1. eodem tit.* vbi de communi testatur, prout de magis communi testatur etiam ibidem *Alexan. num. 1. ante finem, vers. & quantum. Fran. Aret. num. 1.* qui ratio-
5 nem ex eo deducunt, quòd quando concurrunt † duæ personæ priuilegiatæ, illa præfertur, quæ tractat de damno vitando; illi enim magis est fauendum. *Bald. in l. 2. num. 5. C. quod cum eo, & in l. si quis crediderit, num. 1. post Gulielmum de Cuneo, ff. de pactis,* qui expressè loquitur in pũcto, quando mulier repetit dotem propter separationem Thori, idem *Bald. in l. quod nomine, num. 1. in fin. ff. de condit. indeb.* dum arguit pro, & contra, & posteà se remittit ad ea, quæ notat *Iacobus de Arena in d. l. si maritus,* qui tenet
6 hanc sententiam vt supra relatum fuit, & propterea *Bald.* † non est sibi contrarius, vt putauit *Franc. Aret. loco supra citato. Padilla in d. l. præses, num. 8. ff. de seruit. & acquir. Greg. Lopez, l. 15.* in verbo *Biuir, in fine tit. 10. par. 5. Couar. in regula possessor, de reg. iur. in 6. par. 2. §. 2. num. 4. in fine, vers. hinc etiam deducitur Matthæus Brun. de cessione bonorum, q. 4 principali, q. 13. num. 1. & quæst. 20. n. 30. Campeg. de dote part. 3. q. 241. Rebuff. ad Regias Constitutiones tom. 2. de lit. dilat. art. 1. num. 25. Surd. de alimentis tit. 1. q. 78. num. 34. & tit. 8. quæst. 84. num. 3.* vbi de magis communi, prout de communi pluriès testatur *Barbos. in d. l. maritum 13. num 96. & 97. ff. solut. matrimon.* licet ipse contrarium teneat. *Marsil. sing. 99. Fontanella de pactis nuptialibus par. 2. clausula 7. glos. 2 num. 93. Guttier. de iuram. confirm. cap. 15. num. 4.* vbi de magis communi, *Vrsillus ad Afflictum decis. 221. num. 4. & decis. 222. num. 3,* vbi quod ita fuit iudicatum, *Molfesius ad consuetud. Neapolitan. par. 6. quæst. 9. nu. 2. Intrigliol. de casibus conscientiæ casu 35. num. 74. Ant. Monac. de execut. in vestibus, cap. 12. num 61. Castagna qui alios congerit d. limitat. 4. per tot.* & alij DD. Moderni alios congerunt.

7 Neque obstat, quod propter mutationem † status debet maritus gaudere hoc priuilegio, cum satis sit actori, quod contra iuris rigorem agat modificato modo, vt per *Bald. in d. l. 2. num. 6 in fine. C. quod cum eo. Matthæus Brunus locis supra allegatis. Intrigliolus de casibus consciẽtiæ loco pariter supra allegato. Castagna d. limit. 4. in fine:* quia hoc dictum procedit, quando propter mutationem status viri, mulier agit ad dotem, & ita loquuntur DD. præ-
8 dicti, & ità intelligit *Bald.* † Additio ad ipsum in verbo, *iuris rigor,* vbi inquit, quod hoc dicit propter *leg. 2. §. 1. ff. de*
9 *capit. dimin.* vbi dicitur, † quod capitis diminutio non liberat quem à naturali obligatione, nec eum impedit postea ciuiliter obligari, & iste non est casus noster, quia non agitur de mutatione personæ, vt quia vir sit bannitus, aut de-
10 portatus, & licèt etiam supradicta limitatio sublimitetur, † quando est locus restitutioni dotis ob vrgẽtiam viri ad inopiam, vt per *Castagn.* qui alios refert *d. limit. 4. num. 8.* attamen etiam extra istos terminos versamur.

Nec displicebat aliquibus ex DD. quod cum separatio
11 Thori fuerit facta ob sæuitiam viri, & sic † ipse fuerit ingratus erga vxorem, dum agitur contra ipsum ad restitutionem dotis, propterea non potest gaudere dicto priuilegio, ne egeat, vt per doctrinam *Iasonis in §. sunt præterea, in verbo sed si quis, num. 5. vers. prædicta intellige vera, In-*
12 *stit. de actionibus,* vbi vult quod ille, † cui cõpetit beneficium, deducto ne egeat, non potest illo vti, quando fuit ingratus, quia quemadmodùm propter ingratitudinem perdit alimenta, per consequens debet perdere etiam hoc
13 beneficium, & hoc dictum quando † vir fuit ingratus vxori, quod ipse vir non possit vti beneficio, ne egeat, applicat, ad casum nostrum. *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 78. in fine,* vbi dicit hunc casum ab alijs DD. non fuisse consideratum, & *Surdum sequitur Fontanella de pactis nuptialibus, clausula 7. glos. 3. num. 94.* dicens hanc limitationem practicabilem, & remittit se ad ea, quæ dixit supra *eadem glos. 3. num.*
14 *10.* vbi firmat, quod † maritus perdit beneficium annalis restitutionis dotis, cum reliquis lucris, quando fuit ingratus vxori, & allegat *Viuium decis. 197. num. 14. & Stephan. Gratian. discept. 405. per totam,* & benè etiam *Molinus de ritu nuptiarum lib. 3. quæst. 42. num. 18.* & meritò dictus *Fontanella* vtroquè loco æquiparat istos duos casus,
15 scilicet, † priuationis lucri dotalis, & beneficio temporis restitutionis, quando vir fuit ingratus vxori, & similiter, quod vir non possit vti beneficio ne egeat, quando pariter fuit ingratus.

Et ita conclusum, visis, & consideratis rationibus pro vtraquè parte deductis in relationibus causarum, &c.

* Decisiones super hac separatione Thori habes supra in hac parte sub diebus 24. Nouembris 1632. & 11. Aprilis 1633. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino, & sunt decisiones 155. & 191.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. Successionis.

Die Lunæ 14. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Filia renuncians bonis, & hæreditati maternæ, qualiter intelligatur facta d. renũciatio. Renunciationes, qualiter sint intelligendæ. Aequalitas, vt seruetur inter fratres, & sorores iura semper inclinant, itaut hoc casu plura permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Et aliqua circa Statut. Bonon. lib. 4. de success. ab intestat.

SVMMARIVM.

1 *Filia in successione bonorum matris simultaneè cum parentibus, & fratribus vocatur. & num. 19.*

2 *Statut. Bonon. de success. ab intest. ascenden. & Collater. lib. 4. non excludit fœminas à successione personæ defunctæ, quando agitur de bonis, quæ prouenerunt à matre.*

3 *Interpretatio semper est strictè facienda, quando agitur de materia proprij Iuris abdicatiua, donationem, aut speciem illius importante.*

4 *Renunciatum tantùm censetur, quantùm legitur expressum, nec potest ad alia trahi.*

5 *Ex Renunciatione sola facta à filia bonis, & hæreditate maternæ includuntur bona, quæ ex eadem hæreditate prouenerunt ad filios, & de filijs ad filios transeunt, declara vt num. 6. & 8.*

7 *Soror.*

7 *Soror, quæ renunciauit bonis paternis, non prohibetur succedere fratri in bonis, quæ ad fratrem peruenerunt ex paterna successione.*
9 *Cessante causa, cessat effectus.*
10 *Renunciatio generalis facta à filia de bonis maternis, quid comprǽhendat.*
11 *Renuntiatio non potest verificari in alijs bonis, quàm in expressis.*
12 *Renunciationis extensio, vt impediatur, sufficit, quid minimùm.*
13 *Statut. Bononien. lib. 4. de success. ab intest. ascend. & Coll. declaratur.*
14 *Clausula in fine statuti posita referri debet ad omnia, singula singulis referendo.*
15 *Coniunctio maior non debet esse causa exclusionis.*
16 *Dictio, vel, solet repetere, & distinguere substantiam dispositionum.*
17 *Relatio fieri debet potiùs ad proxima, quam ad remota.*
18 *Statuta exclusiua fœminarum tanquàm fundata in ratione agnationis conseruandæ, debent conseruare id totum, quod pertinet ad agnationem conseruandam.*
20 *Æqualitas, vt seruetur inter fratres, & sorores iura semper inclinant, & vrgent.*
21 *Æqualitas, vt seruetur multa includuntur in dispositionibus, quæ aliàs non includerentur.*
22 *Æqualitas, vt seruetur, recedendum est à proprietate verborum.*
23 *Interpretationi, & opinioni semper inhærendum est, quæ fauet æqualitati.*
24 *In Statutis exclusiuis fœminarum, causa earum exclusionis ratione agnationis conseruandæ, est fauorabilis.*
25 *Dispositio vna, & eadem diuerso iure determinari non debet.*
26 *Cohæredum vnusquisquè tenetur ad onera hereditatis, pro portionibus hereditarijs.*
27 *Legitima non subiacet, oneribus, & debitis hæreditariis.*
28 *In hæredem vniuersalem transeunt iura actiua, & passiua.*

DECISIO CCXXXII.

IAm fuit resolutum sub die 27. Iunij præteriti * sententias Rotales esse confirmandas; causa super eisdem iterùm posita, idem fuit conclusum.

1 Quia Com. Blanca in successione bonorum † Peregrinæ matris simultaneè cum parentibus, & fratribus vocatur per *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* renunciatio autem per eamdem facta non comprǽhendit casum successionis de qua agitur, & Statutum Bononiæ *de success. ab intestato* 2 *ascend. & Collateral. d. lib. 4.* non † excludit fœminas à successione personæ defunctæ, quando agitur de bonis, quæ prouenerunt a matre, prout hæc ipsa, quæ controuertuntur, prouenisse probantur.

Non obstant, quę de nouo ponderantur contra verba renunciationis ad inducendam comprǽhensionem.

Nam veræ sunt conclusiones in decisionibus, tam primæ, quàm secundæ instantiæ firmatæ, quod si contextus instrumenti renunciationis non comprǽhendit specificè bona, & hæreditatem Georgij eius Com. Blancæ fratris, qui iam successerat in portione bonorum Peregrinæ cõmunis matris, neque exinde per clausulas, quàmuis amplas, & generales potuit talis hæreditas includi, cum agatur de materia 3 † proprij Iuris abdicatiua, donationem, aut speciem illius importante, quę semper recipit strictam interpretationem 4 & tantùm censetur renunciatum, † quãtùm legitur expressum, nec potest ad alia trahi, *Natt. cons. 78. nu. 5. Becc. cons. 106. num. 45. & 111. num. 31. Surd. cons. 431. num. 15.* cum alijs allegatis in decisionibus causæ, quæ expressio hæreditatis Com. Georgij, cum non legatur in dicto Instrumento, sed tantummodò Marchionis Francisci, & Alexandri dicti Co. Georgij, & Com. Blancæ fratrum, conclusio inconcussa remanet.

5 Quæ euitari non potest ex eo, quod ex sola † renunciatione bonis, & hæreditati maternæ includantur bona, quæ ex eadem hæreditate peruenerunt ad filios, & de filijs ad filios transeunt, vtroquè iure, tam communi, quàm municipali inspecto per *Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. Glos. in auth. post fratres, in verb. filys eorum. C. de legit. hæred.* & alijs per *Graff. de success. ab intest. quæst. 32. num. 1.* & in ipso Statuto Bononiæ *de success. lib. 4. §. Ascendentes*, in quibus respectiuè dicebatur conseruari nomen paternorum, maternorum, & fraternorum bonorum, dum transeunt ad vtrinquè coniunctos, vel vterinos.

Quia dispositiones prædictæ verę sunt in suis casibus, sed 6 vbi non disponunt † per aditionem hæreditatis paternæ, aut maternæ, & perinde est, quòad bona materna, ac si nũquàm ad Georgium transijssent, *l. 1. §. veteres, ff. de acquir. possess. glos. in l. per hæreditarium. ff. d. de acquir. rer. domin. l. hæres per seruum. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. 3. in fin. princip. ff. de acquir. possess.* ex quibus infert *Angel. cons. 52. colum. 2. versic. non obstat*, ad terminos nostros dicens, 7 quod soror, † quæ renunciauit bonis paternis, non prohibetur succedere fratri in bonis, quæ ad fratrem peruenerunt ex paterna successione, & sequuntur *Castr. Dec.* & alij allegati per *Surd. decis. 144. num. 15.* & quod magis est ea-8 dem Iuris communis † dispositio strictissimè solet recipi, vt nonnisi de immediata successione sit intelligenda, non autem de mediata, prout articulo discusso, Rota tenuit in *Romana domus 10. Iunij 1616. coram bon. mem. Andrea, & in Bonon̄ de Arnis. 48. num. 6. inter impressas per Modern. de legitima.* signum euidens, vt indistinctè bona materna post aditam hæreditatem à succedente non conseruent nomen auctoris, sed in casibus tantummodò ab ipsa 9 lege præordinatis; igitur dum non † probatur nos versari in vno, vel altero casu, secundùm ius commune, aut municipale disposito, facilè cessat hæc noua ponderatio.

Et eò minus deseruire potest secunda ponderatio ex necessaria comprǽhensione deducta, quando scilicèt generalis illa renunciatio, & pro omni, & toto in alijs bonis verificari non potest, quàm in peruentis ad Com. Georgium ex eadem materna successione, tunc non obstante aditio-10 ne remaneant † comprǽhensa in illa generalitate, tanquàm ad speciem redacta, *Cassan. cons. 39. num. 97. & 98. Honded. cons. 63. num. 85. & seqq.* & in materia legitimæ magis priuilegiata idem dicitur resolutum in causa *d. Bononien. hæreditatis de Arnis impressa post tract. Merlini de legitima 48. in ordine num. 6.*

Nam quicquid sit de hac conclusione sufficit factum nõ 11 probari, quod renunciatio † in alijs bonis non possit verificari, ex quo potest operari exclusionem dotis in subsidiũ in bonis maternis, aut supplementum eiusdem, quando bona paterna non sufficerent, & per alia multa per informan-12 tes excitata, & tamen quid † minimùm sufficeret ad impediendam extensionem renunciationis, *l. cum de indebito. ff. de prob.* idem fuit dictum *in decisione 549. in fin. par. 1. recent.*

Tota igitur difficultas reducitur ad Statutum Bononiæ *lib. 4. de success. ab intest. Ascenden. & Collateral. §. dicti verò fratres*, cuius verba hæc sunt formalia; *dicti verò fratres mares ex vtroquè parente, vel ex patre tantùm coniuncti, filijq; masculi eorum, seù alter ex eis præferantur sororibus defunctæ personæ etiam vtrinquè coniuncti, eorũquè liberis etiã masculis, ac filiabus fratrum masculorũ. & earũ liberis etiam masculis, & etiã fratribus, & sororibus vterinis tantùm, & eorum, & earum liberis etiam masculis, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre, vel con-*

iuncta persona per matrem dictarum sororum, vel vterinorum, in quibus talibus bonis ius commune seruetur.

Sensus verborum à verbo, exceptis, vsquè ad finem pro
13 fratribus ad exclusionem Com. Blancæ † exponebatur exceptionem hanc non esse referendam ad principalem dispositionem, & ad regulam generalem positam, quod à fratribus excludantur sorores, sed habere relationem ad ampliationem immediatè positam circa vterinas; ita vt statutum sorores vterinas æqualiter admittat cum fratribus ad successionem alterius fratris in bonis paternis, non autem sororem vtrinquè coniunctã qualis est eadem Co. Blanca.

Cæterùm Dominis hæc interpretatio non placuit, sed contrariam sequuti sunt in vltimis duabus causæ decisionibus,* & nunc eamdem admittunt, nempè relationem esse faciendam ad principalem dispositionem, vt omnes sorores indistinctè vtantur dispositione iuris communis, vbi agitur, vt in præsenti, de succedendo in bonis maternis per re-
14 gulam, quod clausula † in fine Statuti posita referri debeat ad omnia singula singulis referendo, concurrente maximè eadem ratione, & etiam maiori in vtrinquè coniunctis,
15 quam in vterinis dumtaxat, ne maior † coniunctio vtriusquè lateris, in qua erat Com. Blanca esset causa exclusionis, gaudente vterina ex latere materno tantùm coniuncta, libertate succedendi, quem sensum, & ipsi statuentes videntur habuisse in relatione qualitatis bonorum, quæ peruenerunt ad defunctam personam, ibi per matrem dictarum sororum, vel vterinorum, quæ non possunt restringi ad vterinas tantùm, propter relationem indistinctam persona-
16 rum, & dictionem, *vel*, † quæ solent repetere, & distinguere substantiam dispositionum, quæ rationes, & fundamenta, cum in vltimis decisionibus fuerint diligentissimè, & plene comprobata non egent nouaç repetitione, aut additione.

17 Non obstat, quod relatio † fieri debeat potiùs ad proxima; quàm ad remota. *Corneus conf.97.nu.2. lib.1. Ruin. conf.64.num.6.lib.3. Rota decis.384.num.* 4. *coram Papa Gregorio XV.* cum alijs allegatis, quia hanc conclusionem non simpliciter sustinent, sed data ratione diuersitatis.

Quod si replicetur ex pluribus probari rationem diuersitatis restringendi dispositionem ad vterinas tantùm, ex quo vterinæ non dotantur à patre personæ defunctæ, prout dotantur vtrinquè, vel ex vno latere coniunctæ, propter quam dotationem dicebatur benè posse intrare illarum exclusionem per statutum ad fauorem fratrum, & illa cessante non deberi auferri successionem vterinis, quæ de iure illis competit in hæreditate materna, postquàm à patre sororum coniunctarum nihil habuerunt, sed à proprio fue-
18 runt dotatæ; Prætereà Statuta † Bononiæ fœminarum exclusiua, tanquàm fundata in ratione agnationis conseruandæ, debent quidem conseruare id totum, quod pertinet ad agnationem impinguandam respectu sororum ex eodem patre coniunctarum; sed in vterinis idem non contigit, tanquàm in aliena familia positis, quæ non debent augere substantias diuersæ familiæ, & eisdem auctis, in masculorum deficientiam ad eamdem successionem reintegrari non possunt deficiente vinculo agnationis.

Vltra ponderata in vltimis decisionibus ad euitandam diuersitatem, quòad primam rationem responsum fuit fundamentum exceptionis non fuisse positum in eo, quod Laterales dotentur à communi patre; Vterinæ verò nihil percipiant ab eodem patre; sed in æqualitate seruanda, ne plùs percipiant vterinæ in successione personæ defunctæ de bonis ad eamdem personam exç hæreditate materna peruentis, prout perciperent remoto concursu sororum lateralium diuidendo cum minori numero personarum,
19 † scilicèt in capita cum fratribus, & ascendentibus tantùm, iuxtà dispositionem *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* & in eadem inæqualitatem fœminæ coniunctæ reinciderent, si masculis extinctis essent reintegrandæ, ex quo plùs percipere non possunt, quàm ad fratres suos coniunctos peruenisset;
20 & tamen ad † æqualitatem seruandam inter fratres, & sorores iura semper inclinant, & vrgent, *l. pater. § euictis. ff. de leg. 2. l fin. C. vtriusque Iudic. Crauett. conf.605. num.1. lib.4. Paris. conf.2. num.27. lib.3.* & hinc ad sustinendam
21 † æqualitatẽ multa includuntur in dispositione, quæ aliàs non includerentur, & à proprietate etiam verborum
22 † receditur pro æqualitate seruanda, & interpretationi, opinioniquè semper est inhærendum, quæ fauet æqualita-
23 ti, prout hæc omnia, † & alia priuilegia ponuntur, & probantur per *Honded. conf.29. num.95. & seq. & conf.59. num. 60. & seq. vol.1.*

Secunda verò ratio relata ad agnationem conseruandã, & ipsa benè euitatur ex responsione data in vltima decisione in *vers. Verum obseruandum est*, nam vbi agitur de bonis paternis, & de alijs, quæ ex illo latere peruenerunt, fratres, & alij enunciati in statuto iuuari possunt ratione agna-
24 tionis † conseruandæ ad sustinendam causam exclusionis fœminarum, tanquàm fauorabilem. *Specul. in tit. de success. ab intest. in rubr. Sfortia Odd. conf.13. num. 22. lib.1.* cum alijs allegatis, sed vbi agitur de secunda parte, nempè de bonis maternis, & alijs, quæ per matrem ad filios peruenerunt, in qua statuentes diuersam dispositionem fecerunt, ratio agnationis conseruandæ deseruire non potest propter eamdem rationem æqualitatis, ne vterinæ sibi ipsis acquirant, consanguineæ vero à fratribus excludantur, &
25 ita vna, & † eadem dispositio diuerso iure determinetur, contra regulam *l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. eum qui edes. ff. de vsucap. Menoch. conf.200. num.33.*

Quæ autem dicebantur contra sententias Rotales de excessu ex eo, quod Com. Alexander solus fuerit condemnatus ad restitutionem portionis debitæ Com. Blancæ, cum tamen fuerint duo hæredes Vlixis patris, & debitoris, nem-
26 pè idem Com. Alexander, & Marchio Frãciscus, ex † quo vnusquisquè tenetur pro portionibus hæreditarijs, *l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio.* cum alijs per *Surd. conf. 415. nu.13. lib.3.* visa fuerunt non obstare.

Quia Marchio Franciscus, & si inter hæredes Vlixis cõnumeretur, fuit nihilominùs institutus in legitima, quæ
27 † non subiacet oneribus, aut debitis hæreditarijs, dato alio
28 hærede vniuersali, sed idem hæres vniuersalis † in quem iura actiua, & passiua transeunt, solus conuenitur, *Cuman. conf.37. nu.3. Rip. conf.122. num.7. Surd. conf.7. num.25. & 112. num.69. lib.1.*

Et ita vtraquè, &c.

* Habetur ista Decisio infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

* Idest sub diebus 10. Ianuarij 1633. & 13. Maij eiusdem anni coram R.P.D. Merlino & sunt Decisiones 167. & 206. supra in hac parte.

R. P. D. MERLINO.

Arboreñ Canonicatus.

Die Mercurij 16. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Beneficij possessio, quæ sit manutenibilis. Possessio Canonicatus ad hoc, vt sit manutenibilis, requiritur, quod sit capta capitulariter, & ad hoc vt dicatur capta capitulariter, quid requiratur. Possessio instrumentalis, quando non sit manutenibilis, sicuti nec etiam possessio capta auctoritate Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij possessio, capta à Commissario Cameræ, & postea cessa, illi, qui beneficium obtinuit, est manutenibilis,*

bilis, & perindè est, ac si ab initio illam ipsemet apprehendisset.

2 *Possessio instrumentalis, alio non existente in possessione, manutenibilis est.*

3 *Canonicatus possessio, si non sit capta capitulariter manutenibilis non est.*

4 *Canonicatus possessio, quandò dicatur capta verè capitulariter, & de manu Capituli. & num. 5.*

6 *Instrumenta non dicuntur in probanti forma, si non fuerint recognita.*

7 *Instrumentum, quando dicatur esse in forma probanti.*

8 *Iurium recognitio, de stylo Rotæ potest fieri, quandocumquè.*

9 *Possessio capta lite pendente non est manutenibilis.*

10 *Clausula, sine prǽiudicio literarum Apostolicarum, quid operetur.*

11 *Possessio instrumentalis posterior capta de tempore, quo alius possidebat, non debet manuteneri.*

12 *Possessio capta auctoritate Iudicis, non est manutenibilis, quando nulliter, & iniustè processit.*

13 *Possidens debet citari, quando alicui in ea possessione datur immissio.*

14 *Beneficii possessio tradita contra formam literarum Apostolicarum iniusta est.*

DECISIO CCXXXIII.

FVit resolutum Didaco dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus, de quo agitur, non autem Petro Paulo, & sit recedendum à decisis sub die 8. Martij 1632. coram me.*

Constat enim de possessione ipsius Didaci, nedum ex eo, quod Commissarius Cameræ sub die 4. Februarij 1631. possessionem istius Canonicatus apprǽhendit, iuxta formam Constitutionis Pij IV. & deinde cessit Didaco, vt in Sum. num. 1. & 3. per quam cessionem fuit in eundem Di-
1 dacum translata possessio † iuxta tradita per *Gonz. ad reg. 8. glos. 34. nu. 118. & fuit dictum in Neapolitana beneficij 10. Maij 1621. coram bo. mem.* Remboldo, *& in eadem 5. Iunij 1628. coram Eminentiss. Card. Virile, & in Squillacen. Archipresbyteratus 11. Decembris 1630. coram me.*

Verùm etiam de possessione eiusdem Didaci capta sub die 6. Maij 1631. apparet ex publico instrumento dato in
2 Sum. num. 3. quod alio † non possidente, prout præsumitur, probat possessionem manutenibilẽ, iuxta *l. prædia, vbi DD. ff. de acquir. possess. Caputaq. dec. 334. nu. 6. par. 2. Put. decis. 661. num. 1. par. 1. & dec. 525. nu. 1. par. 2. rec.* & decisum fuit in hac causa sub d. die 8. Martij 1632.

Non obstat, quod possessio Didaci non fuerit Capitula-
3 riter † capta, ideoq. non sit manutenenda; Quoniam de contrario docetur, tum ex instrumento dato in Sum. nu. 2. in quo habetur præsentibus omnibus Canonicis captam
4 fuisse possessionem, † & illis amplectentibus eundem Didacum, atquè in fratrem recipientibus, necnon & coram eisdem præstitum fuisse iuramentum de obseruandis statutis, tum & ex alio instrumento dato in responsionibus nu. 2. ex quo probatur per Didacum emissam fuisse medio iu-
5 ramento fidei professionem † in manibus Canonicorum Capitulariter Congregatorum, ex quibus depræhenditur verè Capitulariter, & de manu Capituli acquisitam fuisse possessionem.

6 Nec subsistit, quod instrumenta prædicta non † videatur esse in forma probanti, dum non fuerunt recognita; Quoniam in Sum. cum responsionibus dato, num. 1. docetur dicta instrumenta legalitate, & sigillo Ciuitatis Callaris esse munita, habentq. subscriptionem, & signum Notarij
7 publici, & sic dicuntur † in forma probanti, *Put. dec. 384. lib. 3. Verall. decis. 104. par. 2.* Cumq. originale Dominorum oculis fuerit exhibitum, habitum fuit pro authentico;
8 vltrà quod iurium † recognitio de stylo nostri huius Tribunalis, potest fieri quandocunquè, *ex Cotta decis. 178. Peregr. dec. 309. lib. 2. & apud san. mem. Greg. XV. decis. 442. num. 4. & in recent. decis. 522. num. 7. par. 3.*

Minùs obstat, quod possessio Didaci capta fuerit lite
9 † pendente, quæ fuerat introducta vsquè de anno 1630.
10 per commissionis præsentationem; Quia † clausula, *sine prǽiudicio executionis literarum Apostolicarum, & quod inhibitio non afficiat, si adsint literæ Apostolicæ*, præseruãt possessionem Didaci à vitio attentati, iuxta notata per *Gonz. ad reg. 8. gloss. 7. in annot. num. 224. Card. Seraph. decis. 1003. num. 3. Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 144. num. 7. & 8.*

Non est danda autem manutentio Petro Paulo, & sic recedendum est à decisis, quia in facto non subsistit, quod de tempore captæ possessionis per Petrum Paulum, alius non
11 possideret, † sed immò iustificatur per mẽsem ante possessionem dicti Canonicatus à Didaco appræhensam fuisse, & sic possessio instrumentalis Petri Pauli posterior capta de tempore, quo alius possidebat, non debet manuteneri, *ex vulg. l. prædia ff de acquir. possess. Rota coram sanct. me. Greg. XV. decis. 63. num. 1. cum alijs.*

Nequè Petro Paulo suffragatur, quod d. possessionem nactus fuerit auctoritate Iudicis, & vigore monitorij A. C.
12 Quoniam cum † iudex nulliter, & iniustè processerit, nec Didacus sua anteriori possessione priuatus fuit, nequè Petro Paulo acquisita fuit possessio manutenibilis, *Anchar. in cap. fin. num. 1. de elect. in 6. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 9. numero 4. & 8. & decis. 549. num. 5. & alias passim.*

Nulliter autem iudex processit, quia Didacus in posses-
13 sione existens non fuit citatus, † prout requirebatur, dum Petro Paulo concessa fuit manutentio, *Caputaq. decis. 337. num. 8. par. 2. Achill. decis. 32. num. 4 de appellat. Menoch. de adipiscen. remed. 6. num. 22. Gonz. ad reg. 8. glos. 9. in annot. num. 254. & seq. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 457. num. 3.*

Iniustè etiam processit Iudex, tùm quia nulla facta inquisitione Francisci Trogu, nec præuia priuatione, vt in literis Apostolicis præscribebatur, manutentionem concessit Petro Paulo. tùm etiam quia eandem manutentionem concessit, quamuis Canonicatus vacaret per obitum
14 Francisci Trogu, & tamen † in literis habebatur, Canonicatum conferri Petro Paulo, dummodò tamen non vacet per obitum, vt in Sum. num. 5. Vndè possessio tradita contra formam literarum Apostolicarum, & illis non iustificatis, fuit iniusta, *ex notat. per DD. in cap. 1. de lit. contest. in 6. Cas. de Grass. decis. 2. de probat. decis. 221. num. 3. par. 2. diuers. & decis. 251. num. 2. par. 2. recent.*

Quæ dicebantur de recursibus habitis per Didacum ad Iudices laicos, & de priuatione iuris, & possessionis eiusdem, ob dictos recursus, necnon de subreptione absolutionis per Didacum obtentæ, visum fuit Dominis non esse præsentis indaginis, sed suffragari Didaco absolutionem de ordine Dominorum illi concessam præuia decisione, quæ, vtraquè parte informante, emanauit, ex qua iustificatur dicta absolutio, & iuxta stylum huius Tribunalis decisio prædicta in præsenti disputatione est præsupponenda, neq; incidenter in dubium reuocari debet.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit &c.

* Est decis. 107. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Vlixbonen̄ Iuris nominandi vel eligen̄ Concionatorem.

Die Mercurij 16. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Concionatorem eligendi ius, seu potestas

non est penès Parochum, aut aliũ quemcunquè, sed benè priuatiuè penès Episcopum, cuius occasione, ad id comprobandum, firmis, optimisquè fundamentis, ex pluribus à sacra pagina petitis testimonijs, sacrosanctis Conciliorum decretis, Summorum Põtificum rescriptis, & Sanctorum Patrum, Theologorum, Canonistarum, & Legistarum sententijs, &c. non minùs egregiè & doctissimè prout est perpetuum, tàm excelsi Auditoris, quam indubitanter, & clarissimè demonstratur, quod Episcopi sunt adstricti, & tenentur ad prædicationis onus in sua Diœcesi, itavt Episcoporum proprium munus sit, prædicatio, alias appellandi sunt canes muti non valentes latrare, &c. Item pariter habetur, quod etiam Parochus tenetur prædicare in sua Ecclesia, quod pariter multis auctoritatibus corroboratur, & quid si sit impeditus, &c. Aurea est decisio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, quasi tuba cessare non debent clamare, & exaltare vocem suam, ac annunciare populo suo, peccata eorum.*

2 *Episcopus, si non annunciauerit iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu sua exquiret Deus.*

3 *Episcopus est positus speculator, seu explorator Domus Israel, & quid indè sequatur.*

4 *Episcopis magnæ pondus sarcinæ, ex quibus appareat, quod sit impositum.*

5 *De Episcopis non prædicantibus, dicitur illud Ezech. cap. 33. ex aduerso, nequè opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.*

6 *Episcopi non prædicantes increpantur, & appellantur canes muti, non valentes latrare.*

7 *Episcopis, quod sit iniunctum onus prædicandi, benè obseruatur ex Epistol. D. Paul. 2. ad Titum (qui erat Episcopus Cretensium.). c. 4. dum ait: Tu verò vigila, & in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, & num. 8.*

9 *Episcopus adhortatur Paulus Apostolus ad ministerium Prædicationis, vt habetur 2. Epistolarum ad Timoth. Episcopum Ephesinum cap. 4. ibi, Testificor coram Deo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, prædica verbum, ista, opportunè importunè, arguè, obsecra, &c.*

10 *Episcopis non est bonum relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.*

11 *Episcopis alloquitur S. Petrus in Epist. 1. cap. 5.*

12 *Episcoporum cura, & sollicitudo circa prædicationem, in Euangelijs multa extant, sub parabolis diuina oracula, ex quibus ea designatur.*

13 *De Famulo illo, de quo apud Luc. cap. 19. cui concredita fuit pecunia, ad erogandum, hoc interpretatur diuini verbi dispensatio, & Euangelij pretiosa eloquia nummularij, hoc est populis Christianis, tradenda, & num. 15.*

14 *Episcopi tenentur magno prædicandi pondere.*

16 *Episcopis, qui non prædicant, potest dici, quod lucernam diuini Verbi compressam, sub modio retentarunt, & non super candelabrum, positam cunctorum oculis exposuerunt.*

17 *Episcopi necessitas circa prædicationem exageratur, & increpationes, & minas sacræ paginæ, quibus ipsi minimè prædicantes subijciuntur. exponit S. Ambros. de Dignit. Sacerd. cap. 1.*

18 *Episcopis districtè iniungitur munus prædicandi à sacrosanctis Concilijs.*

19 *Episcopus orationi, lectioni, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacare debet; abiecta omni rei familiaris cura.*

20 *Episcoporum proprium munus est prædicatio.*

21 *Episcopi sæpe numero fuerunt excitati à Summis Pontificibus ad Pastoralem curam prædicandi.*

22 *Episcopi sunt successores Apostolorum, hoc est missi ad prædicandum.*

Episcopi sunt Euangelij nuncij, ac verbi Dei fideles dispensatores. num. 22.

23 *Episcopi munus est de prædicationis ministerio semper cogitare.*

24 *De Prædicandi necessitate, quæ incumbit Episcopis fit mentio plurièis in Pontificum Epistolis decretalibus.*

25 *Episcopi proprium munus est docere Populum, & prædicare.*

27 *Episcopi, si non prædicent, eis potest dici illud Hierem. Paruuli petierunt panem &c.*

28 *Episcoporum non prædicantium pœnæ proponuntur, remissiuè.*

29 *Episcoporum pedes calciantur in consecratione, in præparatione Euangelij, vt sint, de quibus dicitur, quàm speciosi sunt pedes euangelizantium omni creaturæ.*

30 *In Episcopi consecratione dicitur vade, & prædica Euangelium Dei.*

31 *Episcopatum, quotquot sancti gesserunt, nedum verbis, sed exemplo atquè operis implemento, salubre prædicationis officium Episcopis esse necessarium, docuerunt.*

32 *Episcopi ex officio, & officii necessitate ad prædicandum sunt adstricti.*

33 *Episcopi non minus hodiè, quàm olim tenentur ad prædicandum, quia non minus hodie, quàm olim eis officium hoc in consecratione imponitur.*

34 *Card. Federicus Borromeus edidit opus, cui de Episcopo concionante nomen dedit, & quid in eo tractet.*

35 *Episcoporum prædicatione vigente, vigent virtutes, quæ intereunt, ea cessante.*

36 *Episcopi non prædicantes simulacra, & idola sunt.*

37 *Episcopis nõ prædicantibus potest dici illud Baruch. cap. vlt. Lingua eorum polita à Fabro, ipsa etiam inaurata, & argentata, & non potest loqui.*

38 *Episcopis officium prædicandi esse iniunctum etiam Iurisconsulti de hoc verba faciunt.*

39 *Per Episcopum, tanquàm medicum Ecclesiæ, sibi commissæ prædicationis, vulneribus peccatorum est adhibenda medela.*

40 *Papa sicut in plenitudine potestatis, ita, & Episcopi in par-*

partem sollicitudinis, in decretis Ciuitatibus, & Diœcesibus, sunt assumpti.

41 Parochus tenetur prædicare in sua Ecclesia, sin minùs assumendus est Doctor idoneus.

42 Parochus in Regimine Ecclesiæ Parochialis sibi, vel à Papa Episcopo vniuersali, vel à loci Episcopo commissæ, vices sustinet, & in quo.

43 Parochi sunt eidem prædicationis oneri obnoxij, sicut & sunt Episcopi.

44 Episcopi quemadmodùm loco 12. Apostolorum, ita, & Parochi loco 72. Discipulorum Christi, subrogati dicuntur.

45 Presbyteri, seù Parochi typum gerunt 72. Discipulorũ, qui in messem Domini fuerunt missi, & 46.

47 Apostolorum tempore omnes Presbyteri, & Rectores animarum nomine Episcopi appellabantur, sed hodie secus, & refellitur quorumdam falsa opinio, nu. 48.

49 Parochi, quod teneantur prædicare, in hoc sunt aperti canones.

50 Parochus, quod non teneatur per se, vel per alium prædicare, hoc non potest consuetudine induci, quia esset animabus perniciosa.

51 Parocho non prædicante, assumendus est doctor idoneus, ad hoc munus obeundum, & num. 52.

53 Ex beneficij fructibus potest persolui congrua merces per Episcopum, assumpto ad prædicandum.

54 Parochus tenetur præstare alimenta prædicatori, ad explendum prædicationis munus, assumpto, etiamsi redditus Ecclesiæ non sufficerent ad sui ipsius alimenta, & victum, quem sibi comparare debet laudabili aliqua arte, seu exercitio.

55 Parochus acceptando parochiam semel obligauit ad officium prædicationis curæ annexum, sibiq. imputare debet, si tenue beneficium acceptauit.

56 Parochus districtius tenetur ad prædicandum per se, vel per alium, quàm teneatur ad refectionem propriæ Ecclesiæ, ad quam non tenetur, nisi deductis prius alimentis necessarijs.

57 Parochi obligatio de reparando Ecclesiam est realis, & sic quatenùs suppetunt redditus Ecclesiæ.

58 Parochi obligatio de prædicando est personalis inducta quodammodò ex quasi contractu, dum ipse Parochus acceptauit parochiam.

59 Parochiæ semper inhæret, estque ab ea inseparabile munus prædicandi.

60 Prædicatorem ius deputandi in qualibet Ecclesiæ suæ Diœcesis, spectat ad Episcopum, & non ad parochum.

61 Prædicationis officium vsurpantes sine licentia Episcopi, vel Sedis Apostolicæ, anathemate feriuntur.

62 Prædicare tantummodò possunt missi ab Episcopo.

63 Monachis, & quibuscunquè alijs munus prædicandi sine Episcopi licentia interdictum est.

64 Episcopus, licet curam Parochiæ cõmiserit Parocho, adhuc tamen totius plebis suæ Diœcesis curam retinet.

65 Et ideo ad eum spectat prædicatoris deputatio, & non ad Parochum, cuius potestas est imperfecta respectu Episcopi.

66 Parochus naturaliter, & ex Iure Diuino subditur potestati Episcopi.

67 Presbyteri, & Parochi sunt opitulatores Episcoporum.

68 Parochi ita se habent ad Episcopum, vt Baliui, vel Præpositi ad Regem.

69 Episcopo solùm olim fuit permissum concionari, & id omnibus alijs denegatum.

70 Ad Episcopos solùm spectat mittere, & vocare Presbyteros ad concionandum.

71 Prædicandi potestas per manuum impositionem vsque de tempore Apostolorum ab Episcopis concedebatur.

72 Episcopis potestas assumendi viros idoneos ad sanctæ Prædicationis officium salubriter exequendum, à pluribus Concilijs data fuit.

73 Parochis nulla concessa est facultas circa ius eligendi Prædicatores in parochijs proprijs.

74 Et ita fuit in casu contingenti à sacra Congregatione Episcoporum decisum.

75 Parochus potest dare licentiam prædicandi in sua Parochia.

76 Sed hoc intellige, quod hoc possit causaliter, & in transitu recipere ad prædicandum in sua Ecclesia Doctorem aliquem insignem in Theologia.

77 Prædicationis ordinarium munus exercendi licentiam, dare non potest Parochus, sed solùm Episcopus.

78 Prædicandi generalem licentiam, dat solus Episcopus.

79 Declaratio S. Congregat. Concil. quod onus eligendi Prædicatorem, incumbat Episcopo, vel Parocho, quem intellectus recipiat.

80 Possessio quadragenaria eligẽdi Prædicatorem, vna cum titulo, nempè licentia data per Episcopum, videtur æquipollere immemorabili, quæ præseruata videtur in hoc à Concil. Trident.

81 Et an dicta possessio cum titulo in hoc casu æquipolleat immemorabili.

82 Episcopus, si det facultatem quærendi eleemosynam, & illam soluendi Prædicatori, non ex hoc censetur data facultas eligendi Prædicatorem, & num. 84.

83 Illatio non fit ex diuersis.

DECISIO CCXXXIV.

Dissidebant inter se Rector Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai, & Officiales Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti in eadem Ecclesia existentis, super iure eligendi Concionatorem, & vnusquisquè ad se, Ius hoc spectare contendebat; Vnde controuersia ad Rotam delata, dubitaui primò, cui dandum esset mandatum de manutenendo, in quasi possessione nominandi Prædicatorem, & eo proposito dubio mandarunt Domini, vt videretur de bono Iure, super quo hodiè suscepta disputatione ijdem Domini tres statuerunt conclusiones, ex quibus deinde inferebant non constare de bono Iure Rectoris, neque Confratrum. Primam, scilicet munus prædicandi in tota Diœcesi, & in qualibet Ecclesia eiusdem Diœcesis incumbere Episcopo. Secundam, Parochum posse, & teneri ad prædicationis officium in sua Ecclesia parochiali, si non sit impeditus, sin minùs assumendum esse Doctorem idoneum. Tertiam, Ius deputandi Prædicatorem in qualibet Ecclesia suæ Diœcesis spectare ad Episcopum, non autem ad Parochos.

Primam conclusionem, quod ad Episcopum spectet officium prædicandi in sua Diœcesi, desumebant Domini ex pluribus à sacra pagina petitis testimonijs, Sacrosanctis Conciliorum decretis, Summorum Pontificum rescriptis, & Sanctorum Patrum Theologorum, & Canonistarum sententijs.

In veteri enim testamento vrgentur Pastores ad prædicandum Verbum Dei, nempè *apud Isaiam cap.* 54. clama,
1 † ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo, peccata eorum, quod monitum, vti ad Episcopos, editum, inserit D. *Gregorius in registro Epistolarum lib.* 1.

lib.1. epist.24. quam de onere Pastorali ad Ioannem Epi-
scopum Constantinopolitanum scripsit, & refert Gratian.
in cap. si rector 43. distinct. Et apud Ezechiel. cap.13. si non
2 † annunciaueris iniquo iniquitatẽ suam, sanguinem eius de
3 manu tua requiram; & cap.33. posui te exploratorem, † seù
speculatorem domus Israel, si dixero peccatori, morte mo-
rieris, & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit, il-
le quidem in peccato suo morietur dignè, & iustè, sangui-
4 nem autem eius de manu tua requiram; quibus verbis †
magnæ pondus sarcinæ sibi, & omnibus Episcopis imposi-
tum fuisse ponderat D. Augustinus de anniuers. Episcop. or-
dinat. necnon D. Prosper lib.1. de vita contemplatiua, c.20.
& rursus apud Ezechiel. d. cap.33. de Pastorib. non prædi-
cantibus conqueritur Dominus, Non ascendistis exaduer-
5 so, neque † opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis
in prælio in die Domini, & apud Isaiam cap.56. increpan-
6 tur, & appellantur † canes muti, non valentes latrare, prout
doctè explicat D. Greg. d. epist.24. relata per Gratian. d. c. si
Rector. 43. distinct.

In nouo autem Testamento sæpiùs etiã Episcopis Euan-
7 gelij prædicatio præcipitur, † nam D. Paulus 2. Epist. ad
Tit. qui Episcopus erat Cretensium, cap.4. ait, Tu verò vi-
8 gila, † in omnibus labora, opus fac Euangelistę, ministerium
tuum imple; quibus verbis iniungi Episcopis magnum mi-
nisterium prædicandi Euangelium obseruant, ibidem Scri-
bentes communiter, & sub testificatione metuenda, idem
Apostolus ad idẽ munus hortatur Episcopos in 2. Epist. ad
9 Timotheum Episcopum Ephesinum, cap.4. † Testificor co-
ram Deo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, Prædica
verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, & in
actibus Apostolorum, cap.4. habetur, Non est bonum nos
10 derelinquere verbum † Dei, & ministrare mensis, quod
ad officium prædicandi Episcoporum refert Cardin. Bel-
larmin. controuers. tom.2. cap.13. de Cleric. in fin. & D. Pe-
11 trus in Epistola 1. cap.5. alloquens † Episcopos ait, Senio-
res obsecro, consenior, & testis Christi passionum, qui, &
eius, quæ in futurum reuelanda est gloriæ communicator,
pascite, qui in vobis est gregem Dei, hoc est verbo, & præ-
dicatione, quæ verum dicitur Christi fidelium pabulum. Et
12 demùm in † Euangelijs multa extant, sub parabolis diuina
oracula, quibus Pastoralis Episcoporum Cura, & sollicitu-
do circa prædicationem designatur, prout apud Luc. cap.
13 19. in † famulo illo, cui concredita fuit pecunia ad erogan-
dum, hoc est, diuini verbi dispensatio, & Euangelij pretiosa
eloquia nummularijs, hoc est Populis Christianis tradenda,
vt interpręantur Diuus Ioannes Chrysostomus, & Cęsa-
rius Episcopus Arelatensis, necnon D. Augustinus, qui pro-
14 pterea se † terreri magno hoc pondere asserit, & apud
Matth. cap.25. in eo, qui thesaurum susceptum in terra de-
15 fodit, † hoc est corde suo occuluit, nec prædicatione ma-
nifestauit; & apud eumdem cap.5. in eo, qui lucernam diui-
16 ni verbi compressam sub modio retentauit, & † non super
Candelabrum positam, cunctorum oculis exposuit, atquè
alibi pluriès, vt recensentur per D. Ambrosium in opusculo
de dignitate Sacerdotali cap.1. vbi præcepti huius necessi-
17 tatem exagerat, & † increpationes, ac minas sacræ paginæ,
quibus Episcopi minimè prædicantes subijciuntur, exponit.

In sacrosanctis etiam Concilijs, hoc idem prædicandi
18 † munus Episcopis districtè iniungitur, prout in Concilio
Lateranensi sub Alexandro II. cuius canon relatus est in
cap. inter cætera, de offic. ordinar. & in Concilio Carthagi-
19 nensi 4. cap.20. vbi, quod Episcopus lectioni, † orationi, &
verbi Dei prædicationi tantummodò vacare debet, abie-
cta omni rei familiaris cura, & relatum fuit per Gratian. in
can. Episcopus nullius rei. 88. distin. & in Concilio Arela-
tensi 4. c.10. & in Concilio Moguntino, cap.25. & in Con-
cilio Bracharensi 2. cap.1. rel. per Gratian. in cap. placuit. 10.
q.1. quos canones sequuta est, & innouauit sacrosancta Sy-
nodus Tridentina cap.2. de reformat. sess.5. & c.4. de refor-
20 mat. sess.24. vbi prædicationis † munus Episcoporum esse
præcipuum asseritur.

Et inhærendo Conciliorum decretis, sępenumero etiam
21 Summi † Pontifices ad hanc pastoralem curam excitarunt
Episcopos, Vrbanus enim Primus in cap. videntes, 12. quæst.
1. & Vrbanus Secundus in cap. quoniam vices. 68. distin. &
Anacletus in cap. in nouo test. 21. distin. scripserunt Episco-
22 pos † esse Apostolorum successores, hoc est missos ad prę-
dicandum, & Euangelij nuncios, ac verbi Dei fideles dispẽ-
satores, & D. Gregorius in epist.39. ad episcopum Carthagi-
23 nensem, scripta, inquit, Episcopi † munus esse de prædica-
tionis ministerio semper cogitare, & plenius in epist.24. lib.
2. vt in c. si Rector 43. dist. & Gregorius Nonus in cap. sicut,
de hæretic. atquè alibi pluriès de necessitate prædicandi,
24 † quæ incumbit Episcopis, fit mentio in Pontificum epi-
stolis decretalibus.

Demùm prædictis adstipulatur etiam authoritas SS. Pa-
trum, Theologorum, & Pontificij Iurisquè Cæsarij Con-
sultorum, superiùs enim D. Augustini, Gregorij, & Ambro-
sij plura relata sunt testimonia, & D. Ambrosius etiam in
25 lib.1. de officijs cap.1. disertè probat Episcopi proprium †
munus esse docere Populum, & prædicare, quibus accedit,
& D. Hieron. in Opusc. de septem ordinibus Ecclesię, cap.
vlt. vbi de officio Episcopi disserit, & alibi in pœnam ma-
26 lorum operum † Populi tribui Episcopum non prædican-
tem asserit, sub quo famem, & sitim patiatur populus,
non famem panis, neque sitim aquę, sed famem audien-
27 di verbum Dei, iuxta illud Hieremiæ Paruuli † petierunt
panem, &c. relatum per Gratian. in cap. audacter, 8. q.1. &
D. Bonauentura in Luc. cap.6. §. factum est autem, versic.
moraliter de hoc etiam verba facit, necnon & Athanasius
Patriarcha Constantinopolitanus, in oper. de necessar. Epi-
28 scoporum residentia, epist.5. vbi Episcoporum † non præ-
dicantium pœnas proponit vt in Bibliotheca Patrum to.3.
fol.210. & B. Petrus Damianus par.2. serm.70. obseruat in
29 consecratione Episcoporum calceari pedes † in præpara-
tione Euangelij, vt sit, de quibus dicitur, quàm speciosi sunt
pedes Euangelizantium pacem, ite, & prædicate Euange-
lium omni creaturæ, vt habetur Marc. cap. vlt. quod reas-
sumpsit Innocentius Tertius in cap. cum ex iniuncto. extra.
de hæretic. & notat Ricc. in praxi decis. 546. sub num.1.
30 quod in consecratione Episcopi † dicitur vade, & prædica
Euangelium Dei, & priùs idem tradidit Caietan. & Diu.
Thom. 2.2. quæst.185. art.3. versic. ad hoc quidem; & quot-
31 quot Sancti Episcopatum gesserunt, nedùm verbis, † sed
exemplo, atquè operis implemento salubre prædicationis
officium Episcopis esse necessarium docuerũt, quod idem
tradunt communiter Theologi apud Magistrum in libro 4.
sent. distin.24. & præsertim Alex. de Alexand. quæst.108.
membr.4. art.3. & par.3. quæst.68. membr.3. art.2. §.3. vbi
32 quod Episcopi ex officio, † & officij necessitate ad prædi-
candum sunt adstricti, & in 2.2. D. Thomæ, quæst.185. art.
3. vbi Caietan. asserit, quòd non minùs hodiè, quàm olim
33 † tenentur Episcopi ad prædicandum, quia non minùs ho-
diè, quàm olim eis officium hoc in consecratione imponi-
tur, & nouissimè præclar. mem. Federicus Cardinalis Bor-
romæus in luculento opere, cui de Episcopo concionante
nomen dedit, prædicandi obligationem, qua tenentur Epi-
34 scopi, † congestis sacris auctoritatibus ex diuinis literis de-
ductis exemplis, & politicis humanisque rationibus, demõ-
strauit, & concordant. Canonistæ in cap. cum ex iniuncto, &
in cap. excommunicamus, §. quia verb. extra de hæret. præ-
sertim verò Io. de Anan. & in cap. inter cætera, de offic. Or-
35 dinar. vbi notat. Ioan. Andr. quod vigente † Episcopo-
rum prædicatione vigent virtutes, quæ intereunt ea cessan-
te, Archidiac. in cap. si Rector. 43. distin. vbi, quod Prælati
36 non prædicantes † simulacra, & Idola sunt Prælatorum, de
37 quibus Baruch. cap. vlt. habetur, lingua † ipsorum polita à
Fabro, ipsa etiam inaurata, & inargentata, & non potest lo-
qui, & habetur etiam de his in cap. nisi, de renunc. & cap.
omnes, 38. distin. plenè Cardin. Turrecrem. in can. placuit,
num.7.16. quæst.1. & alij; Ex Iuris consultis autem de hoc
38 prædicandi officio † Episcopis iniuncto verbo faciunt,
Marquard. de sus. de Iudæis, cap.4. num.24. & in tract. de
cœlibat. cap.3. num.11. plenè, & doctè Petrus de Baisio in di-
rectorio electionum, cap.49. per tot. Gulielm. Duran. de modo
general. Concil. celebrand. rubr.4. num.56. & 60. vbi, quod
per Episcopum, tanquàm medicum Ecclesiæ sibi commis-
39 sæ, prædicatione † vulneribus peccatorum est adhibenda
medela,

medela, iuxtà *Canonem qui aliquanti, 72. distinct. & in cap.*
canonibus, 16. quæst. 1. & in rubr. 7. num. 2. vbi, quod sicut
40 Papa † in plenitudinem potestatis, ita & Episcopi in par-
tem sollicitudinis in decretis Ciuitatibus, & Diœcesibus
sunt assumpti, *vt in cap. ad honorem, 2. quæst. 6. & in cap. qui*
se scit. 9. quæst. 4. Gig. de resident. Episcopal. cap. 13. num. 4.
Surd. consil. 254. sub num. 10. Leo in Thesaur. for. Eccles. c.
8. num. 1. & 2. Barbos. de potest. Episc. alleg. 76. nu. 1. & seqq.
par. 3.

Secunda conclusio, quod Parochus teneatur prædicare
in sua Ecclesia, sin minùs assumendus sit doctor idoneus,
41 † qui hoc officium exequatur, quòad primam partem
comprobatur iisdem ferè iuribus, rationibus, & auctorita-
tibus, quibus nititur prima conclusio, nam Parochus in re-
42 gimine † Parochialis Ecclesiæ sibi, vel à Papa Episcopo
vniuersali, vel à loci Episcopo commissæ vices sustinet quò-
ad Sacramentorum administrationem, & animarum cu-
ram eiusdem Episcopi, & Pastoris, & sic eidem prædica-
43 tionis oneri est obnoxius, † suntque, & ipsi parochi in par-
tem sollicitudinis assumpti in ædificationem nostram, vt in-
quit *Apostolus in 2. ad Corinth. cap. 12.* & quemadmodum
44 Episcopi loco duodecim Apostolorum, † ita, & Parochi
loco 72. Discipulorum Christi subrogati dicuntur, *vt in c.*
Corepiscopi, 68. distinct. & in cap. in nouo, 21. distinct. vbi,
45 quod Apostoli videntes messem esse multam, & † operar-
rios paucos, rogarunt Dominum messis, vt mitteret opera-
rios in messem suam, & inde electi fuerunt 72. Discipuli,
46 quorum typum gerunt Presbyteri, † seù parochi, & notat
etiam *gloss. in Luc. cap. 10 & Cardin. de Turrecrem. in can.*
placuit num. 8. 16. quæst. 1. & D. Thom in 2. 2 quæst. 184. ar-
ticul. 6. ad 1. & tempore Apostolorum omnes Presbyteri,
47 † & Rectores animarum nomine Episcopi appellaban-
tur, *vt habetur in can. olim. 95. distin. & post* D. Ioannem
Chrysostomum, D. Thom. in 2. 2. quæst. 185. artic. 6. ad 1. &
alios, docet Cardin. Bellarm. controuers. tom. 2. lib. 1. de Cle-
48 *ric. cap. 13.* vbi refellit hæresim Aerij, aliorumque † ex di-
cta consuetudine inferentium nihil interesse inter Episco-
pum, & Presbyterum, & propterea testimonia ex sacra pa-
gina, & ex Sanctorum Patrum monumentis deprompta,
quibus demandatur Episcopis prædicandi officium, eadem
49 conueniunt † & Parochis, suntque super hoc aperti canon-
nes *in cap. si Rector. 43. distinct. cap. inter cæteras, extra, de*
offic. ordinar cap. quod Dei timorem, de stat. Monacorum,
clement. dudum, §. verum, de sepultur. cap. adijcimus, 16.
quæst. 1. can. ecce 95. distin. & in S. Concilio Tridentino, c. 2.
de reformat. sess. 5. & capit. 4. de reformat. sess. 24 & notant
Interpretes super dictis canonibus, & Petrus de Baisio in
director. election. dict. cap. 49 num. 6. & seqq. Marquerd.
de sus. in tractat. de Iudæis, cap 4. num. 24. Barbosa, de of-
fic. Parochi, capit. 14. num. 1. & seqq. plenè Surd. consil. 254.
num. 10. & seqq. vbi post Rip. & alios firmat, nec posse
50 induci consuetudinem, † quod Parochus non teneatur
per se, vel per alium prædicare, quia esset animabus per-
niciosa.

Quò verò ad secundam partem, vt Parocho non prædi-
51 cante assumatur doctor † idoneus ad hoc munus obeun-
dum, decreuit *Sacrosancta Synodus Tridentina d. cap. 2. de*
reform. sess. 5. & cap. 4 sess. 24. de reform. & priùs statutum
52 fuerat † in Concilio Lateranensi, *vt habetur in cap. inter*
cætera, de offic. ordinar. & notat. Cardin. Turrecrem. in ca-
no. placuit, num. 5. caus. 16. quæst. 1. Leo in thesaur. for. eccle-
siast. cap. 8. num. 3. vbi, quod ex fructibus beneficij potest
53 persolui congrua † merces per Episcopum assumpto ad
prædicandum, *Barbos. de offic. paroch. cap. 14. num. 6. latè*
Surd. d. consi. 254. num. 10. & seqq. & num. 14. vbi post Abb.
& Anan. tradit Parochum teneri præstare alimenta præ-
54 dicatori † ad explendum prædicationis munus assumpto,
etiamsi redditus Ecclesiæ non sufficerent ad sui ipsius ali-
menta, & victum, quem sibi comparare debet laudabili ali-
55 qua arte, seù exercitio, quippè quod acceptando † Paro-
chiam semet obligauit ad officium prædicationis curæ an-
nexum, sibique imputare debet, si tenue beneficium acce-
ptauit, & sic districtius tenetur Parochus ad prædicandum
56 † per se, vel per alium, quam teneatur ad refectionem pro-
priæ Ecclesiæ, ad quam non tenetur, nisi deductis priùs ali-
mentis necessarijs, vt probatur *ex c. de his, de Eccles. ædifi-*
cand. & ibi Canonistæ communiter, Surd. consil. 62 num. 11.
& seqq. quod ea ratione statutum videtur, quia obligatio
57 reparandi † Ecclesiam est realis, & sic quatenùs suppetant
redditus Ecclesiæ, obligatio verò prædicandi est personalis
58 inducta quodammodò † ex quasi contractu, dum ipse Pa-
59 rochùs acceptauit parochiam, cui semper cohæret, estq. †
ab ea inseparabile munus prædicandi, vt supra dictum fuit.

Tertia conclusio, quod ius deputandi prædicatorem in
qualibet Ecclesia suæ Diœcesis spectet ad Episcopum, non
60 autem ad parochum, benè deducitur † ex decretali episto-
la *Innoc. III. in c. excommunicamus, § quia verò, de hæretic.*
61 vbi anathemate feriuntur prædicationis † officium vsur-
pantes, sine licentia Episcopi, vel Sedis Apostolicæ, & in *c.*
62 *cum ex iniuncto, eod. tit.* vbi, quod missi tantummodò † ab
Episcopo prædicare possunt, quod & scripsit *Gregor. IX ad*
Archiepiscopum Mediolanensem in cap. sicut, eodem tit. de
hæret. & S. Leo ad Episcopum Antiochenum epist. 60. rel.
in c. adijcimus, 16. q. 1. atquè in Conc. Carthag. 4. in Concilio
Cæsaraugustano, et in Concil. Vasensi 2. interdictum fuisse
63 † Monachis, & quibuscumquè alijs, munus prædicandi sine
Episcopi licentia, obseruat *Conrad Brun. in tract. de hæret.*
c. 4. num. 6. et seqq. & probat *Card. Turrecrem. in c. placuit,*
num. 9. 16. q. 1. qui respondet contrarijs, & firmat, quod licèt
64 Episcopus † curam parochiæ commiserit Parocho, adhuc
tamen totius plebis suæ Diœcesis curam retinet, & ideo ad
65 eum spectat † Prædicatoris deputatio, & non ad Parochũ,
66 cuius potestas est imperfecta respectu Episcopi, † & natu-
raliter, atquè ex Iure diuino subditur potestati Episcopi, *ex*
D. Dionysio Areopagita, relat. per eundem Turrecrem. vbi
supra, atque etiam tradit *D. Thom. in 2. 2. q. 184. art. 6. ad 2.*
67 asserens, presbyteros, & parochos esse † opitulatores Epi-
scoporum, & *D. Paul. 1. ad Corinth. 10.* & ita se habere ad
68 Episcopum, vt † Baliui, vel Præpositi ad Regem, & partici-
pare de cura animarum, sed primariò illã incumbere Epi-
69 scopo, † cui, & soli olim fuisse permissum concionari, & id
omnibus alijs denegatum scripsit *Nicephor. Calist. lib. 12.*
Hist. Eccles. c. 34. et Io. Iemen Histor. Eccles. lib. 2. cap. 19. et
Card. Bellarm. controuers tom. 2. lib. 1. de Cleric. c. 4. per tot.
et c. 13. in fin. missionem, & vocationem presbyterorum ad
70 cõcionandũ ad solos † Episcopos spectare ostẽdit, probatq;
etiam *Car. Baro. in ann. to. 1. ad annũ 44. n. 75. et seqq.* vsque
71 de tempore Apostolorum ab Episcopis † prædicandi po-
testatem per manum impositionem dari cõsueuisse, & hoc
demùm statutum fuit *in Conc. Lateranensi, vt in cap. inter*
cætera, de offic. ordinar. et in Concil. Trid. c. 2. de refor. sess. 5.
et sess. 24. c. 4. A quibus Concilijs facta fuit Episcopis pote-
72 stas assumendi viros idoneos † ad sanctæ prædicationis of-
ficium salubriter exequendum in quibuscunq. Ecclesijs, nec
73 Parochis † vlla conceditur facultas circa hoc, eligendi præ-
74 dicatores in proprijs parochijs, † & ita fuisse in casu contin-
genti *à S. Congreg. Episcoporum decisum, sequè ita practi-*
casse testatur Leo in thesaur for. eccles. c. 8. num 4.

Quibus positis rectè infertur in casu præsenti, nec consta-
re de bono iure Parochi, nequè Confratrum.

Non obstat, quod *Io. Andr. in c excõmunicamus, § quia*
75 *verò, num. 20. de hæretic.* scripserit Parochum † posse dare
licentiam prædicandi in sua Parochia: Quoniam doctrina
76 *Io. Andr.* declaratur, vt possit quidem † Parochus casuali-
ter, & in transitu recipere ad prædicandum in sua Ecclesia
Doctorem aliquem insignem in Theologia, sed dare licen-
tiam exercendi ordinarium prædicationis munus, non po-
77 test Parochus, † sed solum Episcopus, ita declarat *Anchar.*
in d. § quia verò, num. 4. Io. de Anan. num. 2. vbi, quod gene-
78 ralem prædicandi licentiam † dat solus Episcopus, *Henric.*
Boich. in c. cum ex iniuncto, §. super eo, num. 8. de hæret. Ar-
chidiac. in c. adijcimus, vers. quod intelligo casualiter, 16. q.
1. Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 12 c 13. num. 11. Nau.
in summa, c. 25. num. 141. Henric. in sum. Theolog. moral.
lib. 7. c. 28. §. 8. vers. parochus, Barbos. de offic. paroch c. 14. n. 8.
in quem intellectũ incidit etiam allegata declaratio S. Con-
79 gregationis † Concilij, dum habet onus eligendi Prædica-
torem incumbere Episcopo, vel Parocho.

Minùs

Minùs obstat longæua, & quadragenaria possessio Con-
80 fratrum, quæ iuncta cum titulo, nempe licentia data † per Episcopum videtur æquipollere immemorabili, quæ præseruata fuit *à S.Concilio Tridentino*; Quoniam, quicquid
81 sit, an in casu præsenti quadragenaria cum titulo † vim haberet immemorabilis, & an versemur in facultatiuis, visum fuit Dominis non constare de allegata licentia deputandi Prædicatorem data per Episcopum Confraternitati, namquæ datur in Summ. num. 2. importat quidem facultatem
82 quærendi eleemosynas, & illas † soluendi Prædicatori pactis, & modis benè visis, de electione autem Prædicatoris
83 nullum fit verbum, † vnde ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor. cum alijs*, & pecunia illa ex piorũ elee-
84 mosynis colligenda † de licentia Episcopi, erogãda erit pro Concionatore, per eundem Episcopum, eligendo.

Et ita vtraquè parte informante, resolutum fuit &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.

Die Sabbati 26. Nouembris 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Proximior de familia si sit exclusus a legato particulari, ex hoc non infertur, quod censeatur etiam exclusus a substitutione vniuersali facta a Testatore ad fauorem proximiorum.

SVMMARIVM.

1 *Exclusus semel à substitutione fideicommissaria, non censetur ad eam vocatus ex voluntate Testatoris, sed perpetuò remanere debet exclusus.*
2 *Vide hanc conclusionem, quando non procedat, & numero 3.*
4 *Persona vna, consideratur tamquam duæ sint personæ, quando iura duarum personarum in ea concurrunt.*
5 *Voluntatis mutatio strictè est intelligenda, nec trahi potest extra suos terminos.*
6 *Ademptio solùm operatur, quod relictum non censeatur relictum, & datum non censeatur datum.*
7 *De Legato speciali ad substitutionem vniuersalem illatio non fit.*
8 *Exclusus ab aliquo iure, vna via, potest venire ex alia, & tamquàm alius.*
9 *Subrogatio præsupponit, quod persona substituta, seù subrogata sit diuersa ab ea, in cuius locum subrogatur.*
10 *Corrigere se quis non præsumitur in continenti.*
11 *Exclusio vnius est inclusio alterius.*
12 *Roman. consil. 438. num. 5. in fin. & seqq. declaratur.*
13 *Exhæredatio non potest dari, sine causa inducente odium.*

DECISIO CCXXXV.

ALexander Glauarinus, Senior anno 1539. in Testamento hæredem instituit Gherardum filium, eiusquè descendentes masculos, quos ad inuicem substituit, quibus deficientibus substituit descendentes fœminarum, & istis substituit descendentes Laurentij del Carro eius ex Sorore Nepotis, præterquam quod prædium in Villa Cadriani nuncupatum la Ghiauarina, cum domibus, & pertinentijs suis, quod voluit vt in dicto casu perueniret ad Ioannem Baptistam Galuatinum, illiusquè descendentes masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos in infinitum, quibus deficientibus, ita quòd non reperiretur in rerum natura aliquis de dicta progenie, tunc voluit, bona sua distribui in operibus Pijs, prout in testamento, In Codicillis autem Testator mutando voluntatem asserens se pœnitentia ductum reuocauit Institutionem, & substitutionem dicti Laurentij del Carro, ac legatum prædij Cadriani factum Ioanni Baptistæ, & filijs, & in eorum locum substituit proximiores de Casata ipsius D. Codicillantis, videlicet, illorum de Glauarinis, tàm legitimos, quàm naturales æquis portionibus in stirpes, & non in capita, vt in Codicillis. Testatori successit Gherardus filius, & huic Antonius, & Alexãder Iunior, quorum vterquè fecit etiam fideicommissum, & in casu deficientiæ eorum lineæ masculinæ, substituit Cæsarem, & Gasparem filios dicti Ioannis Baptistæ. Et cum Antonius non habuerit filios, & ex filijs Alexandri Iunioris, extet hodie solum Eq. Gherardus Iunior, dicti Cæsar, & Gaspar sub prætextu eorum vocationis ad dictum fideicommissum institerunt dari cautionem pro bonis fideicommissarijs, quæ cautio fuit ei denegata, vt in *decis. 15. Aprilis coram me.* * Et cùm dubitaretur an stante reuocatione facta in Codicillis, & substitutione ad fauorem proximiorum de Casata filij, & descendentes Ioannis Baptistę possint hodie concurrere cum proximioribus de Casata, affirmatiuè fuit resolutum, nempè Ioannem Baptistam, & eius descendentes fuisse vocatos sub vocatione proximiorum de Casata, de qua in Codicillis, cùm dictus Ioannes Baptista, & descendentes in casu secuto, nempè per mortem descendentium Testatoris fit proximior de familia, & agnationis ipsius Testatoris, prout inter partes non controuertitur.

Nequè obstat, quòd Testator in testamento, quod fecit ante dictos Codicillos substituerit Ioannem Baptistam in prædio Cadriani, & quod deinde pœnitentia ductus reuocauerit dictam substitutionem factam ad fauorem Ioannis Baptistæ de dicto prædio, quia cùm ademptio non fuerit facta odio Testatoris aduersùs Ioannem Baptistam, sed solùm fauore proximiorum, non sequitur, quòd Testator qui ademit à Ioanne Baptista dictum legatum, non voluerit illum compræhendi sub nomine proximiorum, quandoquidem, aut Testator respexit ad proximiores de tempore, quo fecit Codicillos, aut ad proximiores de tempore, quo eueniret casus fideicommissi ad fauorem proximiorũ, si primo casu, aut non erant alij in familia Testatoris præter Ioannem Baptistam, & clarum est, quod illum voluit vocare sub nomine proximiorum, aut erant alij, qui erant proximiores, & hoc casu voluit Testator disponere in Codicillis ad fauorem dictorum proximiorum quòad prædiũ, de quo in testamento disposuerat ad fauorem Ioannis Baptistæ. Itaut non absolutè illum pœniteret, quòd vocauerit Ioannem Baptistam, sed quòd ipsum prætulerit alijs proximioribus, & solùm ad hunc effectum mutauit dispositionẽ, quam fecit in testamento ad fauorem Ioannis Baptistæ, ita quòd cessante dicto casu, voluerit ipsum venire appellatione proximiorum, quando ipse reperiretur proximior eueniente casu fideicommissi. Aut verò respexit ad proximiores, qui tales erunt de tempore, quo eueniret casus fideicommissi, & idem dicendum est.

1 Non obstat quod semel exclusus à † substitutione fideicommissaria non censeatur ad eam vocatus ex voluntate Testatoris, sed perpetuò exclusum remanere, etiamsi sit proximior, vel in æquali gradu, vt post *Soccin. consil. 249. num. 31. post med. in tertio fundamento, versic. quæ semel exclusæ lib. 2. Rota decis. 72. sub num. 4. versic. ex hac coniectura parte 1. diuers.* quam sequitur *Surd. consil. 370. numero 16. Fusar. de substitut. quæst. 484. num. 63 Giouagnon. consil. 22. num. 86. lib. 1.* quia regula non applicatur, cùm ipsi ab vniuersali successione bonorum hæreditariorum, de qua hodie agitur, nunquàm fuerint exclusi, & licèt

stante

ſtante dicta reuocatione ſint exclusi à particulari legato
2 Cadriani, tanquàm filij, & † deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, non propterea ſequitur eſſe excluſos ab vniuerſali ſubſtitutione, ad quam vti proximiores de Caſata Codicillantis ſunt expreſsè vocati, *Ruin. conſil. 153. num 9 lib. 2. Surd. conſil. 494. ſub num. 6. verſic. præterea licet*, non enim veniunt ad vniuerſale fideicommiſſum omnium bonorum tanquàm filij, & deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, & ex dicto particulari legato, ſed tanquàm proximiores de Caſa, & Familia de Glauarinis ex vniuerſali fideicommiſſo, ac ſubſti-
3 tutione ad eorūdem fauorem facta, † & ſic alio nomine, & ex nouo, ac diuerſo Iure, vt in ſpecie aduertit *Rota d. deciſ. 72. ſub num. 4. in fin. verſic. quia reſpondetur*. Vnde in caſu iſto non conſiderantur tanquàm filij, & deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, quo caſu procedere poſſet obiectum, ſed tanquàm proximiores de Caſata, & ſic magis dilecti, & expreſsè vocati, & ſic non bene infertur, quod ex eo, quod non poſſunt conſequi particulare legatum tanquàm filij, & deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, non debeant conſequi fideicommiſſum vniuerſale tanquàm proximiores de Caſata ipſius Codicillantis, ac ſub diuerſa ratione conſiderati,
4 & † qualitatem à Teſtatore contemplatam, ac requiſitam habentes, cùm ex iſta qualitate in eis concurrente, conſiderentur vti diuerſæ perſonæ *Cardinal. capit. cum in tua. numero 4. de decimis. Abb. in capit. Raynutius, num. 26. de teſtament. Surd. deciſ. 153. numer. 16. & conſilio 300. num. 13.*

Et licèt Teſtator in Codicillis pœnitentia ductus, reuocauerit legatum ad fauorem filiorum Ioannis Baptiſtæ, & in eorum loco inſtituerit, & ſubſtituerit proximiores de familia, nihilominùs cum longè diuerſa ſit ſucceſſio in hære-
5 ditate, & legatum, iſtaquè materia pœnitentiæ, † & mutationis voluntatis ſtrictè intelligatur, nec trahi poſſit vltra ſuos terminos *Menoch. de præſumpt. 37. num. 33. lib. 4. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 18. num. 33.* Ademptio legati facti, non inducit excluſionem à ſucceſſione, ſed ſolùm tollit prædilectionem, quæ ex legato reſultabat ad fauorem
6 legatariorum, cùm ademptio † ſolùm operetur relictum non eſſe factum, & datum non intelligi, *l. legatum, ff. de adimen. legat. Caball. conſil. 72. num. 18. lib. 2.* Et illa verba (pœnitentia ductus) important teſtatorem pœnituiſſe diſpoſitionis antea in teſtamento factæ, per quam in caſu prædicto ſuum patrimonium diuiſerat, & proximiores de ſua agnatione, & Caſata de Glauarinis ab vniuerſali ſucceſſione excluſerat, & ad illam vocauerat Laurentium de Carro de aliena agnatione, ac familia, & ad ſucceſſionem prædij Cadriani ex particulari legato ſimpliciter, & abſolutè vocauerat dictum Ioannem Baptiſtam eiuſquè filios, & deſcendentes, nulla habita conſideratione, an eſſent proximiores, vel ne, ex qua mutatione voluntatis ſolùm ſequitur omne Ius, quod ipſis vti dicti Ioannis Baptiſtæ deſcendentibus in vim dicti particularis legati ſ. per dicto prædio Cadriani abſolutè competebat, ſiuè eſſent proximiores, ſiue non, ac etiam Ius, quod ſuper omnibus alijs bonis competebat Laurentio del Carro, eiuſquè filijs, & Nepotibus, ex vniuerſali ſubſtitutione ad eorum fauorem in teſtamento facta fuiſſe ab ijſdem abdicatum, & tranſlatum in proximiores de familia, adeò vt ſi iſti deſcendentes Ioannis Baptiſtæ tales non eſſent, quicquam prætendere non poſſint, non autem vllo modo infertur, ipſos vti proximiores, & ſic in locum dictorum legatariorum, & vniuerſalium ſubſtitutorum ſubrogatos, non poſſe ex noua ſubſtitutione ad proximiorum fauorem in Codicillis facta ſuccedere in caſu, quo teſtatoris deſcendentes deficerent, cùm ſub iſta vocatione per nomen collectiuum comprehendantur etiam deſcendentes Ioannis Baptiſtæ. Nec à
7 diſpoſitione † circa legatum ſpeciale infertur ad ſubſtitutionem vniuerſalem. *Roman. conſil. 100. num. 387. verſicul. Secus autem, & num. 388. Rota in Narnien. bonorum 23. Iunij 1631. coram* R. P. D. *meo Pirouano*, & excluſus ab
8 aliquo iure † vna via, poteſt venire ex alia, & tanquàm alius, *Bartol. conſilio 129. numero 3. libro 1. Soccinus Senior conſilio 130. numero 32. libro 1. Crauett. conſilio 625. numero 8.* nec remanet perpetuò excluſus, vbi non viget eadem ratio *Cephal. conſilio 161. numero 28.*

Nequè obſtat, quòd illa verba in eorum loco, &c. inſtituit, ſubſtituit proximiores de Caſata, &c. important
9 ſubrogationem, quæ præſupponit quòd † perſona ſubſtituta, ſeù ſubrogata ſit diuerſa ab ea, in cuius locum ſubrogatur, vt per *Alexand. in l. & hæredi in princip. in 1. notab. ff. de volgar. Cephal. conſil. 620. num. 17. & ſeqq. libro 5. Caputaq. deciſ. 227. in princip. par. 3.* quia nouatio, nouaquè diſpoſitio non negatur, ex quo, vbi fuerant in hæreditate ſubſtituti extranei, excepto prædio Cadriani, Ioanni Baptiſtæ, eiuſquè deſcendentiæ legato, reuocata in Codicillis vtraquè diſpoſitione, cùm ſubſtituantur, abſolutè proximiores de Caſata, Prædium remanet cum hæreditate, in qua non magis dicta deſcendentia, quàm alij, ſed abſolutè proximiores de Caſata ſubſtituuntur, ſicquè loco extraneorum quòad vniuerſalem ſucceſſionem, & loco Ioannis Baptiſtæ, eiuſquè lineæ particularis quòad Prædium tota agnatio, & parentela fuit in vniuerſum conſiderata, & ſic cùm hæredes Ioannis Baptiſtæ priùs eſſent ſubſtituti, ſub nomine particulari in dicto Prædio Cadriani priuatiuè quòad alios quoſcunquè etiam proximiores, deindequè poſteà in Codicillis fuerint ſubſtituti, non vti deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, ſed ſub generico nomine dè Caſata apparet perſonam ſubrogatam eſſe diuerſam, & diuerſo modo conſideratam, & ſic ceſſant abſurda, quod, ſcilicet, in ea-
10 dem parte Codicillorum excluſerit, † & ſubſtituerit eaſdem perſonas, ſicquè incontinenti ſe correxerit, contra *text. in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr. cum ſimil.*

Nam ſub diuerſa conſideratione, & in ordine ad diuerſa id fieri poteſt, quinimò cùm appareat teſtatorem habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, & quod bona conſeruarentur in familia, vt denotant illa verba, Ita quod non reperiatur in rerum natura aliquis de dicta Proſapia, & progenie, &c. concludendum eſt teſtatorem non reuocaſſe legatum in Codicillis, ex eo quia dictum Ioannem Baptiſtam, eiuſquè deſcendentes odio haberet, ſed potiùs ex eo, quia illos tanquàm de agnatione, & familia magis dilexit. Ideoquè voluit non quidem particulari duntaxat legato, ſed vniuerſali omnium bonorum ſucceſſione honorare, caſu, quo deficientibus omnibus deſcendentibus proximiores eſſe reperirentur.

Vnde cùm Ioannes Baptiſta, eiuſquè deſcendentia nun-
11 quàm fuerit excluſa à ſucceſſione † in bonis, & hæreditate teſtatoris, niſi eodem modo, quo alij de Caſata, nempè tacitè per vocationem dicti Laurentij del Carro extranei, iuxta tradita per *Becc. conſil. 54. num. 11. Surd. conſil. 151.*
12 *num. 55.* Ideò non obſtat † *Roman. conſi. 438. num. 5. in fin. & ſeqq.* quia præceſſerat exhæredatio, ibi enim vnus filius fuerat exhæredatus, ſicquè excluſus à ſucceſſione, & odio habitus, vt pro fundamento deducit *num. 6. in fin. & 7.* &
13 cum exhæredatio † non poſſit dari ſinè cauſa inducente odium, ſi in illo caſu exhæredatio facta fuiſſet non odij cauſa, ſed bono zelo, contrariū firmaſſet Romanus, vt ipſemet deducit pro argumento, quod comprehendatur, *nu. 6. verſ. 2. quia exhæredatio*, contrarium firmans, quia fuit odioſus, quæ ratio odij ex ſupradictis non poteſt conſiderari in caſu, de quo agitur.

Quibus ſic poſitis cùm Alexander Senior in Codicillis, deficientibus deſcendentibus maſculis, ipſius Teſtatoris ſubſtituerit proximiores de Caſata ipſius Codicillantis, videlicet, illorum de Glauarinis, & Cæſar, & Gaſpar, deſcendentes Ioannis Baptiſtæ, ſint proximiores de Caſata, cauſa quinquiès propoſita, & ab omnibus Dominis maturè diſcuſſa, conſtare de fideicommiſſo ad eorum fauorem, vtraquè parte informante, ſupradicta die fuit reſolutum.

* Eſt deciſio 193. ſupra in hac parte.

R.P.D.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Sabbati 26. Nouembris 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Bonorum identitatem, quando concludenter per testes probetur. Et ad illam probandam, quot demonstrationes sufficiant. Confinis, an sit idem, quam res confinata.

SVMMARIVM.

1 *Testes, quando benè concludant, super bonorum identitate.*

2 *Demonstrationes duæ specificæ sufficiunt ad probandam identitatem, & hanc Bartol. Theoricam Rota passim sequitur.*

3 *Demonstratio vna generalis, & altera particularis aliquando probant rei identitatem, & hoc Rota non numquam admisit.*

4 *Possidere, est actus, qui cadit, sub sensu corporis, nempè visus.*

5 *Testes, quando deponunt, de his rebus, quæ cadunt sub sensu corporis, probant, licèt rationem non reddant.*

6 *Fideicommissarius, si probetur, quod possidebat aliqua bona in eo loco, vbi sunt sita bona fideicommittentis, præsumuntur ea, quæ à dicto fideicommittente possidebantur, dum non docet de titulo suæ possessionis.*

7 *Confinis, non potest dici idem cum prædio confinato. Confinis separat, & distinguit rem confinatam, num. 7.*

8 *Confinis, & res confinata sunt inter se omninò diuersa.*

9 *Confinis, & res confinata, si idem significarent, inepta esset expressio confinium, quando nominatur res confinata.*

10 *Per Confinium diuisionem discernitur, quod cuiusquè est.*

11 *Confines, vbi adsunt, bona non possunt dici confusa.*

12 *Prædiorum incertitudo tollitur, quando adsunt duæ demonstrationes, licèt etiam ab aliquo latere confines sunt incerti.*

DECISIO CCXXXVI.

PRoposui dubium, An esset confirmanda, vel infirmanda sententia Rotalis, in qua denegata fuit immissio Ioanni Amato in possessionem Tenutæ nuncupatæ *Il Colle Mausoleo*, quam idem Ioannes remedio, *leg. final. C. de edict. D. Adrian. tollen.* vendicare contendebat à DD. Philonardis tertijs possessoribus, vti suppositam fideicommisso Bartholomæi Aui paterni eiusdem Ioannis, & cum decisio sub die 28. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto, * cui innititur sententia fundata sit in defectu probationis circa identitatem dict. Tenutæ; Hodie visum fuit Dominis ex nouiter deductis satis constare de identitate.

Quoniam dantur tres testes in Summario Ioannis, qui,
postquā super articulis deposuerunt fuisse possessam à Bar-
tholomæo fideicommittente Tenutam positam in Colle
Mausoleo, certis finibus inclusam, nempè. Primò *la via pu-*
blica. Secundò, *li beni dotali della q. Lisa & Caterina*. Ter-
tiò, *li beni del q. Giulio Cesare de Angelis*. Quartò, *li beni*
fideicommissarij posseduti da Giouanni Amato. Quintò, *la*
fontana del Vallone; Deinde ijdem Testes iuxta 3. & 7. in-
terrogatorium, & super 7. art. subdunt; *che la detta possessio-*
ne confinata come di sopra, & posseduta prima da Bartho-
lomeo, dopò la morte di lui è stata posseduta dal Sig. Siluio
Filonardi, & successiuamente hora è posseduta dal Sig. En-
1 *nio, è Germanico de Filonardi*, ex quorum testium † depo-
sitionibus resultat concludēs identitatis probatio, cum plu-
res verificentur confines, & demonstrationes, non quidem
generales, & alijs prædijs conuenietes, vt præsupponeba-
tur in dicta decisione coram R. P. D. meo Dunozetto, sed
2 sunt specificæ, & particulares, † quarum duæ tantùm regu-
lariter sufficiunt, ex Theorica *Bart. in l. demonstratio falsa,*
num. 14. ff. de cond. & demons. & quam passim sequitur Ro-
ta, & amplexa fuit etiam in d. decis. R. P. D. mei Dunozetti,
3 quinimò, & aliquando Rota admisit, ad † effectum probā-
dæ identitatis, sufficere vnam demōstrationem generalem,
& alteram particularem, quando hæc multùm indiuiduat,
vt in Romana deuolutionis 26. Maij, & 14 Nouemb. 1625.
coram R. P. D. meo Pironano, & in alijs relatis in Ferra-
rien. seù Comaclen. bonorum 7. Iunij 1627. coram Reueren-
diss. D. meo Decano.

Non obstat, quod testes non reddant rationem sui dicti,
& causam scientiæ, quoniam dum non apparet fuisse inter-
4 rogatos, & † possidere, cadat sub sensu corporis nempe vi-
5 sus, † satis probant, licèt rationem non reddant, iuxta do-
ctrinam *Innoc. in c. cum causam, n. 3. vbi Butr. n. 18. de testib.*
Salic. in l. si solam. n. 3. C. de testib. Farin. eod. tract. q. 70. nu.
22. & fuit dictum in Vallisoletana prædiorū 23. Iunij 1608.
coram bon. me. Patriarcha Manzanedo, & in Portugallien.
decimarum 15. Aprilis præteriti coram me.

Minùs obstat, quod cum ex depositionibus eorumdem
Testium, & ex inuentario appareat Ioānem Actorem pos-
sidere aliqua bona in d. Tenuta, vtiquè contra illum militet
6 præsumptio, quod † sint eadem, quæ à fideicommittente
possidebantur, dum non docet de titulo suæ possessionis,
iuxta *Bald. consil. 89. num. 4. lib. 1. cum alijs alleg. in d. decis.*
R. P. D. mei Dunozetti. Quoniam satis videtur excludi hu-
iusmodi præsumptio, dum Testes exprimunt bona possessa
per Ioannem, tanquàm finem Tenutæ priùs possessæ per
Bartholomeum, & modò per Dominos de Philonardis de-
7 tentæ, † finis autem non potest dici idem cum prædio con-
8 finato, sed illud separat, & distinguit, suntquè † inter se om-
ninò diuersa, iuxta tradita per *Hieron. à Monte de finib. c.*
15. num. 2. & seqq & c. 101. num. 4. & fuit dictum in Nuce-
rina prædij 29. Maij 1623. coram R. P. D. Nauarro, & per
9 se patet, siquè fuisset idem † prędium inepta nimis fuisset il-
lius expressio pro confine, vt in simili considerauit *Rota in*
Ariminen. fideicommissi 7. Maij 1632. coram me; In in-
uentario verò fit mentio de quodam vado, seù colle Mau-
soleo, quod nihil habet commune cum Tenuta, de qua agi-
tur, quam testes dicunt arboribus consitam, & benè excultā.

Demùm non obstat, quod dicta identitatis probatio de-
ducta ex testibus elidatur ex eo, quod non probetur quāta
esset Tenuta, imò appareat illam fuisse confusam, & incor-
poratam cum alijs prædijs iure dominij ad D. Philonardos
spectantibus, quoniam ex assignatione particularium finiū
per testes facta huic Tenutæ, sublata videtur opposita con-
10 fusio, † per finium enim diuisionem discernitur, quod cu-
iusquè sit, vt habetur in *c. forus, de verb. signif.* & excluditur,
quod alterius sit, siquè adfuisset illa confusio, non potuissent
Testes tàm particulares confines, & demonstrationes de-
scribere, & duo Testes dati in Summ. Ioannis n. 12. deponūt
Tenutam non esse auctam, neque imminutam, nec finibus
immutatam. & in Summ. num. 13. exprimunt confines bo-
norum emptorum per Prosperum, cum quibus prętenditur
facta confusio, signum patens, quod talis confusio nō adest,
vel facilè possunt bona discerni, & separari, & quod est in-
11 tra fines Tenutæ assignati † Ioanni, reliquo remanente D.
de

de Philonardis; nec ex eo, quod ab aliquo latere cõfines sint incerti, eliditur probatio identitatis, dum cęteroquin conue-
12 niunt; † duæ demonstrationes, & incertitudo opposita potest tolli separando à Tenuta, de qua agitur, terras emptas à D. Filonardis, quæ vix ascendunt ad vnum rubrum cum dimidio, vt de illis terris emptis nominatim, & distinctè deponunt Testes dati in Summ. Amati num. 13. & 15. quibus terris demptis certa remanet identitas, & quantitas Tenutæ ex supradictis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

* Est decis. 175. supra in hac parte.

¶ In eadem causa vide infra sub diebus 7. Iunij 1634. & 26. eiusdem mensis, & anni, & 20. Nouembris eiusdem anni coram eodem R.P.D. Merlino.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Quarti Dotalis.

Die Sabbato 26. Nouembris 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Mulier prętendens lucrum dotale vigore Stat. Vrb. lib. 1. c. 131. debet concludenter probare qualitatem ad hunc effectum à Statuto requisitam, scilicet matrimonij consummationem. Lucrum dotale non debetur, quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam.

SVMMARIVM.

1 *Vxor, mortuo marito, potest prætendere lucrum dotale ex dispositione Statuti Vrb. lib. 1. c. 131.*
2 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. vt habeat locum, requiritur matrimonij consummatio.*
3 *Mulier prætendens lucrum dotale vigore Stat. Vrb. lib. 1. c. 131. tenetur concludenter probare matrimonium fuisse consummatum.*
4 *Confessio partis benè probat contra ipsam.*
5 *Matrimonium habetur pro consummato ad effectum consequendi lucrum dotale, si per coniugem superstitem non steterit, quominùs matrimonium consummaretur.*
6 *Matrimonium est à principio nullum, propter impotentiam perpetuam.*
7 *Matrimonium vbi non adest, ibi nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias, esse potest.*
8 *Matrimonium, quando est nullum propter impotentiam viri, non debetur lucrum dotale.*

DECISIO CCXXXVII.

Dominus Alexander Cauetanus contraxit matrimonium solemniter cum D. Diana Grotta, cum qua cohabitauit per duos menses circiter; deindè obijt, post eius
1 obitum D. Diana vltrà restitutionem Dotis † cæpit prætendere lucrum dotale à D. Camillo Cauetano patre, & fideiussore, ex dispositione Statuti Vrbis Cap. 131. libro 1. Vndè proposito à me dubio, an ei deberetur, DD. negatiuè responderunt.

Pauli Rubei. Decis.

Nam fuit consideratum d. Statutum, in quo D. Diana se
2 fundat, requirere matrimonij consummationem † ad effectum lucrandi quartum dotale, vt ex eius lectura euidenter apparet. Vndè D. Diana quæ est actrix, & petit dictũ quartum, vigore dicti Statuti, deberet concludenter probare istã qualitatem à Statuto requisitam, & sic matrimonium verè
3 † consummatum fuisse: vt in terminis Statuti de lucro dotis. *Paris. cons. 34. num. 10. & seqq. lib. 3. & cons. 62. num. 42. lib. 4. Roland. à Val. cons. 46. num. 8. lib. 4. Bero. cons. 40. nu. 25. post med. lib. 1. Sanch. de matrim. lib. 6. disput. 19. nu. 3. & 4. Rot. decis. 101. num. 1. par. 2. diuers.*

Ex his autem, quæ pro parte d. Dianæ deducuntur tantùm abest, vt probetur d. qualitas, quinimò de contrario cõstat, tàm ex propria eius confessione, de qua in Summario num. 9. asserẽtis, se nunquàm ab Alexandro carnaliter fuis-
4 se cognitam, quæ † confessio in his terminis contra ipsam bene probat *Rot. diuers. d. decis. 101. num. 11. par. 2. Gregor. XV. decis. 357. num. 3.* quàm ex relationibus Matronarum, quæ facta corporis inspectione post contractum matrimonium eam virginem, & incorruptam esse retulerunt.
5 Non obstat, quod per Dianam † non steterit quominùs matrimonium consummaretur, sed per Alexandrum, ideoquè in hoc casu illud haberi debeat pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale. *Bald. in l. Deo nobis sub num. 7. versic. sed iuxta hoc, C. de Epis. Cler. Napodan. in consuet. Neap. in tit. de Iur. quart. fol. 256. sub num. 32. & fol. 258. num. 43. Surd. de alim. tit. 1. q. 32. num. 18. Sanch. de matr. lib. 6. disp. 18. Molfes. ad consuet. Neap. part. 7. tit. de Iure quart. q. 7. per tot. & in addit. à num. 15. vsque ad numerum 21. Gramm. decis. 103. sub num. 87. versic. & licèt, cum seqq. Gayll. obseruat. 80. num. 11. versic. secundò limitatur, lib. 2.* & in terminis *Statuti Vrbis. Rota decis. 92. & 101. par. 2. diuers.* Quia de contrario apparet ex depositionibus testium pro parte Alexandri examinatorum, asserentium, d. Dianam, vt plurimùm repulisse Virũ ad eam accedere volẽtem, & persæpè ex lecto maritali ad matrem cõfugisse, ac demùm maximis dissensionibus illum è domo eiecisse; Ex quibus potiùs constat de renitẽtia Dianæ, quàm de eius patientia.

Non obstant deducta ad probandam impotentiam perpetuam D. Alexãdri; nam omisso, an ex illis probetur, prout illam probari DD. non credebant; attamen dato, quod illa esset probata, adhuc tamen non deberetur dictum lu-
6 crum, cùm propter † dictam impotentiam matrimonium fuerit à principio nullum, *cap. 2. &* ibi DD. *de frigid. & malefic. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 92. num. 2.* cum alijs adductis per *Bonac. de matrimon. q. 3. punct. 13. num. 9.* quo casu
7 cessat Statutum de lucr. dot. quia vbi matrimonium † non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, vt in terminis, quod lucrum non debeatur, quia ma-
8 trimonium est † nullum propter impotentiam Viri. *Bald. in c. Iurauit, num. 1. de prob. Phanuc. de lucr. dot. glo. 3. num. 6. Gomez. ad l. 50. Tauri, num. 7. Barbos. in l. 2. ff. sol. matrim. par. 1. num. 158. Molphes. ad consuetud. Neap. tom. 1. par. 7. num. 7. & seqq.*

Et ita vtraque, &c.

¶ In eadem causa habetur infra alia decisio sub die 30. Nouembris 1634. coram eodem R.P.D. Dunozetto.

R. P. D. MERLINO.

Ferrarieñ. Restitutionis Dotis.

Die Sabbati 26. Nouemb. 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Statutum loci contrahentium, vel loci vbi

celebratur contractus, quale sit attendendum, declaratur. Magistralis est decisio.

S V M M A R I V M.

1 *In contractibus an sint adhibendæ solemnitates statuti loci contrahentium, vel statutum loci, in quo geritur contractus.*

2 *Statutum loci contrahentium, si tollat facultatem contrahendi absolutè, & subditos simpliciter inhabilitet, &c. tunc quocumque vadant, semper sunt mancipati nexu iurisdictionis suæ Ciuitatis.*

3 *Statutum loci contrahentium, si non arctet personam, nec eam inhabilitet præcisè, sed solùm det formam contractibus, & præscribat solemnitates in illis seruandas, tunc non ampliùs illius solemnitates sunt adhibendæ, sed attendi debent solemnitates loci, in quo celebratur contractus.*

4 *Et ab ista opinione non est recedendum, & eam pluriès Rota amplexa fuit, vt num. 5.*

6 *Statutum Ferrar. lib. 2. cap. 90. non procedit in muliere extra Territorium contrahentes.*

7 *Statuentium intentio, & non cortex verborum, est attendenda, an verba statutorum dirigantur in personam, vel in contractum.*

8 *Differentia desumpta ex cortice verborum statuti, an illius verba dirigantur in rem, vel personam, est reijcienda, vide num. 9.*

10 *Fraudis suspicio ex quibus euitetur.*

11 *Mulier, quando constituit procuratorem, requiruntur eædem solemnitates, quæ in actibus à procuratore gerendis, requiruntur.*

12 *Statutum nullum extat Bononiæ, vt mulieribus contrahentibus certas solemnitates præscribat.*

13 *Mulier, si sit maior, de Iure communi non prohibetur cõtrahere sine solemnitatibus, sicuti Mares.*

14 *Aegidiana nihil disponit circa contractus Mulierum.*

15 *Constitutiones particulares alicuius loci non egrediuntur Territorium illius loci.*

16 *Aegidianæ constitutiones in toto Statu Ecclesiastico seruari debent.*

DECISIO CCXXXVIII.

NVpsit Excellentissima Domina Ducissa Felix, Domino Marchioni Ernesto Beuilacquæ, dotemque constituit in pecunijs, rebusque æstimatis, & Dominus Marchio promisit assecurationem, custodiam, & restitutionem dotis, & huic obligationi ministerio Procuratoris, accessit clari nominis Donna Bradamante Estensis mater eiusdem Marchionis, à qua, & factum Procuratoris fuit ratificatum, contractusquè peractus est Regij, vbi Domina Felix vidua ex primo matrimonio degebat; sequuta morte Marchionis Ernesti mariti, actum fuit nomine d. Excellentiss. D. Felicis pro restitutione dotis, & pulsabatur primò Donna Bradamantes, & deinde post eius obitum Procurator Dominus litis effectus; & à D. Bottino Locumtenente Ferrariæ fuit pronunciatum pro exequutione dictæ obligationis Donnæ Bradamantis; cumquè in gradu appellationis, causa fuisset in Rota introducta, & super exequutione disputaretur, informantes pro hæredibus Donnæ Bradamantis potissimùm insistebant super statuto Ferrariæ lib. 2. c. 90. quòd præscribit in contractibus mulierum certas esse solemnitates adhibendas, nempè præsentiam, & consensum proximiorum, & illis deficientibus, præsentiam Iudicis Magistratus Sapientum Ferrariæ, quæ solemnitates in obligatione Donnæ Bradamantis non fuerunt seruatæ. Vndè super hoc mandarunt Domini particulariter informari, & hodie articulo hoc discusso, responsum fuit, solemnitates statuti Ferrariæ non fuisse necessarias in obligatione Donnæ Bradamantis, quamuis ipsa Ferrariensis esset.

Nam, omisso, quòd à pluribus annis, nec ipsa degebat Ferrariæ, sed alibi contraxerat domicilium; Dominos præcipuè mouit, quod contractus gestus est in Ciuitate Regij, & sic extra Territorium, & Ditionem Ferrariensium statuentium. Et licèt Doctores sibi non constent, atquè acriter
1 inter se pugnent, an † in contractibus sint adhibendæ solemnitates statuti loci contrahentium, vel statuti loci, in quo geritur contractus, attamen distinctio illa, veriori, & cre-
2 briori Doctorum calculo recepta est, vt si statutum † contrahentium tollat facultatem contrahendi absolutè, & subditos simpliciter inhabilitet, ita vt illis omninò interdicat contractus, & quodammodo adimat exercitium contrahẽdi, tunc subditi statuto, non possint, egrediendo extra Territorium statuentium, illorum iurisdictionem, & leges eludere, contrahendo in aliena Ciuitate, & Ditione, quia statutum impedimentum, & vinculum iniecit in ipsam personam, quæ quocunquè vadat semper est mancipata nexu iu-
3 risdictionis suæ Ciuitatis; At † si statutum non arctet personam, nec eam inhabilitet præcisè, sed solùm det formam contractibus, & præscribat solemnitates in illis seruandas, tunc non ampliùs solemnitates statuti, cui subsunt contrahentes, sunt adhibendæ, sed attendi debent solemnitates exigitæ à statuto illius loci, in quo celebratur contractus, ita egregiè distinguit *Bart. in l. cunctos populos, num. 32. C. de sacros. Eccles. Aretin. consil. 54. num. 2. versic. tertia ratio principalis, & consil. 73. num. 5. post med. & nu. 6. versic. tunc*
4 *succedit elegans, & num. 8.* vbi, quod non † est receden. à doctrina *Bart. Corn. consi. 421. num. 4. lib. 2.* Ruin. *cons. 201. num. 8 lib. 1.* vbi de veriori testatur, *Crauet. cons. 271. num. 3. versic. quinto, Capra cons. 144. num. 9 & seqq Gabr. de stat. concl. 8. num. 22. Alderan. Mascar. de gener. interpret. stat. concl. 6. num. 26. & seq. Lamberteng. de contract. glos. 2. num. 46.* qui latissimè conclusionem probat, & de communiori testatur, *Petr. Cabal. consil. 189. num. 44. lib. 1.* qui dicit verissimam; *Eugen. cons. 25. num. 46. lib. 2. Turret. cons. 25. num. 7. lib. 1. Pic. ad stat. Vrb. glos. 2. num. 51.* D. *Fachin. consil. 22.*
5 *num. 7. & 8 lib. 3.* Et pluriès † amplexa fuit Rota, *vt in decis. 580. num. 1. par. 1. & decis. 103, num. 19. part. 2. diuer. & coram Reuerendiss.* D. *meo* Decano *decis. 116. num. 2. & 7. & decis. 133. num. 2. & in rec. decis. 500. num. 4. par. 2. & in Romana obligationis 24 Februarij* 1620. *coram bon. mem.* Cardin. *Sacrato*, & in terminis statuti Ferrariæ, quod non
6 procedat † in muliere extra Territorium contrahen. consuluit *Rim. Iun. cons. 42. num. 60. ad fin. & 75. & cons. 437. n. 36. & per tot.* vbi hanc distinctionem pluribus tuetur rationibus, & auctoritatibus, & contrarium sentientes refellit, *Bertaz. de claus. instr. claus. 7. glo. 19. num. 17.* qui testatur se ita obtinuisse in casu contingenti Ferrariæ.

7 Et in hac materia non cortex † verborum statuti, an dirigantur in personam, vel in contractum, sed intentio statuẽtium inspici debet, an scilicet voluerint tollere facultatem contrahendi, & simpliciter, atque absolute illos inhabilitari, vel solùm præscribere certam formam eorum cõtractibus, & ipsos contractus modificare, ac illos irritare in casu certę formæ non seruatæ, disponendo principaliter, & primariò de contractu, personis incidenter consideratis, vt animaduertunt *Aret. d. cons. 73. sub num. 6.* benè *Ruin. d. cons. 201. nu. 8. lib. 1. Lamberteng. de contract. glo. 2. num. 39. & 46.* appositè *Mascard. de general. interpræt. Stat. d. concl. 6. num.*
8 *26. & 27.* vbi docet, reijciendam esse differentiam † desumptam ex cortice verborum, an dirigantur in rem, vel personam, *Riminald. Iun. d. consil. 437. num. 2. Eugen. consil. 25. num. 46. & 49. lib. 2.* qui dicit esse obseruandum, an persona inhabilitetur simpliciter, vel secundùm quid, *Turrett. dict. consilio 25. numero 7. libro 1.* D. *Facchin. d. consilio 22. numer. 8. lib. 3. Rota decis. 500. num. 4. part. 2. recent.*

In

In casu autem præsenti visum fuit Dominis, apparere de
hac intentione statuentium Ferrariensium, quod noluerint
inhabilitate perpetuò, & absolutè subditos, sed solum dare
certam formam, qua mulieres possunt contrahere adhibi-
tis duobus consanguineis, & illis deficientibus, vel absenti-
bus, cum præsentia Magistratus Sapientum eiusdem Ciui-
tatis Ferrariæ, vnde apparet non nisi contractus fuisse mo-
dificatos, non autem inhabilitatas personas, & proinde in
contractu, de quo agitur non erant adhibendæ solemnita-
9 tes statuti Ferrarien. † quæ nec adhiberi poterant Regij, cũ
nec ibi extarent consanguinei D. Bradamantis, nec adiri
posset ille Iudex Magistratus Sapientum, vt conferunt tra-
dita per *Rimin.Iun.d.cons.42.num.75.Rota d.decis.500.nu.
3.par.2.recent.*

In quam sententiam eò procliuiores fuerunt Domini,
quia nulla fraus considerari potest in contrahentibus, quod
in Ciuitatem Regij secesserint, vt clanculum effugerent di-
spositionem statuti Ferrariensis, Domina enim Felix erat
Imolensis, & ignara statuti Ferrariæ, D. Marchio multò an-
tea Mutinæ degebat præfectus Cohorti Militum leuis ar-
maturæ pro Serenissimo Dom. Duce Mutinæ, & Donna
Bradamantes Ferrariæ, sed à multis annis modò Mutinæ,
modò Bononiæ commorabatur, ex quibus excluditur su-
10 spicio fraudis, † vt considerant *Rimin.iun. consil.42.num.
54.& 56.versic.quin, & accedit, & consil.437.nu.4.& seqq.
Turrett.cons.25.num.7.lib.1.D.Facchin.d.cons.22.num.9.
& 10.lib.3.*

11 Non obstat, quod saltem essent adhibendæ † solemnita-
tes statuti Ferrariensis, dum Donna Bradamantes consti-
tuit Procuratorem ad fideiubendum pro filio ad fauorem
D. Felicis in casu restitutionis dotis, cum in constitutione
Procuratoris requirantur eædem solemnitates, quæ in a-
ctibus per Procuratorem gerendis, vt tenuit *Rota in decis.
3.num.4.post Pic.ad stat.Vrb.& in Romana nullitatis do-
nationis* 3.Iulij 1628.*coram R.D.P.meo* Dunozetto, Quia
nec Ferrariæ datum fuit mandatum, nec ibi constitutus
Procurator ad fideiubendum, sed Bononiæ, & sic intrant
12 rationes supra deductæ; Bononiæ verò nullum † extat sta-
tutum, quod mulieribus contrahentibus præscribat certas
solemnitates, vt obseruatum etiam fuit à Rota *in Bonon. fi-
deicommissi de Manzolis 26.Ianuarij 1632.coram* Reue-
13 *rendiss.* D.*meo Decano*; Et de iure communi mulier † si est
maior non prohibetur contrahere sine solemnitatibus, pro-
ut Mares, *l.2.vbi glos.in verb.obligauit,* C.*ad velleian.l.sed
si cum l.aliquando,l.nec interest,l.debitoris,ff.eod.tit.l.1.*C.
ne vxor pro marito,l.contractus.C.locati.

14 Aegidiana autem nihil † disponit circa contractus mu-
lierum, & Constitutio Carpensis dat quidem certas formu-
las pro mulieribus contrahentibus, sed cum Rodulphus
15 Cardinalis Carpensis solùm Picæni Legatus esset, eius †
Constitutiones non egrediuntur Picænum, nec à fel. recor.
Paulo III. fuerunt extensæ vltra Legationem eiusdem Car-
din. Carpen., prout extendit, seu potiùs confirmauit Con-
stitutiones Aegidianas, Aegidius quippè Cardinalis Caril-
lus pro tota Italia, dum Summi Pontifices degerent Aue-
16 nione, Legatus fuit constitutus, vndè meritò † in toto Sta-
tu Ecclesiastico seruantur eius Constitutiones, vt per *Veral.
decis.226.par.1.& decis.780.num.4.par.1.diu.& apud Pa-
cific.de Saluian.decis.*208.*numer.5.& 6.& fuit dictum in
Imolen.damnorum 22.Iunij 1631.coram bon.mem.Cardin.
Sacrato, & notant Adden.ad sanct.mem.Gregor.XV.de-
cis.260.num.17.& in Casenaten.pradij 29.May 1626.co-
ram bon.memor.Patriarcha Matzanedo, & in* Roma-
na dotis 20. Nouembris 1630.coram Reu. P. D. *meo* Pi-
rouano.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ianuen. separaionis Thori.

Die Lunæ 28. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Ad Thori separationem deuenitur, vel ex magna, & frequenti sæuitia viri, vel ex adulterio alterius coniugum, vel ex capitalibus, & grauissimis inimicitijs inter eos subortis. Et vide plura circa probationem istarum causarum.

SVMMARIVM.

1 *Thori separatio fit ex sæuitia viri, quando est freques, & magna.*

2 *Thori separatio fit, quando alter coniugum committit adulterium.*

3 *Thori separatio fit, ex inimicitijs capitalibus, & grauissimis inter coniuges subortis, & num.26.*

4 *Sæuitia viri erga vxorem, ex quibus sufficienter ad thori separationem probetur.*

5 *Iniuria ex facto oritur.*

6 *Testes de auditu præsumptionem faciunt, & admini-culum.*

7 *Sæuitia, quæ sit sufficiens ad thori separationem.*

8 *Vxorem percutere pugno, non videtur immoderata sæuitia, vide num.9.*

9 *Pugno percutere aliquem, non est leuis iniuria.*

10 *Vir potest seuire in vxorem, quando ob commissum ab ea impunè potest illam offendere.*

11 *Ictus cultri, cum tendat ad vulnerandum, & excedat leuem, & moderatam correctionẽ inter actus sæuitiæ numeratur, & admittitur ad thori separationem.*

12 *Carceratio sine magna causa, & cum cibi subtractione maritis prohibita est.*

Et hæc reputatur magna sæuitia, cum tendat, ad vitæ priuationem, & num. 12.

13 *Marito cum magna causa est permissum carcerare vxorem.*

15 *Testes deponentes de sæuitia, vel non sæuitia in concursu illi præualent, qui deponunt affirmatiuè.*

16 *Testes quando sunt singulares in tempore, in aliquo non est eis credendum.*

17 *Testes singulares in tempore in materia separationis thori, semper admittuntur, dummodò in qualitate conueniant.*

18 *Testes omni exceptione maiores requiruntur in materia separationis thori, cum materia grauißima iudicetur.*

19 *Testes familiares, domestici, & consanguinei admittuntur ad probandum actus sæuitiæ maritalis, ob defectum extraneorum.*

20 *Extranei non possunt interesse gestis inter coniuges, in priuatis domibus, & cubiculis.*

21 *De actibus intrinsecis impoßibile est reddere rationem.*

22 *Actus intrinseci probantur coniecturis per causas extrinsecas.*

23 *Actus intrinseci non possunt verè probari per rerum naturam, nisi possibilis probatio admittatur.*

24 *Testi sunt administranda alimenta à producente; si ad effectum se examinandi degit in aliquo loco, & non per hoc minuitur eius fides, cum d. alimenta ei sint de iure administranda.*

25 *Exceptiones contra Testes, quæ in actis non constant, non egent responsione.*

27 *Thori separatione data, semper est locus restitutioni dotis, & omnium, quæ occasione matrimonij transierunt ab vxore ad manus mariti.*

DECISIO CCXXXIX.

DVbio proposito, an sit locus Separationi Thori, & restitutioni dotis, & extra dotis; Domina Principissa Benedicta sola informante; affirmatiuè per Dominos fuit responsum; quia sæuitia, adulteria, & grauissimę, ac ineuitabiles inimicitiæ, iam contractæ; probantur; ex quibus insimul, ac etiam ex vnaquaquè earum, separatio Thori non solet denegari, & inde dotes, & quicquid dotis, & extra dotis nomine maritis datum est; semper restituitur.

1 Ex sæuitia separari † thorum coniugum, quando frequens est, & magna, apertè probant *cap ex transmissa, & cap. literas cum glos. fin. in verbo sufficiens de rest. spol. cap. primum. §. verùm*, vbi etiam *glos. in verb. suspectum, vt lit. non contest. §. mitiores auth. de nupt. Couar. de spons. par. 2. cap. 7. §. 5. num. 1. Gabr. consil. 161. num. 7. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 32. num. 22. Barbos. in rubr. ff. de solut. matrim. par. 2. num. 22. Lupus in cap. per vestras in tertio notab. num. 6. de donat. inter vir. & vxor. Sanchez. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 16. Thesaur. decis. 130. num. 1. Gratian. discep. 738. num. 47.* quod idem apud Nos fuit sæpissimè receptum, vt in *Romana separationis Thori 2. Aprilis 1604. coram bo. mem. Penia, in Ianuen. separationis Thori 24. Nouembris 1632. coram* D. *meo Decano*, in qua aliæ resolutiones reassumuntur.

2 Idem determinatur, quando alter † coniugum committit adulterium, *l. consensu, C. de repud. cap. 1. §. verùm vbi gl. in verbo ad separationem coniugij. vt lit. non contest. cap. tuæ, § si verò de procurat. vbi Abb. num. 7. & in cap. fin. numero 3. de adult. & in cap. plerumq. num. 6. de donat. inter vir. & vxor. Bald. in l. vbi adhuc, num. 41. C. de iur. dot. Cuman. consil. 175. in fin. versic. accusabit igitur, Corduba in l. si quis à liberis, § si quis ex his, num. 80 ff. de lib. agnos. Couar. d. cap. 7. § 6. num. 6. versic. immo poterit. Barbos. in rubr. sol. matrim. par. 2. num. 17. & in l. 2. par. 1. num. 98. versi. quæ tamen eod. tit. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 25. num. 5. Osasch. decis. 124 num. 12. Gratian. discept. 738. num. 50.* & ex hac eadem causa esse locum separationi Thori fuit sæpè in hoc sacro Auditorio conclusum apud *Seraphin. decis. 226. num. 2. in* Paceñ *Matrimonij 5. Martij 1610. coram D. meo Cardinali Pamphilio in recent decis. 441. num. 1. par. 1. & in Leopolien. separationis Thori 9. Maij præteriti coram D. meo Vbaldo.*

3 Similiter inimicitiæ capitales; † & grauissimæ inter coniuges subortæ idem operantur, & pro causa sufficienti habentur ad separationem Thori, *dicto cap. ex transmissa, §. si autem, de rest. spol. cap. accedens, il secondo, vt lit. non contest. Aldobr. consil. 71. num. 15. lib. 1. Menoch. consil. 299. per tot. Gabr. consil. 161 num. 8. lib. 1. Valenz. consil. 41. num 34. versic. vnde succedit. Gratian. discept. 738. num. 53. Rota decis. 441. num. 1. & 706. num. 11. par. 1. recent.* & in eadem *decis. Ianuen. separationis Thori, versic. mouit etiam plurimum Dominos.*

4 Sæuitia igitur visa fuit sufficienter, † & abundè probata, cum frequenti, & iteratione actuum, ac cum magna, & immoderata qualitate, quæ ad hanc probationis speciem præcipuè solent desiderari, *Aldobr. consil. 71. num. 8. lib. 1. Bertaz. consil. crim. 228 num. 14. lib. 1. Sanchez eadem disp. 18. num. 16. Farinac. consil. 157. num. 4.* cum alijs plenissimè cumulatis in eadem decisione *Ianuen. separationis Thori, versic. & quantum attinet ad sæuitiam.*

Primò namquè testes dati in summ. num. 3. apertè, & claris verbis deponunt, D. Principem sæpiùs D. Benedictam eius coniugem pugnis percussisse, Quartus testis super primo, ibi, *è vero, che il Signor Gieronimo più volte hà battuto la Signora Benedetta con pugni*, in causa scientiæ, *perche stauo in casa d'esso Signor Prencipe per Paggio*; Sextus super nono, ibi, *è vero, & hò visto, che il Signor Gieronimo due, ò tre volte hà dato de' pugni alla Signora Benedetta*; Septimus verò, & Octauus testes idem deponunt de auditu à domesticis, quæ assertiones, cum nō vnius, sed plurium sint de visu, & comprobentur ab alijs de auditu, dubitari nō

5 potest, quin, & factum, & sæuitiam, per iniuriam, † quæ ex facto oritur, benè concludant, *l. vbi numerus, ff. de test. cap. in omni negocio, cap. licèt, ibi primò eod. tit. Marsil sing. 47.* & comprobant *Dec. consil. 342. in princ. Surd. consilio 12. num. 33. & 34.* Quibus accedunt Septimus, & Octauus te-

6 stes de auditu, vt supra relati, qui præsumptionem † faciunt & adminiculum, quatenùs in aliquo fides testium de visu diminueretur, *Cas. de Grass decis. 6. num. 7. tit. qui filij sint legitimi. Rota decis. 248. num. 6. coram Papa Gregor. XV.* &

7 hanc esse sæuitiam ad thori † separationem sufficientem responderunt *Aldobran. consil. 71. num. 21. & seq. volum. 1. Valen. consil. 41. num. 15. 19 & seq. Monald. consil. 44. in princ. lib. 1. Gratian. discept. 738. num. 47.* & quàmuis per-

8 cutere vxorem pugno, non videatur † immoderata sæuitia, prout existimarunt, *Bertazol. cons. 228. num. 12. & 13. Thesaur. decis. 130. num. 3. Farinac. de delict. quæst. 143. nu. 204.* attamen ijdem admittunt, quando percussio illa leuis iudi-

9 cata, & permissa viris, consumitur † sine magna causa, & est iterata, vt in præsenti probant testes, semper dicitur sæua, & sufficiens *Aldobr. d. consil. 71. num. 4. Tiraq. de ll. conub. glo. prima, par prima num. 22. Sanchez. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 16.* & latissimè comprobat idem *Farin. d. qu. 143. num. 184. & 203.*

Secundò de alapis in faciem eiusdem D. Benedictæ sæpiùs per virum illi illatis, de visu deponunt primus testis, ibi, *quando fu smontata di bussola nel cortile, il Signor Gironimo era iui, se gli accostò, & gli dette vn schiaffo sopra la faccia alla mia presenza, & di altri seruitori*; Quartus super primo dicēs, *è vero, che il Sig. Gieronimo alla Signora Benedetta più volte ha battuto con schiaffi, & lo sò, perche seruiuo di paggio*: Sextus testis super nono, *hò visto che il Signor Gieronimo due, ò tre volte gli hà dato de schiaffi*, Septimus, & Octauus de auditu à domesticis idem affirmant, quorum depositiones in dicto plenæ sunt, vt supra firmatum fuit, & iniuriam non leuem indicant, per *l. prætor ait, §. atrocem in fin. ff. de iniur.* quæ attenta qualitate nobilitatis, Ciuitatis, & innocentiæ D. Benedictæ, reddit iniuriā grauiorem, *Pont. de Leon. de matrim. lib. 9. cap. 25. num. 5. versic. si enim illa nobilis*; & idem fuit ponderatum in alia *Ianuen. separationis Thori 24. Nouembris 1632. coram Domino meo Decano, in versic. qualitas etiam personæ*; & hanc eandem inter causas sæuitiæ ad Thori separationem admittunt *Aldobr. in d. consil. 71. num. 49. Gratian. discept. 138. num. 47. Valenz. consil. 41. num. 19. Rota decis. 441. num. 3. par. 1. recent. & 250. nu. 1. & 2. par. 5.* quæ saluari non potest tanquàm leuis, & viro permissa, ex quo non simplex, sed iterata, & ad eam infligendam maritus sine causa magna deuenit, quæ causa magna à Canonistis tantummodo iudi-

10 catur, quando † vir ob commissum à muliere impunè posset illam offendere, *Barbos. in repet. rubr. de solut. matrim. par. 2. num. 16.* & per *Hostiens.* ponuntur exempla huius causæ, *in cap. quemadmodum, num. 12. de iur. iur. quem sequuntur Ioan. Andr. Anchar. Butr.* & alij relati per *Farinac. d. quæst. 143. num. 199.* ita vt aut nulla sit probata, aut leuis sine magna causa, semper remaneat ista atrox, & immoderata.

Tertiò ijdem testes nempè quartus super secundo dicit, *vna volta il Sig. Gieronimo tirò vn coltello alla Sig. Benedetta, & non la colse*; & sextus super nono, *& io hò visto, quando il Signor Gieronimo tirò vn coltello verso la Signora Benedetta*, & Octauus de auditu, *hò inteso anco, che l'habbi*

11 *l'habbi minacciato d'vn coltello*, qui ictus cultri, † tanquàm tendens ad vulnerandum, cum excedat leuem, & moderatam correctionem, & ipse inter actus sæuitiæ connumeratur, & admittitur ad Thori separationem, *Aldobrand. consil. 71. n. 34. Monald. consil. 44. n. 1. lib. 1. Valenz. d consil. 41. n. 15.*

Quartò eiusdem D. Benedictæ carceratio in particulari cubiculo, cum alimentorum denegatione, & famulis pœnali prohibitione, nè illi victum subministrarent, probatur ex depositione Quarti, & Quinti testis de visu, & prohibitione super secundo ex articulis, secundo loco productis,
12 quę † carceratio sine magna causa, & cum cibi subtractione maritis prohibita, sæuitiam acrem indicat, tanquàm subordinata ad vitæ priuationem per *l. necare, ff. de lib. agnos. Aldobr. d. consil. 71. num. 50. & 54. Monald. d. consil. 44. num. 1. Rot. decis. 706. num. 2. par. 1. recent. & Farinac. d. quæst. 143. num. 205. & 207.* referendo opiniones *Canonistarum in cap. quemadmodum, de iur. iur.* super facultate concessa maritis carcerandi vxores, & illas conciliando, determinat id
13 licere, † modo id fiat cum magna causa, referendo se ad exempla posita per *Glos. in d. cap. quemadmodum,* & cum cibi subministratione, quæ causæ narratæ *in d. glos.* non conueniunt honestati D. Benedictæ, nunquàm controuersæ, & deficit cibi subministratio, vt ideò nunquã fuerit licita hæc carceratio, dicens hanc esse puram veritatem, & ita seruari.

Deniquè de mala tractatione continuatis temporibus facta per Dominum Principem erga D. Benedictam, deponunt sex testes dati in summ. num. 4. vsquè ad num. 12. respectiuè deponentes de verbis iniuriosis, de prohibitione, ne parentes, nempè Battina mater, & Paris frater, ad eam accederent officij causa, mandata præcisa, ne famuli inseruirent dictæ Benedictæ, & quod multas infirmitates passa fuit ob malam tractationem, de minis illam occidendi, de præparata nauicula in litore, vt eam abduceret in Re-
14 gnum, & à parentibus separaret: † Quibus nedùm in specie, sed etiam in genere, & de fama deponentibus multùm esse deferendum, & credendum, respondet idem *Aldobr. d. consil. 71. Zabarell. consil. 9. n. 7. Farin. ead. q. 143. n. 175.*

Nec testes pro D. Principe examinati aliquid releuant ad euitãdam prædictorum testium depositionem, dum conantur concludere D. Benedictam à D. Principe fuisse benè tractatam, ipsumquè ei dedisse potestatem administrandæ rei familiaris.

Quia vltra, quod non deponunt de continuato tempore, quod semper benè illam tractauerit, prout necessariùm est ad excludendam probationem D. Benedictæ, nihilominus
15 in concursu probationum de sæuitia, vel non sæuitia, † magis creditur deponentibus affirmatiuam, quàm negatiuam, quando probatio non coarctatur. *Card. d. consi. 9. in fin. Farin. ead. q. 143. num. 176. & seq. Gratian. discept. 738. num. 56. & 57.*

16 Non obstat, quod testes D. Benedictæ † in tempore sint singulares, quibus propterea in aliquo non sit deferendum, *cap. licèt causam, de prob.*

Quia in hac materia separationis Thori, testes singulares
17 in tempore, modo † in qualitate facti conueniant, semper admittuntur, cum agatur non de vnico actu sæuitiæ, sed de pluribus, successiuis temporibus commissis. *Card. eod. consil. 9. num. 5. & 8. Farin. d. q. 143. num. 173. Gratian. ead. discept. 738. nu. 51.* & latissimè fuit comprobatum *in d.* Ianueñ. *separationis Thori supra allegata in versic. quia responsum fuit circa finem.*

Nequè ex eo, quod sint domestici, & familiares aliquid
18 de eorum fide est diminuendum, quasi † omni exceptione maiores esse debeant, vbi agitur de materia separationis Thori, quæ grauissima iudicatur, *BertaZol. consil. 220. num. 5. Menoch. consil. 850. num. 3. Rota in* Ianuen. *separationis Thori, 31. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Remboldo.*

Quia, & si aliqui dissentiant, verior tamen opinio est in
19 contrarium, quod scilicet familiares, † domestici, & consanguinei admittantur in testes, ad probandum actus sæui-
20 tiæ maritalis, ob defectum extraneorum, qui interesse † nõ possunt gestis inter cõiuges in priuatis domibus, & cubiculis. *Card. d. consil. 9. num. 5. Farin. ead. q. 143. num. 168.* & hãc vti veriorem Domini sequuti sunt *in d. decis.* Ianuen. *separationis Thori coram D. meo Decano,* in qua abundantèr hæc opinio comprobatur rationibus, & DD. auctoritatib.

Secunda causa separationis Thori versatur circa adulteria ex parte D Principis, cum pluribus fœminis commissa, de quibus deponunt testes dati in summ. D. Benedictæ nu. 16. nempè cum Isabella Mariana de terra Cõpiani, & quòad hanc personam concordant Vndecimus, Duodecimus, & Decimustertius testes, & eadem Isabella fatetur adulterium, & cõmixtionem cum Principe. Secũdò cum Camilla Spario, & Antonia Moretta de Ciuitate Hieraceñ, & alia muliere vxore Perocelli Notarij de Nicotera de terra Nouæ, de quib. nuncupatim deponunt, Primus, Secundus, Tertius, Quartus, & Quintus testes, & cum alia nuncupata Margarita Galla publica meretrice in ciuitate Neapoli, deponit Sextus testis, & cum Catherina quondam Pauli concludũt Septimus, & Octauus testes, qui Octauus est eadem Catharina, quæ fatetur factum cum ipsa consũmatum, & omnes testes in dicto concludunt de tempore post contractum matrimonium, cum D. Benedicta, quod contigit de anno 1609. & de actibus proximis ad copulam, quod sufficit, quia
21 de † intrinsecis actibus impossibile est reddere rationem dicti, vt dicunt *Bald. in l. solam, num. 1. post med. C. de test.* &
22 id tantũmodò † posse probari coniecturis, & præsumptionibus per causas extrinsecas, voluerunt *Addent. ad Abbatẽ in c. cum causam, num. 6. verb. testem, versic. adde, quod testis deponens super adulterio,* & ibidem *Felyn. col. 4. ante finem de testib. Modern. de probat.* alios referentes *conclus.*
23 *65. num. 10. & concl. 452. num. 2. & seqq.* dicentes per † rerũ naturam non posse verè probari, nisi possibilis probatio admittatur, *Farin. de opp. con. test. q. 70. num. 60.*

Nec aliqua exceptione testes supradicti possunt remoueri; Quia, quòad familiaritatem, humilemq; illorum conditionem, ac singularitatem, iam fuit supra firmatum, similes in hac specie exceptiones non releuare; Quò verò ad Thomam Socianum, Isabellam Marianam, & Catherinam pariter Marianam, quibus forsan obijci posset, quod in regno
24 Neapolitano † viuerent expensis Paridis, vt propterea eis non sit deferendum, sufficit respondere, de iure eisdem alimenta debuisse subministrari, ex quo ad instantiam D. Benedictæ in dicto Regno commorabantur, donec à Iudice remissoriali reciperentur earum depositiones *c. statutum, §. penult. de rescript. in 6. l. quoniam liberi, C. de test. Surd. de alim. tit. 1. q. 62 per totam*; Aliæ verò exceptiones, quòad alios testes, quod essent banniti, & eorum dictum reuocaue-
25 rint, cum adhuc in actis de † prædictis nihil constet, non egent alia responsione.

Tertiam causam consistentem in grauissimis, & capitali-
26 bus inimicitijs, † & impossibili, & non tutæ reconciliationi, subiectis, manifestis rationibus probant testes, nempè, Quartus, Quintus, Sextus, parte 2. summ. num. 17. Primò ex violenta abductione D. Benedictæ, dum rediret domum cũ viro suo, & hoc de mandato Battinæ eius matris in facto præsentis; Secundò ex homicidio patrato in personam cuiusdam Marchionis Malaspinæ, qui mandatum suscęperat ad occidendum Paridem fratrem D. Benedictę, de quo deponunt, Primus, Secundus; & Octauus testes summ. nu. 10. Tertiò ex alio homicidio patrato in personam cuiusdam Brocherij, & alterius Io. Antonij Spinulæ, qui pro agente in causis seruiebat D. Benedictæ; Ac demùm ex notorio facto in Curia, dum contra eumdem Principem per Sicarios tẽtatum fuit illum interfici, & loco illius miserabilis quidam remanserit occisus; Ex quibus omnibus testes concludunt non posse D. Benedictam tutè se committere in manibus viri, quinimò cum indubitato suæ vitæ periculo, si hoc de mandato Iudicis sequeretur.

27 Data autẽ separatione Thori, semper † est locus restitutioni dotis, & omnium, quæ occasione matrimonij transierũt ab vxore ad manus mariti, per *l. consensu, § si verò, C. de repud. Abb. in c. tuæ, nu. 7. de procur. & in c. fin. ad finem de adult. Bald. in c. 1. num. 3. vt lit. non contest. Roland. in cons. 50. n. 4. lib. 1. Clar. in § fin. in verb. Adulterium, num. 15. Rot. decis. 706. num. 3. par. 1. recent. Seraph. decis. 1315. num. 1.* Et ita fuit per Dominos responsum, esse locum separationi Thori, & restitutioni dotis, & extra dotis.

¶ In eadem causa habentur infra aliæ duæ decisiones, scilicet sub diebus 5. Maij, & 3. Iulij 1634. coram eodem R.P.D. Pirouano.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana prætensæ Dotis.

Die Veneris 2. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotale debitum vxori in bonis defuncti mariti, vigore alicuius statuti, an imputetur in eius dotem, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Statut. Vrb. lib. 1. capit.* 131. §. *si verò maritus, declaratur.*

2 *Vsusfructus post vsufructuarij obitum reuertitur ad proprietatem.*

3 *Vsusfructus, quãdo finitur reuertitur ad proprietarium etiam ignorantem.*

4 *Ex detentione rei ad vsumfructum permissa, non censetur concessa vsufructuario proprietas.*

5 *Dictionis taxatiuè, tantùm, virtus est, vt vno incluso, reliqua excludat.*

6 *Vsusfructus per mortem vsufructuarij consolidatur cum proprietate.*

7 *Bona libera hæreditaria, quando adsunt, tunc ea sunt imputanda in dotem, antequàm sit locus Auth. res quæ C. comm. de legat. & num. 8. & 9.*

11 *Sponsæ nobiles attenta vrbis consuetudine post celebrationem nuptiarum, solent permanere per aliquot dies apud suos parentes.*

12 *Dotis fructus non debentur marito de tempore non supportationis onerum matrimonij.*

13 *Aestimatio nudæ proprietatis fieri, & ea vendi potest.*

14 *Et vsufructuarius dictæ alienationi patientiam præstare debet.*

DECISIO CCXL.

POst resolutionem captam die 24. Ianuarij præteriti,* quod Hieronymæ petenti se dotari ex bonis fideicommisso subiectis iuxta dispositionem *Auth res quæ C. comm. de legat.* ante omnia imputandus sit Census scutorum trecentorum, emptus ad fauorem Hæredum q. Iacobi eius Aui paterni vna cum alio censu scutorum duorum millium, & & centum, ac legitima in bonis matris defunctæ ei debita, cum illius fructibus: Hodie prosequendo disputationem super partitis, quæ supersunt ex reseruatis, Domini responderunt in huiusmodi dotem similiter esse imputandum quartum dotale Victoriæ Auiæ Maternæ ipsius Hieronymæ in bonis dicti Iacobi eius viri super lucratum; Nam ex libro administrationis tutelæ filiorum per dictam Victoriam susceptæ, ac ex Instrumento census scutorum mille, & trecentorum empti per eamdem Tutricem cõstat de partita scutorum duorum millium, & quingentorum sibi ipsi de bonis mariti defuncti in huiusmodi lucri causam persoluta, cuius imputationem hæredes dictæ q. Hieronymæ hodie controuertere non possunt ex eo, quòd inspecta Statuti Vrbis dispositione vxori cum liberis superstiti vsusfructus quartæ partis dotis in bonis mariti prædefuncti debeatur vsq. ad ipsius vxoris superstitis obitũ duraturus, adeò vt illius, tanquã
rei post obitum vsufructuarij minimè existentis, nulla ratio
haberi possit in constituenda dote dictæ q. Hieronymæ.
1 Quia prædictum Statutum † sub c. 131. §. *si verò maritus li.*
1. ità de bonis mariti prædefuncti vxori superstiti defert vsumfructum,
vt nolit abdicare proprietatem ab eiusdem viri hæreditate,
ex qua huiusmodi vsusfructus fuerit extractus,
dum disponit, quod quarta pars de bonis mariti ad vsumfructum
superlucrata, finito vsufructu restituatur quibus de
2 iure debet restitui; De iure autẽ est, quod vsusfructus † post
vsufructuarij obitum reuertatur ad proprietatem, §. *finitur,
instit. de vsufruc.* & cum illa cõsolidetur, *l. si Titio fructus,
3 ff. eod.* Immo redeat † ad proprietarium etiam ignorãtem,
*Bart. l. si arrogator. num. 12. in 1. q. versic. sed hodie videtur,
ff. de adopt.* & non dissentiunt verba Statuti mãdantis quartam
partem restitui, cum ex detẽtione rei ad vsumfructum
4 permissa, † & illius restitutione facienda ab eodem Statuto
non sit concessa vsufructuario proprietas, *l. cum hæredes, in
princ. ff. de acquir. poss.* quod expresse voluerunt statuentes
disponendo de vsufructu discretiuè ad bona, quæ venire
nõ possunt appellatione vsufructus, præsertim cum dictione
5 ne taxatiua, † tantùm, cuius virtus est, vt vno incluso reliqua
excludat, atquè ita lucrum dotale non censeatur pleno iure
vxori superstiti acquisitum, vnde Rota *in Romana quarti
dotalis 16. Martij 1618. coram bon. mem. Remboldo,* in similibus
terminis dicti Statuti censuit lucrum dotale auiæ
neptibus tanquam venientibus ex persona ipsius auiæ, vel
propria non deberi, eadem omninò ratione, quod post cuius
6 obitum facta extitit cõsolidatio † vsusfructus cum proprietate,
quæ permanserat in hæreditate mariti acquisita filijs
masculis communis matrimonij, cuius decisionis conclusio
clariùs fuit comprobata in *Romana de Caualerijs 22. Martij
1632. coram Reuerendiss. D. meo Coccinio Decano.*
Cùm itaquè dicta summa scutorum duorum millium, &
quingentorum permanserit in hæreditate supradicti q. Ia-
7 cobi aui paterni Hieronymæ, consequens † est, vt in constituenda
eius dote illi imputetur, tanquàm hæreditaria iuxta
*decis. Vinc. de Franc. à Rota in terminis approbatam in dicta
Romana de Caualerijs, coram* Reuerendiss. *D. Decano,
& in Romana hæreditatis 26. April. 1632. coram Eminentiss.
D. Cardin. Vbaldo,* antequàm remedio *dictæ Auth. res
quæ, C. comm. de legat.* sit locus *per textum in §. si verò,* ibi
8 habens vnde † supplementum faciat. *Auth. de restit. coll. 7.
Paris. consil 63. num. 49 vol. 2.* quem allegant, & hanc dicũt
esse communem opinionem *Rolan. in consil. 85. num. 9. vol.
1. Petr. de fideicom. q. 8. num. 459 Peregr. art. 42. num. 66. eo-
9 dem tract.* cessat enim pro rata † huiusmodi ratio indigentiæ,
& intrat limitatio ad *dictam Auth.* de qua per *Bart. in
l. mulier. §. cum proponeretur ff. ad S.C. Trebell.* & alios DD.
cumulatos coram *Seraph. decis. 1483. num. 5. & in decis. huius
causæ coram me 13. Iunij 1631.**
Non obstat, quod dicta Hieronyma nuptui tradita fuerit
viuente adhuc Auia vsufructuaria, quo tempore nulla
poterat haberi ratio nudæ proprietatis dictorum scutorum
10 † duorum millium, & quingentorum ad effectum dotationis,
quæ oneribus matrimonij supportandis responderet,
iuxta text. expressum *in l. si pater mulieris, in fin. ff. de iure
dot.* Quia cum dicta Auia obierit quadragesimo die post
celebrationem nuptiarum hoc temporis spatium attenta
sponsarum nobilium Vrbis consuetudine permanendi ali-
11 quot † diebus apud suos parentes, non est habendum in
consideratione ad effectum onerum matrimonialium, qui-
12 bus nondum de eo tempore † supportatis, nulli omninò
fructus marito debentur, vt per *leg. dotis fructus, ff.
de iur. dotis, & leg. pro oneribus, C. eod. tit.* concludit *Lud.
Molina de contract. dubit. 432. numero 3.* Et in omnem
13 casum etiam dictæ nudæ † proprietatis æstimatio fieri,
eaque vendi potuit per *text. in l. cum in fundo, §. vxor. ibi
nudæ proprietatis æstimatio, ff. de iur. dot.* cuius proprie-
14 tatis alienationi † ad prædictum effectum ipsa vsufructuaria,
patientiam præstare debuisset, vt per *Marescott. variarum
resolut. libro 1. capit. 29. à numero 30. vsque ad
34. & Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. parte 8. numero
16.* & his conferunt ea, quæ de fundo in dotem dato,
cuius proprietas esset vxoris, vsusfructus verò ad alium
per-

pertineret, notat *Greg. Lopez glos. 5. in l. 18. tit. 1. par. 4.*
Et ita vtraquè, &c.

* Habetur hæc decisio infra prout in Indice posito in fine Decisionum.
* Est decisio 49. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Ianueñ Abbatiæ.

Die Veneris 2. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

In materia Iurispatronatus, quale tempus habeat vim immemorabilis. Negligens, sibi imputet, si aliquid in tempore non expediuit. Diligentiæ in reuoluendis registris Datariæ pro aliquid inquirendo, qualiter concedantur. Negatiua existẽtiæ scripturarum in Vrbe confectarum ante annum 1527. non probatur ex diligentijs, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Tempus centum annorum in materia iurispatronatus habet vim immemorabilis.*
2 *Negligens, sibi imputet, si infra legitimum tempus, diligentias non adhibuit.*
3 *Diligentiæ in reuoluendis Registris Datariæ vt inquiratur aliqua scriptura, expediuntur ad instar remissoriæ.*
4 *Scripturarum existentiæ negatiua, quæ emanarunt ante annum 1527. ex adhibitis diligentijs non probatur propter Vrbis excidium, seu deprædationem, quæ contigit de dicto anno.*

DECISIO CCXLI.

CAusa super eisdem de nouo proposita, & sæpiùs dilata ad prouisi Apostolici instantiam, hodie tandem eadem parte informante recusante, visum fuit standum esse in decisis 13. Iunij præteriti * ex eisdem rationibus, & fundamentis, quia verè constat de Iurepatronatus huius familiæ de Pallauicinis ex fundatione & dotatione, desumpto ex priuilegio coæqualis dotationis enunciato in prouisionibus Apostolicis annorum 1514. 1528. & 1583. iuncta pos-
1 sessione præsentandi supra centum annos, † quod tempus in materia Iurispatronatus habet vim immemorabilis, *Put. decis. 206. lib. 1. in correct. & Rot. decis. 254. nu. 10. par. 3. diuers. & alii per Garz. par. 5. cap. 9. num.* 107. & in decisione quæ reuidetur, allegatis.

Nec ad retardandam causæ expeditionem in hac secũdæ instantia erat indulgendum dilationi peritæ, ex eo, quod pendebant diligentiæ in reuoluendis Registris Datariæ pro inquirẽdo priuilegio supradicto coæqualis dotationis, quas Magistri Registrorum tàm breui tempore expedire non confidebant.

Quia sibi imputet prouisus Apostolicus si fuit negligens
2 † in prosequendo diligentias per quinque ferè menses, sed
3 prætereà cum huiusmodi diligentiæ † expediantur ad instar remissoriæ eius, inspectio differtur ad tertiam instantiam, non retardata expeditione secundæ, & quod magis est huiusmodi diligentiæ propter Vrbis excidium, & seu de-
4 prædationem, quæ contigit de anno 1527. † non releuant ad probandam negatiuam existentiæ scripturarum, quæ ante illam emanarunt, prout in his terminis *Rota tenuit in Albanen. Prioratus coram bo. me. Penia die 17. Nouemb. 1603.*
Et ita &c.

* Est decisio 218. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Romana Nullitatis Contractus.

Die Lunæ 5. Decemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Falsitas causæ in contractibus, quid operetur. Mater transiens ad secunda vota, quid amittat. Rationes vt dicantur benè redditæ, quid sit necessarium, & alia circa text. in l. fœminæ. C. de secund. nupt.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est nulla, quando causa expressa est falsa.*
2 *Falsitas causæ adimit consensum contrahẽtium ab actu, & perindè est, ac si nullus contractus fuisset celebratus.*
3 *Mater transiens ad secunda vota, legitimam amittit, reseruato illi dumtaxat vsufructu, donec vixerit.*
4 *Rationes, sine quibus reddi non possint.*
5 *Tutor ad hoc, vt dicatur rationes reddidisse, non sufficit eius, vel pupilli assertio.*
6 *Text. in l. fœminæ. C. de secund. nupt. procedit solum in bonis immediatè prouenientibus ex substantia primi mariti.*
7 *Mater binuba tenetur reseruare bona primi mariti, filijs eiusdem matrimonij.*
8 *Matri secundo nubenti debetur legitima in bonis filiorum prædecedentium, quòad bona fratrum prædecedentium, in quibus ipsi filij successerunt.*
9 *Filius vindicare potest bona sui patris, à matre, quæ ad secundas nuptias transiuit.*
11 *Verba, in reliquis, similitudinem important, atquè implicant qualitatem, & substantiam respectiuam ad præcedentem dispositionem.*
12 *In text. l. fœminæ. C. de secund. nupt. DD. semper capiunt verbum, legitimæ, pro proprietate.*
13 *Causa etiam in parte falsa vitiat contractum.*
14 *Text. in l. fœminæ. C. de secund. nupt. cessat stante consensu filiorum super transitu matris ad secundas nuptias.*
15 *Consensus expressus requiritur, quando agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi in Iure scripti, nam hoc casu non sufficit tacitus.*
16 *Rationes vno oculi ictu reddi non possunt.*
17 *Iudex stante breuitate temporis non præsumitur causæ cognitionem adhibuisse.*

DECISIO CCXLII.

PEr duas sententias alteram R. P. D. Meltij A C. Locumtenentis, alteram Rotalem coram R. P. D. meo Dunozetto, * pronunciatum fuit, Instrumentum transa-
ctionis

ctionis initæ inter Thomam, & Aureliam, Victricum, & priuignam, occasione administrationis bonorũ ipsius Aureliæ, per dictum Thomam gestæ, nullum esse, & inualidum, cumquè per Thomam fuerit appellatio interposita, & adita Signatura, causa mihi fuit commissa, cum clausula constito de duabus conformibus, & quod sit locus statuto, exequatur; Vnde super hoc proposito dubio; DD. respõderunt constare de duabus conformibus.

Validitas enim, & conformitas sententiarum, nec non incolatus, & Ciuilitas collitigantium non controuertebatur, & quæ opponebantur contra Iustitiam visum fuit non releuare.

1 Quoniam verè nulla fuit transactio, † dum falsa est causa expressa, quæ causæ falsitas adimit consensum contra-
2 hentium ab actu, & consensum Iudicis à decreto, & † perindè est, ac si nullum fuerit interpositum decretum, nec vllus celebratus contractus, *l. magis puto, §. non possim, ff. de reb. eor. Dec. cons. 318. num. 2. Rot. decis. 34. num. 4. post Pic. ad stat. Vrbis, & decis. 218. par. 2. recent. & fuit dictum in Romana Census 8. Aprilis præteriti coram me.*

Falsitas autem causæ ex duobus benè deducitur, primò quia Plautillæ assignata fuit certa portio bonorum pro legitima illi debita, in successione Bernardini, & Francisci filiorum prædefunctorum, & fratrum vtrinquè coniun-
3 ctorum Aureliæ, & tamen † ob transitum ad secundas nuptias Plautilla Binuba dictam legitimam amiserat, reseruato illi dumtaxat vsufructu donec vixerit, iuxta celebrem *text. in l. fœminæ. C. de secundis nupt. & plenè fuit deductum in Cesenaten. Prædij 12. Decembris 1631. coram me, vbi nec ius Canonicum dissentire à dicta Constitutione l. fœminæ comprobatum fuit.*

Secundo quia dicta transactio inita fuit occasione Tutelæ ipsius Aureliæ per dictum Thomam administratæ, & redditionis rationis, & tamen nullibi apparet rationum Codicem, Inuentarium, Instrumenta, actus fuisse produ-
4 ctos, & rationes ipsas † legendas percunctandas, & dispũgendas fuisse exhibitas, prout requiritur iuxta *text. in l. si quis, § rationum. ff. de eden. l. cum seruus, ff. de condit. & demonstrat.* nec enim circa veritatem causæ standum est as-
5 sertioni Tutoris, Pupilli, † & contrahentium in Instrumento, sed aliundè probari debet, *Dec. consil. 402. num. 22. ad fin. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 8. Card. Caualer. decis. 225. num. 5. & fuit dictum in Romana Census 8. Aprilis præteriti coram me.*

6 Non obstat, quod imò Plautillæ † deberetur legitima, eo quod *disp. l. fœminæ C. de secundis nuptijs*, procedit solùm in bonis immediatè prouenientibus ex substantia pri-
7 mi mariti, quæ bona tenetur † Mater Binuba reseruare filijs eiusdem primi matrimonij, qualis est Aurelia, sed quãdo filij primi matrimonij consequuntur portionem fratrum prædecedentium, & quæ ipsorum effecta fuerat Patrimonium, & deinde ijdem filij prædecedunt Matri, tunc cum
8 bona non considerentur † ampliùs tamquàm substantia primi mariti, ipsi matri debita fit legitima, in his bonis, vt fuit resolutum *in Romana domorum 10. Iunij 1616. coram bon. mem. Andrea*, quæ est *decis. 771. part. 3. recent.* & sequuta fuit *Rota in Camerinen. bonorũ 10. Februarij 1620. coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio, & in eadem 22. Aprilis 1624. coram bon. mem. Vbaldo.*

Quoniam placuit responsio, quod in Instrumento transactionis asseritur, Plautillam primò successisse Bernardino, qui fraternam quidem hæreditatem Laurentij consequutus fuerat, sed tamen habebat etiam propriam portionem immediatè prouenientem ex substantia Francisci Patris primi mariti Plautillæ, & deindè successit etiam Francisco Iuniori filio, qui licèt consequutus fuisset partem bonorum Bernardini, tamen possidebat propriam ratam immediatè ex Patris hæreditate sibi obuentam, & sic respectu
9 harum portionum Plautillæ assignata fuit legitima in † bonis immediatè prouenientibus ex substantia primi mariti, quæ vindicari debent ab Aurelia filia, ex eodem primo matrimonio, & sic benè applicatur *text. d. l. fœminæ C. de secundis nuptijs.*

Nequè congruit interpretatio allata per Informantes pro Thoma, quod dum in Instrumento transactionis dicitur, Plautillam successisse in bonis Bernardini, debeat intelligi respectu vsusfructus, quando verò dicitur successisse in bonis Francisci, debeat intelligi respectu proprietatis in illa portione obuenta Francisco ex successione Bernardini, & Laurentij, in qua iustè succedebat Plautilla, etiam quòad proprietatem, & sic sustineatur transactio, & vera sit causa expressa. Quoniam verba ipsa transactionis omninò resistunt huic intellectui, ibi, *Per ingressum religionis Bernardini, in suis bonis respectu legitimæ successit Plautilla eius Mater, & in reliquis Franciscus eius frater, &c.* si enim
10 tàm Plautilla † quàm Franciscus successerũt in bonis Bernardini, vtriusq; successio debet intelligi respectu proprietatis, & vtraquè æqualiter determinari, ad *l. iam hoc iure. ff. de vulg. Surd. cons. 242. num. 2. & seqq.* ponderando præ-
11 sertim illa verba, † *In reliquis*, quæ æquipollent verbis in alijs, & similitudinem denotant, atque implicant qualitatem, & substantiam respectiuam ad præcedentem dispositionem, ad *l. quidem seruus. de reb. dub. Surd. decis. 265. nu. 24. Card. Seraph. decis. 716. num. 1. & 11.* Vndè quemadmodùm successio Francisci intelligitur respectu proprietatis itidem, & debet intelligi successio Plautillæ, alioquin inepta esset loquutio si pars reseruata Plautillæ non esset eiusdem speciei, cuius est reliqua pars delata Francisco, & absurdum est, vt verba illa, *respectu legitimæ*, intelligantur
12 de vsufructu, cum in his terminis, *l. fœminæ, Doct.* † semper capiant verbum, *legitima*, pro proprietate, & contra distinguant ab vsufructu, adeò vt si dicamus nomine, *legitimæ*, posse intelligi vsumfructum peruertantur omninò termini quæstionis, nec subtilis hæc distinctio, quæ magis ingeniosa visa fuit, quàm vera, censetur potuisse cadere in mentem Aureliæ, quæ si sciuisset non totam enunciatam legitimam deberi Plautillæ matri, non ita facili transegis-
13 set, & certùm † est causam etiam in parte tantummodò falsam vitiare contractum, & irritare Decretum inibi interpositum, *Dec. cons. 351. num. 7. Cephal. cons. 207. num. 84. Rot. decis. 852. num. 2. part. 4. diuers. & fuit dictum in prællegata Romana Census 8. Aprilis præteriti coram me.*

Huncquè esse verum, & germanum transactionis intellectum videtur colligi ex euentu, & subsequuta obseruantia, quandoquidem in Instrumento prædicto Plautillæ non fuit assignata legitima proportionabiliter tantùm ad ratas obuentas Bernardino, & Francisco ex successione fratrum prædefunctorum, quæ ascendebat ad scuta annua 37. 50. dumtaxat, vt calculatur ab Informante in facto pro Aurelia, & tamen assignata illi fuerunt annua scut. 60. Imò, & in minori etiam summa, quàm in scutis 37. videtur taxanda illius portio, ponderando, quod Aureliæ non solum debebatur portio successionis fratrum taxata in scut. 90. annuis, sed etiam legitima in bonis paternis, & maternis, & reliquatus ex causa administrationis tutelæ gestæ per Thomam, & tamen pro omnibus hisce causis simul iunctis solummodò scut. annua 90. assignata fuerunt.

Nec releuat, quod Thomas extinxerit debita pro scutis 450. quoniam, omisso, quod non videtur constare de veritate dicti æris alieni, quatenùs verùm fuisset, non totũ erat referendum in portione Aureliæ, sed, & pro medietate spectabat ad Plautillam hæredem pro dimidia filiorum prædefunctorum, & hoc debitum erat compensandum cum credito scut. 130. quod habebat Aurelia contra Plautillam Matrem occasione redditionis rationis, vt constat ex ipsius assertione in Instrumento dictæ redditionis rationis.

Minùs obstat, quod filij primi matrimonij consenserint secundis nuptijs Plautillæ, dum cum ea postmodùm coha-
14 bitarunt, quo posito † consensu cessat dispositio *l. fœminæ. C. de 2. nupt.* Quoniam non sufficit huiusmodi consensus
15 tacitus filiorum, † sed expressus requiritur, quia agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi in Iure scripti, quo casu taciturnitas non sufficit, sed expressus consensus est necessarius, *vt per Io. de Garonibus in rubr. de nupt. num. 2. Guttier. de matrim. cap. 109. num. 51. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 44. Peregr. cons. 78. nu. 1. & 17. lib. 1. & resoluit Rota in d. Cesanaten. Prædij 12. Decembris 1631. coram me.*

Quæ,

Quæ, & eò faciliùs procedere putabant Domini, quia ex alijs conijciebant posse suspicari de læsione Aureliæ, dum non fuit reddita ratio, & in principio Instrumenti dicitur, *volens Thomas reddere rationem, &c.* & paulò post asseritur, rationes fuisse redditas, & tamen non ita confe-
16 stim, nec vno † oculi ictu reddi poterant, sed diuturniorem discussionem, & disputationem exigebant, mediante librorum productione, & iustificatione partitarum, ex qua
17 temporis breuitate † deducitur per Iudicem absquè causæ cognitione fuisse interpositum Decretum, & sic etiam nulliter, *Paris. cons. 98. num. 19. lib. 1. Rota coram bo. mem. Card. Caualerio decis. 257. num. 8.* & indicatur, quod in hæreditate Francisci Senioris extabat tria loca Montium, & creditum scut. 130. de quibus nulla fit mentio in transactione, & solùm Aureliæ assignantur scuta 90. nec fuit adhibita præsentia consanguinei Agnati Aureliæ, sed quorūdam Affinium, ex quibus omnibus simul iunctis augetur suspicio, quod Aurelia fuerit decepta, & læsa, & falsis permota causis transactioni consenserint.

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

* In hac causa decisiones coram dicto R.P.D. Dunozetto sub die 10. Ianuarij 1633. & sub die 18. Aprilis eiusdem anni, habens primam infra pro vt in Indice posito in fine decisionum, & altera est decisio 193. supra.

R. P. D. PANZIROLO.

Meliteñ, seu Portugallieñ.

Die Lunæ 5. Decembr. 1633.

ARGVMENTVM.

Testibus, quando adhibeatur fides, si non reddant rationem suæ depositionis, & alia circa hanc materiam depositionum testium.

SVMMARIVM.

1 *Testibus est adhibenda fides absquè alia redditione rationis, si deponant de rebus, quæ cadunt sub sensu corporeo.*
2 *Testium approbatio ex quibus resultet.*
3 *Oppositiones non sunt attendendæ, quando non sunt probatæ.*
4 *Fraudibus via non est aperienda.*
5 *Pluralitas non præsumitur.*
6 *Testes, quando deponunt de re sibi nota, non est necesse, quod remoueant actum à sensu.*
7 *Testes plenè probant negatiuam sine alia coarctione, si deponant de re valdè eis nota.*
8 *Fides, quando plenè probent.*
9 *Fides Officialium, vna cum depositionibus testiùm faciunt rem carere omni dubitatione.*
10 *Equites Hierosolymitani potiuntur iurisdictione passiua.*
11 *Testium dicta sunt interpretanda, vt contrarietas euitetur.*
12 *Testes, si deponant de certa scientia, & facto proprio, magis probant.*
13 *Absens, quando reputetur pro præsenti.*

DECISIO CCXLIII.

FVit resolutum constare de melioramētis factis per Dominum Commendatorem Bernardum Pereira, iuxta stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ, prout de illis deponunt testes examinati per Equites eiusdem Ordinis, qui processum fabricarunt de mandato Assembleæ, quæ postea legitimè congregata, eadem melioramenta Vnanimi omnium interessentium consensu approbauit. Et quidem de illis visum fuit non posse dubitari, cum testes deponant, quod antea Ecclesiæ, ac Domus Commendæ ruinam minabantur, & quod D. Commendatarius statim post adeptam possessionem summa solertia, & magno sumptu illas reparauit, & pariter, quod Cabreum, seu Inuentarium confecit de omnibus bonis ad ipsam Commendam spectātibus, qua descriptione mediante inuenit multa à Laycis occupata, illaq. recuperauit, ex qua bonorum vindicatione resultauit augumentum annui redditus scutorum octingētorum. Et de his omnibus factis cum impensa circiter scu-
1 torum quatuor millium vti gestis coram ipsis, testes † deponunt, quo casu illis est adhibenda fides absquè alia ratione, cum agatur de rebus, quæ cadunt sub sensu corporeo, *Cassad. decis. 3. num. 7. de probat. Greg. decis. 325. num. 10. Rota rec. par. 3. decis. 391. num. 4.*

Et tantò magis eorum depositio est attendenda, quia sententiæ latæ contra D. Commendatarium in Consilio Ordinario, & completo, nihil continent contra dicta me-
2 lioramenta, ex quo † videtur resultare eorum approbatio iuxtà doctrinam *Bald. in l. tribunus, §. cum aliquis, ff. de test. milit. num 2. Rolan. cons. 61. num. 2. lib. 3. Surd. dec. 195. num. 3.* Sententiæ enim supradictæ continent tantummo-
3 dò quasdam † oppositiones factas contra D. Commendatarium, quæ cum nullo modo fuerint probatæ, visæ sunt nō attendendæ, *c. accedens de elect. Rota dec. 8. & 9. de Except. in nouis, & par. 2 rec. decis. 748. nu. 4.* Præsertim dum in cōtrariùm deponunt testes, vt supra dictum est. Aliàs enim si in similibus casibus attendi deberent simplices, ac non pro-
4 batæ, & interesse habentium, oppositiones, † aperiretur via fraudibus, & quotidiè præcluderetur aditus benemerentibus ascendendi ad maiores Commendas, quod nullo pacto est admittendum.

Nec obstat, quod in dicto processu per Aequites fabricato, non fiat mentio cuiusdam Ecclesiæ erectæ per prædecessorem in membro de Rossos. Quia cum testes, in Summ. num. 23. deponant in supradicto membro numquàm fuisse aliam Ecclesiam, præter parochialem, erectio facta per
5 prædecessorem, de hac debet intelligi, † cum aliàs pluralitas non præsumatur, *Menoch. lib. 6. præs. 15. Rota recen. par. 1. 587. num. 6.* Maximè cum testes supradicti probent negati-
6 uam, deponendo de re † illis nota, quo casu non est necessè, quod remoueant actum à sensu, vt latè *Farin. de test. q. 66. num. 229.*

Pariter non obstat, quod in Cabreo per Commendatariū fabricato dicatur omissa specificatio iurisdictionis spectantis ad eamdem Commendam in membro de Frossos. Hoc enim benè tollitur ex testibus, qui clarè deponunt, in dicto loco, & in alijs eiusdem Commendæ, nullam extare iurisdictionem ad Commendam pertinentem, sed totam ad Regem attinere, quæ negatiua dicitur plenè probata
7 † sinè alia coarctatione, quia pariter agitur de re valdè nota testibus, vt aduertit idem *Farin. vbi supra.* Quorum dicta non mediocriter comprobant fides Commendatariorum, idèm attestantium, qui cum deponant de re, cuius curam, &
8 administrationem habuerunt, & † quæ ad eorum officium spectauit, solæ fides datæ plenè probant, *Rota recen. par. 2. decis. 525. num. 5.* Vel saltem consideratæ vnà cum deposi-
9 tionibus prædictorum testium, † faciunt rem carere omni dubitatione, *Rota rec. par. 1. decis. 122. num. 7. & decis. 323. num. 2. post secundum vol. Cons. Farin.* & dictum fuit in *Caetana beneficiorum 9 Febr. 1618. coram bo. me Buratto.*

Nec facit, quod testes dicant D. Commendatariū acriter defendisse iurisdictionem. Quia dum ex prædictis constat, Commendam nullam habere iurisdictionem, testium depositiones debent intelligi de defensione iurisdictionis pas-
10 siuæ, scilicèt Exemptionum, & priuilegiorum, quibus † Aequites Hierosolymitani potiuntur, non autem iurisdictio-
11 nis actiuæ; nam testium † dicta sunt interpretanda, vt contrarietas euitetur, *Butr. in cap. cum te, vbi omnes, de testibus.*

stibus. Cæs. de Graff. decis. 4. num. 5. de testibus. Gregor. decis. 351. num. 38. & decis. 578. num. 7.

Similiter non releuat, quod in Cabreo descriptum fuerit, Membrum Rimeon teneri soluere mensuras 983. frumenti, & aliorum leguminum, cum tamen nunquàm tale onus fuerit per prædecessorem solutum. Siquidem de contrario apparet ex testibus Sum. num. 25. qui affirmant, onus huiusmodi soluendi esse antiquum, atquè ab ipsis solutum, dum erant Arrendatarij tempore antecessorum; Vnde cùm
12 † deponant de certa scientia, ac de facto proprio, magis probant *Aym. cons. 99. num. 6. & cons. 178. num. 7 post med. Gabr. de testib. concl. 4. num. 20.* & in terminis de soluente *Greg. decis. 521. num. 2.*

Et deniquè cessat, quod obijciebatur, D. Commendatarium non resedisse per quinquennium, prout tenebatur. Quia omnes testes dati in Sum. num. 26. deponunt de residentia facta supra quinquennium. Et licèt interdum absfuerit per spatium aliquorum dierum, hoc tamen ad effectum, de quo agitur, non dicitur tempus considerabile; Maximè
13 dum testes deponunt, quod absentia † semper erat pro seruitio, ac defensione Commendæ, sicut pro ministranda iustitia partibus in Ciuitate Portugallien. in causis eiusdem Religionis, quarum cognitio ad ipsum spectabat, quo casu de iure debuit haberi pro præsente, *tex. in c. conquærente, & c. ex parte el secondo de Cler. non resid. Card. in clem. 1. quæst. 13. num. 22. de for. comp. Gonz. reg. 8. glos. 43. num. 2. & 62. Seraph. decis. 662. num. 2.*

Et ita fuit decisum informante tantùm D. Commendatario Pereira, cum altera pars sæpiùs citata non comparuerit &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Asculana Societatis.

Die Lunæ 5. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Pecunia socij, licèt in dubio præsumatur propria, tamen hoc non procedit, si concurrant plura adminicula, & præsumptiones, de quibus hic in decisione, quæ suadeant, quod sit socialis.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia potiùs præsumitur propria, quàm socialis.*
2 *Pecunia socij præsumitur socialis, si concurrant præsumptiones, & coniecturæ, quæ hoc suadeãt. & n. 17.*
3 *Administrator præsumitur soluere non de pecunijs proprijs, sed de pecunijs eius, cuius bona administrat.*
4 *Literarum ignarus, licèt quis sit, tamen potest esse sagax, diligens, practicus, &c. in negotijs peragendis.*
5 *Socius conscribens literas cambij, sub eius nomine proprio, & consocij, oritur præsumptio, quod pecuniæ sint communes.*
6 *Exactionem nemo præsumitur sibi velle reddere difficiliorem.*
8 *Creditor non est verisimile, quod diu differat exigere.*
9 *Confessio emanata à persona de veritate facti instructa, vehementem præsumptionem facit.*
Liber pro scribente non probat contra tertium. num. 9.
10 *Adminicula probationum desumuntur ex scripturis etiam informibus.*
11 *Stylus inter Mercatores est seruandus.*
12 *Liber, qui continet negotia socialia, inter socios plenè probat.*
13 *Quod procedit etiamsi non sit scriptus à socio, sed à deputato nomine societatis.*
14 *Libri Mercatorum quibus cõcurrentibus plenè probent.*
15 *Confessio extraiudicialis dicitur concludenter probata, si de ea doceatur per testes cõtestes de tempore, & loco.*
16 *Præsumptio, vt inducatur, sufficit probatio etiam per testes minùs legitimos.*
18 *Fundamentum intentionis suæ, quis tenetur probare.*
19 *Actus sequens præsumitur factus in vim præcedentis tractatus.*

DECISIO CCXLIV.

CVm sub die 12. Nouembris 1632. reuiderentur decisiones emanatæ in hac causa ad fauorem Frãcisci Bentiuoli firmantes ipsum non teneri reddere rationem Saiarũ societatis venditarum in nundinis Salerni; fuit restricta difficultas ad pecunias per eundem Bentiuolũ exactas in Ciuitate Anconæ, ad quarum restitutionem vti spectañ ad societatem DD. hodie dixerunt d. Bentiuolum teneri.

De exactione enim illarum visum fuit sufficienter constare per plura Instrumenta Quietantiarum, vltrà, quod inter partes non controuertebatur.

Quod autem dd. pecuniæ fuerint communes, ac perti-
1 nentes ad societatem, licèt Regula stet pro Bentiuolo, † cũ pecunia potiùs propria, quàm socialis præsumatur, iuxtà doctrinam *Bart. in l. 2. num. 2. C. pro soc. & in l. si patruus, num. 4. vers. aut dubitatur, C. comm. vtriusque iud. Bald. in l. in restituenda, C. de petit. hæredit. n. 3. in fin. Alex. cons.*
2 *78. n. 4. lib. 2.* Attamen ab ea receditur, † quando (prout in præsenti casu) ex coniecturis, & præsumptionibus apparet, illam esse communem, *Anchar. cons. 149. nu. 4. vers. & licèt ist am opinionem. Ioseph. Lud. concl. 53 vers. & quando non apparet, iuncto vers. seq. & latè in vers. fallit supradicta conclusio, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 17. nu. 3. & seqq. et tit. 18. n. 8. et seq. Seraph. decis. 593. num. 4.*

Prima enim coniectura, quæ suadet pecunias, de quibus agitur, fuisse sociales, deducebatur ex qualitate societatis initæ inter Mercatores de vendendo saias in nundinis Salerni communi nomine, cuius societatis existentia aliàs firmata fuit sub die 11. Februarij 1628. coram Eminentiss. Card. Virili, de qua nunc DD. non dubitarunt iuncta deputatione facta in personas Bentiuoli, & Francisci Anibalis, in cuius locum fuit subrogatus Felix eius frater ad vendendum, vt pariter in eadem decisione firmatur, ex qua quidẽ Bentiuoli deputatione oritur præsumptio, quod idem pro habendis literis cambij directis mercatoribus Anconitanis
3 soluerit de precio saiarum † communium, non autem de proprijs pecunijs, *Aym. cons. 129. num. 3. quam sequitur Ioseph. Ludou. d. conclus. 53. vers. fallit secundo in fin.*

Cui quidem coniecturæ non visa fuit aduersari altera contraria desumpta ex imperitia, & ignorantia Bentiuoli, qui cum legere, & scribere nesciret, inuerisimilè est, quod fuerit ab alijs deputatus: quia præterquàm quod deputatio Bentiuoli expressè legitur in Albarano, seu contractu societatis, cessare videtur omnis scrupulus ex testibus tam pro parte Mercatorum, quàm pro parte eiusdem Felicis, & Bentiuoli examinatis, qui deponunt, Bentiuolum licèt ignarum, fuisse nihilominus sagacem, diligentem, practicum, & aptũ, similia, & maiora peragere negotia, ipsumq. tanquàm ta-
4 lem fuisse plurièsad vendendum deputatum, † vnde nihil refert, quod fuerit ignarus, dum erat sagax, & practicus, ad *tex. in l. certi iuris, et ibi DD. C. de Iudic.*

Secunda oriebatur coniectura ex quo præfatas literas cambij conscribi curauit sub nomine ipsiusmet, & Anibalis
5 consocij, & condeputati, ex qua quidem conscriptione † facta communi nomine clara oritur præsumptio, quod pecuniæ fuerint communes, *Bart. in l. rura. num. 1. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Roman. cons. 291. num. 7. Menoch. cons. 12. num. 15. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 17. num. 30. Aym. d. cons. 129. num. 3. vers. in hac difficultate.*

Coadiu-

Coadiuuatur ista præsumptio, ex quo Bentiuolus in dd.
6 literis summam suarum pecuniarum non specificauit, † quod verisimiliter fecisset, si pecuniæ propriæ,& non communes fuissent, *Natt.cons.358. num. 11. circa med. & nu. 12.circa fin.* Aym.d *cons.129.num.* 8. *circa med. Menoch. cons.*80. *num.* 5.

Quod maximè venit dicendum, ex quo Bentiuolus in negotijs peragendis erat accuratissimus, vt deponunt supradicti testes; vnde nullo modo præsumi debet, quod proprias pecunias absquè declaratione, & specificatione quantitatis ipsum tangeñ cum alienis pecunijs commisce-
7 re, † illarumq. exactionem per hanc commistionem difficiliorem reddere voluisset, *ad text. in l.cum de indebito, ff. de probat.* Aym.*d.cons.129.num.6.*

Tertia pariter deducebatur coniectura,ex sequestro relaxato ad instantiam aliorum sociorum iuncta negligentia eiusdem Bentiuoli, qui passus fuit pecunias per quinquen-
8 nium sub d. sequestro permanere, † quod verisimiliter tādiù non distulisset si pecuniæ propriæ, & non communes fuissent, *iuxta doctr.Bart.in l.gerit,num.21.vers.in contrarium de acquir.hæredit. Alex.cons.55.num. 2. lib.5. Aym. cons.106.num.9. Rot. coram san.mem. Greg. XV. decis. 307.num.11.& dec. 521. num.1.*

Pro quarta coniectura allegabatur confessio P. Angeli fratris,& procuratoris Bentiuoli desumpta ex iudiciali protestatione per ipsum facta contra Mercatores socios, iuncto decreto Iudicis d. procuratore præsente,& non contradicente emanato ad instantiam sociorum de exigendo dictas literas cambij ad effectum deponendi, donec controuersia inter ipsos terminaretur, ex qua quidem confessione
9 vti emanata à persona de veritate facti instructa, † vehemens oritur præsumptio,quod pecuniæ contentæ in d. literis fuerint communes, & non propriæ Bentiuoli, *Abb.in c.dilectus,n.2.de procurat. Luc. de Penn.in l. 3.col.5.vers. 155.præsumpt.C.de apoc.publ. lib.10. Mascard.de probat. conclus.369. num. 1.*

Quia oriebatur ex liberculo societatis scripto ab altero deputato in dd.nundinis Salerni, in quo explicitè apparet, pecunias contentas in præfatis literis cambij Mercatoribus Anconitanis directis, redactas fuisse ex pretio saiarum, illasq. ad societatem pertinere, qui quidem liber licèt regulariter pro scribente non probet contra tertium, in propo-
10 sito autem non solùm † facit probationem præsumptiuam, cum ad id quælibet scriptura etiam informis sufficiat, *l. instrumenta domestica,C.de probat.Caual.decis.142.num.4. Caputaq.decis.334.par.1.*

Verùm ex eo oritur probatio plena,tùm quia ex consuetudine,de qua deponunt testes in Summario,ità receptum
11 † est inter Mercatores Ascolanos, *Rot. dec.650. nu.5.par. 1.recent.* tùm quia continet solùm negotia socialia, quo
12 † casu inter socios plenè probat, *Seraph.dec.600.nu.1.Rot.*
13 *dec.641.num.5.par.1.rec.* etiam quod † non sit scriptus à socio, sed à deputato nomine societatis, *Socc. cons. 291. nu. 14.lib.2. Alex.cons.186.num.1.lib.2. Menoch.de arbitr.lib. 2.cas.92.num.9.Seraph.dec.1368.nu 4. Rot.dec.377.num. 3. & 5.par.1.rec.* tùm etiam ex quo coadiuuatur ex deputatione antedicta, ac ex alijs præsumptionibus, de quibus su-
14 pra, † & infra dicetur, quo casu concludenter probat, *Caual.dec.552.nu.1.Greg. XV.dec.302.num.1.decis.537.num. 1.& inter recent. dec. 287. num.1.par.2.* & nouissimè fuit firmatum *in Alban. vineæ 5.Iunij 1632. coram R.P.D.meo Durano.*

Tum deniquè ex quo Bentiuolus in reuisione Computorum facta coram testibus mediatoribus singulas partitas in d.liberculo descriptas approbauit, vt ijdem testes deponunt,vt in Summ.mercatorum num. 7.

Sexta deniquè,& vltima coniectura desumebatur ex cōfessione extraiudiciali eiusdem Bentiuoli,qui coram ijsdem testibus mediatoribus in actu reuisionis computorum ingenuè fassus fuit, pecunias in supramemoratis literis contētas prouenire ex pretio saiarum communium, easq; restituturus,quotièsilli refecta fuissent pecuniæ furto ablatæ in Ciuitate Neapolis, ex qua quidem confessione clarè colligitur pecunias prædictas ad manus eiusdem Bentiuoli peruenisse,cum aliàs eas restituere non promisisset, & cum ista
15 † confessio sit probata per testes contestes de tempore, & loco,& sic admittitur pro plena probatione, iuxtà opinionem *Rotæ coram Puteo dec.53.num.1.lib.3.& inter recent. dec.406.num.3.& decis.711.num.3.par.2.* multò magis in proposito venit admittenda ad inducendam præsumptio-
16 nem,cum ad id quælibet † probatio etiam per testes minùs legitimos sufficiat, *Greg. XV.decis.427.num.5.& 6. cum alijs ibi congestis.*

Quæ omnes coniecturæ eò clariùs probant communionem dd. pecuniarum,quia inter se connectuntur,& ad in-
17 uicem adminiculantur, & propterea simul iunctæ † concludentissimè probant, quòd reuera pecuniæ fuerint sociales, *Gratian.discept.forens.cap.505.nu.16, cum alijs cumulat.per Crauet.d.cons.129.n.8.in fi.vers ex quibus omnibus.*

Nec obstare visum fuit vnicum fundamentum pro parte Bentiuoli deductum,quod scilicet pecuniæ prouenerint ex alijs mercibus, quas ipse in nundinis Salerni vltrà positas in societate asportauit. Quia nec ex testibus pro parte Bentiuoli examinatis, nec à scripturis cōpulsatis visum fuit DD. id fuisse sufficienter probatum.

Testes enim, licèt probent transmissionem saiarum,non tamen deponunt quod Bentiuolus illas transmiserit ad cōputum proprium,vltrà positas in societate, prout explicitè
18 hanc † qualitatē tanquā fundamentū partis probare debebant, cum sola transmissio sine d. qualitate non releuet, *ad tradit.per Bart.in l.Falcinius, §.cum hoc.num.1.ff. quib.ex caus.in poss.eat. Dec.in cap.licèt causam, num.* 180. *& seqq. de probat. Felin.in c.examinata,num.5.de iudic. Alex.cons. vlt.nu.2.lib.2.Rot.Ianuen.dec.6.num.1.*

Partita verò extracta ex libro Gabellæ Castri S. Aegidij probat quidem transmissionem saiarum ad nundinas, sed non concludit qualitatem pro parte Bentiuoli articulatam, nec dicit quod illas transmiserit ad computum proprium vltrà positas in societate,& sic non releuat ex iuribus supra proximè relatis.

Nec quicquam facit, quod Ballæ saiarum fuerint signatæ signo, seù marca propria ipsius Bentiuoli, quia cum in Albarano, seù contractu societatis nulla fuerit facta conuētio, quod societas aliquo particulari signo vteretur, vnusquisque ex socijs poterat proprium signum apponere, nec ex eo necessario inferri potest ad illam qualitatem, quod Ballæ sic signatæ fuerint transmissæ ad computum propriū, vltrà positas in societate. Quæ qualitas in præsenti casu nec præsumi potest,quia stante præcedenti conuentione inita inter socios de transmittendo saias ad nundinas, illasq. ven-
19 dendi communi nomine, † transmissio cum venditione inde sequuta præsumitur facta in exequutionem præcedentis tractatus, & sic communi, non autem proprio, & particulari nomine Bentiuoli, *iuxta l is,qui suis, §.si ab ignoto, ff.de manumiss. latè Gratian. discept.forens. cap.893. num. 45. Mantic. de tacit.& ambig.lib.7.tit. 18. num. 16. Rot. decis.104.num.5.par. 2.diuers.*

Et ita Felice Bentiuolo, & Mercatoribus informantibus fuit resolutum &c.

R. P. D. PIROVANO.

Cæsaraugustana Camerariæ.

Die Veneris 9. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè, vt concedatur immissio quid probare debeat. Reseruationes Apostolicę, quę beneficia capiant, & quę non. Et alia circa beneficia manualia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè, vt non denegetur immissio, debet plenè, & indubitanter probare reseruationem.*

2 *Menses Aprilis, & Octobris sunt menses semper reseruati Sedi Apostolicæ, cessante alternatiua.*

3 *Reseruationes Apostolicæ non capiunt beneficia, seù Officia Claustralia, & manualia ad nutum Superioris amouibilia. & num. 10.*

4 *Beneficiorum reseruationem, quando Papa facit, est intelligenda de ea, quæ sit perpetuò de beneficio, non autem de temporali.*

5 *Beneficiorum collatio debet intelligi de sua natura perpetua.*

6 *Commenda licèt afficiat beneficium propter appositionem manus Papæ, tamen non ideò commenda afficit beneficium.*

7 *Commenda, quando vacat per cessum, vel decessum Commendatarij, tunc inferior Collator potest de illo prouidere.*

8 *Commenda cessante, beneficium vacat, vt priùs.*

9 *Beneficia, ad hoc, vt cadant sub reseruatione, quid sit inspiciendum.*

11 *Beneficia manualia possunt fieri perpetua ex Pontificis priuilegio.*

12 *Interpretatio semper ea est sumenda, quæ conuenit subiectæ materiæ.*

13 *Regularibus de iure non est concessum habere beneficia in titulum perpetuum, cum hoc repugnet voto paupertatis, & obedientiæ.*

14 *Regularium beneficia sunt manualia.*

15 *Superiores Regulares non poßunt conferre beneficia claustralia in titulum perpetuum.*

16 *Beneficia manualia de sui natura non conferuntur in perpetuum.*

17 *Beneficia manualia, licèt aliquando durent ad vitam prouisi, non ideò contigit, quia tituli sint perpetui, sed ex eo, quia à Superioribus non remouentur.*

18 *Gratia concessa ad supplicationem partis, est conditionalis, scilicet, si narrata sint vera.*

19 *Papa, quando prouidet de beneficio reseruato, censetur prouidere quatenùs probetur reseruatum, aut affectum.*

20 *Papa non præsumitur velle mutare naturam beneficij absquè expressione.*

DECISIO CCXLV.

CAmeraria de qua agitur, per Sedem Apostolicā commendata fuit Io. Hieronymo de Funes Clerico seculari, de anno 1577. qui vixit vsquè ad annum 1619. Eoquè postmodùm decedente in mense Aprilis eiusdem anni, Capitulum Ecclesiæ B. Mariæ del Pilar eandem dedit in administrationem Dominico Garziæ, Canonico professo eiusdem Ecclesiæ, possessione subsequuta. Cumquè de eadem Officina in Commendam prouisus fuisset à Sede Apostolica Petrus Martel, lite iam introducta, Capitulum concordauit, certa pensione eidem reseruata: & Cameraria Garziæ remansit: sequutaquè confirmatione Apostolica, nouam possessionem assequutus fuit. Eandem autem dimittente Garzia de anno 1626. Capitulum ad illam elegit Canonicum Michaelem Perez de Cueuas, possessione subsequuta. Et per similem dimissionē à Canonico Perez de anno 1628. factam, Capitulum eandem Canonico Ioāni del Campo contulit. Obijt postmodùm Garzias mense Aprilis 1629. & Ordinarius Cæsaraugustanus illam contulit Paulo Seccanilla, Clerico seculari, contra quem sepiùs fuit resolutum, * non esse illi adiudicandam Camerariam. Postremò decessit Ioannes del Campo de mense Octobris 1631. per cuius obitum Capitulum prouidit de dictà Cameraria Ioannem Cercitum, Canonicum professum eiusdem Ecclesiæ, possessione subsequuta.

Deindè Laurentius, Clericus secularis eandem in Commendam obtinuit à Sede Apostolica, litteris gratiosè subrogationis ad partem expeditis, & productis. Quarum vigore cùm hodiè dubitaretur: An illi esset danda immissio,
1 negatiuè per DD. fuit responsum: † Quia reseruatio, aut
affectio non probatur per Laurentium: quæ sunt præcipua
ad istum effectum: & debent esse clara, & indubitata: ita vt
non possit alicui inferri præiudicium, *Rot. decis. 187. nu. 1.
197. num. 5. & 600. num. 1. par. 2. recent. & coram PP. Gregor. XV. decis. 58. num. 1.*
2 Non obstat, quod ratione mensis reseruatio sit clara, † &
indubitata, ex quo Dominicus Garzias obijt de mense Aprilis anni 1629. & Ioannes del Campo de mense Octobris anni 1631. qui menses semper sunt Apostolici, cessante alternatiua, quæ per Regulam octauam Cancellariæ, & seù nonam in modernis S D.N. non datur inferioribus collatoribus, vt in verbis, regula se ipsam declarat, & comprobat *Gonzal. super ead. reg. glos. 42. num. 2.*

Quia, cum versemur in beneficio, & seù officio clau-
3 strali, & manuali, ad nutum † Superioris amouibili vsquè
ab initio, & in sui erectione, & institutione, quæ datur in
Summario Capituli num. 1. reseruationes Apostolicæ non
capiunt talia beneficia, ex defectu intentionis Papæ reser-
4 uātis, *Cald. cons. 26. de præben. dicens:* reseruationem † be-
neficiorum, quam fecit Papa, esset intelligendum de ea, quæ
sit perpetuò de beneficio, non autem temporaliter: ex quo
5 † collatio beneficiorum debet intelligi de sui natura per-
petua, *Falcon. de reseruat. quest. 3. prin. nu. 25. Felin. in c. per tuas, num. 4. vers. intellige, de maior. & obed. Mandos. reg. 3. quest. 11. num. 3. vers. redeunt ad principale quæsitum: Addent. ad Simonet. de reseruat. quæst. 8. num. 3. Cassad. decis. 4. num. 1. de præb. Rot. decis. 739. num. 8. part. 1. diuers. & Achill decis. 9. de præb.* Qui loquens de beneficijs commē-
6 datis, infert, quod licèt † Commenda afficiat beneficium
propter appositionem manus Papæ; tamen non ideò Commenda afficit beneficium manuale, quin cessante Commē-
7 da per cessum, vel decessum Commendatarij, † inferior
Collator possit de illa prouidere. Quod idem senserunt *Franc. in cap. nemo. num. 5. vers. sed quid si Commenda. de elect. in 6. Gonzal. in reg. 8 glos. 5 §. 2. num. 22. & Rota in Pampilonen. Thesaurariæ 13. Nouembris 1617. coram D. meo Decano.* Ac demùm idem fuit indultum Capitulo per Constitutionem Pij Quarti, quæ datur: vt cessantibus Commendis, beneficia secundùm suas facultates conferre possit.

Nequè effectus manualitatis huius Camerariæ euitari potest ex eo, quod ex duabus antiquis prouisionibus Ordinarij, effectuatis de anno 1513. & 1534. constet, quòd hæc Cameraria collata fuerit in titulum perpetuum; & succes-
8 siuè de illa prouisum in Commendam: qua † cessante be-
neficium vt priùs vacauerit, *Mohed. decis. 4. nu. 1. de præb. Caputaq. decis. 144. part. 1. Put. decis. 13. lib. 3. in nou. Gonzal. super reg. 8. glos. 5. §. 8. num. 49.* atq; ita tanquàm de perpetuo, non autem manuali facienda sit prouisio secundùm regulas reseruatorias mensium.

Quia, aut fundamentum constituitur in sola collatione
facta ab Ordinario, tanquàm de vltimo statu collatiuo, qui
9 solet inspici ad effectum, vt videatur, † an beneficium ca-
dat sub reseruatione, *Cad. l cons. 23. de præb. Simonet. de reseruat. quest. 70. Rot. decis. 77. num. 9. coram Gregor. XV.* Et ille non est vltimus status, sed alter, qui post annum 1619. contigit per obitum Io. Hieronymi Funes. In qua vacatione Capitulum contulit Camerariam Dominico Garziæ: & effectum habuit, cedente Martello prouiso à Sede, cum Apostolica confirmatione, & possessione subsequuta. Cui exindè per dimissionem successit Canonicus Perez de anno 1626. & de anno 1628. per similem dimissionem, Capitulum, contulit Camerariam Canonico del Campo.

Atquè

Atque ita beneficium, & seù officium habuit vltimum statum per dimissionem Campi: & penultimum ex persona Perez. Ex quorum personis vacationes consumptæ fuerunt per possessionem, & continuationem possessionis pacificæ subsequutam etiam per Laurentium ad fundandam eius intentionem allegatam. Qui duo vltimi status, cum fuerint de manuali, satis indicant Camerariam non cadere
10 † sub reseruationibus Apostolicis, secùdùm rationes *Calderini*, & aliorum, qui suprà allegati fuere.

Aut verò contenditur, ex prædictis collationibus 1513. & 1534. probari ad quemcunquè effectum, statum de collatiuo: & conuincitur contrarium ex ipsa erectione Camerariæ de anno 1195. ex Indultis Summorum Pontificum Pij IV. Clementis VII. Sixti V. ac etiam ex prouisionibus de eadem Cameraria factis à Capitulo B. Mariæ del Pilar per viam electionis, & deputationis: quæ omnia dantur in Summarijs Capituli, & ponderata fuerunt in decisionibus contra Seccanillam ab Ordinario prouisum factis. In quibus declaratum fuit non ius Ordinarij, & per consequens nullitas, & inualiditas dictarum collationum, attēta exemptione Collegiatæ ab omni iurisdictione Ordinarij, & facultate conferendi per Summos Pontifices Capitulo indulta.

Non obstat, Indultum Pij Quarti ex parte Capituli, vt asseritur productum, in quo expresè videtur dispositum, Camerariam de qua agitur, cæteraquè officia, & dignitates eiusdem Ecclesiæ, conferri debere in titulum. Quod
11 dicebatur repugnare manualitati, † cum perpetua fieri possint ex Pontificis priuilegio, *Cassad. decis.* 12 *num.* 9. *de præb. Gonzal. super reg.* 8. *glos.* 5. §. 6. *num.* 58. *in fin.*

Quia ex Indulto, quòd officia, & dignitates conferantur in titulum Canonicis Regularibus professis, necessariò non excluditur manualitas: ex quo Papa potuit intelligere de titulo perpetuo, & collatiuo, & de titulo vti de manuali.
12 Vnde semper sumenda est interpretatio,† quæ conueniat
13 subiectæ materiæ, & sic qualitati Regularium; quibus † de iure non est concessum, vt possint habere beneficia in titulum perpetuum, quia repugnaret Voto paupertatis, & obedientiæ; sed in titulum respectu temporis Superiori ar-
14 bitrarium, secundùm naturam beneficiorum † Regularium, quæ sunt manualia: *Put. decis.* 80. *num.* 2. *lib.* 3. *Gonzal super reg* 8 *glos.* 8. *num.* 11. *Paris. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 3. *num.* 82. *et seq.*

Sed præterea aduerterunt Domini, Indultum respicere merum fauorem Canonicorum huius Collegiatæ, & exclusionem Clericorum sæcularium, quibus officinæ, & seù officia claustralia anteà conferebantur, & commendabantur, in graue præiudicium Ordinis Regularis. Et indulgendo, quod Regularibus professis tantummodò conferantur; decernitur, quod eisdem in titulum per eos, ad quos spectat, iuxtà iuris dispositionem conferri debeant. De iure
15 autem nequè † Superiores Regularium possunt conferre beneficia claustralia in titulum perpetuum, *cap. cum ad Monasterium*, §. *tales autem ibi, nec alicui committatur aliqua obedientia perpetua possidenda*; *de stat. Monach. Mohed decis.* 10. *num.* 2. *de caus. priu. et propriet.* Nequè
16 manualia † de sui natura conferuntur in perpetuum, *Calder. alleg. cons.* 26. *de præb.* Ergò de collatione in titulum, prout conuenit Regulari, non autem de perpetua repugnanti, intelligendum est. Et licèt manualia aliquando
17 durent † ad vitam prouisi: non ideò contigit, quia tituli sint perpetui, sed ex eò, quod à Superioribus non remouentur.

Non obstat, quod Papa intellexerit beneficium esse manuale, & voluerit conferre in titulum perpetuum, dum Laurentius narrauit in suis litteris Camerariam esse officium claustrale in Ecclesia B. Mariæ del Pilar Regularis Ordinis S. Augustini, & nihilominùs tanquam de reseruato contulit ratione mensis.

Quia cùm versemur in gratia ad supplicationem partis,
18 † in qua Papa prouidet sub conditione, quatenùs narrata sint vera, atquè ita quatenùs Cameraria caderet sub reseruatione, vel affectione, quod impossibile non est constitutione, aut priuilegio Apostolico, de Regulari beneficio disponenti secundùm *Cassad. et Gonzal.* supra allegatos: ideò
19 præsumitur † Papam prouidisse, quatenùs Cameraria sit, & probetur reseruata, aut affecta: nè incidenter mutet
20 † naturam beneficij absquè expressione, præter voluntatem suam, *c. quarimoniam, de iur. patr. Calder. cons.* 26. *in fin. de præb.*

Quæ autem dicebantur de affectione propter litem, quæ in Rota pendebat inter Campum, & Seccanillam, respectiuè prouisos à Capitulo, & Ordinario Cæsaraugustanō: præsupposita manualitate Camerariæ iàm firmata, non egent alia responsione. Quia ex eisdem rationibus, & fundamentis tolluntur, quibus reseruatio impugnata fuit.

Et ita &c.

* Idest sub diebus 2. Iunij 1631. & 26. Nouembris 1632. & 9 Maij 1633. sunt decisiones 43. 157. & 205. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Meliten. Nauis.

Die Lunæ 12. Decembr. 1633.

ARGVMENTVM.

Socius tenetur insolidum ex rebus gestis ab altero socio, Consocij obligantur insolidum ex contractu Institoris. Et vide plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facti alieni, dum non impletur, committitur stipulatio pro damnis, & interesse.*
2 *Insolidum, quis potest condemnari, si sit insolidum obligatus.*
3 *Verba vniuersalia, & indefinita restrictionem non recipiunt.*
4 *Fideiussor censetur se obligasse ad ea omnia, quæ veniunt ex natura contractus, cui accessit.*
5 *Societatis natura est, vt quilibet ex socijs conueniri possit insolidum.*
6 *Societas, quando non est contracta, sed solùm quædam communio, & participatio, tunc ille, qui sic contraxit, non tenetur insolidum, sed pro rata, quam posuit in participatione.*
7 *Societatis substantialia sunt, sociorum consensus, res, seù negocium particulare, & lucrum commune.*
8 *Socij sunt rei obligati insolidum, ex facto Institoris.*
9 *Socij tenentur insolidum ex contractu Institoris, nec refert, quàm quisquè partem in societate habeat.*
10 *Socij ex contractu Institoris, tenentur solùm pro rata.*
11 *Socij ex contractu Institoris, vnusquisquè pro rata inter ipsos tenentur, sed hoc non procedit respectu tertij, & aliorum contrahentium.*
12 *Osasch. decis.* 150. *num.* 8. *&* 9. *declaratur.*
13 *Anchar. consil.* 332. *Paris. cons.* 93. *num.* 32. *& cons.* 94. *num.* 26. *lib.* 1. *& alij reprobantur.*
14 *Socius quisquè proponendo societati certum Institorem, ex tunc consentit obligationibus per Institorem contrahendis.*
15 *Socii ex facto institoris tenentur insolidum, etiam de bonis extra societatem, & vltrà vires, & corpus ipsius societatis.*

16 *Solidum id dicitur, quod est integrum, & cui nihil deest.*

17 *Iaf. in consil. 33. per tot. lib. 3. declaratur.*

18 *Negociationem solus, qui exercet tenetur pro debitis contractis illius occasione, non solùm quatenùs suppetunt iura, & bona negociationis, sed etiam aliunde.*

19 *Et sic etiam est dicendum de singulis socijs, vt teneantur etiam de bonis extra societatem.*

20 *Socio solidum soluenti, subuenitur remedio diuisionis, vel actione pro socio erga consocios, sed controuersia ista est valdè nodosa. num. 21.*

22 *Rota decis. 208. par. 4. in recent. declaratur.*

23 *Socius admissus ab alijs socijs post societatem, non tenetur nisi pro rata, secùs quando ab initio cum eo fuit inita societas.*

24 *In societatis contractu, verbum, participationis, intelligendum est pro societate.*

25 *Testes deponente de facto proprio plenè probant.*

26 *Probationes plures simul iunctæ, multò magis faciunt concludentem probationem.*

27 *Testes famuli pro Domino tunc admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest.*

28 *Furti substantia probata, tunc eò faciliùs admittitur probatio, quòad quantitatem.*

29 *Probatio plusquàm semiplena, quando est facta in materia difficilis probationis, tunc locus est delationi iuramenti.*

DECISIO CCXLVI.

THeodorus Pirola, Paulus Attardus, & alij de mense Iunij 1630. nauim instruxerunt in Portu Melitæ, & conuenerunt, vt vnusquisquè eorum omniũ participantium in armamento nauis, particeps esset emolumentorum prædati nis contra Infideles faciendæ, pro rata pecuniæ in armamento collatæ, eidemquè naui regendæ præfectus fuit Theodorus Pirola, qui medio iuramento promisit damnũ, aut iniuriam nullam inferre Christianis, nec eorum bona, aut merces prædari, & huic Theodori obligationi fideiussor, & ex promissor insolidum accessit Augustinus Portella, vt in Summ. Lascari, & Augustini num. 1. Soluit nauis è portu Melitæ, & alto commissa, appulit in oras Asiæ maritimas, & deprædata est aliam nauim Saicam nuncupatam, oneratam mercibus Græcorum Christianorum, Qui coram Inquisitore Melitæ conuenerunt Augustinum fideiussorem Theodori, & Paulum Attardum, vnum ex armatoribus nauis, & contra eos insolidum sententiam fauorabilem obtinuerunt pro restitutione Saicæ, & mercium; de qua in Summ. num. 2. Causaquè ad Rotam delata dubitatum fuit, me proponente, An dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda; & Domini confirmandam esse responderunt.

Quicquid enim sit de nullitatibus contra sententiam oppositis, quibus de ordine Rotæ cesserunt Lascarius, & litis consortes, visum fuit sententiam esse iustam, tàm respectu Augustini, quàm respectu Attardi.

Etenim quòad Augustinum, patens est eius obligatio insolidum de non deprædando naues Christianorum, cui obligationi cum fuerit contrauentum, dum Saica Lascari fuit direpta, vt deponunt testes eius Summ. num. 3. & 4. nec ab Augustino videtur controuerti, vtiquè commissa est sti-
1 pulatio, & factus locus † restitutioni Saicæ, & mercium
pro damnis, & interesse, prout pronunciatum fuit, *l. stipulatio ista l. stipulationes non diuidũtur, ff. de verb. oblig. Dec. cons. 592. num 6* Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 241. num. 2. & 3.* potuitquè insolidum condemnari,
2 cum sit insolidum † obligatus, & correus debendi, *l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis, l. ex duobus, ff. eod. Surd. decis. 308. num. 2. Card. Seraph. decis. 1107. num. 3.*

Non obstat, quod obligatio Augustini sit restricta ad nauigationem faciendam in partibus Africæ, quemadmodùm fuit restricta licentia M. Magistri; ideoquè non sit extendenda ad deprædationem sequutam in partibus Asiæ.

Quoniam in obligatione Augustini non fit mentio licẽtiæ M. Magistri, à qua propterea nec recipere potest restrictionem, sed est indefinita, & verbis vniuersalibus con-
3 cepta ibi; *Tàm in Terra quàm in Mari*, quæ verba † al-
legatæ restrictioni resistunt, *Alex. cons. 46. num. 1. lib. 1. Cornel. cons. 144. num. 10 lib. 3. Crauet. cons. 135. nu. 2. Menoch. cons. 323. num. 43. & seqq* præsertim verò, quia eadem ratio militat non diripiendi, aut deprædandi Christianorum naues, & merces, tàm in oris Asiæ, quàm Africæ, & hoc vbiquè vetitum est, tàm ex iuris communis dispositione, quam Apostolicarum Constitutionum, necnon & Arma-
4 menti, vndè & dicendum † est obligationem Augustini
hunc casum omninò comprehendere, iuxtà tradita per *Crauet. cons. 45. num. 6. Surd. cons. 359 num. 33. Rota decis. recent. 370. num. 3 & 714. num. 4. part. 2.*

Quò verò ad Attardum insolidum pariter condemnatum, iusta etiam videtur sententia, quia cùm ipse sit vnus ex socijs nauigationis, pro gestis à Theodoro consocio, & na-
5 uis Præfecto, vtiquè tenetur insolidum, cum hæc † sit na-
tura societatis, vt quilibet ex socijs conueniri possit insolidum, *per text. in l. si tamen plures, ff. de exercit. act. Bald. in rubr. Cod. de exercit. act. num. 26. & cons. 263. num. 3. lib. 5. Surd. decis. 213. nu. 2. Gratian discept. forens. cap. 967. num. 35. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 302. nu. 1. & ibi Add. num. 9.*

Non obstat, quòd inter Attardum, & Theodorum non fuerit contracta societas, sed solùm quædam communio,
6 & participatio, † & sic non teneatur insolidum, sed pro ra-
ta scutorum 69. dumtaxàt, quam posuit in participatione, *ad text. in l. vt sit, & in l. in conductionibus, ff. pro socio, Rota Ianuen. decis. 14 num. 111. et 132. Gratian. discept forens. cap. 547. num. 27. & seqq. Costa de portion. rat. quæst. 99. num. 1. & seqq. Rota decis. 208. num. 8. part. 4. recent.*

Quoniam visum fuit Dominis, nos versari in terminis veræ societatis, non autem participationis, quia concurrunt
7 omnia societatis requisita substantialia, † nempè sociorum
consensus, res, seù negocium particulare, hoc est nauigatio, & lucrum commune; de quibus *in l. coire, l. adiciuntur, & l. si coita, ff. pro socio, glos. in l. cum societates, verbo participare. eod. Hector. Felic. de societ. cap. 2. nu. 14. & seqq.* Quod & ex eo benè deducitur, quia negociationi, seù nauigationi præpositus fuit certus Institor, siuè exercitor, nempè Theodorus, quando autem tacitè, vel expressè negociationi præpositus est Institor, aut exercitor, tunc dici-
8 tur vera societas, & † omnes sunt Rei insolidum obligati
in obligationibus per Institorem, seù exercitorem contractis, vt in his terminis nauigationis sunt *text. in l. 1. §. fin. & l. 2. ac l. 3. ff. de exercit. act. Bart. in l. eandem, num 9. de duob. reis, & in Auth. hoc ita, num. 11. C. eod. Osasch. decis 150. num. 7.* vbi de communi testatur, *Peregr. cons. 95. num. 8. lib. 3. Thesaur decis. 136. num. 1. & 6. in fin. & ibi Adden.* notant, *ita fuisse iudicatum, Menoch. cons 410. num. 37. & cons. 1185. num. 25. Valasch. consultat. 98. nu. 10 Mozz. de societ. tit. de natural. societ. num. 18.* vbi de communi, plenè *Hector Felic. de societ. cap. 30 num. 31. & seqq.* vbi tradit, & à *Rota Ianuen decis. 14. in contrarium allegata admitti num. 22. & num. 126. ac 127.* socios teneri insoli-
9 dum ex contractu † Institoris, seù exercitoris, nec referre
quam quisquè partem in societate habeat, quando Institor fuit expressè præpositus, vt in casu præsenti liquet ex instrumento societatis Sum. num. 1. quod & firmat eadem *Rota Ianuen decis. 18. sub num. 15.*

10 Doctores autem, qui in contrariùm allegabantur, † asserentes socios teneri solùm pro rata, nempè *Anchar. cons. 332. Paris. cons. 93. nu. 32. et cons. 94 nu. 26. lib. 1.* quos sequitur *Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 22. num. 8. et refert. Felic. de societ. d. cap. 30. num. 32.* Vel sunt intelligendi, vt socij teneantur quidem pro rata vicissim inter ipsos, non

autem

11 autem respectu tertij, & aliorum contrahentium, † quibus vnusquisque socius tenetur insolidum, vt idē *Card. Mantic.* admittit vbi supra *num. 7. vers. & quamuis*, & ita distinguendum esse, & cōcordandas opiniones post *Castren. cons. 243. lib. 1. & alios, tradit Rota Ianuen. decis. 97. num. 7. & seqq. Capyc. decis. 180. num. 3. Menoch. cons. 410. num. 42. Gratian. discept. forens. cap. 279. num. 9. & c. 967. nu. 36. & seqq.* & fuit dictum *in Bononien. pecuniaria de Scappis 24. Nouembris 1608. coram Iusto.* Vel eorum opinio procedit, vt quilibet socius teneatur quidem insolidum, sed tamen solummodò quatenùs ascendit summa totius sortis in societate ab omnibus socijs expositæ, vna cum lucris, ex dicta sorte perceptis, non autem vltrà corpus societatis, cuius
12 quantitatem, † & qualitatem debent inuestigare contrahentes, vt pro ratione adducunt præalleg. Doctores, signāter animaduertit *Osasc. decis. 150. nu. 8. & 9.* qui Osaschus propterea hinc inde ab Asseclis vtriusque opinionis adducitur, vt cum admiratione notat *Felic. de societ. d. cap. 30. nu. 34. & Osaschum in hoc sequuntur Adden. ad Thesaur. decis. 136.* vbi quod ita fuit iudicatum. Vel demùm quate-
13 nùs † Doctores illi simpliciter negant, socios vsquàm teneri insolidum, sed solùm pro rata, certè loquuntur contra *text. in l. 3. ff. de exercit. act.* ibi; *nec quidquàm facere, quòd quotam quisquè portionem in naue habeat*, & alios textus supra allegatos, & contra communem sententiam, & communiter reprobantur, vt docet *Felic. d. cap. 30. num. 33.* Ve-
14 rè enim quisquè † socius præponendo societati certum Institorem, ex tunc cōsentit obligationibus per Institorem contrahendis, & radix obligationis indiuisibiliter formatæ in persona Institoris vnitiuè, & insolidum deriuat in eos, vt inquit *Bal. in rub. C. de exer. act. n. 26. in fin.*

Immò vnus ex Dominis addebat, socios teneri insolidū
15 † etiam de bonis extra societatem, & vltrà vires, & corpus ipsius societatis, vt consuluit *Ias. cons. 33. per tot. lib. 3.* & videtur admisisse *Rota d. decis. 132. num. 24. par. diuers.* vbi
16 quod solidum id dicitur, † quod est integrum, & cui nihil deest, alioquin pro credito excedente vires societatis, frau-
17 darentur creditores; intelligendo tamen *Ias.* † doctrinam veram esse in subsidium, non extante capitali, & effectibus societatis, & facta priùs excussione nominum debitorum, & effectuum ipsius societatis, *vt post Bald. cons. 263. lib. 5.* & alios perbellè, & distinctè tradidit *Gaspar Anton. Thesaur. quest. forens. lib. 4. cap. 30. num. 6.* vbi bis ita fuisse iudicatum à Senatu Pedemontano affirmat; Nam quemad-
18 modùm qui † solus exercet negociationem, tenetur pro debitis contractis illius occasione, non solùm quatenùs suppetunt iura, & bona negociationis, sed etiam aliundè; ita
19 prorsùs idem videtur dicendum † de singulis socijs, vt teneantur etiam de bònis extrà societatem in subsidium, & quatenùs iura excussæ societatis non suppetant, & sicuti cū modico capitali possunt facere magna lucra, sic etiam damni aleam subire debent, dum societas grauatur ære alieno,
20 & deinde socio † solidum soluenti, subuenitur remedio diuisionis, vel actione pro socio erga consocios, à quibus cōsequitur, etiam quod vltrà suam ratam creditoribus societatis persoluit, vt inquit *Rota Ianuen. decis. 14. num. 22. Felic. de societ. cap. 31. num. 2. & seqq.* Sed alij Domini putabant in præsenti controuersia non esse opus ingredi hanc
21 difficultatem † nodosam, & quæ dispositionem particularem exposcerit, cum in ea Doct. satis inuolutè loquantur, vt aduertit *Thesaur. d. quæst. 30.* bona enim istius societatis suppetunt, cum illa constet ex scut. 22000. & modo agatur solùm de realibus 1170. de octo.

Non applicantur termini participationis, de quibus *Rota decis. 208. par. 4. recent.* quam sequitur *Gratian. d. cap.*
22 *547. num. 27.* Quia Rota † loquitur in casu factæ locationis, post quam perfectam admissus fuerat alius ad participandum, & ex qua admissione dicit insurgere participationē, quod & priùs fuit dictum in *decis. 132. nu. 13. par. 2. diuers.*
23 vbi quod admissus, † ab alijs socijs post societatem, non tenetur nisi pro rata, secùs quando ab initio cum eo fuit inita societas, vt in proposita facti specie, & in casu *d. decis. 208.* aliundè colligebatur contrahentes intellexisse solùm de participatione, vt declarat *Gratian. d. cap. 547. num. 30.*
24 qui & ante num. 27. ait in contractu † societatis verbum participationis intelligendum esse pro societate, quod & adnotauit *Rota Ianuen. d. decis. 14. num. 23. & 127.*

Non obstat, quod non iustificetur valor Saicæ deprædatæ, nec quantitas mercium, & pecuniarum direptarum, quoniam imò visum fuit Dominis, quòad omnia, sufficientes afferri probationes.

Nam quòad Saicam duo testes deponunt, emptam fuisse pro realibus de octo 640. & alter deponit de facto pro-
25 prio, † & numeratione pecuniæ ab eo facta, vt in Summ. additionali littera A. & sic plenè probant *l. vbi numerus, ff. de testibus cap. in omni negocio, cap. in vniuersis, eodem tit.*

Quòad artepos 260. risorum, ac fardos tres Cassarum, linum, & alias merces valoris in totum realium centum de octo, dantur duo testes d. Summ. litera B. & quatuor alij testes examinati Alexandriæ Summ. num. 2. & alij testes examinati ad instantiam Theodori Sum. num. 3. deponunt de ijsdem mercibus in genere, daturquè instrumentum venditionis Saicæ, & mercium factæ Messanæ, vt in Sum. num. 6. vnde insurgit concludens probatio, ad *l. vbi nume-*
26 *rus ff. de testib.* præsertim † verò ex omnibus simul iunctis, *iuxtà reg. l. rationes. & l. instrumenta. C. de probat. c. causam quæ, eod. tit. cum alleg. per Gabr. de probat. concl. 1. nu. 1. & seqq.*

Quòad reales de octo 370. probari eorum quantitatem putarunt Domini itidem ex duobus Testibus d. Sum. litera
27 B, qui licèt sint famuli † Lascari, in cuius fauorem deponunt, non tamen videntur repellendi à Testimonio ferendo in his, quæ contingunt in mari, quæ aliter probari non possunt, ad *text. in l. quoties, C. de naufrag. lib. 11. & tradit Boer. decis. 56. num. 6. in fin. Stracc. de naut. part. 5. §. item quæritur, num. 1. Bertazzol. cons. crim. 348. num. 10. lib. 2. Farin. de pœn. quæst. 24. num. 220.* iunctis alijs Testibus deponentibus de Lascari conquæstione ob d. furtum, ex qua adminiculatur depositio aliorum Testium, *ad tradita per Marsil. cons. 8. num. 5. Grammat. cons. crim. 41. num. 3. Farinac. de furt. quæst. 176. num. 4.* Et Testibus nautis Theodori prædonis, & ab eo inductis, datis in Summ. num. 3.
28 qui de furto pecuniæ in genere † deponunt; qua furti substantia probata, eò faciliùs quòad quantitatem standum est dicto aliorum Testium, vt supra adminiculato, *ad l. talis scriptura, §. fin ff. de leg. 1. Natt. cons. 3. num. 11. Surd. cons. 94. num. 26.* Et demùm, cum ex allatis probationibus de furto concludenter constet, & quòad quantitatem insur-
29 gat plusquàm † semiplena probatio, locus esset iuramento actoris, in hac materia difficilis probationis, *ex trad. per Surd. cons. 24. num. 1. & cons. 94. num. 27. Farin. de furt. qu. 176. num. 19. & in fragm. in verb. iuramentum, num. 1239. Rota decis. 939. num. 6. part. 2. recent.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Testamenti.

Die Lunæ 12. Decemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum primum, si habeat clausulam derogatoriam ad sequentia, vt per aliud testamentum censeatur illi derogatum, quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia, præualet posteriori, non*

habenti illam specialem derogationem dictæ clausulæ, & num. 3.

2 *Testamentum primum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia non tollitur per secundũ, nisi in eo inserantur specialia relatiua ad dictum primum testamentum.*

Nam tunc posterior dispositio censetur facta per Testatorem apparenter, & per simulationem. num. 2.

4 *Gemin. in cons. 115. & Menoch. lib. 4. præsumpt. 166. num. 50. declarantur, & num. 13.*

5 *Testamento posteriori multipliciter derogari solet. & vide num. 8. & 9.*

6 *Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, non tollitur per secundum, si in eo non sit facta specialis mentio primi. & num. 12.*

7 *Verba vniuersalia apposita in secundo testamento, non habent vim specialis derogationis clausularum appositarum in primo testamento.*

10 *Testamentum vltimum, si fuerit in posterioribus codicillis comprobatum, addita clausula, quod debeat valere omni meliori modo, tunc censetur derogatum primo.*

11 *Pia causa censetur magis dilecta à Testatore, quàm extraneus institutus hæres.*

15 *Minor non censetur instigasse Testatorem ad se instituendum hæredem.*

Clausula derogatoria in primo testamento, quare à Testatoribus apponatur. num. 15.

16 *Nouercæ aduersus sanguinem suum corrũpunt maritos.*

17 *Testamento, in quo est institutus hæres filius masculus magis est fauendum, quàm eo, in quo est instituta hæres filia fœmina.*

18 *Voluntas sine superuenientia nouæ causæ, non præsumitur mutata.*

19 *Testamentum magis fauorabile liberis, siuè sit primùm, siuè sit secundum, est attendendum. vide rationem num. 20. & 21.*

22 *Et sic in hoc casu concurrit duplex derogatio vna à Testatore expressa, & alia tacita à lege.*

DECISIO CCXLVII.

DOmini censuerunt non esse recedendum à Decisione * huius causæ in qua firmatum fuit, quod primum testamentum habens amplissimam clausulam derogatoriam ad sequentia præualeat posteriori non habenti illam specialem dictæ clausulæ derogationem.

Clausula enim illa cassans omne aliud testamentum, quomodolibet de cætero factum, & conditum &c. in po-
1 steriori † apposita, adeò verbis vniuersalibus est concepta, vt nullo modo possit dici per eam specialitati in primo appositæ derogatum, vt per *text. in l. si mihi, & tibi. § in legatis. ff. e leg. 1. concludit* Dyn. *in cap Quod Semel, num. 21. de reg. iur. in 6. & facit glos. in cap. 2. in. verb. indefinitè, de dol. & contum.* in quibus terminis ita responderunt *Feder. de Sen. consil. 47. Paul. de Castr. consil. 106. vol. 1. Alex. cons. 7 vol. 4. Natt. cons. 639. num. 9 Sim. de Præt. de interpræt. vlt vol. lib. 4. interpr. 3. dubit. 2. num. 66. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 12 tit 8. num. 7.* qui testantur, quod magis recepta Doctorum sit opinio, vt nisi in secundo te-
2 stamento inserantur specialia relatiua † ad priorem dispositionem, posterior perinde haberi debeat, ac si Testator eam facere voluerit apparenter, & per simulationem, vt inquit *Corn. cons. 174. num. 10. vol. 2.* neque dissentit *Menoch lib. 4 præsumpt. 166. num. 50. cum seqq.* vbi quàmuis dicat clausulam, non obstante alio testamento quocunquè modo facto, tanquàm vniuersalem includere quemcùquè modum, & quamcunquè formam testamenti, & consequẽter etiam habentis clausulam derogatoriam, hanc tamen
3 consequentiam non ducit à dicta † clausula vniuersali simpliciter posita, sed cum aliqua alia adiectione, vtpotè imprecationis infortuniorum cuicumquè personæ, quę posteriorem dispositionem impugnare tentaret, nam vt concludat clausulam huiusmodi habere vim specialis derogationis ad futura, & inde sumi posse coniecturam pro validitate secundi testamenti, vtitur authoritate *Geminiani in cons. 115.* vbi habetur casus testamenti cum clausula reuocatoria omnium aliorum testamentorum, & Codicillorum factorum scripto vel verbo, vel alio quocunquè modo, per quam demonstrari intentionem Testatoris quod voluerit reuocare primum sub quouis verborum modo illud fecerit, & ideò verba huiusmodi referri ad clausulam verbalem positam in primo testamento, probat per *text. in c. dudum, de sepult.* & ad magis arguendam mutationem prioris voluntatis considerat imprecationem malorum dictæ clausulæ adiectam, aduersùs contrauenientes. Vnde patet, quod
4 tàm † *Geminianus*, quàm *Menochius* procedunt in terminis reuocationis factæ cum ampla expressione verborũ, quæ non sint superflua, cum debeant aliquid operari, referenda sunt ad mutationem prioris voluntatis Testatoris pro sustinenda validitate posterioris.

Nam sicuti multipliciter cõsueuit derogari secundæ voluntati, nempè generaliter, vt per clausulam annullans om-
5 ne aliud testamentum † quod Testator faceret in futurum, vel specialiter, vt annullans omne aliud testamentum, & si aliquod fecerit nolit illud valere, nisi in eo fuerit inserta oratio &c. quos modos ponit *Gemin. in dicto cons. 115. n. 1.* Ita multipliciter fieri potest mentio huiusmodi clausulæ derogatoriæ in posteriori testamento, hoc est generaliter, vt per clausulam de qua in puncto, cassans omne aliud testamentum de cætero factum. Et specialiter vt cassans omne aliud testamentum non obstantibus clausulis derogatorijs in eo insertis ac in indiuiduo, vt cassans non obstante, quod voluerit ab illo inseri orationem &c. de quibus clausulis tractant Doctores allegati per *Clar. lib. 3. Senten. in § testamentum. quæst. 99. nu. 7.* & generalem mentionem in secundo appositam sufficere ad effectum, vt reuocetur primum testamentum habens clausulam specialem derogato-
6 riam, † indiuiduam verò non esse necessariam, sed requiri tantùm specialem, communi Doctorum calculo, firmauit. *Rot. decis. 721. num. 1. par. 2. recent.*

In casu autem testamentorum, de quibus agitur, verba secundi testamenti, ibi, Et hoc voluit esse suum vltimum testamentum, cassans, irritans, & annullans omne aliud testamentum per ipsum quomodolibet de cætero forsan factum, & conditum, vltrà generalem derogationem nihil important, quod tollat specialitatem in priori testamento contentam, ibi: *dichiaro, protesto, che questa dispositione non s'intenda mai reuocata per qualsiuoglia altra mia dispositione, in qualsiuoglia modo, ch'io facessi, cassassi, & annullassi particolarmente, & in spetie questa mia dispositione, con clausule derogatorie, & derogatorie delle deregatoriali, Se in detta altra mia dispositione non vi sarà scritta à parola per parola questa seguente oratione Angele Dei &c.* Et consequenter, cum dicta verba in secundo testamento apposita ad derogationem præcedentis voluntatis, quæ de iure etiã apposita subintelligerentur, non contineant vllam specialem mentionem eorum, quæ habentur in priori dispositione, nulla ratione suaderi potest, quod per solam clausulam generalem censeatur Testatorem mutasse priorem voluntatem, quæ eo ipso, quod plura continet specialia debet alteri præualere, nulla habita ratione ver-
7 borum † vniuersalium clausulæ posterioris testamenti, quæ vim derogationis specialis, communi Doctorum consensu, obtinere non possunt, nisi aliqua maior expressio habeatur in eodem secundo testamento, vel alia concurrant, ex quibus clarè appareat, quod ea sit intẽtio Testatoris, vt ordinata in secundo præualeant ijs, quæ fuerunt disposita in priori testamento, quemadmodùm ex appositione pœnæ liberis non acquiescentibus posteriori voluntati eam efficaciorem, † ac proinde magis attendendam esse, respondit

dit *Barbat. consil.89.num.4. vol.4.* & similiter ex impreca-
9 tione malorum† enixam voluntatem Testatoris ad reuocationem prioris dispositionis deducunt *Gemin. & Menoch. in locis, vt supra allegatis.*

Neque verba, quæ in dicto secundo testamento sequuntur ibi: Et hoc cæteris alijs præualere voluit omni meliori modo, in hoc casu sunt adeò efficacia, vt obtineant vim reuocationis ad voluntatem præcedentem, quemadmodùm in casibus suis responderunt *Paris. consil.10.num.21.& seqq. volum.1.* cum alijs, quos allegat *Menoch. d. præsumpt. 166. num. 21.*

Quia allegati Doctores eam, tunc demùm huiusmodi verbis tribuunt vim efficacis reuocationis ad priorem voluntatem, quando ex alijs efficacioribus verbis, seù coniecturis vehementibus, manifestè apparet de mutatione voluntatis Testatoris, vt in casu *Paris post d.num.22.* Vbi pon-
10 deratur, quod vltimum † testamentum in posterioribus codicillis fuerat comprobatum, addita clausula, quod testator volebat huiusmodi voluntatem valere omni meliori, & efficaciori modo, mandando vt disposita, tam in dicto vltimo testamento, quàm in codicillis sortientur effectum. Vel quando vt in casu *Bursat.consil.47.vol.1.* instituta fuit causa pia, quæ attenta qualitate sexus mulieris Testatricis cense-
11 batur magis † dilecta, quàm extraneus institutus in primo testamento, vbi etiam post verba, hoc cæteris præualere voluit, addita fuit clausula; aut omni alio meliori modo via iure quibus meliùs, & efficaciùs &c. quæ verba propter appositionem illius dictionis, aut, omnes alios modos cópræhendit, quibus valere potest testamentum, quod non operatur eadem clausula simpliciter apposita, vt in præsenti casu apposita sine dicta, vel alia simili dictione, aut, secuti docent idem *Bursat.in d consil.47.num.21 in fin.volum.1.&*
12 *Thob.Non.consil.22.num.11.* vbi † quod ex ea clausula ita posita generalis tantùm inducitur reuocatio, quæ non est sufficiens.

13 Dicta verò Menochij † similiter procedunt in terminis clausulæ habentis aliquod verbum significatiuum præcisæ voluntatis mutandi testamentum, quod in loco præallegato *num.48. in fin.* exemplificat in his verbis, volo omninò valere, quibus planè congruunt, quæ disserit *Mantic. d. l.12. tit.8.num.19.*

Non obstat, quod Testatori de tẽpore secundi testamenti adesset filius masculus in minori ætate constitutus, cuius propterea importunitatem, vel suggestionem Margarita filia ex primo matrimonio in priori testamento instituta, allegare non possit, cùm ipse Testator illũ non timeret. Vnde quamuis aliorum instigationem, & complacentiam, ac etiam vim in primo expresserit, vti causam dictæ clausulæ derogatoriæ futuræ voluntatis, Attamen ea cessante in præ-
14 senti † casu nullus considerari posset effectus dictæ clausulæ, vt respondet *Sfort.Odd.in consil.89. num.84.* Quia cum simul adesset Liuia secunda vxor, ac dicti pupilli mater, & nouerca dictæ Margaritæ, non poterat dici sublatus timor importunitatis ipsius nouercæ, & huiusmodi importunitatem, vel suggestionem adfuisse ex eo depræhenditur, quod in posteriori dispositione nulla fuit facta mentio filia prædicta, neque filio instituto, illa, vel alius ab ea descendens fuit substitutus, ipsa verò Nouerca omnium bonorum vsufructuaria fuit relicta, itaut licèt *Odd.in præalleg.consil.89.* re-
15 sponderit † respectu minoris cessare timorem importunitatis, vel suggestionis, cuius timoris causa clausulam derogatoriam à Testatoribus adhiberi solitã dicit, nihilominùs, vltra quod ex alijs etiam causis, quàm ex dicta minoris qualitate in casu suo mouetur, non ideo excludit instigationes
16 Nouercæ † quibus aduersùs sanguinem suum corrumpit maritos, inquit *I.C.in l.4.ff.de inoff.testam.*

Minùs obstat, quod in primo testamento instituta fuerit
17 † filia fœmina, in secundo verò, masculus, & huic secundo magis fauendum est, vel ratione maioris dilectionis, vel tãquàm facto inter liberos. Quia cũ de tempore primi, adesset idem masculus, cessat ratio maioris dilectionis ad effe-
18 ctum arguendi mutationem voluntatis, † quæ fine superuenientiæ nouæ causæ non potest præsumi, vt post *Bald. in l.sancimus,num 9.* ibi noua ratione motus ad testandũ, *C.de test.& alios* Doctores, qui eum sequuntur, considerat *Card. Mant.de coniect.d.lib.12.tit.8.num.17.* Neq. priuilegiũ testamenti inter liberos cõuenit huic dispositioni, in qua masculus, & fœmina non fuerunt simul instituti, quo casu non procedere conclusionem de duobus testamentis factis in-
19 ter liberos, quod † scilicet testamentum magis fauorabile filijs, siuè sit primum, siue secundum præferatur alteri minùs fauorabili, respondit *Rim. Iun.consil.235.nu.25.* Et quamuis *Bald.& alij DD.eum sequẽtes in Auct.hoc inter liberos,* C.
20 *de testam.* firment dictam conclusionem propter † derogationem à iure tacitè subintellectam, tamen cum loquantur in terminis testamẽtorum, quorum primum caret clausula derogatoria expressa, quo casu tacita fauore liberorum de iure in vno subintellecta, operatur reuocationẽ alterius
21 minùs fauorabilis, & ea ratione d. † conclusio in hoc casu, in quo primum testamentum habet expressam derogationem, non procedit, quia cum tacita concurrit expressa, itaut alterum tãtùm tollere non sufficiat, sicut explicando dictos Doctores respondit *Thob.Non.in d.consil.22.nu.8.& 9.* pro sui dicti confirmatione allegat *Alex. in consil.163.n.7.vol.7.*
22 qui in eisdem terminis considerat adesse duplicem † derogationem, idest vnam à Testatore expressam, alteram verò à lege inductam, & ideò concludit requiri, vt in secundo testamento vtraq. tollatur derogatio, quod est de mente eiusdem Bald. *in d. Auth.hoc inter liberos, in princip. obseruat. Greg.Lop.glos.3.leg.8.tit.1.par.6.* & faciunt tradita per *Soc iun.in consil.163.num.14.vol.2.*

Et ita vtraquè, &c.

* Idest sub die 4. Maij huius anni 1633. est decisio 201. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Vrbeuetana Rescissionis contractus.

Die Lunæ 12. Decembr. 1633.

ARGVMENTVM.

Emptionis, & venditionis contractus resoluitur, si periti electi ad precium definiendum, illud definire noluerint.

SVMMARIVM.

1 *Venditionis contractus resoluitur, si periti electi ad definiendum precium, hoc facere recusauerint.*
2 *L.fin.C.de contrahend.empt.est vna ex 50.Constitutionibus, quibus Iustinianus dissidia veterum Iuris Cõsultorum diremit, & vide num.19.*
3 *Emptionis, & venditionis contractus in suo esse constituitur, per determinatum precium.*
4 *Precium in emptionis, & venditionis contractu, est ita substantiale, sicut consensus.*
5 *Emptionis, & venditionis contractus non deducitur in esse, si periti electi ad definiendum precium, nolint æstimationem obire.*
6 *Emptoris voluntas declarata circa precium, quando non adest, cessat in venditore voluntas tradendi rem.*
7 *Peritus, quando est electus ad æstimandum precium rei venditæ, si ille non æstimet, deficit substantia contractus, & non potest suscitari recurrendo ad alias personas, & quare, num. 13.*
8 *Arbitrium in contractibus bonæ fidei accipitur non pro mero arbitrio, sed pro arbitrio boni viri.*
9 *Precij taxatio in emptione, & venditione omninò exigitur, & num. 11. & 12.*

10 *Contractus, si semel conditione defecta, defecerit, iterum suscitari non potest.*
14 *Text. in l. fin. C. contrah. emption. si recurreretur ad arbitrium Iudicis, nunquàm haberet locum.*
15 *Et hoc expressè prohibet etiam d. lex.*
16 *Iudicis officio, quando non sit locus.*
17 *Iudicis officium fundatur super obligatione contractus.*
18 *Conditionis implementum, si in contractu venditionis sit collatum in arbitrium vnius ex contrahentibus, si iste non arbitratur, perinde ac si conditio impleta esset.*
20 *Aequitas est spectantia, quando iure destituimur, non autem ad destructionem iuris clari.*
21 *Aequitas commisci non licet, quando à lege, & prudentum responsis abhorret.*
22 *Pacta obseruare naturali æquitati maximè congruit.*

DECISIO CCXLVIII.

HOdie Domini, nullo dissentiente, retinuerunt sententiam firmatam in decisione sub die 24. Ianuarij præteriti coram me, * scilicet contractum venditionis fuisse resolutum, cum enim periti nominati in Instrumento emptionis recusauerint precium definire, euanuit conditio, & consensus sub illa conditione æstimationis per peritos fa-
1 ciendæ, præstitus, & sic resolutus † est contractus, iuxta insignem Constitutionem Iustiniani *in l. fin. C. de contrahen.*
2 *empt.* quam esse vnam ex quinquaginta † Constitutionibus, quibus idem Iustinianus dissidia veterum Iuris Consultorum diremit, & de quibus meminit in Proem. Codicis, obseruant *Vbert. Ghisan in § precium in versic. sed ista decisio. Instit. de empt. & vend. & ibidem Conradus Rittersbusius, in § autem, versic. hac de re apud veteres,* in qua Constitutione Iustinianus itidem approbauit opinionem Caij I.C. resolutionem cōtractus probantis, relatam etiam per Tribonianum, *l. si merces, ff. locati,* vbi Tribonianus sub nomine Caij vsus est verbis præcisis *d. l. fin. C. de contrahend. empt.* quemadmodùm animaduertit *Cuiacius in l. si quis arbitratu. 43. post med. vers. hac taxatio precij, de verb. obligat. & An. Pichar. § precium, verbo, alioquin, num. 36. Inst. de empt. & vend.*

Et verè dicta Constitutio solidissima ea nititur ratione, quod cum precium in quantitate certa determinatum, sit de substantia emptionis, & venditionis, & dicatur illius for-
3 ma, & vltima differentia, † per quam in suo esse constituitur, & ab alijs contractibus discriminatur, vt per *Pichard. d. § precium, num. 7. Inst. de empt. & vendit. Vacon. declarat.*
4 *iur. cap. 68. num. 6.* adeò vt precium sit substantiale, † æquè ac consensus, qui sine illo dicitur informis, nec substantiat contractum, iuxta *glos. in l. pacta conuenta, verbo, ex precio, ff. de contrahend. empt.* Didac. *Perez ad l. Castell. lib. 2. tit. 4. versic. & adeò verum. Vacon. declarat. iur. d. cap. 68. sub nu.*
5 6. inde fit, vt si Aestimatores electi à † contrahentibus nolint æstimationem obire, & precium definire, contractus non deducatur in esse, nec possit dici, quod interueniat voluntas venditoris tradendi rem, dum non adest specifica, & declarata voluntas emptoris circa precium, & ex copula
6 voluntatum venditoris, scilicet tradendi rem certam, † & emptoris certum constituentis precium, consistit contractus, vt in his terminis ratiocinatur, *Bald. in l. in vendentis, num. 5. & 31. C. de contrah. empt.* & propterea deficiente substantia contractus, non potest ille suscitari recurren-
7 do ad alias personas, & ad Iudicem loco boni viri, † de iudicio enim, & industria nominatorum solum confisi sunt contrahentes, vt, præter Doctores relatos in alia decisione, bellè docuit *Accursius in leg. in personam, § generaliter in glos. mag. ff. de regul. iur. Ioann de Plat. in § precium, versic. 3. nota, & ibidem Franscisc. Broæus, numero 2. Bortholien. numero 3. Conrad. Rittersbusius, § adeò verò, Vbert. Ghisan. numero 2. Inst. de emptio. & vendit. Raguel. in hac leg. final. versic. at nullius esse momenti, C. de contrahen. empt. & benè explicat Cuiac. in leg. si quis arbitratu, circa med. versic. addenda est, ff. de verbor. obligat.*
8 vbi postquàm generaliter tradidit in contractibus † bonæ fidei arbitrium accipi non pro mero arbitrio boni viri, & quod cum æquitas certis personis non circumscribatur, si is, cuius nomen insertum est, vel statuere noluerit, vel æquum non statuerit, alterius arbitrio, vel Iudicis interuentu, res est peragenda; hanc deindè conclusionem idem Cuiacius limitat in terminis *dict. leg. fin.*
9 *C. de contrahen. empt.* & ita firmat † taxationem precij, omninò exigi in emptione, & venditione, & quod irrita sit em-
10 ptio, precium non definiente viro illo, ad id † per contrahentes, electo, & idem sentit *Hugo Donell. in leg. si quis arbitratu, numero 46. & seqq. & numero 14.* quod ve-
11 rùm dicit nedùm in venditione, † sed etiam in cæteris contractibus etiam bonæ fidei, & sequitur *Duaren. in d. leg. quis arbitratu, versic. quid ergo, Morla in empor. iur. parte 1. quæst. 9. titul. de contrah. empt. numero 6. & seq.* qui multos textus in hac materia concordat, & declarat, *Benedict. Aegid. in leg. hoc iure, capit. 8. nume. 37. & seqq. ff. iustit. & iur.* vbi latissimè materiam enucleat octo conclusionibus à num. 35. vsquè ad 62. & ponderat, quod si
12 tertius precium † definire recusat, illicò deficit contractus, quasi semel conditione defecta, nec iterùm suscitari, si postea velit declarare, *Barbos. in leg. æstimatis, 51. sub numero 2. versic. sed his non obstantibus, ff. solut. matrim.* vbi quod non potest recurri ad Iudicem, quia partes intelle-
13 xerunt de † æstimatione facienda per homines electos, non autem per legem, aut Iudicem, alioquin si recurrere-
14 tur ad Iudicem, † nunquàm posset habere locum dispositio *dict. l. fin Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. numero*
15 3. qui ponderat præcisam prohibitionem dictæ † constitutionis circa recursum ad Iudicem, *Anton. Pichard. in § precium, in verbo, alioquin, numero 35. 36. & 37.* obseruans
16 non esse locum officio Iudicis, † cum non adsit aliqua obligatio, nec actio, cui dictum officium Iudicis possit deseruire, quod & notat *Ioann. de Plat. dict. § precium, versic. nam hoc casu* asserens tertio non declarante precium,
17 non substantiari obligationem, † super qua Iudicis officium fundari possit, *Helfricus Vlricus in tractat. de pact. cap. 6. quæst. 9.* qui respondet iuribus, quæ huic Iustiniani decisioni aduersari videntur, & considerat differentiam inter casum, *leg. in vendentis, C. de contrahen. emptio. leg. in personam, ff. de regul. iur.* & aliarum legum, & casum huius legis finalis; Hic enim conditionis implementum collatum est in extraneum, ibi verò in vnam ex contrahenti-
18 bus, qui si non arbitratur, perinde est, † ac si conditio impleta fuisset, quia per eum stat, quominùs ipsa conditio contractus existat, & est *text. elegans in leg. hac venditio in fin ff. de contrahen. emptio.* ibi, *si igitur rationes potuit accipere, & non accepit, vel accepit, fingit autem non accepisse, impleta conditio emptionis est, & ex empto venditor conueniri potest,* & ponderat etiam *Hugo Donel. in d. l. si quis arbitratu, numer. 10. 11. & 12.* quæ ratio cessat, vbi arbitrium collatum est in extraneum, vt benè per *Cuiac. loco alleg.*

19 Et sanè verba *d. l. fin. C. de contrah. empt.* irritantis † emptionem, & venditionem, vbi præcij æstimatio collata est in tertium, & is non declarauit, adeò aperta, & præcisa sunt, & tam districtè, quamcunq; interpretationem prohibent, vt nec colore æquitatis, nec officio Iudicis, aut alterius boni viri, nec alia ingeniosa Doctorum declinatione euitari, vel flecti possint, vt in prima decisione latè ostensum fuit, & cōferunt tradita *per Ant. Fabr. lib. 12. coniect. iur. cap. 9. Hortaman. Pistor. qq. iur. lib. 3. q. 16. num. 13. & q. 32. num. 29. lib. 2. & obseruat. 222. num. 57. & 62. Conan. in comment. iur.*
20 *lib. 1. cap. 11.* qui Doctores monent æquitatem † esse spectandam, quando iure destituimur, non autem ad destructionem Iuris clari, cui semper famulari, & tanquàm lesbia
21 regula sese accommodare debet, nec æquitate † commisci licet, vbi à lege, & prudentum responsis abhorret, & quādo est resolutus contractus, agiturq. de violandis cōtrahentium

22 hentium pactis, quæ † obseruare naturali æquitati maximè congruit, *l. nihil tàm naturale, ff. de reg. iur.* & in alia decisione fuit etiam deductum.

Et ita &c.

* Est decisio 172. supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

Die Lunæ 12. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Tempus vocationis alicuius ad fideicommissum, quando dicatur venisse, & quid sufficiat, vt probet ad obtinendam immissionem. Grauamen iniunctum hęredibus an censeatur repetitum in alijs vocatis. Ex alienationis prohibitione, an, & quando ad grauamen restitutionis non inferatur.

SVMMARIVM.

1 *In Testamento vocato debetur immißio in vim l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

2 *De Identitate bonorum fideicommissariorum non est dubitandum, si ea probetur ex inuentario confecto à primo instituto, & de præsenti qualiter probetur, num. 3.*

4 *De Identitate personæ, quando non sit dubitandum.*

5 *Fideicommissum factum pluribus successiuè, si sinè filijs &c. expirat si institutus decedat cum liberis, & num. 16.*

6 *Ex Vocatione actiua non infertur ad passiuam.*

7 *Quod maximè procedit, quando transuersalis prætendit positos in conditione, esse grauatos restituere.*

8 *Hæredibus institutis, si sit iniunctum grauamen, non censetur repetitum in filijs in conditione positis, etiã si filij essent vocati.*

9 *Ab Oldrad. consil. 21. licèt ex coniecturis soleat recedi, tamen ad hunc effectum coniecturæ debent esse valdè vrgentes, & concludentes.*

10 *Nepotes, si sint vocati ad portionem patruorum censentur etiam vocati ad portionem proprij patris, limita hoc vt num. 11.*

12 *Ex alienationis prohibitione non infertur ad grauamen restitutionis, quando prohibitio stat consecutiuè ad fideicommissum antecedens.*

13 *Alienationis prohibitio, quando non inducat nouum fideicommissum.*

14 *Testator, si aliquid voluisset, id expressisset.*

15 *Ex vocatione qua inducatur grauamen in vnoquoquè ex vocatis.*

17 *Conditio sufficit, quod semel adimpleatur, quicquid indè postmodùm euenerit.*

18 *Donatio bonorum fideicommissariorum non tenet, sicut nec etiam fideicommissa, super eis, & num. 19.*

20 *Detractio dotis vxoris ipsiusmet fideicommittentis, quãdo non impediat immissionem fideicommissario.*

21 *Fideicommissario non retardatur immissio, propter detractiones oppositas, si illæ possint compensari cum fructibus perceptis, ex bonis à die purificati fideicommissi, restituendis.*

Et hoc multò magis procedit, si hæreditas appareat opulenta, cum tunc faciliùs remoueatur dictum impedimentum.

DECISIO CCXLIX.

CVm D. Cosmus Barzellinus prætenderet esse purificatum ad eius fauorem fideicommissum, de quo in testamento Alphonsi, ei dandam esse immissionem in bonis eiusdem Alphonsi fideicommittentis hodie possessis per D. Vincentium Barzellinum, per DD. fuit resolutum, exceptis tamen Domo, & detractionibus, quæ competebant Pyrro, cum de eis potuerit disponere, & fecerit fideicommissum ad fauorem Vincentij.

Ea ratione, quia testamentum continet vocationem, & sunt probata omnia extrema, & requisita, ex quo decesserũt omnes instituti, & substituti ante Cosmum, vt ex partitis librorum mortuorum, qui cum fuerit expresſè vocatus in te-
1 stamento, in dicto casu ei consequenter debetur † immissio in vim *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* super bonis in fideicommittentis hæreditate repertis, de quorum identita-
2 te non potest dubitari, † cùm ea probetur ex inuentario confecto ab Horatio fratre Alphonsi primo hærede instituto, eademquemet bona de præsenti possideri à Vincẽtio patet, tam ex eiusdem confessione facta in positionibus per
3 † ipsum datis, quam ex sustentatione litis, & aditione hæreditatis Horatij, à quo fuit hæres institutus, *Caputaq. decis. 369. num. 3. par. 2.* Et ex comparitionibus, & citationibus, & alijsq. actis, de quibus in processu, remanet probata qualitas adiecta à testatore nomini Cosmi Astorgij, vt propterea
4 non sit dubitandum † de identitate personæ, maximè cùm non appareat, alium Cosmum extare in familia Barzellina, & pluralitas non præsumatur.

Nec Dominis visa fuit obstare exceptio antiquorum fideicommissorum, quæ capiunt bona relicta etiam in testamento Alphonsi, nempè fideicommissum Virgilij, Gasparis, Pyrri, & aliorum, de quibus infra deducta per Vincentium reum conuentum, & possessorem.

Nam fideicommissum Virgilij de anno 1529. qui filios instituit, eosque ad inuicem substituit, si filijs, &c. Ita, quòd vno decedente quandocumq. sine filijs masculis, portio illius sic decedentis deueniat ad aliũ, seù alios superuiuentes, & ipsis non extantibus ad eorũ filios in stirpes, & non in capita, & dd. eius filijs quandocunq. sine filijs decedentibus,
5 plures alias substitutiones facit, † Cùm filij Testatoris obierint cum filijs, expirauit iuxta *vulg. Oldrad. 21.* cum adsit in hoc fideicommisso vocatio filiorum cum reciproca substitutione inter ipsos, & deinde adsit grauamen eorumdem filiorum in fauorem Nepotum, nempe Horatij, Alphonsi, Pyrri, & aliorum; Et quamuis isti filij sint vocati, non sunt
6 tamen grauati restituere, cùm ex † vocatione actiua, non inferatur ad passiuam, *Paris. consil. 31. num. 28. lib. 2. Soccin. Iun. consil. 57. num. 4. & seqq. lib. 4. Odd. consil. 66. num. 32. & seqq. Honded. consil. 60. num. 43. lib. 1. Rota in recent. decis. 486. num. 22. par. 1.* & latè fuit dictum *in Bonon. fideicommissi de Turri 22. Maij 1622. corã R. P. D. meo Mer-*
7 *lino*, præsertim quando transuersalis † prætendit positos in conditione esse grauatos restituere, siquidem grauamen
8 iniunctum institutis, † non censetur repetitum in filijs in conditione positis, etiamsi filij essent vocati, *l. sub conditione, ff. de hæred. inst. l. si quis hæres ita, ff. de acquir. hæred. l. hæredibus, in princ. ff. ad Senat. Consult. Trebell. Peregr. de fideicom. art. 29. num. 26. Menoch. consi. 152. nu. 34. & plur. seqq. bon. mem. Cardin. Caualer. decis. 513. num. 5. Rot. decis. 491. num 4. par. 4. diuers.*

Et licèt ex coniecturis recedatur à d. consilio Oldradi,
9 attamen ad effectum recedendi ab eo, coniecturæ † debent esse valdè vrgentes, & concludentes, *Surd. consi. 448. num. 13.*

num.13.Fusar.consil.17.num.4. & ita pluries censuit Rota, quales Dominis non visæ fuerunt coniecturæ allegatæ in
10 præsenti; Dum enim dicitur, quòd Nepotes,† cùm sint vocati ad portionem patruorum, censentur etiam vocati ad
11 portionem proprij patris, ista coniectura cessat, quia † non sunt vocati simpliciter, sed in locum sui patris, & dato etiã, quod sint vocati ad portionem patris, cùm agatur de successione Alphonsi, non ideò sequitur, quod sit grauatus.

12 Neq; ex prohibitione alienationis deducit † potest istud grauamen, quia dicta prohibitio stat consecutiuè ad fidei-
13 commissum antecedens, non autem inducit nouum † fideicommissum, cum non sit vestita, nec vestimentum deductũ suffragetur, ex eo, quo legitur respectu domus, non autem respectu residui hæreditatis, dùm enim Testator distinxit domum à cæteris bonis, & in ea constituit prohibitionem realem alienandi, per verba in rem directa, cum ratione, & expressa vocatione omnium descendentium in infinitum, in alijs autem bonis constituit prohibitionem nudam, & personalem, restrictam ad filios hæredes institutos, & substitutos, stante hoc discretiuo modo loquendi, talis prohibitio non afficit nepotes, quos in alijs bonis dempta domo non grauauit, data præsertim ratione differentiæ, quia dum grauabat filios, grauabat in fauorem nepotum descẽdentium, si verò grauasset nepotes, hoc grauamen tenderet
14 in fauorem Transuersalium; nam si voluisset, † expressisset, prout expressit in fideicommisso in domo Rota decis.607. num.5.par.1. recent. Quando enim voluit fideicommissum perpetuum, & sic nedùm vocare filios, & alios descendentes, sed etiam grauare, hoc dixit, inducendo fideicommis-
15 sum perpetuum inter descendentes, ex qua † vocatione inducitur vocatio, & grauamen in vnoquoque.

Nec obstant aliæ substitutiones factæ per testatorem in infinitũ, quia sunt factæ si filij, sine filijs decesserint, & pro-
16 pterea cum obierint, cum filijs, † expirauit fideicommissũ, & non purificata prima conditione, quod scilicet instituti decesserint sine filijs, expirarunt cæteræ omnes substitutio-
17 nes, satis enim fuit, † conditionem semel impleri, quicquid indè postmodùm euenerit.

18 Donatio † autem Bartholomæi, & fideicommissa Gasparis, & Lactantij non releuant, quia cum illi per paternũ fideicommissum Virgilij præter prohibitionem alienationis quorumcunquè bonorum fuerint grauati, eadem restituere proprijs filijs, de sola legitima disponere potuerunt, quam cum vnusquisquè eorum consecutus sit, & speciali alienatione consumpserit, vt deducebatur in Summario partis aduersæ, num.8.& 9. & ex actis probatur, prædicta do-
19 natio, † & fideicommissa immissionem non retardãt, iuxtà firmata per san.mem.Greg.XV.decis.580.n.2.& per R.P.D. meum Merlinum in Bonon.fideicommiss.de Desiderijs 20. Decemb.1628.14.Martij, & 25.Iunij 1629.

20 Nec obstat detractio † dotis vxoris ipsiusmet fideicommittentis, ea enim, vt ex instrumento dotali colligitur, consistebat in prædio communiter dicto (il Castellino,) quod in inuentario hæreditatis Alphonsi descriptum non legitur, nequè per Cosmum petitum fuit.

Reliquæ verò detractiones ex aduersò oppositæ, summã librarum 2800.constituentes, vna cum impensa funeris, &
21 infirmitatis Alphonsi, compensandæ † sunt cum fructibus à sexdecim annis, & vltrà per Vincentium perceptis ex bonis à die purificati fideicommissi restituendis, quę cum satis opulenta esse, ex dicto Inuentario appareat, faciliùs remouetur huiusmodi impedimentum immissioni obiectum, Simon de Prat.de interpret.vlt.volunt.lib.3.interpr.3.dub.5. solut.4.num.31.& fuit firmatum in Parmen. Status 14. Decemb.1629.vers.quantùm verò attinet, coram Reuerendiss. D.meo Decauo, & in alijs allegatis in Ferrarien. de Tassonis 17.Iunij 1630.coram R.P.D.meo Pirouano.

Vnde cùm ex supradictis pateat inter nepotes Virgilij Testatoris, non adesse reciprocam fideicommissariam, sed bona apud eos remansisse libera, quia talis reciproca non legitur in testamento, nisi solùm inter filios primi gradus, atquè ita cum Alphonsus potuerit liberè disponere, prout disposuit, Cosmo in omnibus bonis hæreditarijs fideicommittentis, iuxtà Inuentarium ab Horatio primo hærede confectum, concedenda est immissio, demptis domo, & alijs corporibus ab hæreditate Pyrri prouenientibus, in quibus nec petitur à Cosmo.

Et ita vtraquè parte informante, &c.

¶ In eadem causa adsunt infra aliæ decisiones, nempè sub die 22.Martij 1634.& sub die 7.Iunij eiusdem anni coram eodem R.P.D.Ghisilerio, & sub 20. Nouembr. eiusdem anni coram bon.mem. Buccabella.

R. P. D. MERLINO.

Romana lucri Dotalis.

Die Veneris 16. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Forensis, vbi ducit vxorem, statim in patriam traducturus, licèt circa materiam lucri dotalis, non attendatur statutum loci vxoris, sed statutum loci mariti, tamen aliter procedit, vel quando dos non est restituenda ipsi vxori discessuræ, sed Patri, vel alteri dotanti, vel quando aliter in capitulis matrimonialibus fuerit cõuentum, contrahentes quando se remittunt ad aliquod statutum, talis remissio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier mortuo marito, potest petere sibi decerni lucrum dotale, iuxtà dispositionem statut. Vrb.lib.1.capit. 131.*

2 *In Statut. Vrb. lib.1. cap.131. expressè cauetur, vt altero ex coniugibus prædecedente, superstes quartam partem dotis, per viam donationis propter nuptias, seù dotalis lucri lucretur.*

3 *Et hoc pactum semper in instrumentis dotalibus censetur appositum, nisi expressè de partium consensu fuerit remissum, aut aliter conuentum.*

4 *In Instrumentis dotalibus, semper partes censentur se conformasse cum statut.Vrb.lib.1.cap.131. dum expressè contrario pacto, remissa non apparet lucri dotalis acquisitio.*

5 *Forensis, vbi ducit vxorem, illico in patriam traducturus, non attenditur statutum loci vxoris, sed statutum loci mariti, quo mulier contractura est domicilium, limita num.6.*

7 *Pater, seù extraneus dotans, non transfertur in forum domicilij viri, & num. 8.*

9 *A pactis contrahentium non est recedendum.*

10 *Contrahentes si referant se ad aliquod statutum, præsumitur, vt omninò se dicto statuto voluerint conformare, & se ei subijcere, quatenus eos tali casu non legasset.*

11 *Contrahentes, quando in aliquo casu referunt se ad aliquod statutum, talis relatio, quid operetur.*

12 *Contrahentes, si referant se ad aliquod statutum, perindè est, ac si deductum esset in pactum, quod disponitur à statuto.*

13 Pactis

13 *Pactis prioribus derogatur per posteriores.*
14 *Dos, & quartum dotale differunt.*
15 *Interpratatio omnis est capienda pro euitanda contrarietate.*
16 *A conuentionibus partium, in tantum dicitur recessum, in quantum disertis verbis fuit expressum.*
17 *Contrahentes semper præsumuntur permansisse in prima voluntate, & si quid est omissum in posteriori conuẽtione, ex errore id præsumitur.*
18 *Capitulis, & contractibus est inhærendum, potiùs quàm instrumentis.*
Capitula, & contractus fiunt à partibus, instrumenta verò à Notarijs, num.18.
19 *Ad Capitula semper est recurrendum tanquàm ad matricem, & originalem conuentionem.*
20 *In instrumento; quando cõtrarium disponitur, eius quod fuit à contrahentibus priùs firmatum in Capitulis, solet vt plurimum, vel in instrumento de hoc recessu fieri mentio, vel capitula deleri, aut laniari.*
21 *Statutum propriè venit appellatione iuris communis.*
22 *Circa Dotis restitutionem, nempè modum, & tempus debet attendi ius commune, circa verò acquisitionem, & quantitatem lucri dotalis attenduntur statuta locorum.*
23 *Testes examinati vigore excommunicationis non probant, nisi fuerint repetiti cum interrogatorijs.*
24 *Testis dictum eliditur ex depositione alterius testis magis informati.*
25 *Contrahentium conclusio, & nõ tractatus debet attendi.*
26 *Mulieri acquiritur ius quæsitum super lucro dotali, stantibus sic conuentionibus.*

DECISIO CCL.

1 DEfuncto Alexandro de Sugatroscijs Tudertino, Domina Catharina Lotteria Romana † petebat sibi decerni quartum dotale, iuxta dispositionem statuti Vrbis *lib. 1.c.131.* Et cum partes, me proponente, Rotæ iudicium exquirerent, hodiè responsum fuit, lucrum deberi.

Et moti sunt Domini, tàm ex dispositione eiusdem Statuti, quàm ex pacto in Capitulis matrimonialibus inito, de seruando Statutum Vrbis circa quartum dotale.

2 Ex dispositione Statuti, quia † ibi expresse cauetur, vt altero ex coniugibus præcedente, superstes lucretur quartam partem dotis, per viam donationis propter nuptias, seù dotalis lucri, quod pactum semper in instrumentis dotalibus
3 censeatur appositum, nisi † expresse de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conuentum:
4 vnde insurgit præsumptio, vt partes † censeantur semper se conformasse cum huiusmodi Statuto, dum expresse contrario pacto remissa non apparet dicta lucri dotalis acquisitio, vt dixit *Rota coram bon. mem. Cardinali Caual. decis. 318. nu. 3. & in Romana census 8. Nouembris 1613. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, impressa apud Pacific. de Saluian. decis. 88. num. 5.*

5 Et quàmuis, vbi forensis ducit vxorem illico † in patriam traducturus, non ampliùs attendatur Statutum loci vxoris, & in quo contractum fuit matrimonium, sed attendendum sit Statutum loci Mariti, quo mulier contractura est domicilium, ad *l. exigere, & ibi Scribentes communiter, ff. de iudic. Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 14. num. 1. & seqq. Thesaur. Iun. quæst. forens. q. 6. num. 6. lib. 2. Gratian. discep. forens. cap. 609. num. 24.* Attamen hęc conclusio non sibi lo-
6 cum † vindicat, quotiescunquè dòs restituenda est non ipsi vxori discessuræ, sed patri, vel alteri dotanti, prout in casu præsenti, & sic Statutum Vrbis, non Tudertinum attendi debet, cum Dominus Melchior fixas ædes Romæ habeat, nec subijciatur Statutis Tudertinis, ita *Bald. in l. vnica, num. 3. versic. item non habet locum, C. de priuileg. dot.* asserens, id
7 ex ea ratione procedere, quia Pater † seù extraneus dotans non transfertur in forum, & domicilium viri, *Felin in capit. 1. num. 27. de sponsal. Ias. in leg. cunctos populos, in prima lectur. num. 28. versic. tertiò limita. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Purpurat.* qui testatur de communi in
8 Patre, † Matre, & quouis alio, in dicta *l. cunctos populos, ex num. 146. Roland. de lucr. dot. quæst. 17. numer. 2. & 3. Phanuc. eodem, tractat. gloss. 9. nume. 33. Campeg. de dot. parte 5. quæst. 10. Carpan. ad Statut. Mediolanen. capit. 298. numer. 220. Alderan. Mascard. de gener. interprat. Statut. conclus. 7. num. 66.* vbi de communi, *Menoch. consil. 672. num. 3. Aldouin. consil. 85. num. 30. Bim. consil. 150. num. 72.*

Sed pactum est clarum, (& hoc motiuum Dominis magis placebat) quia in Capitulis matrimonialibus expresse dicitur, *Rimettendosi nel resto alla dispositione del Statu-*
9 *to in materia di successione, e del quarto*; vnde ab hoc † pacto non est recedendum, quicquid esset, si illud non fuisset initum, vt in specie obseruant *Felin. in cap. 1. nun. 30. de sponsal. Barbat. consil. 4. num. 7. versic. prætereà est aduertendum, lib. 2. Cassan. consil. 7. sub nu. 4. Suarez. ad ll. Regias tit. de las grauinas, nu. 42. versic. secundò limitabis. Barbos. in d. l. exigere dotem 65. nu. 107. ff. de iudic. Alderan. Mascard. de gener. interprat. Stat. dicta conclus. 7. num. 61. ad med. Bim. d. consil. 150. num. 56. Aldouin. d. consil. 85. nu. 11. ad fin. Cardin. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 14. num. 9. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 7. num. 57. versic. declara non procedere.*

Non obstat, quod hæc remissio importet simplicem enunciatiuam dispositionis Statuti, & sic per pactum intelligantur partes se remisisse ad Statutum, quatenùs statutum de sui natura, & in tali casu locum obtineret. Quoniam hæc interprætatio non potest admitti: hoc enim posito, relatio, & remissio ad statutum esset omnino ociosa, & frustra partes se remisissent, si etiam omissa tali remissione, & relatione, statutum adhuc eodem prorsùs modo deberet attendi; sed immò, & menti, & verbis contrahentium magis con-
10 gruit, vt omninò se statuto voluerint † conformare, & iuxta terminos illius pacisci acquisitionem lucri dotalis, sequè subijcere nexui iurisdictionis statuentium Romanorum, quatenùs etiam aliàs ipsum statutum tali casu eos non ligasset, vt in specie considerant *Alex. cons. 150. num. 2. vers. quinimò dato, & nu. 3. lib. 2. Fulgos. cons. 203. col. 1. post med. versic. tanto magis,* asserens, relationem huiusmodi opera-
11 ri, ac si nominatim pacto conuentum sit, † quod à lege municipali est dispositum circa lucrum dotis, *Dec. cons. 195. nu. 1. ad med. Phanuc. de lucr. dot. glos. 9. c. 35. versic. non est verum, Torniel. consil. 49. num. 5. ad fin.* vbi, quod stante huiusmodi relatione est, ac si fuerit expresse deductum in pactum, quod disponitur à statuto, quod idem scripsit *Rimin. Iun. consil. 16. num. 17.* & in indiuiduo relationis habitæ ad statutum Vrbis, in casu quo maritus erat forensis, respondit *Rota in Romana fructuũ dotis 27. Februarij 1606. coram Penia, quæ est decis. 106. num. 3. par. 3. recent.*

Quibus accedit, quod Capitula matrimonialia, Romæ fuerunt inita inter Dominum Melchiorem patrem Dominæ Catherinæ, & Alexandrum maritum, & Matthæum illius fratrem, atq; etiam Aequitem Ioannem Andream mediatorem, qui pro Martio absente, patre dicti Alexandri, se subscripsit, seq; obligauit, & postquàm dicta Capitula Tudertum, vt à dicto Martio subscriberentur, fuerũt transmissa, & antequàm restituerẽtur subscripta D. Melchiori, prædictus Aeques mediator nomine Alexandri, Matthæi, & eiusdem Martij reclamauit à dicto pacto, circa quartum dotale, vt ipse mediator deponit, & tamen postea restituta fuerunt eadem Capitula D. Melchiori munita subscriptione Martij; vnde assequimur, quod quatenùs etiam reclamatum fuisset à dictis Alexandro, Matthæo, & Martio, & à Statuto Vrbis resilire isti tentassent, attamen deindè recesserunt ab hac reclamatione, & hæserunt Capitulis, & Statuto Vrbis circa quartum dotale; alioquin, vel ea lacerassent, vel certè non restituissent D. Melchiori subscripta ab eodẽ Martio absente; & in omnem euentum verbis non dubijs decla-

declarassent in instrumento, quod non attenderetur Statutum Vrbis, & dictum Capitulum circa quartum dotale expressè reuocassent.

13 Neque obstat, quod nouissimè in instrumento † dotali recessum fuerit à Capitulis, dum ibi dicitur, maritum hypotecare, promittere, conseruare, & in quibuscunquè casibus dotem restituere, iuxtà dispositionem iuris communis, & ideo non amplius Statutum Vrbis, sed ius commune attendi debeat; quoniam re vera, nec recessum fuit à Capitulis matrimonialibus, nec recedi poterat.

Non fuit recessum, se compatiuntur enim, & insimul cōueniunt, quod debeatur quartum dotale, & in hoc attendatur Statutum Vrbis, vt dicitur in Capitulis matrimonialibus, & tamen quod fiat restitutio dotis, iuxta dispositionem iuris communis, vt dicitur in instrumēto, nempè circa modum, & tempus restitutioni præscriptum à iure communi.

14 Distinguuntur quippè inter se, imò differunt dos, † & quartum dotale, qua data compatibilitate cessat repugnantia, ex traditis per *Alex.cons.193.num.3.lib.6.Crauet.cons.167.num.5.Siluan.cons.62.num.22.Rot.decis.571.num.2.par.1.*

15 *diuers.* estq; facienda omnis † interpretatio pro euitanda contrarietate inter Capitula matrimonialia, & instrumentum, *Bald.cons.465.num.5.lib.5.Dec.consil.195.sub num.3.Crauet.cons.70.num.5.& 18.*

Et opus esset, quod clarioribus verbis contrahentes expressissent se recedere à pacto inito in ijsdē Capitulis ma-

16 trimonialibus, † à quibus in tantùm dicitur recessum, in quantùm disertis verbis fuit expressum, *Dec. dicto consil.195.num.3.versi.sed tamen prædictis, Paul.Montepic.consil.62.num.17.ad med.& seqq.Torniel.cons.49.nu.35.vers.& dicta.& versic. & si alia fuisset,* semper enim censentur contrahentes permansisse in prima voluntate, & si quid est

17 omisum in posteriori instrumento, † ex errore id præsumitur, & plus dictum, quàm scriptum intelligitur, *Alexan.consil.122.num.2.lib.2.& consil.356.num.9.lib.6.* vbi quod

18 Capitulis, & † contractui est inhærendum, quippè quod hæc propriè fiunt à partibus, instrumentum verò à Notario, *Card.Zabarell.consi.111.num.1.Surd.decis.71.num.4.seqq.& cons.202.num.19.Paul.Montepic.cons.52.num.19.Adden.ad san.mem.Greg.XV. decis.168.num.8.* & fuit dictum in *Romana fructuum dotis* 10. *Iunij* 1606 *coram Penia, quæ est decis.59.num.12.par.4.recent.* & in eadem causa sub die 10. *Martij* 1608. *coram eodem Penia,* vbi quod

19 semper † est recurrendum ad Capitula tanquàm ad matricem, & originalem conuentionem, & vbi in instrumento

20 contrarium disponitur, † quàm fuerit à cōtrahentibus prius firmatum in Capitulis, solet vt plurimum, vel in instrumento de hoc recessu fieri mentio, vel ipsa Capitula deleri, aut laniari.

Aliquibus etiam ex Dominis placebat interpretatio, vt pro excludenda repugnantia, dum in instrumento dicitur, vt circa restitutionem dotis attendatur dispositio iuris cōmunis, intelligatur de iure communi municipali, appella-

21 tione † enim iuris communis propriè venit statutum, vt tradunt *Bald.in l.vnica,num.22.ad fin. vers. quinimò dico, C.de confess.Ias.in l omnes populi,num.5.& ff.de iust.& iur. Soccin.Sen.cons.81.sub num.3.ad fin.versic.ad prædicta facit,Curt.Sen.cons.46.num.15 post med.Surd.consil.343.nu.7.Modern.Foroliuien.de legitim.lib.3.tit.1.q.18.num.72.& 76.* qui testatur de communi, & infert ad casum premissionis restituendæ dotis secūdùm ius commune, & censuit *Rota in Romana legitimæ 21.Iunij 1611.coram bon.mem. Cardinali Sacrato.*

Sed verè non adest repugnantia, vt supra dictum fuit,

22 quia † & ius commune circa restitutionem, nempè modū, & tempus attendi potest, circa verò acquisitionē, & quantitatem lucri dotalis, statutum Vrbis seruari debet, solumq; dicuntur contraria, quæ ita inuicem pugnant, vt mutuo se expellant, *ad l.1.C.de furt.Neuiz.consil.66.num.51.Surd.cons.230.num.13.& decis.24.num.10.* Siquè alier sensisset Martius, nec ita simpliciter subscripsisset apochę matrimoniali, nec ambiguis verbis vsus fuisset in instrumento, dum sciebat expresse in apocha matrimoniali cautū esse, vt quò ad quartum dotale, Stat. Vrbis attenderetur, neq; D. Melchiori restituta fuissent dicta Capitula ab eodem etiam Martio subscripta, & benè applicantur tradita per *Surd. d. decis.71.num.4.& per tot.& in d.Romana fructuum dotis 10.Iunij 1606.coram bon.mem.Penia.*

Neq; obstat depositio mediatoris metu censurarū facta, quod ipse nomine Alexandri, Matthæi, & Martij reclama-

23 uerit à pacto inito, circa quartum dotale, quoniā ille † non fuit repetitus cum interrogatorijs, vt opus erat, iuxta tradita per DD. *in c.per tuas, vbi Felin.num.2. de testib. Abb.in c.cum causam,n.6.eod.tit.Costa de iur.& fact.scient.& ignorant.cent.2.dist.55.num.11.Rota coram bon.mem. Cardin. Caualerio decis.21.num.3.& in Tiburtina dotis 22.Iunij 1629.coram Reuerendiss.D.meo Decano,* & illius dictum e-

24 liditur ex depositione † alterius testis magis informati, qui luculentiùs rem totam exponit, & asserit, reclamasse quidē Matthæum, Alexandri fratrem, qui se in eisdem Capitulis subscripserat, & obligauerat, sed ipsum D. Melchiorem adhuc enixè perstitisse in pacto, vt seruaretur Statutū Vrbis circa quartum dotale; & ideo depositio mediatoris non respicit, nec probat aliud, quàm dictam reclamationem, &

25 tractatum, ministerio eiusdē mediatoris peractum, debet † autem attendi conclusio, non tractatus, *Alex.cons.28.num.66.lib.5.Surd.decis.71.num.1.& consil.202.num.5.* vbi loquitur de teste, *Rota decis.104.num.6. par.2. diuers.* Et vt supra obseruatum fuit, assequimur partes voluisse persistere in iam conuentis circa quartum dotale; quia dictorum Capitulorum matrimonialium fuerunt confecta duo exēpla, quorum vnumquodq; originaliter subscriptum ab alterutris contrahentibus, remansit pœnes eos; & sanè post reclamationem factam à mediatore nomine Matthei, Alexandri, & Martij, non restituissent D. Melchiori capitula à Martio etiam absente subscripta, si à pacto circa quartum dotale recessum fuisset.

26 Nec etiam potuit recedi à Capitulis, quia, † si ius quæsitum fuit D. Catharinæ per dictum pactum de acquirendo lucro, D. Melchior non potuisset posteà auferre hoc ius, & præiudicare D. Catharinæ, *l si mulier dotis, l.cum maritus, ff.de pact.dotal. Guttierez quæst.ciuil q.126.num.2. Giurb. ad consuetud. Messan.c.1.gloss.8.num.42.* & fuit dictum in *Romana dotis 1.Iulij 1611.coram Reuerendiss.D.meo Decano,* & in terminis bene *Rota decis.741.num.2.part.4.diuers.* Quod maximè dicendum est in D. Melchiore, qui & parens est, & egregius Iurisconsultus; illum enim paterna charitas monebat, ne filiam vellet lædere, iuris scientia, vt intelligeret se non posse.

Et ita, vtraquè parte informante, resolutum fuit, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Firmana Spolij.

Die Veneris 16. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Agens actione spolij, vt obtineat, quid probare debeat. Alienatio rerum minoris, non sustinetur, si causa reperiatur falsa. Error in contractibus, quid operetur. Accollatio, quando perinde est, ac si non esset promissa.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum minorum facta ex falsa causa, nulla est, & num.6.*

2 *In spolio primum extremum, benè probatur ex instrumento cum clausula constituti.*

3 In

3 *In spolio secundum extremum probatur ex litis, sustentatione.*

4 *In spolio extrema necessaria sunt, possessio spoliati de præterito, & possessio spoliantis de præsenti.*

6 *Error in contractibus potest remouere consensum ab actu.*

7 *Ita vt, nec attendatur iuramentum in eis interpositum, & hoc casu nulla admittitur limitatio.*

8 *Possessio non transfertur ex defectu consensus, & tunc agi potest remedio recuperandæ, & num. 9.*

10 *Contractus minoris, an reddatur nullus, si ex pluribus causis in eo adductis, vna reperiatur falsa.*

11 *Causa, in venditione, rerum minorum, si non subsistat, contractus vitiatur in totum.*

12 *Clausula, constituti, transfert possessionem in emptorem.*

13 *A possessione cadens facto proprio, non potest agere remedio reintegrandæ, vide num. 14.*

15 *Accollatio, si sit promissa, perindè est, ac si non esset facta, si nunquàm fuit deducta ad aliquam certitudinē per indicationem alicuius debiti.*

16 *Accollationi, quando non sit locus, & num. 17.*

18 *Indemnitatis releuatio, quid operetur.*

19 *Et ad quæ extendatur.*

20 *Intimatio facta post actum consummatum, non potest parere aliquem effectum.*

DECISIO CCLI.

TRoilus Raccamadorus de anno 1587. nuptui tradidit Hieronymam eius filiam Anibali Adamo, cui pro dote soluere promisit Florenos tres, mille, & ad alios Florenos bis mille teneri voluit Alexander eius Nepos.

In exequutionem igitur suæ promissionis dictus Troilus soluit d. Anibali in pluribus vicibus Florenos 2900 itaut per totum annum 1591. solum remanserit debitor in Flor. centum, & Anibal dictas pecunias recepit, non obstante, quod vsquè de anno 1588. vna cum Galeotto eius Patre, cessisset Marco Antonio Iuliuccio scuta mille tanquàm sibi debita à Troilo ex causa prædictæ dotis Hieronymæ, & per hanc cessionē Iuliuccius de anno 1590. eundem censm assignasset in dotem Aequiti Torquato nobili, qui cum singulis annis exegerit scuta 80. annua pro fructibus, tandem de anno 1604. eundem censum retrocessit eidem Iuliuccio.

Mortuo interim Troilo, Ludouicus Raccamadorus eius Nepos, dum in decimo octauo ætatis anno reperiebatur. asserens coram Iudice, dicti Troili hæreditatem reperiri grauatam dict. censu scutorum mille, & fructibus decursis, in summa scutorum ducentorum, Intendensquè illam prædicto onere liberare, vendidit eidem Iuliuccio Censuario prædium, de quo agitur pro precio estimando, ad effectum extinguendi censum præfatum, & soluendi fructus.

Verùm cum posteà Ludouicus maior factus certioratus fuisset, quod inter Troilum eius Auum Paternum, & Iuliuccium nunquàm fuerat creatus census, ac proindè alienatio-
1 nem dicti prædij † fuisse nullam, vti factam ex falsa causa, intentauit Iudicium spolij, & causa in Rota introducta, proposito per me dubio, Domini dixerunt Ludouicum esse reintegrandum.

Si quidem, de primo extremo non videbatur dubitandum, cum de antiquiori ipsius possessione appareat ex Instrumento venditionis, per eum factæ ad fauorem Iuliuccij
2 cum clausula, constituti, ex quo † tale extremum bene probatur *Rota diu. decis. 776. num. 11. parte 1. Bononien. bonorum de Zaualijs 4. Iulij 1612. coram bon. memor. Vbaldo.*
3 Et de secundo † constat ex ipsa litis substentatione *Soccin. Iun. consil. 18. num. 17. libro 2. Scapuccin. de vtil. Salu. Interd. lib. 1. quæst. 25. sub num. 9. parte 1. Rota recent. part. 4. decis. 448. num. 4. Rom. Legati 11. Februarij* 1602. *coram*
4 *bon. mem. Card. Sacrato*; Quæ † duo sunt necessaria in hoc Iudicio, vt tradunt *Doct. & præcipuè Abb. in cap. cum ad sedem, de rest. spol. Couar. in reg. possessor par. 3. §. primo, de regul. iur. in 6. Afflict. decis. 327. num. 2. Seraphin. decis. 1055. num. 2.*

5 Quod verò attinet ad causæ falsitatem; † illa visa est indubitanter apparere, ex quo Ludouicus in minore ætate constitutus, vendidit dictum prædium Iuliuccio pro extinguendo censu, & soluendis fructibus, cum tamen hic census non reperiretur in rerum natura, vndè iste error in
6 † venditione potuit remouere consensum ab actu, *per tex.*
7 *in l. error. ff. de iur. & fact. ignor.* itaut nec etiam † attendatur Iuramentum, vt tradit *Paris. consil. 20. num. 114. lib. 1. Curt. Iun. consil. 131. num. 13. versic. prout etiam, Rota decis. 540. num. 8. par. 2. recent.* nec admittitur aliqua limitatio, vt signanter aduertit *Dec. in l. nihil consensu, 116. §. non videtur num. 2. versic. & ista regula, ff. de reg. iur. Gregor. decis. 179. num. 5.*

8 Quò circa cum ex † defectu consensus Ludouici, possessio non potuerit transferri in Iuliuccium, vt per *Achill. decis. 15. num. 2. Rota diu. decis. 91. num. 2. parte 2. Seraphin. decis. 638. num. 2. & 3. & decis. 1200. num. 2. Rota in Esina prædij 20. Nouembris 1585. coram bon. memor. Cardinal.*
9 *Pamphilio*, Agi † potuit remedio recuperandæ *Curt. Iun. consil. 131. num. 13 Honded. consil. 22. num. 28. libro 1. Put. decis. 277. num. 3. & 6. parte 3. Seraphin. d. decis. 638. num. 2. & 3.*

Nec refragatur, quod quando etiam causa census sit fal-
10 sa, † nihilominùs contractus venditionis debeat sustineri, ex quo non reperiuntur falsæ aliæ causæ, nimirum quod hæreditas Troili esset grauata magno ære alieno, Respondetur enim quod causa census non solum fuit principalis, sed etiam vnica, dum fuit conuentum, quod precium dicti prædij ex computarentur in sortem, & fructus dicti cēsus, & pro residuo Iuliuccius emptor teneretur consignare tot census Ludouico Venditori, quæ quidem consignatio Residui in tot censibus, credendum est, in tantùm fuisse deductam in stipulationem, in quantum, vel alia debita non aderant, vel saltem creditores non vrgebant, nam si instetissent pro satisfactione non fuisset pacta receptio residui in tot censibus, sed in pecunia numerata, & inde manifestè apparet, quod exstinctio dict. census fuit causa vnica vendi-
11 tionis, † qua propter cum non subsistat meritò contractus annullatur in totum, *Roland. consil. 7. num. 86 & seqq. lib. 3. Rimin. Iun. consil. 5. num. 210. lib. 1. Ciriac. contr. 157. num. 17. & seqq.*

Nec obstat, quod Ludouicus vendendo dictum præ-
12 dium † cum clausula constituti, quod transfert possessionem in emptorem, videatur facto proprio à possessione
13 cecidisse, † cui propterea non competit remedium reintegrandæ *Rip. in cap. sæpe num. 14. & ibi Butr. Imol. & alij de rest. spol. l. cum alleg. per Menoch. de recuperand. remed. 17. numer. 14. & fuit dictum in Romana Spolij domorum 4. Maij 1611. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto*, & aliàs passim.

Quia respondetur hanc regulam procedere in contractu
14 † nullo ex defectu solemnitatum à iure requisitarum, non autem quando contractus est nullus ex defectu consensus, vt est in casu nostro, per supradicta.

Nec releuat, quod dictus Troilus Auus, & Auctor Ludouici in Capitulis matrimonialibus ad computum dd. Florenorum trium millium promissorum Anibali Auctori Iuliuccij in se sucepit onus extinguendi censum in sorte scutorum mille, pro quo obligatus esset Romæ, aut alibi, Galeottus ipsius Anibalis Pater, ad rationem octo pro cente-
15 nario. Quia cum ista susceptio, nunquàm fuerit deducta † ad aliquam certitudinem, per indicationem, aut specificationē census, est, ac si non fuisset facta, *l. sed, & quid, §. interdum, de vsufru. & l. duo sunt Titij, de testam. tutel. Gratian. for. discept. 324. sub num. 16. Greg. decis. 386.*

Et tollitur penitus difficultas, quia cum pecuniæ, ad quarum computum Troilus suscipiebat in se onus extinguendi censum, fuerint postea eidem Galeotto solutæ, itaut solùm remaneremanere-

remanremanre

remanserit obligatus pro Florenis centum nō erat amplius
16 locus † alicui accollationi ad *trad. per Castr. in l. 1. nu. 9. C. de pact. inter empt. & vend.* Satis enim est fuisse solutum
17 † debitum in quantitate, vt residuū illius non esset proportionatum oneri, pro quo processum fuit ad venditionem, *l. quod si rena, ff. de in diem adiect. Surd. consil. 104. num. 8. & seqq. Gratian for. discept. 301. num. 57.*

Minùs facit, quod cum dictus Anibal esset Creditor Alexādri in Florenis duobus millibus, ex quo Troilus de anno 1590. promisit releuare indemnem dictum Alexandrum: Quia respondetur; quod cum nihil fuerit actum nomine Alexandri, non potest haberi vlla ratio huius debiti, nec d. cessio potest vllo pacto verificari in Florenis duobus millibus debitis per Alexandrum vigore releuationis factæ per Troilum, Quia releuatio secuta est de anno 1590. & cessio facta fuit de anno 1588. de quo tempore Troilus non dum releuauerat, & quando etiam releuatio antecederet cessionem, nihil penitùs operaretur, ex quo per illam non datur aliquod ius Creditori, vt vigore ipsius promissionis potuerit agere contra promittentem, cum releuatio indemnitatis
18 solùm † operetur, quòad promittentem releuare, & releuatum, *Alex. cons. 114. in princ. lib. 3. Boer. decis. 22. num. 4. ante fin. Rota post. Cenc. de censib. decis. 33.* ante primum n. vers. sed dato in proposito, Quod procedit etiam quod in releuatione adsit obligatio Cameralis, quę habet clausulam
19 pro omnibus, quorum interest, aut interesse poterit, † quia principalis Creditor in hac promissione non habet interesse, sed habente interesse hæredes illius, cui facta fuit promissio releuationis indemnitatis, *Rota post Cenc. d. decis. 33. num. 3.*

Nec debet attendi, quod cum Troilus de tempore cessionis esset debitor Anibalis in Flor. 2100. post cessionem non potuit illos soluere cedenti, sed Iuliuccio Cessionario, quia hoc procederet si Iuliuccius intimasset Troilo d. cen-
20 sionem, antequàm soluerit, † sed cum intimatio facta fuerit de anno 1591. & sic post solutionem dd. Flor. 2900. non potuit parere aliquem effectum, *iuxta text in l. 3. C. de nouat. Bero. consil. 178. num. 3. & seqq. lib. 1. Gabr. consil. 155. num. 29. lib. 1. Surd. decis. 23. num. 5. & 6.*

Et ita fuit decisum vtraque parte, &c.

R. P. D. MERLINO.

Valentina Iuris sedendi.

Die Veneris 16. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Præpositi alicuius Ecclesiæ Collegiatæ, quando habeant ius occupandi sedes vacuas Canonicorum absentium.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, immediatè, quid importet, & num. 4.*
2 *Dictio, post, designat continuationem, & adhærentiam quocumque reiecto medio, ac intermedio.*
3 *Exceptio firmat regulam in actibus non exceptis.*
5 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*
6 *Qualitas adiecta dispositioni, illam diuersificat, & infert ad plura.*
7 *Priuilegia omnia suppressorum, transeunt in subrogatos.*
8 *Persona subrogata dicitur eadem, cum prima in cuius locum subrogata est, & sub eadem dispositione comprehenditur.*
9 *Dictio, ad instar, stat causatiuè.*
10 *Canonicales sedes sunt fructus Canonicatus, & ideo ad eos solos spectant.*
11 *Chori decentia, potissimum in materia sedendi, attendenda est.*
12 *In Choro non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas.*
13 *Dignitatis æqualitas arguitur ex delatione æqualis habitus, & æquali incessu.*

DECISIO CCLII.

Controuertebatur inter Canonicos, & Præpositos Ecclesiæ Valentinæ præheminentia circa locum sedendi, & super eo; An Præpositi possent occupare sedes vacuas Canonicorum absentium, cùm verò in particularibus, & perpetuis eorum sedibus inferioribus, & distinctis à Canonicalibus residere deberent; Quia controuersia Rotæ decidenda commissa, responsum hodiè fuit, Præpositos posse occupare sedes vacuas Canonicorum, quia eisdem Præpositis fauent literæ Apostolicæ, constitutiones capitulares, & decoris ecclesiastici ritus.

In literis enim erectionis Præpositurarum, de quibus agitur, factæ per fœlicis recordationis Sixtum V. disertis verbis habetur, *vt Præpositi obtinere debeant stallum in Choro, & locum in processionibus Immediatè post Canonicos*, vt in Summario Præpositorum, *num. 1. & 2.* Quod verbum, *Im-*
1 *mediatè*, † importat, vt sessio Præpositorum nullo medio interposito omnimodè adhærere, & continuatè copulari debeat sedibus Canonicorum, *Bald. in l. 1. num. 3. C. de condit. insert. Aretin. consil. 71. num. 3. in fin. versic. nam illud dicitur immediatum, Ruin. cons. 7. num. 7. vers. primo enim, lib. 4. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 125. vers. nam & ea, C. de reuoc. donat. Decian cons. 9. num. 10. lib. 2. Cassan. in cathalog. glor. mundi par. 1. considerat. 16. Caputaq. decis. 21. num. 3. par. 3.* Quam pariter continuatio-
2 nem, & adhærentiam, quocunquè reiecto † medio, ac intervallo, infert dictio, *Post*, ita *Gemin. in cap. 1. num. 8. de restit. spol. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. postea, num. 12. C. de reuoc. donat. Capic. decis. 37. num. 1. & 2.* Et in iisdem literis Apostolicis Præpositis conceduntur omnes præheminentiæ, prærogatiuæ & priuilegia Canonicorum, exceptis Ca-
3 pitularibus, quæ exceptio † firmat regulam in actibus non exceptis, & sic circa locum sedendi, vt scilicet sedere debeant in eodem loco, & eodem modo, prout Canonici, *leg. quæsitum, § deniquè ff. de fund. instruct. Ruin. cons. 41. nu. 9. lib. 2. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 257. num. 4.*

Non obstat, quod in literis Apostolicis Sixti V. adsit restrictio illa, *Iuxtà ordinem ad id eis præscribendum*, &c. quia verba huiusmodi sunt referenda ad ordinem seruandum inter ipsos Præpositos, inter quos Pontifex cogitauit posse oriri differentiam præcedentię, eo quod alqui Theologæ, alij essent Iuris Canonici professores, quas controuersias, prout de iure definiendas, reliquit, non autem referuntur ad ordinem sedendi respectu Canonicorum, nam Præpositis sedem Canonicis immediatam decreuit Sixtus V. vt supradictum fuit.

4 Minùs obstat, quòd verbum, † *Immediatè*, sit referendū ad sedes Canonicales, vt scilicet post ordinem sedum Canonicalium subsequi deberent sedes Præpositorum; quia hæc interpretatio videtur repugnare verbis expressis literarum Apostolicarum, quæ directa sunt in persona Canonicorum, non autem in sedes Canonicales; ibi, *Immediatè*
5 *post Canonicos*, Ideòque præcise † de personis intelligi debent, *iuxtà tradita per Surd. consil. 453. num. 53. cum aliis.* Præsertim verò quia, vt mox deducetur, Canonici non habent particulares, & proprias sedes, & ordinem sedendi ab aliis distinctum.

Ex constitutionibus etiam Capitularibus datis in *Summario num. 4.* deducitur, Præpositos posse occupare sedes vacuas Canonicorum, quoniam ibi statuitur, vt Dignitates in propriis iam ab antiquo designatis cathedris sedere debeant, Canonici verò incontinenti post Dignitates, & post Canonicos Præpositi, & deindè immediatè Beneficiati; Vndè apparet solummodò Dignitatibus assignatas fuisse proprias, & perpetuas sedes distinctas, Canonicis

verò

verò, & Præpositis, destinata fuit successiua, & continua sessio, non autem discreta, & separata, itaut deberent quidem primò sedere Canonici, sed non in loco separato, & disiuncto à sessione Præpositorum, & discretiua illa, ac particularis dispositio de proprijs sedibus Dignitatum, tribuit
6 illius dumtaxat † diuersam speciem, & qualitatem, non communem Canonicis, & alijs, *iuxtà notata per Surd. cons. 202. num. 8. et cons. 321. num. 13. et cons. 366. num. 23.* Quod suadetur ex eo, quod idem est aditus Canonis, & Præpositi ad sedes, nec Præpositi ingrediuntur per diuersos gradus, sed per eosdem omninò, quibus incedunt Canonici ad sedes canonicales signum, quod nullum est discrimen inter sedes Canonicales, & Præpositorum, sed cum sint contiguæ, & annexæ sinè vllo medio, rectè Præpositi subingrediuntur, & occupant sedes Canonicorum absentium ad instar ipsorum Canonicorum.

Non obstat, quod dicta constitutio loquatur de antiquis Præpositis, quoniam in modernos Præpositos subrogatos per Sixtum V. in literis erectionis Præpositis antiquis tran-
7 seunt † omnia priuilegia suppressorum, *vt scripserunt Petr. de Vbald. in tract. de vnion. cap. 2. num. 3. Garzias de benefi. part. 12. cap. 2. num. 10.* & persona subrogata dicitur ea-
8 dem † cum prima, in cuius locum subrogata fuit, & sub eadem dispositione comprehenditur, *§. si igitur defunctus, auth. de hæred. ab intest. venien. Decian. cons. 52. num. 53. lib. 1. Natt. cons. 346. num. 3.* Verbaque illa, *ad instar Præpositorũ antiquiorũ*, relata in literis erectionis stant causa-
8 tiuè, vt scilicèt Præpositi moderni debeant † sedere immediatè, & incontinenti post Canonicos, quemadmodùm sedebant Præpositi antiqui, *ex traditis per Rotam decis. 171. n. 4. part. 1. diuers. cum alijs.*

10 Nec releuat, quòd sedes canonicales † sint fructus Canonicatuum, & ideò ad solos Canonicos spectent, *ex Seraph. decis. 953. num. 2.* Quoniam admittitur ad solos Canonicos spectare, quando ipsi intersunt, sed in casu illorum absentiæ debent admitti Præpositi, qui nullum præstant impedimentum, aut præiudicium Canonicis, nec eos ab hoc fructu sedis excludunt.

Demùm Præpositis suffragatur etiam decoris Ecclesiastici ritus; quoniam cum ipsi Præpositi eundem deferāt habitum cum Canonicis, cumque illis incedant in processionibus sinè discrimine loci, nulloq. interiecto medio, & posset dari casus notabilis distantiæ inter Canonicos ipsos, & à Dignitatibus ob Canonicorum absentiam, vtiquè hæc omnia
11 repugnarent decentiæ Chori, † quæ potissimùm in hac materia sedendi est attendenda, *Rot. decis. 411. num. 2. part. 2. recent.* discretaquè, & distans, quæ contingere posset inter Canonicos sessio, Piorum interessentium oculis, & animo non satisfaceret, & forsan præberet ansam inde arguendi in eisdem Canonicis, & Præpositis discrepantium animo-
12 tum vnum non cohærentium, in † Choro autem non debet esse aliqua dispersio, sed coniunctissima vnitas, *vt dixit Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 197. num. 4.*
13 Et æqualis habitus delatio, & † incessus in processionibus æqualem exigit, & præheminentiam in sedendo, arguntque Dignitatis æqualitatem, itaut ab vno benè inferatur ad alium, *ex traditis per Gemin. in cap. vt Apostolicæ, num. 2. vbi Franch. num. 2. de priuileg. in 6. Boer. in tract. de auctorit. magn. Concil. num. 29. et 42. Gratian. discept. forens. cap. 845. num. 5. et in Cæsaraugustana preheminentiarum 29. Nouembris 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit.

¶ In eadem causa habes infrà aliàs decisiones idest sub die 12. Iunij 1634. coram eodem R. P. D. Merlino, & sub die 15. Decembris eiusdem anni coram R. P. D. Ghisilerio.

R. P. D. MERLINO.

Burgeñ Iuris præsidendi.

Die Sabbati 19. Nouemb. 1633.

ARGVMENTVM.

Plectendi potestas, cum iurisdictioni sit cōnexa, & cohęreat, atquè ab ea nunquàm separetur, ideò cōcessa iurisdictione, dicta etiam potestas dicitur concessa, nam aliàs sine ea, iurisdictio esset inanis, & elusoria & absquè ea non defenderetur à ludibrio, & contemptu non obtemperantium.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictione mandata, aut concessa transferuntur ea omnia, sine quibus iurisdictio, nec esse, nec expediri potest.*

2 *Iurisdictione concessa, censetur etiam translata modica coerctio, hoc est potestas plectendi, & coercendi contumaces, & inobedientes, & eos, qui ius dicenti non obtemperant.*

3 *Iurisdictione mandata priuato, etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari.*

4 *Imperij verborum significat modicam coerctionem sine qua nulla, & inanis, & elusoria esset iurisdictio.*

5 *Potestas plectēdi, iurisdictioni semper cohæret, nec ab ea nunquàm separatur, cum sine ea iurisdictio non potest expediri. num. 6.*

7 *Iurisdictione mandata censetur etiam concessa, nedum verbalis coerctio, sed & personalis, ac realis mulcta, vinculis, & verberibus, tanquàm effectus mixti imperij, cum iurisdictione cohærentis.*

8 *Pœnæ, & mulctæ, iurisdictionis, & legum sunt custodes, & famulos eruditè docent.*

9 *Iurisdictio non potest consistere sine mulcta, & sine ea magna esset peccandi illecebris transgressionum nutrix, & bonorum etiam ingeniorum corruptela.*

10 *Ius mulctandi est cum iurisdictione complicatum, & necessarium est præsidium datum ius dicentibus, ad propriam iurisdictionem tuendam.*

11 *Et hoc nedùm de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico.*

12 *Mulcta est proprium remedium, vt contumax pareat, & nè ius dicentium decreta contemnantur, eorumque deludatur auctoritas.*

13 *Ius in Ecclesia, vel in Choro exercenti competit, & mulctæ indictio.*

14 *Iurisdictio etiam sine coerctione, & mulcta datur.*

15 *Capit. cum contingant. de for. competent. quando procedat. & num. 17. & 20.*

16 *Correctio est semper connexa iurisdictioni, & ab ea inseparabilis, quomodò acquiratur iurisdictio.*

18 *Iurisdictio potest competere sine coerctione spirituali.*

19 *Iurisdictio nec esse, expedire potest, sine aliqua coerctione temporali.*

21 *Excommunicatio est magna coerctio.*
22 *Coerctio modica, est illa, quæ fit per pignorũ captionem, vel similia.*
23 *Magistratus minores, & municipales, licèt mulctæ indictionem non habeant propriè:*
24 *Attamen habent aliquam coerctionem nempè pignorum capionem, qua iurisdictionem suam expediunt, & defendunt à ludibrio, & contemptu non obtemperantium.*
25 *Magistratus etiam minores possunt irrogare incidenter mulctas, ad defensionem iurisdictionis sibi concessæ.*
26 *Manutentio non datur, nisi ad limites possessionis.*
27 *Iurisdictio aliquid faciendi, sat est vt doceatur, ad hoc vt consecutiuè veniat, & mulctæ indictio, tanquam connexa, & cohærens iurisdictioni.*
28 *Iuris mulctandi possessio, comprehenditur sub causa vniuersali iuris dicendi.*
29 *Ad Manutentionis effectum magis attenditur causa vniuersalis actus, & iurisdictionis actus, quàm illius exercitium.*
30 *Ius, & causa vniuersalis non suffragatur ad effectum manutentionis totius, quoties alius reperitur in possessione particulari alicuius actus.*
31 *Possessio non probatur ex actibus non effectum sortitis & sinè scientia eius, qui iàm reperitur in possessione.*
32 *Iurisdictio si non competat priuatiuè alicui, alius probata eius possessione potest manuteneri cumulatiuè.*
33 *Archipresbyter non habet ius mulctandi.*
34 *Decis. 129. par. 5. diuers. declaratur. & num. 36.*
35 *Pœnæ indictio spectat cuicumquè habẽti iurisdictionem, tanquàm appendix, & accessorium ipsius iurisdictionis.*
37 *Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis, habet longè maiorem iurisdictionem, quàm habet Archipresbyter ruralis.*

DECISIO CCLIII.

PLVRIBVS decisionibus decretum fuit Decano Burgensi mandatum de manutenendo in iure, & quasi possessione præsidendi in Choro, & silentium indicendi, sub quo mandato cum ambigeretur, an veniret etiam ius mulctandi, & coercendi non obtemperantes eidem Decano, ius suum exercenti, consulta Rota pro declaratione, affirmatiuè respondit.

Quoniam concessa, aut mandata iurisdictione, transfe-
1 rũtur ea omnia, † sinè quibus iurisdictio nec esse, nec expediri potest, ex responso *Casij I. C. relato in l. 2. ff. de iurisd.*
2 *omn. iud.* & sic translata etiam censetur † modica coerctio, hoc est potestas plectendi, & coercendi contumaces, & inobedientes, & eos, qui ius dicenti non obtemperant, vt respondit Papinian. *in l. 1. §. vlt. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio*, ibi *Paulus notat*, & *Imperium quod iurisdictioni cohæret mandata iurisdictione transire, quod verius est*, & dictũ Pauli responsum habetur *in l. fi.*
3 *§ fi. ff. eod. tit.* ibi, *mandata iurisdictione † priuato etiã imperium, quod non est merũ, videtur mandari.* Cuius, *Im-*
4 *perij*, verbo tradunt † ibidem scribentes significari modicam coerctionem, sinè qua nulla, inanis, & elusoria esset iurisdictio, vt subditi *Paulus in dict. l. fin. §. fi. ff. de eo cui mandata est iurisdictio*: Et propterea potestas plecten-
5 di iurisdictioni † semper cohærer, nec ab ea vnquàm se-
6 paratur, quia sinè ea iurisdictio † expediri non potest, vt eleganter explicant *Cuiac. in leg. 1. ff. de offic. eius. Petr. Faber. in l. nemo potest. ff. de reg. iur. Alciat. lib. 2. paradox. cap. 1. numer. 2.* vbi *contrariam antiquiorum explicationem refellit, Menoch. cons. 189. num. 16. benè Bellon. iun. de mandata iurisdictione capit. 8. quæs. 15. per tot. &*
7 *præsertim num. 16. & seqq.* vbi mandata iurisdictione † concessam censeri, nedùm verbalem coerctionem, sed & personalem, ac realem, mulctam, vinculis, & verberibus tanquàm effectum mixti imperij cum iurisdictione cohærentis plenè, probat, & *Borel. de magistrat. lib. 2. cap. 8. nu.*
8 *1. & seqq.* qui mulctas, & penas iurisdictionis, † & legum esse custodes, & famulos eruditè docet, & pleniùs *Mastrill. de Magistrat. libr. 3. cap. 10. num. 343. & seqq.* vbi testimonijs à sacra pagina, & è Philosophorum monumen-
9 tis depromptis firmat, † iurisdictionem non posse consistere sinè mulcta, & sinè ea magnam esse peccandi illecebrã, transgressionum nutricem, & bonorum etiam ingeniorum corruptelam, *& in Commentar. ad indult. general. capit. 18. num. 3. & 10. & seqq. post Roland. cons. 47. lib. 1. Me-*
10 *noch. & alios asserit* ius mulctandi esse cum † iurisdictione complicatum, & necessarium esse præsidium, datum ius dicentibus ad propriam iurisdictionem tuendam, nedùm à iure ciuili *in l. vnica. ff. si quis ius dicenti non optemper. & leg. 2. ff si quis in ius vocat. non ierit, atquè alijs legibus*
11 *suprà allegatis* verùm † etiam à iure canonico *in cap. 1. de dol. & contumac. cap ex literis, c. præterea, de offic. de leg. capit. Ghilisarius, capit. inter. 23. quæst. 4.* vbi scribentes
12 notant, mulctam esse † proprium remedium, vt contumax pareat, & ne ius dicentium decreta contemnantur, eorumque deludatur authoritas, & in terminis, de quibus agi-
13 tur, quod exercenti † ius in Ecclesia, vel choro competat, & mulctæ indictio, censuit *Rota apud Card. Seraph. decis. 639. n. 8. & apud san. mem. Greg. XV. decis. 66. n. 14.*

Nequè aduersatur prædictis. *tex. in cap. cum contingat. de for. compet.* vbi Doctores communiter notant, darie-
14 tiam † iurisdictionem sinè coerctione, & sinè mulcta, &. sequutus est *Alex. in leg. 2. num. 4. ff. de iurisd. omn. iud* Quoniam quicquid sit de responsione allata *per Abbat. ibi num. 15. & Ioan. de Imol. num. 2.* quam, & amplectitur *Alex. vbi suprà*, vt scilicèt dispositio *d. cap. cum contigat*,
15 † procedat in iurisdictione quæsita per prescriptionem, vel ex iure speciali, quæ responsio non videtur tuta, quia, si
16 coerctio † est semper connexa iurisdictioni, & ab ea inseparabilis, quoquomodò acquiratur iurisdictio, dicitur etiam competere coerctio, & mulcta.

Placuerunt aliæ responsiones, & primò, quod dictus tex-
17 tus † intelligitur de coerctione spirituali, sinè qua potest
18 iurisdictio † consistere, non autem de aliquali coerctione
19 temporali, sinè qua nec esse, † nec expediri potest iurisdictio, ita sunt interpretati dictum *text. in cap. cum contingat, Anchar. ibidem num. 6. in fin. Hostien. num. 1. verb. coercere, Io. Andr. n. 4. Io. de Anan. num. 2. Socc. iun. nu.*
20 *5.* qui Doctores subdunt, quod † aliter intelligendo dictus textus expresè repugnaret *cap. 1. & cap. ex literis. de offic. deleg. & l. fin. ff. de offic. eius &c.*

Secundo etiam arrisit responsio, vt dictus textus sit in-
21 telligendus de magna coerctione, qualis est † excommu-
22 nicatio, non autem de modica coerctione, † vt per pignorum captionem, vel similem, *ita Hostiens. in d. c. cum contigat, sub num. 1. Io. Andr. numer. 4. Card. Zabarell. num. 9. Anchar. sub num. 6. Butr. sub num. 14. Soccin. iun. sub num. 5. in fin.* quemadmodùm dicitur de minoribus, &
23 municipalibus Magistratibus, † qui licèt mulctæ indictionem propriè non habeant, vt plenè probat *Bellon. Iun. de mandata iurisdictione, cap. 8. quæst. 16. num. 21. & seqq.* attamen habent aliquam coerctionem, nempè pignorum
24 captionem, † qua, iurisdictionem suam expediunt, & defendunt à ludibrio, & contemptu non obtemperantium, *vt per Bellon. d. cap. 8. quæst. 16. num. 68. & seqq. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. c. 10. num. 344. & 345. vbi post afflı-*
25 *ctum* asserit etiam minores Magistratus † posse mulctas irrogare incidenter, ad defensionem iurisdictionis sibi concessæ.

Non obstat non probari quasi possessionem Decani
26 mulctandi contumaces, & manutentio † non detur nisi ad limites

limites possessionis; quoniam sat est probari iurisdictionem
27 indicendi silentium, cum qua consecutiuè † venit, & mulctæ in dictio, tanquam connexa, & cohærens iurisdictioni, iuxtà tradita *per Castrens. consil. 110. num. 2. & 3. lib. 1. cum*
28 *alijs supra deductis*, & possessio iuris † mulctandi compræhenditur sub causa vniuersali, ius dicendi in Choro, adeò vt ad effectum manutentionis magis attendatur cau-
29 sa vniuersalis, † & iurisdictionis, quam illius exercitium, *iuxtà notata per Abbat. in consil. 71. num. 2. lib. 2. Decian. consil. 22. num. 33. & 34. lib. 1. Card. Seraph. decis. 1047. sub num. 2. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 557. num. 2. vbi Add. num. 6.*

Nec subsistit, quod non suffragetur ius, & causa vniuer-
30 salis, † quotiès alius reperitur in possessione particulari alicuius actus, vt sūt quatuor Iudices in possessione iuris mulctandi; Quoniam, omisso quod non videtur probari hæc
31 particularis † possessio ex actibus non effectum sortitis, & sine scientia, & patientia Decani, ex deductis in postrema decisione in hac causa facta coram me, esto quod probare-
32 tur, adhuc Decano cumulatiuè † danda est manutentio, cū in decisionibus fuerit firmatum Iudicibus non competere iurisdictionem vllam priuatiuè, sed solùm cumulatiuè cum Decano.

Minùs obstat, quod Archipresbyterum cuius vices susti-
33 net Decanus, † non habere ius mulctandi, dixerit *Rota de-*
34 *cis. 129. post 2. volum. consi. Farinac.* Quoniam decisio † illa loquitur de iudiciali coerctione, & punitione, non autem
35 de mulcta, cuius indictio † spectat cuicunquè habenti iurisdictionem, tanquàm appendix, & accessorium ipsius iurisdictionis, vt inquit *Card. Seraphin. decis. 1040. num. 1. &*
36 *decis. 1222. num. 4. & d. decis. 129.* loquitur in † Archipresbytero rurali, & in casu præsenti agitur de Archipresbyte-
37 ro, seù Decano Ecclesiæ Cathedralis, † qui habet lōgè maiorem iurisdictionem, quàm habet ruralis, vt aduertit *Barbos. de canon. & dignit. cap. 16. num. 32.*

Et ita vtraquè parte informante resolutum fuit, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO,

Cæsaraugustana Distributionum.

Die Veneris 13. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Declaratoria, quibus seruatis, danda sit; Et an propter solam contumaciam relaxari possit. Declaratoria, licèt non possit dari ante liquidationem, tamen hoc fallit in certis casibus, hic narratis. Quando, quis tenetur principaliter respectu rei, tradendo rem, liberatur, & qualiter hoc procedat, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur contra aliquem, quando ei fuerunt intimatæ executoriales, prout de iure requiritur.*
2 *Citatio facta Capitulo congregato, dicitur ei legitimè facta.*
3 *Vniuersitas citatur personaliter, quando citatur in loco, vbi congregata est.*
4 *Contumacia, vt euitetur debet constare de paritione.*
5 *Contumacia, est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*
6 *Declaratoria potest dari propter contumaciam.*
7 *Declaratoria, non potest dari ante liquidationem.*
8 *Declaratoria potest dari etiam ante liquidationem, quādo pars non comparet, vel si comparet non petit liquidationem, sed aliud.*
9 *Declaratoria potest concedi ante liquidationem, etiamsi pars compareat, & petat liquidationem, sed non confecit libros rationum.*
10 *Cedendo rem, quis liberatur, si tenebatur principaliter respectu rei.*
11 *Legatus, si sit alicui fundus, & rogatus dare Titio centum, si dicat, quod non valet tantùm, & vult dare fundum Titio, debet audiri.*
12 *Grauari in plus, quis non potest, quàm commodum sentiat.*
13 *Tiraquell. in prim. retract. numero 20. 21. & declaratur.*
14 *Contra Admiuistratorem solùm actio in factum pro ratione reddenda, competit, & num. 15.*
16 *Capitulum administrat bona communia intuitu Ecclesiæ acquisita.*
17 *Capitulum habet intentionem fundatam super administraiione bonorum Ecclesiæ.*
18 *Administratio perpetua bonorum Ecclesiæ est apud Capitulum.*
19 *Gayl. obseruat. 20. num. 1. de pign. declaratur.*

DECISIO CCLIV.

FVit per Dominos resolutum dandam esse declarato-
1 riam contra Capitulum, quia cum † ipsi fuerint intimatæ executoriales, prout de iure requiritur, *Innocent. in cap. fin. num. 3. versic. alias autem, de eo, qui mitt. in possess. Roman. consil. 482. num. 5. Rota decis. 15. de sentent. excom-*
2 *mun. in antiq.* & quidem legitimè, ex † eo, quòd intimatio fuit facta Capitulo congregato, *glos. in cap. si Capitulo in verb. factam, de concess. præben. libro 6. & in capit. bonum, il prim. verb. singulares de elect. Cald. consil. 11. de in rep. Bald. in l. prima, § quòd si verùm, ff quod cuiusque vniuers. nomi-*
3 *ne*, vbi quod dicitur Vniuersitas citari personaliter, † quando citatur in loco, in quo est congregata, *Alex. consil. 119. num. 2. & num. 11. vol. 1.*

Hinc reproductis executorialibus, & seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione iuxtà stylum Rotæ, de quibus *Felin. in cap. Rodulphus, numer. 41. de rescr. Vestr. in prax. cap. vltimo, lib. 8. numer. 19. Peregrin. decis. 15. num. 3. lib. 1.* cum de paritione non constet, vt deberet constare
4 ad euitandam † contumaciam, vt fuit resolutum coram duobus eximijs nostri ordinis luminibus, Cardinali Seraphino, scilicet in causa *Corduben. decimarum 27. Ianuarij 1595. & Hieronymo Cardinali Pamphilio*, in causa *Valentina emolumentorum 30. Maij 1597.* satis di-
5 citur constare de dicta contumacia, quæ † est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit, *leg. contumaces non videntur, ff. de ind.* & proptèr
6 quam contumaciam † potest dari declaratoria, *Marian. Socc. in c. nulli, num. 7. de sent. excomm. Abb. in c. 1. num. 10. de Iudic. Cassad. decis. 5. num. 7. de constit. c. absit 11. quæst. 3. Concil. Triden. sess. 23. c. 1. de reform. vers. quod si, & sess. 25. c. 3. de reform. vers. quod si executio.*

Nec est verùm, quod hic cesset contumacia ex eo, quod non præcesserit liquidatio, quia huic fundamento respon-
7 sum fuit, quod licèt regula † sit ante liquidationem, nō dari declaratoriam, vt fuit resolutum in dicta causa *Corduben. decimarum 27. Ianuarij 1595. coram eodem Cardin. Seraphino, & in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta*, & in causa *Nouarien. decimarum 16. Ianuarij 1606. coram bon. mem. Cardin. Horatio Lancellotto*, hæc tamen regula duas habet præcipuas limitationes, quæ benè applicantur.

8 Prima est, quando pars non † comparet, vel si comparet non petit liquidationem, sed aliud petit, *Milis in repertorio verb. excommunicatus* iustè *Rota decis. 5. de re iudic. in nou. Acchill. decis. 1. in princ. de sent. excomm.* & fuit resolutum in causa *Dertusen. decimarum* 11. *Maij* 1629. *coram bon. mem. Cardin. Marcomontio. Marcus Antonius Genuen. in prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap. 29. num. 24. & 25. in addit.* in hoc autem casu licèt Capitulum comparuerit, non tamen petijt liquidationem, sed quatenùs Rota stet pro solutione trium regalium offert se cessurum administrationi, cum certis conditionibus, quæ oblatio, non relevat, vt statim dicetur.

9 Secunda limitatio est, quod potest dari † declaratoria, etiamsi pars compareat, & petat liquidationem, si eadem pars tenebatur conficere libros, ex quibus poterat fieri liquidatio, *Cæs. de Graff. decis. 5. num. 5. de restitut. spoliat.* & fuit dictum in causa *Barchinonen. confinium* 18. *Decembr.* 1609. *coram bon. mem. Card. Sacrato*, hic autem cum fuerit concessum mandatum de manutenendo in possessione percipiendi tria regalia qualibet die, vtiquè, cum omnia Capitula teneant libros residentiæ, ex illis liquidatio certa fieri potest, vt pro tempore residentiæ soluatur residuum, vsquè ad quantitatem, & rationem iuliorum trium qualibet die, & si Capitulum nō tenuit dictos libros, quod est inuerisimile, sibi imputet, ex rationibus prædictis: nec applicatur limitatio, de qua in eadem decisione bon. me. Sacrati, quod scilicet ad hunc effectum opus esset, vt in dictis libris essent adnotati redditus, quia in hac causa per plures decisiones firmatum fuit, quod fructus superabundant, itaut iam sit facta liquidatio, quod introitus, & sola difficultas restringatur ad quantitatem singulis debitam, quæ de facili liquidari potest ex libris ipsius residentiæ, vt modò dictum est.

Non obstat, quod Capitulum fuit protestatum per hæc verba videlicet, quod si Dominis placuerit stare pro manutentione, Capitulum ex nunc, prout ex tunc, & è conuerso cedit administrationi bursæ distributionum vsquè ad conclusionem causæ, exhibendo separatam reddere rationem de administratis, cum reseruatione iurium in petitorio, & possessorio cōsentiendo, quod Domini constituant tertium administratorem bursæ, qui eam administret vsque ad dictam conclusionem causæ, quia per Dominos fuit responsum, quòd si huiusmodi petitio admitteretur, esset de nouo causam cognoscere, cum satis sit, vt partibus auditis, & electis calculatoribus, ac negocio maturè discusso, Rota cognouerit, quod fructus superabundant, vt patet in decisionibus in hac causa, maxima cum maturitate, factis.*

Nequè refragatur, quod quando quis tenetur principali-
10 ter respectu rei, † cedendo rem, liberatur, *Bald. in l. creditor. num. 1. versic. quia vbicunquè. ff. si cert. pet.* quia hic Capitulum non cedit rei, sed solùm vult cedere administrationi ad tempus, & licèt dicatur, hoc etiam posse facere, ex *Castrens. in l. filius familias, 117. §. apud Marcellum, num. 2. ff. de leg. 1.* vbi per illum *text.* firmat, quod si legatur mihi
11 fundus, † & rogatus sim dare Titio decem, si dico, quod fundus non tantùm valet, & volo tradere fundum parti, debeo audiri; attamen, vt innuit *Castren.* audiri debeo ad effectum, vt si tanti non valeat fundus, tradendo fundum liberer, non obstante acceptatione, cum non sit æquum, vt
12 possim in plùs grauari, † quàm commodum sentiam, sed si me audito, fundus plùs valet, non dicit *Castrens.* quod possim illum dimittere, immo sentit contrarium, dum vult solùm, quod grauatus audiatur super quantitate oneris, & in
13 his terminis venit intelligendus † *Tiraq. in primo retract. num. 20. & 21.* In hoc autem casu, vt dictum est, Capitulum satis fuit auditum.

14 Non obstat, quod contrà † Administratorem solùm competit actio in factum pro ratione reddenda, *Rot. decis. 68. apud Statil. de Saluiano*, quia fuit responsum id respicere merita causæ, quæ non venit discutienda in hoc articulo, ex abundanti tamen fuit dictum, hoc esse verum in Ad-
15 ministratore ordinario, † secùs verò dicendum esse in administratione spectante ad Capitulum, quod attenta omni dispositione iuris cómmunis, habet intentionem fundatam super administratione bonorum, & redditium Ecclesiæ, *glos. in cap. penult. in verb. Assisios de Cler. non residen. vbi Butr. num. 8. Abb. numer. 9. in fine, cap. relatum, 2. de testament.* & ibi *Abb. numero 1.* expresse dicens, quod
16 † Capitulum administrat bona communia intuitu Ecclesiæ acquisita, & in terminis anniuersariorum est decisio *Caputaq. 84. lib. 1.* & fuit sæpissimè resolutum, & propterea non solùm Portionarij possunt petere redditionem rationis pro suo tantùm interesse, non autem vt Capitulum amoueatur
17 † ab administratione, in qua de iure fundatam habet intentionem, vt dictum est, sed etiam intentare possunt remedia possessoria contrà idem Capitulum, ex eo, quod administratio de iure communi est perpetua apud idem Capitu-
18 lum, ita vt ab illa † non possit amoueri, quod non est in alijs Administratoribus, & ad hunc casum benè ex sui ratione potest applicari *textus in l. 1. §. penult. ff. vti possid.* & ea,
19 quæ notat *Gayll. obseru. 20. num. 1. de pignor.* † qui licèt loquatur, quando Condominus agit contra tertium turbantem, attamen, cum Capituli administratio sit perpetua, ad hunc effectum, respectu perpetuæ administrationis, idem videtur dicendum, quod de tertio turbante.

Et ita conclusum vtraquè parte informante.

* Idest sub die 9. Decembr. 1630. est decis. 413. par. 5. recent. & sub die 26. Aprilis 1632. & sub 24. Nouembris eiusdem anni, sunt decisiones 115. & 156. supra in hac parte.

¶ Vide etiam in eadem causa infra aliam decisionem sub 4. Decembris 1634. coram R. P. D. Panzirolo.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, seù Tudertina educationis.

Die Veneris 13. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Testatoris voluntas, apud quem eius filij impuberes sint educandi, licèt seruanda sit, tamen ab ea licitum est recedere iustis de causis. Et Iudex hoc stante arbitrabitur, vbi sint educandi, qui omnia benè considerare debet.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris dispositio, vbi pupillis educari debeat, seruanda est.*
2 *Pupillus, pœnès quem sit educandus, id omne in arbitrio Iudicis commissum est.*
Qui pro rei qualitate, omnibus rectè examinatis, statuere debet, apud quem, sit educandus, num. 2. & ei est permissum in hoc recedere à voluntate patris, num. 3. & 5. & sic iuxtà contingentia casuum suprema Tribunalia seruarunt, num. 4.
6 *Pupillus, non est educandus pœnès illum, qui successurus est ei.*
7 *Pupillus non est educandus pœnès ei substitutum, etiam si pater hoc disposuerit, vt remoueatur maligna spes succedendi.*
8 *Text. in l. 1. §. & non numquàm, ff. vbi pupill. declaratur.*
9 *Iudex, debet iudicare, vt pupillus educetur in illa domo, vbi*

vbi non adest vlla maligna suspicio successionis, & num. 10. & 12.

11 *Pupillorum educatio, nulli magis, quàm matri committenda est, & quicquid si inter agnatos adsit controuersia.*

13 *Suspicio est illa, quæ animum alicuius, aliquo leui argumento, in aliquàm partem inclinat, & si non omnem excludat dubitationem.*

14 *Suspicio est species quædam probationis, inducens animum Iudicis ad aliquid credendum.*

Et non tamen habet probationis gradum, cum fixè non applicet animum Iudicis ad vnam partem, sed eum ambiguum reddit. num. 14.

15 *Pupillus est educandus pœnès matrem, cum in ea nulla cadat suspicio, propter affectionem, & charitatem.*

Et hoc maximè, quando mater est summæ honestatis, num. 15.

17 *Filius, quando non excessit ætatem trium annorum, leges inclinant, vt maternæ educationi committatur, propter indigentiam lactis.*

18 *Sed hoc non procedit, post mortem patris, quia etiam si filius excedat metam trium annorum, tamen apud matrem est educandus, si agnati, & ipsa concurrant.*

19 *Mater, si contra præceptum Testatoris aliquid fecerit, an sit priuanda educatione filiorum pupillorum, & vtrū sit committenda huiusmodi educatio alteri consanguineo, & viro probo.*

20 *Illatio non fit ad diuersa.*

21 *Filij impuberes, vt educentur in loco, vbi nati sunt, hoc multùm conuenit, & iuri, & æquitati, ac saluti filiorum.*

22 *Filij post mortem Patris, sunt alimentandi de eius hæreditate.*

23 *Filios alere est onus Paternum.*

24 *Et hoc onus hæreditati paternæ iniunctum ad quoscumquè transit, tamquàm passiuum, quòd per mortem patris non extinguitur.*

DECISIO CCLV.

Decretum A. C. à quo fuit appellatum, & de cuius validitate, & iustitia hodiè quæritur, tria continet; Sebastianum, & Liuiam infantes educandos esse pœnès Catharinam eorum matrem, eidemquè esse consignandos, data cautione de non abducendo eos à Ciuitate Tuderti, ac demùm eisdem præstanda esse alimenta de hæreditate paterna: & in omnibus esse confirmandum censuerunt Domini.

Nam, etsi ex testamento Alexandri Infantium patris, constare videatur de voluntate illius, vbi filij sint educandi, dum mandauit ipsam D. Catharinam in simul, & in communi cum D. Cecilia ipsius Testatoris matre, ac Matthæo fratre, & sororibus eiusdem, proprijsq; filijs ad vnum
1 panem, & vnum vinum in eadem testatoris † domo viuere, eamquè esse seruandam determinetur in *l. 1. ff. vbi pupil. educ. deb. l. 1. §. quod natum erit ff. de ventr. inspic. l. Quintus Mutius, ff. de ann. legat.* & comprobent *Tib. Decian. cons. 49. num. 9. lib. 1. & cons. 8. num. 1. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 4. q. 13. num. 2. Seraphin. decis. 1357. num. 5.* & alij qui allegantur.

Attamen, in hoc etiam conueniunt, id omne Iudicis ar-
2 bitrio † esse commissum, qui pro rei qualitate, omnibus rectè examinatis, statuere debet, pœnès quem meliùs, & securiùs filij sint educandi, per textum in eadem *l. 1. ff. Vbi*
3 *pupill. educ. deb.* vbi Prætori † permissum est etiam recedere à voluntate patris, & clariùs in *leg. pen. eod. tit. si disceptetur, vbi morari, vel educari pupillum oporteat* (inquit textus) *id Præsidem statuere oportebit*, & idem repetitur in *l. 1. C. eo tit. Vbi pupill. educ. deb:* & sequuntur *Bald. consil. 472. alias 487. incip. Pupilla morari debet, vbi Iudicis æquitati, & religioni videtur, causa cognita, volum. 5. Castr. consil. 127. num. 3. parte 1. Crauett. consil. 190. num. 9. Menoch. de arbitr. cas. 168. num. 1. & consil. 62. num. 15. Morot. consilio 74. numer. 15. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 13. Caualcan. de Tutor. numer. 301. Gutierez eo tit. parte 2. cap. 8. num. 6. Molina de Iustit. & iure tractat. 2. disputat. 224. Port. Imol. consilio 150 num. 25. Valenzol. consilio 36.*
4 *num. 35.* & suprema Tribunalia in contingentia † casuum semper vsi sunt huiusmodi arbitrio à Lege indulto, inhærendo circumstantijs traditis per *Bald. in alleg. consil. 472. volum. 5. Afflict. decis. 183. numer. 5. Grammatic. decis. 55. num. 2. Franch. decis. 350.* *Peregrin. decis. 28. num. 1. Mastrill. decis. 230 num. 20. & Rota apud Seraphin. in Romana educationis de Columna, num. 3. quæ est in ordine 1357.* in quibus hoc ipsum firmatur, etiamsi agatur de non ob-
5 seruanda voluntate testatoris, † ad euitandum tamen pupilli periculum, & præiudicium, & in *Leodien educationis prolium, 3. Iuly 1628. coram D. Durano, & priùs in Vrbeuetana educationis 20. Martij eodem anno coram D. Cardinali Vbaldo.*

Causę autem, ex quibus Domini moti fuere ad arbitrandum, Infantium educationem pœnès matrem, plures fuerunt, inter eas tamen præcipuam existimarunt, quia Matthæus ex testamento Mattij patris ipsius, & Alexandri, legitur substitutus, & magis apertè vocatur ex statuto Tudertino, ex quo ab intestato nedum Patrui succedunt nepotibus, sed & sorores carnales personæ defunctæ, prout sunt sorores Alexandri, cum quibus, & Matthæo Tutore, & patruo iubetur D. Catharina cum proprijs infantibus viuere,
6 & vbi agitur de spe succedendi pupillis, † quod eis non sit committenda custodia educationis, expressè determinauerunt Imperatores in *leg. fin. C. Vbi pupill. educ. deb.* desumendo suspicionem ab ipsa spe succedendi. Et in *l. 1. ff. eo tit.* idem determinauerunt, etiam quod testator cauerit,
7 † educandos apud substitutum, vt remoueatur maligna spes succedendi, & exinde idem arbitrati sunt *Paris. consil. 56. num. 28. lib. 1. Bero. consil. 180. num. 2. volum. 2. Aretin. in §. actionum, num. 48. vers. vnum tamen tene cordi, in Instit. de A. Bertr. consil. 10. num. 4. versic. quoniam respondeo volum. 5. Menoch. consil. 62. num. 12. vers. tertiò, Caualc. de Tutor. sub num. 301. Gutier. eo tit. par. 2. cap. 8. num. 8. Surd. de alim. d. q. 13 num. 30. & 31. Valenz. eod. cons. 36. ex num. 35.* dicens, hanc suspicionem militare contra Patruum, & quoscunquè agnatos, & exemplis malos euentus, qui ab eadem spe succedendi prouenerunt, amplissimè comprobans.

8 Non obstat, quod dispositio † *l. 1. §. & nonnunquàm, ff. Vbi pupill.* non simpliciter determinet, non posse pupillos educari pœnès à patre substitutum, sed quòd Prætor, præsentibus cæteris propinquis liberorum, æstimare debet, vt sinè vlla maligna suspicione educetur partus, quæ maligna suspicio ex circumstantijs dicebatur cessare, dum educatio non est absolutè commissa Matthæo substituto in sola eius domo, sed simultaneè cum Auia paterna, & agatur de viro probo, de cuius fide Alexander pater infantium multùm confisus est, deputando illum in Tutorem, & curatorem, quibus concurrentibus, Præ-
9 tor æstimare debeat, vt † sinè vlla maligna suspicione possit in illa domo fieri educatio, iuxta paternum iudicium, *Decian.* ex circumstantijs motus *consilio 49. numero 10. 36. & seqq. volum. 1. & consilio 8. numero 2. volum. 2.*

Quia circumstantia probitatis Matthæi, quæ potest absquè alia probatione admitti, & cæteræ de Auia paterna, & de tuta, non sufficiunt ad eradicandam ab animo
10 Iudicis suspicionem propter spem † succedendi nepoti, ex qua non permittitur illi, vt plùs confidat de patruo, vel agnatis in arbitranda educatione, quàm de matre, sunt verba eiusdem *l. 1. C. vbi pupill. ibi, educa-*
11 *tio pupillorum tuorum † nulli magis, quàm matri committenda est, quod si oriatur controuersia inter agnatos, &*

matrem, vel ascendentes, Præses debet æstimare eum, qui magis ad suspicionem ex spe successionis propior sit, & illum excludere, quæ pariter sunt verba *l. vlt. C. eo tit. vbi pupill.* Dato igitur concursu Matthæi vel Auiæ cum matre in
12 ipsa educatione, quis poterit euitare † suspicionem à Lege deductam ex proximitate Matthæi in succedendo, quam suspicionem definit *Bart. in l. admonendi num. 21. ff. de iure-*
13 *iur.* esse illam quæ † animum Iudicis aliquo leui argumento in aliquam partem inclinat, etsi nõ omnem excludat dubitationem, & Geminianus in *cap. habuisse, in 3. tot. 33. dist.* distinguit, suspicionem esse speciem quandam probationis,
14 inducentem animum Iudicis ad aliquid † credendum, non tamen habere eum probationis gradum, quo fixè applicet Iudex animum ad vnam partem, sed eum ambiguum reddere: Igitur nisi tollatur fundamentum, & radix suspicionis quæ est spes succedendi, quamuis agnatus sit Vir bonus, & eximiæ probitatis, & Testatori confidens, semper remanebit in Iudice illa ambiguitas, credẽdo aliquod, quam-
15 uis leue; In matre † autem nulla cadit suspicio, propter affectionem, & charitatem, maximè in D. Caharina summæ honestatis, quæ semper præponderatur ad filiorum vtilitatem, vt aduertunt *Salicet. in d. l. 1. & 2. ad fin. C. vbi pupill.* & alios referunt *Menoch. cas. 168. num. 2. de arbitr. Surd. de alim. ead quæst 13. num. 10. & seqq.* & in hoc concursu
16 Iudex debet † capere consilium irreprehensibile, excludendo personas, in quibus potest cadere etiam leuis suspicio, & decernere educationem matri omni prorsùs suspicione carenti, sequendo Baldi præcepta in *alleg. consil. 472. vers. ex quibus concludo vol. 5.* quæ passim ab omnibus supra allegatis obseruantur.

Neque iustitia decreti educandi filios pœnès matrem, euitari potest ex eo quod Sebastianus filius, & hæres iam ex-
17 cesserit ætatem † trium annorum, quo tempore cessat indigentia lactandi filium, ad quem affectum Leges inclinarunt, vt materniæ educationi filij committantur, *l. penult. C. de pat. potest glos. in l. 1. verb ex tempore, ff. vbi pupill. Couar. in epitom. de spons. par. 2. cap. 8 § 6. num. 13.*
18 Quia hæc distinctio ætatis † non cadit post mortem patris, quando concurrunt agnati, & mater, quia Edicta prodierunt de pupillis educandis, quorum ætas proculdubio excedit metam trium annorum, vt omnes tradunt in *alleg. l. 1. ff. & C. vbi pupill. educ deb.*

Et eò minùs videtur excludenda à facultate educandi proprios filios propter recessum à domo mariti testatoris,
19 contra eius † voluntatem, & præceptum, & alteri consanguineo, vel probo viro committenda huiusmodi educatio, per ea quæ tradit *Paris. consilio 56. numer. 36. libro 1.* quasi indignam se reddiderit, *Decian. consil. 8. num. 15. libro 2.*

Quia vltrà quòd recedendo à domo, sui recessus causas narrauit, & protestando in scriptis, iura sua, prout de iure sibi competebant, conseruauit, attamen præceptum & pœ-
20 na testatoris non apposita educationi, † sed viufructui, à quo ad ipsam educationem filiorum inferri, aut extendi nõ potest, *Capra cons 72. num. 10 & seqq.*

Secunda verò pars decreti de consignando infantes D. Catharinæ matri, est primę partis exequutio, & consequens
21 necessarium; cautio verò de non abducendo † eos de Ciuitate Tuderti multùm conuenit, & iuri & æquitati, ac saluti filiorum, vt benè comprobat, & exornat *Valenz. alleg. cons. 36 num. 56. & seqq.*

Tertia denique pars de infantibus alimentandis ex hæ-
22 reditate † paterna, ab eodem fonte iustitiæ emanauit, per *l. 3. ff. vbi pupill. educ. deb.* & sicut est onus paternum alere
23 † filios, *leg. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff de lib. agnosc. Specul. in tit. qui fil. sint, legit num. 13 Surd. de alim. tit. 1.*
24 *q. 1. in princ* ita & onus hæreditati paternæ † iniunctum ad quoscunque transit tanquàm passiuum, quod per mortem patris non extinguitur.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Redditionis Rationis Tutelæ.

Die Lunæ 16. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis absente parte facta, licèt de æquitate Canonica probet, ea tamen non attenditur, vbi ius Ciuile seruandum est, reliqua vide in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis parte absente facta, de rigore iuris ciuilis non releuat.*

2 *Statut. Vrb. lib. 1. c. 42. disponens, quod in Vrbe seruetur ius ciuile, illud non procedit, quando per ius Canonicum est correctum, & num. 3. declaratur.*

4 *Confessio absente parte, non probat inter Romanos, inter quos est seruandum ius ciuile.*

5 *Testes deponens non de propria scientia, sed de auditu à parte aduersa recepit responsionem, quod absente parte d. confessio non probat.*

6 *Testis, si non reddat rationem scientiæ, non attenditur.*

7 *Administratio pecuniarum negotij conuenit etiam factori, & administratori.*

8 *Dictum vnius, pro dicto nullius solet reputari.*

9 *Testes, vt probent publicam vocem, & famam, debent exprimere, à quo audiuerunt.*

10 *Fama recens an sit sufficiens ad probandum, quod quis erat socius alicuius, & quam probationem faciat, num. 11.*

12 *Probatio solet augeri, si concurrant adminicula.*

13 *Negotiator quilibet rerum alienarum tenetur reddere rationem suæ administrationis.*

DECISIO CCLVI.

CEnsuerunt Domini standum esse in decisis 30. Maij præteriti, * quia nec societas Ioannis Antonij cũ Sancte Fencio concludenter probatur, nec minùs quantitas lucri ex eadem societate emanata, ex quibus possit Tutor dici debitum pupillari soluisse, vel saltem recusari, vt inde actio repetitionis indebiti contra eum, ad quem pecuniæ peruenerunt.

Non obstant replicata in hac tertia positione, quia cum sint eadem, dempto vnico teste, post resolutiones examinato, & altero non dato in summarijs anteriorum resolutionum, eisdem rationibus, & responsionibus tolluntur.

Duo enim testes fuerunt examinati coram A. C quorum alter est Ioannes Antonius, de cuius societate agitur, tres alij in Rota in secunda instantia, & vnus in hac tertia post resolutiones iam factas, & omnes fuerunt inducti ad probandum hanc societatem inter Sanctem, & Ioannem Antonium.

Si igitur societatem probari contendatur ex primo teste coram A. C. examinato, & tertio teste in Rota recepto, cuius depositio asseritur nunquàm in summario data, dicentibus, audiuisse à Sancte, quod acceperat in socium Ioannem
1 Antonium, & hæc Sanctis confessio † extraiudicialis parte absente, testibus probata de rigore iuris ciuilis, quod in

Vrbe

Vrbe seruatur, non releuat *ex statuto Vrbis c.42.lib.1.* & in decisionibus causæ comprobatum fuit.

Non obstat, quod huiusmodi statuti dispositio de seruā-
2 do iure ciuili non procedat, † quando de iure canonico illud correctum reperitur, vt dicitur de hoc particulari statuto resolutum in *Perusina bonorum. 20. Aprilis 1592. coram bon. mem. Penia.*

3 Quia conclusio est vera, sed eiusdem † conclusionis cōsequentia non probatur, quod in hac parte statutum Vrbis per Ius canonicum fuerit correctum, vt *ex eadem decisione* colligitur, quæ ponitur apud *Piccum decis. 37. num 5.* quinimò in terminis eiusdem statuti, quod confessio absente
4 parte non † probet inter Romanos, inter quos ex prædicto statuto seruatur ius ciuile, apertè *Rot.* sensit *coram Seraphin. decis 487. num. 13.* & comprobant *Adden. ad decis. 408. num. 5. coram Papa Greg. XV.*

Si verò eadem probatio deducatur ex primo teste coram A.C. iuxtà tertium, & primo in Rota iuxtà secūdum, & quintum deponentibus de eorum scientia dictum Ioannem Antonium fuisse socium in Macello cum Sancte, & isti nullum gradum probationis faciunt, quia primus coram
5 A. C. non deponit de propria scientia, † sed de auditu à Sancte, & recepit eandem responsionem, quod absente parte nihil probet; secundus verò in Rota examinatus iux-
6 tà secundum, & iuxtà quintum nullam † reddit rationem scientiæ, & super quarto allegat non concludentem, quia administrabat pecunias negotij, ex quo illa conuenit etiam
7 factori, † & administratori, vt in secunda positione fuit responsum; atquè ita nedùm nihil releuant, quia alter de auditu deponit, & alter generalem reddit rationem, sed
8 etiam quia vnicus est, † cuius dictum pro nullius dicto solet reputari.

Demùm si fundamentum constituatur in publica voce, & fama, iunctis adminiculis in alijs resolutionibus ponderatis, & in præsenti repetitis, quicquid sit an illa probetur ex testibus datis, nempè ex primo coram A. C. iuxtà tertiū *sò che si diceua bene per tutta la Vacca, che lui fosse compagno,* & ex vltimo examinato, *& si diceua à voce di Popolo, che detto Gio. Antonio era compagno di Sante nel Macel-*
9 *lo,* ex quo, nec primus, nec secundus † exprimunt à quo, audiuerint, prout debuissent secundùm multorum opinionem, qui recensentur per *Modern. de probat. concl. 748. num. 1. & seq. & Farinac. de testib. quæst. 47. num. 257. & 259.* in fama tamen de recenti huiusmodi probatio non est
10 concludens, neq; sufficiens ad probandam † societatem in Macello, quia de per se, aut coadiuuat tantummodò probationem iam factam, secundùm *Bart. in l. 3. §. eiusdem. de testib. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de not. crim. Abb. in cap. super eo. de consang. & & affin. idem Modern de*
11 *probat. concl. 750. num. 5.* vel † ad summum semiplenam probationem facit *per eamdem l. 3. §. eiusdem quoquè, cum glos. in verb confirmat. de testib.* Dec. *in cap. 1. num. 36. de appellat.* & latissimè comprobat *d. Modern. ead. conclus.*
12 *750. num. 1. & sequen.* & quàmuis si † concurrant adminicula probatio soleat augeri, vt admittunt *allegati in eadem conclus. num. 19.* attamen, quia omnes adductæ in sua specie apparent imperfectæ, prout in prima decisione fuit responsum, & probatum, semper ista probatio de publica voce remanet insufficiens, & imperfecta.

Cui tantò difficiliùs Domini adhæserunt, ex quo Tutor non tenebatur soluere ei, qui societatem in prima instantia non probauit, nec in secunda, nec in tertia, sed ea supposita abstinere debebat, donec ab eo reddita fuisset ratio
13 de administratis, ad † quam quilibet negocia gerens tenetur. *Menoch. cons. 209. num. 1. Rot. Ianuen. decis. 185. num. 5. Magon. decis. Flor. 1. nu. 29. & decis. 42 num. 1.* Vt inde Tutor scire potuisset, & quantitatem lucri, & pro quarata Ioannes Antonius ad participandum esset admittendus, absq; eo, quod à solutione, tàm notabilis summæ inciperet.

Et ita &c.

* Est decis. 214. supra in hac eadem parte, & alias decisiones in hac causa habes in Apostilla supra ad decis. 31.

R. P. D. MOTMANNO.

Arimineñ Spolij.

Die Lunæ 23. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Executor, si transgrediatur, contenta in mandato, executio nullius erit momenti, Effectus immissionis ex primo decreto, cuius sit.

SVMMARIVM.

1 *Ex actibus subsequentibus manifestatur qualitas actus præcedentis.*

2 *Mandati forma, si dicat, quod capiantur bona valoris &c. nequaquam est illi consona immissio in veram, & realem possessionem.*

3 *Possessio, quod sit capta Iudicis authoritate, non præsumitur in dubio.*

4 *Iudicis authoritas requiritur ad effectum immissionis in possessionem.*

Et cauendum est, nè quis sinè illa ingrediatur. num. 4.

5 *Possessionem capere non potest minister publicus sinè Iudicis auctoritate.*

6 *Executor præuertens contenta in mandato, facit vt exequutio nullius sit momenti.*

7 *Verbis non affirmatur, id quod factis negatur.*

8 *Facti repugnantia impedit, nè verba ad aliquid saluandum, possint impropriari.*

9 *Verba, quando sunt clara, tunc non est opus coniecturis.*

10 *Immissionis ex primo decreto effectus est, in actione personali, vt immissus rem cum Domino teneat.*

11 *Immissus ex primo decreto in poßeßionem, non ità possidet, itàut illa priuetur Dominus, vel inde repellatur.*

12 *Immissus ex primo decreto, ità possidet, vt Dominum veluti canis leporem sequatur, & solummodò habeat ius custodiendi.*

DECISIO CCLVII.

CVM Hieronymus Detentor prædiorum, (de quibus agitur) non acquiesceret decisioni, in qua sub die 4. Martij anni præteriti * fuit resolutum *constare de causis restitutionis in integrum* aduersùs sententiam Rotalem d. Hieronymi, aliorumq. litis Consortium absolutoriam à iudicio spolij per Sebastianum debitorem intentato, iterùm proposui causam, & Domini pro maiori parte censuerunt, *non esse à d. decisione recedendum.*

Nam, quod attinet ad primam inspectionem, in eo versatur excessus, quod Iudex mandauit, *auferri de domo Debitoris bona valoris, &c.* Exequutor hac forma neglecta, retulit, *se associasse, ac imposuisse Creditorem in realem, actualem, & corporalem possessionem prædiorum, ostia domorum claudendo, & aperiendo, Colonos inde eijciendo, glebas, & folia, ac frondes arborem ibidem existentium contrectando, ac prætereà se ijsdem Colonis percepisse, vt d. Creditorem sit introductum in Dominum eorundem prædiorum recognoscerent,* qui actus sunt signa veræ possessionis: idquè clariùs demonstrant actus posteà subsequuti; quod scilicèt *idem Creditor noluerit approbare*

Colo-

Colonum Debitoris; neque exigere pecunias ab eius Affictuario, sed fructus, sibi à Laboratoribus tradi fecerit; ipsosq; Laboratores mutauerit: ac denique Emptori prædiorum ne in eorundem prædiorum possessionem ingrederetur
1 *prohibuit*: ex quibus actibus, ac † modis vtendi possessione tradita, perspicitur, qualis in actu præcedentis immissionis fuerit voluntas immittentis, ac immissi, §. *Pauonum, instit. de rerum diuis. cap. cum venissent. de instit. Natt. cons. 192. num. 4. Rot decis. 679. num. 7. par. 1. diuers.* & ex subsequentibus manifestatur qualitas actus præcedentis; *Bart. in l. cætera, §. sed si separauerint, nu. 4. ff. de legat. primo, Dec. cons. 421. num. 13.* Siuè autem d. Creditor innitatur mandato, siuè conetur substinere illius exequutionem, nullo modo euitari potest, quin malè fuerit processum:
2 Quia si mandati † forma inspiciatur, *quod caperentur bona valoris, &c.* nequaquàm est illi consona *immissio in veram, & realem possessionem bonorum cum expulsione Colonorum, & præcepto eis facto de recognoscendo alios in Dominos*. Si verò inspiciamus exequutionem, nullibi apparet, *immissionem fuisse datam Iudicis authoritate*,
3 † quæ etiam in dubio præcessisse non præsumitur, *l. 1. C. de mandat. princip. Alciat. de præsumpt. 23. præsumpt. 14. nu. 5.* cum tamen ad effectum immissionis authoritas Iudicis
4 † adeò sit requisita, vt cauendum, ne quis sinè illa ingrediatur, admonuerit *Bart. in l. si finita, §. Iulianus, num. 21. ff. de damn. infect.* quem in istis terminis allegat, & sequitur *Ruin. in cons. 102. num. 11. lib. 5. Honded. cons. 82. num. 12. lib. 2.*

5 Neque Minister publicus † d. possessionem capere potuit sinè Iudicis commissione, *sed si hac lege, §. Prætor ait, ff. de in ius vocando, Bart. in l. Authent. de quæst. §. si verò aliqui il 2. num. 3. Imol. in cap. cum parati, num. 8. de appellat. qui allegat Io. Andr. in magn. adit. ad Specul. de*
6 *citat. §. sequitur.* Sed quicquid egit † præuertendo contenta in mandato, exequutio nullius censetur esse momenti, *Glos. in cap quod ad consultationem in verbo excesserit, vbi Abb. num. 24. de sent. & re iud. idem Abb. in cons. 3. nu. 7. vers. vndecima quæstio. lib. 2.* Et non potest sustineri ex eo, quod d. Exequutor, cum habuerit expressam relationem ad prædictum mandatum de capiendo bona, &c. censeatur immisisse Creditorem ex primo decreto, & sic ad effectum subhastandi, non verò ad alium effectum, cui mandatum non poterat deseruire; quodq. nihil aliud facere voluerit, quàm quod in eodem mandato contineretur: Quia licèt verbo se retulisset ad dictum mandatum, tamen
7 procedendo ad actus † meræ possessionis, per aliud factũ, recesserat ab eodem mandato, cuius tenori repugnabat, quod à Debitore Domino rei auferretur possessio, vel ab illa eijceretur, itàut perindè habeatur, ac si neutrùm fecerit, *vt per text. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* in istis terminis concludit *Abb. d. cons. 3. num. 7. vers. non obstat lib.*
8 *2.* quæ quidem repugnantia † impedit, ne verba ad saluandam exequutionem possint impropriari, notat *Felyn. in c. auditis, nu. 3. vers. hac, & similia de præscri. possess. Anchar. in cons. 33.* qui addit huiusmodi regulam procedere, quotiescunquè agitur de saluando actu verbis ambiguis
9 concepto, non † autem quando verba sunt clara, quia tunc non est locus coniecturis. Proprius enim effectus immis-
10 sionis ex primo decreto in actione personali is † est, vt immissus rem cum Domino teneat, *l. Prætor ait, §. 1. & d. l. si finita, §. si plures cum seq. ff. de damn. infect.* vbi ex eo, quod Creditor immissus fuerit in possessionem, non pro-
11 pterea dicitur missus † possidere, itàut illa priuetur Dominus, vel inde expellatur, *l. is cui: in princip. ff. vt in possess. legat. Specul. de primo decr. §. iam cum effectu, num. 6. Abb. in c. contingit, num. 5. de dolo, & contum. Neguf. de pign. 2. memb. 3. par. num. 6. Menoch. de retin. remed. 3. num. 226,* vbi communem dicit, & respondet contrarijs
12 vsquè ad numerum 233. Sed potiùs vt eum velut † canis leporem sequatur, & solummodò ius habeat custodiendi, vt dicit *Specul. in prælleg. §. iam cum effectu. num. 21. Neguf. d. memb. 2. q. 3. num. 6.* & faciunt latè tradita per *Petr. de Grass. in tract. de prim. & secun. decr.*
13 Similiter subsistit alter excessus in eo, quod post factam exequutionem d. mandati pro summa scut. 3600. ratione sortis principalis, & 450. ratione fructuum, qui vsquè ad diem immissionis erant decursi Franciscus Creditor (mediante persona Laurentij filij, habentis ab eo mandatum ad exigendum, ac in instrumento census (de quo agitur) simul cum ipso Patre obligati) exegit in pluribus partitis, videlicet, vna librarum 754. quæ constituunt summam scutorum 170. altera 250. ac tertia scutorum 276. & prætereà vsquè ad diem subhastationis percepit fructus prædiorum, quæ tunc erant locata pro annua pensione soluenda in pecunia, & nihilominùs prædia huiusmodi fuerunt subhastata pro integra summa in d. mandato contenta, perindè ac si prædictæ pecuniæ, ac fructus collecti, ex quibus summa debiti fuerat diminuta, non peruenissent ad manus d. Creditoris; cum enim pecuniæ (vt suprà) exactæ iustificentur ex partitis datis in Summario Debitoris impresso, sub num. 5. 6. & 7. ac perceptio fructuum ex eodem Summario remaneat probata; nullo pacto controuerti potest, quin cessement in causam debiti (de quo agitur) ita vt ex eorum imputatione, summa in mandato contenta fuerit diminuta (vt infra). Non enim admitti potest, quin omnes d. partitæ cesserint in solutionem fructuum census, qui à die relaxationis mandati, vsquè ad subhastationem fuerunt decursi: quoniam post terminos decursos, ac compræhensos in eodem mandato, (quod fuerit relaxatum de mense Iunij 1610.) idem Creditor 27. Augusti sequentis (quo tempore alius terminus vix inceptus, non erat debitus) exegit d. scuta 170. quæ (nulla tunc subsistente causa debiti, ratione temporis nondùm decursi) extenuauerant summam, de qua in d. mandato: deindè exegit prædictas duas partitas scutorum 250. & 276. de mense Aprilis 1611. & 8. Iunij sequentis, quæ quidem partitæ simul coniunctæ cum dd. fructibus prædiorum (vt supra) perceptis; constituunt summam scutorum 1920. & superant summam scutorum 600. debitam, ratione fructuum census, & quatuor terminorum, qui post relaxationem mandati, (vt suprà) erant decursi. Ac postremò de mense Iunij anni 1612. obtinuit relaxari aliud mandatum exequutiuum pro summa scutorum 500. pro dd. fructibus census decursis, quod exequutioni demandari curauit de mense Septembris subsequentis ante subhastationem.

Ex quibus etiam subsistit alius excessus subhastationis duorum prædiorum separatorum, cum tamen alterum eorum, quod est tornaturarum 137. esset sufficiens; cum ad rationem scutorum 30. pro qualibet tornatura constitueret summam scutorum 4110. & nihilominùs integrum debitum scutorum 4050. in mandato contentum esset solutum cum prædicto vno solo prædio.

Et ita vtraquè parte informante, &c.

* Est decisio 185. suprà in hac eadem parte.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana, seù Ianueñ Assecurationis.

Die Lunæ 23. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Assecurans merces alicuius Nauis, cum obligatione reficiẽdi omne damnum prouenienes ex causa Maris, an teneatur, si merces fuerint deterioratæ, Et si dictum damnum sit reficiendum, vtrùm sit habenda ratio lucri, vel damni, necnon quãdo in ista materia promissio assecurationis censeatur facta in ordinẽ ad lucrũ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Promittẽs reficere omne damnum, quod habuerit aliqua merx ex causa Maris, non solùm tenetur ex causa iactus, sed etiam deteriorationis mercis.*
3 *Nauis assecurata, si damnum patiatur, damnum est reficiendum secundùm precium Ciuitatis, ad quam salua erat traducenda.*
4 *Attestationi Peritorum in arte, plurimùm semper deferri debet.*
5 *Merx nauis assecuratæ, si damnum patiatur, an sit habenda ratio lucri, vel tantùm ipsius damni.*
6 *Stracc. de assec. glos. 6. declaratur.*
7 *Merx, si fuerit assecurata, cum obligatione de reficiendo quodcunquè damnum, an talis promißio intelligatur etiam in ordine ad lucrum, facta.*

DECISIO CCLVIII.

NAuis appellata Sanctus Iacobus, moderata à Capitaneo Villamarino, fuit in Ciuitate Ianuæ onerata libris 52. mill. in tot realibus, vt vulgò dicitur, da otto; ad effectum eundi in Arcipelagum; & emendi frumentum conducendum ad eamdem Ciuitatem Ianuæ; quam Nauim euntem, & redeuntem assecurauerũt mercatores diuersorum locorum, & signanter nonnulli in Vrbe pro scutis mille auri, suscipiendo in se (prout in apocha dicitur) *ogni caso di mare, disastro, ò sinistro impedimento, & ogni risico dall'hora, che saranno carichi insino, che saranno scarichi in terra; à buon saluamento di ritorno in esso Porto di Genua,* vt latiùs in apocha assecurationis.

De dictis libris 52. mil. emptum fuit in Arcipelago tot frumentum; de quo eadem nauis onerata; dum Ianuam petebat, in statione Romana varias passa est Maris tempestates, vt apparet ex testimonialibus *Summ. D. Viualdi num.* 4. donec ad d. Ciuitatem perueniat; & ibi exonerata, inuentum fuit, frumentum ascendere ad minùs 4897. & ibi valere libras 20. pro qualibet mina, itaut totum precium istius frumenti ascenderet ad libras 97. mill. Verùm, quia ob dictas procellosi Maris inguentias deteriùs fuerat effectum, vendi nõ potuit, nisi lib. 70. mil. & sic damnum fuit æstimatum in lib. 27. mil. vt ex calculo, & relatione peritorum, & Consulum Maris in eodem Summ. nu. 5. ex quibus lib. 70. mil. solutæ fuerunt pro nolitu gabella, alijsquè expensis lib. 60. mil. itaut remanserit pro mercatoribus assecuratis solùm libræ 10. mil.

Quò circa, cum assecurati introduxissent iudiciũ in partibus contra assecuratores ibi degentes, illosque obtinuissent condemnari; egerũt postea contra assecuratores Vrbis coram A. C. cui cum placuisset consulere Rotam, super relaxatione mandati, & pro qua summa; Responsum fuit, mãdatum esse relaxandum pro damno passo ab assecuratis, secundùm precium frumenti Ciuitatis Ianuæ, in qua potuisset vendi lib. 97. mil. non autem secundùm precium loci, in quo fuit emptum, quod fuit librarum 52. mil.

Et quidem circa relaxationem mandati, nulla videbatur
1 difficultas, † quia assecuratores, mediante obligatione Camerali, quæ habet executionem paratam, *Cassad. decis. vnica num. 2. de mutu. petit. Gales. ad formam oblig. Cam. ad 4. palam q. 1 num. 1. & seqq. Anton. Canar. de execut. instr. qu. 51. & seqq.* expresse promiserunt reficere omne dam-
2 num, proueniens ex causa Maris, sicquè ne † dum ex causa iactus, sed etiam deteriorationis frumenti, vt per *Strac. de assecurat. gloss. 19. numer. 2. Mastr. decis. 197. numer. 1. & seqq.*

Quod autem summa deberet calculari habita ratione ad precium Ianuæ, scilicèt lib. 97. mil. non autem loci vbi emptio frumenti facta fuit in lib. 52. mil. similiter sine difficultate res transire videbatur, cùm per assecuratores fuerit promissa salus frumentorum per hæc verba, *si fanno assecurar dal Porto di Genua, in Arcipelago, & di ritorno sino in detto Porto di Genua,* & inferiùs *si fanno assecurare dall'hora, che saranno carichi in ciascheduno di sudetti lochi insino, che saranno scarichi in terra à buon saluamento di ritorno in detto Porto.*

Ex huiusmodi enim promissionis tenore, clarè constat, frumentum ad Ciuitatem Ianuę saluum esse traducendum,
3 † ac proinde damnum esse reficiendum secundùm precium eiusdem Ciuitatis, *leg. si res, ff de condit. tit. l. si laborante, § sed in his, ff. ad leg. Rod. de iact. Stract. de assec. gloss. 6. num. 1. & 2.*

Sed quando etiam obligatio assecurantium non esset adeò clara, nihilominùs non aliter in casu præsenti iudicañ esset stañ ordinibus Consulatus maris ipsius Ciuitatis Ianuæ, si quidem in cap. 95. disponitur, quod si iactus eueniat antequàm ipsa Nauis perueniat ad medium inter locum, ad quem cursum dirigit, merx quæ iacta fuit, æstimari debeat ad rationem loci, à quo discessit, sed si proiectio sequatur post medium iter, tam merx, quæ iacta fuit, quàm reliqua, quę permansit æstimari debeat secundùm valorem loci, ad quem Nauis appulere tenebatur; In casu autem nostro probatur, quod Nauis non solùm pòst medium iter ab Arcipelago; sed in ipsa statione Romana versùs Pontiam Insulam, per tres dies acerrimam ventorum rabiem passa,
4 est, ita vt intret dicti Consulatus maris dispositio, † quæ in similibus materijs semper plurimum debet attendi, vt de Consulatu maris Barchinonæ, tenuit *Rota coram Greg. XV. decis. 126. sub nu. 6. & in alia Romana Assecurationis mercium 23. May 1633. coram me.*

5 Non obstat, quod in refectione damni, † passi ratio habenda sit non lucri, sed tantùm ipsius damni, ac proindè nõ debere considerari, quanti res deperdita, vel damnificata vendi possit, sed quanti fuerit empta, per *text in l. 2. § portio. ff. ad leg. Rod. de iact. & tradit Strac. de assec. verb. cari-*
6 *che, ò da caricarsi, glos. 6.* quia *Strac.* † loquitur de eo, qui habuit rem suam saluam ob iactum rerum, aliorum, quo casu deperditæ debent æstimari quanti fuerint emptæ, & res saluæ, quanti valent in loco ad quem, vt damnum reficiatur.

Nos autem versamur in casu differenti, nam stante obligatione de reficiendo quodcunquè damnum, promisso debet intelligi de damno in ordine ad lucrum, cum frumen-
7 tum fuit promissum † saluum, etiam in ordine ad lucrum, vt bene distinguit idem *Strac. d. glos. 7. num. 3. & seqq.* quodque videtur procedere in terminis nostris, dum assicurati non agunt de damno respectu lucri, sed de damno respectu Capitalis lib. 52. mil. Nam licèt precium huius frumenti in Ciuitate Ianuæ esset librarum 97. mil. si totum saluum, ibi, peruenisset, & in loco à quo fuisset emptum in libris 52. mil. & sic superfint libræ 45. mil. Istæ tamen libræ non fuerunt omnes super lucratæ, quia ex dictis lib. 97. mil. debent detrahi lib. 27. mil. pro damno passo, & lib. 60. mil. quæ fuerunt solutæ pro gabella, nolito, & alijs expensis, adeò vt pro assecuratis non remanserint nisi lib. 10. mil.

Verùm in hac damni refectione, non parùm contingit dubitare, nam assecuratores prætendunt, quod sicut damnum frumenti calculatur secũdùm precium loci, ad quem, scilicèt in libr. 97. mil. ita etiam super eo fieri debeat repartitio; Assecurati autem contendunt repartitionem esse faciendam super capitale librarum 52. mil. cum quo fuit emptum frumentum in Arcipelago, quia hæc est massa posita in risico ab initio, & mercatores illam assecurarunt, distribuendo inter se precium lib. 52. mil. itaut omnes simul assicurauerint totum frumentum valoris 52. mil. & receperint mercedem pro eadem quantitate: stante igitur hac diuersitate rationum, cum articulus sit exemplaris Domini mandarunt, vt particulari dispositione discutiatur.

Et ita fuit decisum partè vtraquè &c.

R.P.D.

R. P. D. BVCCABELLA.

Anconitana Dotis.

Die Lunæ 23. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Dotis confessio facta à marito, constante matrimonio, quando præsumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem, & an talis confessio iuramento roboretur. Simulatio quando impediat executionem obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis confeßio emanata constante matrimonio, & nulla præcedente promißione, veram, & realem solutionem non probat.*

2 *Donatio inter virum, & vxorem non valet, & num. 5.*

3 *Donatio excedens 500. aureos absquè insinuatione non tenet.*

4 *Mulier ad secunda vota censetur transire cum eadē dote, quam in primo matrimonio constituerat.*

6 *Solutio, aut datio, quando est notabilis summæ, non est verisimile, quin sit facta sine quietantia.*

7 *Mariti confessio de dote recepta, dum timet proximam confiscationem, præsumitur facta in fauorem vxoris, & in fraudem Fisci.*

8 *Simulatio incontinenti probata impedit etiam exequutionem obligationis Cameralis.*

9 *Confessio simulata mariti de dote recepta, nec etiam iuramento roboratur.*

10 *Dotis fructus spectant ad maritum, in recompensationem onerum matrimonij.*

11 *Dotis fructus non augent ipsam dotem.*

12 *Testes, qui deponunt de eorum iudicio probationem aliquam non faciunt.*

13 *Testibus fides minùs adhibetur stante inuerisimilitudine.*

DECISIO CCLIX.

Hieronymus Fanellus de anno 1623. D. Franciscam vxorem quietauit de scutis 2250. pro tota, & integra Dote sibi oretenùs promissa, & olim primo Viro constituta. De anno verò 1628. fassus fuit habuisse, & recepisse pariter pro dote alia scuta 1750. à prædicta vxore prout ex Instrumento Summario dictæ Franciscæ num. 10. Hieronymo mortuo vxor superstes egit coram A. C. contra dicti secundi viri hæredes pro restitutione dotis, nempè scutorum 4000. & decretum obtinuit à quo per dd. hæredes fuit appellatum, & Signatura quòad dicta scuta 1750. cum clausula, si quid exequendum, rescripsit. Causamque mihi commissa, Et cum hodie dubitauerim an prædictum mandatum esset exequendum DD. negatiuè responderunt. Quia illud fuit relaxatum in vim Instrumenti, in quo maritus post iam quinquè annos à tempore contracti matrimonij elapsos confitetur dicta scuta 1750. se pro dote recepisse, quæ quidem confessio emanata constante matrimonio,
1 nullaque præcedēte promissione veram, † & realem solutionem non probat, cum facta potiùs præsumatur simula-
2 tè in fraudem donationis, † quæ inter virum, & vxorem est prohibita, *l. 1. & 3. ff. de donat. int. vir. & vxor. Bart. in l. 2. §. creditum, sub num. 5. ff. si cert. pet.* Alex. *cons. 142. num. 1. & seqq. lib. 5. Surd. consil. 489. num. 1. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. nu. 18. vers. tertius est casus. Rot. decis. 485. nu. 1. par. 3. lib. 3. diuers.* Et quidem non solùm ratione perso-
3 næ, sed etiam ratione rei, cum excedat 500. † aureos, adeout cum non fuerit insinuata non possit dici confirmata per mortem viri, iuxtà *l. donationis, la prima vers. nam amplioris quantitatis*, vbi *glos. in verb. confirmari, & Salic. nu. 3. versic. item nota. C. de don. int. vir. & vxor. Paris. consil. 62. num. 20. lib. 1. cum alijs per Rot. decis. 683. sub num. 10. par. 1. recent.*

Et ad hoc ità præsumendum eò faciliùs DD. inclinarūt, quoniam plura concurrunt adminicula, & cōiecturæ. Quarum præcipua oritur ex publico Instrumento celebrato de anno 1623. inter dd. Hieronymum, & Frāciscam coniuges, dum in eo præuia narratiua dotis constitutæ primo viro, nempè scutorum 2250. per dictam Franciscam assignantur & ceduntur dicto secundo marito omnia iura, & actiones sibi vigore dicti Instrumenti dotalis contra hæredes primi viri competentia; Quia cessione stante idem secundus maritus ipsam Franciscam de tota, & integra dote sibi verbotenus promissa exactione sequuta, cum clausula ex nunc prout ex tunc, & non aliàs, quietauit. Vndè clarè apparet dictam Franciscam eamdemmet dotem per primi viri hæredes restituendam promisisse, & assignasse 2. viro, & eò ma-
4 ximè, quia † mulier censetur ad secunda vota transire cum eadem dote, quam in primo matrimonio constituerat, *l. si mulier. l. dotemq. l. Diuus, ff. de iur. dot. Rol. de lucr. dot. q. 75. num. 1. & seqq. Rot. decis. 156. num. 10. par. 2. diuers.* & fuit dictum *in Spolet. fructuum dotis 16. Maij 1633. coram* Reuer. P. D. *meo Panzirolo*. Et ideò non videtur dubitandum quin subsequuta deinde post quinquennium confessio de recepto dd. scutorum 1750. vltra scuta 2250. primo
5 viro data, fuerit simulata, † & in fraudem donationis quemadmodum benè considerauit *Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 188. num. 2.*

Secunda verò resultat ex eo, quod quemadmodùm dicta mulier cauta, & prudens reportauit per publicum Instrumentum quietantiam dotis simpliciter verbis assignatæ, & nondum effectualiter traditæ, ita etiamsi de tempore contracti matrimonij dedisset dicta scuta 1750. procurasset id expresè in dicto Instrumento declarari, sibique particu-
6 larem quietantiam fieri, nec talis datio ac solutio † est verisimilis sine quietantijs, quandoquidem summa est notabilis, vt similiter animaduertit *Rot. in d. decis. 188. num. 3.*

Tertia, Deniquè desumitur ex eo, quod Instrumentum fuit celebratum tempore quo d. Hieronymus latitabat in Conuentu S. Augustini ob grauissimam causam criminalē, pro qua timebat proximam confiscationem, & ideò ad il-
7 lam euitandam, † & in fraudem Fisci dicta confessio ad vxoris fauorem facta præsumitur *Bart. in l. post contractum, num. 2. ff. de donat. & consil. 65. num. 4. lib. 1. Farinac. q. 25. num. 133. & q. 164. num. 71. seqq & num. 143 Honded. cons. 46. num. 19. & 25. lib. 1.* quod apertiùs etiam suadetur ex inhibitione paulò postea expedita in Tribunali A. C. vigore eiusdem dicti Instrumenti.

Nequè obstat dictum Instrumentum esse iuramento, & obligatione Camerali vallatum, quia cum simulatio ex aperta iuris præsumptione ex eodem Instrumento resultante, in quo contineri legitur simplex confessio de recepto facta per maritum constante matrimonio iunctis præser-
8 tim supradictis coniecturis sit concludenter, & † incontinenti probata, impedit etiam exequutionem obligationis Cameralis, ex traditis per *Galles. de oblig. Cam. q. 18. num. 5. & seqq & ibi Zacch. num. 3. Farinac. q. 162. num. 63. Cas.*
9 *de Cras. decis. 16. num. 10. de prob.* Et operatur vt † confessio ipsa, nec etiam iuramento firmetur, vt per *Soccin. in l. 1. num. 98. vers. 2. concl. ff. solut. matr. Crauet. cons. 81. in princ. Cephal. consil. 163. num. 21. Ruin. consi. 130. num. 3. lib. 1. & consil. 137. num. 3. lib. 4. Purpurat. consil. 36. num. 2. Mantic. lib. 11. tit. 20. num. 20. & 27.*

Minùs obstat quietantia fructuum dotis per vtramquè

Coniugem respectiuè facta interusurijs habitis à Carolo Cessionario hæreditatis primi Viri in diuersis vicibus, & per manus diuersarum personarum partim antè, partim post contractum secundum matrimonium. Nam quoad fructus decursos antè matrimonium, quemadmodùm ipsamet Francisca illos verisimiliter receperat, & in se alendo consumpserat; Ita etiam de ijs quietantia fecit per dictam confessionē de recepto; Vndè ex tali quietantia respectiuè facta per Vxorem non solùm non apparet dicta interusuria fuisse consignata secundo marito ad Computum dotis, sed potiùs elicitur contrarium: Quò verò ad interusuria decursa post contractum Matrimonium, quàm-
10 uis illa maritus recepisse confessus fuerit, non per † hoc sunt computanda in dotem, cum ad ipsum absolute spectent in recompensationem onerum matrimonij. Nec pro-
11 indè † potuerint dotem augere *l. Dotis fructum, ff. de Iur. Dot. l. pro onerib. C. eod. Anchar. cons.* 150. *num.* 4. *vers. tamen fateor. Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 45. *num.* 49. *Rota part.* 2. *recent. dec.* 198. *nu.* 2. *Seraphin. decis.* 1423. *n.* 2.

Nec etiam releuat alia Confessio per dictum Hieronymum facta receptionis scutorum 250. à prædicto Carolo, quia illa censentur soluta ad Computum scutorum 2250. à primo Viro, & illius hæreditate debitorum, de quibus hodiè non agitur.

Denique non obstant testes deponentes de asportatione mobilium, & pecuniarum ad domum secũdi Viri; Quia vltrà quod contra ipsorum personas plures opponebantur exceptiones, Visum fuit DD. in dicto non cõcludere, cum quoad pecunias nullus ex ipsis exprimat quantitatem, & ali-
12 qui solum deponant † de eorum Iudicio desumpto ex sonitu intra Crumenam, ideoquè probationem aliquàm non faciat. *Alex. cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 1. *Paris. cons.* 56. *nu.* 14. *lib.* 2. *Pupurat. cons.* 369. *sub num.* 4. *&* 5. *Giurb. cons. crimin.* 71. *num.* 15. *Gaual. decis.* 375. *num.* 3. Quò verò ad mobilia non deponant de aliqua consignatione per vxorem dicto Hieronymo facta in causam dotis, immo potiùs probare videantur oppositum ipsam scilicèt claues capsarum pœnès se retinuisse, & mortuo viro dicta mobilia secũ tanquàm propria asportasse, illaque hodie pœnès se habere, præsertim, quia in contrariùm vrget etiam maxima inuerisimilitudo deducta ex eo, quod si dicta D. Francisca pecunias, & mobilia dicto Hieronymo eius viro in dotem effectualiter dedisset, ac consignasset, vtiquè de hoc in dicto Instrumento anni 1623. mentionem fieri curasset iuxtà
13 superiùs deducta † inuerisimilitudo autem, facit, vt Testibus fides minùs adhibeatur, ex *Abb. in cap. quia verisimile. ad fin. &* ibi *Felin. de præsumpt. Socc. sen. cons.* 44. *num.* 5. *lib.* 4. *Decian. cons.* 109 *num.* 64. *& seqq. Io. Franc. de Ponte cons.* 4. *nu* 33. *lib.* 1. *Rot. dec.* 100. *nu.* 13. *impress. post* 2. *volum. cons. Farinacc. & coram san. mem. Greg. XV. dec.* 510: *num.* 4 *&c.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

¶ In eadem causa vide infrà alteram decisionem sub die 14. Iunij præsentis anni 1634. coràm eodem bon. mem. Buccabella.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Census.

Die Lunæ 23. *Ianuarij* 1634.

ARGVMENTVM.

Mandatum de associando, quando est nullum non solum est supersedendum in executione, sed etiam est permissa ab eo appellatio Minor vt validè contrahat, sunt seruandæ solemnitates requisitæ, ad hoc per Constitutionem Marchiæ, quę comprehendit omnia loca status Ecclesiastici.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando, quando est nullum, non modo in illius executione est supersedendum, sed etiam permissa est appellatio. num.* 2.
3 *Minor validè contrahere non potest, sinè solemnitatibus requisitis per Constitutionem Marchiæ. c.* 25. *lib.* 5.
4 *Ægidianæ constitutiones, omnia loca status Ecclesiastici comprehendunt.*
5 *Maiores* 20. *annis in omnibus proindè habentur, ac si essent maiores* 25. *annis, & hoc procedit in Vrbe, vbi viget tale statutum.*
6 *Statutum directum in personas subditas, nõ comprehendit personam non subditam.*
7 *Iuramentum operatur, vt minor censeatur esse maior* 25. *annis.*
8 *Ægidiana in contractibus minorum, requirit copulatiuè iuramentum, & solemnitates.*
9 *Minor, si fuerit læsus in aliquo contractu, post cursum quinquennij post maiorem ætatem, non potest petere restitutionem in integrum declara num.* 10.
10 *Text. in l. fin. C. si maior. fact. alien. sinè decret. in quibus terminis loquatur.*
11 *Census contractus ab initio nulliter celebratus, non potest conualescere per solutiones census posteà subsequutas.*
12 *Census nulliter constitutus, vt conualescat per ratificationem, quid requiratur, & num.* 13.
14 *Fides baptismatis probat ætatem.*
15 *Fides baptismatis extracta lite pendente à Parocho in locum defuncti deputato probat.*
16 *Scripturæ formalis extractio, quando non requiratur.*

DECISIO CCLX.

Domini responderunt non esse locum Ægidianæ ad fauorem Geraldi Domini Census, de quo agitur. Quia
1 mandatum de essociando † in possessionem fundi ei concessum non est iustum, attenta nullitate impositionis dicti Census. Vndè non modò in illius exequutione est supersedendum, *Seraphin. decis.* 425. *num.* 5. Sed etiam permissa
2 † est appellatio, vt in eadem Constitutione Ægidiana legitur, & in hoc Tribunali pluries fuit resolutum.

Nam quondam Clementinus, cum esset minor nullis adhibitis solemnitatibus, constituit Procuratorem ad imponendum Censum, quem idem dictus Clementinus tunc temporis non esset infrà legitimam ætatem constitutus, va-
3 lidè contrahere non † potuit, sinè solemnitatibus requisitis per Constitutionem Marchiæ de forma seruanda in contractibus minorum *c.* 25. *lib.* 5. quæ iuxtà Summorum Pon-
4 tificum Sixti IV. & Pauli III. extensiones, omnia † loca Status Ecclesiastici comprehendit

Non obstat, quod constitutio dicti Procuratoris facta fuerit eo tempore quo Clementinus erat in Vrbe, vbi viget
5 Statutum † quod maiores viginti annis in omnibus per inde habeantur, ac si essent maiores, 25. Quia cum ipse tan-
6 quã ciuis Vrbeuetanus, non esset † persona subdita Statutibus, non poterat comprehendi sub dispositione dicti Statuti directi in personas subditas *Bald. in l. cunctos populos. n.* 92. *C. de Summ. Trinit. & fid. cath. Rot. decis.* 580. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers. & apud Pic. ad Stat. Vrb. decis.* 63. *n.* 17.

Neque dicta impositio Census sustinetur, ex eo, quod prædicto Procuratori tradita fuisset facultas firmandi contractum iuramento in animam ipsius Constituentis, præstan-

stando iuxta iuris communis dispositionem, quod iuramē-
7 tum † operatur vt minor censeatur esse maior 25. annorum vt per *gloss. & Bald. in Auth. Sacram. pub. num. 4. C. si aduers. vend.* Quia prædicta Constitutio Marchiæ in huiusmodi contractibus minorum copulatiuè requirit † iuramentum, & solemnitates, itaut alterum non sufficiat *l. hæredi plures, ff. de cond. instit. Iason. in l. 1. n. 2. ff. de iust. iur.* Et in his terminis Rota coram me *in Auximana nullitatis Donationis 2. Decembris anni præteriti.*

9 Minùs possunt suffragari taciturnitas, † & cursus quinquennij post maiorem ætatem, ad *l. fin. C. si maior. fact. alien. sine decret.* Quia indè potuit quidem suppleri defe-
10 ctus decreti Iudicis, non autem aliarum † solemnitatum, vt in terminis *d. l. fin. intellexit Rota coram Greg. XV. decis. 260. n. 13.*

11 Neque per solutiones † Census posteà subsequutas, contractus ab initio nulliter celebratus potuit conualescere, vel
12 inde inferri potest ad illius ratificationem, † cuius præsumptio, nisi data scientia omnium qualitatum, & defectuum non admittitur, vt de similibus solutionibus Census nulliter creati, fuit à *Rota resolutum decis. 31. num. fin. post tract. de cens. & in Romana Census 13. Feb. 1630. coram R. P. D. meo Merlino.* Nullibi enim apparet, vel ipsum Clementinum, vel eius hæredes certam scientiam habuisse dictæ nullitatis
13 Census in iure consistentis, quæ † vltrà genericã facti notitiam, ad effectum inducendi ratificationem requiritur, *Gregor. d. decis. 260. n. 15. vbi Add. n. 22. cum alijs allegatis in d. Rom. Census, coram R. P. D. meo Merlino.*

Quod autem d. Clementinus tunc temporis esset minor 25. annorum constat ex collatione Instrumenti celebrati de mense Iunij 1587. cum fide baptismatis suscepti de mē-
14 se Nouembris Anni 1563. Quæ fides † probat minoritatem, Reuerendissimus D. Decanus *decis. 334. num. 2.* & cum sit Parochi Successoris eius qui contulit baptismum atque concurrat testimonium Vicarij Episcopi attestantis partitam huiusmodi baptismi ex libro baptizatorum esse extractam manu propria dicti successoris, eumquè talem esse qualem se facit, ea est probatio sufficiens, non obstan-
15 te quod † extractio legatur facta hac lite pendente, absquè literis compulsorialibus, & alterius partis citatione, *Caputaquen. decis. 351. num. 3. & 4. dictus Reuerendissimus D. Decanus decis. 89. num. 5. cum seqq. & decis. 219. num. 6.* forma-
16 lis † enim extractio requiritur quando non constat de qualitate extrahentis, vt in casu decisionis *Greg. sanct. mem. XV. 359.* vbi fuerat producta fides prætensi coadiutoris Parochi, quem non constabat esse talem, neque vllo modo apparebat de illius deputatione.

Et ita vtraquè, &c.

¶ In eadem causa adest infrà alia decisio sub die 23. Iunij eiusdem anni coram eod. bon. mem. Motmanno.

R. P. D. BVCCABELLA.

Tarraconeñ. Primitiarum.

Die Veneris 27. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Parochus habet intentionem fundatam super perceptione primitiarum bonorum sitorum in sua Parochia. Primitiæ, quæ sint, & cui debeantur. Bona, quod sint sita intrà fines alicuius Parochiæ, qualiter probetur. Testis asserens articulum esse verum, probat.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam super primitijs debitis ex fructibus bonorum positorum in locis suæ Parochiæ.*

2 *Primitiæ sunt oblationes, quæ fiunt de primis frugibus.*

3 *Primitiæ debentur Ecclesiæ Parochiali, vbi prædia sita sunt.*

4 *Bona quod sint intrà fines alicuius Parochiæ, benè probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*

5 *Testes probant bona aliqua adesse intrà fines alicuius loci, si deponant ex certa scientia, ex eo, quod sint oriundi, & habitatores illius loci.*

6 *Testes, si simpliciter dicant, quod contenta in articulis, super quibus interrogantur sunt vera, benè probant.*

7 *Enunciatiuæ antiquissimæ excedentes metam centum annorum, probant.*

8 *Ius percipiendi primitias in locis sitis in aliena Parochia vt præscribantur, quid sit necessarium.*

DCISIO CCLXI.

Censuerunt DD. Parochum Loci Vimbodini habere
1 fundatam intentionem † super Primitijs debitis ex fructibus bonorum positorum in locis pro parte Parochi specificatis, & alijs intra fines ipsius Parochiæ existentibus,
2 Primitiæ † enim quæ sunt oblationes de primis frugibus, iuxtà tradita per *S. Thom. 2. 2. quæst. 86. art. & not. per Doct.*
3 *in cap. 1. de Decim.* debentur † Ecclesiæ Parochiali, vbi prædia sunt sita, vt in puncto extat *decis. Put. 169. num. 1. et seqq. lib. 3.*

Quod autem bona in dictis locis posita sint intra fines di-
4 ctæ Parochiæ, benè probatur † ex Testibus datis in Summario num. 3. qui quoad illius fines deponunt etiam de publica voce, & fama, quòd sufficit in hac materia, *cap. cum causam il 3.* & ibi *Butr. num. 4. Imol. num. 3. et 5. de prob.* & fuit dictum in *Bracharen. Decimarum. 19. Ianuarij 1601. coram Card. Pamphilio,* & in *Aprutina Iurisdictionis 15. Iunij 1626. coram bon. mem. Remboldo*; Et deinde affirmāt
5 loca prædicta intrà ipsos † fines contineri, idquè ex certa scientia, eò, quod sunt oriundi, & habitatores Vimbodini, vt in d. Sum. num. 5.

Et vlteriùs etiam deponunt moderni Rectoris antecessores, fuisse solitos huiusmodi primitias in articulatis locis exigere, asserentes non solùm se eas soluisse, sed etiam fuisse solutas ab eorum antecessoribus, idquè de visu, & audi-
6 tu, & licèt aliquando simpliciter dicant contenta † in articulis, super quibus interrogabantur esse vera, adhuc tamen benè probant *Bald. cons. 10. num. 6. lib. 5. Cassad. decis. 3. sub numer. 9. de probatio 1. Rot. decis. 8. in princip. part. 5. diuersor. et in decis. 588. num. 3. coram sanct. mem. Gregor. XV.*

Cui confinium probationi accedunt duæ enunciatiuæ in
7 duobus instrumentis † antiquissimis, vt in d. Sum. numero 4. & 24. In quibus ijdem fines enunciantur, qui in articulis continentur, & de quibus deponunt supradicti Testes, quę sole sufficerent, cum longè excedant metam 100. annorum, *Gloss. in cap. cum olim. in verb. instrum. de censib. Dec. cons. 146. num. 14. Rot. coram Card. Serap. decis. 507. num. 1. et decis. 1061. num. 4.*

Non obstat descriptio in Capibreuio Monacorum, & Primitiarum exactio ab eis facta. Nam quoad descriptionem illam tanquàm ab ipsis procurata, & ad eorum instantiam, ac voluntatem facta, probationem aliquam non facit, nec Rectori præiudicat.

Quò ad exactionem, siuè prætensam, quasi possessionem exigendi, illa redditur saltem valdè turbida, ac dubia ex dictorum Testiū depositionibus de exactione facta ab ante-

antecessoribus. Moderni Rectoris, etiam ex certa scientia, & de facto proprio attestantium, & in omnem casum illa non reuelat, nec ius aliquod tribuit, cum non constet
8 de particulari priuilegio, † aut immemorabili, vel quadragenaria cum Titulo, prout requiritur, quando agitur de iure percipiendi Primitias in locis sitis in aliena Parochia, *Rot. coram Card. Seraph. decis. 899. num. 5. & coram Reuerendissimo D. meo Decano decis. 345. num. 6.*

Et ita decisum Rectore tantum informante, Monacis tamen pluries citatis, & informante non curantibus &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 30. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Iusta causa ignorandi creditum, est sufficiens, vt creditor se excusare possit à negligentia petendi creditum intra tempus ab aliquo Statutum præfixum, & ista causa ignorantiæ, qualis esse debeat, ad hoc, vt competat restitutio in integrum aduersus dictum Statutum. Solutio, vt præsumatur ex lapsu temporis, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Causa iusta ignorantiæ est sufficiens, vt quis possit se excusare à negligentia petendi debitum, & ideò est restituendus.*
2 *Causa deducta ex propabili ignorantia crediti, debet esse iusta, & rationabilis, vt quis excusetur, à negligentia illud petendi.*
3 *Scientia proueniens ex sanguinis coniunctione, intelligitur quoad ea, quæ respiciunt iura sanguinis, non autem quoad alia.*
4 *Præsumptiones in sua specie imperfectæ non coniunguntur.*
5 *Iura sua, quis tenetur inuestigare.*
6 *Testi vnico, si sit standum ad fauorem inducentis, sic etiam erit standum contra eum.*
7 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. euitatur stante interpellatione.*
8 *Solutio, vt præsumatur ex lapsu temporis, quid debeat interuenire. & num. 9.*
10 *Liberationem à debito, quis potest consequi beneficio temporis non interrupti.*
11 *Solutiones, quæ fiunt beneficio temporis, & illæ, quæ fiunt soluendo, quoad consequendam liberationem non differunt, & quoad alia in quo differant vide num. 12.*
13 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
14 *Negligentia creditoris per Statut. Vrb. lib. 1. c. 158. considerata, non pertinet ad cedentem.*
15 *Creditor verè post cessionem, quando quis non dicatur. & num. 16.*

DECISIO CCLXII.

RESPONSVM fuit sub die 27. Iunij 1633. * Domino Crescentio competere restitutionem in integrũ aduersus lapsum temporis sexdecim annorum ex *Statuto Vrbis 158. lib. 1.* inductum ad præsumendam solutionem; Hodie iterum causa discussa, in eadem resolutione Domini permanserunt ex eisdem rationibus; & fundamẽtis.

Quia concurrit in Salustia Cetrina vxore Octauiani, & cessionaria, & etiam Romulo administratore hæreditatis Salustiæ; iusta causa ignorandi creditum, de quo agitur
1 contra Garzonium confideiussorem, quæ sufficiens † est, vt possint se excusare à negligentia petendi creditum, vt propterea restitutio in integrum non possit denegari, ex *Bart. in lib. 2. §. si quis propter num. 2. ff. de itin, actuque priuat. Balb. de præscript. 4. part. 4. quæst. princ. q. 29. cum alijs allegatis in decisione.*

2 Non obstat, quod huiusmodi causa deducta ex † probabili ignorantia crediti debeat esse iusta, & rationabilis, nec quælibet sufficiat, *Anchar. cons. 170. num. 7. vers. tamen eius opinio Balb. ead. quæst. 29. num. 8. Tiraquell. de retract. lig. §. 35. glos. 4. num. 34.* & talem non fuisse dicebatur probari, nedum præsumptionibus, sed, & testibus, qui dantur.

Quia quòad præsumptiones illæ quidem non obstant; nam quæ desumuntur ex simultanea cohabitatione Octauiani, & Salustiæ Coniugium, fuit sublata in alia decisione, & vlterius regula illa communiter declaratur, in con-
3 cernentibus † iura sanguinis, non autem, quòad alia, & quòd permanentia, & habentia tractum successiuum, nõ autem, quòad momentanea, *Surd. cons. 7. num. 53. & consil. 45. num. 51. vol. 1.* & Secunda, quæ fundatur in stipulatione cessionis ab eadem Salustia non est in sua specie
4 concludens, † quia nullum verbum de credito controuerso, & generica de omnibus creditis non sufficit *Mohed. decis. 4. de prob. Surd. cons. 150. in fin. lib. 1.* Nec demum Tertia suffragatur, quod Salustia haberet notulam debitorum, & Romulus administrator Archiuium scriptura-
5 rum; ex quibus poterant, & tenebantur † inuestigare iura sua; Quia existentia prædictorum, vnico tantùm teste probatur, cuius depositioni si standum est pro Garzonio;
6 vtique, & contra eum erit standum, dum † deponit, quod pluries fuit interpellatus ad soluendum, ex qua interpella-
7 tione † euitatur rigor Statuti supradicti; quandoquidem in hac parte dicta testium scindi non possunt, *Specul. de test. §. 1. num. 69. Card. in clem. 1. num. 14 eod. tit. de test.* & idem fuit firmatum in *Spoletana bonorum 18. Maij 1590. coram bon. mem. Penia.*

Quò verò ad testes nempè primum super octauo, & secundum super primo de scientia certa nihil concludunt, quia in eorum depositionibus fatetur nescire ad fauorem quorum societates per ipsos enunciatas fuerint contractæ, nec pro qua summa recordabatur, & secundus testis simpliciter deponit de auditu, quod Gaspar Garzonius erat debitor hæreditatis Salustiæ pro debito fideiussionis per eum soluto, sed de quo tempore, & pro qua societate non distinguit.

Denique non releuant, quæ de nouo ponderantur ad sustinendam dispositionem statuti supradicti in præsumẽda solutione ex lapsu sexdecim annorum, dicebatur enim, ex quo cessio facta per Octauianum de anno 1605. Ceri-
8 næ eius vxori, nunquam fuit intimata Garzonio, nec † intercessit vnum de tribus relatis *in l. 3. C. de Nouat.* ipseque Octauianus de anno 1592. quo soluit debitum commune cum Garzonio confideiussore superuixit vsque ad annũ
9 1618. sicuti † soluendo primo creditori fuisset liberatus, per *d. l. 3. C. de nouat. l. si cum tempore*, vbi *Ias. ff. de pact. Specul. de procur. §. sequitur. num. 11.* ita etiam potuit cõ-
10 sequi † liberationem beneficio temporis non interrupti ex requisitis in *d. l. 3. C. de nouat.* ex quo istæ solutiones
11 quoad consequendam liberationem † inter se non differant *Gratian. discept. 52. num. 18.* & idem fuit firmatum in *Romana Pecuniaria 10. Iunij 1624. coram Domino meo Merlino.*

Quoniam prædicta non differunt effectu, sed ratione, eodem enim modo liberatur debitor beneficio temporis sicuti soluendo, sed primo modo ex præsumpta solutio-
12 ne, † secundo verò modo per actum indubitatum solutionis,& de hoc postremo, quoad factum, quando verè
13 actualiter soluitur debitum non est quæstio, quia † solutione eius,quod debetur,tollitur omnis obligatio, *l.soluendo,ff.de neg.gest.§.1.Instit.quib.mod.toll oblig.l.tale pactum §.post diuisionem*,vbi *Castrens.ff.si cert.pet.Surd. dec.113. num.2.& 308.numer.9.* sed primo modo præsumptio, ad inducendam præsumptionem solutionis potest diuersimodè,se haberi,per negligentiam scilicet primi creditoris & per negligentiam secundi, qui est cessionarius in pe-
14 tendo,& exigendo creditum;Primo casu ad † cedentem non pertinet negligentia in exigendo per statutum considerata, ibi, *si creditor fuerit negligens in petendo debitum*
15 *per sexdecim annos*, quia ille verè † non est creditor post cessionem ex quo non habet directas actiones & vtiles à se abdicauit, nec reliquiæ illarum remanserunt in Octauiano cedente. *Bart.in l.ex asse.num.3.ff.ad Trebell.Bertaz.clausf.26.glos.4.Surd.cons.22.numer.36.lib.1.* Nec per consequens negligentia illius potest suffragari ex mente Statuti debitori non soluenti.

Nec vrget ratio in contrarium ponderata, quod hoc modo debitor cessus propter ignorantiam facti alieni remaneret deceptus soluendo debitum cedenti.

Quia vtrunque potest esse,& quod remaneat deceptus & quod statutum nihil disposuerit in eo casu,sed tantum-
16 modo in creditore negligente,qualis † non potest dici cedens, habens tantummodo vtiles actiones, ex persona alterius creditoris, prout habebat Octauianus. Et ita vtraque,&c.

* Vide infra hanc decisionem prout in Indice posito in fine Decisionum.

REV. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caetanis,

Die Lunæ 30. Ianuarij 1634.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, quando dicatur esse in forma probanti. Instrumentum habens tempus 100. annorum non eget alia probatione, nisi vt doceatur de tali antiquitate scripturæ, In instrumento antiquo vltra 60. annos ad effectum tam probationis Notariatus, quàm recognitionis, admittuntur præsumptiones,&c. Et aliqua circa probationem identitatis Notariatus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dicitur esse in forma probanti, si concurrant omnia, quæ requiruntur ad effectum, vt dicantur habere faciem publicæ scripturæ.*

2 *Instrumentum habens metam centum annorum tunc in eo nulla requiritur probatio notariatus, aut manus recognitio, sed sufficit sola fides de antiquitate scripturæ.*

3 *Instrumentum antiquum vltra 60. annos si sit, ad effectum, vt tunc probetur tàm Notariatus, quàm eius recognitio, sufficiunt præsumptiones, coniecturæ, & adminicula.*

4 *Enunciatiua non incidenter, sed consulto, & per viam dispositionis prolata, quid operetur, & num. 5.*

6 *Notarij identitas, vt probetur, præter nomen, requiruntur duæ demonstrationes.*

7 *Demonstratio patriæ alicuius, est aptissima pluribus conuenire.*

8 *Personæ demonstrationes ex consuetudine, & stylo Curiæ sæpius desumuntur à solo nomine, patria.*

9 *Demonstrationes, licet sint generales, & aptæ pluribus conuenire in abstracto, in concreto tamen considerata scilicet inter personas, à quibus ipsemet demonstrationes emanarunt eam recipiunt restrictionem, ac specificationem, quæ pluribus non ità facile conuenire possunt.*

10 *Enunciatiua vnica, siue partium assertio, non probat notariatum dum principaliter quæritur super eo.*

11 *Notariatus substantia probata, qualitas temporis per leuiores probationes, probatur.*

12 *Notariatus, si probetur de aliquo tempore præcisè, talis probatio non suffragatur ad probationem eiusdem Notariatus de præterito.*

13 *Alex. in cons. 198. num. 8. vol. 7. & alij declarantur.*

14 *Ex præsenti iure merito præsumitur in præteritum.*

15 *Prætensiones, quando sunt notabiles, non est verisimile, quod adeò spretæ fuerunt, vt etiam ex memoria ipsa exciderent.*

16 *Adminiculo aliquo firmo remanente, à quo vitam, ac spiritum desumunt cetera adminicula, consequenter corrunt alia omnia, quæ aduersus illa adminicula deducuntur.*

17 *Adminicula, quando sunt leuiora non egent particulari responsione.*

DECISIO CCLXIII.

SVB DIE 25. Februarij præteriti * resolutum fuit Instrumentum anni 1517. esse in forma probanti, quæ sententia hodie etiam articulo iterum mature discusso, placuit Dominis.

I. Nam, vt latè deductum fuit in decisione, quę reuidetur, quantum attinet ad ipsum Instrumentum, concur-
1 runt omnia; † quę requiruntur ad effectum, vt dicatur habere faciem publicę scripturæ.

II. Quantum verò attinet ad probationem Notariatus, ac recognitionem manus Ser Francisci de Alatro, qui legitur de eodem instrumento rogatus, Aut ex lapsu 97. annorum à tempore rogitus vsque ad diem motę litis secundum ęquiorem quamdam inter interpretationem, à qua alias non abhorruit Rota, admittimus nos versari in
2 terminis centenarię, & hoc † casu nulla requiritur probatio Notariatus, aut manus recognitio, sed sufficit sola fides de antiquitate scripturę, quę hic quidem non defecit; Vel quatenus etiam rigori sit inhęrendum, vt scilicet sequamur opinionem, quę integrè lapsum 100. annorum exigit; cũ agatur de instrumento antiquo, non solum vltra 60. sed
3 etiam 90. annos, vtique ad effectum tam † probationis Notariatus, quàm recognitionis, admittũtur pręsumptiones coniecturę, & adminicula, quę sanè adminicula, & quidem vrgentia non desunt in casu isto, vt latè prędicta omnia, sublatis omnibus contrarijs, in prędicta decisione fuerunt latius firmata.

III. Nec obstant ea, quę singulariter aduersus pręfata adminicula deducuntur: Nam quantum attinet ad primũ, negari non potest, quin ad comprobandum Notariatum pręfati Ser Francisci de Alatro de tempore rogitus huiusce

ce instrumenti de anno 1517. initi inter filios Raimundi de Caetanis insurgat vrgens adminiculum ex alio instrumento concordiæ inter eosdemet fratres de anno 1523. celebrato in quo habetur clarissima enunciatiua dicti Notariatus, dum præceteris omnia iura, instrumenta, ac dispositiones inter se ipsos tunc hactenus factas, per quas, & quæ dicta concordia impediretur, & contradiceretur per quemcumque Notarium, rogatas, & factas, & maximè per Ser Franciscum de Alatro, quoad d. effectum solum, & dumtaxat, &c. irritant, & annullant, quæ, quidem enū-
4 ciatiua † non incidenter, sed consulto, ac per viam dispositionis emanata, non solum suffragatur ad adminiculandam probationem Notariatus d. Ser Francisci de Alatro in genere, ac etiam in specie de tempore rogitus huiusce instrumenti anni 1517. vt dictum est, sed in indiuiduo va-
5 lidissimum præstat † adminiculum pro iustificatione rogitus eiusdemet instrumenti anni 1517. tanquam præcise contemplati in ipsa partium assertione, ex demostrationibus in alia decisione ponderatis.

6 IV. Nec obstat, quod ad inducendam † huiusmodi iustificationem, opus esset, quod identitas personæ dicti Ser Francisci esset expressa per duas demonstrationes, vltra nomen, vt docet *Bart. in l. demonstratio falsa, num. 14. ff. de condit. & demonst. quem in puncto sequitur Afflict. decis. 245. num. 5. & 6. Alex. cons. 153. num. 4. libr. 2. Dec. cons. 13. num. 9.* hic autem vltra nomen concurrat sola
7 demonstratio † patriæ, aptissima pluribus conuenire quia omisso, quod consuetudine, & stylo Curiæ demonstra-
8 tiones personę sæpius desumuntur † à solo nomine, & patria ex deductis in alia decisione, fuit responsum, hic vltrà nomen concurrere duas demonstrationes, nempe Patriam, & Notariatum, quæ licet sint generales, & aptę pluribus etiam conuenire in abstracto, in concreto tamen consideratæ scilicet inter personas, à quibus ipsæmet demonstrationes emanarunt, eam recipiunt restrictionem,
9 † ac specificationem, quæ pluribus non ita facile potest conuenire, ponderando scilicet ex *Bart. in d. l. demonstratio falsa, num. 19. vers. item ex maiori*, maiorem notitiam, quam contrahentes habebant de persona huiusce Ser Frā cisci de Alatro, cum esset solitus rogari de instrumentis inter ipsos contrahentes, prout realiter sub ista dumtaxat generalium demonstrationum expressione rogatus reperitur de hoc instrumento anni 1517. indeque sequatur eo magis probatam personæ identitatem per easdem demōstrationes, quibus specificatur in instrumento, ad quod partes ipsæ habuerunt relationem; Vlterius animaduertebant Domini ex demonstrationibus latè ponderatis in alia decisione ad ostendendam identitatem huiusce instrumenti anni 1517. tanquam particulariter ab ipsis partibus cōtemplati in alio posteriori instrumento anni 1523. coadiuuari demonstrationes, ex quibus identitas personæ d. Ser Francisci deducitur.

10 V. Neque officit quod sola † enunciatiua, siue partium assertio non probet Notariatum, dum principaliter quæritur super eo, ex *Butr. in cap. illud. num. 3. de præscript. & alijs in prat. decis. allegatis*: Quia adhuc Domini inhæreruntresponsioni ibidem datæ, quod scilicet instrumētum istud concordiæ anni 1523. non deducitur ad effectum probandi simpliciter Notariatum; super quo aliæ probationes non deficiunt, sed ad effectum vt afferatur certa aliqua eiusdem Notariatus probatio quæ percutiat præcise tempus instrumenti, de quo agitur, rogati de anno 1517.
11 & sic bene intret conclusio, quod † probata substantia Notariatus, qualitas temporis per leuiores probationes probatur, vt latè per *Surd. in cons. 168. num. 7. & cons. 286. num. 11.* nec valet replicatio, quod talis enunciatiua licet possit probare Notariatum de tempore, quo illud enun-
12 ciat, † non possit tamen suffragari ad probationem eiusdemet Notariatus de præterito, maxime in diuturno interuallo sex annorum *Soccin. in cons. 95. ante num. 1. vol. 3. Alex. cons. 198. num. 8. & 4. vol. 7. Rol. cons. 3. numer. 9.*
13 *vol. 2. Ostasch. decis. Ledem. 117. num. 5.* Quia DD. † prædicti non loquuntur, quando, vt in casu isto habetur certum instrumentum in quo d. enunciatiua, quæ ad illud refertur, benè potest verificari: quo casu concurrit probabilis ratio, ex qua contra regulam per supradictos DD. fir-
14 matam † ex præsenti iure merito præsumitur in præteritum, ad *not. per Soccin. cons. 89. num. 19. lib. 1. Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 480. Rot. decis. 766. num. 7. par. 1 diuers.*

VI. Non obstat, quod cum in hoc instrumento anni 1523. cassentur solum instrumenta, & dispositiones, per quæ concordia eiusdemet instrumenti impediretur, non possit id intelligi de instrumento diuisionis anni 1517. per quod dicta concordia anni 1523. nullatenus potest impediri, ea demùm ratione, quod idem instrumentum anni 1517. non compræhendit bona, de quibus in præfato alio instrumento anni 1523. Quia placuit responsio, quod licet bona contenta in instrumento d. diuisionis anni 1517. non compræhenderentur principaliter, & tanquam de substantia contractus in præfato instrumento concordiæ anni 1523. continebantur tamen accidentaliter, tanquam incidentia ipsius contractus principalis, ea scilicet ratione, quia fratres de Caetanis auctores litigantium, pro obseruantia eorum, quæ in eodemet instrumento 1523. promittebant, Duci Sermonetæ obligabant Castra Normarum, Magentiæ, & Rocche Gurgæ, de quibus in instrumento diuisionis anni 1517. Ideoque ad istum dumtaxat effectum, vt d. obligatio adueniente casu promissionis ad fauorem Ducis, sustineretur, opus fuit, vt casseretur d. instrumentum anni 1517. in quo pacta, & conuentiones de non alienando, & alia huiusmodi, erant incompatibilia, cum dicta posteriori obligatione, ad fauorem Ducis emanata.

VII. Neque etiam officit, quod in eodemmet instrumento concordiæ anni 1523. cessio iurium Principis Sermonetæ super Castro Normarum recipiatur, tam à Frācisco, quam à Nicolao pro se ipsis, ac fratribus, quod rapugnare videtur d. instrumento diuisionis anni 1517. in quo Nicolaus, & tres fratres sub illius factione diuisi, excluduntur à d. Castro, quod fuit assignatum Francisco, & duobus alijs fratribus sub ipsius Francisci factione compræhensis; Quia responsum fuit, immò ex hoc clarius cōprobari veritatem d. instrumenti de anno 1517. cum enim in eodemet instrumento anni 1517. dictum Castrum Normarum posset dubitari fuisse suppositum fideicommisso, ad fauorem totius agnationis, iure merito d. cessio debuit fieri, simulq; recipi etiam ad fauorem Nicolai, & fratrum ipsius factionis, cum ipsi quoque possent prætendere, se in eodem fideicommisso esse compræhensos.

VIII. Non obstat tandem, quod in sępius relato instrumento diuisionis anni 1517. præfati fratres de Caetanis filij Raimundi, tunc inter se contrahentes nullam mentionem fecerint de prætensionibus, quas habebant, & iudicialiter intentauerat super Castro Sermonetæ, nec etiam vice versa de prætentionibus competentibus Duci Ser-
15 monetæ super Castro Normarum, quæ omnia † cum essent notabilia, non est verisimile, quod adeò spreta fuissent, vt etiam è memoria ipsa exciderint, hincque arguatur quam parum se inuicem compatiantur, & sibi constent duo ista instrumenta; Quia responsum fuit, quod quantum attinet ad prætensiones ipsius contrahentibus competentes, & iudicialiter motas, cum prædictum instrumentum anni 1517. contineret solam diuisionem eorum, quæ tunc ipsi possidebant, dictæ prætensiones tamquam illiquidę nec commodam diuisionem admittentes, & quæ solo iure nitebantur, non veniebant sub diuisione prædicta. Quò verò ad prætensiones Duci Sermonetæ competentes, ijdemet contrahentes laborassent contra proprium interesse, & commodum, si de illis mentionem fecissent, quasi Ius dicti Ducis, & bonam fidem erga ipsum agnouissent, actiones & iura passiua contra se canonizando.

IX. Firmo igitur remanente hoc adminiculo, quemad-
16 modum ab illo † vitam, ac spiritum desumunt cętera adminicula, ita consequenter corruunt alia omnia, quæ ad-
17 uersus illa deducuntur, cum vel tamquam † leuiora non egeant particulari responsione, vel satis superque fuerint sublata in præterita decisione facta sub d. die 25. Februarij

Mm 2 præ-

præteriti, à qua visum fuit Dominis nullatenus esse recedendum, &c.

* Est decisio 184. supra in hac eadem parte.

¶ Et in eadem causa adest infra decisio sub die 7. Iunij 1634 coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina Successionis de Alphanis.

Die Mercurij 1. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Perusinum sub rub. 45. de dotat. mulier. excludens filias dotatas a successione &c. intelligitur de dotatis iam tempore delatæ hæreditatis, itaut superueniens dotatio non tollat, nec auferre valeat, ius antea quæsitum, & radicatum in eis, quæ iam adiuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam lata est nulla, contraria non reuocata.*

2 *Sententia contra sententiam lata est valida, etiam contraria non reuocata, si de eius iniustitia appareat ex actis. & num. 3.*

4 *Sorores æqualiter cum fratribus succedunt in bonis maternis.*

5 *Statutum excludens mulieres dotatas à successione parentum censetur eas excludere ob habitam dotem, ante delatam hæreditatem. num. 6. & 7.*

8 *Hæres, postquam adiuit hæreditatem, si ab eo illa auferatur, non dicitur exclusus à successione, sed hæreditatis iam acquisitæ verè priuatus.*

9 *Pater retinendo bona materna, censetur nomine filiorum infantium hæreditatem matris eiusdem adiuisse.*

10 *Consensus præsumitur ex cursu longi temporis.*

11 *Pater, ex quibus præsumatur voluisse adire hæreditatem maternam nomine filiorum.*

12 *Possidentis assertioni statur, quo iure, vel nomine possideat.*

13 *Statutis, censetur, quis se conformasse.*

14 *Exclusionis qualitas, quando cessat, pariter cessat ipsa exclusio.*

15 *Statut. Perusin. sub rub. 45. de dotat. mulier. §. item si quis etiam declaratur. & num. 16.*

17 *Statut. Perus. sub rub. 45. de dotat. mul. §. item si aliquis declaratur. & num. 22. 23. & 24.*

18 *Hæreditatis fructus, non nisi post eam aditam, debentur.*

19 *In statutis exclusiuis fœminarum propter masculos ab hæreditate parentum, non debet fieri extensio.*

20 *Ita quod non sufficiat identitas, sed requiratur maioritas rationis.*

21 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

25 *Fructus à die mortis veniunt in petitione hæreditatis.*

26 *Specificatio aliqua non dicitur superflua, etiamsi tacitè insit.*

27 *Singula singulis, congruè referenda sunt.*

28 *Testes, vt probent aliquam obseruantiam, quid deponere debeant.*

29 *Obseruantia in materia exclusionis fœminarum ab hæreditate parentum, vt releuet debet esse certa, clara, vniformis, in casu de quo agitur, & in contradictorio iudicio obtenta.*

DECISIO CCLXIIII.

OBIIT ab intestato Dianora Lamberta de Alphanis superstitibus Seuero, Martia, & Hortentia eius filijs, ac Capitaneo Raphaele eius viro, qui quidem Raphael retinendo dotem dictæ suæ vxoris longè post decennium nuptui tradidit Capitaneo Balthassari de Alexandris Martiam eius filiam cum dote scutorum 2000. postmodum ipse decessit instituto hærede vniuersali Seuero filio.

Verùm cum dicta Martia portionem sibi tangentem ex hæreditate Dianoræ matris prætenderet, immissionis iudicium contra Seuerum fratrem eiusdem hæreditatis possessorem intentauit coram Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, à quo lata fuit sententia absolutoria, sed cõmissa causa appellationis in Rota Perusina, fuit non facta mentione prioris sententiæ pronunciatum prout in prima, eidem Martię dandam esse immisionem, à qua quidem sententia appellauit Seuerus, & obtinuit à Signatura causam mihi committi, cum clausula (Constito quod sit locus Aegidianæ) Vnde dato dubio An esset locus Aegi-
1 dianæ, Cum pro parte Seueri deduceretur etiam † nullitas ex eo, quod non fuerit reuocata prima sententia, *l. 1. C. quand. prouoc. non est neces. cum alijs allegat.* Domini decima Maij 1632. mandarunt informari strictè super iustitia, quia si debetur successio, & consequenter est ex eisdẽ
2 iniusta prima sententia, valida est secunda † illa non reuocata, & intrat Aegidiana, vt in terminis tenet Rota *coram Put. dec. 4. de Aegid. & in Rauennaten. coram bon. me. Iusto post Pacif. de Salu. decis.* 144. *numer.* 4. & 5. præsertim
3 stante clausula, † quam, & quas, in commisione appellationis adiecta *Rota decis. 201. num. 1. & 2. lib. 2 part. 3. diuers. coram Card. Caual. decis. 42 num. 3 & 5. & decis. 69. numer. 1 & 2. & in Spoletana bonorum 20. Martij 1628. coram Eminentiss. Card. Virili*, & hodie firmando etiam iustitiam locum esse Aegidianæ responderunt.

Iustitia enim dictæ sententiæ fundatur in dispositione iuris communis, qua attenta non poterat eidem Martiæ
4 vti hæredi ab intestato suæ matris immissio denegari, † cum ea æqualiter cum fratribus esset admittenda ad *text. in l. maximum vitium. C. deliber. præter, cum concord.*

Tota difficultas reducebatur ad intelligentiam Statuti Perusini exclusiui fęminarum sub *rub. 45. de dotat. mulier.* An scilicet illud pro exclusione filiæ à successione matris requirat dotationem ante delatam, & aditam hæreditatem, vel sufficiat dotatio superueniens, quia si requiratur dotatio ante delatam, & aditam hæreditatem, non potuit Martia per dotationem factam à patre post delatam, & aditam hæreditatem maternam eadem hæreditate priuari, secus verò si dotatio superueniens sufficiat.

Circa quam inspectionem DD. ponderatis verbis eiusdem Statuti in principio ibi (*si qua mulier fuerit, vel erit dotata &c.*) & inferius (*ipsa mulier dotata*) & postea (*exclusa muliere dotata &c.*) *habita dicta dote &c.* cen-
5 suerunt † Statutum non excludere nisi dotatas propter dotem, vt in terminis Statuti Perusini tenent *Corn. cons. 300. numer. 7. lib. 4. Eugen. cons. 4. numer. 55 & seqq. lib. 2. Rota coram sa. me. Greg. XV. decis. 565. num. 4. in Perusina bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio, & in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quo casu ad hoc, vt sit locus Statuto requi-
6 ritur dotatio † ante delatam hæreditatem, vt in terminis Statuti Perusini tenet *Bart. cons. 31. numer. fin. lib. 1. Corn. cons. 74. num. 7. & 8. versic. quod etiam alia ratione libr. 1. & cons. 94. num. 12. lib. 2. & cons. 300. num. 2. libr. 4.* & genera-

neraliter *Cephal.conſ.5.num.69.Becc. conſ.*102. *num.* 20. *Roland.conſ.96.num.*10.*& ſeq.lib.*4.*Surd.conſ.95. numer.* 33.*in fin.& 40.& 41.Sebaſt. Medic.deciſ.Marchia* 42.*§. præterea,alijque cumulati.*

7 Multo magis dicendum † eſt, fuiſſe neceſſariam, antequàm adita eſſet hæreditas materna, vt firmant *Curt. ſen. conſ.44.num.21.Corn.conſ.188.num.16.lib.2 Becc. d.conſ. 112.num.2.verſ.quod ſine dubio.Theſaur. dec.101. num. 2.& 6.Sebaſt. Medic.dict. deciſ.* 42. *in fin.* & in terminis dicti Statuti Peruſini tenet *Corn.d.conſ.300.numer.2. poſt med.verſ.& dato,quod non ſufficiat,& numer.3.cum ſeqq.*

8 *lib.*4.ea ratione, quia poſt aditam † hæreditatem non eſſet excluſio à ſucceſſione, de qua ſolum loquitur Statutum, ſed eſſet vera priuatio hæreditatis iam acquiſitæ, vt explicat *Iaſ.in l.1 §.veteres,num.31.& 33.ff. de acq.poſſ. Rota in Bonon de Armis poſt Merlin.de legit.deciſ.* 47. *num.*6.

Quod autem ante dotationem adita fuiſſet hæreditas materna pro Martia viſum fuit iuſtificari ex eo, quod de tempore obitus matris, erat in infantili ætate conſtituta,

9 quà propter pater retinendo bona materna † cenſetur nomine infantis hæreditatem matris eiuſdem adiuiſſe, ad *text.in l.ſi infanti.C.de iur.delib. Surd. d.deciſ.* 140.*num.* 10.*Medic.d. deciſ.* 42 *verſ. nam reſpondetur Morot. reſp.*

10 11.*num.*1.*Greg XV.deciſ.421.numer.*7. cum præcipuè † retentio fuerit per longè vltrà decem annos ante nuptias Martiæ, ex quo tempore præſumitur etiam conſenſus ipſius Martiæ, *Bart conſ.129.num.2.lib.1.Corn. d. conſ.* 94. *num.12.& 15.lib.2.Morot.d.reſp.11.numer.*11. cum alijs allegatis per Informantes.

Maximè attentis declarationibus factis ab ipſo patre, dum in duobus Inſtrumentis vocauit Martiam, & alios filios heredes matris, & vti legitimus adminiſtrator illorum tanquam hæredum contraxit, quæ licèt tunc temporis inducere non poſſent aditionem pro Martia, tunc non infante, demonſtrant tamen ad ſenſum patrem retinendo

11 bona † materna vſque à principio habuiſſe animū adeundi hæreditatem nomine filiorum *Rota coram Greg. XV. deciſ.247.num.18.& in recent.d.c.448.num.4.par.3.* & in propria materia aditionis in *Rom. hæred. & paragij dotis* 20. *Nouembris* 1617.*coram bon. mem. Buratto.* Et quod

12 ſtetur aſſertioni † poſſidentis, quo iure, vel nomine ipſe poſſideat, tenent *Alex conſ.126.num.4.ad fin lib.7.Greg. XV.dec.460.num.* 12. & firmatur in *Auximana ſpolij* 10. *Februarij* 1620.*coram bo.me.Buratto.*

13 Nec releuat, quod pater ſtante Statuto excluſiuo † fœminarum, cui cenſetur ſe conformare, cenſeatur adiuiſſe pro maſculo, non autem pro fœmina à dicto Statuto excluſa. Quia hoc procederet, ſi ſtatutum ſimpliciter vſque à principio filias excluderet, ſecus quando (prout hic) illas non excludit niſi dotatas, & poſt dotationem, tunc

14 enim cum † ceſſet qualitas excluſionis, & hæreditas de iure tam fœminæ, quam maſculo deferatur, præſumitur patrem tam pro maſculo, quam pro fœmina hæreditatem adiuiſſe, vt in terminis ſimilis ſtatuti patrem cenſeri etiam pro fœmina adiuiſſe, firmant *Corn.conſ.94. nu.* 14. *lib.*2. *Natt.conſ.74.num.* 10. *Morot.d.reſp.* 11. *num.* 12. *Medic. loco ſupra citato.* Et deſtruitur prorſus obiectum attentis declarationibus patris, vt ſupra factis.

Non obſtat, quod ſtatutum in §. *item ſi quis etiam pater.* diſponat, quod mulier dotata de bonis paternis, &

15 maternis excluſa remaneat ab hæreditate vtriuſque. †Quia ibi ſtatutum loquitur tantum de dotata à patre de bonis paternis, & maternis viuente, non autem (prout hic) mortua matre, vt patet ex verbis ſubſequentibus, ibi (*declarātes quod mater per talem dotationem non poſſit cogi ipſa viuente &c.*) quæ verba per viam declarationis emanata

16 clare oſtendunt, † ſtatuentes diſpoſuiſſe in eiſdem terminis dotationis factæ matre viuente, non autem ea mortua. *Calder. conſ.16. in princ. de præb. Caſtr. conſ.* 338. *numer.* 55.*verſ. quinto quæro lib.* 1. *Dec.reſp.8.num.*211. *lib.* 1.

17 Minus obſtat, quod ſtatutum † *in §. item ſi aliquis pater.* mandet, quod fœminæ etiam inuitæ poſſint à fratribus dotari, & ſic videatur compræhendere dotationem non ſolùm poſt delatam, ſed etiam poſt aditam hæreditatem, ponderatis præſertim verbis ſubſequentibus ibi (excludatur à ſucceſſione &c. ac etiam à facultate petendi fructus pro rata ſuæ hereditatis pro tempore tunc preterito) quæ verba videntur compræhendere etiam caſum adi-

18 tionis, cum † fructus non niſi poſt aditam hæreditatem debeantur.

Nam placuit reſponſio, quod ſtatutum ibi loquitur particulariter de ſucceſſione in bonis patris, vel aui, & ideò non poteſt trahi ad ſucceſsionem in bonis matris, cum in

19 his † ſtatutis excluſiuis non debeat fieri extenſio *Socc. conſ.9.num.7.& ſeqq.lib.3.Hond.d.conſ.1.num.13.& ſeq. & 37 lib.1.Rota deciſ.461.numer.4. verſ.& mouebantur,*

20 *par.2.recent.* vbi, quod non † ſufficit identitas, ſed requiritur maioritas rationis, & in *Narnien ſucceſſionis 26. Nouembris 1629.coram R.P.D.meo Merlino*, & in ſimili ſtatuto *Medic.d.deciſ.42.verſ.vbi patet*, ſed exceptio à ſupra firmata regula non excludi niſi dotatas & ſic de tempore delatæ hæreditatis facta in caſibus ibi expreſsis firmat regulam prædictam in caſibus nō exceptis, & ex permiſsio-

21 ne dotationis poſt delatam † pro excludendo in dictis expreſsis, cenſetur prohibere in alijs *Hond.conſ.9.num.4. lib.2.Gabr.conſ.108 num.33.lib.2.*

Nec releuant verba ſubſequentia, ibi (& habita dicta dote ex tunc excludatur à ſucceſsione prædictorum patris, aui, & aliarum perſonarum, de quibus, & prout ſupra

22 dictum eſt. Quia † verba prędicta ibi (& aliarum perſonarum) debent intelligi in caſu dotationis, ibi à ſtatuto expreſſæ, & de perſonis deſcendentibus à patre, vel auo, de quorum bonis mulier dotata fuit, à quorum deſcendentium ſucceſsione ſtatutum in principio limitatè, prout ibi

23 dicit, excludit; non autem vbi ſumus † extra caſum dictæ dotationis, ibi expreſſæ, & de matre, vt in terminis *Statutum in hoc §.declarat Corn.conſ.74.num.8.in fin.lib.1.conſ. 156.numer.1. verſ.& materia videtur differens.lib.2. & d. conſ.300.ſub num.4.& per tot.lib.4.*

Ideò non videbatur opus inſiſtere in alia reſponſione, quę placebat nonnullis ex Dominis, ſtatutum neque in caſu mortis patris, vel aui, in quo loquitur, in hoc §. concedere facultatem dotandi poſt aditam hęreditatem, cum non

24 exprimat, † & longè minor ſit ratio excludendi poſt aditionem per quam bona fuerunt effecta filiæ, vt in puncto per plura firmat *Corn.d.conſ.300.num.2.verſ. & dato, & ſeq.lib.*4. non obſtante dicta excluſione a facultate peten-

25 di fructus, † quia cum fructus à die mortis veniant in petitione hæreditatis, *l.item veniunt §.fructus ff.de petit. hæred.* ſtatuentes ad maiorem cautelam ſpecificarunt excluſionem ab illis, quæ † ſpecificatio etiam quod tacitè ineſ-

26 ſet, non dicitur ſuperflua *Mantic.de tacit. lib.2.tit.12. numer.* 30.

Neque facit §.*& ſi caſus euenerit.* Quoniam dum loquitur quocumque maſculo, vel fęmina decedente, dicēdo obſeruetur, prout in præſenti ſtatuto, intelligitur iuxta

27 diuerſitatem caſuum ſupra expreſſorum † ſingula ſingulis congrue referendo, vt dixit in ſpecie *Eugen. d.conſ.*4. *num.56 & 58.libr.*2. adeo vt quoad ſucceſsionem maternam excludatur ſi dotata fuerit, iuxta principium ſtatuti; Ex quo ſubſiſtere non poteſt dicta verba (prout in præſenti ſtatuto, &c.) intelligi de præcedenti §. *item ſi aliquis pater*, cum in §. præcedenti contineantur caſus ſpeciales mortis patris vel aui, & iſte §. loquatur decedente quocumque maſculo, vel fœmina, vt dictum eſt; Præſertim quia ſtatuentes vbi voluerunt ſe referre ad certum §. id exprimebant, vt patet ex §. *item declaratur in fin. ex §. ſi autem aliquis.* & alibi.

Nec demum obſtare viſa fuit prætenſa contraria ob-

28 ſeruantia. Quia non probatur † ex teſtibus, cùm non ſpecificent caſus, vt opus eſt, *Alexan.conſ.45.numer.1.lib.1. Pariſ.conſ.27.num.37.lib 1.Rota in Cæſar auguſtana fructuum 10.Iunij 1600.coram Corduba*; & loquatur ſi acceptata à muliere ſit dotatio de bonis paternis, & maternis, vel ſi dotatio non acceptata excedat portionem do-

29 tatæ tangentem, cum tamen † obſeruantia, vt releuet in hac materia, debeat eſse certa, clara, vniformis, in caſu, de

quo agitur, & in con tradictorio obtenta, iuxta plene firmata in dicta *Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram R.P.D. meo* Merlino; & sufficiat, obseruantiam dici posse difformem, ne suffragetur, vt in facto, & in iure deducebatur per informantes, per quos alias exceptiones contra immissionem tolli visum fuit Dominis.

Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Legati.

Die Veneris 10. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Agens ad pœnam, vt obtineat aduersarium condemnari, non sufficit probatio, per coniecturas, vel suspicionem. Ex possessione præterita, quando oriatur suspicio possessionis de præsenti, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam, vt quis euitet statur eius iuramento, & non attenditur præsumptio, adducta per aduersarium.*

2 *Testis deponens aliquid in odium eius contra quem inducitur, non probat.*

3 *Testes, licet sint famuli producentis, tamen si sint numero plures, quàm illorum aduersarij, & eorum depositiones tendant ad absolutionem pœnæ Domini faciunt probationem.*

4 *Ex possessione præterita oritur præsumptio possessionis, etiam in tempus futurum.*

5 *Testes, vt probent existentiam alicuius rei apud aliquem, debent probare existentiam de tempore motæ litis.*

6 *Suspicio, cum sit minus ipsa præsumptione, vim non obtinet probationis.*

Suspicio ad effectum declaratoriæ censurarum contra detinentes, & non reuelantes, non est sufficiens. nu. 6.

7 *Ad pœnam vbi agitur, non sufficiunt coniecturæ.*

8 *Ex possessione de tempore proximo, vel de recenti, tunc demum inducit præsumptionem possessionis in tempus præsens, quotiescunque Iudex qualitate facti, vel personæ, ac rei, cuius existentiæ quæritur probatio, id poterit arbitrari.*

9 *Vxor, præsumitur contrectasse ea, quæ sunt eius mariti, iure potius familiaritatis, quàm dominij.*

10 *Socij plures, si simul, & promiscuè negocia gesserunt, aliquis eorum non potest condemnari, vt alteri socio rationem reddat.*

11 *Existentia aliquorum bonorum mariti, vt excludatur ea esse pœnes vxorem, sufficit possibilitas, quod maritus prædicta bona alienauerit.*

12 *Personæ honestate stante, est sufficiens, vt in mitiorem partem præsumatur.*

13 *Suspicio sinistra alicuius personæ, remouetur stante eius honestate.*

DECISIO CCLXV.

CVM D. Comitissa de mandato Rotæ iurauerit se de præsenti non habere, neque dolo desijsse habere gemmas, & iocalia, de quibus agitur. Dominus hodie visum fuit per huiusmodi iuramentum non modo purgari suspicionem, sed etiam tolli præsumptionem ex eo deductam, quod cum illa habuerit paulò antè viri sui obitum, censeatur etiam habuisse post obitum, ac de tempore motæ litis, & proinde à decisionibus huius causæ emanatis coram me 9. Februarij 1632.* & 27. Iunij anni sequentis * esse recedendum.

Nam D. Comes Beuilacqua ideò conatur per testes deponentes de præterito probare existentiam iocalium penès D. Comitissam, vt huiusmodi probatione admissa, obtineat contra eandem proferri sententiam declaratoriam excommunicationis contentæ in monitorio expedito, & intimato pro reuelatione, & sic agit ad pœnam,
1 † ad quam euitandam stari iuramento, non autem attendi præsumptionem, probat *Dec. in cap. 2. in prima lectura, vers. nisi agatur. de const.* Sed testium alter deponens de tempore post obitum viri conuincitur, quod in odium ip-
2 sius Comitissæ, quæ illum è domo eiecerat, ita deposuerit, idque affirmant testes pro parte eiusdem Comitissæ examinati, qui licèt sint eius famuli, attamen cum sint tres
3 & sic numero plures, † & eorum depositiones tendant ad absolutionem Comitissæ, faciunt probationem, *Spec. de inquis. §. 1. vers. sed nunquid eas. num. 22. Alex cons. 5. num. 6. volum. 2.*

Alter verò testis cum indirectè deponat super eo, quod viderit lineam Margaritarum penès Comitissam existere
4 post mariti obitum, † licèt ex eo oriatur præsumptio in
5 tempus præsens, non tamen † de tempore motæ litis, iuxta *text. cum glos. in l. non ignorabit, in verbo, fuisse. C. ad exiben.* ad effectum, vt attenta mala fide, d. Comitissa posset conuinci de continuatione. Vnde sola remanet suspicio existentiæ de d. tempore motæ litis, quæ cum sit quid
6 minus ipsa præsumptione, † & proinde vim non obtineat probationis, vt per *Menoch. cons. 354. num. 16. & seqq.* ad effectum declaratoriæ censurarum contra detinentes, &
7 non reuelantes, non est sufficiens. Vbi † enim agitur ad pœnam non sufficiunt coniecturæ; vt per *text. in l. in testamento. la prima. ff. de cond. & demonstr. notat. Bald. in l. vnica sub num. 6. in 3. oppositione. C. de his quæ pœn. nom. Dec. in rubr. de prob. sub num. 14. vers. & ideò, vbi aliqua pena. & in l. factum, §. in pœnalibus, num. 2. ff. de reg. iur.*
8 Tempus autem proximum, vel de recenti, tunc † demum inducit præsumptionem, quotiescunque Iudex qualitate facti, vel personæ, ac rei, cuius existentiæ quæritur probatio, id poterit arbitrari, vt per *text. in l. 1. ff. de iur. de liber.* tradit *Salyc. in d. l. non ignorabit. num. 4. vers. quando autem dicatur de recenti. C. ad exhib.* ac post eum *Euerard. in loc. de temp. ad temp. sub numer. 16.* Cum verò in præsenti casu ex testibus constet fuisse propria viri, eaque extitisse, tàm penes ipsum, quàm etiam penes coniugem,
9 patet † dictam Comitissam ea contrectasse iure potius familiaritatis quàm dominij, vt in *l. sicut certo §. interdum. ff. comodat.* & nullam ex huiusmodi promiscuа contrectatione posse oriri præsumptionem, per quam super his, quæ deficiunt, alter ad alterius fauorem valeat iustè condem-
10 nari, ad instar duorum sociorum, qui † ea ratione, quod vt alteri rationem reddat, non potest condemnari, vt respondit *Paul. de Castr. in cons. 126. num. 1. vol. 2. Rim. Sen. cons.*
11 *300. num. 59. etiam vol. 2.* Sufficit enim † possibilitas, quod maritus gemmas hodiè non existentes alienauerit ad excludendam præsumptionem existentiæ, *glos. 1. in l. in ciuilem. in verb. incidatis. C. de fur. vbi Bald. num. 3.* ad præsumendum in mitiorem partem addit honestatem perso-
12 næ, cuius † qualitatis considera io in persona Comitissæ
13 † remouet sinistram suspicionem: *ad text. in cap. nisi essent. de prabend. Menoch. cons. 214. num. 74.*

Et ita vtraque &c.

* Prima est decisio 97. supra in hac eadem parte.

* Altera

* Altera verò est decis. 225. pariter supra.

§ Adest infra alia decisio in hac causa sub die 26. Iunij huius anni 1634. coram eodem bon. mem. Motmanno.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Vicen̄ Collegij.

Die Lunæ 13. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Testes ijdem, vel alij, an in secunda, vel alia instantia possint recipi super ijsdem articulis, vel alijs directò contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis, in qualibet instantia, & absque fumo conceditur, si articuli sint releuantes.*

2 *Testium subornatio non minus in appellatione, quàm in principali causa est timenda.*

3 *Text. in l. per hanc diuinam C. de tempr. appell. & alij declarantur. num. 4. 5. & 7.*

4 *Testes ijdem in secunda instantia, vel alij super ijsdem articulis, vel directò contrarijs non sunt admittendi. Sed hoc procedit de Iure Canonico.*

5 *Testes in secunda instantia possunt denuò recipi super ijsdem articulis seu directò contrarijs, sed hoc est verum de Iure Ciuili.*

6 *Ius Canonicum in foro Ecclesiæ seruandum est.*

7 *Iuri Canonico in vtroque foro standum est, quoties aliquid iure ciuili dubium existit, iure verò Canonico clare est definitum.*

Vel etiam si iure ciuili clarum existit, manifestò tamen iure Canonico corrigitur. num. 8.

9 *Testes examinati, si fuerint publicati, tunc multo minus sunt iterum examinandi super ijsdem articulis.*

10 *Et hoc procedit in qualibet instantia, & ad hunc effectum, nec requiritur solemnis publicatio, sed sufficit, quod sint didicita testificata. num. 11.*

12 *Articuli diuersi, prioribus articulis indirecte, non verè directè contrarij admitti possunt in secunda instantia, & in alijs.*

13 *Remissoriam Rota concedit super eisdem articulis, super quibus fuerunt examinati testes, quando continent materias, magis explicitè specificatas, & distinctas, declara, vt num. 14.*

15 *Remissoria facilius denegatur, quando inuerisimile est, quod possit probari, id quod prætenditur.*

16 *Testes debent esse annorum 54. vt de immemorabili deponere possint, dempto tamen tempore litis. numer. 17.*

18 *Viuere, quis præsumitur vsque ad 100. annos, sed hoc est tantum quædam præsumptio, & aliud quotidiana experientia docet.*

19 *Remissoria denegatur, quando materiæ videntur imaginariæ, potius ad effectum, vt articuli appareant releuantes, quam quod verè ita se habeat.*

20 *Remissoriæ petitio præsumitur suspecta, si articuli appareant concepti ad euitandas decisiones Rotales.*

DECISIO CCLXVI.

BENEFICIATI Ecclesiæ Vicen̄ post reportas contra se duas sententias Rotales petebant remissoriam super duobus principaliter. Primò super iure administrandi bona, redditus missarum votiuarum, ac aliorum operum piorum, etiam in concernentibus curam animarum, & celebrationem anniuersariorum, vt in primo, secundo, & tertio articulis. Secundò super signis collegialitatis, vtpotè arca communi, sigillo, Sacristia, Archiuio, & similibus, ipsoque more se congregandi, vt in quarto, & cęteris articulis, super quibus omnibus articulabant immemorabilem, prętendentes non posse sibi remissoriam denegari,
1 cum versemur † in prophanis, in quibus in qualibet instãtia, & absque fumo, si articuli sunt releuantes, illa passim conceditur, *Cæs. de Grass. dec. 1. num. 10. de dilat. Verall. dec. 68. par. 3. Put. dec. 212. num. 3. lib. 1. in correct. Rot. dec. 102. num. 1. par. 1. diu. san. mem. Greg. XV. decis. 174. num. 2. Rot. decis. 122. num. 1. in meis impress. & decis. 348. num. 1. par. 1. rec.*

Ceterum Domini contrarium censuerunt, quia cum fuerit litigatum in partibus, & testes super ijsdem articulis tunc examinati, & benè discussi in decisione facta coram R. P. D. meo Motmanno *sub die 7. Iunij 1632.* * in qua concluditur, ipsos nihil, quod releuet probari, in secunda instantia, vel in alia causa appellationis, alij, vel ijdem testes super ijsdem, vel directò contrarijs articulis sunt nul-
2 latenus recipiendi, cum non minus † in appellatione, quã in principali causa timenda sit subornatio, *Clem. vlt. in 2. par. de testibus. Bart. in Auth. de testib. §. quoniam verò numer. 5. vers. quid autem sit de iure Canonico. Bal. in Auth. At qui semel num. 5. vers. sed dicunt Canonistæ C. de probat. Mysinger. in c. fraternitatis num. 6. vers. sed contra hoc pugnat. & ibi etiam Felin. num. 3. & seqq de testib. Ioannes Campeg. de testib. reg. 269. in princ. & reg. seq. Io. de Amiss. cons. 111. nu. 7. Afflict. decis. 216. in princ. Papien. in form. opponendi contra testes post publicationem, §. sunt q. publicati. num. 2. vers. nam de Iure Canonico, & num. 3. in fine Gayl. lib. 1. obseru. 105. num. 2.*

3 Nec contrarium habetur † *in l. per hanc diuinam sanctionem C. de tempor. appell.* vbi *Bart. num. 1. & seqq. & in l. eius qui num. 8. ff. de appell. recip. & in d. Auth. de testib. loco cit. Bald. in d. Auth. at qui semel, loco pariter alleg. vers. Legistæ dicunt contrarium.*

Nam huic fundamento dupliciter fuit responsum; Pri-
4 mò, quod prior † conclusio firmans, quod in secunda instantia non sunt admittendi ijdem testes, vel alij super ijsdem articulis, vel directò contrarijs procedi de iure Ca-
5 nonico, secunda verò, † quod testes possint denuo recipi super ijsdem articulis, seu directò contrarijs de iure ciuili, & ita loquuntur omnes DD. prædicti, & signantur *Bart. in d. l. per hanc diuinam num. 3. vers. dicunt quidam*, & benè declarat. *Angel. cons. 155. ante num. 1. & seq. Angui-*
6 *sciol. cons. 55. num. 5 & 6. lib. 3.* Et ideò in foro † Ecclesiæ seruandum est ius Canonicum, *Bald. in l. eos qui. §. quid autem num. 3 & 4. & in d. l. per hanc diuinam sanctionem num. 15. C. de tempor. appell. Mysinger. cent. 1. obseru. 41. ad med. Angel. in punct. d. cons. 155. ante d. num. 1. Alberic. de Maletis. Papien. de testib. c. 7. num. 112. & seqq. Papien. lo-*
7 *co cit. num. 4. in princ.* Secundò fuit responsum, † quod cum dubium sit, an *text. in d. l. per hanc diuinam sanctionem*, sit correctus per *d. Auth. de testib. §. quia vero, Anguisciol. d. cons. 55. sub num. 6.* seruandum est ius Canonicum etiam in foro ciuili, *Bart. in d. l. per hanc sub num. 5. ad finem vers. videtis Domini.* vbi, quod cum textus iuris Canonici dicat directò contrarium, *in d. cap. fraternitatis de testib.* ideò staret illi decretali, *Rip in l. is apud quem. numer. 43. C. de edend. Guidop. decis. 14. & decis. 347. propè finem Castr. cons. 192. num. 5. vers. non immerit. Bart. lib. 2.*
8 *Surd.* latè *cons. 8. num. 10.* Quoties enim † aliquid iure ciuili dubium existit, iure autem Canonico clarè definitum, vel si etiam iure ciuili clarum existit, manifesto tamen iure Canonico corrigitur, tunc standum est iuri Canonico

nonico in vtroque foro, *Myssinger. d. obser. 41. post princ. & in d. c. fraternitatis num. 7. c. 1. & seqq. vbi glos. & DD.* communiter *de nou. oper. nunc.* Et ita in puncto dicunt *Myssinger. d. obser. 41. ad finem, & in dict. c. fraternitatis. num. 7. & seqq.* & ibi etiam *Paris. num. 20. Hartman. Pistor.* contraria soluens, & infinitos cumulans, *q. 25. incip. In appellationis causa, num. 5. ad fin. vers. & quamuis deinde, & num. 6. ibi, alij verò contra, & numer. seq. lib. 4.* late *Alberic. de Maletiis d. tract. de testib. d. c. 7. sub num. 117. vers. Imola tamen. Hippolyt. de Marsil. cons. 43. numer. 26. & cons. 73. num. 20. Crot. de testib. par. 7. nu. 43. Bellon. cons. 25. num. 7. & 8. Campeg. de testib. d. regula 270. post principium. Roland. à Valle cons. 45. num. 8. q. 14. & 20. vol. 2. vbi de communi.*

Quæ tanto magis debent procedere in casu isto, in quo
9 † testes examinati in partibus fuerunt publicati, vt consideratur *in d. Clem. fin. de testibus, in par. 1. d. c. fraternitatis. de testib. Auth. qui semel C. de probat. Surd. cons. 8. num.*
10 *10. & seqq.* dicens hoc † procedere in qualibet instantia. *Farinac. de testib. q. 75. num. 68. cum seqq. san. mem. Greg. dec. 497. num. 1. & dec. 583. num. 1.* & fuit dictum in *Nepesina tutelæ 7. Iunij 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*
11 Ad quem effectum, nec requiritur solemnis † publicatio, sed sufficit, quod dicicita sint testificata *Farinac. de testibus d. q. 7. num. 88.* Aut quod in potestate partis remanserint depositiones testium, *Bart. in d. Auth. qui semel num. 18. vers. sed propter C. de probat. Vitalin. in clem. 2. num. 13. cum seqq. de testib. san. mem. Greg. d. dec. 583. num. 2. vers. non enim cum seqq.* & fuit dictum in *causa Cremon. Prioratus 14. Ianuarij 1630. coram me.*

12 Neque obstat, quod in secunda instantia, † & in alijs, diuersi articuli prioribus articulis indirectè, non verò directè contrarij admitti possunt *Alberic. de Maletiis de testib. dec. 7. num. 114. & num. 120. Campeg. eod. tract. reg. 269. vers. 2. fallit. Bald. in d. l. per hanc diuinam num. 4. in med. vers. aut super alio Capitulo, quo probato sequitur indirectè reprobatio,* vbi dicit de iure canonico hanc esse veritatem, *in d. l. eos §. si quid autem num. 2. vers. sed Cano-*
13 *nist. tenent contrarium.* Imò Rota admittit; † quod super iisdem detur remissoria, quando continent materias magis explicitè specificatas & distinctas, *vt est mea dec. impress. 23. num. 2. Caualer. dec. 469. num. 2. vers. neque videbatur obstare. san. mem. Greg. decis. 191. num. 3.* & fuit resolutum in causa *Hispalen. iuris nominandi 28. Nouemb. 1612. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio, & coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo in causa Pacen. decimarum 12. Iunij 1615. & in causa Rauennaten. census 8. Iunij 1618.*

Quia huic obiecto fuit responsum, nos non versari in terminis, quod materiæ sint magis specificatæ, sed versari in casu, quo idem articulatur, mutato solo cortice verbo-
14 rum & ideò non † debent vllo pacto admitti huiusmodi articuli, prout non admittuntur, quando immutato solo verborum cortice primis articulis sunt contrarij, *Bart. in d. Auth. at qui semel num. 14. C. de probat. Abb. in c. fraternitatis num. 8. vers. sed breuiter concludo. de testib. Ayn. cons. 134. num. 47. san. mem. Greg. decis. 497. num. 3.*

Et prædicta sententia tantò magis placuit Dominis,
15 quia videtur inuerisimile, quod possit probari id † quod pretendunt Beneficiati, quo casu remissoria facilius denegatur *Rot. decis. 23. de testib. in antiq. Tiraquel. in l. si vnquam in præfat. num. 38. in fin. C. de reuoc. donat. Imol. in c. quia verisimile numer. 2. de præsumpt. Specul. de probat. §. nunc dicendum, num. 1. Thom. de Tanis dec. 86. san. mem. Greg. decis. 414. num. 3.* & fuit dictum in *Toletana portionis 10. Maij 1595. coram bon. mem. Pacen. & in causa Valentina parochialis de Carlet. 1602. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto.*

Inuerisimilitudo autem deducitur ex eo, quod hæc lis fuit alias iam suscitata de anno 1600. & propterea cum testes deponentes de immemorabili, quæ articulatur deponere debeant de visu per 40. annos, & ætas 14. anno-
16 rum requiratur in testibus, ac † proinde testes debeant esse ætatis annorum 54. vt de immemorabili possint deponere *Franc. in cap. 1. num. 16. de præscript. Gabr. concl. 1. numer. 83. eod. tit. san. mem. Greg. decis. 298. numer. 1. & ibi Add. Seraph. decis. 1179. & 1102. num. 5.* Propterea dem
17 pto † tempore litis, prout de iure demi debet, *c. licet, de testib. Seraph. decis. 1460.* testes deberent esse ad minus ætatis 88. annorum; Et licet possint reperiri homines tantæ ætatis, attamen valde inuerisimile est, quod reperiantur,
18 cum quotidiana experientia doceat, † hodie non esse verum, quod quis viuat vsque ad 100. annos, sed quod ista est potius quædam præsumptio, vt benè considerat *Menoch. præsumpt. 49. numer. 2. & 7. lib. 6.* Et quatenus aliqui etiam possent in regionibus, de quibus agitur inueniri, nō est verisimile, quod isti sint appositè informati de materijs
19 quæ articulantur, Et ideò materiæ † videntur imaginariæ potius ad effectum, vt articuli appareant releuātes, quam quod verè res ita se habeat, vt dixit *Rota in causa Hispalen. de Eceza 16. Nouemb. 1579. coram san. mem. Clem. VIII. tunc Rotæ Aud. san. mem. Greg. decis. 211. num. 5.* Præsertim cum nullus detur fumus, quod huiusmodi testes reperiantur, ad tradita per *Tiraquel. in d. l. si vnquam d. num. 38.* Et sic vehemens oriatur præsumptio, quod articuli dentur ad euitandas decisiones Rotales, in quibus
20 sententiæ sunt fundatæ, † Vnde tantò magis materia præsumitur imaginaria, vt fuit dictum in causa *Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram non satis nunquam laudandæ memoriæ Hieronymo Card. Pamphilio & in causa Vlixbonen. iuris conferendi 7. Febr. 1607. coram bon. mem. Horatio Card. Lancellotto. Add. ad decis. 211. lit. C. san. mem. Gregorij.*

Et ita conclusum remissoriam non esse concedendam &c.

* Est decisio 136. supra in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Aquilana Capellæ.

Die Veneris 17. Februarij 1634.

ARGVMENTVM.

Tractatur de successione in iurepatronatus mixto, scilicet pro hæredibus, & successoribus sanguinis. Et de præscriptione Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ iniustitia ex eisdem actis benè probatur, & ea subsistente, restitutio semper est danda propter læsionem ab ipsa iniustitia causatam.*
2 *Hæredibus, & successoribus competit ius præsentandi, siue iuspatronatus sit merè hæreditarium, siue mixtum de successoribus sanguinis, & hæredibus. num. 3.*
4 *Iuspatronatus potest transferri in aliquem ex testamento.*
5 *Patronus potest liberè disponere de iurepatronatus hæreditario.*
6 *In iurepatr. mixto de successoribus sanguinis, & hæredibus non potest quis succedere, nisi habeat vtramque qualitatem.*
7 *Hæres seruare tenetur factum defuncti.*
9 *Iuspatronatus remanet præscriptum, prout aliæ actiones personales spatio 30. annorum.*
10 *Iuspatronatus remanet præscriptum cum titulo ex præsentationibus continuatis per 100. annos.*
11 *Centenarius cursus in præscriptione dat titulum.*
12 *Sen-*

12 *Sententia habet statum rei iudicatæ propter effectum subsequutum.*

13 *Sententia iniusta est reuocanda.*

DECISIO CCLXVII.

IN HAC causa duæ emanarunt sententiæ: Prima ab Ordinario Aquilano, in qua dicitur Iuspatronatus præsentandi, & nominandi Capellanum in Capellania S. Matthæi, spectare, & pertinere pro medietate ad Hectorem, Fräciscum, Olimpiam, & Mariam de Ritijs, & pro alia ad Ioannem Fœlicem de Ritijs, legitime descendentes de familia, & domo Butij, nempe à Cola & Nicolao Butio vno ex quatuor filijs Rodulphi, Colæ Butij, prælegatarij, necnon eadem sententia pronunciat Rodulphum, & Franciscum Alexandri de Ritijs excludendos esse, tanquam non descendentes ex familia legitima dicti Colæ Butij, & isti pariter descendunt ab Aurelio vno ex quatuor filijs dicti Rodulphi, ex Alexandro tamen patre illegitimo, demum in eadem sententia declaratur Petrum Sanutium præsentatum à prædictis Hectore, Francisco, Olimpia, & Ioanne Fœlice esse instituendum.

Secunda verò sententia Iudicis deputati ab A.C. reuocat primam vti inualidam, & iniustam, & insuper pronũciat ius præsentandi ad Capellam prædictam spectare, & pertinere ad prædictos Franciscum, & Rodulphum descendentes de familia quondam Rodulphi Senioris, & exinde Franciscum à dicto Rodulpho eius fratre præsentatum esse instituendum.

Causa ad Rotam in gradu restitutionis deuoluta quæsitum fuit, An constet de causis, & affirmatiuè fuit resolutum, quia Iniustitia huius secundæ † sententiæ ex eisdem 1 actis benè probatur, & ea subsistente, restitutio semper est danda propter læsionem ab ipsa Iniustitia causatam, *Benintend. dec. 85. num. 10. Rot. decis. prima de restit. in integr. in nouis. & coram Papa Gregorio XV. decis. 459. numer. 1.* & ibi latissimè *Adden.*

Hector namque Franciscus, Olimpia, & Maria fundant illorum intentionem tanquam descendentes, & successores Rodulphi Senioris prælegatarij Matthæi, qui in Codicillis suis conditis de anno 1443. 28. Nouembris mãdauit, quod ius præsentandi Capellanum in dicta Capellania sit, & esse debeat in perpetuum Rodulphi filij legitimi, & naturalis Butij Colæ, Blasij de Collebrinconio minoris geniti eiusdem Butij, ac hæredibus, & successoribus ab ipso Rodulpho descendentibus; Vnde cum probauerint descendere a Nicolao Butio vno ex quatuor filijs Rodulphi prælegatarij, mediantibus personis Antonij, Petri,
2 Aloysij, & Iosephi, & sint hæredes, † semper eis debetur ius præsentandi, siue illud sit mere hæreditarium secũdum opinionem *Imolæ in l. quod dicitur num. 8. vers. unde aduerte ff. de verb. oblig. Couar. var. lib. 2. cap. 18. nu. 2. Mantic. de contract. lib. 22. tit. 19. num. 26.* Siue mixtum de suc-
3 cessoribus † sanguinis, & heredibus, secundum veriorem, de qua per *Paris. consil. 48. num. 9. lib. 4. Seraph. decis. 456. num. 5. & per Rotam nouissime approbatum in causa Florẽtia Parochialis de Sala. primò corã D. Queipo 2. Apr. 1632. & deinde corã D. meo Panzirolo 10. Iun. præteriti.*

Non obstat, quod imò patronatus de quo agitur iuxta tenorem secundæ sententię spectet, & pertineat ad Rodulphum, & Franciscum descendentes Aurelij priuatiue, quoad nominatos in prima sententia, ex quo Rodulphus Senior pater quatuor filiorum, nempe Massimi, Nicolai, Iustiniani, & Aurelij illum prælegauit Aurelio filio minori
4 genito in suo testamento anni 1504. per † quem actum potuit patronatum transferre, *Calder. cons. 5. & 20. de Iur. patr. Lambertin. eodem tit. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 6. num. 9. Rota decis. 675. num. 2. par. prima recent.*

Quia plures datę fuerunt responsiones, & primò Nos
5 non versari in iurepatronatu merè hereditario † de quo Rodulphus posset libere disponere, *Clement. plures de Iurepatr. Couar. var. lib. 2. cap. 18. num. 6. Peregr. cons. 3. num. 3. vol. primo Rota eadem decis. 675. in princ.* Sed in mixto, dum fundator reliquit Iuspatronatus Rodulpho, ac heredibus, & successoribus ab ipso Rodulpho descendenti-
6 bus, in cuius successione † requiritur vtraque qualitas hereditatis scilicet, & sanguinis, nec altera carente potest succedere, vt supra fuit firmatum in *vers. Siue mixtum,* quo casu Rodulphus non potuit illud relinquere soli Aurelio, exclusis Maximo, Nicolao, & Iustiniano vocatis ex pacto & prouidentia Matthæi fundatoris, *Dec. cons. 208. num. 4. Paris. d. consil. 48. num. 9. lib. 4. Pinell. in l. prima, part. 3. nu. 93. & 95. C. de bon. mater. & Clar. in §. feudum quæst. 40. vers. facienda est igitur generalis regula. Surd. cons. 63. num. 15. lib. 1.* Nec videtur implicare contradictionem, quod patronus succedere volens cum qualitate hereditaria, non possit contrauenire facto vltimi, vel alterius, qui de patronatu particulariter contra formam datam à fundatore, disposuit.

Quia in patronatu merè hereditario bene intrat contradictio etiam si succedens confecerit Inuetarium, nam aut prodest, & nihil reperitur in hæreditate, aut non prodest, quia patronatus est in hereditate disponentis,
7 & † tenetur seruare factum defuncti cui successit *Menoch. consil. 89. num. 27.* qui vtitur simili argumento, & *Bellon. Iun. illum sequitur, cons. 48. num. 8.* in patronatu autem mixto, prout est de quo agitur saluatur contradictio, quando hæres, & successor, vel conficit Inuentarium ex veriori, de qua per *Clar. in §. feudum quæst. 40.* & alios relatos per eumdem *Bellon. cons. præallegato 48. num. 43.* vel quando vocatus ex præordinatione fundatoris non est
8 hæres eius, qui contrauenit † fundationi, in qua successores hæredes sunt vocati, ex quo ille vltimus non cogitur esse hæres prædecessoris immediati, sed sufficit esse hæredem, & successorem primi fundatoris, *Pinell. in eadem l. 1. par. 3. nu. 93. & 94. C. de bon. mater. Clar. de feud. quæst. 9.* referens ita iudicatum in Senatu Mediolani, *Peregr. cons. 34. num. 1. vol. 1. & cons. 9. num. 1. volum. 2. Valasch. de iur. emphit. quæst. 44. in fin. Mantic. de contract. lib. 23. tit. 3. num. 31. Surd. cons. 63. num. 21. & cons. 108. num. 9.* propterea dicit *Clar. in allegat. § feudum quæst. 40. vers. faciendæ, est ergo generalis regula,* in fine, quod poterit filius, vel agnatus contrauenire facto heredis mediati, qui sibi soli potuit præiudicare non autem alijs vocatis. Dato igitur, quod Nicolaus, à quo descendunt nominati in sentẽtia Ordinarij Aquilani fuerit hæres Rodulphi, qui legauit Aurelio alteri filio Iuspatronatus, de quo agitur, nec doceri possit de Inuentario præseruante iura patronatus; attamen Rodulphus, & Franciscus nominati in secunda sententia, non probant Mariam, & Olimpiam, Hectorem, & Franciscum fuisse hæredes Petri Aloysij, & Iosephi respectiuè eorum patrum, nec ipsos parentes Antonij patris hereditatem adiuisse nec eumdem Antonium fuisse heredẽ Nicolai, à quo descendit, & præiudicium infertur propter testamentum Rodulphi, in quo hæres instituitur cum ceteris fratribus: itaut nominatis in prima sententia hodie sit præclusa via omittendi hæreditatem vltimi, & se hæredem fundatoris vocari prout eis licere absque aliqua contradictione, iam fuit firmatum.

Secundo principaliter fuit responsum, legatum de huiusmodi patronatu, Aurelio filio per Rodulphum patrem factum non probari effectum aliquem sortitum fuisse ab anno 1504. quo idem Rodulphus testamentum condidit vsque ad annum 1613. Sed potius contrarium, dum Aurelius, vel nunquam præsentauit per centum, & vltra annos, & alios admiserunt descendentes à Nicolao fratre ad simul præsentandum, nam in summario, quod datur sub num. 5. & seq. de eodem anno in vacatione tunc occurrẽte idem Nicolaus, & Ioannes Bernardinus fratres Aurelij proprijs nominibus, ac nomine Aurelij eorum fratris absentis presentant Iustinianum eorum fratrem, & filium Rodulphi communis Patris de anno 1508. & 1528. nullus expresse nominatur, qui præsentet, sed enunciatur, quod patroni præsentant, de anno autem 1594. mortuo Aurelio, Nicolaus Rodulphi, & Rodulphus quondam Aurelij præsentant simultaneè Ioannem Baptistam, Aurelij filium qui vixit vsque ad annum 1613. & in eadem vacatione

orta

orta lite superuenit sententia Vicarij Aquilani, qui datur eodem summario num. 10. declarans, Iuspatronatus spectare ad Petrum Aloysium, & Iosephum filios, & hæredes quondam Antonij filij Nicolai, qui habuit in patrem Rodulphum, & ad Alexandrum vti Legatarium Rodulphi Iunioris, & Ioannis Baptistæ filiorum Aurelij, & proinde Baldassarem de Nardis esse instituendum, quæ sententia suum habuit effectum, quia vltima vacatio de anno 1630. contigit per obitum dicti Baldassaris de Nardis, & ex hoc statu præsentandi benè euitantur rationes secundæ sententiæ.

9 Quia facultas agnoscendi legatum Iurispatronatus † præscripta remanet, prout aliæ actiones personales spatio triginta annorum præscribuntur, *l. omnes, l. sicut, l. acutissimi C. de præscript. 30. annorum Gabr. de præscript. conclus. 6. & 7. Paul. Citadinus, Rocchus de Curte. Lambertin. & alij relati per Peregr. cons. 34. num. 14. lib. 1.* qui in his terminis per non vsum cohæredum latè confirmant, intrare præscriptionem.

Secundo quia ex præsentationibus continuatis per centum,
10 & vlteriores annos acquisitum † remanet Iuspatronatus, cum titulo secundum tenorem, & vsum præsentationum, ac si constaret de fundatione, aut priuilegio, ex
11 quo ille † centenarius decursus dat titulum, *Cassad. decis. 2. de probat. Peregr. cons. 33. numer. 21. volum. 1. Rot. decis. 211. num. 1. & 312. num. 4. par. 1. recent.* & plenè fuit confirmatum *in Ianuen. Abbatiæ coram me die 13. Iuni. 1633.*

12 Tertio, & vltimo, quia sententia † Vicarij anni 1613. habet statum rei iudicatę propter effectum subsequutum ex præsentatione Baldassaris de Nardis, per cuius obitum de anno 1630. vacauit hęc eadem Capellania secundum rationes *Oldr. cons. 229. passim per Rotam receptas.*

Posita autem veritate pertinentiæ, & qualitate Iurispatronatus Hectoris, & Francisci, Olimpię, & Marię, Petrus
13 ab eis pręsentatus venit instituendus, & secundam † sententiam, tanquam iniustam esse reuocandam, & tam patronos, quam pręsentatum ab eis in integrum esse restituendos aduersus pretensam rem iudicatam.

Et ità &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Præpositurę.

Die Veneris 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Possessio Beneficij impetrati à Sede Apostolica, capi non debet literis non expeditis sub pęna vacationis Beneficij. Contraueniens, quando non sit dignus excusatione. Diligentiæ, quando non dicantur perfectæ ad effectum probandi negatiuam. Rota, quando admittat exceptionem diligentiarum, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium a Sede Apostolica impetrans litteris non expeditis, non potest ordinaria, vel quauis alia auctoritate possessionem d. beneficij apprehendere, & si alias fiat beneficium vacat.*

2 *Beneficium impetrans à Sede Apostolica, si omissa expeditione literarum adeat inferiorem pro institutione, & possessionem intret, dicitur hoc proprie facere in fraudem emolumentorum Cancellariæ.*

3 *Excusatio nulla cadere potest, quando contrauentio est clara in verbis, & in ratione legis resistentis actui.*

4 *Beneficia iurispatronatus Laicorum an diuerso modo conferantur, quam alia beneficia Ecclesiastica.*

5 *Lex generalis omnia compræhendit indifferenter.*

6 *Beneficia iurispatronatus Laicorum etiam compræhenduntur in cap. auaritiæ. de elect. in 6. & cap. 1. 2. vt lit. pend. & constit. de public. & cap. execrabilis.*

7 *Beneficia patrimonialia liberè absque præsentatione non possunt impetrari.*

8 *Diligentiæ non sunt perfectæ ad effectum probandi negatiuam per omissionem perquisitionis in eo loco, vbi id, quod quæritur posset inueniri.*

9 *Rota; quando admittat, & quando secus, exceptionem diligentiarum.*

10 *Materiæ debent adaptari ad possibilia, & solita, non autem ad impossibilia, & insolita.*

11 *Leges solent disponere possibilia, & solita.*

DECISIO CCLXVIII.

IN DECISIS * fuit resolutum; Quia Constitutio Iulij Tertij in verbis decidit casum controuersum, impetrato, scilicet † beneficio à Sede Apostolica litteris non expe-
1 ditis, non posse impetrantem, ordinaria, vel quauis alia auctoritate possessionem beneficij apprehendere, decernendo, si secus fiat, beneficium vacare; Vnde cum Paulucius prędicta omnia fecerit, merito intrat vacatio, & nouę prouisionis iustificatio.

Neque obstant, quę hodie replicantur contra fundamenta decisionis, & Primo, quod nos non versemur in casu istius constitutionis, quando scilicet, vt in pręsenti titulus inferioris, est quidem posterior prouisioni Apostolicę, sed pręcedit possessionem, dum eadem constitutio videtur se restringere ad eos, qui possessionem ante titulum inferioris appręhenderunt, ita vt, neque titulus inferioris, neque possessio illius vigore subsecuta excludatur.

Quia constitutio prędicta ad effectum vacationis non se fundat in anteriori, vel posteriori possessione capta, sed in impetratione gratię Apostolicę, expedita supplicatione, quę licet sufficiens esset absquè alia collatione inferioris, vt aduersus quoscunque esset tutus; attamen omissa
2 expeditione litterarum † adiuit inferiorem pro institutione, & possessionem intrauit, quod proprie continet fraudem emolumentorum Cancellarię, *Gomes. super reg. Cancell. de non iudic. quæst. 15. vers. pro firmo. & vers. non obstat,* & hunc sensum *Rota habuit in alleg. decis. 205. parte prima diuers. coram Papa Clemente VIII.*

3 Et in hac parte non potest cadere excusatio † quia contrauentio est clara in verbis, & in ratione legis resistentis, quę non admittit causam ignorantię, aut imperitię ad euitandam vacationem propter dolum ex mala fide, *Bald. in l. penult. C. de his qui sibi adscrib. Felin. in cap. super litteris num. 5. de rescript. Osasch. decis. 260. nu. 11. Surd. cons. 276. num. 24.*

Quod si replicetur excusationem fundari super probabili ratione, dum non fatue potuit Paulucius credere con-
4 stitutionem non procedere, in † beneficijs iurispatronatus laicorum, in quibus dicebatur militare diuersam rationem circa modum conferendi per Ordinarium non impeditum per apositionem manus Papę, *Garz. de benef. part. 5. num. 191. Rota in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, & in Gerunden. beneficij 4. Maij 1624. coram bon. mem. Buratto.*

Bene euitatur obiectum ex ipsa generalitate verborum constitutionis, & rationis identitate, ibi, quomodocúque &

& qualitercunque qualificatorum, quę tanquam posita in lege generali compręhendunt absque differentia omnia
5 † beneficia, *Caputaq. decis. 36. num. 4. part. 3. cum alijs in prima decisione allegatis*, & pręter eos idem firmāt *Calder. cons. 1. vt lit. penden. Crescen. decis. 6. numer. 10. de iur. patr.* qui omnes loquuntur in generali dispositione, *cap. primi, & secundi, vt lit. penden. cap. auaritiæ de elect. in 6.*
6 *& constitut. de publicand. & cap. execrabilis*, in † quibus compræhenduntur beneficia de iurepatronatus laicorum, quæ ab alijs non distinguuntur ratione modi conferendi, seu euitandi fraudem emolumentorum Cancellariæ, quando expeditiones ab eadem ratione subiectæ materiæ sunt leuandæ, quæ ratio omnibus æque conuenit.

Et quamuis in eadem constitutione subdantur alia ver
7 ba, † scilicet, quod huiusmodi beneficia, tam ab eorum Ordinarijs, quam à Sede Apostolica possint impetrari, quasi non sit sermo de patronalibus, qui libere absque præsentatione non possunt impetrari, non propterea separantur ista de iurepatronatus per libertatem impetrandi, quæ respiciunt vacationem, & Clericos impetrantes, non autem libertatem conferendi, quæ per constitutionem non datur, & ideò in vacatione patroni presentant, & prout Marcus Antonius fuit præsentatus, & admissa præsentatio per Officiales Datariæ.

8 Demum non obstat, quod diligentiæ † non sint perfectæ ad effectum probandi negatiuam per omissionem perquisitionis registri in arce S. Angeli.

9 Quia Rota admittit † exceptionem diligentiarum respectu locorum, in quibus solent registrari expeditiones beneficiorum, non autem attendit loca insolita ad custodiam scripturarum concernentium grauissimum interesse Sedis Apostolicę destinata, quę non etiam semper possunt
10 per eosdem Officiales adhiberi, & ita materiæ † debent adaptari ad possibilia & solita, non autem ad insolita, pro-
11 ut & † ipsæ leges solent disponere, *l. nam. de ea. ff. de leg. Menoch. præsumpt. 12. lib. 3. & præsumpt. 89. num. 123. lib. 4.*

Et ita vtraque, &c.

* Idest sub die 6. Iunij superioris anni 1633. est decisio 216. supra in hac eadem parte.

¶ Et in eadem causa adest infra alia decisio sub die 9. Iunij huius anni 1634. coram eod. R. P. D. Pirouano.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Veneris 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Legatarius in bonis Testatoris præfertur creditoribus hæredis. Hypotheca in legatis conditionalibus, quando incipiat currere.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hæreditarius, si concurrat cum creditore hæredis est præferendus super bonis defuncti.*
2 *Hypotheca in legatis conditionalibus non incipit à die purificatæ conditionis, sed à die mortis Testatoris.*
3 *Quod procedit etiam in præiudicium creditorum, qui medio tempore contraxerunt, ne sit in facultate hæredis eludere legatarios pendente conditione.*
4 *In Legatis conditionalibus per pendentiam conditionis non suspenditur natiuitas hypothecæ, sed solum illius exercitium.*
5 *Legatum dotis filiæ relictum, etiam data facultate hæredi de negotiando in bonis testatoris, debetur, si supradicta dos, fuit exceptuata, & num. 6.*
7 *Legata, nè reuocata præsumantur semper sumenda interpretatio.*

DECISIO CCLXIX.

CAROLVS Ghezzius in schedula priuata condidit testamentum, in quo hæredes vniuersales instituit sex filios masculos, scilicet Ioannem Baptistam, & Iacobum, maiores viginti annis, Iulium, & Ioannem Antoniū minores, Angelum, & Franciscum pupillos, quatuor vero filiabus feminis reliquit dotem scut. 3000. pro qualibet, si nupserint sin autem Monasterium ingrediantur legauit dotem, quæ solet Monialibus assignari, & vltra dotem scuta 30. pro qualibet pro singulis annis, & vlterius propter magnum numerum filiorum voluit, ab hæredibus continuari negocium fundacarium pro substentatione familiæ, & postea subiunxit hæc verba; *Ricordo a mia moglie, e figli di venir cauando fuori del negotio li danari per le figlie femine, e non guardino che non l'habbia fatt'io per essermi sempre troppo allargato ne i negotij, & hauere hauuto molte disgratie.*

Testatore vita functo, Ioannes Baptista, & Iacobus natu maiores negocium paternum, ad quod viuente Patre se introduxerant continuantes, breui tempore decoxerūt Vnde orta lite inter Creditores fundacarios creatos tamen post mortem Caroli à prædictis filijs ex vna, & inter filias legatarias ex altera, super prelatione in bonis testatoris, DD. responderunt, filias legatarias esse præferendas Creditoribus prędictis, quia per legatum paternum eua-
1 serant Creditrices † hæreditatis, quo casu concurrentes cum Creditoribus hæredum veniunt præferendæ super bonis defuncti *text. in l. 1. §. sciendum. ff. de separat. glos. in verb. competunt. in fin. l. eos C. qui pot. in pign. hab. Surd. decis. 310. num. 4. respondit Rota coram bon. mem. Card. Caual. decis. 4. per totam, & signanter nu. 2. & seqq.* Etenim
2 hypotheca † pro dictis legatis non incipit à die purificatæ conditionis, sed à die mortis Testatoris, *Imol. in l. si is, qui pro emptore. num. 20. in princ. ff. de vsucap. & ibi Roman. num. 25. vers. sed respondit. & Ias. num. 312. Crot. num. 34.*
3 etiam in preiudicium Creditorum, † qui medio tempore contraxerunt, ne sit in facultate hæredum eludere legatarios pendente conditione, *ad text. in l. qui Balenum §. sed, & si hæredes, ff. qui pot. in pign. hab. vbi glos. & Dec. Dyn. in cap. 19. vlt. de reg. Iur. in 6. Aretin. in l. stipulat. la grand. col. 10. vlt. ff. de verb. obligat. Imol. in l. 1. & ibi Cuman. & Ruin. sub num. 87. Paris. num. 111. vers. moderni autem. Iacob. de Nigr. num. 135. vers. contrarium Bolognett. nu. 308. ff. de leg. 1. latè Fusar. de substit. quæst. 612. num. 2. & seqq. & resolutum fuit in Bononien. legati seu Palatij 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Ghisilerio*; nam per pendentiam
4 conditionis non suspenditur natiuitas hypothecę † sed tā tum illius exercitium, quod non debet attēdi ad effectum inducendi proprietatem, vt in istis, terminis optime ponderauit *Fusar. d. quæst. 612. num. 18. & consil. 52. num. 18.*

5 Nec visum est obstare, quod cum † negocium fundacarium fuerit continuatum per Ioannem Baptistam, & Iacobum, debita per ipsos postea contracta reputari debeat ipsiusmet Patris, & consequenter, esse preferenda dotibus dd. filiarum, quia fuit responsum Carolum Patrem
6 voluisse quidem, † quod dicti filij continuarent negocium sed saluis dotibus filiarum, dum illis ordinauit, vt dotes paulatim à fundaco separarent, ita vt voluerit continuari fundacum; sed ex reliquo hæreditatis sine aliquo earum præiudicio, vt in istis terminis sensit *Rota apud Caual. di-*
7 *ctis decis. 41. 51. 112. 132.* semper enim † sumenda est interpretatio ne legato reuocata presumantur, *Alex. cons. 169 num. 3. lib. 5. Natt. cons. 483. num. 14. Ceph. cons. 62. num. 8. Menoch. cons. 254. num. 50. Mantic. de coniect. lib. 17. tit. 2. num. 2.*

Nec obstat si dicatur, quod si filiabus deberentur dotes

tes secundum dispositionem paternam plus haberent fœminæ, quàm masculi, quia id cessare visum est ex facto dũ negocium à Patre relictum ascenderet ad scuta 30. mil. & stabilia ad scut. 6000. vt deponunt aliqui Testes sum. filiarum 6. 7. & 10. sed quando etiam tota hereditas reduceretur ad scuta 30. mil. ad huc masculi plus habuissent, quam fœminę, quia vna ex illis obierat Patre adhuc viuẽtę, & alię duę ab eodem et Carolo in Monasterio collocatę fuerant cum dote scutorum 750. pro qualibet, & sic in totum habuerant scuta 1500. nec hodie aliud petere possunt, quam legatum annuum scutorum 30. pro qualibet, supersunt postea alię duę filię nubiles quarum singulis est legata dos scutorum 3000. Vnde facto computo nullo modo potest dici quod fœminę sint habiturę plus quam masculi, &c.

Et ita parte vtraque decisum fuit, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Recanateñ Saluiani.

Die Veneris 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Præscriptio ad petendam dotem incipit currere in præiudicium vxoris, quæ habebat vsumfructum in bonis mariti, statim finito vsufructu: Melioramenta facta in fundo non possunt considerari separatim ab ipso fundo, & quando illa ad vsum Coloni sunt constructa connumerantur inter impensas vtiles, & necessarias, itaut propter earum oppositionem retardari debeat immissio.

SVMMARIVM.

1 *Actioni ad consequendum creditum spatio 30. annorum præscribitur.*

2 *Præscriptio non valenti agere non currit.*

3 *Præscriptionis cursus non retardatur in præiudicium hæredis sub prætextu impedimenti, si illud ex facto Testatoris causatum sit.*

4 *Præscriptione tutus non est, qui scit, se esse debitorem.*

5 *Præscriptio fundatur in negligentia Domini negligentis recuperare rem suam, & ideo non currit in præiudicium ignorantis ius suum.*

6 *Præscriptio 30. annorum plenam possessori defensionem parat etiam contra ignorantes. Et quid de præscriptione 20. annorum, aut alia breuiori ex statuto competen. num. 7.*

8 *Ignorantia in hærede præsumitur.*

9 *Mala fides præsumpta non sufficit ad tollendam præscriptionem triginta annorum, & hoc tam de iure ciuili, quam Canonico ex communi. num. 10.*

11 *Immissio retardari debet propter exceptionem meliorамentorum oppositam.*

12 *Retentio rei melioratæ possessori datur, donec soluantur melioramenta.*

13 *Melioramenta ad vsum Colonorum constructa reputantur inter impensas vtiles, & necessarias.*

14 *Author excluso proprio interesse venire non potest ex persona successoris, & vti iuribus illius. Et quando Authoris interesse non cesset. num. 15.*

DECISIO CCLXX.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod hodie proposui sententiam Rotalem, quę confirmando aliam sententiam extra Rotam latam, reuocauit sententiam datam in partibus in iudicio Saluiani, quod Gaspar, & Minerua illius vxor mouerant contra Fabritium; Cum autem nihil obijceretur contra validitatem duarum posteriorum sententiarum, visa fuit probari illarum iustitia, ex iniustitia primæ sententiæ, quam illæ reuocarunt, vt enim latè deductum fuit *in duabus decisionibus factis sub die 21. Iunij anni 1630. & 24. Maij anni 1632. coram R. P. D. meo Pirouano*, qui vltimo loco pronunciauit in hac causa, non potuit ea immissio, quam Minerua simul cum Gaspare obtinuit, illis concedi, dum ei non competebat a-
1 liqua actio ratione huius crediti, eo quia illud per † præscriptionem triginta annorum, & an plius, sublatum fuisset, ad notata per *Doct. in l. sicut C. de præscript. triginta, vel quadraginta annor. & in c. de quarta. de præscrip.*

Et non controuertebatur inter partes hoc tempus, super quo fundabatur præscriptio, cùm in hoc omnes conuenirent, quod id creditum proueniret ex causa dotis, cuius Angelina auia, & auctrix Mineruę cœpit esse creditrix vsque de anno 1590. quo per mortem Christophori sui viri factus fuit locus restitutioni eiusdem dotis; & ita cum non nisi de anno 1628. motum fuisset iudicium per Mineruam, & Gasparem illius virum contra Fabritium possessorem prædij, quod de tempore obligationis detinebatur à Christophoro, probatum erat in hac parte fundamentum præscriptionis ex lapsu triginta, & octo annorum, qui intercedebant inter mortem Christophori, & diem moti iudicij.

Verum plura adhuc opponebantur ex parte Mineruæ, ex quibus credebatur non potuisse incipere, vel fuisse interruptum cursum eiusdem præscriptionis, quæ tamen visa fuerũt Dominis obstare; Et prima obiectio erat, quod tam Angelina, quam Doralices, & Cornelia illius filiæ, & hæredes non potuerint hanc dotem petere, dum ipsa Angelina fuit à Christophoro relicta vsufructuaria omnium suorum bonorum, eiusdem verò Angelinæ filiabus datus fuit curator in testamento matris, qui eam dotem administraret, & illius fructus conuerteret in certos vsus à testatrice destinatos; Indeque tam Angelinæ durante vsufructu, quam eius hæredibus viuente curatore non potue-
2 rit † currere prescriptio tamquam non valentibus, aut impeditis agere, vt notatur *in l. 1. §. vltim. C. de annal. exception. c. quia diuersitatem de concess. præbend.*

Sed facilis visa fuit responsio, quia respectu Angelinæ cessauit impedimentum cessante vsufructu per eius obitũ de anno 1591. Quò verò ad illius hæredes, præterquam
3 non poterat id impedimentum retardare † cursum præscriptionis tanquam causatum ex facto ipsius Angelinæ, præterea neque poterant eædem hæredes dici impeditæ, dum per solutionem legatorum, quam demãdauerat Testatrix administratori suæ hæreditatis, vt fieri deberet de sua dote, non fuit illis prohibitum, quin agere possent ad eiusdem dotis recuperationem.

Non etiam visa fuit obstare secunda obiectio, quam proponebant informantes pro Minerua, vel circa malam fidem Christophori debitoris, qui cum sciret hoc suum
4 debitum, non poterat esse tutus † aliqua præscriptione, auctoritate *textus, in cap. si virgo 34. q. 1. c. vltim. de præscription. & notatur per Doctor. in cap. possessor. de reg. iur. lib. 6. & in c. 2. de exception. eod. lib. vbi Io. Andr. nu. 1. Geminian. nu. 8. Franc. num. 5.* Vel circa præsumptam ignorantiam Doralicis, & Corneliæ super hoc suo credito propter quam sicut non poterat in illis considerari aliqua negligentia, ita neque potuisset contra eas currere præscriptio, quæ solum fundatur in negligentia Domini, non cu-

curantis recuperare rem suam *arg. text. in c. vigilanti, de*
præscript. & in c. quia diuersitatem de concess. præbend.
& declarat *Felin. in d. ca. vigilanti num. 5. Petr. de Vbald.*
in tract. de canon. Episc. cap. 2. numer. 25. vbi declarat *l.*
vlt. C. de præscript. long. temp. quæ videtur sustulisse hanc
differentiam ignorantiæ, & scientiæ; Huic enim obie-
ctioni responderunt Domini, quod potuit eadem præ-
6 scriptio currere etiam contra ignorantes, † dum erat lon-
gissimi temporis triginta annorum, per quam data cen-
setur plena defensio possessori, quicquid dici posset, si illa
7 esset solius longi temporis viginti annorum, † aut etiam
breuioris competentis ex dispositione particularis statuti,
& notant *Doctores in authen. malæ fidei. C. de præscript.*
longi temp. & habetur *in l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40.*
ann. notat *Felin. in d. cap. vigilanti, numer. 2. de præscript.*
Specul. in tit. de præscript. §. 1. numer. 14. Socin. in col-
lect. regular. reg. 33. & in l. cum filius, § in hac, num. 9. in
fin. ff. de verb. obligat. Peregr. cons. 103. numer. 43. libr. 3.
Quod verò attinet ad malam fidem Christophori non
potuit illa in eo considerari; Quia cum factus fuisset lo-
cus restitutioni dotis Angelinæ illius vxoris, post mortem
eiusdem Angelinæ, non poterat Christophorus dici de-
bitor d. dotis, donec vixit; in illius vero hæredibus præ-
8 sumi potuit ignorantia huius debiti † eodem modo, quo
supponebatur hæc ignorantia, ratione proprij crediti in
hæredibus Angelinæ, præsertim, cum Christophorus iu-
nior (qui fuit nepos ex fratre Christophori mariti Ange-
linæ) fuisset institutus hæres post eiusdem Angelinæ mor-
tem, qui propterea iuste credere potuit, quod fuisset illi
de suo credito satisfactum, & in omnem euentum, pos-
set in hoc Christophoro hærede Christophori senioris,
considerari solum mala fides præsumpta, quæ non suffi-
9 ceret ad tollendam † præscriptionem triginta annorum,
vt voluit *Bart. in l. vltim. num. 11. C. vnde vi. Abb. in c. si*
diligenti num. 16. de for. competent. & in cap. sollicite nu-
mer. 14. de restit. spoliat. Vbi quod in hac mala fide præ-
10 sumpta, nulla est differentia inter Canones, † & Consti-
tutiones iuris ciuilis, quod etiam voluit *in cap. 2. numer. 7.*
præscript. & de communi opinione attestatur *Ripa in ca-*
pit. cum Ecclesia Sutrina. num. 99. de caus. possess. & pro-
priet. Couar. in cap. possessor malæ fidei 2. par. relector. §. 8.
numer. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 13. quæst. 10.
num. 70. & remed. 15. quæst. 33. num. 424.

Ex altero etiam capite visum fuit constare de iniustitia
sententiæ latæ in partibus, quia scilicet fuisset concessa
immissio Mineruæ, non habita ratione melioramento-
rum, quæ probabantur facta fuisse in hoc prædio, nam
11 propter hanc exceptionem, quæ fuit opposita † ante
immissionem concessam; retardari debuisset eadem
immissio, dum licebant possessori retinere rem melio-
12 ratam, donec sibi, ipsa melioramenta † restituerentur,
iuxta *l. si in aream. ff. de condic. indebit.* notat *Bart. in*
leg. si non sortem. §. si centum. numer. 3. Iason. numero
10. ff. eodem tit. Negusant. de pignor. 5. membr. 5. par. nu-
mero 8.

Neque visa fuit substere responsio, vt fuerit hæc im-
missio concessa super solis terris distinctis à domibus quę
fuerant constructæ in prædio possesso per Fabritium, li-
cet enim in sententia restricta fuisset hæc immissio ad so-
las Terras, quæ (vt dicitur in eadem sententia) nudæ e-
rant; Ex quo inferebant informantes, vt fuerint præser-
uata iura possessoris in parte prædij, quæ per ædificatio-
nem dd. domorum dicebatur meliorata, quia tamen eæ-
dem domus erant, non solum super eodem, & vnico prę-
dio del Piano, super quo fuerat concessa immissio, sed
constructæ fuerant ad vsum Colonorum, sine quorum
opera stare ipsum prædium non poterat, impossibile erat
dare hanc separationem, dum illorum commodum re-
fundebatur in totam tenutam & reputari debebant inter
13 impensas non solum vtiles, sed necessarias ad culturam †
eius prædij, vt probat textus *in l. diuortio. §. impendia, vbi*
Bart. num. 2. ff. sol. matrim. l. 1. §. inter necessarias impensas,
& l. impensę. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Alexand. cons.
162. num. 7. lib. 1.

Demum non visum fuit obstare, quod Fabritius, qui
passus fuit immissionem acquieuerit sententiæ datæ in
partibus, & immissioni in ea concessæ Mineruæ, vt
non potuerit Michelina autrix Fabritij appellare ab ea-
dem sententia; Nam licet videretur cessare omne inter-
esse Michelinæ ex ea acquiescentia Fabritij, & eo inter-
14 esse excluso, dicendum videretur, quod non potuisset †
ipsa excipere, aut vti iuribus Fabritij, *argumento text. in*
l. 1. C. quorum appellat, non recip. & in l. si pupilli. §. vide-
mus. ff. de negot. gestor. Tamen hæc difficultas ex facto
remouebatur, quia vt consideratum fuit in eisdem deci-
sionibus, non vna solum sententia data fuit occasione
eius immissionis, quam Minerua obtinuit, sed plures,
nam cum moto iudicio intimasset Fabritius molestias
Andreæ Cappello, à quo ipse emerat hoc prædium, su-
per quo petebatur immissio, & hic Andreas Cappellus
easdem molestias intimasset Micheline, ad quam spe-
ctabat principalis defensio, duas sententias dedit Iudex
preter eam, cui dicitur Fabritius acquieuisse, & in vna
condemnauit Cappellum ad restituendum Fabritio pre-
cium solutum, in altera condemnauit Michelinam ad
eiusdem precij restitutionem faciendam Cappello, &
ita cum hoc iudicium, licet cœptum esset contra Fabri-
tium, tamen terminatum fuisset contra Michelinam,
quæ alios releuare tenebatur, non poterat negari illius
interesse, cui non potuit Fabritius præiudicare, non re-
clamando à sententia contra se lata, dum effectus eius-
15 dem sententiæ † se extendebat in præiudicium alterius,
prout regulam firmat *Butr. in cap. si venditori. numer. 1. in*
fin. de empt. & vendit. & in cap. cum Ioannes. num. 33.
de fideiuss. instrum. & probat textus *in leg. ab exequuto-*
re. §. alio condemnato, ff. de appellatio. & relat. quem
late explicat *Couar. pract. quæstion. capit. 15. num. 4.*
Et ita &c.

R. P. D. MERLINO.

Cesenaten Prędij.

Die Veneris 17. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Datio in solutum facta pro maiori quantitate quam vere deberetur, an corruat in totum, & quid stante falsitate causę, in ea, expressæ. Mater transiens ad secunda vota, licet priuetur successione filiorum prædefunctorum, tamen hoc non intellige quoad vsufructum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier eo ipso, quod transit ad secundas nuptias priuatur omni successione filiorum primi matrimonij.*
2 *Assignatio, seu datio in solutum stante falsitate causæ corruit in totum. & num. 3.*
4 *Transactio, vitiatur in totum, quando causa in ea expressa reperitur falsa.*
5 *Causa in assignatione, seu in datione in solutum, si partim reperiatur falsa, & partim vera, an pro causa vera sustineatur.*
6 *Text. in l. si ex falsis, C. de transact. declaratur, & numer. 7. & 9.*
8 *Separatorum separati sunt effectus.*
Transactiones tot esse dicuntur, quot sunt Capitula, & res distinctæ. num. 8.

10 *Causæ plures, quando referuntur ad celebrationem actus, tunc ex vna causa, quæ sit vera, sustinetur actus.*

Quod intellige, si alioquin est sufficiens de per se ad sustinendum actum, secus, si per de se considerata sit inefficax, num. 10.

11 *Datio in solutum facta pro maiori quantitate, quàm re vera deberetur, vitiatur in totum.*

12 *Matri binubæ debetur vsusfructus in filij prædefuncti bonis, saltem ratione legitimæ.*

13 *Mater binuba succedit in vsufructu bonorum filiorum mortuorum primi matrimonij.*

14 *Mater binuba an succedat in bonis primi viri, si mediatè ad eam perueniant.*

15 *Statuta recipiunt interpretationem à Iure communi.*

16 *Priuatio præsupponit habitum.*

17 *Verbum, quandocumque, comprahendit omne tempus.*

18 *Mater, quando transit ad secunda vota funestat memoriam primi viri, iniuriat illius fœdus, & fauoris filiorum ex d. matrimonio receptorum.*

19 *Transactio, quæ continet euidentem calumniam est ipso iure nulla.*

20 *Concordiæ, & transactiones, vt sustineantur, iura multum fauent.*

21 *Transactio vere non est, vbi nulla adest, lis, nec timor probabilis litis.*

In transactione requiritur, mutua recompensatio. numer. 21.

22 *Transactio nulla non sustinetur ex falsis, & imaginarijs causis.*

23 *Mater transiens ad secunda vota obliuiscitur officio, & pietate materna.*

24 *Transactio omnino respui debet stante dolo.*

25 *Dolus in transactione, quando arguatur.*

DECISIO CCLXXI.

AVRELIA dum primo nupsit Camillo de Abbatibus, pro dote assignauit fundum Vincilianum, æstimatum in scutis 1200. & tali æstimatione, quam facere venditionem, & inde translatum fuisse illius dominium irreuocabiliter in Camillum; pro Aurelia autem mansisse dotem in d. scutis 1200. iam fuit resolutum 16. *Iunij* 1631. *coram me.* *

Postea prædefuncto Camillo marito, superstitibus filijs huius primi mariti, eadem Aurelia contraxit sponsalia cum Almerico sub die 5. Februarij 1573. vt in apocha matrimoniali, & elapsis aliquot mensibus, nempe sub die 27. Maij eiusdem anni 1573. à filijs primi matrimonij obtinuit sibi assignari, & dari insolutum prædictum fundum Vincilianum, & causæ assignationis in Instrumento fuerunt expressæ, quod scilicet tradebatur integer fundus matri pro sua dote, & pro successione filiorum Mutij, & Iuliæ ex primo matrimonio qui ante secundas Matris nuptias prædecesserant; In hac verò assignatione, quam contrahentes concordiam appellant, constare de excessu Rota respondit *sub die* 12. *Decembris* 1631. *coram me*, * & id eadem resolutione, etiam hodie DD. permanserunt.

Excessus quippe est euidens; quia de tempore dictę assignationis, seu concordiæ Aurelia erat creditrix filiorum primi matrimonij, ratione suæ dotis pro scutis solũ 1200. stante dicta traditione fundi æstimati, quæ fecit venditionem, vt in prima decisione, & tamen eidem Aureliæ transeunti ad secunda vota fuit assignatus fundus Vincilianus, qui tunc erat longe maioris æstimationis, & valoris; causa verò successionis filiorum Mutij, & Iuliæ expressa in Instrumento, & quæ impulit filios, vt matri loco quantitatis scuot. 1200. traderent fundum Vincilianum, omninò falsa erat; neutri enim ex filijs prædefunctis suc-
1 cesserat, & quatenus successisset, † illicò quod secundas contraxit nuptias, penitus priuata fuit omni successione, nedum ex dispositione *l. fœmina, C. de secund. nupt.* sed etiam *ex Statuto Cæsenæ lib. 1. pag. 96. vers. superinde, sub rubr. Stantibus masculis fœminæ non succedant,* & fuit ponderatum *in secunda decis. vers. neque obstat, & vers. respe-*
2 *ctu vero.* posita autem † hac falsitate causæ corruit assignatio, & datio insolutum d. fundi Vinciliani, & quidem
3 in totum, cum versamur † in indiuiduis ratione consensus contrahentium, & decreti Iudicis, quod fuit inibi interpositum, *l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum, l. sed & si Præses, C. de præd. minor. Curt. I un. cons. 118. num. 10. Capyc. decis. 51. num. 1. Bardello. cons. 2. num. 68.*
4 *ad fin. Rot. decis. 601 num. 4. par. 3. recent.* Et in terminis † transactionis, si fuit erratum in parte, causaque expressa, si in parte sit falsa, quod in totum corruat transactio, dixit *Angel. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, numero 8. ff. de verbor. obligat. & cons. 94. numer. 5. & 6. Bero, cons. 180. numer. 40. & seqq. lib. 2. Bertaz. cons. ciuil. 88. numer. 56. Bardello. cons. 2. numer. 56. et seqq. Manent. decis. 137. numer. 68. et 69. Rota apud Cæs. de Grass. decisio. 1. numer. 1. 5. et 8. de transact. et decisio. 160. numero 8. ac decis. 458. numer. 1. part. 1. diuers. et in* Romana *nullitatis contractus* 5. *Decembris* 1633. *coram me.*

Neque dicatur, quod, qua ratione æstimatio fundi Vinciliani, dum fuit datus Camillo primo marito, fecit venditionem, & transtulit dominium in eundem Camillum, ita pari ratione eiusdem fundi assignatio facta Almerico secundo viro per similem æstimationem fecerit etiam venditionem, & inde in ipsum Al-
5 mericum translatum fuerit dominum, † saltem pro illa summa dotis Aureliæ debita, licet corruat assignatio, seu datio insolutum in reliquis, respectu scilicet successionis Mutij, & Iuliæ, argument. *leg. si ex falsis, C. de transact.* Quoniam ex subiecta materia, & ex serie Instrumenti, Domini depræhenedebant assignationem primario, & principaliter emanasse ex illa falsa causa, nempe ex prætensa successione Mutij, & Iuliæ; patebat enim pro dote Aureliæ solum deberi scuta 1200. Vnde cum loco istius quantitatis datus fuerit insolutum fundus longe maioris valoris, assequimur contrahentes principaliter contemplatos fuisse illam successionem filiorum prædefunctorum, & ita nec applicatur argumentum de prima assignatione ad se-
6 cundam, nec *text. in d. l. si ex falsis, C. de transact.* † super quo informantes pro Almerico multum insistebant; Non argumentum, quia per assignationem fundi factam Camillo primo marito, iuncta illa æstimatione, recte in Camillum fuit translatum dominium, & sequuta venditio, nulla quippe iniustitia, vel nullitas obstabat huiusmodi primæ assignationi, quod secus est in secunda assignatione facta Aureliæ secundo nubenti; quia tunc fundus Vincilianus magnopere auctus erat in valore, & ex falsa causa hæc secunda assignatio emanauit,

7 Nec applicatur † *textus in dict. leg. si ex falsis, Codic. de transactio.* quia ibi plures, & distinctæ res fuerant petitæ, & in transactione relaxatæ, vt puta domus, prædium, nauis, & alia, & super vnaquaque re fuerant exhibita distincta, & particularia Instrumenta: vnde nil mirum, si postea aliquibus, ex dictis Instrumentis falsis detectis, solum retractatur transactio in illis rebus, super quibus Instrumenta falsa apparuerint, firmis alijs remanentibus, in quibus falsitas non
8 aderat; separatorum † enim separati sunt effectus, & quot sunt Capitula, & res distinctæ, tot censentur transactiones vt bene per *Alciat. in d. l. si ex falsis, col. 4. §. Ita demum num.*

nu. 40. Hic verò vna tantum res, nempe fundus Vincilia-
nus fuit aſſignatus Aureliç tranſeunti ad ſecunda vota;&
hæc aſſignatio emanauit principaliter ex dicta falſa cauſa
ſucceſſionis filiorũ,cum vt ſupra dictum eſt,ratione dotis
creditum Aureliæ eſſet in ſcutis ſolũ 1200.& fundus Vin-
cilianus traditus fuit pro cauſa ſucceſſionis , ratione enim
9 dotis ſolum fuiſſent reſtituēda ſcuta 1200.& † ſic euitatur
diſpoſitio *d.l. ſi ex falſis C. de tranſact.* quæ etiam ita de-
claratur *à Caſtr.ibid.nu.3.verſ. animaduerten. ab Alciat.
col.4.& ſcite a Bellon.Iun.conſ.77.nu.11.*dumq; plures cau
10 ſæ referuntur ad celebrationem † actus, tunc ex vna cau-
ſa quę ſit vera,ſuſtinetur actus,quãdo illa alioquin eſt ſuf-
ficiens de per ſe ad ſuſtinendum actum , ſecus ſi de per ſe
conſiderata,eſt inefficax,niſi ſit coniuncta,& dependens,
vt inquit *Rip.in l.prima,num.125.ff.ſol.matr. Iaſ.in l. Lu-
cius,num.18. in fin.ff. de vulg.* & in terminis tranſactionis
*Crauett conſ.720.num.10.verſ.5.quoties, Bardellon. conſ.
2.num.68.verſ.reſpondetur ſecundo.*

At ceſſat difficultas,quia attento augmento valoris fun
di Vinciliani,certum eſt pro dote ſcut. 1200. non potuiſſe
aſſignari,nec fuiſſe aſſignatum,ſeu datum inſolutum totũ
fundum , ſed dationem inſolutum emanaſſe etiam ex alia
cauſa,nempe ſucceſſionis filiorum prędefunctorum,vnde
11 intrat concluſio,quod datio inſolutum † facta pro maio-
ri quantitate,quam vere deberetur, vitiatur in totum *iux
ta text.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum, vbi Bart.nu. 6. Caſtr.
num.1.Iaſ.num.2.ff.de condit.indeb.Ruin.conſ.136.nu.5.
lib.1.& conſ.160.num.25.lib.2.Surd.deciſ.45.nu.3.Hen-
rig.de fideiuſſor.cap.6.num.127.*

Neque obſtat , quod Aureliæ etiam binubæ deberetur
12 vſusfructus † in bonis Mutij filij ex primo matrimonio,
ſaltem ratione legitimæ, vt etiam admittitur in ſecunda
deciſione , & ideo in iſto vſufructu verificatur cauſa ſuc-
ceſſionis expreſſa in tranſactione. Quoniam,attenta diſpo
13 ſitione Iuris† communis,mater binuba ſuccedit quidem
in vſufructu;At ſecus attento Statuto Ceſenæ, quod ma-
trem binubam excludit *ab omni ſucceſſione, & debito etiã
Iure naturæ,atque ab omni commodo , & ſucceſſione hære-
ditatis filiorum primi matrimonij* , quæ verba compræ-
hendunt etiam excluſionem ab vſufructu,& à legitima.

Eadem etiam reſponſione tollitur , quod Aurelia licet
excluderetur à ſucceſſione hæreditatis Mutij, in illius ta-
men bonis ſuccedebat,poſtquam peruenerant in Iuliam,
14 & † ſic mediate, non immediate proueniebant ex ſubſtã-
tia primi viri, *iuxta deciſionem in Romana domorum 10.
Iunij 1616.coram bon.mem. Andrea,*quę eſt *dec.771.par.
3.recen.*quam ſequuta fuit *Rota in Romana nullitatis con-
tractus 5.Decemb.1633.coram me;*Quoniam hoc verum
eſt in terminis Iuris communis, *iuxta l.fœminæ ,C. de ſe-
cund. nupt.* ſed Statutum Ceſenæ excludit matrem binu-
bam ab omni ſucceſſione filiorum primi matrimonij,tam
immediata,quam mediata, ibi , *& à petitione portionis al-
terius ſuorũ filiorũ , ſeu liberorum præmortui quandocũq;
ab inteſtato perſonæ, quandocũq;eis , vel alterieorũ debitæ.*

Nec obſtat quod Mutius prædeceſſerit , & poſtea Au-
relia tranſierit ad ſecunda vota , & ſic illius hæreditas de-
lata,& fortaſſe adita fuerit ante ſecundum matrimonium,
Quoniam in 2. *deciſione* in hac cauſa emanata , *verſ. ve-
rum,* fuit firmatum, nec de iure communi nouiſſimo cõ-
ſtitui poſſe differentiam,an ſecundæ nuptiæ antecedant,
vel ſubſequantur mortem filiorum primi matrimonij; Et
15 Statutũ etiam Ceſenæ, † vltra quod recipit interpretatio-
nem à Iure communi,dum excludit matrem binubã , vti-
16 tur verbo,*priuamus,* & ſic † ſupponit habitum, & delatã
fuiſſe hæreditatem filij,*l.decem,ff.de verb.obl.l.manumiſ-
ſionis,ff.de Iuſt.& Iur.l.non poteſt,ff.de reg.iur. Surd.conſ.*
17 *52.num.57.*Et vtitur etiam verbo, † *quandocumq;* ideoq;
comprehendit omne,& quodcumque tempus mortis fi-
liorum primi matrimonij,vt *per Bald.in l.ſi quis ad decli-
nandum,num.8.C. de Epiſc.& Cler.& l.precibus,num.54.
C.de impub.& alijs ſubſtit. Alex.conſ.145.num.3. libr. 2.
Boer.dec.131.num.21.*& fuit dictum *in Lauden.penſionis
29 Ianuarij 1601.coram Penia.* Et ſolum excipit caſum,
quo mater ſoluto ſecundo matrimonio redierit ad vidui-
tatem,vnde alios caſus dicitur amplecti dictum Statutum
18 & ſemper viget † eadem ratio funeſtationis memoriæ
primi viri,iniuriæ illius fęderis , & fauoris filiorum ex pri-
mo matrimonio ſuſceptorum.

Minus obſtat quod renunciatio Aureliæ in dicta aſſi-
gnatione ſit admodum ampla ; quia imò ventoſa eſt , nec
in aliquo erat profutura filijs primi matrimonij, cum nul-
lum Ius haberet Aurelia,quod cedere poſſet in vtilitatem
filiorum ſuperſtitum , à quibus tamen extorſit integrum
19 prædium,quod precio longe excedebat illius dotem, † &
ſic tranſactio continet euidentem calumniam, propter
quam redditur ipſo iure nulla , *l. in ſumma.ff. de cond. in-
deb. Angel.conſ.94 num.6.Magon.deciſ. Floren. 85.num.
4 & 6.plene Bellon.Iun.conſ.79.num.3.& 4.*
20 Poſtremo,nec releuat,quod verſemur in concordia , †
& tranſactione , pro qua ſuſtinenda iura multum fauent;
21 Quoniam verè non eſt tranſactio , Nulla enim aderat †
lis,nec timor probabilis litis,& filij remiſerunt propria iu-
ra clara ſine aliqua mutua recõpenſatione cõtra naturam
tranſactionis,*l.1.ff.de tranſact.l.tranſactio nullo dato, l. ſi
cauſa cognita,C.eodem,l.ſuus C. de repud. hæred.* & vani
timoris nulla eſt habenda ratio, vt inquit *Alciat.in d.l. ſi*
22 *ex falſis,num.1.C.de tranſact.*nec ſuffragantur falſæ, † &
ſimulatæ cauſæ,atque a contrahentibus confictæ ad ſuſti-
nendam tranſactionem, *Angel.conſ.94.ſub num. 6. Alba
conſ.310.num.11.Surd.deciſ.185.num.10.& 11.Bardell.
conſ.2.num.59.& ſeqq* Manent.*deciſ.137.num 84.Negu-
ſant.iun.quæſt.44.num.28.* prout confictas fuiſſe cauſas ap
paret in caſu præſenti,& ille titulus tranſactionis ſtudioſe,
& improprie ad colorandum contractum aſſignationis
23 fuit a matre adhibitus,quæ oblita † eſt officij, & maternę
pietatis, dùm pro exiguo credito ſcut.1200. auulſit à filijs
pupillis prædium magni valoris, nec ſine dolo , & callidi-
tate videtur egiſſe in pluribus,& præcipue dum in Inſtru-
mento aſſignationis iſtius prædij verecunde admodũ aſ-
ſeuerat,ſe forſan meditaturam eſſe ſecundas nuptias,& ta
men per quatuor menſes ante cum Almerico apocham
matrimonialem inierat; vnde hoc tempore ſecundæ aſſi-
gnationis,recenti delinita coniugio nil mirum, ſi maternã
24 erga primos filios exuerat charitatem;quo † ſtante dolo,
tranſactio omninò reſpui debet,*l.1.§.fin.ff.ad Tertull.l.in
ſumma,verſ.ſin autem. ff. de condit.indeb. Bart. in l. ſi ex
falſis,nu.2.Bald.nu.4. Angel.num.1.C.de tranſact.Bellon.*
25 *iun.d.cõſ.77.nu.3.*qui dolus etiam detegitur ex eo,† quod
nihil in tranſactione filijs fuit datum, aut remiſſum ; ſique
iura ſucceſſionis filiorum euidentiſſima fuiſſent pro Au-
relia , nihil aliud reportaſſet ipſa , quàm quod per illam
confictam concordiam extorſit.

Et ita vtraq; parte Informãte,Domini ſteterũt in deciſis.

* Prima eſt deciſio 52.ſuper in hac eadem parte.

* Altera verò eſt deciſio 80. pariter ſupra.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Bonorum de Barzellinis.

Die Mercurij 22. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Grauamen iniunctum filijs, an, & quando non cenſeatur repetitum in nepotibus, & alijs deſcendentibus. Subſtitutio quando expirat, ceſſant etiam omnia eius conſecutiua, & acceſſoria. Ex coniecturis, vt inducatur fideicommiſſum, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones, quæ inducunt grauamen sunt strictè intelligendæ.*
2 *Substitutionum gradus non sunt multiplicandi.*
3 *Substitutio facta omnibus filijs, & hæredibus descendentibus sine filijs, non censetur facta filijs filiorum.*
Quicquid sit vbi substitutio continet fauorem, & prouisionem filiorum.
4 *Filiorum appellatione, quando tractatur de grauamine, seu onere non veniunt nepotes.*
5 *Substitutio fideicommissaria continet grauamen.*
6 *Substitutio facta filijs, quando non comprehendat nepotes.*
7 *Dictio dictis, est repetitiua præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus.*
8 *Testator ex quibus eliciatur, quod voluerit grauare tantum filios, & non nepotes.*
9 *Nepotes in dispositione non includuntur, quando fuit habita ratio ad filios.*
10 *Decian. in cons. 84. num. 10. lib. 3. Paris. cons. 7. num. 27. vol. 3. & alij declarantur, & num. 11.*
12 *ad Fideicommissum, quando sunt vocati plures successiue per vulgarem, cum conditione, si sine filijs, tunc vno decedente cum filijs, cessant cęteræ aliæ substitutiones. & num. 13.*
14 *Substitutionis digressio si sit posita in parte actiua tantum, tunc non attenditur ad effectum inducendi grauamen.*
15 *Substitutionum gradus, quando est vnicus tantum non releuat, vt recedatur à consil. Oldrad. 21.*
16 *Alienationis prohibitio, quando stat accessoriè, & consecutiuè ad aliquam substitutionem, illa deficiente nihil operatur. & num. 17. & 18.*
19 *Agnationis conseruandæ ratio, vt dicatur habita, non concluditur ex repetita qualitate masculinitatis.*
20 *ex Substitutione reciproca in primo gradu, non infertur ad sequentes vocatos.*
21 *ad Fideicommissum inducendum coniecturæ debent esse probabiles, necessariæ, & concludentes, & nu. 22.*

DECISIO CCLXXII.

PROPOSITO dubio 12. Decembris preteriti, * An D. Cosmo Barzellino esset danda immissio ex testamento Alphonsi fideicommittentis, in eius bonis hodiè possessis per D. Vincentium Barzellinum, affirmatiuè fuit resolutum, quia constat de fideicommisso, & quod euenerit casus in personam Cosmi, & ex eo, quod identitas bonorum possessorum per Alphonsum, benè probatur ex deductis in illa positione, Hodie autem reproposita causa super ijsdem, dicta decisio fuit confirmata, non obstante exceptione antiquorum fideicommissorum, pro quibus prætendebatur detractio, & immissionem esse retardandam, quæ sunt in duplici differentia, nempè, Virgilij senioris, qui fideicommissum constituit de anno 1529. postrema verò Gasparis, Lactantij, & Bartholomæi.

Si de primo agatur, illud non obstat, quia cum reciproca substitutio legatur tantummodò inter filios Virgilij primos institutos, alij verò descendentes legantur vocati sub ea conditione, si isti primi decesserint sine filijs ipsique obierint cum filijs, vtique euanuit omne fideicommissum propter defectum conditionis; quæ cum inducat graua-
1 men, † est strictè intelligenda de filijs tantùm, nec afficit filios filiorum, quoniam verba, id non important, & gra-
2 dus substitutionum non sunt † multiplicandi, per ea, quæ notat *Oldr. in cons. 221. Io. Andr. in Add. ad Specul. in tit. de testam. §. 1. vers. occurrit. in fin. Crauet. cons. 161. per tot. lib. 1. & Natt. cons. 191. numer. 9. libr. 1.* quem sequitur *Cephal. cons. 433. num. 41. & seqq. lib. 3.* concludens substi-
3 tutionem factam omnibus filijs, & † hæredibus decedentibus sine filijs, non censeri factam filijs filiorum, quia quicquid sit, vbi substitutio continet fauorem, & proui-
4 sionem filiorum, tamen vbi continet grauamen, † & onus, appellatio filiorum non comprehendit filiorum filios,
5 & sic nepotes, & cum substitutio † fideicommissaria contineat grauamen, *l. si hæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. l. cum patronus. ff. de legat. 2.* Ideò substitutio huiusmo-
6 di facta † filijs, nepotes non compræhendit.

Neque obstant coniecturæ, quæ allegantur pro perpetuo, & reciproco fideicommisso, quia prima deducta ex illis verbis, (& successiuè dictis eius filijs, vt supra, hæredibus institutis, & substitutis quandocunque decedentibus, sine filijs masculis, legitimis & naturalibus &c.) ex quibus deducunt appellatione substitutorum venire nepotes, & inde illos esse grauatos, tollitur, quoniam, illa verba benè verificantur in filijs Virgilij, qui fuerunt instituti, & reciprocè substituti, nec inde potest inferri ad vllam extensionem fideicommissi, cum extensioni resistat illa di-
7 ctio † (dictis) repetitiua præcedentium, cum qualitatibus suis, & eorum, quæ dicta sunt superius, *Bart. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postul. & in l. totalis scriptura. §. fin.*
8 *vers. quæro ego. ff. de leg. 1.* Vnde clare elicitur † solum grauare voluisse filios, non autem nepotes, vt benè probant *Ruin. Bursatt. & Rimin. Iun. allegati per Honded. cons. 60. num. 55. & seqq. lib. 1.* asserentes in dispositione
9 non includi nepotes, quando † habita fuit relatio ad filios, cum illa dictione (dictos) quę stat restrictiuè ad prænominatos, *Decian. autem in cons. 84. num. 10. lib. 3. Pa-*
10 *ris. cons. 7. num. 27. vol. 3.* † & alij in contrarium allegati loquuntur in casu, in quo verbum, substituti, non poterat aliud operari, & propterea cum in casu nostro operetur hoc, quod ostendat mentem testatoris fuisse grauare filios, nedum tanquam institutos, sed etiam tanquam substitutos, illorum dicta non procedunt, prout procedere possent, quando nepotes essent substituti per fideicommissum, non autem quando non sunt substituti, nisi per vul-
11 garem, † vt benè Decianum declarando firmat *Pereg. de fideic. art. 29. num. 41.* & in indiuiduo contra Decianum consuluit *Fusar. cons. 98. num. 6.*

Nec obstat secunda coniectura dotationis fœminarum descendentium in infinitum, desumpta ex verbis Testatoris, ibi (& casu quo extarent filiæ fœminæ dictorum eius filiorum, & eorum descendentium in infinitum, tunc voluit, disposuit, & mandauit eas debere dotari in ducatis mille auri, in auro pro qualibet earum, cum mobilibus, & apparatibus concedentibus, &c.) Ex quibus apparet ne reddatur inutilis talis prouisio ad fauorem fœminarum, in infinitum testatorem voluisse grauare filios Gasparis perpetuo fideicommisso; Nam cum Testator postquam instituit filios æquis portionibus, eosque inuicem substituit, ita quod vno decedente quandocunque sine filijs, portio sic decedentis, deueniat ad superuenientes, & ipsis non extantibus ad eorum filios, successiuè dictis eius filijs, vt supra hæredibus institutis, & substitutis decedentibus quandocunque sine filijs tunc, & eo casu eisdem substituerit filias fœminas, hoc præceptum dotandi fœminas regulatur ab illa conditione, si sine filijs, prout omnes aliæ substitutiones, Ideoque cum filij pri-
12 mi gradus obierint cum filijs, euanuit quodcumque † grauamen desumptum ex onere dotationis, & euanuerunt omnes substitutiones, tanquam dependentes iuxta celebre *consil. Oldrad. 21.* omnes enim substitutiones, & omnia onera, seu grauamina veniunt in consequentiam non existentiæ filiorum, aut eis decedentibus sine filijs, quæ propterea non applicantur, cum filij primi gradus obierint cum filijs.

Altera coniectura, pro perpetuo, & reciproco fidei-

deicommisso vocationis Ioannis Galeatij, & filiorum, tollitur eadem supradicta responsione, quia ob defectum conditionis, si sine filijs, pariter euanuit, prout alia de digressu ad plures remotos substitutionum gradus, quia re-
13 stringitur ab eadem conditione, † cum Testator fuerit digressus per solam vulgarem, nempe sub illa conditione (& ipsis non existentibus &c.) quæ vulgarem tantum significat, & fideicommissum excludit, *l. cum proponas. C. de hæred. instit. Ruin. cons. 102. numer. 5. & 11. & cons. 125. num. 6. lib. 2. Alex. cons. 170. num. 3. lib. 5 Bero. cons. 63. num. 29. lib. 2. Menoch. cons. 399. numer. 3. & 50. Rota in recent. 519. per tot. par. 1.* & cum talis digressus sit in
14 parte † actiua tantum, tunc non attenditur ad effectum inducendi grauamen, siue illud ampliandi in linea descendentium fauore transuersalium, Atque ita cum ex tenore testamenti pateat Testatorem fuisse digressum ad plures gradus per solam, & meram vulgarem, tali casu, ex quo per aditionem, vel agnitionem vnius, expirant omnes vul-
15 gares subsequentes; † Inde sequitur, vt non plures, sed vnicus tantum sit gradus, & consequenter nihil releuare cōtra consilium Oldradi, vt in terminis declarant post alios *Fusar. cons. 98. num. 3. & seqq. & Rota in Ferrarien. fideicommissi 15. Decembris 1628. coram Eminentiss. Card. Virili, in tertia coniectura.*

Minus releuat coniectura deducta ex prohibitione alienationis quia, vt fuit dictum in decisione, quæ reuide-
16 tur, † prohibitio stat accessorie, & consecutiue ad substitutionem si sine filijs, illaque deficiente nihil operatur, *Menoch. cons. 760. num. 10. & 11. Peregr. de fideic. art. 29. num. 39. Rot. decis. 300. num. 20. & decis. 486. num. 6 par. 1. recent. & decis. 236. num. 1. par. 2. cum alijs.* Nec dictio (maximè) per quam facta est arctior prohibitio super domo, extendit antecedentem genericam prohibitionem,
17 super alijs bonis, data præsertim † diuersitate rationis, quę ob particularem Testatoris affectum militabat, vt illa cōseruaretur in agnatione, & bene applicantur deducta per *Surd. cons. 330. numer. 23. & seqq.* vbi alios concordantes refert, & ex patenti disertiua in prohibitione alienationis, dum distinxit domum à cæteris bonis, & in ea constituit prohibitionem realem alienandi per verba in rem directa, apparet prohibitionem specialem, in qua discre-
18 tiue, ac diuersimode disposuit, non posse † extendere præcedentem generalem, prohibitionem, stante diuersitate rationis faciendi potius reale, ac perpetuum fideicommissum in domo antiqua familiæ, quā in alijs bonis.

Vlterius cum deficientibus filijs sine filijs testator pro tertia parte substituerit fœminas, nulla habita ratione a-
19 gnationis, coniectura desumpta ex ratione † agnationis ob repetitam qualitatem masculinitatis, non suffragatur, *Aym. cons. 250. num. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. cap. 15. num. 9. Hond. cons. 56. numer. 14. lib. 1. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 50. Rota coram sa. mem. Greg. XV. decis. 433. nu. 15. & seqq. & alibi sæpius.*

Demum deducta ex reciproca substitutione inter primos vocatos, cum vocatione filiorum præmortui non
20 militat in sequentibus gradibus, cum ex reciproca † in primo gradu non inferatur ad sequentes vocatos, vt in terminis tenuerunt *Odd. cons. 66. num. 59. & cons. 68. num. 3. & seqq. Menoch. cons. 743. sub num. 4. & seqq. Rota in recent. decis. 45. num. 5. par. 1. coram Seraph. decis. 1023. nu. 3. in d. Ferrarien. fideicommissi 15. Decembr. 1628. coram Eminentiss. Card. Virili, & in Bononien. fideicommissi de Bentiuolis 5. Maij 1611. corā Reuer. D. meo, Decano.*
21 Vnde cum ad inducendum fideicommissum † coniecturæ debeant esse probabiles, necessariæ, atque concludentes, *adnot. per Bald. in l. cum virum num. 20. C. de fideicomm. Castr. cons. 58. num. 2. libr. 2. Ias. cons. 66. col. penult. vers primo negando lib. 3. Alciat. in respons. 528. nu. 2.* & ex prædictis constet supradictas non esse tales; Inde
22 † sequitur illorum prætextu non esse recedendum à vulgato *cons. Oldr. 21.*

Postrema fideicommissa Gasparis, Lactantij, & Bartholomæi, & prætensæ detractiones non releuant, vt patet nedum ex lectura alterius decisionis in hac causa factæ; verùm etiam ex publicis instrumentis hinc inde deductis in Summario, ex quibus probatur, quemlibet eorum habuisse in bonis patris portionem sibi de iure debitam, quam solam afficiunt eorum fideicommissa, neque hodie Cosmus petit bona in eisdem instrumentis descripta, sed solum immissionem super alijs bonis prouentis ad Alphonsum, quorum identitas probatur ex inuentario confecto ab Horatio auctore Vincentij, adeò vt, quæ dicuntur de firmando statu hæreditatis, potius deducta appareant ad retardandam, & inuoluendam immissionem debitam Cosmo.

Minusque excipi potest de confusione bonorum Horatij, Pyrri, Virgilij iunioris, & Marci Antonij, qui fuerunt fratres Alphonsi, quia inter ipsos fratres extant diuisiones bonorum, tam patris, quam Virgilij fratris præmortui, ex quibus liquet, quænam fuerit vniuscuiusque portio, & præsertim, quæ bona fuerint per Pyrrum possessa, quæ a Cosmo non petuntur, reliqua vero eiusdem Virgilij; & Marci Antonij, qui ab intestato decesserunt, cum iure ipso partim in Alphonsum, partim in Horatium eorum fratres deuenerint, Alphonsus vtique de eisdem libere disponere potuit, & quænam illa sint liquidissime constat, ex prædicto Inuentario confecto ab Horatio auctore ipsius Vincentij, atque ideo omnis cessat prætensæ confusionis, seu dubitandi ratio.

Quare cum præter deducta in præterita ex depositione vnius testis examinati in Curia, ex publico instrumento dotis restitutæ per Cosmum Isabellæ matri, & demum ex depositionibus trium testium examinatorum in partibus magis concludenter probetur, Cosmum esse filium Astorgij, vt propterea non possit dubitari de identitate personæ vocatę ad fideicommissum Alphonsi, iterum Domini pro immissione ad eius fauorem responderunt vtraque parte informante.

* Est decisio 249. supra in hac eadem parte.

¶ Et in eadem causa, vide infra sub die 7. Iunij 1634. coram eodem R.P.D. Ghisilerio, & sub die 20. Nouemb. pariter 1634. coram bon. mem. Buccabella.

R. P. D. PANZIROLO.

Placentina prætensæ Successionis.

Die Veneris 31. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Fili nati, ex illis personis, inter quas matrimonium consistere de iure non potest, quibus concurrentibus, dicantur legitimi. In radice matrimonij, quando Papa dicatur dispensasse. Omissio sola denunciationum, an reddat matrimonium clādestinum. Doctissima est decisio, & non mirum, cum extensa sit ab Auditore vndecunque doctissimo, & inter clarissimos, & peritissimos Iuris, celeberrimo.

SVMMARIVM.

1 *Pro Legitimitate magna præsumptio oritur, ex institutione hæredis alicui facta vti filio legitimo, & naturali, iuncta tamen effectuatione.*

2 *De Illegitimitate, quando quis amplius dare non possit.*

3 *Filius, quando est natus in figura matrimonij palam, & publice contracti inter personas nobiles, & qualitate pares, hoc casu, vt dicatur legitimus sufficit bona fides alterius ex coniugibus.*

4 *Inter Coniuges bona fides de iure præsumitur adesse.*
5 *Matrimonium, dum fuit publicè contractum in facie Ecclesiæ, eo ipso præsumitur error, & ignorantia impedimenti. vide num. 29. & 30.*
6 *Actus, quando palam, & publice geritur cessat omnis suspicio fraudis.*
7 *Mariti solent expedire dispensationes &c. absque eo, quod vxores aliquid sciant ante gratiam obtentam.*
8 *Assertionibus, & attestationibus factis in commissione de stylo Rotæ an stetur.*
9 *Scientia non probatur, nisi constet de mandato.*
10 *Vxoris mala fides impedimenti, ad effectum illegitimitatis non attenditur, si scientia non probetur de tempore conceptionis, vel natiuitatis.*
11 *in Matrimonij radice, quando dicatur dispensatum. & num. 12. 13.*
14 *in Matrimonij radice dicitur dispensatum, si in dispensatione adsit verbum, remaneant.*
15 *in Matrimonio nulliter contracto remanendi licentia, non inducit dispensationem in radice, cum requiratur nouus consensus tacitus, vel expressus, ex quo efficitur nouum matrimonium, sed ista est opinio quorundam Doctorum reprobata, tanquam minus vera.*
16 *Filiatio suscipienda, si sit legitimata in radice matrimonij, ita etiam proles antea suscepta erit legitimata, cum diuerso iure censeri non debeant.*
17 *Dictio, exindè, quid importet.*
18 *Matrimonium contrahi non potest intra constitutos intra quartum gradum consanguinitatis.*
19 *Papa sine dubio potest dispensare super matrimonio de facto contracto, remouendo impedimentum iuris tantum Canonici.*
20 *Filiorum illegitimitas, cum per legem Canonicam sit inducta, sublata dicta lege per dispensationem in radice matrimonij, filij remanent in eo statu, in quo reperirentur, si nulla adfuissent Canonica prohibitio.*
21 *Papa, sicuti prohibendo matrimonium in certis gradibus, potest facere filios illegitimos, multo magis poterit illos legitimos reddere, remouendo impedimētum.*
22 *Et ista est receptissima, & communis opinio.*
23 *Matrimonium, quod stante dispensatione in radice censeatur ab initio validum, ac quod filij nati ex illo matrimonio sint illegitimi, ista simul stare non possunt.*
24 *Gratiæ conualidatio, quid operetur, & num. 25.*
26 *Præiudicium tertij, si veniat consecutiue, quando non attendatur.*
27 *Matrimonium videtur clandestinum, si sit contractum nullis præmissis denunciationibus.*
In Matrimonio propter præsumptionem affectatæ ignorantiæ, cessat bona fides. num. 27.
28 *Matrimonium, an reddat clandestinum, & tollat bonam fidem, sola omissio denunciationum, ista est valdè controuersa opinio.*
29 *Matrimonium, quando fuit contractum in facie Ecclesiæ præsentibus pluribus consanguineis, & nemine seriosè excluso, & agitur inter personas nobiles, & conditione pares, illud non potest dici clandestinum.*
30 *Cum talis publicitas in effectu æquipolleat denunciationibus, & excludat omnem fraudis suspicionem.*
Et ista est communis opinio Theologorum, & Canonistarum. num. 31.
32 *Matrimonio, si opponatur, quod non fuit contractum coram proprio Parocho, nec de eius licentia, ista oppositio tollitur ex diuturna coniugum cohabitatione. amplia num. 33.*

DECISIO CCLXXIII.

MARCELLVS Marazzanus post obitum primę vxoris, ex qua plures liberos suscepit duxit in secundam vxorem Corneliam de Mancasolis de anno 1566. & postmodum detecto quarto consanguinitatis gradus impedimento, obtinuit dispensationem à san. mem. Pio V. quæ cum fuisset solum executioni demandata 4. Aprilis 1570. interim iam de mense Octobris 1569. d. Marcellus ex eadem Cornelia susceperat Carolum filium, ac tandem cum de anno 1580. detectum fuisset aliud impedimentum in 3. affinitatis gradu, propterea fel. record. Gregor. XIII. aliam concessit dispensationem; Vnde conualidato matrimonio in eo prædicti Coniuges perseuerarunt vsque ad annum 1588. de quo tempore decessit Marcellus relictis post se tribus filijs ex prima vxore, & ex dicta Cornelia tantum Carolo, suscepto de tempore, quo supra illosque æquis portionibus, vti filios legitimos, & naturales hæredes instituit, iussitque suum testamentum ab illis omnino seruari, prout cum effectu seruarunt diuidendo, inter se bona amicabiliter, & agnoscendo Carolum vti legitimum fratrem, & Marcelli filium in omnibus actibus & scripturis, prout in Summ. num. 4.

Verum de anno 1605. post obitum duorum ex filijs primi Matrimonij, scilicet Io. Baptistæ, & Alexandri patris DD. Alexandri Junioris, & Francisci, eorum Mater, & Tutrix coram Ducali Consilio intentauit iudicium contra dictum Carolum super recuperatione bonorum hereditatis paternę, quę illi in diuisione obuenerant, eo sub prætextu, quod vti illegitimus esset illorum incapax, quo iudicio postea de anno 1623. coram Ordinario Placentino reassumpto, fuit à quodam decreto pro parte filiorum Caroli appellatum, & causa ad Rotam deuoluta dubitatum fuit, An constet de illegitimate Caroli, & DD. negatiue responderunt, moti ex pluribus fundamentis.

Et quidem Primò quia vt supra dictum est, Marcellus Pater tractauit Carolum vti filium legitimum, & naturalem
1 instituendo illum heredem in testamento, † quod facit magnam præsumptionem pro legitimitate Caroli, iūcta effectuatione subsecuta, *Bald. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Soccin. Iun. cons. 89. nu. 9. lib. 2. Mandel. cons. 180. num. 2. Mohed. decis. 3. qui fil. sint legit. Rot. in recent. par. 1. decis. 406. sub num. 5. & decis. 434. num. 6.* Et cum huiusmodi Testamentum paternum approbatum fuerit ab alijs filijs, & Authoribus DD. Francisci, & Ale-
2 xandri, qui hodie de illegitimitate opponunt † proculdubio contra ipsos oritur præsumptio ad fauorem Caroli, per ea, quæ tradit *Seraphin. decis. 1000. num. 15. Gregor. decis. 247. num. 17. Rota in recent. d. decis. 434. sub num. 7. vers. accedunt etiam part. 1.* & fuit dictum *in Parmen. Status 14. Iunij 1623. & 10. Iunij 1626. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Secundo, quia Carolus natus fuit in figura matrimonij palam, & publice contracti inter viros nobiles, & qualitate
3 pares, quo casu † pro legitimitate prolis sufficit bona fides alterius ex coniugibus, *cap. ex tenore, & ibi Gloss. qui fil. sint legitim. Gabr. de legit. concl. 4. numer. 2. Caputaq. decis. 150. num. 7. & decis. 203. num. 3. par. 2. Seraph. decis. 1099. num. 2. Rota decis. 354. sub num. 3. vers. quinimo. post secundum vol. cons. Farin.*

4 Quod autem in hoc casu adfuerit bona fides † non solum probatur ex presumptione Iuris, *Gemin. cons. 66. in 3. dub. Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 1. num. 4. Rota diuers. decis. 477. in fine par. 1. Greg. decis. 461. nu. 3.* Sed etiam quia fuit probata ignorantia impedimentorum, tam iuramento ipsorum coniugum, quam etiam ex depositione plu-
5 rium Testium, ac vlterius, quia † dum matrimonium fuit publicè contractum in facie Ecclesię, vt supra dictum est, ex hoc ipso præsumitur error, & ignorantia, ita vt cesset omnis

6 † omnis suspicio fraudis, *Ruin.cons.51.sub nu.8.vers.& quamuis lib.5.Put.decis.95.numer.2.lib.2.Gregor.d.decis.461.num.4.Rota post 2.vol.consil.Farinac.dicta dec.354.sub num.4.vers.sed etiam.*

Nec officit, quod videatur excludi bona fides in vtroque ex coniugibus, eo, quia in dispensatione vnusquisque eorum nominatur pro Oratore, quia ex hoc non probatur concludenter scientia saltem vxoris, nam vltra, quod istæ dispensationes solent expediri à marito absque eo,
7 quod vxor aliquid sciat † ante gratiam obtentam, certum
8 est etiam, quod de stylo Rotæ † non statur huiusmodi assertionibus, & attestationibus, *iux.decis.Put.24.in fin.lib.1.in correct.* & fuit resolutum *in Vallisoletana Præheminentiarum 23.Ianuarij 1604.coram bon.mem.Cardinali Hieronymo Pamphilio, & in Azianen.Archipresbyteratus 17.Aprilis 1606.coram bona mem.Penia, & in Burgen.Abbatiæ de Salas 20.Nouembris 1611.coram bon.*
9 *mem.Vbaldo*, vbi † dicitur, quod nisi constet de mandato, scientia non probatur.

Et quamuis postea etiam vxor vsa fuerit dicta dispensatione, cum in illius executione fuerit cum ea, de nouo solemnizatum matrimonium in facie Ecclesiæ, attamen cũ de illo tempore iam natus esset Carolus, ex hoc non infer-
10 tur ad scientiam eiusdem † vxoris, nec de tempore conceptionis, nec de tempore natiuitatis, quod ad hunc effectũ attendi solet. ad not. per DD. *in capit. fin. de clandest. despons.Præpos.post Butr.in cap.2.num.5 vers. Butrius aliter &c.& in cap.pen.num.3. qui fil. sint legitim. vbi Abb.nu.3.in vlt not.Menoch.consil.521.numer.4.Peregr. de fideicomm.art.24.num.50.*

Tertio demum principaliter, quia DD. visum est in ma-
11 trimonio † supradicto fuisse dispensatum in radice, nam ex litteris Pij V. clare constat, quod supplicantes remanere volebant in eo matrimonio, quod nulliter, & de facto cõtraxerunt, licet non possent absque Sedis Apostolicæ di-
12 spensatione, narrando insuper Papæ, quod † si diuortium fieret, grauia inter ipsos scandala oriri possent, vt in pũcto tenuit, *Rot.decis.687.sub num.5.par.2.recent.* Et hoc etiam suadent verba subsequentia eiusdem dispensationis, ibi, *Propterea nobis humiliter supplicari fecistis, vt nobis in præmissis de opportuno absolutionis remedio, & dispensationis gratia prouidere dignaremur &c.* ponderando verbum, *in præmissis*, quod refertur ad prius narrata, & sic ad dispensationem super perseuerantia Matrimonij nulliter contracti, & ideo Papa postea subdit, *Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ committimus, quatenus eosdem Marcellum, & Corneliam in vtroque foro absoluas, & cum eisdem Marcello & Cornelia, vt impedimento tertij & quarti consanguinitatis, gradus huiusmodi non obstante, Matrimonium de nouo inter se publice, & seruata forma Concilij Tridentini contrahant, & in facie Ecclesiæ solemnizent, & in eo postmodum, quoad vixerint remanere libere, & licite valeant*, & sic conualidat
13 primum matrimonium contractum, † & dispensat in ipsius radice, licet cum hac conditione, vt denuo solemnizetur seruata forma Concilij, prout in terminis *Rota in*
14 *recent.decis.455.sub num.9.& 10.par.1.* ex verbo † enim, *remanere*, tenent Doctores induci dispensationem in radice, *Anton.de Rossell.de legit.libr.2.in princ.nu.19.Cels.Vgo cons.31.num.6.& 7.Molin.de primog.Hispan.libr.3.cap.2.num.12.Boer.decis.624.num.26.& seqq.Rota diuer.dec.207.par.1.Peregr.de fideicom.art.24.numer.79.Rota recent dicta decis.687.sub num.11.par.2.vbi sub num.12.* reprobat sententiam *Couar.super 4.par.2 cap.8.§. 8. num.13.quem sequitur Sanchez de matrim.lib.8.disput.7.num.*
15 *25.* qui videntur tenere, quod licentia remanendi † in matrimonio sic contracto non inducat dispensationem in radice, cum requiratur nouus consensus tacitus, vel expressus, ex quo efficitur nouum matrimonium, quia opinio ista fuit reprobata tanquam minus vera, & hoc idem firmatur in dicta *decis.455.sub num.11.par.1.recent.*

Vlterius visum est Papam dispensasse in radice, etiam propter illa verba, *Prolem susceptam, & suscipiendam legitimam decernas, & declares &c.* Nam sicuti Proles su-
16 scipienda erat sine dubio † legitimata in radice matrimonij, ita etiam proles antea suscepta, cum diuerso Iure censeri non debeant, *Rot.in recent.decis.166.sub num.6.vers.in tertio enim, & decis 191.sub num.2.vers.ita referendo, & d.decis.455.sub num.12.par.1.& par.2.decis.687.sub num.14.* Quod etiam confirmatur propter illam dictio-
17 nem, *Exinde*, cum † respectu prolis susceptæ non posset referri, nisi ad factum præcedens videlicet ad matrimoniũ de facto contractum, *Rota in recent.decis.405.sub nu.12.vers.& confirmatur part.1.& part.2.dicta decis.687.sub num.15.* Vnde cum ex supradictis constet quod dispensatio Caroli fuerit in radice, ei suffragari debet in successione paterna, qui est effectus principalis huius disputatio-
18 nis, nam cum dicti Coniuges † de iure positiuo impedirentur contrahere matrimonium, *c. non debet de consanguinit. & affin.* in casu præsenti stãte maritali affectu cum copula, vel matrimonio de facto contracto, potuit sine dubio Papa remouere huiusmodi impedimentum, Iuris
19 tantum † Canonici, dispensando in radice matrimonij, illudque approbando prout ex tunc, perinde, ac si ab initio nullum extitisset impedimentum, ita *Io. Andr.in cap. per venerabilem num.30.qui fil.sint legit Anchar.num.21.in fin.& num.22.Alexander de Neuo.numer.18, Anchar.cons.409.num.4 & 5 Cels.Vgo d.cons.31.num.7.Antonius de Rossell.d.tract.de legitim.lib.2.in princ.num.19.& seq.Martin.Lauden.eod.tract.numer.85.cum alijs adductis per Rot.in recent.dicta decis.191.sub numer.3.& 455.sub num.2.& 3.*

Nec prædictis obstat, quod cum Carolus sit conceptus & natus post litteras Pij V. ante tamen illarum exequutionem, non potest ei suffragari dispensatio, etiam quod fue-
20 rit in radice, quia cum per legem † Canonicam sit inducta illegitimitas filiorum, sublata dicta lege per dispensationem, in radice remanent filij in eo statu, in quo reperirentur si nulla adfuisset Canonica prohibitio, per *text. in §. liceat.igitur. Auth.quib.mod.nat.effic.legit.& in §. si quis ergo. Auth.quibus modis natur.effic.sui.* Et ratio est clara,
21 quia si Papa prohibendo † matrimonium in certis gradibus, potest facere filios illegitimos, multo magis poterit illos legitimos reddere remouendo impedimentum, *Hostien.in cap.per venerabilem sub nu.8. Anchar.cons.409.sub num.4.& 5, Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius.vers.& vxorem in princ.num.202.de testam. Cels. Vgo d.cons.31 num.7.Ceph.cons.307.num.51.& seqq.lib.3.Gabr.*
22 *cons.21 num.17.* vbi testatur de † communi, & hanc esse receptissimam opinionem, *lib.1.Put.decis.472.sub num.3.lib.2.in nou.Rota dicta decis.455.sub num.2.vers.sicut po-*
23 *tuit, & num.6.par.1.recent.* Non enim † possunt stare simul, quod matrimonium stante dispensatione in radice, censeatur ab initio validum, ac quod filij nati ex illo matrimonio sint illegitimi, & propterea dicta dispensatio suffragatur Carolo, etiam quod sit conceptus, & natus post litteras Pij Quinti, & ante illarum executionem.

Nec dicatur, quod litteræ Pij nihilominus suffragari nõ possint, cum post illas fuerit detectum, aliud in tertio affinitatis gradu impedimentum, quia Gregorius voluit litteras Pij valere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si de impedimento tertij gradus affinitatis in illis mentio facta
24 fuisset, ac ideò litteræ † Pij ita conualidatæ remanserunt, ac si in illis ab initio præfata mentio facta fuisset, *Gemin.consil.127.num.4.Rebuff.in prax.tit.de rescrip.etiam perinde valere num.2.* & fuit dictum *in Oscen. Archidiaconatus 10.Martij 1603. coram bon. mem. Horatio Card.*
25 *Lancellotto*, itaut taciturnitas eiusdem tertij † gradus affinitatis in litteris Pij, stantibus litteris Gregorij, nihil obstet, per ea, quæ notat *Put.decis.136 lib.3.*

Nec aliquid releuat præiudicium tertij, quod possit cõ-
26 siderari † ex iure successionis deferendæ, ob impedimentum contrahentium, quia sublato impedimento per dispensationem, præiudicium tertij, quod venit consecutiue, non attenditur, vt in puncto *Ruin.cons.189.nu.16.li.2.Anchar.cons.409.sub nu.5.vers Canonica igitur constitutio. Felin.in cap. quæ in Ecclesiarum sub nu.21 in 2.ampliat.vers.adde, de constit.Aymon.cons.704.sub nu.4 lib 4.*

Decian.

Decian.conf.5.num.67.& seq.lib.1.Put.d. decis.472. num. 2.in nou. Rota in recent.d.decis.455.sub numer.8.part.1.& part.2.decis.687.sub num.16.& seqq.

Minus obstat, quod matrimonium fuerit contractum nullis præmissis denunciationibus, sicque videatur clan-
27 destinum, in † quo propter præsumptionem affectatæ ignorantiæ, cessat bona fides, iuxta ea, quæ late tradit *Sãchez. de matrim.lib.3.disp.42.num.1.& seqq.* Nam præ-
28 ter quàm quod hanc opinionem, quod sola omissio † denunciationum reddat matrimonium clandestinum, & tollat bonam fidem valde controuersam, dixit *Rota in Valentina illegitimitatis coram Eminentissimo Cardin. Pamphilio, quæ est decis.354.num.6.post 2.vol.cons.Fari-*
29 *nac.* Et quando fuit contractum palam, † & publice in facie Ecclesiæ, præsentibus pluribus consanguineis, ac nemine seriosè excluso, & agitur inter personas nobiles, & conditione pares prout hęc omnia concurrunt in hoc ca-
30 su, illud clandestinum dici non posse, ex quo talis † publicitas in effectu æquipollet denunciationibus, & excludit omnem fraudis suspicionem, tenent relati per eundem *Sanchez.lib.3.disput.1.nu.9.& innumeri apud Mascard. de probat.concl.1035.à nu.4.* vbi hanc dicit communem
31 sententiam Theologorum, † & Canonistarum, quam etiam ex declaratione Congregationis Interpretum Sacri Concilij Tridentini amplexa fuit *Rota in decis.71.nu.11.par.1.recent.& in Papien. Matrimonij 1.Iunij 1594. coram bon.mem.Cardinali Millino.*

In proposito visa fuit DD. cessare omnis difficultas ex tenore primæ dispensationis Pij V. in qua fuit facta mentio expressa omissionis denunciationum, *ibi, punito Parocho propterea, quod exponentes non factis prius in Ecclesia denunciationibus coniunxit*, & nihilominus Papa ea non obstante dispensare voluit prolem legitimam declarando vt supra.

Quæ autem fuerunt opposita, quod matrimonium nō
32 fuerit † contractum coram proprio Parocho, vel de eius licentia visum est DD. satis superque tolli, non solum ex diuturna coniugum cohabitatione, *iux.decis.Rot.71.nu.*
33 *11.part.1.recent.* sed etiam penitus cessare † ex eo, quod matrimonium fuit postea in facie Ecclesię solemnizatum & conualidatum iuxta tenorem dispensationis, quæ fuit concessa in radice per supradicta.

Et ita fuit decisum parte vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO,

Fauentina Dotis,

Die Lunæ 3. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Donatio facta absenti, pręter stipulationem Notarij, vt dicatur ei ius quæsitum, est necessaria acceptatio, & an ista acceptatio præsumatur ex sola scientia, quod in donatione non merè lucratiua intellige.

SVMMARIVM.

1 *Ex Testamento, in quo nullum vitium apparet competit actio legatario.*
2 *Testamentorum dispositiones sunt attendendæ.*
3 *Donationis acceptatio, vltra stipulationem Notarij, est necessaria ad effectum, vt absentibus pro quibus fuit stipulatum dicatur ius quæsitum.*
4 *Acceptatio in donatione non præsumitur ex sola sciētia, attenta donatione, non merè lucratiua, sed mixta, & possibiliter damnosa.*
5 *Donatio stipulata per Notarium pro absente, cum aliquo onere, absens non astringitur ad aliquid, nisi secuta eius ratificatione.*
6 *Donatio facta sub conditione, alias donatio sit nulla, & pro non facta, tunc conditione non adimpleta, nullum censetur translatum dominium propter vim impeditiuam d. pacti.*
7 *Et consequenter rei donatæ dominium non abdicitur ab ipso donante.*
8 *Termini discretiui in vna, eademque oratione positi solent excludere, & separare.*

DECISIO CCLXXIV.

PATER primo loco omnia bona sua donauit Iosepho, & Camillo filijs absentibus, cum onere illis iniuncto de dotanda filia in summa scutorum 2000. Deinde nulla facta mentione huiusmodi donationis condidit testamētum, in quo alios instituit, ac successiue substituit, eosque præterea grauauit, vt d.Iosepho tunc superstiti quotiescūque liberationem ab anno capitali reportasset, restituerent hæreditatem, filiæ verò prædictæ pro dote, & paraphernis legauit summam librarum 16000. Vnde post restitutam d.Iosepho hæreditatem in hac tertia Instantia, quæ mihi commissa fuit contigit dubitari, An filiæ petenti huiusmodi legatum dotis suffragetur testamentum, & Domini affirmatiue responderunt.

1 Nam ex testamento in quo † nullum vitium apparet, actio competit legatario. *l. p. C. Comm. de legat. §. nostra.*
2 *Instit.eod.tit.* & prædicti testamenti dispositionem † attēdendam esse probatur per textum expressum in *auth. de nupt.§. disponat. col. 4.* Dum autem nulla post dictam donationem factam filijs absentibus subsecuta fuit acceptatio, patet quod illi præualeat posterior testamenti dispositio
3 ex eo, quod acceptatio † vltra stipulationem Notarij sit necessaria ad effectum, vt absentibus pro quibus fuit stipulatum dicatur ius quæsitum *l. si ego ff. de neg. gest.* & in terminis donationis *Paul de Castr.cons.195.num.2.vol.2. Dec.cons.598.numer.4. Thesaur.decis.70.numer.3. & 10.*
4 Quæ quidem acceptatio † ex sola scientia præsumi non potest, attenta donatione, non merè lucratiua, sed mixta, & possibiliter damnosa, vt dixit *Rota in Romana donationis 18. Maij 1618. coram bona memoria Cardinali Sacrato.*

Neque ad id sola Notarij stipulatio sufficit, attento dicto onere adiecto donationi, quod scilicet donatarij tenerentur quot annis donatori soluere summam scutorum
5 400. pro suis alimentis, nulla enim ratio admittit † quemquam absentem per Notarium stipulantem alicui oneri astringi, nisi subsequatur illius ratificatio. *Molin. Iurisc. de Primog. Hispan.lib.4.cap.2.& alter Molin.Theolog.de contract.disputat.264.num.12.vers.quò vero. Borgnin.decis.40.num.21.par.1.*

Vltra quod d.donatio perinde haberi debet, ac si non esset facta, attenta clausula immediate apposita post dictum onus de soluendo certam summam donatori, videlicet alias præsens donatio sit nulla, & pro non facta ha-
6 beatur, Vnde sequitur, † quod nullum censeatur translatum esse dominium propter dicti pacti vim translationis impeditiuam, vt in terminis similis donationis *Eugen. in consil.29.num.35.Rota decis.612.numer.2.par.3.recent.*
7 *&* consequenter † rei donatæ dominium minimè fuerit ab ipso donatore abdicatum *l.nec vtilem ff.ex quibus caus. maior Bart.in d.l.si ego, num.3.ff.de negot.gest. Surd.cons.16.num.18. Rota in Romana donationis 29. Aprilis 1614. coram bon.mem.Vbald.*

Neque obstat quod d. Iosephus acceptauerit hæreditatem paternam cum expressa præseruatione iurium sibi ex fideicommissis, donationibus, ac alijs quibusuis dispositio-

sitionibus competentium, quia ex verbis subsequentibus in eadem præseruatione manifeste patet, eam esse referendam ad fideicommissa Auorum, aliorumque Ascendentium, & Collateralium, non autem ad donationem Patris de cuius testamento, quod approbauit, discretiuè in
8 eodem actu fuit locutus, termini † enim discretiui in vna eademque oratione positi, proprium est excludere, & separare, *Surd.cons.426.num.1.Rota decis.174.num.6.par.4.recent. Add.ad Greg.decis.301.num.18.*

Et ita vtraque, &c.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Colimbrieñ Præstimoniorum.

Die Veneris 28. Aprilis 1634.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quando est lęsa, competit restitutio in integrum eius Prælato, vel nomine proprio, vel nomine Ecclesiæ, cum omnia iura competentia Ecclesiæ, competant etiam Prelato. Ecclesia cum numquam desinat ciuiliter possidere, ideò Prælatus propter d. ciuilem possessionem potest eijcere, & pulsare possessorem naturalem bonorum Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Rota in restitutione in integrum qualiter procedat.*
2 *Prælato, vel nomine proprio, vel nomine Ecclesiæ competit restitutio in integrum, quando constat de Ecclesiæ læsione.*
3 *Possidenti ciuiliter debetur manutentio.*
4 *Possessio ciuilis pœnes duos esse non potest.*
5 *Possessor ciuilis, potest capere possessionem naturalem vacantem, efficiendo se verum possessorem.*
6 *Possessione alicuius rei adepta, censetur etiam cœpta possessio bonorum ad eam spectantium, & num. 19.*
7 *Ecclesiæ, competit manutentio ratione ciuilis possessionis, licet alius occupauerit possessionem naturalem.*
8 *Ecclesia, & pupillus sunt tales, vt non possint perdere possessionem ciuilem.*
9 *Interdictum, vnde vi, si alicui competat, multo magis competit manutentio.*
10 *Possessionem ciuilem, si quis retinuerit, ratione eiusdē possessionis pulsare potest possessorem naturalem, & illo electo continuare possessionem naturalē primæuā.*
11 *Interdictum, vti possidetis, quod competit pro ciuili possessione, est quoddam iudicium habens simpliciter naturam retinendæ, & in consequentiam recuperandæ.*
12 *Possessor naturalis non potest desistere à turbatione, nisi restituat possessionem naturalem, habenti ciuilem cui ipse illam naturalem abstulit.*
13 *Per possessionis naturalis retentionem, turbatur altera pars in ciuili.*
14 *Interdictum, vnde vi, datur ratione naturalis possessionis.*
15 *Interdictum, vti possidetis, datur ratione ciuilis possessionis.*
16 *Ecclesiæ iura omnia competentia, tam in possessorio, quam in petitorio competunt eius Prælato nomine ipsius Ecclesiæ.*
17 *Prælato competit manutentio nomine Ecclesiæ, etiam si ipse inutiliter cōtraxerit, & se pro spoliato habuerit.*
18 *Per possessionis adeptionem alicuius loci, non censetur adepta possessio bonorum ad dictum locum spectantium, quando alius medio tempore cœpit possessionem naturalem dictorum bonorum.*
20 *Aret. in l. possideri num.8. ff. de acquir. possess. declaratur.*
21 *Ex possessione ciuili, quæ remanet pœnes Ecclesiam, est debita manutentio eius Prælato, nomine ipsius Ecclesiæ.*
22 *Possessio ciuilis censetur amissa, si per decennium, quis tacuerit.*
23 *Possessio antecessoris non transfertur in successorem sine noua apprensione.*
24 *Gratia præsumitur iustificata stante cursu 30. vel 40. annorum.*
25 *Executor rite, & recte præsumitur processisse ad executionem.*
Præsumptio illa est admittenda, si veniat in necessariam consequentiam alterius, num. 25.
26 *Interdictum, vti possidetis, potest præscribi ex lapsu 30. vel 40. annorum.*
27 *Remedium recuperandæ remanet præscriptum spatio 30. vel 40. annorum.*

DECISIO CCLXXV.

DISMEMBRATIO, de qua agitur fuit facta per fel. rec. Paulum Tertium de anno 1541. & habuit suum effectum de anno 1546. & sine controuersia continuauit vsque ad annum 1609. de quo tempore vacante prestimonio, cui fuerat applicata dicta dismembratio, Sebastianus Prior Ecclesiæ de Nobra à qua fuerat facta dicta dismembratio cœpit possessionem portionum dismembratarum. Postmodum vacante d. Prioratu, Illustriss. D. Rodericus de Mello Præstimoniarius cępit possessionem dictarum portionum occupatarum. Tandem Petrus nouus Prior, per tres conformes obtinuit restitui ad possessionem, in qua erat d. Sebastianus, & propterea cum d. Præstimoniarius commiserit causam restitutionis in integrum in Rota R. P. D. meo Dunozetto, per binas decisiones * fuit resolutum constare de causis restitutionis in integrum, & hinc fuit lata sententia reuocatoria dictarum sententiarū
1 de partibus, Rota enim sic † procedit, non enim pronunciat super ipsa restitutione, *Cas. de Gras. dec.3. de restit. in integr. Mantic. decis.315. num.5.* quam quidem sentētiam 27. Iunij superioris anni fuit coram me * resolutum esse confirmandam, & hodie reproposita causa, Domini perstiterunt in resolutis, quia cum d. Illustriss. D. Rodericus cœperit dictam possessionem vacantem, ei erat debita manutentio, & cum præstimonium ipsum ciuiliter possideret, ipsi Præstimoniario nomine ipsius præstimonij erat debita manutentio, & ideò cum ex his constet de læsione,
2 ipsi Præstimoniario, vel nomine † proprio, vel nomine Ecclesiæ competit restitutio in integrum, *cap.1. vbi Abb. numer.2. de rest. in integr. l. nam, & postea, §. si minor. ff. de iur. iur.*

Quod autem Præstimoniario esset debita manutentio
3 † nomine proprio satis patet, quia cum Prestimonium ciuiliter possideret, vt mox probatur, non poterat Prioratus
4 similiter ciuiliter possidere, quia † possessio ciuilis non potest esse pœnes duos *l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, vbi glos. in verb. dominium, & Castren. num.7. ff. commod.* & propterea licet Sebastianus Prior occupasset possessio-

nem

nem naturalem bonorum dismembratorum, tamen cum per assecutionem alterius beneficij incompatibilis possessio naturalis dictorum bonorum vacaret, Præstimonia-
5 rius potuit capere illam possessionem vacantem, † cum dicta bona ad ipsum Præstimonium spectarent, ita vt fuerit effectus verus possessor, *c. cum dilectus. §. verum, vbi Butr. in 4. notab. sub. num. 4. vers. sed habenti. de ordin. cognit.* Ideò cum Præstimonium ciuiliter possideret, & de tempore, quo ipse Præstimoniarius cępit possessionem ipsius Præstimonij, possessio naturalis vacaret ex adeptione
6 possessionis præstimonij, censetur quoque † adepta possessio bonorum ad illud spectantium, *Couar. var. lib. 3. c. 16. num. 13. Rota decis. 19. num. 7. & 8. par. 2. diuers. & fuit consideratum in dec. facta 28. Iunij 1632. coram R. P. D. Dunozetto, & in alia coram me 27. Iunij superioris anni.*

Quòd verò eidem præstimoniario competeret, manutentio nomine ipsius præstimonij, satis probatur, nam etsi
7 Sebastianus Prior occupauerit † possessionem naturalem nihilominus præstimonium retinuit possessionem ciuilē, *Innoc. in cap. cum super num. 4. circa principium, & vers. propter hoc dicimus. de causa poss. & propr. & in c. cum in officijs. num. 6. vers. si autem solummodo. de testam. Bart. in l. 1. §. fin. num. 4. vers. sed in Collegio Ecclesiæ ff. de acquir. possess. cum infinitis cumulatis in dec. facta 20. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Dunozetto, vers. siue vero nititur pos-*
8 *sessione Ecclesiæ*, namque Ecclesia, † & pupillus, sunt tales, vt non possint perdere possessionem ciuilem, idem *Bart. in l. 1. § si vir vxori, num. 3. ff. de acquir. possess. Paris.*
9 *cons. 24. numer. 7. vol. 1.* & propterea † sicuti præstimonio competebat interdictum, vnde vi, *c. querelam, vbi Abb. in fin. de elect. idem Abb. in c. litteræ tuæ numer. 3. post med. ibi, & etiam si spolietur Ecclesia. de dilat. Rot. decis. 1. in princ. & ibi Addentes num. 4. de restit. spol. in nou.* à fortiori competebat dicto præstimonio manutentio, vt dicit *Menoch. de retinend. poss. rem. 3. num. 127.* & merito qui-
10 dem, quia cum † præstimonium retineret possessionem ciuilem, vt dictum est, ratione eiusdem ciuilis possessionis pulsare poterat d. Priorem, qui retinebat naturalem, illoque reiecto continuare possessionem primæuam naturalem, *Bart. in l. 1. §. interdictum num. 3. vers. quandoque per illam clandestinam appræhensionem, ff. vti possidetis, & in l. 3. §. cum igitur num. 1. vers. ideo in istis ff. de vi, & vi armat. Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. numer. 24. vers. et si tenere, ff. de acquir. posses. Paris. cons. 24. num. 24.*
11 *vol. 1.* Interdictum enim † vti possidetis, quod competit pro ciuili possessione, est quodam iudicium habens simpliciter naturam retinendæ, & in consequentiam recupe-
12 randæ, quia non potest pars a † turbatione desistere, nisi alteri parti restituat naturalem possessionem, quam abstu-
13 lit, per retentionem † enim naturalis, turbat aliam partem in ciuili *Bart. in l. vti possidetis, num. 4. vers. & aduerte, vbi etiam Bald. nu. 12. in fin. vers. respondet interdictum. Azo. in summ. C. eod. tit. num. 12.* vbi eleganter dicit dari interdi-
14 ctum, † vnde vi, ratione naturalis possessionis, & dari in-
15 terdictum, vti † possidetis, propter ciuilem, quam inquietat, & optime etiam declarat *Castr. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. numer. 7. ff. de acquir. possess. & bene fuit consideratum in decis. facta 10. Decembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Cum igitur præstimonio competeret manutentio ratione ciuilis possessionis, vt modo probatum fuit, manutentio erat debita ipsi præstimoniario, quia omnia iura
16 † competentia Ecclesię, tam in petitorio, quàm in possessorio, etiam retinendæ competunt ipsi Rectori nomine ipsius Ecclesiæ, *cap. litteræ, de dilat. cap. olim, 1. & 3. de restit. spol. Abb. in c. cum super num. 19. 20. & 21. de causa poss. & propr. & in d. cap. litteræ, nu. 3. vers. circa primum, de dilat.* & ista adeo vera sunt, vt procedant etiam, quod
17 Prælatus † inutiliter contraxerit, & se pro spoliato habuerit *Bart. in l. 1. §. si vir vxori, num. 28 Bolognett. num. 64. ff. de acquir. possess. Verall. decis. 182. num. 3. par. 3. & fuit sæpissime resolutum.*

Neque prędictis obstat, quod per adeptionem possessionis præstimonij, non censeatur adepta possessio
18 † bonorum ipsius præstimonij, quando alius medio tempore cępit possessionem naturalem, *Aretin. in l. possideri. num. 8. vers. hac tamen nota sunt. ff. de acquir. possess.* Quia huic fundamento dupliciter respondetur. Primo quod, vt supra ostensum fuit, de tempore, quo Illustriss. D. Rodericus Præstimoniarius cępit possessionem præstimonij; possessio etiam naturalis bonorum vaca-
19 bat, † & ideo per adeptionem possessionis præstimonij, censetur quoque adepta possessio bonorum. Secundo fuit
20 responsum, quod doctrina † Aretini, procedit respectu possessionis naturalis, ita vt illa non cēseatur adepta, quod non facit, quia ex ciuili possessione, quæ remansit pœnes
21 præstimonium, erat † debita manutentio præstimonio nomine ipsius Ecclesię, vt in puncto declarat *Ancharan. in reg. sine possessione, num. 12. post med. vers. ex his infero,* & bene hoc fundamētum fuit euacuatum in vtraque decisione R. P. D. mei Dunozetti, in quibus latissime respondetur ad decisiones, quæ in contrarium allegantur.

Non obstat antiquior possessio Prioratus de tempore dismembrationis, factæ per Paulum III. Nam respondetur, quod, aut illa consideratur respectu Prioris, & cum
22 † ille tacuerit per decennium, censetur amisisse possessionem ciuilem *Anchar. cons. 135. num. 3. Dynus in cap. nam possessione. ad fin. de reg. iur. in 6.* & si Prior de tempore, quo fuit facta dismembratio, aliquam possessionem habebat, non potest modernus Prior illa se iuuari, cum pos-
23 sessio † Antecessoris non transferatur in successorem sine noua apprehensione, *Verall. decis. 135. & 420. par. 2. & fuit dictum in causa Ariminen. census 10. Ianuarij 1628. coram* R. P. D. *meo Merlino.* Aut verò consideratur respectu Prioratus, & Prioris, & dicta antiqua possessio ex duplici capite non suffragatur. Primo, quia cum adsit ob-
24 seruantia dictæ dismembrationis, longe vltra 30. † annos literæ dismembrationis præsumūtur iustificatæ, *san. mem. Greg. XV. decis. 431. num. 10.* vbi Addentes allegant concordantes, & ideo cum ex hoc præsumatur executorem
25 ritè, & rectè processisse, Prioratus fuit † omni possessione priuatus, admittenda enim est ista præsumptio, cum veniat in necessariam consequentiam alterius, *Mantic.*
26 *dec. 21. num. 3.* Secundo fuit responsum, quod ex lapsu † tanti temporis, interdictum, vti possidetis, potuit præscribi, *l. 1. in princ. ff. vti possidet.* prout fuit præscriptum, cum spatio 30. vel 40. annorum pręscribatur, *l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum;* late *Menoch. de retinend. rem. 3. quæst. 85. num. 706. & seqq.* prout fuit etiam pręscriptum
27 † remedium recuperandæ *Seraph. decis. 1360.* Et ita fuit resolutum vna tantum parte informante, expectata alia parte per annum & vltra, quæ nec hodie curauit informare, prout nec sub die 27. Iunij superioris anni.

* Idest sub die 10. Decembris 1631. & sub 7. Iunij 1632. sunt decisiones 78. & 139. supra in hac eadem parte.

* Est decisio 226. pariter in hac parte.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Imolen̄ Saluani.

Die Veneris 5. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Remissoria, quando denegetur, Melioramenta, quando non impediant immissionem, Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem non admittuntur in iudicio Saluiani. Remissoria in executiuis, quibus casibus concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, quando sunt irreleuantes, remissoria non conceditur.*

2 *Remis-*

2 *Remissoria denegatur, quando petitur ad probandum aliquid per testes, quod per scripturas potest probari, & num. 7.*

3 *Melioramenta non impediunt immissionem, si de illis non constet,*

4 *Et hoc multo magis procedit, si pars offerat cautionem de illis reficiendis, si vnquam fuerint probata.*

5 *Creditor, qui habet omnia bona debitoris pignorata, potest eligere pignus sibi benè visum.*

6 *Census extinguitur, quando illius dominus emit fundum illi suppositum.*

8 *Iactare suum nemo præsumitur.*

9 *Articuli continentes inuerisimilia non sunt admittendi.*

10 *Exceptiones, quæ percutiunt defectum dominij, non pertinent ad iudicium possessorium Saluiani. & numer. 15.*

11 *Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem respuuntur in iudicio Saluiani.*

12 *Remissoria in executiuis conceditur, quando datur magnus fumus.*

13 *Remissoria in executiuis non denegatur, quando damnum est irreparabile.*

14 *Præiudicium irreparabile non potest considerari in iudicio possessorio, cum quis iura sua, possit deducere in iudicio ordinario.*

DECISIO CCLXXVI.

FVIT PER Dominos resolutum denegandam esse remissoriam, quia dum articularetur, quod Alexander erat decottus, & latitaret, hoc nihil facit cum ipse imposuerit censum, & pecunias recepisset, & etiam super hoc adsit sentētia graduatoria; Vnde sequitur, quod istis duobus articulis obstent duo. Irreleuantia scilicet, & quod
1 hoc possit † probari per scripturas; quando enim articuli sunt irreleuantes non datur remissoria, *Verall. decis. 66. par. 3. Ant. August. decis. 123. lib. 1.* prout nec quando
2 petitur ad probandum per testes, † quod per scripturas potest probari. *Rot. decis. 314. num. 1. par. 1. recent. cum ibi allegatis.*

Dum verò articulantur melioramenta, hoc non facit,
3 quia cum de illis nihil constet, † non impediunt immissionem, *Paris. cons. 33. num. 53. lib. 1. Rot. dec. 312. num. 4. par. 2. diuers. & decis. 610. num. 3. par. 1. in recent.* & cessat om-
4 nis difficultas, † cum pars offerat cautionem, de illis reficiendis, si vnquam fuerint probata. *Put. decis. 461. in correct. lib. 2. Rot. decis. 140. num. 5. post Statilium de Saluiano.*

Dum etiam articulatur, quod prædium venditum D. Marchioni non sit ex censuatis, quicquid sit de hoc nihil releuat; quia cum emptores census habeant omnia bona
5 venditoris hypothecata, possunt † sibi eligere vnum ex pignoribus ipsis bene visum, *l. creditoris, ff. de distr. pign. l. qui generaliter ff. qui potior. in pig. hab. Surd. decis. 44. num. 6. Aretin. cons. 155. numer. 10. Put. decis. 207. lib. 1. Neguf. de pignor. 4. membr. secundæ partis principalis. num. 133. Rot. decis. 294. num. 4. par. 1. recent.*

Dum verò præterea articulatur, quod ex tribus prędijs censuatis, duo fuerint data insolutum eisdem Quaino, & Papottis, licet iste articulus ex se videatur releuans, quia
6 inde † esset extinctus census, saltem proportionabiliter, nisi tertium prædium esset capax totius census, *Cenc. de censib. par. 3. quæst. 5. num. 1. & seqq. Rot. apud eundem de-*
7 *cis. 299. num. 1.* Attamen cum hoc possit probari † per scripturas non est danda remissoria, ad hoc proban. per testes vt modo dictum fuit.

Et quando vlterius articulatur, quod Clauari acceperint possessionem, & sic fuerint satisfacti de fructibus decursis, & articulatur, etiam quantitas fructuum perceptorum: cessat releuantia huius articuli, cum constet bona per Saxatellos locata fuisse annuo affictu correspondenti ad vngem quantitati fructuum census. Vnde inuerisimile
8 est, quod conductores, voluerint iactare † suum; soluendo Clauarijs maiorem quantitatem pecuniarum, quam esset illa, quę fuerat conuenta in instrumento affictus, *l. cum de indebito. ff. de prob.* Et ideo iste articulus, tanquam conti-
9 nens inuerisimilia, non † est admittendus, cum etiam nullus detur fumus, *Rot. decis. 23. de test. in antiq. Tiraquel. in l. si vnquam in præfat. nu. 28. in fin. C. de reuoc. donat. Imol. in c. quia verisimile, num. 1. de præsumpt.* & fuit resolutum in causa *Tolet. portionis 10. Maij 1595. coram bon. mem. Pacen.* & in causa *Valentina Parochialis de Carlet. 8. Martij 1602. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, quę est decis. 99. part. 4. diuers.*

Licet insuper articuletur ingens quantitas redituum perceptorum per Papottos, & Quainum ex prædijs per ipsos habitis, ratione dationis insolutum, & emptionis, ac venditionis, attamen, neque hic articulus est releuans, quia non potest parere imputationem fructuum in sortē, nisi præcedente particulari iudicio super nullitate dationis in solutum, & emptionis: quare cum istæ exceptiones, percutiant defectum dominij, non pertinent ad hoc iudi-
10 cium, † tanquam requirentes altiorem indaginem, *Statil. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 113. Scace. de iudic. lib. 1. cap. 102. num. 3.*

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia agitur
11 in iudicio Saluiani, in quo non † admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, vt modo dictum fuit, *Rot. decis. 367. coram san. mem. Gregor. XV. vbi Adden. numer. 6.* & fuit resolutum in causa *Cæsenat. bonorum 28. Iunij 1596. coram bon. mem. Penia*, & in causa *Imolen. Saluiani coram bon. mem. Horatio Cardinali Lancellotto*, vt in copia quæ data fuit. Neque huic fundamento obstat, quod commissa fuerit in Rota causa ad instantiam partis, & ideò Marchio in partibus non potuerit facere
12 suas probationes, quia hoc † posset considerari, si daretur aliquis fumus, quo casu in *decis. Seraph. 298.* dicitur, quod etiam in executiuis datur remissoria, quando datur magnus fumus, & admisso, quod etiam in hoc casu sufficeret aliqualis fumus, tamen nullus hic datur. Et dum se-
13 cundò dicitur etiam † in executiuis debere dari remissoriam, quando sequitur damnum irreparabile, vt in causa *Toletana matrimonij 7. Iunij 1549. num. 4. coram Fabio, & est decis. mea 122. ad fin. in impressis. Statil. de Saluian.*
14 *inspect. 2. cap. 2. num. 80.* quia in hac facti specie † non sequitur damnum irreparabile, cum in iudicio ordinario pars possit deducere iura sua, & ex prædictis cessat, quod prætenditur Pappottos, & Quainum teneri refundere creditoribus Alexandri fructus perceptos ex prædijs nulliter
15 alienatis, & ea quæ † dicuntur de valore prædiorum, & fructuum perceptorum, quia ista requirunt, vt dictum est altiorem indaginem.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PIROVANO.

Ianueñ separationis Thori.

Die Veneris 5. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Reijciuntur nonnullæ exceptiones contra testes oppositæ, & præsertim in materia separationis Thori, & vide plura circa hanc materiam.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Notario non creditur, asserenti testem iurasse.*
2 *Testes, qui extra terminum iurarunt non probant.*
3 *Probatio iuramenti testium, ex quo doceatur. & num. 4. & 6.*
5 *Notario asserenti testes iurasse creditur, licet non dixerit tactis scripturis, stantibus clausulis cæteratis, & præsumitur interuenisse iuramentum eo modo, quo debuit. amplia num. 6.*
7 *Iurandi actus, quando potuit interuenire tempore, quo Notarius enunciat iuramentum semper illa assertio probat.*
8 *Citationes ad videndum iurare testes, si sint pro singulis diebus, & horis, tanquam seruitutis speciem inducentes non videntur validæ.*
9 *Declara tamen, quod sustinentur pro toto termino probatorio, intra quem cessat absurdum perpetuæ seruitutis.*
10 *Et deseruiunt etiam pro toto termino prorogato.*
Terminus prorogatus, à primo non separatur, & pro eodem solet reputari. num. 10.
Terminus examinandi testes, si sit prorogatus, si sit communis vtrique parti, & eis innotuit, non est opus intimatione. num. 10.
11 *Intimatio non est necessaria, stante scientia.*
12 *Testes examinati non seruata forma decreti, & ordinationis Iudicis, & protestationum partis sunt nulliter examinati.*
13 *Forma solet colligi, ex præcepto impediente actum alio modo gestum, sub pœna nullitatis.*
14 *Testes etiam nulliter examinati possunt deseruire pro adminiculo.*
15 *Testes duo in qualibet materia sufficiunt.*
16 *Testes domestici admittuntur ad probandam seuitiam viri erga vxorem.*
17 *Testes inimici eius contra quem deponere debent, non probant.*
18 *Testis amicus inimici non repellitur, nisi sit, vel subditus, vel affinis, vel ita amicus singularis, vt de eo possit suspicari, alias secus.*
19 *Testium numerus supplet diminutionem fidei. & num. 20. & 22.*
21 *Testium dicta sunt adiuuanda, & non cauillanda.*
23 *Testibus magis qualificatis, & in indiuiduo deponentibus sunt præferendi alijs.*
24 *Testes, qui non coarctant negatiuam eam non probant. vide num. 25.*
26 *Sensus ab actu, ex quibus verbis remoueatur.*
27 *Testes, illi, qui specifice deponunt præualent illis, qui generice deponunt.*
28 *Testes magis informati, præsumuntur verisimiliora deponere.*
29 *Reconciliationis necessaria consequentia, inter maritum, & vxorem, an oriatur, ex iteratis conceptibus.*
30 *Actus æquiuoci, & imperfecti non possunt coniungi ad constituendam plenam probationem.*
31 *Testes recepti absque partis citatione non releuant.*
32 *Causa, quando est commissa cum clausula, quam, quas, & cum incidentibus &c. tunc omnia ad dictam causam spectantia comprehenduntur.*
33 *Adulterium, quando vir commisit post discessum vxoris absque causa, non est deueniendum ad separationem Thori, & vir est excusandus. & num. 34.*
35 *Vir non cogitur accipere vxorem adulteram.*
36 *Paris. cons. 54. num. 4. lib. 4. Felin. in cap. irrefragabili de offic. Ord. declarantur.*
37 *Dotis restitutio semper est consecutiua ad causam separationis Thori.*

DECISIO CCLXXVII.

CENSVERVNT Domini standum in decisis in hac causa 28. Nouembris 1633. præteriti,* Quia testes Dominæ Principissę inducti ad probandam sæuitiam, adulterium, & graues inimicitias subortas, sunt valide examinati, probant in dicto; illorumque fides, nec tollitur, aut diminuitur per exceptiones, contra personas oppositas, & in concursu cum examinatis per D. Principem eius maritum, præualent in ratione, & conclusione: prædictis autem probatis separatio Thori denegari non potest, prout fuit in decisione, quæ reuidetur, plene comprobatum.

Pluries pro parte D. Principissæ deuentum fuit ad examen testium; primo coram Ordinario, & seu eius Vicario Ianuen. super articulis datis de anno 1613. fuerunt examinati quindecim testes in Ciuitate Ianuæ; secundo super articulis datis de anno 1614. per litteras remissoriales eiusdem Vicarij fuerunt examinati alij octo testes in Ciuitate Neapoli; tertiò coram eodem in Ciuitate pariter Ianuen. de anno 1616. recepti fuerunt quatuor testes; Denique in eadem Ciuitate, & coram eodem Vicario de anno 1517. alij duodecim fuerunt examinati.

Quoad receptos, tertio loco nihil respectu validitatis examinis opponitur, & illi non tangunt substantiam probationis sæuitiæ, adulterij, & inimicitiæ, sed tantummodo qualificant legalitatem testium Neapoli examinatorum.

Non obstat igitur, quod primum examen corruat defectu iuramenti testium, ex eo quod, vel nō probatur eos
1 iurasse, † dum non creditur Notario asserenti testem iurasse, *Caputaq. decis. 46. numer. 2. par. 2. & decis. 285. & 295. par. 3.* vel si credendum sit tunc extra terminum iu-
2 rarunt de † tempore depositionis, & sic nulliter absque partis citatione, *l. vltim. §. fin. & ibi Bart. ff. quod vi, aut clam. Crauett. cons. 122. num. 17. Caputaq. decis. 285. num. 3. par. 3. Rot. decis. 429. num. 5. coram Papa Greg. XV.*
3 Quia probatio iuramenti testium † sufficienter iustificatur ex processu in quarta parte à fol. primo vsque ad fol. 293. vbi in qualibet depositione eorum qui iurarunt legitur &c. & suo iuramento testificando dixit, non autem testis iuratus, nam hoc secūdo casu intrat enunciatiua de præterito, quæ non probat, vt dicunt decisiones allegatæ;
4 in primo vero casu probat talis assertio, † tanquam dispositiue emanata, quam distinctionem facit Rota *decis. 368. num. 5. coram Papa Gregor. XV. et 393. num. 8. par. 1. recet. vbi num. 8. 9. et 12. additur*, quod, & si Notarius non di-
5 xerit tactis scripturis, † præsumitur nihilominus propter virtutem clausulæ ceteratæ interuenisse, eo modo, quo debuit, sequendo, *Imol. consil. 86. num. 1. et seq. et Cesar. de*
6 *Grass. decis. 13. et 15. de test.* & eo magis † declarant subsistentiam iuramenti sequentia verba, *et suo iuramento testificando dixit*, quæ pariter in eadem *decis. 393. num. 13.* ponderantur, tanquam apposita per Notarium ad maiorem certitudinem præstiti iuramenti, & quando actus ip-
7 se iurandi potuit interuenire tempore † quo Notarius enunciat iuramentum, semper illa assertio probat, *Abb. in cap. per inquisitionem num. 5. de elect.* de qua possibilitate dubitari non potest, dum in verbis, cum iuramento loquuntur testes, eorum iuramento testificando,

Examen vero in termino factum, acta ipsa probant, nā primus terminus probationis, & qui fuit vtrique parti cōmunis, incipit die 26. Augusti 1613. in processu fol. 43. qui pro-

prorogatus fuit Iudice decernente cum intimatione, vel citatione, aut parte presente respectiue de tempore in tempus per menses quadraginta, & dies tres, nempe vsque per totam diem 16. mensis Martij 1617. fol. 175. intra quod tempus, testes omnes examinati reperiuntur, ex quo vltimus testis quarti examinis in processu fol. 228. fuit receptus die 11. Martij supradicti 1617. & quamuis citationes ad videndum iurare testes indefinite legantur in eodem
8 processu, † scilicet pro singulis diebus, & horis, & tãquam seruitutis speciem inducentes de inualiditate videantur posse notari, *Put.decis.58.num.1.lib.1.Crescent. decis.10. de dol.& contum. Mohed.decis.4.de test.* attamen semper
9 sustinentur pro toto termino probatorio † intra quem cessat absurdum perpetuæ seruitutis, *Rot.decis.393.numer.6. par.1.recent.Seraph.decis.1498.num.1.Rot.decis.71.429. 466. coram Papa Gregor. XV.* vbi etiam firmatur deser-
10 uire † pro toto termino prorogato, qui à primo non separatur, & pro eodem solet reputari.

Nec releuat defectus intimationis proroga tionum, quia
11 tanquam communes innotuere vtrique parti, & vsi † sunt hinc inde terminis prorogatis, dum testes examinarunt, & tunc propter scientiam, quæ aliunde haberi non potuit, cessat onus in dictæ intimationis, prout *Rota* resoluit in causa *Legionen. Sancti Facundi 19. Martij 1590. coram bon.mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, & in Aurien. Parochialis 11. Februarij 1604. coram bon.mem. Card. Seraphino.*

Secundo principaliter non releuant, quæ contra examẽ Neapoli receptum opponuntur, scilicet testes remissoria-
12 les fuisse examinatos non seruata forma † decreti, & ordinationis Vicarij, & protestationum D.Principis, & consequenter nullitatem intrare, *Caputaq. decis.143. num. 5. par.3. Clem.1. de vit.& honest.Cler. Rot.decis.1. num.1. & decis.518.num.3. coram Papa Gregor. XV.*

Quia litteræ remissoriales non dant hanc formam præ-
13 ceptiuam impedientem actum alio modo † gestum sub pena nullitatis, ex qua solet colligi forma. *Fely.in cap.cum dilecta, in quinto signo formæ. de rescript. Dec. cons. 528. num.11. Sarnen.in reg. de Idiom.quæst.8.in princ.* nec à parte tempore examinis fuit reclamatum, protestatum, aut appellatum contra formam, & ordinem examinis, ex quibus possit inferri ad nullitatem vlterioris processus; & protestationes D. Principis fuerunt admissæ sub conditione si, & in quantum, de iure sint admittendę.

Quę autem excipiebantur contra quartum examen coram Vicario Ianuæ factum, visa fuerunt Dominis releuare; quia testes fuerunt examinati sine partis citatione, & sine eiusdem interrogatorijs, & positi ab eodem Vicario ad partes, vnde super eorum dicto nullum potest constitui fundamentum, nisi in casu coadiuuandi alias probationes
14 cum † possint etiam nulliter examinati deseruire pro adminiculo. *Caputaq. decis.206.nu.6. & 208.num.8. par.2.*

Probare autem in dicto ex iam deductis in decisione, quæ reuidetur, satis colligi potest, & nunc repetendo eadem ex ordine probatio magis plena, & concludens redditur, & primo quoad sæuitiam immoderatam, & per actus iteratos.

De pugnis deponunt de visu Secundus Nicolaus Cauaceppi super primo fol. 22. Tertius super primo, qui est Io.Baptista Machiauellus primi examinis fol. 38. Quartus super primo Petrus Antonius Botinus fol. 58. eiusdem examinis, & ex secundo examine sextus testis Nicolaus Ardouinus super primo fol. 361. Septimus Vincentius Arpe ex eodem secundo examine fol. 421.

Alapas in faciem sæpius illatas dicunt de visu ex primo examine primus testis Bartholomæus Trabuccus super primo fol. 1. Secundus Nicolaus Cauaceppi, super primo fol. 22. Tertius super primo Io.Baptista Machiauellus fol. 38. Quartus super primo Petrus Antonius Botinus fol. 58. Decimus quartus super primo Frater Aloysius Ceua Ordinis Minorum fol. 257. & alij ex secundo examine idem concludunt de visu, & de iteratis vicibus, & Sextus Nicolaus Ardouinus super primo fol. 361.

Ictum cultri de visu concludunt testes ex primo examine Ianuæ recepto, Secundus Nicolaus Cauaceppi super primo fol. 22. Quartus Petrus Antonius Bottinus super primo fol. 58. de auditu, & ex secundo examine Neapoli facto, Quintus Andreas Cauazza super primo ex titulis secundo loco productis fol. 302. & Sextus Nicolaus Ardouinus super primo, fol. 361.

Carcerationem in priuato cubiculo domus innabitatæ, cum denegatione alimentorum, & prohibitione subministrationis eorumdem, deplorant, & probant de certa scientia testes, nempe primi examinis, Quartus Petrus Antonius Bottinus super primo fol. 59. & ex secundo examine, Quintus Andreas Cauazza super secundo fol. 305. Sextus Nicolaus Ardouinus super interrogatorijs, fol. 364. Septimus Vincentius Arpe super quinto, fol. 422.

Malam autem tractationem in genere de voce, & fama continuatis temporibus ex diuersis actibus, qui sæuitiam indicant bene concludunt testes ex primo examine de visu, & certa scientia, nempe primus Bartholomæus Trabuccus super primo, fol. 10. & seq. Secundus Nicolaus Cauaceppi super primo fol. 22. Tertius Io. Baptista Machiauellus super primo fol. 38. Quartus Petrus Antonius Bottinus super primo fol. 58. Decimus quartus Frater Aloysius super primo fol. 257. & ex secundo examine Isabella Mariana, quæ est secundus testis super octauo fol. 268. & seq. Quintus Andreas Cauazza super octauo fol. 268. Sextus Nicolaus Ardouinus super sexto, & interrogatorijs fol. 345. & seq. Octauus Io.Baptista Bizagnus super octauo, & interrogatorijs fol. 455.

Secundò principaliter ad probationem adulterij cum pluribus fœminis adducti fuerint testes deponentes de actibus proximis ad copulam, cum certis personis ab eisdem nominatis, & post contractum matrimonium, tam ante discessum D. Principissæ, quam post è domo sui viri; ex primo namque examine deponunt Vndecimus testis Antonius de Chio super decimoquarto fol. 1020. Duodecimus Pelegrus Rolandellus fol. 209. & seq. Decimus tertius Lazarus Rolandellus fol. 238. asserentes actum sequutum cum Isabella Soriana in terra Compiani, ex secũdo verò examine quòad eandem Isabellam conueniũt, & vlterius cum Marietta pedissequa eiusdem D. Principissæ; Thomas Soccianus primus testis super decimoquarto fol. 3. 19. & seq. Isabella Mariana secunda testis super decimoquarto fol. 75. & seq. Tertius Catharina Socciana super decimoquarto fol. 137. & seq. Quintus Andreas Cauazza super decimoquarto fol. 269. Sextus Nicolaus Ardouinus super decimoquarto fol. 327. Septimus Vincentius Arpe super decimoquarto fol. 382. & seq.

Demum quoad capitales inimicitias plenè concludũt casus in prima decisione enunciatos, & non tutam reconciliationem, ac manifestum propriæ vitæ periculum, ex primo examine Quartus testis Petrus Antonius Bottinus iuxta 102. responsionem fol. 74. & 102. Quintus Antonius Caprettus super decimo articulo fol. 87. & seq. Sextus Ricobonus Galiardus super decimo fol. 92. & ex secundo examine Thomas Soccianus Primus testis super decimo fol. 3. & 32. Secundus Isabella Mariana super decimo fol. 75. & 103. Sextus Nicolaus Ardouinus super decimo fol. 327. Septimus Vincentius Arpe super decimo fol. 381. & seq. Octauus Io. Antonius Bizagnus super decimo fol. 432. & 460.

Quorum omnium dicta visa fuerunt releuare, & pro-
15 bationem concludentem facere, quia † in qualibet specie facti super qua deponunt, plures sunt, *l. vbi numerus. ff. de test. cap. in omni negotio cap. licet, eodem tit.* cum alijs in prima decisione allegatis, & ab exceptionibus, quæ ad illorum fidem diminuendam afferuntur, facilè possunt defendi.

Non enim obstant, quę testibus super percussione cum pugnis deponentibus opponuntur, quod scilicet Quartus Petrus Antonius Bottinus de tempore examinis esset famulus Paridis fratris D. Benedictæ, ac capitalis inimici D. Principis; Sextus verò Nicolaus Ardouinus esset pariter famulus Paridis, & falsus, narrando contestes, qui postea

examinati negant se talia audisse; Septimus Vincetius Arpe, & Octauus Io. Antonius Bizagnus criminosi, quia primus fuit capitaliter damnatus; Secundus Ianuæ decapitatus, & in patibulo dictum reuocauit.

Quia vltra prędictos in idem conuenit Io. Baptista Machiauellus primi examinis, cum Bottino, & Ardouino, quibus obijcitur tantummodò famulatus Paridis de tem-
16 pore examinis, nam tanquam domestici, † aut famuli ad probandam sæuitiam, & seu actum sæuitię non repelluntur ex veriori firmata in prima decisione, *vers. quia, & si aliqui dissentiant*, de qua per *Cardin. cons. 9. num. 5. Farinac. quæst. 143. num. 167.* quam sequitur Rota in istis materijs difficilis probationis, & plenè comprobatur in alia *Ianuen. separationis Thori coram D. meo Decano*: Ceterum, quod saltem tanquam famuli Paridis inimici Domi-
17 ni † Principis non sint admittendi, *Farinac.* tangit hanc quæstionem in sua praxi *quæst. 53. num. 42.* & declarat *ex Salyc. Campeg. Decian. & alijs*, quod testis amicus inimi-
18 ci non repellitur, nisi sit, vel subditus, vel affinis, † vel ita amicus singularis, vt de eo possit suspicari, alias secus, quales non sunt supradicti testes famuli, qui ad libitum à Domino recedunt, & in omnem casum, licet minor fides esset adhibenda, non tamē repelluntur, & numerus testium
19 supplet diminutionem illam † fidei, quæ posset in teste cōsiderari, *Gabr. de test. conclus. 6. Caputaquen. decis. 206. num. 5. par. 2. Rot. decis. 340. numer. 7. coram Papa Gregorio XV.* Nec aliqua falsitas potest imputari Nicolao supradicto, ex eo, quod Iulia, & Marietta datæ in contestes examinatæ contrarium dicant; Quia Marietta est illa, quæ se commiscuit cum Principe, & vlterius non se restrinxit ad duas illas fœminas, sed, & alios seruos in genere nominauit.

Similiter neque obstant exceptiones datę contra testes de alapis deponentes, qui sunt septem, tam ex primo, quā ex secundo examine; Nam quod Bartholomæus Trabuccus conuincatur de mendacio ex eo, quod nominati in contestes, examinati contrarium deposuerunt, hoc quidem non probatur, quia illius depositio, quæ datur Summario Principis num. 12. dicit, *alla mia presenza, & altri seruitori*, & paulò infra nominat in seruos Iuliam, & Mariettam, Ioannem Baptistam, & duos alios, quorum nomina non exprimit, & tamen Iulia, Marietta, & Ioannes Baptista tantummodo fuerunt examinati, qui non negant factum per Trabuccum narratum, sed simpliciter, & in genere, quod non viderunt, & tamen alij contrarium dicunt, & viderunt; Exceptiones verò, quæ dantur contra alios, nempe Bottinum, Ardouinum, & Vercellum de famulatu, & inimicitia, tolluntur ex eisdem responsionibus supra datis in facto de pugnis sequuto.

Et eo minus releuant, quæ dantur contra testes, ictum cultri concludentes, inter quos impugnatur tantummodo persona Vercelli, eò quod fuerit bis examinatus, nempè pro D. Principe, & deposuerit de bono tractatu, & postmodum pro D. Benedicta deposuerit de actibus sæuitiæ, & contra cæteros allegentur exceptiones famulatus, inimicitiæ, & criminis, supra in alijs actibus sæuitiæ, oppositas.

Nam quoad alios quatuor tolluntur eisdem responsionibus, & de contrarietate Vercelli in diuerso examine apparente, fuit responsum eius personam non fuisse connumeratam.

Carcerationem probant Bottinus, Ardouinus, Vincentius, & Cauazza, exceptiones, contra primo, secundo, & tertio loco examinatos, tolluntur ex responsionibus supra
20 datis, & quoad quartum quicquid possit diminui † de illius fide, suppletur ex numero aliorum testium, vt iam dictum est.

Rursum non obstant, quę opponuntur contra dictum, & personas testium, super malo tractatu in genere, & voce, & fama deponentium, nempe Trabuccum, Cauaceppi, Michiauellum, Bottinum, Fratrem Aloysium, Isabellam Cauazzam, Ardouinum, & Bizagnum.

Quia quoad dicta illorum non est elaborandum in respondendo singillatim ad ponderationes factas, sed sufficit dicere, quod illorum dicta, non sunt cauillanda, sed po-
21 tius coadiuuanda, † & conciliāda, modis omnibus quātum fieri potest, & omnis possibilis interpretatio seruāda est, *Rot. decis. 230. num. 9. 309. num. 2. 344. num. 14. 351. nu. 38. coram Papa Gregorio VX.* & quoad personas, cum vtantur eisdem exceptionibus, quibus supra, & similiter eisdem responsionibus occurritur, ne eadem sæpe repe-
22 tantur, & numerus † semper supplet defectum aliorum.

Denique principaliter non obstat, quod pro D. Principe examinati fuerint quatuordecim testes concorditer optimè deponentes de continuata bona tractatione, & quod illam summopere diligebat, de certa scientia, quia practicabant in domo, & videbant bonas tractationes, & actus summi amoris reciproci, & vlterius cum prædictis concurrunt alij vndecim testes examinati, quamuis sine partis citatione, ac litteræ Cardinalis Pinelli, & ipsiusmet D. Benedictæ, & plures cōceptus, quæ ab eodem pro adminiculo, & vehementi præsumptione bonæ tractationis dicebantur deseruire, & in concursu cum testibus D. Be-
23 nedictę, † vti magis qualificatis, & in indiuiduo, tempora & actus bonæ tractationis magis specificantibus pręualere. *Paris. cons. 54. nu. 30. & 31. lib. 4. Roland cons. 27. nu. 29. in fin. lib. 3. Bertaz. cons. 228. num. 16. Farin. cons. 157. nu. 3. Rota in Ianuen. separationis Thori coram bo. mem. Remboldo 13. Ianuarij 1625. cum alijs allegatis.*

Quia Primò fuit responsum si agatur de concursu cum testibus per Dominam Benedictam examinatis super bona tractatione in genere, & voce, & fama, & hoc casu; quia non coarctant negatiuam, remouendo sensum ab actu, quod aliter contingere non potuerit, quin ipsi audi-
24 uissent, † & vidissent, aut intellexissent, semper præualet probatio generica super affirmatiua sæuitiæ, *Cardin. cons. 9. in fine. Farinac. d. quæst. 143. num. 176. Gratian. discept. 738. num. 56. & 57.*

Neque dicatur, quod prędicti testes coarctant negatiuā totius temporis, & continuati, quo D. Benedicta habitauit cū viro suo, quia demptis Barbara, & Io. Baptista, de quibus dicetur, alij testes, cū non habitarēt in domo Principis, nullo modo possunt coarctare negatiuam totius tē-
25 poris, & continuati, ad excludendum actus contrarios, † ex quo momenta, & tempora obseruare non potuerunt. *Bald. in l. actor. nu. 14. C. de probat. Natt. cons. 648 num. 12. Rot. decis. 325. nu. 8. coram Papa Gregorio XV.* & Barbara quicquid dicat super primo excludit temporis continuationem, dum asserit se accessisse ad seruiendum D. Principi, qui per annum ante duxerat in vxorem D. Benedictā & per alium annum continuauit in seruitijs eiusdem, & deinde inseruiuit D. Leliæ, & tamē ex articulis, & testibus datis patet quod D. Benedicta habitauit cum marito per triginta menses, & vlterius verba illius non remouent sensum ab actu; quod aliter contingere non potuerit, quia audiuisset, & intellexisset, stante enim simul, quod ipsa nunquam audiuit D. Principem malè tractasse vxorem suam, & quod alij intellexerint id, quod ipsa non intellexit, & quamuis subdat, *& se l'hauesse dato disgusto, hò fatto qualche mali trattamenti, si saria detto per casa, & io ne haueria sentito qualche cosa*, non tamen concludit, quod mali tractatus fieri non potuerint, quin ipsa audire, & scire po-
26 tuerit, † ex quibus verbis solet remoueri sensus ab actu, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuque priuat. Rota decis. 42. num. 5. & 325. num. 4. coram Papa Gregorio XV.* & Ioan. Baptista Pomus, detto il paggio, nihil aliud dicit, quam se nunquam vidisse, *che habbi hauuto disgusto alcuno*, quod non pertinet ad coarctationem negatiuæ, quia alij potuerunt videre, quod ipse non vidit.

Secundo fuit responsum, etiam si negatiuam isti duo, nempè Barbara, & Ioanne Baptista coarctarent, in concursu tamen cum testibus de actibus sæuitiæ particulariter, & in indiuiduo deponentibus, conquassa-
27 ri, & infirmari, & semper præualere † debent testes specificè deponentes illis, qui genericè deponunt. *Natt. consil. 572. numero 10. Seraph. decisio. 818. numero 5. Rota decis. 27. numero 8. part. 1. diuers.* præsu-
28 muntur enim verisimiliora † deponere, tanquam magis

magis informati circa factum de quo deponunt, *c. præterea de test. l. 3. eod. tit. Rot. decis. 239. numer. 2. coram Papa Gregorio XV.*

Nec fundamentum constitui potest super adminiculis aliorum testium nulliter examinatorum, litterarum Cardinalis, & epistolæ propriæ D. Benedictæ, aut iterati fętus concepti, & dotis solutionis.

Quia testes non coarctant hanc negatiuam, ideo in sua specie deficiunt, litteræ enim Cardinalis habentes datam pro toto anno 1607. non percutiunt tempus sæuitiæ, & continent tantummodo verba curialia, cęteræ autem, quę emanarunt post annum 1607. alia continent negocia; & illa, quæ habet datam de mense Februarij 1608. non percutit totum tempus, quo actus sæuitiæ potuerunt exerceri, & solutiones pro parte dotis D. Benedictæ non potuerunt differri, nec etiam sub prætextu pędentiæ litis, de quo tempore D. Princeps est Dominus dotis, & epistola Dominæ Benedictæ scripta eidem viro sub data mensis Septembris 1610. vltra quod opponitur non esse sufficienter recognitam, attamen etiam recognita nihil releuaret, quia est inuitatoria ad sedandas tribulentias, non autem dispositiua super abdicatione, & renunciatione proprij iuris; ac
29 demum iterati conceptus non † probant consequentiam necessariam reconciliationis, quia mulier etiam vi cognita, quamuis raro, attamen potest concipere. *Tiraq.* post alios ab eo de more allegatos, *de leg. conub ad l. 15. glos. prima par. 15. num. 169.* atque ita omnes actus tanquam in
30 sua specie respectiue † imperfecti non possunt iungi alijs ad perfectam probationem constituendam. *Bald in l. spadonem, §. si Ciuitatis, num. 1. ff. de excus. tutor. Dec. in l. cum causam, num. 10. de probat. Gabr. eod. tit. concl. 1. numer. 31.*

Quo vero ad adulterium probatio ex testibus in decisione firmata, ex replicatis pro D. Principe euitari non potest, & aduertendum est, quod testes deponentes de crimine supradicto omnes sunt ex primo, & secundo exami
31 ne, & seruatis seruandis recepti, non † autem ex quarto examine absque partis citatione examinati.

Nec potest huiusmodi probatio excludi tanquam impertinens ad iudicium super sæuitia iam cęptum, ex quo dicebatur portionem in libello esse restrictam ad sæuitiam.

Quia ex facto tollitur obiectum, nam causa est commissa in Rota cum clausula, *quam, & quas, & cum incidenti-*
32 *bus*, ex quibus † omnia capita ad separationem deseruientia possunt complecti. *Seraph. decis. 1241. num. 2. Rota decis. 546. num. 1. & 731. num. 1. par. 2. recent.*

Postremo non obstat in omnem casum adulteriũ probari sequutum post discessum D. Benedictæ à proprio vi
33 ro, & † absque causa, quo casu dicebatur non posse Thorum separari, & D. Principem fore excusandum, *cap. si tu abstines 37. quæst. 2.* & pro hac opinione allegantur omnes allegati per *Sanch. lib. 5. disp. 5. num. 7.*
34 Quia causa discedẽdi † à viro iam est probata, & idem *Sanchez*, contrariam opinionem dicit veriorem, *eadem disputatione nu. 6.* & illum sequuntur *Guttier. de matrim. cap. 129. num. 8. Farinac. ead. quæst. 143. num. 12. per capit.*
35 *signific. de diuor.* vbi vir † non cogitur accipere vxorem adulteram.

Ex quibus patet confirmatio tertiæ causæ Thorum separandi propter graues inimicitias, & ad reconciliationem impossibiles, & non tutas ex allegatis in prima decisione.
36 Quibus non obstant † *Paris. cons. 54. numer. 4. Felin. in cap. irrefragabili de off. ordin.* & alij allegati contrarium asserentes.

Quia opinio eorũ forte posset esse dubitabilis, si D. Benedicta absque causa recessisset à domo viri, sed ea probata,
37 vt iam dictum est, restitutio † dotis semper est consecutiua ad causam separationis. *Clar. in §. fin. §. adulteriũ. nu. 15. Rot. decis. 706. num. 3. par. 1. recent. Seraph. dec. 1315. nu. 1.*

Et ita causa mature discusa, vtraque parte informante fuit resolutum standum esse in decisis.

* Est decisio 239. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Clusina Hæreditatis.

Die Veneris 12. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Patruus censetur vocasse ad eius hæreditatem in capita nepotes diuersorum fratrum, quando eos instituit hæredes pro æquali rata, & portione, atque hoc multo magis procedit, quando vocatio hæredum fuit facta nominibus proprijs expressis. Nepotes diuersorum fratrum, tunc succedunt patruo mortuo ab intestato, in capita, & non in stirpes, dum nemo alius patruus, cum eis concurrit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, si non sit conformis libello.*
2 *Cohæredes, quando sunt condemnandi ad aliquid dandum, tunc non vnus tantum insolidum, sed omnes pro sua rata hæreditaria condemnandi sunt.*
3 *Hæredes plures, quando omnes intelligantur instituti pro æquali rata, & portione. & num. 23.*
4 *Hæredes, quãdo sunt instituti cũ verbis, æqualibus portionibus, sine dubio eis defertur hæreditas pro virili.*
5 *Nepotes diuersorum fratrum, si ab eius patruo sint instituti hæredes, eis vocatis nominibus proprijs expressis, censetur eos instituisse æqualiter. & num. 19.*
6 *Testamenti vna pars, aliam declarat.*
7 *Testatoris prædilectio erga vnum ex cohæredibus, ex quibus arguatur.*
8 *Testator non præsumitur, quod voluerit, vt hæredes minus dilecti essent melioris conditionis, quam illi, qui sunt ab eo prædilecti.*
9 *Filij diuersorum fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, & non in stirpes, quando nullus ex patruis concurrit cum eis. Explosa contraria Accursij sententia, vti nugosa, & erronea num. 10.*
11 *Testator præsumitur se conformare voluisse, cum Iuris cõmunis dispositione in successione suæ hæreditatis.*
12 *Nepotes, seu plurimum fratrum præmortuorum filij, summa æquitas est, cum in eis par vigeat sanguinis ratio, & naturæ priuilegium, vt æqualiter ad patrui hæreditate vocentur.*
13 *Omisso Iure commentitiæ, & fictæ repræsentationis, ne vnus solus tantũ accipiat, quantũ plures alij simul.*
14 *Testator, quando vocauit plures ex vna parte, et vnus ex altera parte nominatus est nomine proprio, tunc hæreditas diuiditur in duas partes, & vide num. 20.*
15 *Testator, si instituerit hæredes Titium, & filios fratris d. Testatoris, tunc semissem habebit Titium, & semissem filij fratrum.*
16 *Text. in l. interdum, ff. de hæred. instit. procedit, quando vnico verborum contextu plures hæredes sunt instituti. & num. 18.*

Sed secus est, quando sunt instituti separatis orationibus, num. 17.

21 *Adiectiuum qualificat substantiuum.*

22 *Testamenti verba, quando sunt dubia recipere debent interpretationem à Iure communi, à præsumpta mente Testatoris, ab æquitate, & à posterioribus alijs verbis d. testamenti.*

DECISIO CCLXXVIII.

PROPOSVI dubium, An sit recedeñ à decisis sub die 18. Februarij 1633. * coram me, & An inter Alexandrum, & Persium filios Petri, & Augustinum filium Stephani in testamento Cioli patrui hæredes scriptos, sit succedendum in capita, vel in stirpes, qui articulus ob discrepantes Dominorum opiniones, non fuit definitus in prima decisione, sed disceptatus hinc inde, vt ex rationibus pro vtraque sententia ibi deductis, & hodie Domini.

Quoad primam inspectionem, seu partem dubij perstiterunt in resolutione capta, quod non sint exequendę
1 † sententię, tam ex capite nullitatis, eo quia non sunt cōformes libello, argumēto *l. vt fundus. ff. communi diuid. & præter allegatos in alia decisione Rotæ apud san. mem. Greg. XV. decis. 176. num. 1. & coram Cardin. Caualerio, decis. 467. num. 3.* quam ex capitæ iniustitiæ, quia condemnant insolidum Alexandrum,
2 † qui tamen habebat cohæredem Persium, & proinde non insolidum, sed pro sua tantum portione hæreditaria erat condemnandus, *ex text. in l. pro hæreditarijs. C. de hæred. action. cum alleg. in 1. decis.*

Quoad secundam inspectionem, iterum examinato articulo, Dominorum fuit sententia successionem inter nepotes in proposita facti specie faciendam esse in capita, non in stirpes, quam sententiam fulciebant verbis testamenti, mente testatoris per coniecturas elicita, æquitate, & ratione Iuris.

Verba quidem testamenti suffragantur, quę sunt, *Instituit hæredes, &c. Alexandrum, & Persium fratrem illius, natum ex Petro de Ciolis fratre germano dicti testatoris ex vna parte, necnon etiam Augustinum de Ciolis natum ex Stephano similiter eius frater germano pro æquali rata, & portione, &c.* ponderando, quod tota hæredum institutio, & vocatio vno, & eodem verborum contextu est cōcepta, regiturque ab vnico verbo, *instituit*. cum clausula, *pro æquali rata, & portione*, vnde elicitur hæreditatem tali
3 † verborum structura delatam, cum adiectione clausulæ æqualitatem inferentis, ex succedentium personis, & numero esse diuidendam, & cuilibet capiti æquam portionē hæreditatis pro virili esse assignandam, vt bene declarat *Castrens. in l. interdum, num. 3. ff. de hæred. instit.* ponderās vnitatem orationis, cum dictione, *æque*, *Corn. cons. 240. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 597. num. 9. Soccin. sen. cons. 108. nu. 2. lib. 3. Gabr. cons. 130. num. 10. & 11. ac 18. lib. 1. Menoch. præsumpt. 18. num. 17. lib. 4. Afflict. decis. 309. num. 1. 2. & 3. & censuit Rot. apud Cesar. de Gras. decis. 4. num. 7. & 8.*
4 *de testam.* vbi habetur, verba, *æquis portionibus*, semper † visa fuisse tollere omnem difficultatem, & importare successionem pro virili, cū alijs deductis in prima decisione. Hancq; eandem diuisionem hæreditatis pro virili, & in ca
5 pita suadebat in casu præsenti, vocatio hæredum, facta † nominibus proprijs expressis, quorum singulis propterea singulas, & æquales successionis partes voluisse distribuere censeri debet, *iuxt. Bald. cons. 243. lib. 2. Corn. cons. 72. nu. 6. lib. 2. Laderch. cons. 18. nu. 8. Afflict. d. decis. 309. num. 1. vbi Adden. nu. 4. Giouagnon. cons. 24. nu. 7. lib. 1. & in alia decisione fuit deductum, vers. alij vero ex Dominis.*

Mens testatoris etiam fauet huic sentētiæ, quod successio fiat in capita, & eamdem portionem consequantur Alexander, nec non Persius singillatim, quam consequeretur Augustinus alter nepos, Tum quia idem testator prælegādo alia bona prædictis tribus nepotibus, voluit ea partiri in tres partes æquales, & successionem fieri in capita, vnde argumentum desumi debet, quod hoc idem senserit
6 in reliqua hæreditate, † cum vna pars testamenti aliam declarat, *l. qui filiabus. l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de leg. primo, Honded. cons. 70. numer. 9. lib. 1. cum alijs*, nec diuersa ratio assignari poterat, quod aliqua bona in tres partes secuerit, alia vero in duas tantum: Tum etiam quia apparet testatorem prædilexisse Alexandrum, & Persium, dum vltra prælegatum factum eisdem, & Augustino simul, amplius ipsos honorauit alio prælegato vineæ, & columbarijs, & in casu obitus Augustini sine filijs substituit Alexādrum, & Persium, nulla facta reciproca substitutione in fauorem Augustini, semperque primo loco, proprijs nominibus Alexandrum, & Persium nuncupauit, suique be-
7 nemeritos expressit, ex quibus omnibus bene infertur † ad prædilectionem, & eximam erga ipsos voluntatem, *auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. Menoch. præsum. 16. numer. 3. & 4. lib. 4. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 20. & 21. Fusar. de substit. quæst. 468. num. 8. & 15.* Et propterea non est præsumendum, quod po-
8 stea voluerit eosdem nepotes prædilectos esse † deterioris conditionis, quam Augustinus, cui duplo maior portio hæreditatis deferretur, quam illis, si successio fieret in stirpes non autem in capita.

Demum verbis testamenti, & coniecturatæ testatoris voluntati adstipulantur Iuris ratio, & æquitas, de Iure
9 enim filij † diuersorum fratrum præmortuorum succedunt patruo ab intestato in capita, non in stirpes, quando non concurrunt cum patruo, vt sunt textus, qui hanc opinionem tueri videntur, *in leg. 1. ff. si pars hæredit. pet. l. post consanguineos. §. hæreditas, ff. de suis, & legit. hæred. §. si autem defunctus, §. huiusmodi, authentica de hæred. ab intest. venien. & fuit opinio Azonis, quam præter alleg. in alia decisione, luculenter comprobat Zas. cons. 4. per tot.*
10 vbi contrariam Accursij † sententiam explodit, vti nugosam, & erroneam, *Cabal. cons. 114. numer. 3. libro 2. Gratian. discep. For. cap. 709. numer. 30. & Rota perpetuo amplexa fuit in decisionibus congestis in alia decisione*, & præter ibi deductas, *adde decis. 391. & 392. par. 4. diuers. & in Perusina successionis prima Nouembris 1615. coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio*, Cum qua
11 Iuris communis dispositione censeri debet † testatorem se conformare voluisse in successione suæ hæreditatis, *ad leg. cum de Lanionis, §. item çaçabós, ff. de fund. instruct. Card. Mantic. de coniect. vltim. lib. 11. tit. 14. numer. 15. & fuit dictum in Auximana fideicom. 4. Martij 1630. coram me, & in prima decisione huius causę*, summaque est æquitas, vt plures nepotes, seu plurium fratrum filij, in
12 † quibus par viget sanguinis ratio, eadem gradus prærogatiua, & naturæ priuilegium, ad imparia non iudicentur, & vnusquisque eorum in illo gradu consistat, in quo natura illos constituit, veritate attenta, & omisso Iure commentitiæ, & fictę repræsentationis, ne vnus duntaxat
13 † in hæreditate patrui tantam portionem capiat, quantam plures alij insimul, vt bene ratiocinatur *Zas. d. cons. 4. nu. 31. & seqq. Senatus Dolanus in decis. 130. num. 13. 14. & 15. cum alijs.*

Non obstant verba illa *ex vna parte, &c.* adiecta insti-
14 tutioni Persij, & Alexandri, ex quibus videtur † inferri testatorem voluisse secare suam hęreditatem in duas partes, & dimidiam assignare Persio, & Alexandro simul, alteram dimidiam Augustino soli, argumento *leg. interdum, in fine principij, ff. de hered. instit. cum alijs deductis in prima decis. vers. Aliqui enim.*

15 Quoniam vera est conclusio, † quod si Titius, & fratris mei filij hæredes instituantur, semissem fratris filij, semissem Titius habebit, vt inquit *Vlpianus in princip. d. l. interdum. in finalibus verbis*, qui textus propterea non incongrue adducebatur à sectatoribus contrariæ sententiæ in alia decisione; Sed quando addita est dictio, *æque*, (vt in casu præsenti) tunc omnes in virilibus parti-
16 bus esse institutos ex Labeonis sententia scripsit † *Vlpianus in d. leg. interdum*, cuius textus dispositio verissima est, quando vnico verborum contextu, vt ibi fit, sunt plures æque hæredes scripti, quod secus esset, si separatæ essent orationes, vt puta, Titium substituo, & filios

17 filios † Caij æquis portionibus substituo, tunc enim æqualitas refertur ad filios Caij, non autem respectu Titij, vt per *Castrens. in d. l. interdum num. 3. Dec. cons. 597. num. 9. Menoch. præsumpt. 18. num. 17. lib. 4. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 6. Fusar. de substit. quæst. 477. num. 21. & 23. Giouagnon. cons. 25. numer. 1. & cons. 24. numer. 10. & 11. lib. 1. Rota in recent. decis. 308.*
18 *num. 3. part. 2.* & ita fuit † etiam declaratus hic textus in alia decisione, vers. *Neque deducta. & vers. sed Domini,* Multoque magis pro virili facienda est successio, quando
19 nepotes nomine proprio, † vt in casu isto, sunt vocati, non autem nomine appellatiuo, vt est casus propositus *in d. l. interdum,* & superius fuit ponderatum.

20 Verba autem illa, *ex vna parte*, sunt † apposita ad demonstrandam descendentiam Alexãdri, & Persij ex vno fratre, & sic ex vno Colonello prouenientes, & ad contradistinguendum eos ab Augustino nepote ex alio fratre tamquam ab alio Colonello separatos, non autem ad significãdam diuisionem hereditatis, & successionis, quã si testator partiri voluisset in duas tantum partes, subdidisset *pro altera parte*, non autem *pro æquali rata, & portio-*
21 *ne*, quod adiectiuum † *æquali*; tanquam relatiuum ad alios duos nepotes, qualificat vocem *partis*, vt non de dimidia, sed de tertia parte intelligatur, cum tres sint scripti hæredes, & implicaret contractionem, quod haberet Augustinus medietatem, & æqualem portionem cum illa in tertia consistat, & bene applicantur deducta per *Gabr. cons. 130. num. 18. & 19. lib. 1. Costa de portione ratę, præmiss. 6. nu. 7. & 8. & fuit perpensum in alia decisione, vers. quę autem dicebantur, in fine.*

22 Et quatenus dubia essent verba, recipere † debent interprætationem à Iure communi, à præsumpta mente testatoris, ab equitate, & à posterioribus illis verbis *pro equali rata, & portione*, quę vere vnicuique nepoti ęqualem, &
23 sic tertiam † partem videtur attribuere, nec ista verba *pro æquali rata, & portione, &c.* aliquam relationem habent, nec respondent illis verbis *ex vna parte &c.* sed de per se faciunt ęqualem diuisionem, cuilibet ex nepotibus virilem portionem assignando.

Et ita resolutum fuit, &c.

* Est decisio 180. supra in hac eadem parte.

R. P. D. MOTMANNO.

Bononien. Fideicommissi de Lambertinis.

Die Lunæ 15. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione secundum proprietatem sermonis, non veniunt nepotes, & hoc præsertim, quando nepotes sunt transuersales. Et adducuntur nonnullæ coniecturæ, ex quibus deprehenditur, quando Testator vocando filios, non intellexit vocare, etiam nepotes.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes, sub dispositione de filijs regulariter non veniunt.*
2 *Filiorum appellatio ex proprietate sermonis non comprehendit vlteriores.*
3 *Nepotes, quando sunt transuersales, eo casu in substitutione etiam actiue concepta pro filijs, non veniunt.*
4 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando ex hoc induceretur grauamen filijs vocatis.*
5 *Filijs fratrum defunctorum est tantum priuilegium repræsentationis concessum, non autem nepotibus dd. fratrum in linea collaterali. Et hoc casu filiorum appellatione non veniunt nepotes. & num. 6.*
7 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis.*
8 *Filiorum appellatione ex quibus coniecturis non veniunt nepotes. & num. seqq.*
9 *Testator, quando discretiue locutus est de filijs, & de filijs filiorum, idest nepotibus, tunc certum est, quod filiorum appellatione non veniunt nepotes.*
10 *Testator, si semel locutus fuerit de filijs, & nepotibus, & postea fuerit aliquam substitutionem vocando tantum filios, eo casu non possunt venire nepotes. & numero 11.*
12 *Homo, quando adhuc non est conceptus, vel natus, consequenter est ignotus.*
13 *Affectio circa personas notas, non autem erga ignotas demonstratur.*
14 *Nepotes fratrum, quando veniunt ad successionem patrui, defertur hæreditas in stirpes, & non in capita.*
15 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando vocatio filiorum est collata in tempus remotissimum.*
16 *Testatoris dispositio collata in filios, quando potest impleri, & purificari in ipsis filijs, tunc ea dispositio non extenditur, vt comprehendat etiam nepotes.*
17 *Dictio, per, est continuatiua.*
18 *Fœminæ, sunt de familia, & agnatione, quamuis non perpetuent conseruationem ipsius familiæ.*
19 *Viuere, quis non potest vltra 100. annos.*
Vocatio facta à Testatore, si fuerit collata in remotissimum tempus, liberè, nec aliquo termino proximo coarctata, ad quod tempus restringatur. num. 19.
20 *Testator, vocans filios cum qualitate masculinitatis, videtur contemplatam fuisse agnationis conseruationem.*
21 *Agnationis conseruandæ ratio, vt censeatur à Testatore habita, debet esse certa, non præsumpta.*
22 *Dictiones, omnes, & quicumque, tanquam vniuersales videntur operari conclusionem rerum, & personarum, quæ alias, ex propria vocabuli significatione non comprehenderentur.*
23 *Dictio, omnes, est signum vniuersale, quod etiam de duobus prædicatur.*
24 *Nepotibus ex fratribus non conuenit substitutio in capita, sed in stirpes solummodo.*
25 *Filij legitimati, veniunt etiam appellatione filiorum legitimorum naturalium.*
26 *Testator, non censetur vocasse omnes descendentes ad successionem, licet vsus sit verbo, quoscumque, nisi addiderit verbum, nascituros.*
27 *Substitutio facta filiis, si sit concepta, per verba instituit, & substituit, quæ cum sint directa operantur, vt appellatione filiorum veniant nepotes.*
28 *Verbum, instituit, si sit positum, gratia digresus ad plures gradus substitutionum, non autem in prima institutione, importat substitutionem.*
29 *Clausula, omni meliori modo, apposita sine dictione copulatiua, &, non alterat, uel auget dispositionem. & num. 30.*
31 *Pro bonorum libertate est facienda interpretatio.*

32 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, & hoc maximè si simus in transuersalibus.*

DECISIO CCLXXIX.

FVIT resolutum non constare de fideicommisso ad fauorem Dominorum Francisci, & Cornelij de Lambertinis ex testamento Nob. q. Mulieris Dialtę Lambertinæ de Ludouisijs, nam verba testamenti sunt hęc. In omnibus alijs suis bonis sibi hæredes vniuersales instituit Comites Ioannem, & Nicolaum fratres de Ludouisijs, & filios olim Comitis Hippolyti ipsius testatricis filij prędefuncti, & ex eodem Comite Hippolyto sibi nepotes æqualiter, & ęquis portionibus, & quoscunque eorum filios masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, quos omnes sibi inuicem substituit quandocunque vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, eiusdemque sic substitutis quandocunque decedentibus sine filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus; & de legitimo matrimonio natis, & itaut nunquam naturales, vel alias illegitimi, & extra legitimam vxorem nati quomodolibet, etiamsi legitimentur à quocunque ad id auctoritatem habente, etiamsi à Principe non comprehendantur in præsenti testamento, vel succedere debeant, & vltimo eorum sic institutorum, & substitutorum morienti absque descendentibus legitimis, & naturalibus, vt supra, & sic linea legitima, & naturali, & de legitimo matrimonio, vt supra Comitum Nicolai, & Ioannis finita, tunc & eo casu substituit D. Aldragettum de Lambertinis vulgariter & per fideicommissum, si vixerit, si non vixerit, & quandocunq; naturaliter decesserit, tunc ipsa D. Testatrix instituit, & substituit omnes, & quoscunque filios masculos legitimos, & naturales olim Dominorum Sertorij, & Camilli de Lambertinis, in capita, & non in stirpes, omni meliori modo.

Filij vero Sertorij, videlicet Malatesta, & Guido Antonius, ac filius Camilli idest Marcus Antonius decesserunt antequam per obitum Dominorum Comitum Ioannis, & Nicolai de Ludouisijs sine filijs, rec. me. Cardinalis Ludouisius, & Excellentissimus Princeps Venusinus fratres ex testamento eiusdem Nicolai successerint, vnde hęc hereditas debetur dicto Principi tanquam hæredi dicti Nicolai, non autem supranominatis Dominis Francisco, & Cornelio, de quibus nulla habetur mentio in dicta substitutione Dialtę facta de filijs Dominorum Sertorij, & Ca-
1 milli; Quia non sunt eorum filij, sed nepotes, † qui sub dispositione de filijs regulariter non continentur, *l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. §. fin. instit. qui testam. tut. dar. poss.*
2 & filiorum appellatio ex † proprietate sermonis non comprehendit vlteriores, *Bart. in l. liberorum in princ.* & ibi *Rebuff vers. & sic per istum tex. ff. de verb. signific. Bald. in l. Gallus §. instituens numer. 6. ff. de liber. & posthum. Paul. de Castr. cons. 97. num. 3. volum. 2. Alex. cons. 1. numer. 12. vol. 1. Dec. cons. 95. num. 6 & cons. 567. numer. 8. Gozzad. cons. 36. num. 3. Abb. cons. 312. num. 30. Paris. cons. 89. num. 22. vol. 2. Natt. cons. 791. num. 10. Roland. cons. 43. num 25. & seqq. vol. 4. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volun. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. sol. 1. num. 36. Valasch. consult. 40. num. 4.* vbi dicit sibi magis placere hanc regulam negatiuam, eãque esse communem dicunt *Gozzad. d. cons. 36. num. 11. Soccin. cons. 74. num. 19. vol. 4. Alciat. cons. 479. numer. 34. Honded. cons. 60. num. 61. volum. 1. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 62. Mart. de success. legal. par. 1. quest. 2. art. 5. numer. 23.* & plures alij, quos post *Menoch. in cons. 215. num. 95. recenset Fusar. de substit. cap. 319. num. 3.* qui eam esse etiam longe magis communem, quam contraria dicit *in*
3 *cons. 25. num. 14.* attento presertim, quod isti qui † agunt ad fideicommissum, sunt transuersales, quo casu etiam in substitutione actiue concepta eandem opinionem negatiuam magis receptam esse dixit *Rota decis. 695. numer. 4. par. 2. recent. cum alijs relatis in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 20. Martij 1626. coram R. P. D. meo Merlino,* & maximè vrget ratio euitandi absurdum, quod testatrix data tali interpretatione, quod sub nomine filiorũ
4 intellexisset † de nepotibus, grauasset descendentes suos proximiores ad fauorem transuersalium, non autem ipsos transuersales, vt ponderant *Bald. cons. 362. vol. 4. Corn. cons. 199. numer. 34. vers. nepotes autem vol. 2. Paris. cons. 89. num. 25. vol. 2.* Rota *coram Card. Seraph. decis. 1486. num. 9.*

Dicti autem Franciscus, & Cornelius vti nepotes dictorum quondam Sertorij, & Camilli, quos in tertio consanguinitatis gradu constat fuisse coniunctos testatrici,
5 quatenus venirent ab intestato non possint † vti priuilegio repræsentationis, quod alioquin filijs fratris defuncti tantum, non autem nepotibus in linea collaterali est concessum, *Auth. de hæred. ab intest. venien. § huiusmodi vero priuilegium, vbi Aret. num. 5. Brun. cons. 169. num. 7. & cons. 181. num. 8. volum. 2. Curt. Iun. cons. 161. num. 1.* qui testatur de magis communi, cum *Bursat. in cons. 170. num. 26.*
6 *& 30. & Oad. cons. 39. num. 27.* & in hoc etiam † casu nomine filiorum non comprehendi nepotes, responderunt *Alex. cons. 5. num. 17. volum. 3. Menoch. cons. 591. num. 2. & de presumpt. lib. 4. præs. 94. num. 18.* Vnde sumitur coniectura efficax, quod in successione transuersalium, exce-
7 pto patruo, † testatores voluerint sese conformare dispositioni iuris communis, & sic non vocare nepotes, *vt docet Bar. in l. heredes §. cum ita num. 4. ff. ad Sen. Cons. Trebell. Gabr. de verb. signif. conclus. 1. numer. 6.* & post eum *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 4. Sim. de Præt. d. lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. sol. 1. num. 40.* & alij quos congerit *Fusar. de substit. quæst. 321. num. 30.*

Præterea concurrunt hic aliæ particulares coniecturæ, ex quibus potest confirmari, quod voluntas testatricis à vocatione prædictorum nepotum fuerit aliena, & quas
8 ad firmandam supradictam conclusionem, † quod appellatione filiorum non veniant nepotes, magni faciunt *Bar. Alciat. Rebuff. & cæteri Doctores in l. liberatorum ff. de verb. significat. Cornel. cons. 290. numer. 3. volum. 4 Soccin. Iun. cons. 14. num. 7. & cons. 30. num. 7. volum. 4. Natt. cons. 551. num. 29. Decian. cons. 47. num. 15. volum. 7.* Menoch. *d. cons. 215. num. 47. & presumpt. 94. numer. 3. lib. 4. Card.* Mant. *d. lib. 8. tit. 8. numer. 8. Rota coram Greg. decis. 514. numer. 6.* vbi etiam ponderatur diuersitas personarum in diuersis substitutionibus. Dicta enim testatrix in prima vocatione Ioannis, & Nicolai fratrum eos appellauit filios quondam Hippolyti eius filij, & ex eo sibi nepotes, quibus decedentibus sine filijs, & descendentibus, secundo loco substituit Aldraghettum, & huic substituit Sertorij, & Camilli filios tantum, non eorum filiorum filios, vt
9 in priori substitutione. Vnde apparet ipsam † testatricem discretiue locutam fuisse de filijs, & de filijs filiorum, adeo vt sicut in prima substitutione vocauit filios filiorum idest nepotes, ita in secunda sciuisset vocare nepotes Sertorij, & Camilli, si voluisset, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis. C. de caducit. tollen. Rim. Iun. cons. 80. num. 21.* & cum non fuerint expressi, consequens est, vt prouisio facta circa fi-
10 lios, & descendentes Ioannis, & Nicolai declaret, † quod testatrix in alia substitutione nomine filiorum noluerit comprehendere nepotes, sed tantum personas primi gradus, *l. si seruus plurium § fin. ff. de leg. 1. Gozzad. cons. 29. num. 26. Soccin. cons. 152. num. 4. volum. 1. & cons. 73. numer. 21. volum. 4. Paris. cons. 86. num. 47. volum. 2. Surd. cons. 554. num. 11. Hond. d. cons. 60. num. 63. volum. 1. Fusar. in dicto tractat. de substit. quest. 320. num. 80. Rot. decis. 507. num. 8. & decis. 667. num. 5. par. 2 recen. Card. Seraph. decis. 1884. num. 12. & conferunt deducta in Florentina fideicommissi de Guidaccijs 21. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto relata per Fusar. post cons. 15.* & sanè maximum esset absurdum, quod testatrix, dum voluit vocare suos descendentes, non fuerit contenta vti solo verbo filiorum, sed addiderit, & recensuerit præcisè filiorum
11 filios nepotes, † & lineam, & tamen postea dum ad transuersales transiuit sub simplici, & solo filiorum nomine intellexerit de filijs filiorum, & de nepotibus.

Neque vlla subest ratio propter quam, talis interpretatio fieri debeat, vt dicta testatrix sub nomine filiorum Sertorij, & Camilli censeatur voluisse comprehendere nepo-

tes,

tes, iuxta *l. iusta interpr e atione ff. de verbor. significat.* Quia
12 cum dictus Franciscus, & Cornelius nepotes, † vt supra de tempore testamenti, & mortis ipsius testatricis non essent adhuc concepti, vel nati, & cõsequenter essent ignoti, *l. prima §. si quis proximior. ff. vnde cognat.* cessat in ijs
13 ratio affectionis; quæ erga personas † notas, non autem erga ignotas demonstratur, vt ratione, & auctoritatibus probat *Menoch. consil. 151. num. 1. & cons. 286. numer. 16.* quo casu procedere dispositionem *text. in dicta l. quid si nepotem ff de testam. tutel.* respondet, ac late etiam comprobat *Roland. cons. 43. num. 30. volum. 4.* sequitur *Menoch. in d. cons 215. num. 13.* cum alijs copiosè allegatis per *Fusar. in cons. 95. num. 8. & de substit. d. cap. 321. num. 51.* ac per *Gratian. discept. 765. num. 5.* eamque coniecturam admisit *Rota in Auximana fideicommissi coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ est 574. numer. 9. parte 4. recent.*

Aliæ etiam militant coniecturæ pro exclusione nepotum nempe personalis vocatio Aldraghetti, qui si extitisset tempore finitæ lineç descendentium fideicommissum vlterius non progre deretur. Vnde ita etiam videtur dicẽdum de filijs Sertorij, & Camilli, itaut in solis eorum personis restringatur substitutio.

Concurrit etiam illa vocatio in capita, & non in stirpes
14 quia † si nepotes venirent, successio deferretur per diuisionem in stirpes, & non in capita, vt ad hunc effectum deduxerunt *Soccin. sen. consil. 104. in princ. lib. 3. Petr. Caball cons. 181. numer. 6. lib. 1. Rota in decis. Anconitana fideicommissi 10. Decembris 1603. coram bo. mem. Ottembergo, §. non obstat, in fine.*

Et huiusmodi coniecturas pro exclusione nepotum nõ destruit consideratio vocationis filiorum Sertorij, & Camilli collatç post finitam lineam Comitum Ioannis, & Nicolai de Ludouisijs, & sic in tempus remotissimum, quod comprælhendit nepotes, & alios gradus vlteriores, ea ratione, quod testatrix potuerit probabiliter cogitare, quod tempore dictæ lineæ finitæ filij, vt supra vocati non
15 essent exituri, † quo casu appellatione filiorum veniunt nepotes, iuxta doctrinam *Imol. in dicta l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthum. firmauit Rota in dicta Bononien. fideicommissi de Desiderijs*, quia testatrix hic considerauit tempus vitæ filiorum, nepotum, & descendentium, ac lineæ Dominorum de Ludouisijs, quod respectu ipsorum descendentium est remotissimum, respectu vero aliorum Dominorum de Lambertinis, cum deficientia dictæ lineæ contingere posset pluribus temporibus, & sic de proximo, fuit in considera tione testatricis non tempus solum remotissimum, sed medium, quo superessent Aldraghettus, vel filij Sertorij, & Camilli. Vbi autem dispositio
16 collata in † filios potest impleri, & purificari in ipsis filijs primi gradus, tunc eam dispositionem non extendi, vt cõprehendat nepotes, sustinuit *Menoch. in sæpedicto consil. 215. num. 39. Decisio vero in dicta Bononien. de Desiderijs*, ideò affirmat testatorem in substitutione facta de transuersalibus cum clausula (& his non extantibus, eorum filios) sensisse non solum de filijs primi gradus, sed etiam de nepotibus, & alijs eorum descendentibus, quia plures ibi coniecturæ efficaces concurrebãt pro vocatione nepotum, vltra probabilem cogitationem temporis valde remoti, cuius tamen considerationem solam non sufficere dicit eadem decisio, nisi alijs concurrentibus cõiecturis desumptis ex cons. ruatione agnationis in testamento expressa, & ex mentione lineæ masculinæ cum di-
17 ctione † continuatiua (per) quæ coniecturæ in casu illius decisionis fuerunt præcipuæ, & valde efficaces, vt Domini mouerentur ad eliciendum voluntatem testatoris, quæ faueret nepotibus, vt ponderatur in dicta *decis. R. P. D. mei Merlini.*

His autem omnibus caret vocatio Dominorum de Lambertinis facta sub no inibus proprijs Sertorij & Camilli, itaut eorum personas, non autem familiam dicatur testatricem fuisse contemplatam etiam respectu aliorum filiorum, cum in illis terminauerit vocationem, & vlterius non fuerit progressa ad perpetuandam bonorum cõseruationẽ in agnatione, neq; huiusmodi perpetuatio potest esse causa vocationis alicuius de familia, quemadmo-
18 dũ dicitur, quod fœminæ sunt † de familia, & agnatione quamuis non perpetuent conseruationem ipsius familiæ, *vt apud Greg. XV. decis. 239. num. 10. & seqq. & in causa de Desiderijs*, progressio in remotissimum tempus erat libera, nec aliquo termino proximo coarctabatur, & re-
19 stringitur ad tempus vitæ Aldraghetti, qui vltra † centum annos non poterat viuere, & loco Aldraghetti fuerunt subrogati filij Sertorij & Camilli, & sic ad oculum constat in hoc casu respectu transuersalium substitutorum nõ posse considerari illud remotissimum tempus, quod fuit consideratum in decisione de Desiderijs, quæ in suo casu verissima est, sed multum distat à præsenti casu.

Neque ex eo, quod testatrix hic substituerit dictos fi-
20 lios cum † qualitate masculinitatis, potest concludi, quod fuerit contemplata agnationis conseruationem, attenta non modica differentia, quam inter dictam qualitatem, & agnationem intercedere animaduertit *Rota in d. decis. 667. numer. 10. par. 2. recent. & coram Seraph. decis. 1216. num 6.* ac post *cons. Farin. decis. 350. num. 7.* Quo circa ra-
21 tio conseruationis debet esse expressa, † non autem præsumi, *vt in d. Florentina fideicommissi de Guidaccijs relata per Fusar. cons. 15. num. 25. & in Ianuen. Iurispatronatus 13. Ianuarij 1612. coram Eminent. D. Card. Pamphilio.*

Minus obstat, quod eadem testatrix non simpliciter vo
22 cauerit filios Sertorij, & Camilli, sed omnes, † & quoscunquè, quæ dictiones vniuersales videntur operari conclusionem rerum, & personarum, quæ aliàs ex propria vocabuli significatione non compræhenderẽtur, vt per *Pereg. de fideicommiss. art. 22. nu. 49. & Fusar. d. quæst. 320. n. 66.* Quia cùm vterque haberet filios, hoc est Sertorius vnum, Camillus verò plures; nulla efficax coniectura sumi potest, quod testatrix respexerit ad alios, quàm ad ipsos filios, in quorum numero proprietas vocabuli, *omnes, & quoscumque*, poterat verificari, illam enim dictio, *omnes*,
23 est † signum vniuersale, quod etiam de duobus prædicatur, vt per *Paul. de Castr. in cons. 123. volum. 1.* & alia dictio *quoscumque*, ideò fuit apposita, quia eadem testatrix verbis immediatè subsequentibus declarauit velle eos in capita, non autem in stirpes succedere, vnde valida præ-
24 sumitur coniectura exclusiua nepotum, † quibus non cõuenit substitutio in capita, sed solummodò in stirpes, vt per *Soccin. Iun. cons. 30. nu. 23. lib. 3.* quem sequitur *Card. Mantic. d. lib. 8. tit. 8. num. 10. Menoch. d. præs. 94. num. 13. & Fusar.* etiam dicta *quæst. 321. num. 85. cum sequent.* & supra etiam fuit considerarũ, vel etiam quia dum in superiori parte testamenti vocando descendentes Comitum Ioannis, & Nicolai voluit eos esse legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos, itaut naturales, vel aliàs illegitimi, & nati extra legitimum matrimonium quomodolibet in ea vocatione non comprehenderentur; in hac posteriori substituendo omnes, & quoscunque filios masculos legitimos, & naturales Sertorij, & Camilli, cum noluerit ab ea excludere filios legitimatos vsa est signo vniuersali *quoscunque*, vt compræhenderet etiam ipsos legi-
25 timatos, † qui veniunt appellatione filiorum legitimorũ, & naturalium, vt ex communi *Doct. sententia probat Peregr. de fideicommiss. art. 23. numer. 40. & sequent.* Et huic interpætationi conferunt ea, quæ in similibus terminis substitutionis *quorumcunque* filiorum tradũt Doct. quod
26 scilicet sub huiusmodi verbis † non censeantur testatores vocasse omnes descendentes, nisi addiderint verbum, nascituros, vel nisi vnus tantum testatori superesset filius de tempore testamenti, in quibus casibus coniectura voluntatis est testatorem sensisse de nepotibus quemadmodũ differit *Gozzad. cons. 36. numer. 9. ad fin. versic. & licet, Soccin. sen. cons. 104. numer. 1. lib. 3. Card. Mant. sæpedicto lib. 8. tit. 8. numer. 22.* & comprobat, *Menoch. ead. præsumpt. 94. num. 28. lib. 4. Petr. Cabal. cons. 181. lib. 1.*

His ita firmatis cessat efficacia coniecturarum suadentium, quod appellatione filiorum in hoc testamento veniant nepotes, quia ex vocatione Aldraghetti viuentis, & senis

ſenis poſt lineam Comitum Ioannis,& Nicolai de Ludouiſijs finitam,apparet teſtatricem cogitaſſe, quòd deficiẽtia lineæ d.Ioannis, & Nicolai poſſet contigere poſt obitum eorundem ſine filijs,quæ quidem poſſibilitas, vt ſupra fuit probatum, ſubuertit coniecturam comprehenſiuam nepotum ex eo deductam, quod ipſa teſtatrix conſiderauerit tempus remotiſſimum, neque vocationem nepotum important dictiones *omnes,& quoſcunque filios*,attenta pluralitate filiorum,quæ cum ſit indubitata in tribus filijs legitimis, & naturalibus, ac alijs fortaſſe illegitimis, vt ſupra fuit quoque conſideratum, non admittit coniecturam ad aliorum comprehenſionem, præter expreſſos propter regulam quod in claris ceſſant coniecturæ.

Neque demum obſtat quod ſubſtitutio dictorum filiorum de Lambertinis fuit concepta per verba *instituit, &*
27 *ſubſtituit*,† quæ cum ſint directa, operantur, vt appellatione filiorum veniant nepotes *l. Lucius Titius. la ſeconda*, & ibi *Doct.ff. de hæred.inſtit.* Quia verbum illud in-
28 ſtituit tamquam poſitum gratia digreſſus ad † plures gradus ſubſtitutionum, non autem in prima inſtitutione importat ſubſtitutionem,*l.Titius,& Seius cum l.ſequent. d. tit.ff.de hæred.inſtit. & l.vltima, C.eodem, Seraph. deciſ. 409.num.16.& 749.num.16* Et ſimiliter ad producẽdum comprehenſionem nepotum redditur inefficax coniectu-
29 ra deſumpta ex † clauſula, *omni meliori modo*, cum per
30 illius appoſitionem abſque dictione copulatiua,† & non alteretur,vel augeatur diſpoſitio,*Rota coram Achill.dec. 1.de verb.ſignifi.& coram Seraph.1216.in fin.ac demum coram Gregor.deciſ.207 num.4.*

Et tandem Domini etiam animaduertebant,quod ſemper debent præferri coniecturæ pro excluſione nepotum,
31 & pro reſtrictione fideicommiſſi, quia ſemper † facienda eſt interpretatio pro libertate bonorum,& pro proprietate verborum, *Roland.conſ.43.num.11.Rimin.Iun.conſ. 389.num.49.& conſ.390.num.12.& 49. Rota apud Card. Seraph. deciſ.1486 num.16. & 17.* cùm hinc inde coniecturæ,& pro vocatione nepotum, & pro illorum excluſione deſumi poſſint, ad inuicem elidantur, & conquaſſentur; quibus omnibus ſublatis remanet ſemper inconcuſ-
32 ſa regula generalis,† quod de proprietate ſermonis,filiorum appellatione non veniant nepotes,præſertim dum agitur de vocatione tranſuerſalium, & de grauamine inducendo deſcendentibus, & in qua propemodum videretur interpretatio,quod tali caſu appellatione filiorum venirent nepotes,ita *Bald.conſ.362. circa med.verſ.nunc in propoſito lib.4.Corn.conſ.97.numer.4.verſic.ego diſtinguo. lib. .Rimin.Iun.conſ.75.num.47.*Menoch. *d.conſ.215.numer.22.& 25.Rota in Anconitana fideicommiſſi 10. Decembris 1603.coram bo.mem.Ottembergo.*

Et ita vtraque parte informante,& diligente examinato articulo per Dominos reſolutum fuit non eſſe locum fideicommiſſo.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.
Ianueñ Fructuum Dotis.

Die Lunæ 15. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Separatio Thori, quando fit ex culpa mariti ob eius ſeuitiam,tunc ipſe non tãtum tenetur ad reſtitutionem dotis,ſed quoque etiam tenetur ad reſtitutionem fructuum dotis, & qualiter iſta taxatio fructuum ſit facienda, quando in aliquo loco non adeſt ſuper hoc particulare Statutum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur ad reſtitutionem dotis,quando Thori ſeparatio ob eius ſæuitiam ſecuta eſt.*
2 *Lis, facit conſtituere quem in mala fide; & numer. 5.& 7.*
3 *Vir ſi commiſerit in legem matrimonij,non debet ex eo aliquod commodum ſentire.*
4 *Vxori non debentur fructus dotis, ſi poſtquam diuertit à viro habuerit alimenta, quando fructus dotis excedunt quantitatem alimentorum.*
6 *Rota ſeruat,quod quando aliquid iubet dari in diem, quod detur in cauſam declarandam per Rotam.*
8 *Sententia operatur, vt omnia retrahantur vſque ab initio.*
9 *Deciſ.in hac cauſa facta coram Card.Pamphil.ſub die 15.Ianuarij 1621.declaratur.*
10 *Fructus dotis debentur vxori, durante lite ſuper ſeperatione Thori, etiamſi conſiſtant in pecunia numerata.*
Et quando hoc habeat locum.num.10.
11 *Mulier ali debet de fructibus dotis, & non de proprietate.*
12 *Fructus dotis appellantur alimenta.& num.13.*
14 *Maritus dicitur pro parte ſuſtinere onera matrimonij,ſi filios aluerit.*
Filios alendi onus computatur inter onera matrimonij num.14.
15 *Filios alere tenetur maritus, quando Thori ſeparatio ſequuta eſt ob eius culpam.*
16 *Vxor in ſubſidium ſolum tenetur alimenta præſtare filijs.*
17 *Statut.Ianuenſe prohibet viro petere fructus dotis ob dilatam ſolutionem.*
18 *Statutum contra ius, non eſt extendendum vltra expreſſa.*
19 *Statutum particulare, vbi non adeſt in aliquo loco, tunc,recurrendum eſt ad conſuetudinem Regionis, & Ciuitatis.*
20 *Pecuniæ in Ciuitate Ianuen. non ſolent manere otioſæ.vide num.21.& 22.*

DECISIO CCLXXX.

DVBITAVI. An, & ad quam ſummam debeantur, & veniant taxandi fructus dotis. Et quantum atti-
1 net ad primam partem dubij, cum ſeparatio Thori † fuerit facta culpa mariti ob illius ſæuitiam,vtique ſicuti is tenetur ad reſtitutionem dotis, *Bald.in cap.1.num.2. vt lit. non conteſt. Abb.in cap.1 ſub num.2.de donat.inter vir, & vxor.Guttierez.lib.1.qq.Canonicar.cap.24.num.14. Mãdoſ.conſ.46.ſub num.5.Natt.conſ.616. num. 1.Valenzuol. conſ.31.num.42.Menoch.conſ.1024.num.3.Seraph. deciſ. 1315.* ita quoque tenetur ad reſtitutionem fructuum, &
2 ratio eſt,quia dum † lis durauit, fuit in mala fide, & cum non ſuſtinuerit onera matrimonij,non fecit fructus ſuos, cum dentur contemplatione dictorum onerum, *Bald. in l.1.num.1.verſ.matrimonio autem.C.de priuileg.dot. & in l.vltima in fin.C.de ſen.quæ ſine cert.quant.& in l.vlt.§.ſed, ſcimus.num.1.verſ.cur autem 3.ff.de latin.libert.toll.Rim. Sen.conſ.184.num.47.& 48.lib.1.poſt Odofredum & alios in l.cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſſimo.ff.de ſolut.matrim.*
3 *Caualer.deciſ.376.num.3.* cum enim vir † commiſerit in legem matrimonij,non debet ex eo aliquod lucrum conſequi, *l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.Bald.in l.vbi adſint num.*

num.21. C. de iur.dot.& in l. ab hostibus,§.fin.ff.solut. matrim. Surd. de aliment. num.7 quest.25.num. 2. & 3. Lupus in rubric.de donat.inter vir.vxor. §.64.nu.12 Osasch. decis. 124.num.12. Cordub.in l.si quis à liberis.num.8. de liber.agnosc.

4 Non obstat, quod vxori non debeantur fructus † dotis, si postquam diuertit à viro habuerit alimenta; si fructus dotis excedunt quantitatem alimentorum. *Castrens. cons.65.numer.3.circa medium.vers. secundo,quia non est verum.libr.1.Barbos. in rubric.ff.de solut.matrim.part. 2. num.45. Aymon.cons.31.num.6.* quia ex supradictis, communis opinio stat in contrarium, & merito quidem, cum
5 vir censeatur esse in mala † fide post litem motam, nec sustineat onera matrimonij, quæ licet videatur sustinere, ex quo soluerit alimenta, tamen censetur sustituisse onus solum pro illa rata alimentorum, quæ debent excomputari inter fructus dotis pro rata, nõ autem hoc operatur, quod ex mala fide vir non teneatur ad integros fructus dotis, &
6 hinc Rota perpetuo seruat, † quando aliquid iubet dari in diem, quod detur in causam declarandã per Rotam. Nec ratio Barbosæ mouet, scilicet, quod lite pendente maritus
7 sit dominus dotis, quia cum per litem motam † constituatur in mala fide, & pronuncietur super separatione Thori ad fauorem mulieris, cum teneatur dotem restituere,
8 vtique, & fructus per supradicta, sententia † enim operatur, vt omnia retrotrahantur vsque ab initio. *Rom. cons. 454 num.26.& 27.Natt.cons.534.num.12.Rot.decis.693. num.1.par.1.recent.*

9 Nec contrarium dicit † decisio in hac causa facta 15.Ianuarij 1621. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Pamphilio, quia solum admittit dictum Castreñ, & Barbosæ, vt procedat lite pendente, finita autem lite hoc non admittit.

Neque obstat, quod dos consistat in pecunia numera-
10 ta, quia nihilominus † fructus dotis durante lite debentur cum mulier non habeat aliunde vltra dotem, & fecerit diligentias pro dote habenda, stante lite mota super separatione Thori, *Afflict.decis.284. Thesaur. decis.43.* & fuit resolutum in causa *Spoletana vsusfructus* 18. *Maij* 1589. *coram bo.mem.* Card. *Mantic.* & in causa *Romana, seu Cesenat. fructuum dotis 15. Iunij* 1603. *coram Litta*, & in causa *Romana fructuum dotis 12. Iunij* 1606. *coram*
11 *bo.mem.Francisco Penia.* Mulier enim debet ali de † fructibus dotis, & non de proprietate. *Abb. in cap. salubriter. in primo notab. de vsur.* & fuit dictum in causa *Taurin. liquidationis fructuum 17.Nouem.1595.coram Mãt.*
12 fructus † enim dotis, appellantur, alimenta. *Alex.cons.63. num.3.lib.1.& cons.280.num.7.lib.2.* & ideo sunt fauorabiles, quos propterea tolerat ius Canonicum, *cap.salubriter.de vsuris Rolan.cons.55.num.18.lib.2. Paris.cons.64. num.1.& seqq.vol.4.* & fuit dictum in causa *Romana fructuum.dotis 9.Ianuarij 1598. coram Orano.* Nec potest
13 argumentum retorqueri, quod, si fructus dotis † appellentur alimenta, mulier habuerit alimenta; & ideo intret opinio Castren. quia alimenta habent suam latitudinem, & cum agatur de muliere nobili, quæ fecit multas impensas, vtique certum est, ei deberi integros fructus dotis.
14 Non enim obstat, quod in parte D.Marchio † sustinuerit onera matrimonij, cum filios aluerit. Quia fuit responsum, quod, & si certum sit, inter onera matrimonij com-
15 putari onus alendi filios. Attamen cum separatio † Thori fuerit facta culpa mariti, ad ipsum spectabat filios alere,
16 non autem ad mulierem, quæ † solum in subsidium teneretur, *§.illud. Auth.vt liceat matri,& auię. Auth.si quando C.de diuortijs. Guttier. Canonicarum quest.libr.1.cap. 24.num.19.* & fuit resolutum coram me in causa *Romana fructuum dotis 12.Maij 1625.* Denique non obstat Statu-
17 tum Ianuense, † quod prohibet viro petere fructus dotis ob dilatam solutionem, quia cum hoc Statutum sit con-
18 tra ius, vt patet ex prædictis, non † debet extendi ad mulierem.

Quantum attinet ad secundam partem dubij: ad quam rationem fructus sint taxandi, visum fuit Dominis esse ta-
19 xandos ad rationem 6. † pro centenario, & anno, quia vbi non adest Statutum particulare; debent taxari iuxta consuetudinem Regionis, & Ciuitatis, vt fuit resolutum in causa *Interamn.fructuum dotis 26.Februarij 1597. coram Gypsio, & in Senogallien.fructuum dotis 20.Nouembris 1598.coram bo.mem.Horatio Lancellotto, in Asculana Predij 22.Iunij 1609.coram bo.mem.Penia, & in Perusina dotis 9.Iunij 1614.coram bo.mem.Francisco Vbal-*
20 *do.* Agitur enim de pecunijs debitis † in Ciuitate Ianuen. in qua non solent remanere otiosæ, & propterea visum fuit taxationem deberi ad rationem sex pro centenario, quamuis in *Perusina dotis 17. Martij, & 17. Maij 1630. co-*
21 *ram R.P.D.meo Dunozetto*; Rotæ placuerit taxari ad † rationem quinque; quia dicta taxatio in Ciuitate Perusi-
22 næ videtur tollerabilis, quod non videtur in Ciuitate † Ianueñ, stante, quod ibi pecuniæ non soleant remanere otiosæ, vt dixi.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. PANZIROLO.

Firmana Dotis.

Die Mercurij 17. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Læsio, vt rescindat transactionem, qualis esse debeat. Transactio, vt sustineatur, quid sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Obligationis Cameralis vis eliditur per pactum de non petendo.*
2 *Transactio, vt rescindatur per læsionem, requiritur, quod sit enormis.*
3 *Læsio, si pendeat à futuro euentu mortis alicuius iam ætate consumpti, non videtur considerabilis pro rescindenda transactione.*
4 *Lis, si super aliqua re pendeat incertum est, cui debeatur.*
5 *Læsio excluditur per incertitudinem.*
6 *Transactio, vt sustineatur sufficit litis timor etiam ex ex prætensione non iuridica.*

DECISIO CCLXXXI.

RESOLVERVNT Domini sententiam A.C. esse cõfirmandam, & ratio resolutionis fuit, quia super dotis prætensione, & fructibus viuente D. Claudio debitore D.Comes Franciscus Maria, per transactionem initam
1 fecit pactum † de non petendo, quod elidit vim obligationis Cameralis, *Mohed. decis.2.& 3. de except. Rota diuers decis. 1159.par.3.& post Zacch. de oblig.Cam. decis.82.numer.2.* & fuit dictum in *Romana pretensę executionis contractus* 27. Maij 1594. *coram bon. mem. Litta.*

Nec videbatur posse dubitari de transactionis vtilitate respectu Comitis transigentis, dum in ea Claudius consensit restitutioni bonorum captorum d. Comiti in pignus, ob non factam restitutionem processus originalis cum remissione pariter quarumcunque actionum, quas contra eundem habebat ea de causa, cum obligatione de illum, nec ciuiliter, nec criminaliter molestando, aut ab alijs molestari consentiendo. Et vice versa d.Comes se obligauit viuente Claudio dotem sibi promissam non petere, ac fructus iam decursos, & decurrendos eiusdem Claudij
2 vita durante condonare; Ex quibus † videtur cessare enormis læsio ad infringendam transactionem requisita,

ta, *glos. in l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebell. Bart. in l. 2. num. 7. & 8. C. de rescript. vend. late. Gratian. discept. 851. num. 4. Caual. decis.* 407. *num.* 1. & eo facilius iuerunt Domini in hanc sententiam, ex quo huiusmodi pactum initum fuit
3 durante vita Claudij in † septuagesimo suæ ætatis anno constituti. Vnde cum læsio penderet à futuro euentu mortis ipsius non fuit visa considerabilis pro rescindenda transactione, *Dec. cons.* 352. *num.* 11. *Bero. cons.* 176. *numer.* 64. *lib.* 1.

Nec similiter aliqua læsio potuit prætendi super inter-
4 usurijs decursis, & in transactione remissis. Quia cum † super illis adhuc lis penderet, incertum erat an deberen-
5 tur, per quam † incertitudinem læsio excluditur. *Bald. in l. fin. §. sed si quis. C. com. de leg. Rolan. cons. 28. numer. 24. lib. 4. Gratian. forens. discept. 861. num. 6. & 7.* Rota in *Gerunden. Anniuersariorum* 14. *Nouembris* 1586. *coram*
6 *bon. mem. Orano.* vbi etiam fuit dictum, quod † ad sustinendam transactionem sufficit lis de facto ex prætensione non iuridica.

Et ita Claudio solum informante decisum fuit &c.

¶ Adest infra in eadem causa altera decisio coram eodem R.P.D. Panzirolo sub die Lunæ 26. Iunij 1634.

R. P. D. PANZIROLO.

Vercellen. Membri.

Die Veneris 26. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Ex appræhensione possessionis Ecclesiæ, vt dicatur etiam apprehensa possessio aliarum, rerum ad eam spectantium, quid requiratur. Ex possessione vniuersali, quando inferatur, & quando è contra ad possessionem particularem, & quando infertur, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concedenda est possidenti de tempore motæ litis.*
2 *Possessionis actualis apprehensio probatur ex publico instrumento.*
3 *Emphyteotarum recognitio facit, vt quis præsumatur possessor.*
4 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non existente in possessione.*
5 *Manutentio nullo modo dari potest ei, qui dimissioni possessionis consensit.*
6 *Possessio solo animo dimittitur.*
7 *Per possessionis adeptionem vnius loci, censetur etiam capta possessio omnium bonorum ad dictum locum spectantium.*
8 *Ex possessionis adeptione vnius rei, non infertur ad possessionem alterius rei, ab illa totaliter distincta. & numer. 14.*
9 *Manutentio non potest dari, si de possessione non constet.*
10 *Ex possessione vniuersali ad particularem infertur.*
Ex possessione vniuersali tunc non infertur ad particularem, quando dubitatur rem particularem esse de pertinentibus Iuris vniuersalis. num. 10. & 14.
11 *Ex possessione vniuersali, vt inferatur ad particularem, in primis debet constare de annexione, & incorporatione talis rei particularis.*
12 *Probatio debet concludere pernecesse.*
13 *Verbum, Grancia, ex communi vsu loquendi redditur ambiguum, cum ex eo non inferatur vnio, & incorporatio.*
15 *Separatio, & distinctio vnius rei ab alia, si plenè, & concludenter probetur tunc amplius, non est dicendum quod dictæ res sint vnitæ.*
16 *Vnita, si essent aliqua bona alicui Ecclesiæ, &c. non quid modicum, sed omnes fructus, ad eam spectarent.*
17 *Cum tunc potius indicatur quædam subiectio quàm vnio, & incorporatio.*
18 *In Bonis Ecclesiasticis alienari solitis non requiruntur solemnitates, nec Beneplacitum Apostolicum.*
19 *Concessio facta à Papa cum clausulis amplissimis, videtur sublata omnis alia ordinatio.*
20 *Clausula, supplentes, apposita in gratia, facit actum validum, etiam si esset inualidus.*
21 *Clausula, pro sufficienter expressis, vnita cum clausula; non obstantibus, facit vt omnia contraria censeantur sublata, etiam si egerent speciali mentione.*
22 *Clausula, pro sufficienter expressis, operatur, vt omnia contraria censeantur expressa, & inserta.*
23 *Ex clausula, pro sufficienter expressis, tollitur subreptio.*

DECISIO CCLXXXII.

CVM SVB die 10. Februarij dubitassem an in Membro Prioralis S. Iacobi della Pizzata Religionis Hierosolymitanæ danda esset manutentio Domino Ciaię, vti moderno Priori Lombardiæ, vel potius fratri Cęsari Cagnolo, vti de eo inuestito vsque de anno 1630. à Catalitano Casato antecessore in d. Prioratu. Domini ordinarunt vt videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis. Vnde iterum hodie proposita causa, fuit resolutum
1 fratri Cæsari dandum esse † mandatum de manutenendo, vt possidenti de tempore motæ litis, *vulgato §. retinendæ Inst. de Interd. Greg. decis. 6. num. 3. cum similibus.* pro-
2 bat † enim actualem apprehensionem ex publico Instrumento. *Rol. cons. 46. num. 18. lib. 2. & cons. 6. numer. 18. & 19. lib. 5. Natta cons. 572. num.* 15. concurrente præsertim
3 recognitione subsecuta † Emphyteotarum *Ruin. cons. 158. num. 22. lib. 1. Afflict. decis. 325. num. 3. Rota decis. 155. nu.*
4 *2. par. 1. recent.* Quæ possessio instrumentalis alio in † ea non existente absque dubio est manutenibilis. *Rota decis. 21. de restit. spol. in antiq. Bisign. decis. 8. eodem tit. Caputaq. decis. 334. num. 5. par. 2. & alias passim.*

Et eo magis Domini putarunt dictum Cęsarem esse manutenendum, quoniam de illius bono Iure visum est constare ex eo, quod cum de mense Februarij 1630. per obitum fratris Horatij Turigliæ dictum Membrum vacasset, & per D. Catalianum Casatum tunc tẽporis Priorem Lombardiæ fuisset in perpetuam administrationem concessum fratri Cæsari Cagnolo, cum expressa conditione, quod huiusmodi Concessio, vel à Summo Pontifice, vel à Magno Magistro confirmaretur, non solum apparet de expressa confirmatione obtenta à Sãctissimo, cum amplissimis clausulis, derogando statutis, & ordinationibus d. Religionis, etiam iuratis, ac Apostolica auctoritate roboratis, vt ex Breui dato in Summario Cæsaris num. 2. Sed cum dictum Breue coram Eminentissimo Magno Magistro eiusque Consilio fuisset præsentatum ac iustificatum, nemine discrepante, non solum decretum fuit, vt regi-

registraretur, ac debitæ executioni demandaretur, sed insuper Bullæ dicti Membri ad fauorem fratris Cæsaris in forma nouæ Concessionis, quatenus opus esset expedirentur, prout expeditæ fuerunt d. Summario numero 3. Et illarum vigore de anno 1632. de mense Ianuarij fuit capta possessio, vt supra dictum est. Summario numer. 4. & 5. Quò circa cum D. Antonius Maria Ciaia Modernus Prior tamquam vnus de Consilio approbauerit prouisionem factam ab Antecessore ad fa-
5 uorem Cæsaris, ac consenserit executioni d. Breuis † Apostolici, & expeditioni nouæ Concessionis factæ per D. Magnum Magistrum nullo modo potest manuteneri, vt per *Alex. cons. 92. numer. 4. & lib. 1. Paris. cons. 1. numer. 164. lib. 1. Cassad. decis. 4. numer. 6. de rest spol. Ve-*
6 *rall. decis. 172. num. 4. & 6. par. 3.* cum † possessio solo animo amittatur *l. si quis, §. differentia, ff. de acq. posses. Alex. in l. 3. §. in ommittendo, numer. 5. ff. eod. Bart. in l. cum falsa, numer. 2. vers. secus in possessione C. de iur. & fact. ignor.*

Nec obstare visum fuit, quod cum D. Prior Ciaia cœperit possessionem Ecclesiæ Sancti Petri Commendæ Astensis, quæ dicitur Membrum dicti Prioratus, dicendum est cœpisse etiam possessionem Membri Sancti
7 Iacobi; cum per ademptionem possessionis ipsius Prioratus, censeatur cœpisse possessionem omnium bonorum ad ipsam spectantium, per ea, quæ tradit *Innoc. in cap. cum in literis, numer. 8. de restitut. spoliat.* & post alios *Rot. decis. 19. numero 7. part. 2. diuers.* Quia ex adeptione possessionis Ecclesiæ Sancti Petri vti dependens
8 † à Commenda Astensi non potest inferri ad possessionem Ecclesiæ Sancti Iacobi totaliter ab ea diuersa, & separata *Gonz. ad reg. de mens. glos. 34. numero 109. Rota coram Reuerendissimo D. meo Coccino, decis. 30. numer. 3.* Et obiectum procederet, vbi constaret dictam Commendam esse in possessione Membri, de quo a-
9 gitur, † vnde cum de tali possessione non constet, non potest dari manutentio, *Aretin. in l. 3. numer. 8. vers. hæc tamen dicta, ff. de acquir. possess. Abb. in cap. 1. numero 3. vers. secus autem, de relig.* & fuit resolutum *in Lucana optionis domus 24. Aprilis 1606. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Pistorien. Prioratus 17. Martij 1615. coram Card. Verospio.* licet enim
10 ex vniuersali † possessione ad particularem inferatur, id tamen locum habet, quando non dubitatur rem particularem esse de pertinentibus Iuris Vniuersalis, *ex doctr. Bald. in l. 1. in 2. Lect. numero 24. vers. tu dic. C. de emancip. libert. fil. in cap. auditis, numer. 19. post med. vers. ceterum quia contra hoc, de præscript.* Et ideò ad
11 hunc effectum deberet priùs concludenter † constare de annexione, & incorporatione, *Add. ad Gregor. decis. 54. numer. 4. & decis. 364. numer. 6. Vers. item Conclusio.*

Nec releuat, quod cum in concessione facta à dicto Cateliano Casato, & in Breue Sanctissimi enuncietur, Ecclesiam Sancti Iacobi de qua agitur esse Membrum Commendæ Prioralis, satis dicatur probata annexio, & incorporatio. Quia hæc expressio non con-
12 cludit pernecesse cum possit esse quod † Membrum sit subiectum Commendæ, & tamen ab ea separatum, & distinctum, *Gregor. decis. 77. num. 5.* vti dicitur de Grancia, quod ex ea non inferatur vnio, & incorporatio, cum
13 ex communi, vsu loquendi, verbum † illud reddatur equiuocum, vt fuit decisum in *Caputaquen. Vnionis 24. Nouembris 1593. coram bon. mem. Penia, & in Parmen. Prioratus 19. Aprilis 1600. coram eodem*; Et sic non probata
14 sufficienter Vnione istius † Membri ad ipsum Prioratum non potest inferri ad possessionem istius Ecclesiæ, *Rota coram Reuerendiss. Coccino Decano decis. 212. nu. 8.* Sed cessat omnino difficultas, quia re vera apparet, nec Ecclesiam Sancti Petri, nec Prioratum esse in possessione bonorum, & Iurium Membri Sancti Iacobi, ex quo fuit solitum alijs dari, & concedi. Nam cum de anno 1588. reperiretur dictum Membrum possessum à personis laicis in præiudicium Religionis Hierosolymitanæ, in Capitulo generali, ad preces Aequitis Nicolai Simeoni, fuit illi per dictum generale Capitulum, & Magnum Magistrum concessum sub annua recognitione scuti aurei, soluendi ipsi Priori pro tempore existenti, vt in Summario numero 6. per cuius Nicolai obitum illud postea obtinuit Frater Gabriel Simeonus, & postea per resignationem fuit à Magno Magistro de eo prouisus Frater Horatius Turriglia, cum eadem recognitione vnius auri, Summario numero 7. per cuius obitum Horatij fuit demum prouisus Frater Cæsar Cagnolus, ex quibus multiplicatis Vacationibus, seu Concessionibus fa-
15 ctis diuersis Personis, † videtur potius plenè, & concludenter constare de totali distinctione, & separatione dicti Membri ab ipso Prioratu, vt fuit dictum *in Caputaq. Vnionis 27. Nouembris 1587. coram bon. mem. Bubalo.* Atque hæc incorporatio, & annexio omninò excluditur, ex d. solutione vnius aurei, solita fieri quolibet anno per obtinentes dictum Membrum Priori pro tempore, nam si esset vnitum, non quid modicum, sed omnes fructus spectarent ad Prioratum, vt per *Vitalin. in Clem, 1. numero 100. & seqq. de excess. Prælat.*
16 *Adden. ad Greg. decis. 77. numero 10.* ex hac † enim solutione potius iudicatur quædam subiectio, quam incorporatio, vt in terminis fuit resolutum *in Taruisinu Parochialis. 31. Maij 1613. coram bon. mem. Vbaldo.* Et in omnem casum pro exclusione D. Prioris sufficeret,
17 † quod vnio seu annexio reddatur dubia, vt in præallegata decisione *Pistorien. Prioratus 7. Martij 1615. coram Card. Verospio.*

Et ex his cessat vltimum obiectum fundatum in eo, quod in penultimo Capitulo generali fuit condita ordinatio sub *capit. 13. de Commend.* per quam generaliter fuit sublata omnis Auctoritas Prioribus, alijsque Commendatarijs concedendi Membra similia, & per consequens concessionem factam Cæsari per dictum Cate ianum Casatum fuisse nullam, vti præiudicialem Cameræ Priorali. Quia vel dicta Ordinatio debet intelligi de Membris annexis & vnitis, non autem separatis, ac solitis concedi, cum possit esse Membrum, & tamen non vnitum, neque incorporatum, vt supra dictum est; vel ordinatio debet verificari de Mem-
18 bris, quæ non sunt solita concedi, prout dicitur † de bonis Ecclesiæ alienari solitis, in quibus non requiruntur solemnitates, nec Beneplacitum Apostolicum, *Hond. cons. 31. numer. 1. lib. 2. Roduan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 51. cap. 6. numer. 1. & seqq. Mohed. decis. 8. de locat. Cæs. de Grass. decis. 3. numer. 4. de rebus Eccles. non alien.* Et in omnem casum cum concessio sit confirmata à Papa, cum amplissimis derogationibus vide-
19 tur † sublata dicta ordinatio. *Staphil. de expect. §. post prædicta, numero 1. Rota decisio. 41. de concessio. præb. in antiq. Rota recent. par. 1. decis. 506. numero 5.* Stante præsertim Clausula (*supplentes*) apposita in ip-
20 so Breui, quæ facit † actum validum, etiam si esset inualidus, *Abb. cons. 62. numero 4. vers. & satis colligitur lib. 1. Seraph. decis. 1027. numer. 6. & decis. 1070. nu-*
21 *mer. 3.* iuncta etiam † Clausula (*pro sufficienter expressis*) quæ vnita cum Clausula (*non obstantibus*) facit vt omnia contraria censeantur sublata, etiamsi specialiter fuisset narranda, vt *in d. decis. 506. sub numer. 5. par. 1.*
22 *recent.* Ex ea enim † fit, vt tenor omnium Statutorum habeatur pro expresso & inserto, *Butr. cons. 2. Felin. in cap. si super literis, numer. 9. de rescript. Gabriel. conclus. 5. numer. 1. de Clausul Greg. decis. 109. numero. 11.* latè *Gonz. ad reg. de mens. glos. 36. numer. 22. & seqq.* Et ex
23 ea † tollitur subreptio. *Gemin. cons. 126. numer. 6. Rota in Ferrarien. de Tassonis 14. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbald.*

Ex quibus parte vtraque informante, non solum visum est constare de possessione manutenibili Fr. Cæsaris, sed etiam de ipsius bono Iure, &c.

R. P. D.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien Bonorum de Barzellinis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum relictum sub conditione, si sine filijs &c. expirat, vno decedente cum liberis. Fideicommissum, cum sit odiosum, vt inducatur, non sufficiunt quælibet coniecturæ, & quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum pluribus substitutis cum conditione si sine filijs aliquis obierit &c. tunc si vnus decedat relictis filijs, fideicommissum expirat, & num. 4. & 5.*

2 *Sed ista opinio non habet locum, quando adsunt coniecturæ pro fideicommisso.*

3 *Fideicommissum vt inducatur, cum sit onus, non omnes coniecturæ sufficiunt, sed illæ dumtaxat, quæ necessario concludunt, & ex verbis à Testatore prolatis colliguntur.*

6 *Fideicommissum perpetuum non inducitur ex grauamine dotandi fœminas in infinitum.*

7 *Coniectura vnica non est sufficiens ad inducendum fideicommissum perpetuum, vbi tot alia verba testamenti repugnant.*

8 *Prohibitio particularis alienationis non extendit genericam, stante diuersitate rationis.*

9 *Fideicommissum sine necessitate, & vi verborum non est inducendum.*

10 *Institutio cadit in hæredibus primi gradus, & respectiue substitutio, dum ad inuicem, & reciproce &c. fuerint substituti.*

12 *Fideicommissi extensio non potest fieri de filijs grauatis ad nepotes non grauatos.*

13 *Copula (&) regulariter ponitur inter diuersa.*

14 *Materia odiosa, non debet intelligi extensiue, sed restrictiue, & qualificatiue.*

15 *Copulæ (&) natura est repetere omnes qualitates præcedentis dispositionis.*

16 *Hæredis confessio non est attendenda, si ex testamento constet, rem aliter se habere.*

17 *Confessio nocere debet confitenti, & habentibus causam ab eo.*

18 *Confessio, si detegatur erronea, non obstat.*

DECISIO CCLXXXIII.

ITERVM proposita causa super ijsdem tertio, fuit dictum esse dandam immissionem Cosmo Barzellino in bonis ex Testamento Alphonsi fideicommittentis, quę nunc possidentur per D. Vincentium Barzellinum, vt in decisionibus coram me factis in hac causa 12. Decembris 1633.* & 22. Martij præteriti,* ex quarum lectura probatur interuenire requisita necessaria, ad hoc, vt competat remedium, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

Nec obstare fideicommissum Virgilij senioris fuit dictum, quia dum instituit Gasparem, Bartholomæum, & Lactantium filios, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ita, quod vno decedente, quandocunque sine filijs masculis, portio illius sic decedentis deueniat ad alium, seu alios superuiuentes, & ipsis non extantibus ad eorum filios in stirpes, & non in
1 capita. Vnus † autem ex dd. filijs institutis, & substitutis obierit cum filijs, expirauit fideicommissum, *l. ex facto, §. si quis autem, vbi Castrens. ff. ad Trebell. l. cum vxorem, ff. quando dies legat. cedat, Oldrad. cons. 21. Alex. cons. 139. lib. 6. Dec. cons. 218. num. 6. & seqq. Paris. qui de communi testatur cons. 31. num. 2. circa med. lib. 2. & Aym. cons. 67. num. 8.*

Neque obstat, quod huiusmodi communis opinio lo-
2 cum non habeat, † quando pro fideicommisso adsunt coniecturæ, *Dec. cons. 480. num. 5. Aym. cons. 326. numer. 16. Gabr. de fideicommis. conclus. 7. numer. 4.* si quidem ad
3 inducendum fideicommissum, quod est onus, † non omnes coniecturæ sufficiunt, sed illæ dumtaxat, quæ necessario concludunt, & ex verbis à Testatore prolatis colliguntur, *l. huius. §. tres hæredes. ad Trebell. Paris. cons. 14. num. 12. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. numer. 23.* in decisionibus autem factis, nec ex verbis, nec ex mente Virgilij firmatur colligi coniecturas pro perpetuo fideicommisso, cum singulis deductis per Vincentium, fuerit abunde responsum, quia verè non concludunt continua-
4 tionem fideicommissi iam † per susceptionem filiorum à Gaspare eiusdem fideicommittentis filio, & existentiam de tempore eius mortis iam extincti.

Illa enim deducta ex vocatione filiorum, & descendentium Ioannis Galeatij in infinitum, tollitur ex eo, quod
5 procedit † data existentia, & purificatione illorum substitutionis. Ea verò deficiente ob defectum conditionis, sub
6 qua fuit concepta non habet locum, qua ratione cessat, † & altera desumpta ex grauamine dotandi fœminas in infinitum, vt in puncto respondet *Dec. cons. 513. ad fin. vers. vltimo non obstat, & facit Fusar. de substit. quæst. 480. num.*
7 *18.* neque ex sola sufficiens † est ad inducendum perpetuum fideicommissum, vbi præsertim tot alia verba testamenti repugnant.

Prohibitio autem alienationis stat accessoriè, & consecutiue ad substitutionem, si sinè filijs, & alia particularis
8 prohibitio super domo, non extendit antecedentem † genericam prohibitionem super alijs bonis, stante diuersitate rationis, ob particularem affectionem Testatoris, vt domus conseruaretur in agnatione, iuxta ponderata in alijs decisionibus, in quibus etiam respondetur digressioni ad plures gradus substitutionum.

Non obstat, quod dictum fideicommissum Virgilij nõ expirauerit per obitum filiorum cum filijs, dum prætenditur nepotes etiam fuisse grauatos restituere descendentibus Io. Galeatij, si decederent sinè filijs masculis, ponderando verba illa testamenti (& successiuè dd. eius filijs, vt supra hęredibus institutis, & substitutis decedentibus quãdocunquè sine filijs masculis legitimis, & naturalibus,) quæ prætenditur non restringi ad filios hæredes testatoris, qui non substituit solum filijs hæredibus institutis, sed etiã nepotibus substitutis, quoniam imò magis congruum est, vt dictum verbum (substitutis) referatur ad ipsos filios, qui fuerant inuicem, & reciprocè substituti, tùm, quia per hanc interprætationem excluditur onus fideicommissi,
9 † quod sine necessitate, & vi verborum, non est inducendum, tum quia verba illa (dictis, vt supra &c.) tanquam restrictiua ad supranominatos, non debent inducere ampliationem, sed potius limitationem ad filios primi gradus, iuxta *tradita per Dec. cõs. 377. nu. 4. in fine, & glos. in l. Lucius ff. de hæred. instit. Decian. respon. 47. numero 28. vers. quia respondeo libr. 3. Menoch. cons. 610. numer. 2. & seqq. Surd. cons. 230. numer. 25. Fusar. cons. 98. num. 6. & cons. 99. numero 1. & seqq.* & maior est superfluitas, quod Testator vsus fuerit verbo, institutis, dum de filijs filiorum intellexit, quam quod verbum, substitutis, adiunxerit eisdem filijs, in quibus benè verificabatur ob reciprocam substitutionem, quia in filijs primi gradus † cadit in-
10 stitu-

tio, & respectiue substitutio, dum ad inuicem, & reciproce vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum fuerint substituti altero ex dd. filijs quandocunque decedente sine filijs masculis, & ideo contra *Decian. consf. 84. num. 19. lib. 3. præter Peregr. de fideicomm. art. 29. num. 41. & Fusar. consf. 98 num. 6. allegatos in alia decisione 22. Martij* in hac causa tenuerunt *Dec. Menoch. & Surd. in locis supra alleg.* & propterea dum in eodem testamento sequitur (& successiuè dd. eius filijs, vt supra hæredibus institutis, & substitutis, decedentibus quandocunque sine filijs masculis) clare patet sermonem fuisse ex dictione (dictis,) & relatione (eius) de proprijs filijs, qui vere erant instituti, & substituti, non autem de filijs filiorum, qui sunt nepotes tantummodo vocati actiue, non autem reciproce inter ipsos; nepotes enim non grauantur, sed filij tantum, &
11 quando adsunt verba restrictiua per dictiones † demonstratiuas (dictos) & relatiuas (eius) tunc nepotes non veniunt in capite separato substitutionis & ad hoc benè facit, quod notat *Bart. in l. Gallus §. Instituens circa finem ff. de lib. & posthum. Abb. consf. 40. lib. 1. Alex. consf. 51. in princ. lib. 3. Dec. consf. 217. numer. 9. vers. & ista conclusio, Surd. consf. 464 num. 2. Honded. consf. 60. nu. 55. & seqq. ex Ruin. Bursat. & Rimin. Iun. per eum alleg.* extensionem au
12 tem fideicommissi † non posse fieri de filijs grauatis ad nepotes non grauatos fuit firmatum in alijs duabus decisionibus, quæ reuidentur in prima in §. nam fideicommissum Virgilij, in secunda vero in §. Neque obstant coniecturæ, in quibus per DD. fuit resolutum, quod quando verba possunt aliquid operari nunquam fit extensio, prout bene operantur in proposito casu, dum, vt fuit demonstratum, supra, filij Virgilij Senioris respectiue sunt instituti, & ad inuicem reciprocè substituti, instituti, respectu ipsius Testatoris, substituti respectu reciprocæ substitutionis inter ipsos filios decedentes quandocunque sine filijs masculis.

Pariter nihil faciunt deducta ex copulatiua, &, ibi (vt supra heredibus institutis, & substitutis decedentibus &c.)
13 sub prætextu, quod † regulariter ponatur inter diuersa; Quia cum versemur in materia fideicommissi odiosa non
14 potest † intelligi extensiue, sed restrictiue, & qualificatiue, vt late *per Honded. consf. 2. num. 25. & seqq. & consil. 8. num. 48. lib. 1. Ruin. consf 112. num. 3. lib. 5. Rol. à Val. consf. 79. num. 45. & seqq. lib. 3. Rot. in recent. decis. 596. numer. 4. par. 1.* & sic dicendum est positam inter verba Institutionis, & substitutionis copulatiue tamen ad repetendas om-
15 nes † qualitates præcedentis dispositionis, iuxta naturam ipsius copulæ (&) *ad tex. in l. seriæ. §. Caio, vbi Bar. & DD. ff. de fund. instruct.*

Tandem declarationes Horatij, & Alphonsi super perpetuitate fideicommissi nihil concludunt in præiudicium Cosmi, quia cum ex Testamentis constet rem aliter se ha-
16 bere, quàm † ex dictis confessionibus confessi fuerint Horatius, & Alphonsus non sunt attendendæ, quinimò ipsis confitentibus non nocent, *l. ornamentorum ff. de auro & argen. leg. Bart. in l. 1. ff. si cert. pet. Surd. consil. 403. num. 76. et seqq. Soccin. Iun. consf 180. num. 82. libr. 2.* & in om-
17 nem casum quatenus † assertio Horatij posset nocere, noceret habentibus causam ab eo, non autem Cosmo, qui non est heres Horatij, & ita procedunt iura in contrarium relata, in quibus restringitur præiudicium ad confitentes,
18 eiusque successores, assertio † verò Alphonsi emanauit in alia causa, &c. ad alium effectum, &c. ex deductis in decisionibus detegitur erronea, & ideo non obstat.

Ex quibus DD. vtraque parte informante confirmarunt supradictas duas decisiones.

* Prima est decisio 249. supra in hac eadem parte.

* Altera verò est decisio 272. pariter supra in hac parte.

¶ In eadem causa adest infra altera decisio sub die 20. Nouemb. 1634. coram bon. mem. Buccabella.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caetanis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ex prohibitione alienationis bonorum, quando dicatur inductum fideicommissum absolutum, ad fauorem illorum de domo, & familia. Fideicommissum reciprocum, quando, & quid requiratur, vt censeatur inductum. Dominij translatio impeditur ex prohibitione alienationis cum hypoteca, siue sit generalis, siue sit specialis hypoteca, &c Restitutio in integrum, quando post quadriennium etiam concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum absolutum inducitur ad fauorem illorum de familia ex prohibitione alienationis pro conseruatione bonorum in familia. amplia, num. 2.*

3 *Alienationis prohibitio in fideicommisso, quando stat consecutiue, licet non inducat nouum fideicommissum, nihilominus illud declarat.*

4 *Ratio continuati sermonis inducit repetitionem supradictorum.*

5 *Fideicommissum, nedum inter viuos, sed etiam in casum mortis, censetur inductum, ex prohibitione alienationis facta in infinitum.*

6 *Verbum, alienare, est generale, & potest comprehendere alienationem non solum inter viuos, sed etiam in vltima voluntate. & num. 7.*

8 *Alienationis prohibitio, si per se subsistat, & sit valida, ac efficax, etiamsi non adiecta sit causa, aut vestimentum, si illa modo vestiatur, vt hic, certum est ex illa induci fideicommissum absolutum etiam in casu mortis. & num. 10. & 13.*

Et hoc non intellige, si dicta prohibitio alienationis per se non subsisteret. num. 9.

11 *Alienationis prohibitio, tunc est inefficax per se importare fideicommissum in casu mortis, quādo non est prouisum de aliqua certa persona, quæ in casu alienationis per viam vltimæ voluntatis posset ad reuocandum admitti.*

12 *Nec apparet persona cuius contemplatione dici possit prohibita alienatio per vltimam voluntatem.*

14 *Fideicommissum reciprocum, vt inducatur, requiritur expressio.*

15 *Fideicommissum reciprocum, vt dicatur inductum, opus est. Primo, quod qui hoc prætendit, sit expresse vocatus. Secundo, quod substitutio sit facta vltimo morienti. Tertio, quod sit facta in tota hæreditate.*

16 *Fideicommissum reciprocum, vt inducatur sufficit tacita expressio, quæ elicitur ex coniecturis. & num. 17.*

18 *Fideicommissum reciprocum inducitur ex vnica coniectura, licet non sit grauis, sed leuis.*
19 *Fideicommissum reciprocum censetur inductum, si fuerit dispositum, quod bona perpetuo remaneant inter illos de domo, & familia.*
20 *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis, regulariter loquendo non inducitur.*
Et ista est communis opinio, quam sequitur Rota, numer. 21.
22 *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis, tunc inducitur, quando d. prohibitio alienationis est facta extra familiam masculinam, & quod bona ad quemcunque transeant cum eodem onere.*
23 *Fideicommissum reciprocum ex prohibitione alienationis inducitur inter prohibitos alienari.*
24 *Cum alias voluntas disponentium suum effectum non sortiretur.*
25 *Fideicommissum, tunc inducitur, quando apparet testatorem disposuisse non ad alium finem, nisi ad effectum inducendi fideicommissum.*
26 *Fideicommissum, eo casu censetur inductum, quando si illud non induceretur, Testatoris voluntas non seruaretur.*
27 *Fideicommissum, potest fieri etiam in contractibus.*
Fideicommissum, quando est validum, certum est, quod ad illud vocati sunt admittendi, num. 27.
28 *in Fideicommisso relicto familiæ, succedunt proximiores, & deinde alij ordine successiuo.*
29 *ex Descendentibus testatoris in gradu successibili, si quis ostendat se esse, præsumitur etiam proximior, si alius ex consanguineis non concurrat cum ipso.*
30 *Fideicommissum, si fuerit factum ad effectum, vt bona in perpetuum remaneant inter illos de domo, & familia, si masculus de linea non adsit, tunc admittuntur masculi remotiores alterius lineæ.*
31 *Alienationis prohibitio, si fuerit facta extra familiam masculinam &c. intelligi debet per necesse de masculis.*
32 *Bona, si fuerit dispositum, quod remaneant inter illos de domo, & familia, videntur comprehensi, tàm masculi, quàm fœminæ.*
33 *Fideicommissi vna pars, recipit interpretationem, & intellectum ab altera parte.*
34 *Masculi, etiamsi disponatur, quod præferantur fœminis, nihilominus fœminæ vnus lineæ excludunt masculos alterius lineæ, sed opinio ista habet suos contradictores num. 35.*
36 *Dictio, in perpetuum, semper operatur.*
37 *Dictio, semper, ex rigore verborum, quid importet.*
38 *Factum non præsumitur, nisi probetur.*
39 *In fideicommissis factis in contractibus, si bona eis subiecta alienentur, non impeditur translatio dominij, & alienatio non est nulla, licet alienans teneatur ad interesse erga vocatos, & num. 42. & 43.*
40 *Et hoc procedit, licet in contractu sit additum iuramentum.*
41 *Fideicommissum pro se esse clarum, quando quis ostendit, si possidens bona fideicommissaria, iactet se habere alium titulum, qui excludat titulum fideicommissi, debet probare dictum titulum.*
42 *Alienatio bonorum fideicommissi, facti in contractu non sustinetur, si cum prohibitione alienationis concurrat reseruatio iuris in re prohibita alienari.*
43 *Et hoc casu impeditur translatio dominij, & res potest vindicari.*
44 *Dominij translatio impeditur ex prohibitione alienationis rei, cum hypoteca bonorum, & licet aliqui voluerint, quod requiratur specialis hypoteca, tamen secundum veriorem, & communiorem opinionem sufficit generalis hypoteca. num. 45.*
46 *Dominij translatio ex prohibitione alienationis cum hypoteca tunc multò magis impeditur, quando adest iuramentum. & num. 47.*
48 *Verba, omnia, & singula, habent vim specificæ expressionis.*
49 *Restitutio in integrum, si post lapsum quadriennij petatur, non debet dari, etiam prætextu læsionis.*
50 *Restitutio in integrum etiam post quadriennium conceditur, si de enormissima læsione constet, cum hoc casu habenda sit ratio, non ad rem, de qua agitur, sed ad totam patrimonij substantiam, declara numero 51. 52. & 53.*
54 *Læsio in restitutione in integrum non debet considerari respectu rei, quæ non fuit in lite.*
55 *In Restitutione in integrum, quando suprema Tribunalia non attendant lapsum quadriennij.*
56 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum est vtile, & ideo non incipit currere, nisi à die, quo repertæ sunt scripturæ, ex quibus, quis scire potuit ius sibi competere. & num. 57.*
38 *Res iudicata non afficit illos, qui non fuerunt citati.*
59 *Citatio per edictum, seu per proclama requiritur ad effectum præiudicij.*

DECISIO CCLXXXIV.

DVBIVM originale in hac causa est: An constet de causis restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam Rotalem, quod proposui 25. Februarij superioris anni, * & Rota tunc respondit instrumentum, ex quo prætendebatur fideicommissum, esse in forma probanti, reseruato, quod de releuantia videretur, & iterum proposita causa 30. Ianuarij huius anni * eadem sententia placuit Dominis. Vnde hodie reassumpto dubio principali super restitutione in integrum Domini responderunt constare de causis restitutionis, quia cum ex nouiter deductis fuerit resolutum dictum instrumentum fideicommissi esse in forma probanti, & ex dicto instrumento fuisse vocatos DD. Alexandrum, & Christophorum, vtique satis constat de læsione, ex qua competit restitutio in integrum, *Caputaq. decisio. 94. par. 3. Cæs. de Gras. decis. 10. numer. 12. de sent. et re iudic. Rot. decis. 351. numer. 5. part. 1. diuers. et in recent. par. 1. decis. 492. numer. 1. et par. 2. decis. 381. num. 1.* Vnde de duobus erit videndum. Primo an constet de fideicommisso. Secundo an, quatenus sic, ad illud sint vocati Domini Alexander, & Christophorus priuatiue, & ad exclusionem Dominæ Magdalenæ Feliæ q. bonæ memoriæ Prosperi.

Et quantum attinet ad primum, quod ex dicto instrumento constet de fideicommisso absoluto & perpetuo, ac reciproco, satis patet, quia septem fratres filij bonæ memoriæ Raimundi de Caetanis venerũt de anno 1517. ad diuisionem certorum bonorum, & in portionem Nicolai, Honorati, Iacobi, & Christophori venerunt Castrum Magentiæ, & Insulæ, necnon prata, & possessiones in teritorio Piperni situata, cum omnibus, & singulibus iuribus, & pertinentijs, In portionem verò Petri,

tri, & Francisci, ac Ioannis Vincentij venerunt Norma,
ac Rocca Curga, & domus posita in Piperno, necnon
possessio, quæ vulgariter appellatur l'Acqua del fico, vna
cum iurisdictionibus &c.

Et dicti fratres voluerunt, expresseque consenserunt,
(Quod omnia, & singula bona huiusmodi in perpetuum
remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, &
familia de Caetanis,& quod non possint,nec eis liceat, il-
la extra familiam masculinam dictæ domus de Caetanis
quomodocumque, & quandocumque alienare, seu alias
quomodolibet,& pro quibuscumque etiam vrgentissimis
& arduis eorum,& cuiuslibet ipsorum negotijs, & neces-
sitatibus eis incumbentibus, distrahere, vel dismembrare
&c.) Vnde inficiari non potest, quin ex prædictis verbis
sit inductum perpetuum, & absolutum fideicommissum
ad fauorem omnium de eadem domo, & familia Caeta-
na, ponderando verba illa (quod omnia, & singula
bona remaneant, & remanere debeant inter illos de do-
1 mo, & familia de Caetanis &c.) Alias† enim non po-
tuissent omnia bona remanere inter illos de domo, & fa-
milia de Caetanis, *l. cum ita §. in fideicommisso, leg. peto,
§. fratre ff. de legat. 2. Curt. Iun. consil. 145. num. 9. in fin.
vers. 1. quando Petra de fideicommiss. quæst. 5. numer. 2. et
seqq. vers. si igitur. Surd. cons. 247. numer. 25. Fusar. de sub-
stit. quæst. 277. num. 6. et quæst. 288. num. 55. Rot. diuers. de-
cis. 568. num. 1. et 2. cum seqq. par. 1. et decis. 121. num. 2. par.
2. et in recent. decis. 10. num. 1. et seqq. et decis. 35. num. 13.
et decis. 193. numer. 2. par. 1. decis. 282. numer. 8. et decis.
681. num. 1. part. 2. recen.* & in similibus terminis *Seraph.
decis. 874. num. 1. et coram me in Sabinen. Castri Mon-
tis Rotundi 2. Martij 1622. et 29. Maij 1623.* quæ eo
2 facilius procedunt, † cum contrahentes expresserint pro-
prium nomen domus,& familiæ de Caetanis, *Odd. cons.
46. num. 53. Fusar. de substit. quæst. 52. num. 9. Gerius Spir.
cons. 37. num. 2.*

Et prædicta corroborantur ex prohibitione alienatio-
nis etiam, quod dici posset, quod dicta prohibitio stet
3 consecutiuè, † & quod propterea non inducat nouum
fideicommissum, quia nihilominus illud declarat *Dec.
cons. 636. num. 7. et seqq.* & fuit dictum in causa *Roma-
na fideicommissi de Fulchis 2. Aprilis 1601. coram bon.
mem. Cardin. Pamphilio* in dicta prohibitione, quæ vi-
detur vestita ex verbis antecedentibus ibi (bona in per-
petuum remaneant, & remanere debeant inter illos de
domo, & familia de Caetanis) dum immediatè subse-
quuntur verba (& quod non possint, nec eis liceat illa
extra familiam masculinam dictæ domus de Caetanis
4 quomodocunque, & quandocumque alienare) ratio †
enim continuati sermonis inducit repetitionem, scilicet,
vt bona remaneant in familia, & domo de Caetanis, *l.
in repetendis, & ibi Bart. ff. de legat. 3. Ramon. consil. 66.
num. 11.* & ex hac prohibitione alienationis vestita infi-
5 ciari non potest, † quin regulariter inducatur perpetuum
& absolutum fideicommissum nedum in casu alienatio-
nis inter viuos, sed etiam in casum mortis, quia verbum
6 † alienare est verbum generale,& potest comprehendere
alienationem nedum inter viuos, sed etiam in vltima vo-
luntate, *Couarr. var. lib. 3 cap. 5. num. 4. vers. & est om-
nium Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. vlt. num.
13. cum infinitis cumulatis per Fusar. quæst. 688. num. 110.*
& hanc opinionem Rota pluries sequuta est *Seraph. de-
cis. 1244. num. 4. & decis. 1373. num. 4. & in recent. d. de-
cis. 681. num. 1. par. 2. & coram Caualer. decis. 34. num. 6.
& decis. 167. num. 1. & 2.* & in istis terminis fideicommis-
7 si facti † in instrumento diuisionis bonorum fuit dictum
coram me in *d. causa Sabinen. Castri Montis Rotundi
22. Mart. 1622.*

Et quamuis hæc opinio habeat suos contradictores ex
cumulatis per *Fusar. loco citato num. 111.* tamen vt ipse
fatetur ibidem in vers Ego consulendo, receptissima est,
vt supra deductum fuit hanc opinionem Rota sequitur.
Et in hoc casu cessat omnis difficultas, quia cum prohibi-
tio alienationis per se subsistat, & sit valida, & efficax
etiam quod non fuisset adiecta causa, aut vestimentum,
8 ex illa, modo præmisso † vestita sine difficultate induci-
tur fideicommissum absolutum etiam in casu mortis, licet
9 secus esset, si prohibitio alienationis † non subsisteret abs-
que dicto vestimento, *Soccin sen. cons. 5. num. 2. lib. 3.
Curt. Iun. cons. 116. in princ. Ossasch. decis. 50. num. 12. Me-
noch. cons. 85. num. 103. lib. 1.* latè *Vegius cons. vlt. numero
326. & seqq. Siluan. consil. 6. Berrett. cons. 18.* & latissimè
*Riminald. Iun. cons. 279. numer. 35. & seqq. libr. 3. Decian.
cons. 50. num. 12. lib. 1. Cephal. cons. 17. num. 22. lib. 1. Man-
tic. de coniect. lib. 6. tit. 24. num. 24. Gerius Spirius d. cons.
37. num. 3.*

Quod autem dicta prohibitio alienationis per se subsi-
steret, & esset efficax etiam absque vestimento, & quod
10 propterea importet† fideicommissum etiam in casu mor
tis, stante dicto vestimento, satis patet, cum tunc dicatur
inefficax, & non per se subsistens, quando non est proui-
11 sum de aliqua certa persona, quæ † in casu alienationis
per viam vltimę voluntatis posset ad reuocandum admit-
12 ti, nec apparet † persona, cuius contemplatione dici
possit prohibita alienatio per vltimam voluntatem, vt
considerat *Gerius Spir. d. num. 3. vers. in proposito autem*,
At in casu isto secus est, ex fideicommisso absoluto indu-
cto in princ. ante ipsam prohibitionem alienationis, vt
supra dictum fuit, & propterea prohibitio per se subsistere
etiam sine vestimento in euentum alienationis inter vi-
uos, quare cum sit additum vestimentum, & prouisum,
quis deberet succedere in euentum alienationis in vltima
13 voluntate, vtique per hanc prohibitionem alienationis †
vestitam inducitur fideicommissum etiam in casu mortis,
ex suprà deductis.

Quod autem sit inductum reciprocum fideicommis-
sum inter omnes de domo, & familia Caetana, satis pa-
14 tet. Nam etsi ad inducendum † fideicommissum reci-
procum requiretur expressio, *Castill. decis. 251. num. 17.
par. 1.* vel quod concurrant tria videlicet, quod qui præ-
15 tendit reciprocum sit † expressè vocatus Secundo, quod
substitutio sit facta vltimo morienti. Tertio, quod sit fa-
cta in tota hæreditate *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. nu-
mer. 15. infinitos allegat Surd. cons. 315. & 329. numer. 6.
16 lib. 3.* Tamen nos versamur † in primo casu, quando
adest expressio, quia sufficit tacita expressio, quæ elici-
tur ex coniecturis, quæ in hoc casu sunt euidentissimæ,
vt statim dicetur, *Turretus cons. 64. num. 8. & seqq. vol.
2.* vbi dicit sufficere leuiores coniecturas, *Bursat. cons.
227. qui alios allegat. Surd. cons. 336. numer. 14. volum. 3.
Sanchez in leg. hæredes mei §. cum ita num. 179. & seqq.
par. 6. ff. ad Trebell. Menoch. cons. 1071. num. 31. vol. 1.
Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. vers. ex coniecturis,
Rauden cons. 22. numer. 458. vol. 1.* qui dicit esse notum,
17 quod reciprocum † fideicommissum inducatur ex con-
iecturis. *Paulus Leonius cons. 27. num. 88. vers. idem Cra-
uett. inter cons. vltimar. volunt. lib. 2. Castill. decis. 152. nu-
mer. 52. et seqq. par. 2. et decis. 23. par. 1.* vbi allegat. *Peregr.
cons. 62. num. 2. Decian. respons. 3. num. 48. et seqq. lib. 1. Me-
noch. præsumpt. 62. num. 34 lib. 4. Laderch. cons. 169. per
totum. Surd. decis. 162. per tot.* vbi quod hæc conclusio
18 procedit, † etiam quod adsit vnica coniectura, & qui-
dem non grauis, sed leuis. latè *Fusar. de substit. quæst 471.
num. 7.*

Quod autem coniecturæ sint euidentissimæ in hoc ca-
su, satis patet, quia fratres voluerunt, quod bona perpe-
tuo remaneant inter illos de domo, & familia de Caeta-
19 nis, & ex hoc sequitur, quod sit inductum † perpetuum
reciprocum fideicommissum cum onere restituendi su-
perstitibus, quia aliàs bona nō possent perpetuò remanere
in domo, & familia de Caetanis *Soccin. cons. 43. numer.
5. libro 3. Aymon. cons. 130. numer. 10. Curtius Iun. cons.
145. numer. 9. in fin. Soccin. Iun. cons. 140. numer. 8. libr.
3. Rolan. cons. 23. num. 21. libr. 4.* & fuit dictum coram me
in causa *Vrbeuetana fideicommissi 27. Nouembr. 1609.* &
prius in causa *Bonon. de Sauignanis coram bo. mem. Car-
dinali Seraphino*, quæ est supradicta *decis. 1373.* Secunda
20 coniectura est ex prohibitione alienationis, † ex qua li-
cet regulariter loquendo, non inducatur reciprocum fi-

deicommissum *Soccin.sen.cons.69.col.penul.uers.igitur for-
tius lib.3.Ruin.cons.96.nu.11.lib.2.Castill.d.decis.251.nu.*
21 *21.lib.1.*& ista est communis opinio, † quam etiam Ro-
ta sequitur, ex allegatis per *Fusar. de substit. quæst. 689.
num.1.*tamen hæc communis opinio non procedit in hoc
22 casu, Primò, quia est facta † prohibitio alienationis extra
familiam masculinam de Caetanis: nam tūc ad quemcūq;
res vadat transit cum suo onere, *Bald.in l.precibus,nu.49.
& ibi Salicet. col.penult. de impuber. & alijs substit. Alba.
cons.87.nu.13.Peregr.de fideicom.art.13.nu.81. Fusar. d.
quæst. 689. num. 7.* Secundò non procedit dicta opinio in
23 hoc casu, in quo fratres † in vestimento dictæ prohibitio-
nis vt supra consideratum fuit, voluerunt, quod bona per-
petuo remaneant in familia, quia tunc inter prohibitos re-
sultat reciproca substitutio, quia alias voluntas disponen-
24 tium † quod bona perpetuo remaneant in familia nō pos-
set sortiri effectum *Peregr.de fideicom.art. 13. nu. 77. post
princ.& num.79.*cum alijs cumulatis per *Fusar.* loco pro-
ximè allegato nu.12.qui post DD.quos allegat nu.13.red-
25 dit rationem, quia fideicommissum inducitur, † quando
apparet testatorem disposuisse nō ad alium finem, nisi in-
ducendi fideicommissum, & quando hoc non inducere-
26 tur, † voluntas disponentis non posset sortiri effectum, vt
fuit dictum in *Perusina fideicommissi de Baptistis coram
R.P. D.meo Pirouano 27. Martij 1626.*

Cum igitur constet de fideicommisso, quod inficiari
27 non potest, † quin sit validum, etiam quod fuerit factum
in cōtractu *l.quoties,& l in rerum C.de donat.quæ sub mo-
do,Surd.cons.227.num.3.Peregr.de fideicom.art. . nu.16.
& decis.828. num. 2.* certum est ad dictum fideicommis-
sum esse vocatos Dominos Alexandrum, & Christopho-
rum, cum ipsi sint filij Petri q. Christophori Senioris, qui
fuit vnus ex illis, qui fecerunt fideicommissum, vt patet ex
28 iuribus in Summario datis nu.3. In fideicommisso † enim
relicto familiæ succedunt proximiores, & deinde alij ordi-
ne successiuo *l.cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. Pe-
tra de fideicom.quæst.8.nu.199. Menoch.præsumpt.97.nu.
6.lib.4.Simon.de Pretis de interpr. vlt.vol.fol. 290. nu. 78.
Peregr.de fideicom.art.22.nu.64 & cons.46.num.16.17.&
18.lib.2.Surd.cons.247.num.7.& 8.Fusar.de substit.quæst.
358. num. 1. & seqq. & fuit resolutum in causa Asculana
fideicommissi de Pacificis 10. Decembr.1627.coram bon.
mem.Card. Virili*; quales sunt prædicti Domini Alexan-
29 der, & Christophorus, quia sufficit, quod † ipsi ostendant
esse in gradu successibili, cum alius ex consanguineis non
concurrat cum ipsis, *Alex.in l.is qui putat.numer.15.vers.
concludo igitur ff.de acquiren.hæred. Rip.in l.in illa.nu.26.
vers.quid tenendum,ff.de verb.oblig. Corn.cons. 197.nu. 1.
vol.4.Tiraquel.de retract.lignag §.11.glos.1.nu.5. & 6.&
fuit dictum in causa Aretin.Cappellaniæ 4 Iulij 1603.co-
ram bon.mem.Cardin.Pamphilio, & in causa Tiburtina
Cappellaniæ, 16.Nouembris 1605.coram me, & nouissime
in celebri decisione in causa Papien.pensionis 17. Maij præ-
teriti coram Reuerendissimo D. meo Durano Episcopo Vr-
gellen.& alias sæpissime.*

Neque obstat, quod cum in dicto fideicommisso dictū
fuerit, quod bona in perpetuum remaneant, & remanere
debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis, ho-
die dicta filia bonæ memoriæ Prosperi non habens ma-
30 sculum ex eadem linea, † qui concurrat cum se ad dicta
bona debeat preferri masculis remotioribus alterius lineę,
*Bald.in l.in multis in princ.ff.de stat homin.Petr. de Bella-
pert.& Iacobus de Aren.in l.pater filium §. quindecim li-
bertis ff.de leg.3. Abb.in c.dilectus num.11.de arbitr. Ro-
man.cons.98. Lupus in repetit.rubricæ de donat.inter vir.&
vxor.69.num. 26. Anton.Gomez.ad leg.40.Tauri numer.
62.Couar.var.lib.3.cap.5.num. 5.vers.rursus se primo.Gre-
gorius Lopez in l.3.tit.3.par.6.vers.Mugeres,Burgo de Paz
in prohemio ll.Tauri num.66.Molin.de primog.lib.3.cap.
4.num 4.*

Huic fundamento, in quo tota vis huius articuli prin-
cipaliter consistit, fuit responsum, quod in dictis conuen-
tionibus post dicta verba generalia, fuerint addita infra-
scripta verba, videlicet. (Nec liceat eis bona extra fami-
liam masculinam alienare.) Vnde si fuit prohibita aliena-
31 tio † extra familiam masculinam, ergo pari modo, quan-
do supra dictum fuit, bona in perpetuum debere remane-
re inter illos de domo, & familia de Caetanis, intelligi de-
bet pernecesse de masculis, quia licet verba primo loco
32 prolata scilicet remaneant † inter illos de domo, & fami-
lia de Caetanis videantur comprehendere tam mascu-
33 los, quam fœminas, tamen intelligenda sunt † secundum
significationem, quæ reperitur in alia parte dispositionis
expressa, & prout constat disponentes accepisse, declaras-
se, & intellexisse, & sic in casu isto de masculis propter cla-
ra verba sequentis prohibitionis alienationis *l.si seruus plu-
rium §.fin.l qui filiabus de legat.1.Bart.in l.centurio, num.
27.ff.de vulgar.* & ita in puncto per istam, & alias similes
rationes respondit *Tiber.Decian.cons.7.num.65.vers. 1.
quia,& num.66.lib.1.Bero,cons.120.num.12.lib.2.Cephal.
cons.664.num.46.lib.5.Gozadin.cons.45.num.13.vers. po-
stea vltimo loco substituit, Lauden.cons.35.num. 60. & 83.
lib.1.Ludouic.de Casanate cons.47.num.66.qui numer.60.
& seqq.exornat conclusionem.*

Nec istis, resistit, quod etiamsi disponatur vt masculi
34 † præferantur fœminis; nihilominus feminæ vnius lineæ
excludant masculos alterius lineæ, *Molin.de primog.libr.
3.cap.5.num.71.& cap.8.num.8.Parlador. quæst.1.post se-
quiscent.different.num.6.& alios congerit Ludouic. de Ca-
sanate d.cons.47.num.3.*

35 Quia quicquid sit de hac opinione, † quæ habet suos
contradictores, vt videre est apud *Parlador.loco alleg.nu-
mer.4.vers.cuius sententiæ,vbi allegat Couar.Greg.Lopez,
& Burg.de Paz.* Nos non versamur in istis terminis, quia
in dictis pactis fuit dictum, quod bona in perpetuum re-
maneant, & remanere debeant, inter illos de domo, & fa-
milia de Caetanis, & propterea cum fuerit intellectum de
36 masculis, vt supra probauimus, dictio illa, † in perpetuum
37 excludit semper feminas, vt de dictione semper, † quæ ex
rigore verborum semper, & in quocumque gradu, & li-
nea præfert masculos, feminis, *Peregr.de fideicom.art.27.
num.3.& 5.*dicens, ita fuisse solemniter decisum causa ple-
ne discussa *Anchar.cons.359.numer.3.Castrens.cons.300.
num.2.lib.2.Gregor.Lopez.in l.3.tit.13.part.6.in glos. vers.
Mugeres col.7.Menoch.cons.586.num.16. Alba cons.237.
num.10.Panzir.cons.91.numer.10.Casanate dicto cons.47.
num.67.*vbi respondet contrarijs, & bene dicit *Parlador.
loco supra allegato num. 5.* hanc esse, non quæstionem iu-
ris, sed facti, scilicet voluntatis disponentium.

Neque etiam obstat, quod predicti Alexander, & Chri-
stophorus prætendāt fuisse purificatum fideicommissum
per obitum bon. mem. Prosperi qui notum est, quod de-
cessit sine filijs masculis, & tamen non constet, quod di-
ctus Prosper descenderit ab aliquo ex dictis fideicommit-
tentibus, & ex dictis iuribus in Summario adductis, pro-
betur solum, quod dictus Prosper erat filius Francisci q.
Antonij, & nullus istorum erat ex dictis septem fratribus,
qui fecerunt fideicommissum; Quia cum notum sit, vt di-
ctum est, quod Prosper obijerit sine filijs masculis, & bo-
na, de quibus agitur, sint subiecta fideicommisso, ad illa
consequenda rectè agunt Domini Alexander, & Christo-
phorus vti proximiores, & si possidentes dicta bona præ-
tendunt extare descendentes ex dictis fratribus diuidenti-
38 bus, tenentur hoc probare, cum sit † quid facti, quod non
præsumitur, nisi probetur, *Ripa in l. ex facto §. si quis au-
tem num.9.ff.ad Trebell.& in d.l.in illa nu.26.ff. de verb.
oblig.Iason.cons.34.numer.1.& 11.vol.1. Cassan. cons.19.
num.12.Put.decis.43 lib.1.in correct.Couarr.var. lib.2. c.
1 num.6.vers.quando primus substitutus.*

Neque dicatur, quod sit probanda descendentia Pro-
speri, quia cum versemur in fideicommisso facto in con-
tractu, potuerit acquirere ex titulo emptionis, in similibus
39 † enim fideicommissis non impeditur translatio dominij,
& alienatio non est nulla, licet alienans teneatur ad inter-
esse erga vocatos *l.at si quis §.ex lege, vbi glos.ff.de verbor.
oblig.l.ea lege C. de condit.ob causam, DD.in l.filiusfami-
lias §.diui, vbi Bart.num 14.Ripa num.85 & de communi
Soccin.num.173.ff.de legat.1.Surd.decis.254.num.11.*vbi
dicit

40 dicit hoc procedere, etiamſi † in contractu fuerit addi-
tum iuramentum, licet in hoc ſit ſibi contrarius in *deciſ.*
225. num 6. & 7.

Huic fundamento fuit reſponſum, Primò, quod cum
Domini Alexander, & Christophorus oſtendant fideicō-
41 miſſum clarum, † ſi hodie illi, qui poſſident dicta bona, ia-
ctant ſe habere alium titulum, qui excludat titulum præ-
dictorum fratrum, debent probare dictum titulum. Se-
cundo fuit reſponſum, quod dicta concluſio non habet
42 locum, † quando cum prohibitione alienationis concur-
rit reſeruatio iuris in re prohibita alienari, puta hypoteca
ad fauorem prohibentis, *Sicard. in l. emptorem numer. 12.*
circa m. d. verſ. ergo ſi locatur. C. locati, Tiraque. de retrac.
conuent. §. 3. gloſ. vnica num. 10. hoc enim caſu impeditur
43 translatio † dominij, & res poteſt vindicari, vt eſt textus
celebris in *l. ſi creditæ §. fin. de diſtract. pignor. Secundum*
lecturam negatiuam, quæ eſt communis, vt ibi per Bart. &
in d. §. diui ſub num. 14. verſ. eſt alius caſus, & in l. qui ab-
ſenti §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. ſequitur Opizo in d. §. diui num.
151. Loaz. num. 165. vbi de Communi Crot. ſub numer. 94.
Soccin. Iun. numer. 179. vbi de magis comm. Gomez. ad ll.
Tauri l. 40. num. 18. Corn. conſ. 321. ſub num. 2. lib. 4. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. num. 5. & 6.

In caſu autem, de quo agitur, adeſt hypoteca in dicto
inſtrumento fideicommiſſi ibi. (Pro quibus omnibus, &
ſingulis præmiſſis firmiter adimplendis, & inuiolabiliter
obſeruandis dictæ partes hinc inde ſeſe ſuoſque hæredes,
& ſucceſſores, bona mobilia, & immobilia, præſentia, &
futura vbicunque exiſtentia in ampliori forma Cam. Apo
ſtolicæ quibus ſupra nominibus obligantur, hypotecarunt
44 &c.) quæ quidem hypotheca, † licet generalis ſufficiat ad
hunc effectum, nam licet aliqui voluerint requiri ſpecia-
45 lem, ex allegatis per *Ceuall. quæſt. 673. numer. 1.* tamen †
quod ſufficiat generalis, probatur ex textu in dicta *l. cre-*
ditor §. final. ff. de diſtract. pignor. quem ponderat *Crotus*
in d. §. diui. num. 96. Corn. d. conſ. 321. col. 2. verſ. ſed aduer-
tendum lib. 4. & hanc opinionem tenet Soccin. Iun. in d. §.
diui, vbi alios adducit num. 183. & in conſ. 129 num. 3. &
4. lib. 2. Natt. conſ. 474. num. 15 lib. 2. Roland. conſ. 62. num.
35. & ſeqq. lib. 2. Alex. conſ. 59. num. 6. & ſeq. lib. 5. & in l.
qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & communem ac ab
ea non eſſe recedendum in conſulendo, & aduocando di-
cit *Gratus conſ. 95. num. 12. libr. 2. & idem repetit Franci-*
ſcus Beccius conſ. 80. numer. 6. lib. 1. & magis communem
dicit *Soccin. Iun. in conſ. 118. numer. 20 vol. 2.* & magis ve-
ram dicit *Suarez in Theſaur. receptar. ſentent. littera A.*
num. 140. & magis etiam communem dicit in *littera B.*
num. 333. & Io. de Amicis conſ. 113. miratur de illis, qui te-
nent contrarium & de communi, ac veriori teſtatur *Ce-*
uall. loco citato in fine, & hanc opinionem *tenet Rota in de-*
ciſ. 2. circa finem de empt. & vendit. in antiq. quam allegat
& ſequitur *Aymon. in conſ. 381. num. 2.*

46 Et hæc concluſio eo magis procedit, quia † vna cum
hypotheca adeſt iuramentum, in fine inſtrumenti, *Rolan.*
d. conſ. 62. num. 39. & ſeqq. vbi de magis communi *libr. 2.*
Soccin. Iun. dicto conſ. 129. num. 11. lib. 2. Crot. in d. §. diui.
num. 97. Marius Anguiſciol. conſ. 216. ſub num 26. & ſeqq.
Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 158. in fine. Polidor. Ri-
pa, qui dicit in hoc omnes DD. conuenire *ſingular. obſer-*
uat. 134. num. 9. & 135. num. 3. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 4. tit. 30. num. 20. vbi dicit non eſſe dubium, quod ſi iu-
47 ramentum † concurrit cum hypotheca generali bonorum
impediat alienationem, & prędicta eo facilius ſunt admit-
tenda quia videntur obligata omnia, & ſingula bona, cum
partes ſe obligauerint in forma Cameræ, vt videre eſt in
48 formula apud *Galleſ.* quia † dicta verba omnia, & ſingu-
la habent vim ſpecificatæ expreſſionis, *Soccin. conſ. 3. nu-*
mer. 17. verſ. propterea libr. 3. Ruin. conſ. 76. num. 7. lib. 3.
Natt. dicto conſ. 474. numer. 15. lib. 2. Berretta qui alios
allegat. conſ. 42. numer. 13. col. 7. Mantic. d. tit. 30. nu-
mer. 18.

49 Denique non obſtat, quod † petatur reſtitutio in inte-
grum poſt lapſum quadriennij, & ideò non debeat da-
ri, etiam prætextu læſionis, *cap. 1. & 2. de reſtit. in integr.*
in 6. cum alijs, ex adductis per Giurb. deciſ. 106. num. 1. &
50 *ſeqq. & num. 5.* niſi † læſio ſit enormiſſima, *Giurb. dicta*
deciſ. 106. numer. 12. vbi infinitos allegat, quo caſu ha-
benda eſt ratio non ad rem, de qua agitur, ſed ad totam
patrimonij ſubſtantiam, *Soccin. Senior. conſ. 266. numer.*
24. & ſeq. lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 428 par. 1. Verall. deciſio.
151. par. 2. Achill. deciſ. 84. alias 6. de reſtit. in integr. vbi,
quod ita Rota ſeruat, & alias deciſiones refert *Gonzal.*
ad regul. 8. gloſ. 21. num. 21. & 22. cum alijs per Giurb. de-
51 *ciſ. 110. num. 3.* Quia fuit reſponſum, quod † quando a-
gitur de recuperando ablato per rem iudicatam videtur
procedere iſta concluſio, quia hoc caſu læſio debet con-
ſiderari reſpectu patrimonij ablati, & remanentis, &
in iſtis terminis procedunt authoritates prædictæ. Quan-
52 do verò non agitur de recuperando † ablato, ſed de ac-
quirendo illud, quod fuit denegatum per rem iudicatam,
tunc docto de enormiſſima læſione non obſtante lapſu
quadriennij datur reſtitutio, & in hoc caſu non eſt conſi-
53 deranda læſio reſpectu † patrimonij remanentis, quia pa-
trimonium non fuit læſum, ſed reſpectu illarum rerum,
quæ per rem iudicatam fuerunt denegatæ, quia in illis
ſolum concurrit læſio, non autem in toto patrimonio re-
54 manente, quia alias † læſio conſideraretur reſpectu rei,
quæ non fuit in lite, in hoc etiam caſu procedit id, quod
55 dici ſolet ſuprema † Tribunalia non attendere lapſum
quadriennij, & de ſtylo Curiæ dicit *Simonett. deciſ. 26.*
& quod in Rota non attendatur lapſus quadriennij fuit
dictum in cauſa *Burgen. legati 15. Ianuarij 1610. coram*
Ottembergo, & in cauſa Valentina iuriſdictionis 10. Fe-
bruarij 1620. coram Buratto, & in cauſa Romana reſti-
tutionis in integrum 10. Iunij 1624. & 18. Aprilis 1625.
coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo. Guidop.
deciſ. 368. Caſa. de Graſſ. dicta deciſ. 10. numero 12. de
ſentent. & re iudic. & fuit dictum in cauſa *Auximana*
dotis 14. Martij 1575. coram bonæ memoriæ Cardi-
nali Seraphino, & in cauſa Beneuentana Bonorum 22.
Aprilis 1614. coram bonæ memoriæ Cardinali Sacra-
to.

56 Secundo fuit reſponſum, quod quadriennium, † quod
conceditur ad petendam reſtitutionem eſt vtile, & ideò
non incipit currere, niſi à die, quo repertæ ſunt ſcripturæ
57 † ex quibus quis ſcire potuit ius ſibi competere, *Bald. in l.*
falſam, num. 3. C. ex falſ. inſtrum. Abb. in cap. 1. num.
1. Felin. num. 9. de præſcript. Aretin. conſil 15. in fin. Ti-
raquell. de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. num. 11. & 43. &
fuit dictum in cauſa *Calagurritana Beneficij de Nagera*
12. Februa. 1590. coram Orano; & propterea cum non
ſit lapſum quadriennium à die, quo dicti fratres de Cae-
tanis habuerunt notitiam inſtrumenti, ex quo Rota de-
duxit adminiculum ad probandum, quod inſtrumentum
fideicommiſſi ſit in forma probanti ceſſat hoc fundamen-
tum.

Tertiò fuit reſponſum, quod venerunt ad cauſam fi-
lij Domini Alexandri minores, qui cum ſint vocati in
58 eodem fideicommiſſo, & non fuerint citati eos † non
afficit dicta res iudicata, *Salic. in l. 1. num. 4. C. ſi ad-*
uerſus rem iudic. Bald. in leg. ab eo. num. 17. C. quomodo,
& quando Iudex, & fuit dictum coram me in cauſa
Pampilon. Parochialis de Stella 8. Nouemb. 1602. &
59 ad effectum † preiudicij debuiſſet fieri citatio per edictum
ſeu per proclama, *Put. deciſ. 91. lib. 3. Peregr. de fideic.*
art. 53. num 52.

Et ita conſideratis etiam deductis in prima propoſitio-
ne dubij ſuper reſtitutione in integrum fuit reſolutum vna
tantum parte informante &c.

* Prima eſt deciſio 184. ſupra in hac eadem parte.
* Altera verò eſt deciſio 263. pariter in hac parte.

¶ In eadem cauſa adeſt infra altera deciſio ſub die 17. No-
uembris 1634. coram eodem Reuerendiſſimo.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana, seu Veneta Assecurationis.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Merces alicuius nauis, si sint assecuratæ ab omni casu Maris, Ignis, &c. si euenerit d. casus Ignis, qualiter probetur, itē etiam qualiter identitas nauis, clausula, quorum interest, adiecta in obligatione Camerali cuius sit effectus, & quid contineat.

SVMMARIVM.

1 *Testes plenè probant incendium, si fuerint examinati in loco, vbi euenit casus incendij.*

2 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem rei.*

3 *Demonstrationes plures, quando concurrunt, tunc eò magis probatur rei identitas.*

4 *Fideiussorum obligationis non patiuntur extensionem.*

5 *Locutio alternatiue concepta sufficit, quod in altera tantum parte verificetur.*

6 *Mandatarij factum verè, & propriè est factum mandantis.*

7 *Fraudis suspicio non cadit in scripturis Mercatorum, etiam transmissis, & quare.*

8 *Mut. decis. 3. num. 4. declaratur.*

9 *Clausula, quorum interest, adiecta in obligatione Camerali, operatur, vt sit locus executioni contra obligatos etiam ad fauorem cuiuslibet interesse habentis non nominati.*

10 *Clausula, quorum interest, adiecta in obligatione Camerali, quid contineat.*

DECISIO CCLXXXV.

DOMINI dixerunt Apocham Assecurationis ab omni casu Maris, Ignis, Naufragij, & aliorum, esse iustificatam. Quoniam in ea habetur mentio nauis rostratæ Galeone Sancti Georgij nuncupatæ, ac gubernatę, seu patroneggiatæ à Stephano d'Olista illius Capitaneo, lanis oneratæ, vel per manus cuiuscunque personæ onerandæ in portu Carthagenæ, necnon etiam fit mentio Pompei Massæ de Venetijs, ad quem, vel ad alium, lanę huiusmodi pertinerent.

Ex Apocha verò onerationis, vel quietantia ipsius Stephani patronis Nauis constat in eodem portu Carthagenæ dictam Nauem Sancti Georgij ab eodem Stephano gubernatam per manus Vincentij, & Deodati de Imperialibus, de ordine, & ad computum Ioannis Baptistę Preue, lanis prædictis fuisse oneratam, ad effectum, vt illæ Venetijs prefato Pompeo consignarentur de ordine, ac ad dispositionem eiusdem Ioannis Baptistę; Quę quidem Apocha fuit recognita per plures testes deponentes de visu illius confectionis, ac subscriptionis, tam eiusdem Stephani d'Olista, quàm Ioannis Torres Scribæ, & Notarij. Duo autem testes, qui ex incendio Nauis euaserunt, deponunt cum supradictis circumstantijs, ac demonstrationibus, quod eadem Nauis die vigesima prima Ianuarij anni 1630. existens in Portu Alicantis, onerata vt supra, Igne quem ex feruenti Pice ad calefactandam Puppim exterius admota, vis venti Occidentalis excitauerat, ac intra ipsam Puppim, & inibi repositum puluerem tormētarium intulerat, fuit cum lanis alijsque rebus, ac pluribus
1 etiam Nautis exusta. Qui testes † cum fuerint examinati à Regio Consiliario, & Baiulo loci, vbi euenit casus incendij plenè probant, *l. 2. & ibi Bart. C. de naufrag. libr. 11. Dec. cap. 2. numero. 26. de testib. Corset. singul. Incip. Testis in loco; Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 12. numer. 21. Rot. coram Card. Mantic. decis. 297. numer. 2.* Cum quibus concurrunt aliæ demonstrationes ex alijs testibus, quorum primus vti administrator deponit de solutione Gabellæ Regi Catholico debitæ propter onerationem cum relatione ad librum, in quo solutio fuit annotata. Cæteri verò testes deponunt se onerasse, ac vidisse ipsam Nauim prædictis lanis onerari, quamuis † ad probandam rei identi-
2 tatem duæ demonstrationes sufficiant; *Bart. in l. demonstratio. num. 13. ff. de condit. & demonstrat.* & cum in præsenti casu plures concurrant, † eo magis apparet proba-
3 tam esse lanarum, ac totius negocij identitatem; *Alex. cons. 38. numer. 6. vol. 5.* Et ex his quoque patet sufficienter constare de duobus ad iustificationem apochę assecurationis præcipuè requisitis videlicet onerationis lanarum, ac earum exustionis, iuxta Rotæ decisionem 66. inter impressas Reuerendissimi D. mei Coccini Decani.

Non obstat, quod non videatur commissa stipulatio attentis verbis, quæ in dicta apocha ita se habent. *Sia noto come il Signore Giouanni Casnedo per ordine, & conto del Signore Pompeo Massa di Venetia si fa assicurare sopra vna certa quantità di lane attinenti à detto Pompeo, ò à chi più veramente attenessero caricate, & da caricarsi per mano di qual si voglia persona.* Vnde apparet Assecurationem factam fuisse de ordine, & ad computum Pompei, cum tamen ex alia apocha onerationis, quæ vulgo dicitur di Carico, constet lanas oneratas fuisse de ordine, & ad computum Ioannis Baptistæ Preue. Vnde attinentiæ dictarum mercium resultet incertitudo, quæ ea ratione vitiet assecurationem, quod Assecuratores sint fideiusso-
4 res indemnitatis, quorum obligationes † non patiuntur extensionem. *Rot. Ianuen. decis. 25. numer. 6. Mastril. decis. 182. num. 7.* cum alijs relatis per *Mut. decis. 3. num. 4.* Quoniam obiectum tollitur.

Primo ex contextu eiusdem apochæ assecurationis in illis verbis ibi *sopra vna certa quantità di lane attinenti à detto Signore Pompeo, ò à chi più veramente attenessero.*
5 Quæ locutio alternatiue † concepta rectè in altera tantum parte, quod scilicet spectent ad alium, idest ad prædictum Ioannem Baptistam Preue verificatur iuxta naturam alternatiuorum, quod in altera sui parte sustineantur, *cap. in alternatiuis, vbi Dyn. de reg. iur. in 6.* Quod autem merces spectarent ad prædictum Ioannem Baptistam probatur. Tum per litteras, quibus Pompeus non semel, sed plures scribens de supradicta assecuratione declarauit, eam Romæ obtinuisse super lanis ipsius Ioannis Baptistæ. Tū etiam per alias litteras eiusdem Pompei ad prædictum Ioannem Baptistam, & Ioannis Casnedi ad eundem Pōpeum scriptas de partitis pecuniarum, quas ipse Casnedus ad computum Pompei dedit assecuratoribus, & deinde per litteras Cambij ad ferias Placentiæ transmissas sibi restitui curauit, ac successiue dictus Pompeus in debitum præfati Ioannis Baptistæ cum eadem declaratione attinētiæ imputauit. Tum denique per solutionem noliti, & alios actus ab eodem Ioanne Baptista re integra, hoc est ante euentum infortunij gestos, qui, important omnium præmissorum ratihabitionem, & declarant ipsum Ioannem Baptistam mandantem, Pompeum verò Casnedum
6 fuisse mandatarios. † Quorum factum verè, & propriè est factum mandantis, *Bald. in l. vnica. §. ne autem, num. 9. C. de caduc. tollen.*

Ex quibus cum totum huiusmodi assecurationis negocium inter mercatores esset notorium cessant quoque aliæ obiectiones, quod dictæ litteræ Pompei ad Ioannem Bapti-

Baptistam de antidata sint suspectæ, vel quod esset in facultate eiusdem Ioannis Baptistæ, cum posset non propalare negocium assecurationis commissæ Pompeo, vel etiam ipse Pompeus, eo quod lanæ ad eius computum non fuissent oneratæ, recedere ab assecuratione, ac solutas merces repetere, vbi Nauis salua peruenisset Venetias. Su-
7 spicio † enim fraudis non cadit in scripturis mercatorum etiam transmissis propter earum in libris, cum dierum continuatione, subordinatas annotationes, *Negusan. de pignoribus. 2. memb. 5. part. numero* 48. Rota *post 2. volum. consil. Farinac. decis. 26. numero secondo.*

8 Nec applicari possunt dicta † per *Mut. decis.* præallegata, vbi habetur casus assecurationis factæ ad computum vnius, & onerationis ad computum alterius, in quo ea ratione concludit non esse commissam stipulationem, quia effectus fideiussionis non extendatur vltra expressa; Hic enim, apocha expresse continet assecurationem lanarum spectantium non ad Pompeum, solum, sed etiam ad alium, qui est Ioannes Baptista ad cuius computum merces quoque fuerunt inuectæ.

Idemque obiectum secundo loco remouetur in præsenti casu per obligationem ipsorum Assecuratorum apochæ assecurationis adiectam in forma Cameræ, cu-
9 ius clausula † quorum interest, operatur, vt sit locus executioni contra obligatos etiam ad fauorem cuiuslibet interesse habentis non nominati, & sic etiam dicti Ioannis Baptistæ, de cuius interesse, & quidem principali apparet ex præmissis, *Adden. ad Galles. de obligat. Cameral. quæstio. 5. numero 6.* Rota apud eundem *de-*
10 *cisio. 86. in fine.* Dicta enim clausula continet † stipulationem Notarij pro omnibus, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, *vt in Romana pretij officiorum 9. Iunij 1629. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Minus obstat, quod assecuratio in priori parte Apochæ videatur limitata ad lanas Nauis in portu Carthagenæ imponendas, & nihilominus constet Nauim in portu Alicantis fuisse delatam, & ibi iuxta eius capacitatem perficeret onerationem mercium, & Assecuratores, ideo non teneantur ex sua obligatione, quia forma assecurationis ex altera parte non fuerit seruata; sed illi contrauentum attentis verbis apochæ dictæ assecurationis, ibi, *Potendo la detta Naue carica con dette lane vna, & più volte entrare in ogni Porto, & luogo, & in ciascuno d'essi luoghi, stare, partire, discaricare, & ricaricare.* Quæ quidem verba non videntur admittere onerationem alibi, quam in portu Carthagenæ. Quoniam recte inspicienti totum contextum, dictæ Apochæ patet, Assecuratores tradidisse amplam Nauarco facultatem, tam nauigandi sub his verbis, *E nauigare innanzi, in dietro, à destra, in sinistra, à piacimento di detto* Capitano, quam etiam onerandi in omnibus locis per illa verba ibidem subsequentia, *Da all'hora, che la detta Naue, hauerà cominciato à caricare in ciascheduno de suddetti luoghi, come sopra si dice:* Superiora autem verba sunt *in ogni Porto, & luogo, & in ciaschuno d'essi luogi,* quæ verba nullum ex portubus locum excludunt, neque aliarum mercium onerationem in iisdem locis, & quocunque eorum, pro Nauis capacitate incipiendam, & perficiendam prohibent, sed exonerationem, & reiteratam onerationem ad lanas tantum ibi expressas non autem ad alia non expressa limitant.

Et ita vtraque parte informante.

¶ Vide infra in eadem causa decisionem sub die tertio Iulij 1634. coram eodem bon. memor. Motmanno.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Mercurij 7. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Bonorum fideicommissorum identitate probata debetur immissio fideicommissario. Confine, & confinatum, & terminus terminans, & terminus terminatus an sint idem. Scripturam aliquam quod quis falsificauerit ex quibus cesset. Paupertas, vel affinitas, quando non repellat testem à testificando.

SVMMARIVM.

1 *Confines noui debent concordare cum antiquis, vt probent rei identitatem.*
2 *Fideicommissarius possidens bona fideicommissaria, præsumuntur esse fideicommittentis, dum nouum titulum acquisitionis nòn exhibet.*
3 *Confine, & confinatum non potest esse idem.*
4 *Terminus terminans aliud est, & aliud terminus terminatus.*
5 *Immissio dari non potest rei incertæ.*
6 *Confusio euitatur, & excluditur per indicationem specialem, & specificam omnium coufinium.*
7 *Falsitatis, & abolitionis præsumptio in aliqua scriptura, cessat contra aliquam personam, si illa vsa non fuerit, nec in ea se fundet.*
8 *Paupertas regulariter non repellit testem à testimonio ferendo.*
9 *Paupertas non adimit fidem testi, si aliòquin sit persona honesta.*
10 *Affinitas non adimit fidem testi, si non sit in gradu considerabili.*
11 *Affinitas solum repellit à testificando, quando est per lineam ascendentium, vel descendentium.*
12 *Testium contrarietates, quam maxime fieri potest sunt conciliandæ.*

DECISIO CCLXXXVI.

PERMANSERVNT Domini in decisis sub die 26. Nouembris 1633. coram me, * videlicet constare de identitate Tenutæ nuncupata *il Colle Mausoleo*, in cuius possessionem *ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* vigore fideicommissi Auiti, petit immitti Ioannes Amatus neque motiua deducta ab informantibus pro DD. de Philonardis visa fuerunt releuare ad effectum recedendi ab eadem resolutione.

Primò enim non obstat, quod demonstrationes, & confinia recensita in alia decisione pro verificanda identitate Tenutæ, sint omnia ab vno tantum latere, & sic habenda pro vno confine, neque apta distinguere tenu-
1 tam ab aliis prædiis, & sunt confinia iuxta † præsentem statum, neque antiqua concordant cum nouis, prout requiritur, *ex Gratian. discept. forens. capit. 447. numer. 33.*

Quo-

Quoniam imò de contrario constat ex lectura depositionis eorumdem testium, nempè, quod exprimunt confines Tenutæ à multis lateribus, nam primus, & secundus testes examinati in partibus, deponunt à Bartholomæo fuisse possessam Tenutam *posta nel Territorio di Bauco in contrada detta il Colle Mausoleo, confina da vna la via publica, li beni dotali delle Sig. Lisa, e Caterina figliuole delli q. Sig. Bartolomeo, & Antonella de Amatis, confinante anco li beni del q. Sig. Giulio Cesare de Angelis, quali beni sono posseduti adesso dal Sig. Cinthio Fuonardi, & da più lati, e bande, i beni del Sig. Gio. Amato, & la fontana del Vallone alla Vallerade.* Et alij duo testes examinati in Curia nempe primus, & tertius, enunciant Tenutam cum ijsdem confinibus exprimendo illa esse à pluribus lateribus, & signanter tertius ibi, *li loro confini di detta possessione erano questi, cioè verso Bauco da basso la strada publica, confina anco col Colle Mausoleo dall'altra parte, da piedi confina con la fontana del Vallone, e gli heredi del Sig. Cinthio Filonardi, &c.* Ex quibus apparet enunciata continia conuenire Tenutæ non ab vno, sed à pluribus lateribus, vt disertis verbis dicunt testes, & non solum nouos fines, sed etiam antiquos esse expressos, dum pro finibus adducitur nedum *la via publica, la fontana del Vallone*, qui sunt antiqui, sed etiam bona, quæ primum à personis defunctis, & deinde, vel ab hæredibus, vel ab alijs causam ab illis habentibus sunt possessa, & vlterius tres ex dictis testibus præcisè asserunt, hanc Tenutam esse illamet olim possessam à Bartholomæo fideicommittente, & quæ hodie possidetur à Dominis Philonardis, & esse arboratam, castaneis, quercubus, ac diuersis arboribus fructiferis, prout, & ijsdem arboribus est consita Tenuta nunc possessa à DD. Philonardis; vnde ex his omnibus plene videtur probata identitas, ad quem effectum aliquando Rota censuit sufficere vnam demonstrationem generalem, & alteram particularem, vt fuit dictum in *Romana deuolutionis 28. Maij, & 14. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Ferrarien. bonorum de Nasellis 7. Iunij 1627. coram Reuerendiss. Domino meo Coccino Decano.*

Secundò non obstat, quod ex eorundem testium depositione appareat Ioannem Amatum in Colle Mausoleo 3 possidere prædium, † quod præsumitur esse illud idem à fideicommittente possessum, dum nouum titulum acquisitionis non exhibet.

Quoniam per eosdem testes tollitur hoc objectum, dū prædium, seu bona possessa per Ioannem Amatum enunciant pro confine tenutæ controuersæ, & possesse per Do- 3 minos de Philonardis, & sic † confine, & confinatum nō 4 potest esse idem & aliud est † terminus terminans, & aliud terminus terminatus, *l. cùm seruo, ad fin. ff. de cōtrah. emptio. Bald. in l. si fines agri, C. de euict. & cons. 421. post princ. vers. & ideo, lib. 4. Hieron. à monte de Finib. cap. 15. num. 2. & cap. 107. num. 4.* eoque clarius remouetur difficultas, dum dicunt prædium possessum per Philonardos esse illud ipsum quod erat D. Bartholomæi, vnde cessat præsumptio, quod sit idem, quod possidetur per Ioānem, dum testes ita distinctè contrariam veritatem comprobant, & vnum prædium ab alio separant, vti omnino diuersum, & quod possidetur à Ioanne est modicæ omninò quantitatis, nec est intus Collem Mausoleum, vt deponunt testes dati in Sum. præteritæ positionis num. 10.

Tertiò non obstat, quod tenuta controuersa per DD. Philonardos fuerit aucta & cum alijs eorum proprijs bonis, & ex titulo emptionis acquisitis confusa, vt constat ex testibus datis in eorum Summ. num. 2. & ex instrumentis 5 emptionum d. Summ. num. 3. adeò vt rei incertæ † dari non possit immissio, *Alber. in l. in rem. nu. 5. ff. de rei vēd. cum alleg. in decis. R. P. D. Dunozetti in hac causa facta.*

Quoniam placuit responsio alterius decisionis in hac causa coram me emanatæ, quod excluditur omnis con- 6 fusio † per indicationem specialem, ac specificam omniū confinium, tam antiquorum, quam recentium d. Tenutæ factam per testes, quos fines, tàm sigillatim discernere, & specificare non potuissent testes, si adfuisset opposita confusio, & fieri potest fuisse quidem tenutam auctam alijs terris per Philonardos emptis, sed non tamen ita confusam, quin incrementum à tenuta separari possit, & solum tenutæ cohærere terras emptas, dumque adsunt instrumenta emptionum ex illis liquido poterit deprædendi, quæ sint bona tenutæ annexa, illaque etiam facile seiungi ab ipsa tenuta, & sic tolli omnis confusio.

Nec releuat, quod per Ioannem Amatum in depositionibus testium fuerint cancellatæ, atque abolitæ quædam dictiones negatiuæ, *Non*, ex qua cassatione resultat deficere probationem confusionis, Nam vbi dicebant testes, *Non si vedono li confini*, deleta particula, *Non*, legitur, *si vedono li Confini.*

Quia in depositione illorum testium nullum fit fundamentum pro excludenda confusione, sed in alijs testibus datis in Summario præteritæ positionis num. 13. qui designant fines, quibus includuntur bona empta per Philonardos, & adiuncta tenutę, quos fines designare non possent, si extaret incorporatio, & confusio, cum quibus testibus concordant etiam instrumenta emptionum, vt supra fuit ponderatum, & ideò quatenus etiam subsisteret opposita cassatio, adhuc non obstaret illis cum testibus non innitatur responsio decisionis.

Sed neque probatur cassationem fuisse factam à Ioanne, quem non constat processum originalem vnquam pęnes se retinuisse, & dicti testes per eum deleta dicta nega- tiua nunquam fuerunt deducti pro se; & sic cessat præ- 7 sumptio † abolitionis, & falsitatis contra ipsum, dum illa vsus non fuit, neque in ea se fundat, *Boss. in tit. de indic. num. 58. vers. & si dicas, Farinac. de falsit. quæst. 153. numer. 211.* Imò in summario præteritæ positionis num. 17. fuerunt recensiti tanquam testes inducti à DD. Philonardis sine dicta cassatione.

Minus facit, quod ex testibus inductis per Ioannem aliqui sint pauperes, alij affines eiusdem, quia paupertas regu- 8 lariter non † repellit testem à testimonio ferendo, neque 9 eius dicto † fidem adimit, dum alioquin testes sunt personæ honestæ, & probatæ vitæ, *cap. si quis testium de testib. Dec. cons. 163. num. 6. Crauet. cons. 249. numer. 11.* affinitas 10 verò non est in gradu † considerabili, dum alter testis deponit, *in che grado mi sia parente non lo sò*, alter verò, *mi appartiene vn poco, in quinto, ò sesto grado*, & affinitas so- 11 lum repellit, quando † est per lineam ascendentium, vel descendentium, *Angel. cons. 196. nu. 1. in fin. Marsil. cons. 68. num. 20. Rebuff. de reprob. test. num. 38. vers. notandum Farinac. de testib. quæst. 54. num. 27.*

Demū nec subsistunt, quæ dicebantur de contrarietate testium, quam tolli, tota eorum depositione perlecta, visum fuit Dominis, & ex deductis in responsionibus facti 12 per Ioanne, cum quibus transiuerunt, pręsertim, quia † testium contrarietates, quàm maximè fieri potest sunt conciliandæ, *Rot. apud Cæs. de Grass. decis. 4. num. 5. de testib. & coram sanct. mem. Gregor. decis. 351. num. 36.*

Et ita vtraque parte informante &c.

* Est decisio 236. supra in hac eadem parte. Et alias decisiones in hac causa vide ibi in Apostilla.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Præpositurae.

Die Veneris 9. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Constitutioni Iulij III. de non capienda possessione beneficij litteris non expeditis &c. vt sit locus, quid sufficiat. Item an dicta constitutio comprehendat beneficia patrimonialia Laicorum. Et vtrum ad euitandam pęnam dictæ constitutionis prosit allegare ignorantiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Iulij III. de non capiend. benef. possess. liter. non expedit, &c. quid requirat.*
2 *Decis. in causa Aquilana Præpositura 10. Martij 1568. coram Rubeo, & aliæ declarantur. & num. 3.*
4 *Beneficia patrimonialia Laicorum non cadunt sub reseruationibus Apostolicis.*
5 *Verborum generalitas, iuncta identitate rationis est sufficiens omnia comprahendere.*
6 *Constitutio Iulij III. de non cap. possess. benefic. liter. nō exped. sui ratione conuenit omnibus beneficijs, siuè liberæ collationis sint, siuè ad præsentationem Laicorum.*
7 *Beneficia de Iurepatronatus non comprahenduntur in Beneficiali generali, etiam per viam legis emanata.*
8 *Beneficia de Iurepatronatus Regum, & Imperatorum expediuntur cum solutione taxarum, & annatarum, prout cætera beneficia, absque alia exceptione emolumentorum Datariæ.*
9 *Fraus in expeditione beneficiorum de iurepatronatus non minus cadere potest, quam in alijs liberæ collationis.*
Constitutio Iulij III. de non cap. possess. benefic. lit. &c. cum sit ita prohibitiua, & pœnalis, ac generaliter concepta æqualiter debet determinare omnia, quæ subiacent solutioni emolumentorum. num. 9.
10 *Cap. auaritiæ, de elect. in 6. & c. 1. & 3. vt lit. pend. quid determinent.*
11 *Const. tut. supradict. Iulij III. nedum imponit pœnam beneficiatis, sed etiam insimul prouidet, vt beneficia per talem priuationem vacantia, tam ab Ordinarijs, quam à Sede Apostolica, possint liberè impetrari. & num. 12.*
13 *Ignorantia iuris nunquam excusat.*
14 *Ignorantia iuris, tunc præbet causam excusationis, quando articulus est perplexus, & inter scribentes controuersus, ita vt super eo probabiliter potuerit dubitari.*
15 *Ignorantia Iuris an admittatur in terminis cap. auaritiæ de elect. in 6.*
16 *Decis. Card. Seraphin. 1238. num. 10. & 546. num. 5. & 562. par. 4. diuers. declarantur.*
17 *Leges, quod succurrant doloso ignoranti, nunquam est admittendum.*

DECISIO CCLXXXVII.

ADVERSVS iam resoluta * tria adhuc opponebantur ad euitandam Iulij Tertij constitutionem, scilicet
1 constitutionem duo † copulatiuè requirere, possessionem appręhensam litteris non expeditis, & quod eadem sit appræhensa vigore supplicationis, secundo constitutionem non comprænendere beneficia de iurepatronatus, Tertiò in omnem casum Paulucium esse excusandam à pœna Constitutionis.

Primum visum fuit nihil releuare, nam, & si decisiones
2 † allegatæ *Aquilana Capellaniæ 10. Martij 1558. coram Rubeo. Aretina Parochialis 3. Martij 1561. coram Cotta. Placentina Capellaniæ 21. Maij 1602. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio. Calaguritana Beneficij 15. Iunij 1615. coram Remboldo,* videantur hanc qualitatem desiderare, quod possessio fuerit capta vigore supplicationis, & hæc qualitas non legatur in ipso actu appræhensionis facto per Paulucium.

3 Attamen in casibus prędictarum decisionum, † non ideo includitur hæc qualitas, vt liberetur institutus à pœna constitutionis, sed vt respectiuè possit, vel non possit iuuari alio titulo, quando ex propria confessione, vel non cōuincitur, quod ingressus fuerit possessionem vigore supplicationis, vel quod ausus fuerit capere possessionem absque litteris, nam primo casu excipiens de constitutione tenetur probare, quod prouisus à Sede Apostolica litteris non expeditis cōuolauerit ad prouisionem Ordinarij, vel alterius subcollatoris, prout Oddo probauit Paulucium, iam impetrato beneficio à Sede Apostolica, conuolasse ad alium Collatorem, & institutum fuisse. Secundo verò casu idem excipiens de cōstitutione, liberatur ab hac probatione, quia ingressus possessionem fassus fuit eandem cępisse vigore supplicationis, quæ confessio excludit omnem casum expeditionis litterarum, iuxta formam prædictæ constitutionis.

Secundum continet minorem difficultatem, Nam decisiones causæ admittunt quidem beneficia † patronalia
4 laicorum non cadere sub reseruationibus Apostolicis, *Couar. pract. cap. 36. Garz. de benef. §. 5. cap. 1. num. 590. Put. decis. 311. in correctis. libr. 1.* sed respondent eandem constitutionem cōtinere verba amplissima, videlicet quomodocunque, & qualitercūque qualificatorum, quorum
5 generalitas iuncta † identitate rationis sufficit ad comprehendendum omnes beneficiorum species, quando, vt in præsenti, posita sunt in lege generali, *Lamber. de iur. patr. par. 2. lib. 2. q. 5. art. 11. Calder. cons. 1. vt lit. pend. Paris. de resign. lib. 11. quæst. 3. num. 15. Caputaq. decis. 36. num. 4. part. 3. Crescen. decis. 6. de iur. patron. qui num. 11.* ponderat. dictiones vniuersales. *cap. auaritiæ. de elect. in 6.*
6 ad sustinendam illius Constitutionis † pœnam, quæ in sui ratione conuenit omnibus beneficijs, siue liberę collationis, siue ad Laicorum præsentationem.

Quæ rationes euitari non possunt ex allegata communi opinione, etiam in constitutione generali per viam le-
7 gis emanata, quod beneficia † de iurepatronatus non compręhendantur, nisi de illis specialis mentio facta fuerit, de qua per *Mohed. decis. 11. numer. 3. eod. tit de iur. patr. & decis. 288. numer. 1. par. 4. recent. cum alijs allegat.*

Quia quicquid sit, vbi agitur de materia reseruatoria beneficiorum, aut iuris conferendi in quibus terminis regulæ illæ generales locum sibi vindicant. Vbi tamen constitutio versatur circa expeditionem Bullarum, sicuti be-
8 neficia † de iurepatronatus etiam Regum, & Imperatorū expediuntur cum solutione taxarum, & annatarum, prout cætera beneficia absque aliqua exceptione emolumētorum Datariæ, ita prohibitiua, & pęnalis constitutio generaliter concepta, æqualiter debet determinare omnia, quę
9 subiacent solutioni emolumentorum, ex quo fraus † non minus cadere potest in expeditione beneficiorum de iurepatronatus, quàm in alijs liberę collationis, atque ita Papa non tangit ius patronorum, sed conseruat ius suum per præcepta, & pœnas, ne ab expeditoribus fraudetur, omis-
10 sa litterarum expeditione, quod idem † determinatur in *cap. auaritiæ de elect. in 6. & cap. 1. & 3. vt lit. penden. in const. de public. & cap. execrabilis,* ponderatis in secunda decisione causæ, *vers. bene euitatur obiectum.* quæ non tolluntur per allegatam diuersitatem huius constitutionis, in
11 qua dicebatur, nedum imponi † pœnam priuationis beneficiatis, sed etiam insimul prouideri, vt beneficia per dictam priuationem vacantia, tam ab Ordinarijs, quam à Sede Apostolica possint libere impetrari, quasi libera impetratio non requirat consensum, secundum *Abb. in cap. de multa. numer. 3. de præbend. Roland. cons. 42. numer. 19. lib. 2.* & per consequens de patronalibus nō fit sermo, quæ consensu reguntur. Nam in decisionibus causæ fuit
12 responsum, libertatem † impetrandi esse referendam ad vacationem, & Clericos impetrantes, non autem ad libertatem conferendi, quę per constitutionem non datur Collatoribus, & idem repetitur, maximè attenta noua præsentatione, & per officiales admissa, quod pro maiori declaratione potest deseruire, secundum rationes

nes *Ancharan. in consil. 239. numero 1.*

Tertium denique de excusatione à pœna constitutionis, facilè euitatur ex verbis eiusdem, quæ clara sunt, & de constitutione dubitari non potest, Vnde semper intrat
13 conclusio, † quod ignorantia iuris, nunquam excusat, *l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. cap. turbatur. 1. quæst. 4. Odd. de restit. quæst. 8. art. 11. num. 65. & consil. 75. num. 13. Se-*
14 *raph. decis. 1006. num.* 8. nec aliter ignorantia iuris, † potest præstare causam excusationis, quasi articulus fuerit perplexus & inter scribentes controuersus, itaut super eo probabiliter potuerit dubitari, *capit. eum qui, cum gloss. de præb. in 6. Felin. in cap. de quarta nu. 33. de præscrip. Corn. cons. 266. col. 5. lib. 4. Rot. decis. 520. numer. 565. in fin. par. 1. diuers.* & talis perplexitas, aut Doctorum dissensio, super interpretatione constitutionis, adhuc ostensa non est, per quam posset probabiliter dubitari de contrauentione ad euitandam fraudem emolumentorum Datariæ.
15 Non obstat, quod similes excusationes soleant † admitti in terminis, *cap. auaritiæ. de elect. in 6. Seraph. decis. 1238. num. 10. & 546. num. 5. & 562. in fin. 4. par. diuers.*
16 Quia in eisdem decisionibus † semper præsupponitur probabile dubium iuris, super quo cadat perplexa deter-
17 minatio, aliàs sequeretur leges † succurrere doloso ignoranti, quod nunquam admittitur *Bald. in leg. penult. C. his qui sibi adscrib. in testam. Felin. in capit. super litteris. numer. 5. de rescript. Rot. decis. 121. numer. 1. par. 3. recent.*

Et ita &c.

* Idest sub die 6. Iunij 1633. & sub die 17. Martij 1634. sunt decisiones 216. & 268. suprà in hac eadem parte.

R. P. D. MERLINO.

Valentina Iuris Sedendi.

Die Lunæ 12. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

In aliqua Ecclesia Collegiata, si preter Canonicos, adsint etiam Prepositi qui eumdem cum Canonicis habitum induunt, & in pari ordine æqualem, & eiusdem generis, & materiæ sedem obtinent, an, & quo casu liceat dictis Præpositis occupare sedes vacuas Canonicorum in Choro non interessentium.

SVMMARIVM.

1 *Actus facti lite pendente nullius sunt momenti ad firmandam obseruantiam, aut aliquod ius.*
2 *Testes vllam congruam, & concludentem rationem, si non reddant sui dicti, non probant.*
3 *Ratio dat esse testimonio.*
4 *Canonicis cappa non datur, nisi in principio officij.*
5 *Testes, si indefinite loquantur, recipiunt interpretationem, & restrictionem à testibus tempus exprimentibus certum.*
6 *Actus facti lite pendente non sunt considerabiles.*
7 *Canonicales stalli, illi sunt proprie, in quibus capitur possessio.*
8 *Canonicales sedes sunt stalli Canonicorum.*
9 *Canonici stallum ab alio inferioris ordinis, non potest occupari.*
10 *Butr. in cap. in litteris. num. 30. vers. & si non sint. de restit. spol. declaratur.*
11 *Canonici, dum habent sedes fixas & proprias, tunc numquam ab alijs Canonicis, quamuis contiguam, sessionem habentibus occupari possunt.*
12 *A Dignitatibus ad Canonicos, quando non benè infertur.*
13 *Testes, si deponant de auditu, vel de credulitate, vel si fateantur se parum esse informatos in causa, ex his plurimum eorum dicta eliduntur.*
14 *Priuilegium, quando quis habet aliquid faciendi, si sit probibitus id facere, & acquiescat, tunc potest prætendi ab eo fuisse amissum tale priuilegium.*
15 *Clausula, sublata, & decretum irritans, inficiunt contrariam quamuis obseruantiam, & possessionem.*
16 *Priuilegium concessum alicui cætui, & corpori vniuersali personarum, non potest ei præiudicium inferri, ex facto dictarum aliquarum personarum.*
17 *Ecclesiæ nomine permissum est, tam in petitorio, quam in possessorio agere, & iura sua vindicare Prælato, licet ipse expresse ad contrarium consensisset.*
18 *Ordines incongruum est, vt confundantur.*
19 *In præeminentiarum materia distinctio ordinum multum est attendenda.*
20 *In Basilica Vaticana Cappellani prouisi Cappellanijs ab Innocentio VIII. erectis, quamuis diuersi, recentioris, & imparis sint ordinis, diuersos prouentus, & distributiones percipiant, tamen, quia eodem vtuntur habitu in Choro, immediate sedent post Beneficiatos, & eorum absentium sedes vacuas subingrediuntur, & occupant.*
21 *Basilica Vaticana in sacris cæremonijs, & Chori disciplina omnium est exemplar, & Magistra Ecclesiarum.*
22 *Viri literis exculti, & cæteris digniores præponendi sunt alijs, & hoc sacri Canones passim pronunctant.*
23 *Constitutio prior censetur abrogata per posteriorem contrariam.*

DECISIO CCLXXXVIII.

STETERVNT Domini in decisis sub die 16. Decembris præteriti coram me: * iterumque hodie responderunt, licere Præpositis occupare sedes vacuas Canonicorum, Choro non interessentium, ex rationibus in dicta decisione adductis.

Quibus non obstant Testes postremo in Curia examinati, ad effectum probandi contrariam obseruantiam, & quod Canonici habent proprias sedes, quæ à Præpositis nunquam occupantur: quoniam dicti testes hoc non probant, & quatenus probarent, huiusmodi etiam probatio non releuaret.

Non probant, quia non percutiunt tempus ante motam
1 litem, quæ incepit ab anno 1597. actus † autem facti lite pendente, de quibus Testes deponunt, nullius sunt momenti ad firmandam obseruãtiam, aut aliquod ius in fauorem Canonicorum, *iuxta tradita per Abbatem in cap. licet ex quadam, num. 3. vbi Anchar. num. 5. de test. Dec. cons. 82. num. 1.* Rota apud Caputaq. dec. 412. par. 2. & coram san. *mem. Gregor. XV. decis. 325. num. 12. & decis. 382. num. 2. & per Addent. ad decis. 4. in prima addit. atque in re-*
2 *cent. decis. 409. num. 4. par. 2.* nec vllam † congruam, & concludentem reddunt rationem eorum dicti. quæ ratio
3 † dat esse testimonio, *vt inquit Abb. cons. 105. numer. 1. in fin & 2. lib. 1. Rot. apud Card. Mant. decis. 48. num. 8.*

Non enim concludit ratio illa, quod vnus ex Canonicis

cis occuparet decimam quintam sedem, quasi quod illa esset limes, ac terminus sedium canonicalium, atque aliæ sedes intermediæ intra dictum numerum essent vacuæ, neque à Præpositis occuparentur; quia contingere id potuit, ex eo, quod Canonici iam aduenissent, sed non ascẽderint Chorum, vel recesserint à Choro statim redituri, cum primum diuina inchoarentur officia, quod & sumi videtur ex depositione tertij testis, asserentis se id vidisse, dum stabat ad portam Chori, ad effectum dandi cappam
4 Domino suo, † quæ non datur, nisi in principio officij, à quo testis dicto, certum tempus exprimentis, videntur
5 restrictionem, & interpretationem † recipere alij testes indefinitè deponentes, *Cæsar. de Graff. decis.* 8. *num.* 10. *de caus. poss. & propr. Gabr. de test concl.* 6. *num.* 10. & 11. *decis.* 206. *num.* 5. *par.* 2. & *coram Reuer. D. meo Decano decis.* 99. *numer.* 3. & ex eo, quod Canonicus existebat in decima quinta sede, quasi terminus, ne Præpositi occuparent anteriores sedes, duo videntur posse inferri, Primo quod reuera, remoto impedimento, Præpositis consueuerit liber dari aditus ad illas sedes superiores. Secundo quod actus, de quibus testes deponunt, sunt gesti post motam litem, & controuersiam super iure sedendi, & sic
6 † non considerabiles, vt supra dictum fuit.

Minus congruit alia ratio, quod dum traditur possessio alicui recenter prouiso Canonico, illa semper traditur in 15. sede, & sic quod nec illa sedes, neque anteriores pos-
7 sunt vnquam occupari à Præpositis, quia sunt † stalli canonicales proprij, dùm in his capitur possessio, *ex Butr. in cap. in literis, num.* 30. *vers. & si non sint, de rest. spol. Roman. cons.* 482. *num.* 2. *Card. Caual. decis.* 198. *numero* 1.
8 Quoniam non controuertitur † sedes canonicales esse
9 stalla Canonicorum & stallum ab alio inferioris † ordinis regulariter occupari non posse, sed ex indulto Pontificis, & ex rationibus ponderatis in alia decisione, permissum est Præpositis subingredi illas sedes canonicales, dum à
10 Canonicis non occupantur. Et doctrina † *Butr.* atque aliorum supra allegata procedit quando Canonici habent sedes fixas, & proprias, prout in Cathedrali hac Valentina
11 habent Dignitates, quarum † sedes propterea nunquam à Canonicis, quamuis contiguam sessionem habentibus,
12 occupari possunt, & à Dignitatibus † ad Canonicos non bene infertur, dum isti non habent proprias, & distinctas sedes à Præpositis, quemadmodum habent Dignitates, à Canonicis.

Et demum ex dictis Testibus aliqui deponunt de auditu, aliqui de credulitate, & alij fatentur se parum informa-
13 tos de prærogatiuis Præpositorum, quibus † exceptionibus eorum dicta plurimum eliduntur, & nullus ex dictis Testibus asserit, Præpositos voluisse occupare sedes va-
14 cuas, & à Canonicis fuisse repulsos, * aut prohibitos, ipsique prohibitioni acquieuisse Præpositos; quibus positis reuera posset prætendi à Præpositis amissum fuisse ius, & priuilegium facultatiuum occupandi vacuas sedes Canonicorum, *Doct. in l.* 1. *C. de seru. et acq. Surd. cons.* 127. *numer.* 21. *et dixit Rota in Dertusen. Vicariꝭ* 22. *April.* 1624. *coram me.*

Verum quatenus etiam ex testium depositione resultaret prætensa probatio, non tamen suffragaretur Capitulo aduersus Præpositos, tum quia indultum Apostolicum Sixti V. in quo decernitur, vt Præpositi sedeant immediatè post Canonicos, & sic quod occupare possint etiam sedes Canonicorum, dum illi absunt à Choro, habet clausulam,
15 † *sublata, &c. & decreti irritantis, &c.* per quas inficitur contraria quæuis obseruantia, & possessio, *Franch. in c. cum de beneficio, de præbend. in* 6. *Gabr. de clauſ. concluſ.* 3. *num.* 3. *Rota coram Reuerend. D. meo Decano decis.* 51. *num.* 2. & *in rec.* 152. *num.* 4. *par.* 2. tùm etiam, quia, cum prærogatiua hæc immediatè sessionis post Canonicos in erectione Præpositurarum, fuerit ipsis Præposituris, &
16 † Præpositorum cætui, & corpori vniuersali concessa, nõ potuit ex facto aliquorum Præpositorum præiudicium inferri, *glos. in cap. dudum, in verb. de veritate, in fin. de elect. Rom. cons.* 374. *num.* 5. *Menoch cons.* 3. *num.* 55. *Rota decis.* 13. *de procurat. in nou. & in recent. decis.* 705. *num.* 7. *in fin. & in Mediolanen. decimarum* 9. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & semper Præpositis, etiam si ex-
17 pressè consensissent, † permissum est, tam in petitorio, quam possessorio, nomine Præpositurarum agere, & illarum iura vindicare, *iuxta Caputaq. decis.* 170. & 182. *par.* 3. *Addent. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 116. *num.* 4. & 5. & *fuit dictum in Colimbrien. Præstimoniorum* 10. *Decembris* 1631. & 18. *Iunij* 1632. *coram R. P. D. meo Dunozet. & in eadem* 27. *Iunij* 1633. *coram Reueren. D. meo Decano, & in Placentina præcedentiæ* 27. *Iunij* 1633. *coram me.*

Quæ dicebantur de maioribus Canonicorum prærogatiuis, & quod Ordine, & Dignitate sunt superiores Præpositis, qui reputantur simplices Beneficiati, vt in Summ.
18 Capituli num. 1. 2. & 3. ex quibus inferebatur † incongruũ esse, vt ordines confunderentur, quorum distinctio in ma-
19 teria † præheminentiali multum est attendenda, *l.* 1. & 2. *C. vt dignit. ord. seruet. lib.* 12. *Menoch. cons.* 126. *numero* 1. *Gratian. cap* 845. *num.* 3. visa fuerunt Dominis non releuare, quia in multis, Præpositi æquiparantur Canonicis, & Dignitatibus, nempè in thurificationibus, in pulsatione campanarum ad funerandum, & in alijs; itaut simplices Beneficiati reputari non debeant, & antiqui Præpositi, in quorum locum sunt subrogati isti Præpositi, dicebantur in dignitatibus constituti, vt apparet ex constitutione Capitulari edita 21. Octobris 1500. Incipien. Dudum Constitutione. Et satis est, vt Præpositi in Choro eundem cum Canonicis habitum induant, & in pari ordine æqualem, & eiusdem generis, ac materiæ sedem obtineant: quæ magis proxima, & magis subordinata sunt ad ius sedendi, vt potiantur prærogatiua occupandi sedes vacuas Canonicorum, & imparitas respectu aliorum non videtur quicquam habere commune cum iure sedendi, nec implicat, vt Præpositi in aliquibus impares, in alijs pares sint
20 Canonicis. Quemadmodum, & in Vaticana † Principis Apostolorum Basilica compertum est, Cappellanos prouisos Capellanijs ab Innocentio VIII. erectis, quamuis diuersi recentioris, & imparis sint ordinis, diuersos prouentus, & distributiones percipiant, tamen quia eodem vtuntur habitu, in Choro sedent immediatè post Beneficiatos, & eorum absentium sedes vacuas subingrediuntur, & occupant, vt testabatur R. P. D. meus Buccabella olim Canonicus eiusdem Basilicæ S. Petri, quod exemplum, & ri-
21 tum respicere debent Canonici Valentini, † cum ipsa Vaticana Basilica in sacris cæremonijs, & Chori disciplina omnium sit exemplar, & magistra Ecclesiarum. Et doctrinæ laus in Theologia, ac iure Canonico, qua precellunt Præpositi, & in publicis profitentur gimnasijs implere potest, si quæ desunt illis ad æquandam Canonicorum Di-
22 gnitatem: viros quippe litteris † excultos, ceteris digniores, & præponendos, sacri passim pronunciant canones, *vt in cap. ex parte, de constit. cap. graue, de præben. cap. decorem, de Instit.* Ideoque Canonicis graue esse non debet, vt ipsi Præpositi eiusdem sedis consortio associentur, vltra quod super Maioritate præheminentiarum inter Canonicos, & Præpositos lis etiam pendet in Sacra Congregatione Rituum.

Minus obstare putarunt Domini cõstitutionem sanct. mem. Pij IV. confirmatoriam statuti Ecclesiæ Valentinæ prohibentis, quemquam admitti ad sedes Canonicales, absque consensu Capituli, quia vel non comprehendit Præpositos eundem habitum cum Canonicis gestantes, cum dicta constitutio excludat solùm non indutos vestibus canonicalibus; vel per posteriorem constitutionem
23 Sixti V. in erectione † istarum Præpositarum editam, abrogata fuit, seu declarata dispositio dicti Statuti, & Bullæ sanct. mem. Pij IV. *ex traditis per Berou. cons.* 147. *num.* 28. *vers. & licet lib.* 3. *Roland. cons.* 67. *num.* 26. *lib.* 3. *Rot. decis.* 506. *num.* 5. *part.* 3. *recent.*

Quod autem dicebatur verba illa, *iuxta ordinem ad id eis præscribendum, &c.* inferre, quod Sixtus V. intellexerit locum sedendi relinquere determinationi ipsius Capituli, visum fuit satis esse sublatum ex responsione data in alia decisione, *vers. non obstat quod in litteris, &c.* cum

qua

qua etiam hodie Domini transierunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

* Est decisio 252. supra in hac eadem parte.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Legionen̄ Canonicatus Magistralis,

Die Lunæ 12. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ad Præuentionis effectum, quid inter Auditores Rotæ seruetur, & quid circa hoc disponat Ius commune. Ad electionem Canonicatuum in Ecclesijs Cathedralibus, vt validè procedatur, quid nam sufficiat, & opponens de inualiditate dictæ electionis, quando audiatur, & quando secus. Item etiam quo casu electus non teneatur docere de validitate suæ electionis, & quo casu è contra. Et alia plura circa hanc materiam in hac longè doctissima decisione habes.

SVMMARIVM.

1 *Inter Rotæ Auditores ad effectum præuentionis, attenditur commissionis præsentatio non autem citatio.*

2 *In Rota seruatur ad præuentionis effectum commissionis præsentatio.*

3 *Ad Præuentionis effectum de iure communi attenditur citatio, & ea inspici debet.*

4 *Et ista conclusio procedit etiam, quando vnus Iudex est Auditor Rotæ, alius verò extra Rotam.*

5 *Præuentio, quæ inducitur ex præsentatione commissionis, non ex citatione habet tantum locum inter Rotæ Auditores.*

6 *Citationis reproductio non est necessaria ad perpetuandam actionem, sed solum, vt Iudex possit procedere.*

7 *De præuentione, si coram Iudice fuerit oppositum, tollitur processus Iudicis præuenti.*

8 *Iurisdictio Iudicis delegati dicitur perpetuata per solam commissionem de citando.*

9 *Castren. in l. si quis postea. numer. 4. ff. de Iudic. declaratur.*

10 *Gratian. discept. 639. in princ. lib. 4. declaratur.*

11 *Ad Præuentionis effectum, an sit opus, vel quod pars citata compareat, vel quod pars citans illi accusauerit contumaciam.*

12 *Soccin. Sen. auctoritas magna est.*

13 *Contumacia non potest allegari, nisi citatio fuerit reproducta.*

14 *Signatura Iustitiæ, si nihil voluerit rescribere in materia auocationis causæ, videtur sensisse, quod remaneat, coram eo Iudice, à quo petitur auocatio.*

15 *Iudices, si sub eodem Principe contendant super præuentione, ad ipsum Principem debet recurri, eique supplicari, nè permittat partem vexari coram diuersis Iudicibus; qui Princeps vni tantum debet causam committere, & in dubio illi per quem fiet vberior locus Iustitiæ.*

16 *Signatura Iustitiæ nomine Papæ rescribit.*

18 *Attestationi Episcopi, vel alterius Collatoris non statur, quod in prouisione Parochialis seruata fuerint debita requisita.*

19 *Sicuti, nec quod interuenerint cæteræ qualitates ad hoc necessariæ.*

20 *Episcopo non creditur dicenti aliquem esse filium patrimonialem.*

21 *Confessio partis non probat iuspatronatus in præiudicium Ecclesiæ.*

22 *Episcopus non seruans formam ei datam à Papa in facultate vniendi, vnio est nulla.*

23 *De Resignatione, qui dat, tenetur docere de resignatione valida, & publicata.*

24 *Publicatio est pars resignationis.*

25 *In electione ad aliquod beneficium, regulariter loquendo, sufficit electo ostendere electionem, quam nec tenetur probare esse Canonicam.*

Electio in dubio præsumitur Canonica. num. 25.

26 *Electionem, si quis neget esse Canonicam, tenetur, iuris ordine seruato, hoc probare.*

27 *Electioni, si opponatur aliquis defectus, vt puta quod non sit factum scrutinium, vel collatio &c. ipse opponens tenetur probare hanc negatiuam.*

28 *Electus non tenetur probare validitatem suæ electionis, nisi alius possideat.*

29 *Electus non tenetur probare validitatem suæ electionis, nisi præsumptio sit contra electores.*

Electus non astringitur probare validitatem suæ electionis, nisi ius præcipiat hoc, vel nisi præcipiat, vt interueniat scriptura. num. 29.

30 *Ecclesia, quando viduatur, est seruanda in electione forma cap. quia propter. de elect.*

Electio, quando est facienda secundum c. quia propter. de elect. vota debent redigi in scriptis. num. 30.

31 *Casus, in quibus requiritur scriptura enumerat glos. in c. 1. §. postquam, in verb. in scriptis. de Censib.*

32 *Per Vniuersitatem ea, quæ fiunt regulariter non est opus, vt vota singulorum reducantur in scriptis.*

33 *Edicta, non possunt fieri sine scriptura.*

34 *In suprema electione Summi Pontificis non requiritur scriptura.*

35 *Arguere de maiori ad minus licet.*

36 *Appellatio in materia Electionis, cum sit extraiudicialis, debet fieri secundum cap. quia propter. de elect.*

37 *Cap. quia propter. de elect. habet etiam locum in beneficijs simplicibus.*

38 *In electionibus non est seruanda forma, cap. quia propter, de elect. sed solum, quando Ecclesia viduatur.*

39 *De electionis inualiditate opponens, quando non audiatur.*

40 *Opponens de inualiditate electionis vt audiatur, debet præcisè iurare vt disponit cap. vt circa. de elect. & numer. 41. & 78.*

42 *Appellatio, si peccet in forma, nulla est, & pro infecta, seu non emissa habetur.*

Cap. vt circa. de elect. declaratur num. 42.

43 *Appellatio in materia electionis, si nulliter fuerit emissa, etiamsi adesset tempus appellationis, non potest iterum*

iternm appellari, cum electo sit ius quæsitum.

44 Et hoc habet locum quamquam appellans iuret obiectiones, quas intendit proponere ad se de nouo peruenisse. vide num. 69.

45 Cap. vt circa. de elect. procedit, quando appellatur ad Papam, non ad alium.

46 Cap. vt circa. de elect. qualiter sit intelligendum.

47 Appellatio non interposita intra decem dies non valet.

48 Ignorantia non potest allegari super aliqua re, quam quis fecit.

49 Appellari an possit in extraiudicialibus post decendium. & num. 50.

51 Textus super aliqua controuersia, quando est clarus, non est vlterius quærendum.

52 De electionis inualiditate opponens per procuratorem in eius mandato singulariter, & clarè omnia contenta in c. vt circa. de elect. exprimi debent.

53 Mandatum speciale requiritur, ad hoc vt procurator admittatur ad iurandum in eius animam.

54 Per Appellationis viam, si non possit opponi contrà electionem, potest agi per viam quærelæ.

55 Actus extraiudiciales nunquam transeunt in rem iudicatam, si per viam quærelæ petatur, vt retractentur.

56 Text. in cap. concertationi. de appellat. procedit, quando fuit contradictum.

57 Ius quærelæ non est perpetuum, sed durat tantum per annum. & num. 67.

58 Grauati à Peræquatore habent facultatem conquærendi per annum.

59 Minores, & absentes Reipublicæ causa, si sint grauati à Peræquatore etiam post annum, audiuntur.

Text. in l. qui grauatos. C. de Censib. lib. 11. declaratur. num. 59.

60 Peræquator rationes reddere tenetur.

61 Cap. concertationi. de appellat. in appellatione extraiudiciali restringit tempus ad appellandum ad decendium.

62 Statutum, si fuerit factum in odium alicuius certæ personæ, & illa non eligat viam appellationis ex quo non appellauit infra 10. dies, non potest post annum via quærelæ agere, vt dictum Statutum reuocetur.

63 Ius quærelæ non expirat, nisi per lapsum decennij. quando concernit interesse publicum.

64 Ius quærelæ non expirat per annum, excipiendo.

65 Bart. in l. ambitiosæ. num. 31. ff. de decret. ab ordin. facien. declaratur.

66 Io. Baptist. de Sanc. Seuer. in l. omnes populi. num. 171. ff. de iust. & iur. declaratur.

68 Decretum irritans, quando suum operetur effectum.

70 Iudex in materia electionis potest supplere non solum ea, quæ sunt iuris, sed etiam ea, quæ sunt facti.

71 Lex, quod non dicit, nec dicere nos debemus.

72 Capitulum, potest agere nomine Ecclesiæ.

73 Appellationis via, non potest agi, dum appellatio infra decem dies non fuit interposita.

74 Mandatum sufficiens est necessarium ad opponendum, prout requiritur de iure.

75 Ecclesia, & minor æquiparantur.

76 Capitulum, si contra electionem se opposuit, & nihil contra electum, aut formam electionis probauit, si postea intendat agere nomine Ecclesiæ nequaquam releuatur ab eodem onere probandi.

77 De Ecclesiæ læsione, vel statutorum, si agatur, scilicèt ne quid agatur contra dispositionem iuris, vel statutorum Ecclesiæ, Capitulum potest se opponere.

80 Verba, quando stent conditionaliter, & non causatitiue.

81 Vicarius ex generali mandato non potest conferre ea beneficia, cuius collationes spectant ad Episcopum, sed requiritur speciale mandatum.

82 Beneficij collatio facienda vigore electionis, videtur actus necessarius. & num. 83.

84 Vicarius Capituli, sed vacante, quo casu, non possit conferre beneficia.

85 Capitulum sede vacante non succedit Episcopo, in collatione beneficiorum.

86 Vicarius Capituli, aliud est, si conferat beneficia sede Episcopali vacante, & aliud est, si sit plena.

88 Auditor Rotæ in causis beneficialibus pendentibus in Rota, cum succedat loco Ordinarij, collationem eorum beneficiorum facere potest.

DECISIO CCLXXXIX.

LEO DECIMVS, ampliando dispositionem Sixti Quarti, vt in Constitutionibus, de quibus *apud Garziam de benefic. par. 5. cap. 4. num. 169. & seqq.* statuit, *quod nullus ad Canonicatus Magistrales, & Doctorales, Metropolitanarum, & Cathedralium Regnorum Castellæ, & Legionis, necnon Granatæ, & Nauarræ assumatur, nisi ex electione Archiepiscopi, siue Episcopi pro vno, eius voto computato, & Capituli per vota secreta præuio Edicto apponendo, ac publico examine, ac Iuramento de eligendo magis Idoneum*; vigore huius Constitutionis, cum vacaret Canonicatus Magistralis Cathedralis Legioneñ, præuijs Edictis, fuit factus concursus, & prælectus Doctor Ioannes Santander, qui post obtentam à Vicario Episcopi collationem, cum a Capitulo petijsset admissionem, idem Capitulum voluit fieri Informationes super illius puritate iuxta Statutum Ecclesiæ à san. mem. Pio Quinto confirmatum, quibus exhibitis, ac per Capitulum eiectis, Ioannes appellauit, causamque appellationis introduxit coram Reuerendiss. D. Nuntio Hispaniarum, qui tulit sententiã pro puritate, à qua Capitulum appellauit, & causam Ordinario Oueteñ commisit citato Ioanne, citatione tamen non reproducta, Ioannes verò causam eiusdem appellationis à sententia Nuntij interpositæ preueniendo reproductionẽ citationis, commisit in Rota, & citauit ad dicendum contra; Vnde cum excitato apud nos articulo nedũ puritatis, sed etiam incompetentiæ Iurisdictionis, & defectus formæ in electione non seruatæ, fuerit pronunciatum ad fauorem dicti Ioannis, hodie dubitaui, An dicta sententia Rotalis sit confirmanda, cumque articulus puritatis iam fuerit resolutus ad fauorem dicti Ioannis, vt in decisionibus factis 13. Iunij superioris anni corã R. P. D. meo Motmanno,* & coram me 9. Decembris preteriti,* remanebant solum alij duo articuli discutiendi, de quibus cum hodie coram me fuerit dubitatum, postquam causa fuit quater proposita, & mature discussa, capta est resolutio ad fauorem Ioannis, & dictum, Sententiam Rotalem esse confirmandam.

Quantum enim attinet ad primum articulum incompetentiæ Iurisdictionis, pro parte Capituli dicebatur, quod
1 licet inter Rotæ † Auditores ad effectum præuentionis attendatur Commissionis præsentatio, non autem citatio, tam ex ordine Vicecancellarij dato in die S. Stephani post prandium, *vsque de anno 1375. vt in decis. 1 de Constitut.*
2 *in antiq.* prout ita † seruat *Rota decis 6. de rescript. in antiq.* quam vigore Innocentianæ, vt præter Cassad & alios

mox allegandos, dicunt *Put. decis. 460. lib. 2. in correctis,*
Thom. de Tanis decis. 57. Ant. Aug. in Epitom. in tit. de re
script. § 16. Attamen de iure communi ad effectum præ-
3 uentionis, † citatio, quæ sine dubio in hoc casu præcessit
coram Oueteñ, debet attendi *glos. in capit. vt debitus, in*
verb. assignante de appell. Cassad. decis. 5. de rescript. Vestr.
in praxi lib. 3. cap. 11. numer. 1. Mandos. in praxi commiss.
Signat. Iust. commiss. 10. Audiat qui præuenit. vers. tertio
pro intellectu Signaturæ præmissæ. Scacc. de Iudic. libr. 1.
4 *cap. 12. num. 58. vers. aut neuter,* vbi quod hæc † conclusio
procedit, quando vnus Iudex est Auditor Rotæ, alius ve-
5 rò extra Rotam, quia præuentio, † quæ inducitur ex præ-
sentatione Commissionis, non ex citatione, habet tãtum
locum inter Rotæ Auditores, & subiungebatur, quod, &
si citatio coram Oueteñ non fuerit reproducta, reprodu-
6 ctio † tamen non est necessaria ad perpetuandam actio-
nem, sed solum, vt Iudex possit procedere, prout declarat
Castren. in l. si quis postea. num. 4. vers. non tamen requiri-
tur. ff. de Iudic. Gratian. discept. 639. lib. 4. in princ. Vnde
7 inferebatur, quod cum in Rota fuerit oppositum † de præ-
uentione, processus Ordinarij Oueteñ præuenientis, tol-
lebat processum Rotæ præuentæ, *d. l. si quis postea ff. de Iu*
dic. cap. proposuisti, & ibi Socc. & alij de for. compet. Gabr.
conclus. 1. num. 18. tit. de Iudic. Put. decis. 234. lib. 2. in cor-
rect. Rot. in recent. par. 2. decis. 451. num. 12. & 13. & post
2. vol. cons. Farinac. decisio. 287. & in Lauden. pecuniaria
apud Marches. par. 3. fol. 20 num. 1. & late Scacc. de Iu-
dic. lib. 1. cap. 12. num. 57. vers. & processus præuenientis,
& num. 66.

Huic fundamento fuit responsum, quando agitur co-
ram Delegato, diuersum esse dicere, perpetuatam esse Iu-
8 risdictionem, & esse præuentum. Iurisdictio † enim di-
citur perpetuata per solam commissionem de citando;
itaut morte delegantis non expiret, *Rot. decis. 9. de dol. &*
9 *contumac. in antiq.* & in istis terminis loquitur † *Castren.*
loco præcitato, & de hoc non dubitatur in hac facti spe-
cie, sed solum de præuentione, ad quem effectum requi-
ritur citatio, quæ sit executioni demandata, *Rot. decis. 9. de*
dol. & contum. Antonius de Matthæis de prorogat. iuris-
dict. & c. num. 33. Scac. de Iudic. loco modo allegato num.
59. vers. sed ne in prædictis decipiaris; Vnde punctus stat
in eo; an requiratur reproductio, vel sufficiat sola execu-
tio, circa quod nihil dicunt Doct. prædicti, quia *Castren.*
(vt dictum est) loquitur ad effectum perpetuandi Iuris-
10 dictionem, *Gratian.* † vero loquitur ad effectum, quod
Iudex possit procedere, si pars compareat, etiam quod ci-
11 tatio non sit reproducta, & quod ad effectum † præuen-
tionis sit opus, vel quod pars citata compareat, vel quod
pars citans illi accusauerit contumaciam, in puncto volue
runt *Soccin. Sen. in cons. 41. Antequam ad quæstionem, nu-*
12 *mer. 3. lib. 1.* cuius † magna est auctoritas, *Villalob. in suis*
communibus opin. littera I. verbo, iurisdictio. num. 161. in
fin. vers. & nota ad intelligentiam istius legis, Farinac. in
quæstio. crim. lib. 1. quæst. 7. num. 60. Scacc. de Iudic. loco su-
pra allegato, num. 59. vers. imo secundum Villalob. & pro-
pterea cum nec dictus Ioannes, nec illius Procurator cõ-
paruerit coram Oueteñ, nec Capitulum accusauerit illius
contumaciam, licet fuerit executa citatio, non potest dici,
fuisse præuentum, & contumacia non poterat accusari,
13 nisi † fuisset reproducta citatio, vt Iudici constaret, Ioan-
nem fuisse citatum, & contumacem esse in comparendo.

Secundo fuit responsum, quod cum tam Episcopus O-
ueten. quam Rota sint sub Iurisdictione Apostolica, &
pars Capituli recursum habuerit ad Signaturam Iustitiæ
pro auocatione causæ a Rota. Patres illi nihil voluerunt
rescribere, prout facere solent, quando, vt in casu isto, pe-
14 titur auocatio, & propterea nihil rescribendo satis † vide-
tur sensisse, quod causa remanere deberet in Rota, vel
quia verum iudicarunt dictum *Soccini,* & aliorum, vel
quia ita voluit de absoluta potestate, vt benè considerat
Bossius in tit. de for. compet. num. 104. vbi, quod si Iudices
15 *sub eodem † Principe contendant super præuentione ad ip-*
sum Principem debet recurri eique supplicari, ne permittat
partem vexari coram diuersis Iudicibus, qui quidẽ Prin-
ceps debet vni tantum causam remittere, & in dubio, illi,
per quem fiet vberior locus Iustitiæ, & propterea, cum pe-
16 teretur causam remitti ad partes, & Signatura, † quæ no-
mine Papæ rescribit, non annuerit petitionibus Capituli,
licet nihil rescripserit, censuit nihilominus, causam debere
17 remanere in Rota, quia negando † auocationem à Ro-
ta, approbauit, quod causa in Rota deberet remanere, *cap.*
nonne. de præsumpt.

Quantum attinet ad secundum articulum circa validi-
tatem electionis, licet verum sit, non esse standum attesta
18 tioni Episcopi, vel alterius Collatoris, quod † in prouisio-
ne Parochialis seruata fuerint requisita, *Rota in Panormi-*
tana Archipresbyteratus, part. 4. recent. decis. 468. nec
19 quod interuenerint † cæteræ qualitates, requisitæ in pro-
uisione, *Caputaq. decis. 308. par. 1. & decis. 289. par. 2.* vbi
20 quod non creditur Episcopo dicenti aliquem † esse filiũ
patrimonialem, *Adden. decis. san. mem. Greg 452. vbi nu-*
mer. 22. quod confessio partis non probat Iuspatronatus
21 in † præiudicium Ecclesiæ, *Cæs. de Grass. decis. 1. de reb.*
22 *Eccles. non alien. num. 1.* vbi, quod si Episcopus † non ser
uat formam datam per Papam in facultate vniendi, vnio
23 est nulla. Et qui dat † de resignatione, tenetur docere de
24 resignatione valida, & publicata, quia publicatio † est pars
resignationis, & fuit resolutum coram *san. mem. Clemen.*
VIII. in Calaguritana Thesaurariæ 4. Februarij 1579. &
in causa Hispalen. & Corduben. Præstimoniorum 14. Iunij
1600. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Meten. Ca-
nonicatus 8. Martij 1609. coram R. P. D. meo Pirouano,
Seraph. decis. 1309. Rota diuers. decis. 190. sub num. 2. par.
2. Nihilominus aduertendum est, quod in hoc casu versa-
25 mur in materia electionis, in qua † regulatiter loquendo,
sufficit electo ostendere electionem, quam nec tenetur a-
lias probare, esse Canonicam, cum talis præsumatur, & si
26 quis † neget eam esse Canonicam, tenetur iuris ordine
seruato (cum extraiudicialiter procedatur ad illam) hoc
probare, vt statim dicetur *Lapus Abb. in c. licet Episcopus*
num. 3. & seqq. de preben. in 6. Gemin. ibid. num. 12. statim
post princ. vers. & sufficit, Io. Andr. in cap. sicut. num. 11.
vers. ex hoc videtur. de sent. & re iudic. vbi in pũcto, quod
si aliquis defectus opponatur contra electionem, vt putà,
27 † quod non sit factum scrutinium, vel collatio, vel com-
munis electio, ipse opponens tenetur probare hanc nega-
tiuam, *idem Io. Andr. in cap. 1. num. 1. de concess. præben.*
in 6. Aegid. decis. 76. num. 5. vers. modo ita. & ista adeo ve-
28 ra sunt, vt ipse † electus non teneatur probare validitatem
suæ electionis, nisi alius possideat, *Gemin. loco citato, vers.*
si autem possessor, & sentit Aegid. pariter loco citato, Lap.
Abb. d. num. 3. vers. si autem possessor, Io. Andr. in d. cap. 1.
29 *num. 1.* vbi, quod electus non † tenetur probare, nisi præ-
sumptio sit contra Electores, *& in d. cap. sicut, d. num. 11.*
dicit *quod electus non tenetur probare, nisi Ius hoc præci-*
piat, vel nisi Ius præcipiat, vt debeat interuenire in electio-
ne scriptura, quia tunc Ius videtur velle, vt per electum
probentur solemnitates. In casu autem nostro, nec adest
possessor, nec præsumptio est contra Electores, neque
Ius, aut dd. Constitutiones Sixti, & Leonis hoc præci-
piunt, nec de Iure, aut ex dictis Constitutionibus constat,
quod scriptura debeat interuenire, in Iure enim solùm re-
30 peritur dispositum, quod † quando Ecclesia viduatur:
quo casu est seruanda in electione forma, *capit. quia*
propter. de elect. vota debeant redigi in scriptis, vt di-
sponitur in illo textu, *Abb. ibid. num. 6. & 7. vers. octa-*
uus. Ioan. Andr. num. 19. Hostien. num. 31. Innoc. num. 6.
31 *Imol. num. 7. in fin. vers. in cap. redacta,* & 30. casus, † in
quibus requiritur scriptura, enumerat *glos. in cap. 1. §.*
postquam, in verb. in scriptis. de Censib. vbi in materia
electionis, enumerat solum hunc casum, quando ser-
uatur forma dicti *capit. quia propter.* & propterea meri-
to dicit *Abb. ibidem d. num. 6. quod debet colligi ex hoc*
32 *per locum à speciali, † quod regulariter in alijs, quæ*
fiunt per Vniuersitatem, non est opus, vt vota singulorum
redigantur in scriptis. Et licet dictæ Constitutiones lo-
33 quantur de edictis proponendis, † quæ non possunt
fieri sine scriptura, Attamen sufficit, quod citra quam-
cumque

cumque solemnitatem de illis constet, prout satis constat in casu isto, & est summopere notandum, quod nec
34 † in suprema electione Summi Pontificis requiratur scri-
35 ptura, Vnde si licet arguere † de maiori ad minus, res videtur clara, quod in hac electione, scriptura non sit necessaria.

Hinc proinde sequitur, quod licet ab initio Capitulum seruata forma Iuris appellando ad Sanctiss. D.N. coram quo, hodie causa pendet, potuisset impugnare hanc electionem, ostendendo illam minime fuisse canonicam, hodie tamen illi hoc amplius non liceat, quia cum fuisset processum ad electionem extraiudicialiter, si Capitulum prætendebat illam minus legitimam fuisse, opus erat, quod appellationem interponeret, & cum ista ap-
36 pellatio esset extraiudicialis, debuisset in ea seruari forma, de qua *in capit. vt circa. de electio.* vt habetur *in capit. constitutus 41. eod. tit. in 6.* quod quidem *capit. vt circa*, propter illa verba, *& aliorum Ecclesiasticorum*
37 *prouisio &c.* habet † locum etiam in beneficijs simplicibus *glos. ibidem in verbo, Ecclesiasticorum, Archidiac. numer. 1. in eodem verb. Gemin. numer. 3. vers. glos. super verb. aliorum Ecclesiasticorum, Gugliel. de Monte Lauduno in princ. verb. beneficiorum*, & sic etiam quod in electione non sit seruanda forma *capit. quia propter. de*
38 *elect.* † quod habet locum, quando Ecclesia viduatur, vt dicit Text. & omnes Doct. ibidem, *& in d. cap. vt circa.* disponitur per hæc verba: (Vt circa electiones, postulationes, & prouisiones Ecclesiasticas, viam malitijs, prout est possibile, præcludamus, nè diutius vacent Ecclesiæ, vel Personatum Dignitatum, & aliorum Ecclesiasticorum prouisio differatur, edicto perpetuo prouidemus, vt si quando aliqui, electionibus, postulationibus, vel prouisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu prouisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, siue illius, cui erat prouisio facienda, siue facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in Instrumento publico, seu literis super appellatione confectis omnia, & singula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere, vel personas, coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati corporali præstito Iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt esse vera, & posse probari; alioquin tam opponentes, quam tempore appellationis interpositæ, vel postmodum adhærentes eisdem obijciendi aliqua, quæ non fuerint in huiusmodi literis, vel Instrumentis expressa, potestatem sibi nouerint interdictam;) vnde clare apparet, quod Capitu-
39 lum † super inualiditate electionis non est audiendum, & concordat *Text. in cap. is qui. 19. & in capit. constitutus 41. de elect. in 6. Clem. constitutionem de elect. Rot. decis. 17. in fin. de except. in antiq. & decisio. 36. de appell.*
40 *in nou.* & ita præcisè debet † iurari, vt disponitur *in d. capit. vt circa*, itaut alias sit deneganda audientia, & non sufficiat si opponens iuret, quod illa, quæ in appellatione expressit, vel ea, quæ de expressis deberent suffi-
41 cere, vera esse credebat, † & se posse probare, cum simpliciter non iurauerit, prout disponitur *in d. capit. vt circa*, & ita determinatur ad literam *in d. capit. is qui contra eodem tit. de electio. in 6.* & refert quidam Modernus *in quodam suo tractatu part. 2. capit. 13. numero 242.* in terminis Constitutionum Sixti, & Leonis, quod cum non fuerit seruata forma *d. cap. vt circa*, vidit periclitari tres appellationes emissas in tribus electionibus
42 Doctoralium, quia cum principale fundamentum sit † appellatio, & illa peccet in forma, nulla est, & pro infecta, seu non emissa habetur, & licet *in d. cap. vt circa*, limitetur illius dispositio, quod non audiantur super non expressis, nisi de nouo emergant, vel superueniant, hoc tamen intelligitur, quando fuit appellatum, & hoc etiam non simpliciter, sed præuio iuramento, quod de nouo illa superuenerunt, qui non est casus noster; imò si hæc procedunt interposita appellatione à mala electione, multo magis debent procedere, quando nulla fuit interposita appellatio, prout in casu isto.

Et prædicta adeò indubitata sunt, quod si Capitulum appellasset, & dictam formam omisisset, quàmuis esset infrà terminum ad appellandum, non posset aliam appellationem iterato proponere, seruando in ea formam, ex
43 quo per † primam nulliter emissam, fuisset dicto Ioanni ius quæsitum, *d. Clem. Constitutionem §. pen. de elect.* vbi,
44 quod pars non debet audiri, † etiamsi per Iuramentum affirmet obiectiones, quas intendit probare ad se de nouo peruenisse, *Benincontr. post Mandagot.* quem allegat *de appell. quæst. 1. vers. ad quæstiones igitur veniamus*; licèt secus esset, si forma seruata iurasset, vltrà opposita, alia de nouo superuenisse, quæ priùs ignorabat, vt modò dictum fuit, & notat *Benincontrus loco citato*.

45 Non obstat, quod dispositio † *cap. vt circa*, procedat, quando appellatur ad Papam, non ad alium, *vt in cap. 1.*
46 *& ibi glos. in verb. ad nos. de elect. in 6.* & ita † intelligendus est *text. in d. cap. vt circa, Lap. Abb. ibid. numero 1. Gugliel. de Monte Lauduno post princ. in vers. & dic appellanti, Archidiac. num. 1. col. 2. vers. appellans, ibi, Et sic appellari. Monach. num. 3. Prob. num. 5. Rota decis. 13. in fin. de testib. in antiq.*

Quia fuit responsum, quod ab initio Capitulum non appellauit à mala electione, neque ad Papam, neque ad alium, sed hæc fuerunt excogitata ab Agentibus in Curia, solum igitur D. Ioannes appellauit ad Reuerendissimum D. Nuntium super articulo puritatis, super qua fuerat reiectus à Capitulo, & obtinuit sententiam fauorabilem, à qua licet appellauerit Capitulum, & commiserit causam Episcopo Oueten. & Ioannes ob negligentiam Capituli commiserit causam in Rota, quæ commissio præualet, vt supra dictum fuit, adhuc dicitur appellasse ad Papam: Vnde cum nihil opposuerit contra electio-
47 nem, hodie contra illam nihil potest opponere, cum † non appellauerit intra decem dies à die scientiæ electionis, quia non potest inficiari Capitulum dictam electio-
48 nem sciuisse, † cum ab eo fuerit facta. In appellationibus enim extraiudicialibus, puta ab electionibus, prout est casus noster, postulationibus, ac prouisionibus, & si-
49 milibus debebat appellatio † interponi intra decem dies ab illato grauamine, quod quidem decendium incipit à die scientiæ, *cap. concertationi. de appell. in 6. Franch. in cap. bonæ num. 19. vers. octauo. de appellat. Lancellot. de attent. appell. pend. limit. 50. numer. 137. vers. tertio fallit*, & ideo non est opus ingredi illam quæstionem, an in ex-
50 traiudicialibus † possit appellari post decendium, de qua *Scacc. de appell. cap. 2. quæst. 12. numer. 106.* cum habea-
51 mus textum † clarum, quod datur in extraiudicialibus decendium ad appellandum *in d. capit. concertationi*, vt considerat *Scacc. loco citato, vers. quicquid dicant*, sed quatenus etiam post decem dies potuisset appellari, (quod nullatenus est verum) adhuc appellatio interponenda per Procuratorem non esset admittenda, cum omnia disposita *in d. cap. vt circa*, deberent per ipsum Procuratorem
52 præstari, † qui vt idoneus censeatur, opus esset, quod in eius mandato singulariter, & clarè omnia contenta *in d. cap. vt circa*, essent expressa, imò requireretur etiam spe-
53 ciale mandatum ad iurandum † corporaliter in eius animam, cuius Procurator existit, quod ipse credit expressa huiusmodi vera esse, & posse probari, vt habetur *in c. Procurator de elect. in 6.*

Neque facit, quod hodiè Capitulum possit agere
54 per viam quærelæ † si non per viam appellationis, quo
55 casu actus extraiudiciales nunquam transeunt † in rem iudicatam, & quandocumque etiam post decem dies potest peti, vt retractentur, sed tamen non per remedium appellationis, vt in istis terminis *est text. in d. cap. concertationi, in fin. vbi Gemin. numero 6. Archidiac. numer. 3. Monach. num. 4. & ibi Probus, Franc. in d. cap. bonæ, num. 19. in fin. vers. sed si agatur per viam quærelæ. Lancellot. de attent. lit. pend. limit. 50. numero 74.*
Quia fuit responsum, quod textus prædictus procedit,
56 † quando fuit contradictum ibi, *sed si per Contradictionem debitam, & glos. ibi dicit*, vt si coram Superiore excipiatur, vel cassatio petatur, vel his similia, &

subdit textus, *vel alia Iuris remedia petant reuocari grauamen dummodo ei medio tempore consenserit lapsus decendij non obstat.* Vnde omisso, quod medio tempore nunquam Capitulum impugnauerit electionem; sed ista sunt excogitata (vt dixi) in Curia, sat est, quod ab initio nullam contradictionem Capitulum fecerit, nec hodie aliquid ostendat, quod releuet.

57 Et addebat vnus ex Dominis, quod istud ius † querelæ non est perpetuum, sed durat tantum per annum, qui longè est elapsus in hoc casu, *leg. qui grauatos,*
58 *Cod. de Censib. libro vndecimo,* vbi grauatus † à Peræquatore habet facultatem conquærendi intra annum, quo elapso non auditur vlterius, exceptis minoribus,
59 † & absentibus Reipublicæ causa, & licet ille textus non loquatur in perpetua peræquatione, sed in vna, quæ non duret, nisi vsque ad futurum censum, qui sæpe solebat repeti, *leg. omne territorium, Cod. eodem d. libro vndecimo,* & sic in casu, quo non erat tam ma-
60 gnum præiudicium, & loquitur in peræquatore, † qui rationes reddere tenetur, quare meritò ibi restringitur quærela illa temporaria ad annum, ne contingant rationes talium Officialium nimis perturbari, & impediri, vt notat eleganter *Addit. ad Dec. capit. cum omnes, in litera. C. de constitut.* quæ rationes bene militant in casu nostro, vt colligitur *ex d. cap. vt circa. de elect. in 6.* ibi, *viam malitijs,* & ibi *nè diutius vacent Ecclesiæ, & in d. capit. concertationi,* in quo, in appella-
61 tione † extraiudiciali restringitur tempus ad appellan. ad decendium ibi: *infra decem dies,* & in fortioribus
62 videmus, quod si † statutum fuerit factum in odium alicuius certæ personæ, & illa non eligat viam appellationis, ex quo non appellauit infra decem dies, non potest post annum via quærelæ agere, vt dictum statutum reuocetur, vt per text. *in d. capit. qui grauatos, tenent Bart. in leg. ambitiosæ, num. 31. ff. de decret. ab Ordin. facien. Balb. de præscript. 4. parte princip. questio. 30. numer. 6. Dec. in capit. cum omnes, num. 18. de constit. & in capit. consulit. 3. in fin. de appellat. Lancellot. de atent. appellat. pend. limit. 50. numero 75. Ioan. Baptistæ de Sancto Seuerino in l. omnes populi. numero 171. vers. oritur mihi circa prædicta, ff. de Iustitia, & Iure.* & licet in terminis statuti, quando concernit interesse publicum,
63 Ius † quærelæ non expiret, nisi per lapsum decennij, vt per *Bart. loco citato,* & quando concernit interesse pri-
64 uatum, agendo Ius quærelæ † expiret per annum, excipiendo tamen ille, contra quem fuit factum statutum, semper sit tutus, vt voluit *Ioannes Baptista de Sancto Seuerino loco allegato,* tamen nos non versamur in istis
65 terminis, *Bart.* † enim loquitur, quando de recenti fuit factum aliquod statutum, quod omnes tangit, & tunc potest per viam quærelæ impugnari, nisi sit lapsum decennium, & *Ioannes Baptista de Sancto Seue-*
66 *rino* † loquitur in simili statuto, quod tangit particulares, qui excipiendo, licet non agendo, possint etiam post annum opponere, & sic vtroque casu agitur de statuto reuocando, qui (vt dictum est) non est casus noster, cum non agatur de retrotractandis Constitutionibus Apostolicis, sed solum, An Capitulum possit hodie post lapsum annum per viam quærelæ opponere, quod dictæ Constitutiones in electione Domini Ioannis non fuerint
67 seruatæ & ex supradictis videtur dicendum, cum † sit lapsus annus, via quærelæ non posse agere.

Ex quibus parum refert, quod Bulla Leonis habeat decretum irritans, vt voluit *Garz. d. capit. 4. numero 177.* quia dictum decretum operaretur effectum suum, si Ca-
68 pitulum posset † ostendere formam dictarum Constitutionum non fuisse sibi seruatam, *Alex. in leg. 1. num. 11. & seqq. ff. de acquir. possess.* & fuit resolutum in causa *Parmien. Prioratus 16. Ianuarij, & 16. Februarij 1598. coram Orano, & in causa Cusentina Capellaniæ 16. Octobris 1601. coram rec. mem. Ioan. Garzia Cardinali Mellino* tunc Rotæ Auditore, & in causa *Nullius Canonicatus, & Sacristiæ eadem die coram bon. mem. Francisco Penia.*

Non obstat, quod prædicta tollant tantummodo pro-
69 bationes † faciendas, non autem factas, vel quæ possent haberi ex confessione partis, *dict. Clement. Constitutio-*
70 *nem, § fin. de elect.* quo casu Iudex potest † supplere non solum ea, quæ sunt iuris, sed etiam ea, quæ sunt facti, *glos. in cap. bone. in verb. curauimus allegare, de postul. Prelat. Abb. in cap. cum nobis. de elect. Nauar. libro 1. cons. 2. num. 2. tit. de elect. in nou.* quia fuit responsum, obiectum non applicari, nam confessio in contrarium D. Ioannis non adest, nec minus alia probatio, & si enim ex scripturis prætendatur probari, non interuenisse iuramentum, & alia, nihilominus hæc probatio non sufficit, nec probat istam negatiuam, cum Constitutiones
71 † Sixti, & Leonis non dicant, quod de huiusmodi electionibus debeat fieri scriptura, vt per *Ioan. Andr. in d. capit. sicut numero 11. de electio. in 6. & supra dictum fuit.*

72 Neque officit, quod Capitulum possit † agere nomine Ecclesiæ, *Cassad. decis. 7. num. 13. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 1417. num. 3. Add. ad decis. 116. num. 5. san. memor. Gregorij, & fuit pluries resolutum.* Quia fuit responsum, quod aut vult agere via appellationis, &
73 non potest, quia infra † decem dies non fuit appellatum, prout requiritur ex supra deductis, & quatenus posset age-
74 re, non adest sufficiens mandatum ad opponendum, † prout de iure requiritur, vt etiam patet ex supra deductis, & quatenus adesset mandatum, nihil probatur, quod releuet.

Aut vult agere via quærelæ, & licet ex iam dictis, ius a-
75 gendi quærela non expiret per annum fauore minoris, † & sic etiam fauore Ecclesiæ, vt supra admissum fuit, Attamen cõtra dictam electionem, vt dictum est, nihil probatur quod releuet, persona, namque electi est conspicua,
76 & contra formam electionis nihil est deductum, & † onus opponendi ex supra deductis, sicuti incumbit Capitulo, ita & etiam incumberet Ecclesiæ.

Neque prædictis omnibus resistit, quod Capitulum vigore statuti confirmati à san. mem. Pio Quinto possit se opponere contra validitatem tituli, cum in dicto statuto inserto in dicta confirmatione habeatur, quod quotiescumque aliquis in Capitulo ad possessionem alicuius dignitatis Canonicatus &c. petendam veniret, de quibus prouisum ei sit, *viso prius, & examinato eius titulo per Deputatos eiusdem Ecclesiæ, iuxta illius consuetudinem, & per illos in dicto Capitulo facta relatione &c.* &
77 de iure etiam cum † agatur de læsione Ecclesiæ, vel statutorum, ne scilicet quis admittatur contra dispositionem iuris, vel statutorum Ecclesiæ, Capitulum potest se opponere, *vt in causa Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in causa Tullen. Coadiutoriæ 13. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Motmanno.* Quia fuit responsum, quod Capitulum tenetur probare obiecta, & cum versemur in ele-
78 ctione, † eam impugnando debuisset iuris ordinem seruare, de quo supra dictum fuit, & cessante etiam materia
79 electionis, onus probandi inualiditatem † tituli incumberet Capitulo, vt in dictis Decisionibus *Pacen. puritatis, & Tullen. Coadiutoriæ,* & fuit dictum etiam in causa *Ratisbonen. Canonicatus 23. Iunij 1617. coram R. P. D. Pirouano. san. mem. Gregor. decis. 221. numero. 4.* Imò cum agatur de electione vsque ab initio minus solemniter impugnata, hodie via probandi est præclusa, vt supra dictum fuit, & addebat etiam vnus ex Dominis, quod statutum non suffragabatur Capitulo, quia non probat consuetudinem, quam tenetur probare, cum verba illa, *iuxta consuetudinem,* non referantur ad verbum *Concedimus,* ex quo narrato statuto, solum Papa illud confirmat, sed ad examen facien. Vnde eadem verba stant conditiona-
80 liter (scilicet) quatenus adsit consuetudo, † non autem causatiue, quia (scilicet) adsit consuetudo, *vt in cap. Abbate S. Siluani 25. de verb. signific.*

Denique non obstat, quod collatio istius Canonica-
81 tus Magistralis fuerit per Vicarium facta, † qui non potuit hoc facere ex generali mandato, si collatio spe-

spectabat ad Episcopum,sed requirebatur speciale, *vt in cap fin.de offic.Vicar.in 6.*

82 Quia cum agatur de collatione facienda † vigore electionis, actus videtur necessarius, *Io. Vuamesius consil. 259. numer. 24. & cons. 260. num. 3. & cons. 267. num. 2.* & latè *Garz. de benef. d. par. 5. cap. 7. numer. 55.* Et ideò

83 isto casu † facultas conferendi compræhenditur in generali mandato, vt videtur tenere, *Prob. ad Monach. in d. cap fin. numer. 5. vers. pro præmissis*, & in puncto *dicit Garz. de benef. d. par. 5. cap. 8. numer. 109. vers. ac consequenter*, & hoc eo magis procedit, quia Vicarius Ca-

84 pituli † sede vacante in isto casu potest conferre, vt per Doct. allegatos per *Garz. d. par. 5. cap. 7. num. 55.* & ta-

85 men Capitulum † sede vacante non succedit Episcopo in collatione beneficiorum, *cap. 2. ne sede vacante, & cap. vnico, §. cum verò, eod. tit. in 6. & cap. 1. de institut. eodem lib.* & licet posset replicari, quod adsit diuersitatis

86 ratio, quando sedes † vacat, & sedes est plena, videtur tamen eadem ratio, quando Episcopus non reclamat, si verò electio habet in hoc casu vim collationis, vt aliqui voluerunt, prout refert *Garz. de benef. par 3. cap. 4. numer. 219.* D. Ioannes habet intentum, si verò Vicarius non potuit conferre, & dicatur electionem non habere vim collationis, sed requiri, quod post electionem Episcopus, & Capitulum conferat, iuxta consuetudinem Hispaniarum, vt refert *Garz. de benef. loco citato num. 221.*

87 Ioannes pariter habet intentum, quia † cum causa sit deuoluta ad Rotam si dictæ collationes non suffragantur, cum non propterea sit vitiata electio, *cap. si postquam. de elect. in 6. Seraph. decis. 1011. num. 3. & 4. & decis. 1274. numer. 7.* attenta dicta deuolutione ad Rotam, ipse Rotæ

88 Auditor, † qui succedit loco Ordinarij potest facere collationem, vt *in Clem. Auditor. de rescript.*

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

* Habentur istæ Decisiones infra, prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. BVCCABELLA.

Anconitana Dotis.

Die Mercurij 14. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Dotis confessio facta constante matrimonio quando multò magis præsumatur simulata.

SVMMARIVM.

1 *Testes consanguinei, & affines non probant.*
2 *Testis repellitur, si sit vilis, & pauper.*
3 *Testes singulares de loco, tempore, & rebus, nullam probationem faciunt.*
4 *Probatio, vt releuet, debet concludere per necesse.*
5 *Vxor ex quibus excludatur, quod aliqua bona non dederit in dotem marito.*
6 *Vxor non potest ea in dotem dare, quæ penitus amisit.*
7 *Velle dare id non præsumitur, quod non potest habere.*
8 *Dos etiam constante matrimonio potest validè augeri.*
9 *Quod intellige, quando constat dotem fuisse verè, & realiter auctam.*
10 *Vxor non præsumitur dedisse marito notabilem quantitatem Dotis, & non curasse ab illo quietantiam reportare.*

DECISIO CCXC.

PERSTITERVNT Domini in Decisis die 23. Ianuarij præt. * ex deductis in decisione contra quæ, nihil releuans visi fuerunt probare Testes dati pro parte

1 D. Franciscæ. Tùm quia aliqui † ex illis sunt ipsius con-

2 sanguinei, & affines, alij verò viles, ac † pauperes, & plures alias patiuntur personales exceptiones. Tum etiam

3 quia sunt † singulares, de loco, tempore, & rebus, & ideò probationem aliquam non faciunt, *Crauet. cons. 41. numer. 7. Surd. cons. 307. num. 12. Rota decis. 261. num. 3. par. 5. diuers.* Tum demum, quia deponunt tantum de asportatione nonnullorum bonorum ad Domum viri, non autem probant effectualem consignationem illi factam ad computum Dotis, cum illa ex tali asportatione necessa-

4 rio non inferatur, & sic † probatio non concludat per necesse prout requiritur, vt per *Mohed. decis. 2. de sentent. excomm. Seraph. decis. 137. num. 2.* Præsertim cum aliqui ex ipsis dicant, quod Claues Capsarum detinebantur ab eadem Francisca, & quod ipsa mortuo viro eadem

5 bona secum † tanquam propria asportauit, illaque pœnes se retinuit, quod prætensam consignationem ad effectum de quo agitur aperte excludit.

Et Præmissa tanto magis visa fuerunt Dominis indubitanter procedere. Quia non constat, nec est verisimile D. Franciscam potuisse tot pecunias, ac bona vltra Dotem effectualiter habere, & Testes prædicti affirmare videntur, quod illa erant eademmet, quæ fuerant sibi à primo Viro iure legati in Testamento relicta, hoc autem posito secundo Viro in Dotem consignari non potuerūt. Quia illa relicta fuerant sub expressa conditione, quod ipsa monialis fieret & non aliàs, & casu quo nuberet, caderet ab huiusmodi legato, vnde cum secundo nubendo

6 Ius omne, quod in illis habebat † pœnitus amisisset, non potuit ea tanquam propria in Dotem dare, & consequenter arguendo à potestate ad voluntatem, nec etiam cen-

7 sendum est voluisse, cum nemo credatur † velle, quod non potest *glos. in l. Peto. in princip. & ibi Bald. ff. de leg. 2. Craueit. cons. 76. num. 4. cum alijs per Surd. cons. 431. num. 41. & seqq.* Et vltra præmissa in contrarium etiam maximè vrgent præsumptiones, & inuerisimilitudines in alia decisione ponderatæ.

Præterea etiam si dici posset sufficienter constare de effectuali aliquarum pecuniarum numeratione & bonorum consignatione, & præsertim illorum, quæ primus Testis datus in Summario ipsius Franciscæ num. 18. dicit sibi fuisse per Hieronymum vēdita cum assertione, quod erant dotalia suæ vxoris, non tamen propterea sequerentur illa fuisse data ad computum Dotis vltra scuta 2250. cum non appareat excedere scuta 250. de quibus fuit facta particularis quietantia.

8 Neque obstat quod Dos etiam constante † matrimonio possit validè augeri, *l. si constante, & l. cum multæ, & ibi Alciat. numer. 2. C. de dotat. ante nupt. Bald. cons. 477. num. 5. vol. 5. Fulgos. cons. 207. ante numer. 1. vers. cuius rei gratia.* Quia hoc procedit quando aliunde constat Do-

9 tem fuisse verè, † & realiter auctam, quod tamen in casu proposito nullo modo probatur. Immò nec etiam Instrumentum in quo D. Francisca se fundat loquitur de augumento Dotis postea facto, Hieronymus enim in eo asserit, ac confitetur sibi vsque ab initio, & de tempore contracti matrimonij, & sic etiam per duos annos ante confectionem primi Instrumenti Dotalis loquentis de tota, & integra dote scut. 2250. tantum fuisse sibi consignatas pecunias, & mobilia, adeò vt Dos ab initio fuerit in totum scutorum 4000. contra quam propterea assertionem maximè vrgent præsumptio, & inuerisimilitudo ex dicto primo Instrumento deducta, & in decisione ponderata.

Nec quicquam facit quod d. primum Instrumentum loquatur de tota, & integra Dote verbotenus promissa, & sic non videatur excludere aliam prætensam dotem constitutam per effectualem traditionem tempore con-

tracti matrimonij in pecunijs; & mobilibus cõsistentem, Quia vltra quod de effectuali traditione re vera non constat; matrimonium enim fuerat contractum antequam Francisca ad viri Domum accederet,& pecunias, ac mobilia,vt prætenditur, consignaret, & consequenter promissio facta de tempore contracti matrimonij,de qua d. Instrumentum loquitur,realiter, & cum effectu continebat totam, & integram Dotem, quæ in ipsa sola promissione non autem traditione consistebat, & in omnem casum semper viget inuerisimilitudo, ac præsumptio ex eo deducta, quod non est credendum D. Franciscam adeò notabilem Dotis quantitatem mediante effectuali tradi-
10 tione marito dedisse, & nihilominus † de ea nullam omninò mentionem in Instrumento prædicto fieri,nec quietantiam aliquam reportare curasse,ex traditis per *Rot. coram san.mem.Gregor.XV.decis.188.num.3.*

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit,&c.

* Est decisio 259.supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Dismembrationis.

Die Mercurij 14. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Ecclesia aliqua Parochialis, si sit malè, & nulliter vnita, & incorporata alteri Ecclesiæ Parochiali, danda est manutentio Parochianis dictæ Ecclesiæ nulliter vnitæ in quasi possessione percipiendi Sacramenta in ea, & alias functiones Parochiales, &c.

SVMMARIVM.

1 *Parochus Sacramenta Parochianis, & Parochi ab eo recipere debent.*
2 *Priuatio præsupponit præcedentem habitum.*
3 *Prohibitus,si quis sit aliquid facere,ex hac prohibitione arguitur ad præcedentem possessionem.*
4 *Possessio transfertur etiam ex actu nullo, quando deuentum est ad realem traditionem.*
5 *De Ecclesia priuanda suo iure ex facto Rectoris, vel alterius,quando agitur, Ecclesia non dicitur priuata, sed semper potest intentare manutentionem; & illa danda est.*
6 *Rector,Ecclesiæ non potest præiudicare, & licet alienando bona Ecclesiæ, habeat se pro spoliato, nihilominus Ecclesiæ competit manutentio.*
7 *In Ecclesia speciale est, quod ex actu nulliter gesto à Rectore non remaneat priuata possessione,*
8 *Et hoc ea ratione,quia possessio non dicitur existere penes Parochum,sed apud Ecclesiam.*
9 *Ecclesiæ datur interdictum, vnde vi,pro rebus male à Prælato alienatis.*
10 *Ad præiudicij effectum consensus debet esse legitimus, idest cum scientia.*
11 *Communitati sicuti non acquiritur possessio ex gestis singularum personarum, ita nec eam amittit ex dd. personarum gestis.*
12 *Actus recentes,& qui dederunt causam liti,non sunt alicuius considerationis, nec aliquod ius considerabile tribuunt ad manutentionem obtinendam.*
13 *Ex possessione ciuili animo retenta,danda est possidenti manutentio.*

DECISIO CCXCI.

POSTQVAM Rota coram me 22.Iunij 1633.* resoluit esse nullam dismembrationem factam à Vicario Archiepiscopi Bononien. Curæ Animarum Ecclesiæ S. Gregorij Duglioli Bononien. Diœcesis,necnon vnionem, & annexionem factam dictæ Curæ Ecclesiæ S. Michaelis de Mezzolaria, & declarationem, quod imposterum dicta Ecclesia Sancti Gregorij Duglioli,& Beneficium illus esset,& haberetur pro Beneficio simplici, & absque Cura,hodie dubitari contigit cui sit dandum mandatum de manutenendo; An Communitati, & Parochianis S. Gregorij in quasi possessione percipien. Sacramenta, & alias functiones Parochiales à Parocho dicti loci Duglioli,vel potius Rectori S.Michaelis de Mezzolaria exercē. Curam Animarum in Domibus, locis, & personis dicti loci Duglioli. Et cum in hoc iudicio manutentionis attendatur status de tempore motę litis,& ex infra dicēdis probetur Parochianos Duglioli recepisse Sacramenta in Ecclesia Sancti Gregorij ante decretum dismembrationis, ideò ad fauorem Communitatis, & Parochianorum S. Gregorij fuit resolutum.

Illorum namque possessio iustificatur nedum ex Iuris assistentia, cum ex Iuribus, quæ dantur in Summario,cõ-
1 stet Ecclesiam esse Parochialem,† secundum quam Parochus Sacramenta Parochianis administrare, & Parochiani ab eo recipere tenentur,*vt in cap.1.de Celebr.Missar. & cap.cum persona. de priuil. in 6.* Iuncto præsertim antiquissimo Instrumento dotationis eiusdem Ecclesiæ, vsque de anno 1519. vbi legitur Parochianos loci Duglioli cœpisse recipere Sacramenta in Ecclesia,de qua agitur, sed etiam ex decreto dismembrationis, in quo præsupponitur eadem possessio administrandi Sacramenta, & recipiendi respectiue, dum expresse Rectori dictæ Ecclesiæ
2 S.Gregorij prohibetur futura † Sacramentorum administratio,quæ priuatio præsupponit præcedentem habitum, *l.manumissus.ff.de Iust. & Iur.l.decem.ff.de verbor. oblig. l.Titio vsusfructus.ff.de condit.& demonstrat. Rolan.consi. 32.num.57. lib.4. in terminis possessionis.* Quia si in futu-
3 rum non poterit administrare † Sacramenta, ex hac prohibitione arguitur ad huiusmodi præcedentem possessionem, *sanct.memor.Gregor.XV. decis.402.num.1.& 4, 8. num.2.*

Non obstat,quod per d.dismembrationem priuati fuerint sua possessione,necnon per consensum eidem dismēbrationi præstitum facto proprio ceciderint a possessione,quoniam quoad dismembrationem,cum illa fuerit nulla ex pluribus,vt censuit Rota coram me dicta die 22. Iunij 1633. inde fit non fuisse amissam per Parochianos pos-
4 sessionem, & licet etiam † ex actu nullo transferatur possessio, quādo deuentum est ad realem traditionem, *Grat. resp.50.num.10.lib.1.Put.decis.276.num.5.lib.3.in corre-*
5 *ctis,* Tamen vbi agitur de priuanda † Ecclesia suo iure ex facto Rectoris,vel alterius,nullo,Ecclesia non dicitur priuata,sed manutentio semper potest intentari,& illi est dāda, *Caputaq. dec.170.& 181.par.3.sanct.mem.Greg.XV. decis.116.num.1.Rot.in recent.decis.473.num.2.par.2.* vbi aliæ decisiones cumulantur, & fuit latè deductum in *Colimbrien. Præstimoniorum 10.Decembr.1631.& 18 Iunij 1632.coram R.P.D.meo Dunozetto.confirmata 27. Iunij 1633.coram Reuerendiss.D.meo Decano,*& quamuis Pa-
6 rochus habuerit se pro spoliato,cum non † possit præiudicare Ecclesiæ,nec etiam in possessione, Ecclesiæ competit manutentio. *Seraph.decis.1417.num.3.Rot.in Theatina Iurisdictionis S.Ioannis in Venere 10. Maij 1621. coram Reuerendiss. D.meo Decano,* est enim speciale in
7 Ecclesia, † quod ex actu nulliter gesto à Rectore non remaneat priuata possessione; *Bart.in l. si vir, vxori. las.*

num.

num.28.ff.de acquir.possess.Caputaq.decis.182.numero 8. par.3. Rot. in Feretrana Parochialis 1 1.Februarij 1628. coram bon.mem.Cardinali Virili, ea ratione, quia posses-
8 sio non dicitur existere † pœnes Parochum, sed apud Ecclesiam ex communi, & veriori, de qua per *Alex.cons.81. num.17.lib.3.Paris.cons.24.num.5.lib.1.Rot.decis.1.num. 1.de rest.spol.in nou.Caputaq decis.170.numer.4.part.3.&*
9 hinc est, quod datur interdictum, † vnde vi, Ecclesiæ pro rebus alienatis per Prælatum, *Abb. in cap. cum super de caus.possess. & proprit. Rot. decis. 227. & 542. in antiquior.*

Nec est habenda ratio consensus præstiti per Parochũ dismembrationi, cum ex iam deductis pateat non potuisse præiudicare. Nec pariter potest fieri vis super consensu Parochianorum, quatenus probaretur, dum nec minus ab ipsis potuit præiudicari Ecclesiæ Communitati, illisq; Parochianis ex gestis tam ante, quam post dismembrationem, & cum saltem non doceatur de consensu legitimo, hoc est cum scientia, & de ordine totius Communi-
10 tatis, prout requiritur ad effectum, † vt illi dicatur illatum præiudicium, quoad possesionem, quemadmodum ex ipsorum gestis non acquirebatur possesio eidem Communitati, nec è contra amissa fuit, *Hond.cons.79.num. 25. ad fin. cum seqq.lib.1.Put.decis.28.lib.2.in correct.Rot. in recent.decis.458.numer.2.part. 1.& in specie fuit decisum in Tusculana Siluarum 6. Iunij 1616. coram Eminentiss. Cardin.Verospio.*

11 Non obstat actus possessorij † facti per Rectorem S. Michaelis de Mezolaria, quia sunt recentes, & dederunt causam liti, & vigore dismembrationis emanarunt, ideoque eandem nullitatis labem sortiuntur, itaut non sint ali-
12 cuius considerationis, † nec ius aliquod considerabile tribuerint pro manutentione obtinenda, *Rot. in Adrien. decimarum 25.Iunij 1621. coram Cordub. in Vlixbonen. 12.Nouembris 1604. coram Ortembergo, & coram sanc. mem.Gregor.XV. decis.4.num.2.*

Quare, cum nec ab Ecclesia, nec à Communitate, seu
13 Parochianis fuerit amissa possesio saltem ciuilis animo † retenta, Communitati, & hominibus S. Gregorij est danda manutentio, §.*retinendæ Instit. de interdict.l. 1.§.hoc interdictum.ff.vti possidet, cum alijs vulgar.*

Et ita vtraque parte &c.

* Est decisio 223.supra in hac eadem parte, & habentur ibi in Apostilla aliæ decisiones in hac causa.

R. P. D. PANZIROLO.

Signina Castrorum.

Die Lunæ 19. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Sententię plures, vt dicantur conformes, quid sufficiat. Ciuis alicuius loci ex priuilegio, est verè Ciuis, pręcipuè, vt gaudeat beneficio statutorum. Repudiatio Iuris non dum delati, sed quærendi licet regulariter non sustineatur, tamen fallit in pluribus casibus hic expressis. Insinuatio in renunciatione fideicommissi conditionalis an requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ dicuntur conformes, si secunda simpliciter confirmet primam.*
2 *Sententiæ plures dicuntur inter se conformes, quando conueniunt in effectu, & substantia.*
3 *Sententiæ duæ conformes habent vim trium, & faciunt rem iudicatam in Vrbe, ex dispositione statut. d. Vrbis lib.1.cap.180.*
4 *Statutum Vrbis lib.1.capit.180. comprahendit conformibus omnibus Curijs, & etiam in Rota seruatur.*
5 *Statutum Vrbis lib.1.cap. 180. comprahendit nedum originarios, sed etiam Ciues. & num.6.*
7 *Degratiæ validitate non potest dubitari, dum constat de voluntate, & potestate concedentis.*
8 *Ciuis, ex priuilegio dicitur verè, & propriè Ciuis, præsertim ad effectum, vt beneficio statutorum gaudeat.*
9 *Possidens bona in aliquo loco, dicitur Ciuis illius loci.*
10 *Statutum disponens, vt duæ sententiæ conformes habeant vim trium, est intelligendum de validis. & iustis.*
11 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
12 *Iura sua remittenti, ad ea amplius non datur regressus.*
13 *Repudiatio Iuris non dum delati, & renunciatio Iuris quærendi regulariter non valet.*
14 *Repudiatio Iuris non dum delati facta cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit, valet. & num.19.*
15 *Repudiatio Iuris quærendi, facta medio iuramento sustinetur.*
16 *Repudiatio Iuris quærendi tenet, quando fit præsente, & acceptante eo, ad cuius fauorem repudiatur.*
17 *Repudiatio Iuris quærendi tenet, quando fit per pactum expressum de non petendo.*
18 *Insinuatio an requiratur in renunciationibus.*
20 *Per Renunciationem Iuris quærendi solum principio acquisitionis obuiatur.*
21 *Renuncians, dum non efficitur pauperior, non potest dici vera donatio considerata in statutis ad effectum insinuationis.*
22 *Statuta disponentia, quod in donationibus requiratur insinuatio, vt habeant locum, requiritur, quod donans fiat pauperior, & donatarius locupletior.*
23 *Insinuatio non est necessaria in renunciatione Iuris quærendi.*
24 *Fideicommissi conditionalis ius ante purificatam conditionem, dicitur pendere à futuro incerto euentu. Cum fideicommissarius etiam iunior hæredem grauatum possit prædecedere. num.24.*
25 *Fideicommisso conditionali ante aduentum conditionis renuncians, non dicitur renunciare Iuri radicato aliqua certa spe.*
26 *Insinuatio in donatione tunc multo minus requiritur, stante incertitudine futuri euentus.*
27 *Donatio annua, quæ respectu singulorum annorum nõ ascendit ad summam 500. sed respectu plurium annorum longe illam excedat, ex quo donatarius ante completum primum annum decedere potest, ideo non requirit insinuationem.*
28 *Læsio, in renunciatione iuris quærendi ex fideicommisso conditionali considerari non potest.*
29 *Ad Læsionis effectum in renunciationibus, attenditur tempus d. renunciationis.*
30 *Bart. in l. is potest. nu. 11. ff. de acq. possess. declaratur.*

31 *Repu-*

31 *Repudiatio, seu remissio fideicommissi conditionalis, an sit donatio, ad effectum insinuationis.*
32 *Donatio respectiua, & ob causam non requirit insinuationem.*
33 *Donationes ob causam non comprahenduntur in statutis, de donationibus insinuandis.*
35 *Confessio iurata deliberatè, & geminate facta præualet depositionibus testium.*
36 *Testes non probant valorem alicuius rei, si deponant, de particulari affectione principalis, & qualiter deponere debeant num. 37.*

DECISIO CCXCII.

PRO DOMINO Duce Saluiato informante Domini censuerunt, constare de duabus conformibus, quæ
1 sint exequendæ, cum enim † secunda Reuerendissimi Domini mei Decani * simpliciter confirmet primam bonæ memoriæ Remboldi, * dicuntur inter se conformes, *glos. in Clem. prima, in verb. alicuius, & ibi Doctores de re iudic. Caualer. decis. 38 . num. 1. & decis. 647. num. 1. part. 1.*
2 *recent.* cum etiam ad hoc sufficiat, † quod conueniant in effectu, & substantia, *Ruin. cons. 114. numer. 10. libr. 5. Gabriel. de execut. rei iud. concl. 1. num. 33. Surd. cons. 192. numer. 8. & seqq. Thesaur. decis. 228. num. 2. Rota decis. 98. numer. 3. part. 1. recent.* & consequenter exequendæ, quia
3 duæ † sententiæ habent vim trium, & faciunt rem iudicatam ad istum effectum, ex dispositione Statuti Vrbis libr.
4 1. cap. 180. † quod in omnibus Curijs, & etiam in Rota seruatur, vt fuit dictum in *decis. 452. in princ. par. 1. diuers. d. decis. 647. num. 1. & decis. 662. numer. 2. part. 1. recent. coram Caual. d. decis. 387. numer. 2. & coram Reuerendiss.*
5 *D. meo Decano decis. 427. numer. 2.* & comprehendit, † nedum D. Ducem de Comitibus originarium notorium.

Sed etiam D. Ducem Saluiatum qui habet amplum priuilegium Leonis XI. fel. record. quod Pater, & eius succes-
6 sores etiam non habitantes in Vrbe. † perinde ac si veri illius originarij essent & in ea domicilium continuè haberent, omnibus, & quibuscunque priuilegijs, & facultatibus gaudeant, quibus Domicelli Romani in Vrbe continue domicilium habentes de iure, & aliàs quomodolibet gau-
7 dent, itaut † de voluntate, & potestate concedentis dubitari non possit, *iuxta l. ciues, & ibi glos. verb. electio. C. de incol. lib. 10.* cum alijs adductis per *Aldobr. cons. 2. num. 71. lib. 1. Decian. cons. 44. num. 64. lib. 4.* Et facit, quia Ci-
8 uis † ex priuilegio dicitur verè, & propriè Ciuis, præcipue ad effectum, vt beneficio statutorum gaudeat, *Bart. in l. si maritus §. legis Iuliæ sub num. 1. ff. de adult. Bald. cons. 461. Ioannes num. 3. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 56. num. 46. Bursatt. cons. 198. num. 45. vers. 2. respondetur, & seqq. Aldobrand. d. consil. 2. num. 72. & seqq lib. 1. Brun. de stat. exclus. fæm. art. 6. quæst. 1. num. 3. in fin. Rota in Balneoregien. bonorum 5. Maij 1588. coram bon. mem. Orano.*

Et insuper idem D. Dux Saluiatus possidet Castrum Iu-
9 liani infra districtum Vrbis, † cuius respectu dicitur districtualis, vti primus ipsius Castri Ciuis, *Bald. in lig. obseruare § proficisci. num. 6. vers. 8. quæro, ff. de offic. Procons. Natt. cons. 44. num. 7. lib. 1. Honded. cons. 84. num. 59. lib. 2. Scrader de feud. 2. par. quæst. 1. princ. sect. 3. num. 150. in fine. Carauit. rit. 30. num. 21. in fin. vers. & hoc,* sicque etiam in dicto Statuto comprahensus, vt aliàs ponderatum fuit per Rotam *in d. decis. 662. num. 2. par. 1. recent.*

10 Non obstat, quod huiusmodi Statutum † de duabus conformibus, intelligatur de validis, & iustis Quia sententiæ in casu isto ex actis apparent latæ præcedentibus cita-
11 tionibus ad † sententiam, mandatis Procuratorum, & specialibus commissionibus Rotalibus, prout de iure ad illarum validitatem requiritur, *iuxta decis. Caputaq. 260. part. 2.*

Iustitia verò satis clara resultare visa fuit, ex quo sententiæ declarant vexationes, & molestationes per D. Ducem de Comitibus super Castris, de quibus agitur, D. Duci Saluiato præstitas, fuisse iniustas, & indebitas, prout de iure declarare debebant; quia cum D. Dux de Comitibus iam deliberate, & medio Iuramento declarasset, se nunquam habuisse animum acceptandi substitutionem, seu legatum in dictis Castris à q. D. Maxima de Comitibus ad eius fauorem factum, illudque propterea ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit, repudiasset, ac omni, & cuicumque iuri, tam in re, & ad rem, seu in spe de præsenti, quam alias quomodolibet sibi competenti, seu competituro ad fauorem bon. mem. Cardinalis Saluiati hæredis grauatis præsentis, & acceptantis in publicis
12 Instrumentis renunciasset, † non potuit postmodum amplius ad dicta iura habere regressum, tàm in vim repudiationis, *l. sicut & l. si quis. C. de repud. hæred.* quam etiam renunciationis, *l. quæritur §. si venditor ff. de edil. edict. leg. Herennius in princip. ff. de euict. cum alijs in decisionibus sub die 24. Ianuarij 1622. coram bon. mem. Remboldo, & 13. Nouembris 1623. & 4. Aprilis 1631. coram Reuerendiss. D. meo Decano late, & bene deductis.*

13 Neque obstat, quod repudiatio Iuris † non dum delati, & renunciatio iuris quærendi regulariter nõ valeat. Quia
14 placuit responsio, quod regula cessat quando repudiatio † Iuris non dum delati, est facta cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam delatum fuerit prout in casu isto, quia tunc trahitur ad tempus habile, sicque ad tempus purificati fideicommissi, & valet, iuxta *text. in l. in tempus ff. de hæred. instit. Cass. ad. decis. 3. numer. 14. in fin. vers. cui conclusioni, & num. 15. de preben. Tiraq. de iure constit. par. 3. lim. 2. num. 16. cum alijs d. die 13. Nouemb. 1623. & 4. Aprilis 1631. in decis. deductis.*

15 Quò verò ad renunciationem Iuris † quærendi, regula similiter non procedit, quando prout in casu isto renunciatio est facta medio iuramento, quia tunc valet, *Ias. in l. is qui hæres. in princ. num. 31. ff. de acqu. hæred. & in l. 1. numer. 15. vers. 3. limita.* vbi etiam *Rip. num. 17. & alij. C. de pact. Decian. cons. 39. num. 70. & seqq. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 52. sub num. 11. vers. aliam tradit limitationem,*
16 Maxime † quia est facta ipsi Cardinali grauato præsenti, & acceptanti, *Decian. post alios d. consil. 39. sub numer. 64. lib. 2. Grass. in §. fideicom. quæst. 62. num. 2. Peregr. de fideicom. d. art. 52. num. 11, & cons. 52. num. 16. & seqq lib. 5. Fusar. de substit. quæst. 587. num. 5.* & per pactum expressum
17 † de non petendo, *l. de fideicommisso, C. de transact. l. cum proponas, la 1. C. de pactis cum alijs adductis per Fusar de substit. d. quæst. 587. num. 15.*

Nec subsistit, quod ex huiusmodi pacto, & similibus
18 † renunciatio censeri debeat donatio ad effectum, vt in ea habeat locum insinuatio, subscriptio, & læsio vltra 3. ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 148. 150. & 154.* Quia vltra quod
19 repudiatio cum dicta clausula † ex nunc prout ex tunc, & è contra absque pacto, ipsius tamen Ducis voluntate facta sustinetur, *Ias. in d. l. 1. numer. 1. & 3. in fine, C. de pact. Castr. cons. 252. circ. med. vers. nam repudiare lib. 1. Surd. cons. 244. sub num. 18. vers. nec dicere possumus.* Placuit re-
20 sponsio, quod cum fuerit † renunciatio Iuris quærendi, per quam principio solum acquisitionis obuiatur, itaut re-
21 nuncians non efficiatur † pauperior, non potest dici vera donatio in dictis Statutis comprahensa, pro qua duo co-
22 pulatiue requiruntur, scilicet, quod † donans fiat pauperior, & donatarius locupletior, iuxta *l. si sponsus §. hoc autem & §. fin. & l. quod autem §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Abb. in c. donatio. num. 8. vers. 2. quæritur eodem tit. Mantic. de tacit & ambig. libr. 21. tit. 4. num. 59. cum alijs d. die 13. Nouembris 1623. in decis. adductis.*

23 Et quod in renunciatione Iuris quærendi † non sit necessaria insinuatio, alias in donationibus requisita, ex suspensione renunciationis, tradit *Bald. in l. illud numero 6. vers. quid ergo dicemus, C. de sacros. Eccles. Anton. de Canar. de insinuat. par. 2. quæst. 16. num. 21. Castren. cons. 459. sub num. 1. lib. 2. Alex. cons. 29. num. 7. lib. 5. Fab. de Ancons. 112. num. 10. Gabr. de donat. conclus. 1. num. 75. Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. donatione largitus. num. 147. & 180.* & de renunciatione fideicommissi conditionalis, tradit *Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 4. sub num. 10. vers. 2. infero,*

fero. & verſ. item etiam prędicta. Carpen. ad Stat. Mediol. cap. 324. nu. 5. Galuan. conſ. 38. in fin. verſ. ſecus eſſet. Matthienſ. ſuper 5. recopil. tit. 10. lib. 7. gloſ. 6. num. 8. cum alijs d. die 24. Ianuarij 1622. in deciſione deductis. Præſertim quia iſtud Ius fideicommiſſi conditionalis, ante purifica-
24 tam conditionem, dicebatur pendere † à futuro incerto euentu, cum fideicommiſſarius etiam Iunior hæredem grauatum prædecedere potuiſſet, l. nam & ſi parentibus,
25 in prin c. ff. de inoffic. teſtam. itaut non † diceretur interim habere Ius radicatum aliqua ſpe certa, iuxta l. ſubſtitutio. ff. de acqui. rer. domin. Et propter incertitudinem futuri eue
26 tus, tanto † minus inſinuatio in donatione requiritur, vt de donatione annua, quę reſpectu ſingulorum annorum,
27 non aſcendit ad ſummam 500. ſed † reſpectu plurium annorum lõge illam excederet, ex quo donatarius ante completum primum annum decedere poterat, eſt tex. in l. ſancimus, §. ſi quis autem talem C. de donatio. & tradit. Matthienſ. ſuper 5. recopil. tit. 6. l. 7. gloſ. 3. num. 2.

28 Et ſupra dicta facilius procedunt, quòad læſionẽ † quam certum eſt in Iure quærendo ex fideicommiſſo conditionali conſiderari non poſſe, vt per Anch. d. cap. ſine poſſeſſione. num. 7. in fine de reg. iur. in 6. Rub. Alex. conſ. 12. numer. 6. Pregr. dicto conſil. 52. num. 3. in fin. lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 587. ſub num. 19. Rota in Peruſina reintegrationis 24. Aprilis 1596. coram bon. mem. Penia. Quod pro-
29 cedit licet poſtmodum idem † Cardinalis prædeceſſerit, quia ad effectum læſionis attenditur tempus renunciationis, Menoch. conſ. 1147. num. 23. Seraph. deciſ. 1462. num. 3.

30 Nec aduerſatur Bart. † in l. is poteſt. num. 11. ff. de acqui. hæred. cum alijs, qui illum ſequuntur, quia nec ipſe, nec alij dicunt refutationem fideicommiſſi, præſertim conditionalis eſſe donationem, nec loquuntur in ſtatuto de donationibus, ſed in terminis ſtatuti Peruſini, quod habens Inſtrumentum teſtamẽti alicuius rei valoris decem librarum, debeat illud inſinuari facere, & quęrunt an comprędendatur fideicommiſſarius, & comprædendi dicunt, ſi ſpes quam habet, poteſt eſſe dictæ æſtimationis, & ſic do-
31 ctrina Bart. non videtur facere ad punctum. † An repudiatio, & remiſſio fideicommiſſi conditionalis ſit donatio ad dictum effectum, in quo negatiuam firmant in ſpecie, Gomez. var. tom. 2. d. cap. 4. num. 10. verſ. 2. in foro. cum alijs ſupra alleg.

Præterea, placuit etiam, quod cum D. Cardinalis contemplatione, & intuitu huiuſmodi renunciationis, ad eius fauorem factæ, ipſi renuncianti ſcuta 25000. per ipſum ſibi, ac eius creditoribus ſoluta remiſerit, & condonauerit,
32 iſta nullo modo dici poſſit proprie † donatio, ſed correſpectiua, & ob cauſam, quæ inſinuationem de iure non requirit, Soccin. conſ. 48. ſub numero. 8. verſ. 2. eſt aduertendum. lib. 1. Alex. conſ. 20. num. 3. verſ. eſt etiam aduerten-
33 dum lib. 3. Gratian. diſcept. 82. num. 25. Nec in ſtatuto † de donationibus inſinuandis comprætenditur, Alex. conſ. 167. num. 10. lib. 7. Rot. deciſ. 723. num. 21. par. 2. recen. cum alijs adductis in ſupradictis deciſionibus in hac cauſa fa-
34 ctis, & facit, quia tunc lucrum † certum de pręſenti dicitur compenſatum, cum dammò incerto ex futuro euentu, vt per Aym. conſ. 11. num. 17. & conſ. 188. num. 4. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 11. num. 7. & ſeqq.

Minus refragatur, quod imò D. Dux de Comitibus ſem per magnifecerit huiuſmodi ſpem ſuccedendi, illamque ęſtimauerit ſcutis 60000. & vltrà. Quia preterquam quod teſtes pro d. D. Duce examinati, qui id deponere conantur plures patiuntur exceptiones per Informantes deductas pro reſponſione, ponderatum fuit, quod cum idẽ D. Dux de Comitibus aſſeruerit contrarium ſcilicet, quod ipſi vti de dicta ſubſtitutione, ac de alijs in dicto teſtamento cõtentis bene informatus nunquam habuit animum illam,
35 ſeu illa acceptandi, huiuſmodi † confeſsio tanquam iurata, de libertate, & geminate facta in publicis Inſtrumentis præualere debet teſtibus, Bald. in l. 2. numer. 6. C. quando Fiſc. vel priuat. Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 2. de teſtib. Verall. deciſ. 283. num. 6. part. 3. Seraphin. deciſ. 433. num. 7. & deciſ. 1318. num. 1. Gregor. deciſ. 444. numer. 14. Caualer. deciſ. 284. num. 1. & deciſ. 375. num. 6. Tanto magis, quia
36 dicti Teſtes † deponunt de particulari affectione ipſius renunciantis, & aliorum, non autem de communi valore,
37 prout requiritur, Bart. in l. precia rerum ſub numer. 2. vbi Alex. num. 11. ff ad l. falcidiam. Soccin. Iun. conſ. 75. num. 3. lib. 2. Sarnen. reg. de valore q. fin. in fine. Rota deciſ. 101. num. 1. & deciſ. 570. num. 7. coram Papa Greg. XV. & deciſ. 648. num. 3. par. 1. recent.

Et ita deciſum vnica tantum parte informante.

* Deciſiones in hac cauſa coram dicto Reuerendiſſimo Coccino Decano. ſub die 13. Nouembris 1623. & ſub die 4. Februarij 1631. habes primam infra prout in Indice poſito in fine Deciſionum, ſecunda verò eſt deciſio 12. ſupra in hac eadem parte.

* Deciſio in hac cauſa coram d. bon. mem. Remboldo ſub die 24. Ianuarij 1622. habetur infra prout in Indice poſito in fine Deciſionum.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Fideicommiſsi.

Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Pœna priuationis impoſita à Teſtatore, non poteſt nocere alteri, qui illius voluntati non repugnauit, neque poteſt hoc modo imponi, vt alium obliget, præter eum, qui eiuſdem voluntati non obtemperauit, & qua ratione hoc procedat ad interpretationem leg. paterfam. ff. de hęred. inſtit. Singularis eſt deciſio tanquam extenſa ab Auditore magni nominis, & abſolutiſſimi, candidiſſimique ingenij.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditati nemo allegari debet, vel exhæredari facto alterius.*

2 *Priuationis pœnam non incurrit ob contrauentionem Patris, Filius inſtitutus propria contemplatione, non Patris.*

3 *Contrauentionem voluntati Teſtatoris excuſare ſolet proteſtatio, quia dictatur non credi, quod ex tali actu, qui geritur, voluntas impugnetur.*

4 *Contumacia, & animus delinquendi ceſſat, non exiſtente dolo.*

5 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à dolo, & pœna priuationis.*

6 *Priuationis pœna ob contrauentionem facta, conſiderari non poteſt, vbi non præcedat habitus, hoc eſt antecedens contrauentio.*

7 *Vocatio alicuius ſubſtituti per modum rationis, & cauſæ facta, non videtur expreſſa, & abſoluta diſpoſitio, præſertim ſi verba rationis, ſeu cauſę, non eſſent directa in perſonam hęredis grauati.*

8 *Contrauentio vltra expreſſa non extenditur.*

9 *Fideicommiſſum pœnale non inducitur, niſi verbis expreſſis, quę omnem aliam interpretationem excludant.*

10 Co-

10 *Copula, Et, illa est natura, vt precedens cum sequenti capitulo coniungat, & omnes illius qualitates repetat.*

11 *Dictio,* perche, *ostendit causam precedentis dispositionis. & vide num. 12.*

13 *Pronomen,* questi, *refertur ad proxime dicta, illaque ad oculum refert.*

14 *Sequentia declarant precedentia.*

15 *Voluntatis mutatio, & contrarietas presumende non sunt.*

16 *Priuationis pœna à Testatore adiecta fauore substituti in casu contrauentionis, si ante heredis nominationem fiat, censetur adiecta ad ostendendam personam, quam illa tangere debeat, Et si post heredis institutionem repetatur adhuc probabiliter dicitur repetita ad eumdem effectum.*

17 *Geminatio prohibitionis tanquam, quæ enixam prohibentis voluntatem ostendit, reprobari nequit, vt superflua.*

18 *Priuationis pœna facta filio in casu contrauentionis præcepti Testatoris mandantis bona sua non alienari, & prohibentis vsumfructum Patri acquiri, restringenda est ad casum, in quo filius permiserit Patri frui vsufructu, ne porrigatur ad casum, in quo filius priuaretur hæreditate propter contrauentionem alterius.*

19 *Priuationis pœna semper intelligitur facta ijs, qui contraueniunt, quando id commode fieri potest, ne sequatur absurdum, vel euersionis fideicommissi, vel quod in alterius potestate sit, hæredem priuare hæreditate.*

20 *Vocatus in casu contrauentionis primi hæredis, si sit positus post secundum, vel vlteriorem gradum hæredum, non potest instare pro declaratione deuolutionis, propter contrauentionem ante aduentum suæ vocationis.*

21 *Pœna suos debet tenere authores.*

22 *Odij præsumpta ratio ob contrauentionem, propter quam verisimilis redditur priuatio successionis, cessat in eo, qui non contrauenit.*

23 *Caducitatis pena, vt euitetur facienda est omnis interpratatio possibilis.*

DECISIO CCXCIII.

PROPOSVI hodie dubium, super confirmatione sententiæ, quę data fuit in partibus, & in qua declaratum fuit, quod factus erat locus fideicommisso Comitis Sigismundi Maluasiæ ad fauorem Comitis Innocentij; & Cornelij de Maluasia filiorum Herculis, quos idem Sigismundus dicebatur vocasse in suo testamento sub duplici conditione, nimirum in defectum filiorum Constantij, qui secundum gradum hæredum tenebant, & sub ea conditione si dispositis in eodem testamento contrauenissent, tam ipse Constantius, quam Franciscus Maria eiusdem Constantij frater, & Neapolio communis illorum parens, ac frater Testatoris, cum verò casus huius vocationis fauore filiorum Herculis deduceretur in ea sententia, ex secundo hoc capite, quod scilicet eidem testamēto videretur contrauenisse Neapolio, dum vna cum alijs comparuit corā Iudice, & sibi adiudicari obtinuit domum, & alia bona emphyteutica, quæ licet fuissent possessa à Sigismundo, dum viueret, erant tamen subiecta alteri fideicommisso Constantij, cuius filij erant ipse, & Sigismundus; Visum fuit Dominis constare de iniustitia eiusdem sententiæ ex duplici fundamento, & quia ea instantia, quam fecit Neapolio vna cum filijs non potuisset nocere heredi instituto, qui cum natus non esset eo tempore, quo Neapolio iudicium intentauit, non potuit contrauenire voluntati Testatoris, & quia neque hoc voluisset Sigismundus, vt censeretur sua hereditas deuoluta ad filios Herculis, in casu, quo Neapolio siue alter ex illius filijs rescindere tentasset, quæ ipsæ statuerat in suo testamento.

Et primo non visum fuit, vt ex iudicio moto per Neapolionem potuerit fieri aliquod præiudicium hæredi primo loco vocato. Tres enim gradus apparebat constituisse Sigismundum in suo testamento, & in primo succedere debebat filius, qui prius nasceretur ex Constantio filio, siue Francisco Maria suis nepotibus ex Neapolione fratre In secundo, cui locus fieri debebat per mortem sine filijs, dicti filij nascituri, vocati fuerunt Constantius alter filius Neapolionis, & illius filij, ac descendentes, & in eorum defectum in tertio gradu Cornelius, & Innocentius filij Herculis Maluasiæ, quorum fauore lata fuit sententia, vnde videbatur, quod locum habere posset hoc casu regula, quæ constituitur *in l. paterf. ff. de hæred. instit.* vt propter
1 factum alterius nemo † hæreditati allegari, neque exheredari possit, vt notat ibi *Bart. numer. 2.* quem alij sequuntur *Bald. in l. vnic. C. de his quæ pæn. nomin.* Imò cum filius, qui nasci debebat ex Constantio, seu Francisco Maria nō fuisset institutus contemplatione proprij parentis, aut aui, sed fauore eiusdem filij, ademerit Testator illius parentibus, & auo vsumfructum suę hereditatis, inde potius probabatur contraria voluntas in Testatore, quod noluisset
2 sua hæreditate priuare hæredem † propter contumaciam quam ostendissent eiusdem parentes impugnando suam voluntatem, *iuxta doctrinam Bart. in l. liberorum. nu. 16. ff. de verbor. signif.* quam in his terminis sequuti fuerunt *Natta in cons. 470. num. 25. Honded. cons. 72. num. 40. lib. 1. Bursat. cons. 113. num. 67. lib. 1. Cephal. cons. 282. num. 25. lib. 2. & decisum fuit in Cesenaten. primogenituræ 26. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Auenione. hæreditatis 16. Ianuarij 1632. & 18. Maij 1633. coram R. P. D. meo Ghislerio.* Et hæc Domini considerarunt super primo fundamento omissis ijs, quæ dici possent pro excusanda contumacia Neapolionis, & filiorum, quia ex
3 protestatione, quam illi † fecerunt, dum intentarunt iudicium immissionis; quod scilicet petendo bona subiecta fideicommisso Constantij, non credebant se impugnare voluntatem Testatoris, videbatur cessare omnis dolus, si-
4 ne quo non poterat considerari cōtumacia, † aut animus contraueniendi, iuxta notata *in l. si seruum. §. Prætor ait. ff. de acqui. hæred.* & notat ibi *glos. in verbo non videri, Bald. in d. l. vnic. C. de his quæ pæn. nom. Dec. cons. 273. num. 2. in fin. & cons. 581. num. 11. Verall. decis. 233. numer. 7. part. 1.* præsertim attento effectu, qui erat, vt censeretur incursa
5 pena priuationis, à qua solet † excusare quælibet causa etiam iniusta, vt per eumdem *Verall. d. decis. 233. & probat textus in l. plagij criminis. 14. cum glos. ibi in verbo. iusta. C. ad l. Flauiam. de plagiar. & in l. igitur. vers. & generaliter. ff. de liberal. caus. Honded. cons. 58. num. 37. & seq. lib. 1. Rot. decis. 289. num. 8. part. 2. recent. & coram Greg. XV. decis. 288. num. 4.*

Sed neque id visum fuit colligi ex Testamento Sigismūdi, (& hoc erat alterum fundamentum huius decisionis) vt propter contrauentionem Neapolionis, siue illius filiorum; priuari deberet hæres scriptus sua hæreditate, siue quod eadem hæreditas deuolueretur ad filios Herculis, quod vt clarius percipi possit recensenda est dispositio Sigismundi in ea parte, in qua dicitur fuisse impositam hanc pœnam priuationis contra eos, qui illius voluntatem impugnarent, nam primò constitutum fuit in eiusdem Testamento, vt prior filius, qui nasceretur ex Constantio, siue Francisco Maria suis nepotibus, quique fuerat primo loco hæres institutus, habitare deberet vna cum ejus filijs domum Testatoris seorsim ab alijs consanguineis; & illis, ac alijs substitutis prohibuit quamcumque alienationem, siue permutationem bonorum, itaut nullus eorum, siue ex se, siue simul cum alijs vocatis contra eamdem dispositionem facere, aut venire auderet declarans, vt censeretur incursa ea contrauentio, & caducitas per quamuis comparitionem, aut actum iudicialem, ex quo impediretur, vel aliquo modo retardaretur exequutio huius dispositionis etiam

etiam ex capite cuiuscumque anterioris fideicommissi, aut inuestituræ, & in singulis his casibus priuauit tam eũdem hæredem, quam alios vocatos omni commodo suæ hæreditatis, perinde ac si non fuissent in eodem Testamento scripti, aut nominati, instituendo hæredes alios substitutos, quos eisdem oneribus grauauit.

Secundo voluit Testator, vt fructus suæ hæreditatis cumulari deberent, quousque primus hæres, qui natus tunc non erat, decimum quartum suæ ætatis annum expleuisset, & ideò priuauit vsufructu eiusdem hæreditatis, tam Neapolionem auum ipsius hæredis nascituri, quam Constantium siue Franciscum Mariam illius parentes, & post hanc prohibitionem rogauit Cornelium, & Innocentium Maluasiam, quos tertio loco substituerat, vt vellent curare, vt hæc sua voluntas exequutioni mandaretur, adducendo rationem, quia in casu, in quo Neapolio, vel illius filij suæ voluntati contrauenirent, illos hæredes instituerat: Et ne videretur hæreditas interim pendere quousque nasceretur filius ex Francisco, aut Constantio, instituit idẽ Sigismundus pendente conditione huius natiuitatis tres hæredes fiduciarios, tam respectu vsusfructus, quam proprietatis, quibus commisit administrationem suæ hæreditatis ad fauorem futuri hæredis.

Ex hoc Testamento Sigismundi, duas illius partes considerabant Innocentius, & Cornelius filij Herculis Maluasiæ, in quibus dicebant contineri suam vocationem; Sed respectu primæ partis, in qua prohibitus fuerat omnis actus, ex quo deueniretur ad alienationem hæreditatis adiecta pęna priuationis contra eos, qui hoc facere tentarent, nullum visum fuit constitui posse fundamentum pro filijs Herculis; quia ex lectura eiusdem Testamenti colligebatur solum voluisse Testatorem sua hæreditate priuare eos, qui suæ voluntati se opponerent, & ideò satis erat, quod non daretur aliqua contrauentio hæredis nascituri, nè dici posset illum commodo d. hæreditatis cecidisse, siue (quod huic consequens erat,) quod factus fuisset locus substitutioni aliorum hæredum, dum non poterat dari pę-

6 na priuationis, nisi præcederet † habitus, hoc est antecedens contrauentio eiusdem hæredis, *ex regula l. decem. ff. de verb. oblig.* notat *Bald. in l. sub conditione. num. 2. ff. de solut. & in l. 1. ff. de diuort.*

Respectu secundæ partis poterat subesse aliqua dubitatio, quia vocatio Cornelij, & Innocentij videbatur in ca supponi pro indubitata in casu contrauentionis, quam fecissent siue Neapolio frater, siue Franciscus, & Constantius illius filij & nepotes Testatoris; sed neque voluit Testator aliquid in hac parte disponere, dum solùm per mo-

7 dum rationis, & causæ declarauit se vocasse † filios Herculis in casu, quo suæ voluntati contrauenirent frater, & nepotes, non autem vocauit illos absolute, & expresse, præsertim cum ea verba non essent directa in personam hæredis grauati, ex his, quæ *post glos.* notant Doctores *in leg. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Bart. ibi num 5. Imol. numero 2. Castr. num. 1.* & alij relati *per Peregr. de fideicomm. art. 1. num. 48. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 12. num. 2.* Præterea alius erat sensus, & interpretatio eorum verborum, quia sicut prohibitio, quam in ea parte Testamenti fecerat Testator fratri, ac nepotibus erat re-

8 spectu † vsusfructus suæ hæreditatis, cuius fructus voluit integre conseruari, & inuestiri fauore futuri hæredis, ita contrauentio, ob quam esse debebat locus substitutioni filiorum Herculis, intelligi debebat respectu eiusdem vsusfructus.

Et hanc quidem interpretationem plura videbantur suadere; Nam pro hærede nascituro primo vrgebat, quod ageretur de fideicommisso pœnali, quod non poterat in-

9 duci, nisi per verba expressa, quæ omnem aliam † interpretationem excluderent, ex notat. s per *Bart. in leg. pater Seuerinam. num. 2. & in l. multa. num. 3. ff. de conditio. & demonstr. Bald. in l. cum proponas. num. 23. C. de hæred. instit. Alciat. reg. 3. præsumpt. præsumpt. 45.* & in his terminis considerauit *Peregr. de fideicom. art. 18. num. 29. in fin. Rota decis. 429. numer. 3. part. 4. diuers.* Secundo non poterat alia interpretatio admitti, considerato contextu eorum verborum in quibus dicebatur contineri hæc vocatio, *E perche contrauenendo questo mio fratello, e nepoti chiamo heredi il Signor Cornelio, & Innocenzo Maluasia, la prego à voler sapere come passa il gouerno, & aiutare questa mia volontà.* Etenim non solum erat de natura

10 eius copulæ, &, coniungere † præcedens capitulum Testamenti, in quo actum fuerat de vsufructu cum sequenti, & in eo repetere omnes illius qualitates ex notatis *in l. seia. §. Caio. ff. de fund. instr. & instrum. legat. & Bartol. ibi num. 1. & 2. & in l. si hæredi. ff. de condit. institut. Felin. in cap. 2. in verbo copula. num. 22. de rescript.* Sed hoc idem ostendebat dictio illa (*perche*) siue illa videretur reddere

11 causam eius dispositionis † & vocationis filiorum Herculis, *vt in l. hac actio. ff. de calumniat. & in l. si is, qui animo. ff. de acquir. possess. notat Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. num. 6. Soccin. num. 3. ff. de condit. & demonst. Bald. in c. quia propter num. 26. de elect.* siue accipi deberet pro

12 dictione, *quando*, secundum declarationem † *Ang. in cons. 393. num. 2.* & voluit *glos. in l. vlt. in verbo quando. C. de edendo. Bald. in l. nec eos. C. de postlim. reuers.* itaut gerundium *contrauenendo*, quod fuit immediatè positum, resolui deberet in verba futuri temporis, præsertim iuncta proprietate illius pronominis, *questi*, quod deinde sequebatur in eodem testamento, quodque referri solum pote-

13 rat ad ea, quæ proximè dicta fuerunt eaque † ad oculum referre, vt dixit *idem Bart. in l. 1. ff. de nou. op. nunciat. num. 12. Dec. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, quod int. in 1. lect. num. 13. & in 2. num. 45. Paris. cons. 19. num. 7. & consil. 35. num. 20. vol. 2. Surd. cons. 308. num. 16. & decis. 125. num. 1.*

Tertio demum coadiuuabatur hæc interpretatio ex alio fundamento, quod desumebatur ex verbis immedia-

14 te sequentibus. † In ijs enim rogauit Testator filios Herculis, vt vacare vellent administrationi suæ hæreditatis ac scire quomodo ea administratio procederet, quod quidem non poterat intelligi, nisi de tempore, quo hæres expleto 14. anno frui deberet hæreditate, & consequenter posset à patre, aut auo turbari in perceptione vsusfructus, cum ante id tempus administratio eiusdem hæreditatis commissa fuisset hæredibus fiduciarijs, de quorum diligẽtia, & fide, apparebat testatorem confidisse, & solum in eorum defectum voluisset ipse testator, vt filij Herculis susciperent administrationem suæ hæreditatis, vnde rectè ex ijs sequebatur, quod non poterat alia interpretatio ad-

15 mitti, † nisi etiam admitteretur, aut mutatio voluntatis, aut manifesta contrarietas in testatore, contra *leg. nam ad ea. ff. de conditio. & demonstrat. & leg. cum qui. ff. de probat.*

Neque visæ fuerunt obstare duæ coniecturæ, quæ pro euitanda hac interpretatione considerabantur ab Informantibus pro filijs Herculis; Quia illa, quæ primo loco adducebatur, vt testator etiam in alia parte testamenti prohibuisset Parenti futuri hæredis vsumfructum suæ hęreditatis, non concludebat, quod contrauentio, ob quam voluit fieri locum vocationi eorumdem filiorum, non esset inte ligenda respectu eiusdem vsusfructus, cum plura adduci possent, quæ suaderẽt necessitatem huius nouę prohibitionis. Etenim prior illa prohibitio legebatur facta

16 ante nominationem, & institutionem † hæredis, atque ita dum adhuc erat incerta persona, quam illa tangere debebat; Et ideò poterat probabiliter dici, quod repetita fuisset post institutionem hæredis, vt sciretur quas personas comprehendere deberet, idque ex duplici ratione. Primò ne contingeret dubitari, An testator voluerit illa etiam teneri Constantium alterum filium Neapolionis, quem substituerat in defectum nasciturí. Secundo, quia in hac posteriori prohibitione fuit non solum nominata persona parentis d. futuri hæredis, quod factum fuit in prima, sed etiam persona patris, & aui, de quibus nihil in alia dictum fuerat, quibus duabus rationibus poterat, & tertia addi, vt ex hac noua & geminata prohibitione clarius, &

17 magis enixe ostenderetur volũtas testatoris, quæ † quidẽ ratio ex se sola sufficere poterat, vt eadem repetitio non posset reprobari tanquam superflua, ex his, quæ notat.

Alciat.

Alciat.in l.hæc verba.num.3.ff. de legat. Peregr.de fideic. art.14.num.21.Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib. 3.tit.6.num.6.& lib.8.tit.18.num.24.& probat text. in leg. quæsitum §.vlt.ff.de fund.instrum.& in l.pediculis.§.labeo. ff.de aur.& argent.legat.

Altera coniectura, quam considerabant Informantes, erat, quod non potuissent pater, & auus huius hæredis nascituri consequi vsumfructum ex hereditate, nisi postquā hæres expleuisset annum 14.de quo tempore incipere debebat ius filij, & consequenter ius patris, & aui super dicto vsufructu, vnde ne dici posset, vt ante id tempus nulla fuisset pœna imposita contra impugnantes voluntatem testatoris, inde inferebatur, quod vocatio filiorum Herculis non poterat censeri restricta ad solos casus contrauentionis respectu vsusfructus, sed quod potius intelligenda erat generaliter,& in quocumque casu,quo eidem voluntati repugnasset Neapolio,& illius filij.

Verùm ex hoc fundamento visum fuit potius coadiu-
18 uari quam † euerti interpretationem superius datam, vt ea contrauentio,cui nominatim adiecta fuit pœna priuationis,solum intelligenda esset respectu vsusfructus,cuius mentio antea facta fuerat; Nam cum intra id tempus non posset considerari aliqua contrauentio heredis in permittendo, quod pater, aut auus eumdem vsumfructum perciperet,rationabilior ex hoc reddebatur voluntas testatoris in priuando sua hæreditate hæredem qui patiendo, vt pater d.vsufructe frueretur, videbatur aliquo modo contrauenisse voluntati eiusdem testatoris, quam si propter alterius culpam, cuius ille particeps nō fuisset, intelligi deberet priuatus ea hereditate,& ita similem prohibitionem interpretata fuit Rota *in vna Nepesina hereditatis 26. Ianuarij 1609.coram Card.Lancellotto,* quam in eisdem terminis sequuta fuit *in Cæsenaten.primogenituræ 26. Ianuarij 1630.coram Reuerendiss. D.meo Decano*, & in ijs
19 decisionibus consideratur illa etiam ratio, quia quando † id facere potuisset testator, tamen ea pęna priuationis intelligi debebat imposita solum ijs, qui alienarent,si hoc cō modè fieri poterat,& notauit *Mangon.in decis. Florentina 138.num.20.& 21.Modern. Mantuan. controu.forens. lib.2.cap.289.num.2.* Imò tollebatur ex hoc absurdum,vt testator videretur voluisse,quod pendere deberet ex arbitrio fratris, aut nepotum priuare hæredem à se primo loco electum, & totam illius descendentiam sua hæreditate,cum euersione totius fideicommissi,vt considerauit in specie *Ruin.in cons.122.num.8.vol.2.arg. text. in leg. si ita quis. §. is cui.ff.de leg.2. & l.fideicommissum.ff. de condit. & demonstr.*

Et hęc Domini considerarunt ad effectum,vt ex testamento Sigismundi, non posset dici priuatum fuisse hæreditate hæredem ab eo primo loco institutum propter cōtumaciam,quam ostendissent,aut illius pater, aut Neapolio auus. Verum ex alio etiam capite visi fuerunt excludi filij Herculis,ad quos dicebatur deuoluta d.hereditas,quia scilicet illi non vocati fuissent in locum d.hæredis,sed Cōstantius, & eius descendentes, & ideò quando etiam ea pœna priuationis intelligi deberet generaliter imposita
20 † contra omnes, à quibus non seruaretur voluntas testatoris, non tamen dici poterat, quod euenisset casus, siuè conditio fideicommissi fauore eorumdem filiorum Herculis, cum illi potuissent solum occupare vltimum locum, & gradum heredum, in quo vocati fuerant post descendentes Constantij, quod quidem probabatur ex eodem testamento Sigismundi; Nàm in prima illius parte, in qua prohibitioni alienationis bonorum adiecta fuit pęna priuationis, apparebat solum impositam fuisse eam pœnam contra alienantes; Vnde ex ea parte testamenti, debebat recipere interpretationem etiam hæc posterior, in qua dicebantur vocati filij Herculis, itaut propter contrauentionem, quam fecissent filij Neapolionis testamento Si-
21 gismundi, illi solum incurrere deberent eam pœnam † priuationis,non autem descendentes Constantij,iuxta regulam,quæ generaliter ponitur *in l. si filiabus. in princ. & in l.si seruus plurium.§.vltim.ff. de leg. prim.* quam in his terminis adducit *Mandell.in cons.479.nu.6.Cephal,consil. 282.num.12 Modern.Mantuan.controuers.forens.c.289. numer.2.* Et hæc interpretatio confirmari poterat tam ex eo,quia in filio,& descendentibus Constantij cessabat ra-
22 tio odij præsumpti, † ex qua reddi potuisset verisimilis illorum priuatio, vt fuit in specie consideratum in adducta *decis.Cæsenaten.primogenituræ 26.Iunij 1630.coram Reuerendiss. D.meo Decano, & in Auenionen. hereditatis 18.Ianuar.1632.coram R.P.D.Ghisilerio,* quàm quia agebatur de pœna caducitatis, pro cuius exclusione sumi
23 debebat omnis † interpretatio possibilis, vt notatur *in l. igitur.ff.de liberal.caus.in § & generaliter*, & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Iacobatijs 12.Maij 1606.& 5.Decembr.1608.coram Gregor.XV.inter impress. decis. 256.num.2.& decis.288.num.4.& in* Maceraten. *hereditatis 5.Iunij 1619.coram bon.mem.Vbaldo.*

Et ita &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Census.

Die Veneris 23. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Statuta,tunc forenses minimè comprehendunt, quando eorum verba sunt directa in personas subditas. Forensis, quando teneatur seruare in contractibus solemnitates Statuti loci vbi contrahit. Constit.March.lib.5.cap.35. in contractibus Minorum, quid requirat. Alia plura in Summarijs vide.

SVMMARIVM.

1 *Minoris contractus celebratus sine solemnitatibus requisitis per Constit. Marchiæ in d. contractibus, nullus est.*

2 *Minor 25. annis, reputatur maior ad effectum contrahendi sine solemnitatibus, & hoc procedit in Vrbe, sic disponente statut.d.Vrb.lib.1.cap.47.*

3 *Statuta directa in personas subditas, non compræhendunt forenses.*

Et ista opinio tamquam verior, æquior, ac magis communis,admittitur per plures DD.num.4.

5 *Statutum inhabilitans personam, non afficit forensem.*

6 *Statuta non possunt disponere de persona sibi non subdita.*

7 *Statutum loci contractus, quoad solemnitates est inspiciendum,licet contrahentes sint forenses.*

8 *Statutum loci contractus, tunc forensis tenetur seruare quando Statutum disponit circa solemnitatem actus, qui respicit iurisdictionem eius in cuius Territorio contrahitur.*

9 *Decis.in causa Roman,obligationis 14.Feb.1620.coram Card.Sacrato declaratur.*

10 *Iuramentum interpositum in contractibus minorum, non tollit efficaciam Constit. March.de contractibus minor.cap.25.lib.5.& num.11.*

12 *Constitut.March.lib.5.cap.25. in contractibus minorum*

rum quatuor copulatiue requirit. idest. Præsentiam coniunctorum, Decretum Iudicis, ac Insinuationem, & Iuramentum.

13 *Statutum, quando aliquas solemnitates requirit in contractibus, & vlterius procedit irritando contractus, carentes huiusmodi solemnitatibus, sequitur, quod velit, illas esse de forma. Quæ neque prætermitti, neque per æquipollens adimpleri potest.*

14 *Statutum, si in contractibus duo copulatiue requirat pro forma, vtrumque adhiberi debet, & vnum sine alio non sustinetur, & num. 15. & 16.*

17 *Gab. in cons. 127. num. 16. vol. 1. & Hond. cons. 42. num. 14. vol. 1. declarantur.*

18 *Statuta Laicorum, ob defectum potestatis, non possunt disponere circa Iuramenta, & alia spiritualia, in quibus seruari debet dispositio Iuris Canonici.*

19 *Constitutio Marchiæ, cum sit speciali confirmatione Summi Pontificis munita, dicitur Papalis.*

20 *Constitutio Marchiæ in contractibus minorum tollit vim non modo vnius iuramenti in d. contractibus interpositi, sed etiam aliorum, si plura interuenerunt, quando aliæ solemnitates requisitæ nequaquam adhibitæ fuerunt, & num. 21.*

22 *Obligatio Cameralis in contractibus interposita tamquam accessoria fortius stringit, non autem ampliat dispositionem.*

23 *Obligatio Cameralis non importat aliud vinculum diuersum ab eo, quod est expressum.*

24 *Absolutio à iuramento contento in Instrumento obligatione Camerali vallato, comprehendit etiam iuramentum de non petendo absolutionem in illa inclusum.*

25 *Minor in contractibus, si iuret se esse maiorem, in pœnam mendacij denegatur ei beneficium restitutionis in integrum.*

26 *Minor, si contrahendo, iuret se esse maiorem, an possit opponere de inualiditate contractus ex defectu solemnitatis non seruatæ.*

27 *De iuramento interposito in aliquo contractu, si non appareat, perinde haberi debet, ac si non fuisset præstitum.*

28 *Contractus obseruantia deducta ex pluribus actibus per 40. annos, facit vt præsumatur adhibitas fuisse solemnitates necessarias.*

29 *Solemnitates in contractibus numquam ex cursu temporis præsumuntur adhibitæ, quotiescumque in celebratione contractuum, pro forma sunt requisitæ.*

30 *Solemnitates requisitæ, pro forma in contractibus, si appareat eas à principio, non interuenisse, temporis cursus, non potest operari præsumptionem, vbi nulla adest probatio, & num. 31.*

31 *Præsumptiones omnes euanescunt, stante contraria probatione.*

32 *De contractus obseruantia, quando frustra opponatur.*

DECISIO CCXCIV.

ITERVM proposui causam, & Domini censuerunt non esse recedendum à decisione coram me emanata sub die 23. Ianuarij præteriti * in qua firmatum fuit, non esse locum Constitutioni Aegidianæ attenta iniustitia mandati de associando relaxati vigore Instrum. impositionis Census nulliter factę per q. Clementinum, & quod ipse cum esset minor 25. annorum existens in Vrbe, non
1 tamen Ciuis, vel incola dictæ † Vrbis, sed Vrbeuetanus, sic forensis, nullis seruatis ex Constitutione Marchiæ *de contractibus minor. cap. 25. lib. 5.* seruandis solemnitatibus dederat Procuratori mandatum ad contrahen. Ameliæ, & deinde contractum census nullis pariter adhibitis solemnitatibus in eadem Vrbe adhuc existens ratificauerat.

Nec visum fuit huiusmodi contractum posse sustineri
2 *ex statuto Vrbis capit. 47. libr. 1.* in quo disponitur † quod maior annis viginti censeatur maior annis 25. Quia illud tanquam directum in personas subditas non comprehen
3 dit † forenses, qui statuentibus minimè sunt subiecti iuxtà
4 conclusionem firmatam in dicta decisione quam vti † veriorem, & æquiorem, ac magis communem admittunt Doctores copiosè allegati per *Surd. decis. 197. num. 6. & per Gratian. discept. 824. num. 32. cum seqq.* & recepit *Rota decis. 103. num. 21. par. 2. diuers.* eadem ratione, quod
5 † statutum inhabilitans personam, non afficiat forensem,
6 quia non potest † disponere de persona sibi non subdita, vt in terminis eiusdem statuti Vrbis fuit firmatum in *Tudertina, seu Roman. nullit. obligationis 4. Iunij 1614. coram bon. mem. Buratto, & prima Iulij 1615, quę est decis. 709. par. 2. recent.*

7 Non obstat alia conclusio, quod statutum loci † contractus quoad solemnitates sit inspiciendum etiam si forenses ibi contrahant, de qua per *Bart. in l. cunctos populos. num. 13. C. de sum. Trinit. Bald. cons. 389. vol. 1. Alex. cons. 44. num. 20. vol. 5.* Quia vt ijdem DD. tradunt hæc conclu
8 sio procedit in † statuto prouidente circa solemnitatem actus, qui respicit Iurisdictionem eius in cuius Territorio contrahitur, & ita premissas conclusiones distinguit idem *Bart. in d. l. cunctos populos. num. 26. C. de summ. Trinit.* & distinctionem probauit *Rota coram Caputaq. decis. 283. par. 1.* ac sequuti sunt *Rolan. cons. 24 num. 14. vol. 3. Surd. cons. 57. num 34.* & alij cumulati *per Gratian. discep. 409. num. 41. & discept. 824. post num. 32.* cum qua distinctione Domini dixerũt debere declarari decisionem emanatam
9 † in *Romana obligationis 14. Februarij 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Neque obstat, quod in contractu census adsit Iuramen
10 tum † cuius efficaciam non tollit dicta constitutio Marchiæ *de contract. minor. cap. 25. lib. 5.* & proinde cum il
11 lud vim suam retineat, supplet † alia eiusdem Constitutionis requisita vt respondit *Hieron. Gab. in cons. 127. numer. 16. vol. 1.* sequitur *Honded. cons. 42. num. 14. cum seq. vol. 1. & Ant. Gab. de Iureiur. concl. 5. num. 14.* Quoniam
12 responsum fuit, quod prædicta Constitutio post illa † quatuor copulatiue requisita ad validitatem contractus minoris, idest PRAESENTIAM CONIVNCTORVM, DECRETVN IVDICIS, AC INSINVATIONEM, ET IVRAMENTVM vlterius procedit irritando contractus carentes huiusmodi re
13 quisitis, vnde sequitur, quod † velit illa esse de forma, quæ neque prætermitti, neque per æquipollens adimpleri potest, *Bald. in l. 1. num. 2.* vbi etiam *Iason. nu. 10. ff. de libert. & posthum. Curt Iun. cons. 119. num. 12. Rota decis. 671. numer. 2. par. 1. & decis. 385. in fin. par. 2. recent.* ac in *Ariminen. legatorum 27. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Man*
14 *zanedo*, in qua eadem ratione, quod † a Constitutione requiritur, vt copulatiuè vtrumque adhibeatur decisum fuit iuramentum non supplere defectum insinuationis. Et
15 præterea fuit responsum quod quamuis dicta † Constitutio non impediat effectum iuramenti, vt dictum fuit in *Viterbien Terrę Vetrallæ 14. Martij 1614 coram R. P. D. meo Pirouano*, inde tamen non sequitur, quod alijs non concurrentibus iuramentum vim suam obtineat ad effe
16 ctum † sustinendi contractus, quos aliter celebratos nullam vult habere firmitatem, *Hier. Gabr.* verò, & *Hond.*
17 præallegati † loquuntur in terminis statuti laicorum, qui ob defectum potestatis non possunt disponere circa iura
18 menta, & alia spiritualia, in quibus seruari † debet dispositio Iuris Canonici, secus autem dicendum de Constitu-

19 tione Marchiæ speciali confirmatione Summi Pontificis munita, quæ propterea dicitur Papalis.

Minus obstat, quod in contractu census, de quo agitur adsit non modo iuramentum q. Clementini expressum pro illius obseruatione, sed etiam aliud simile de obseruãdo cõtenta in formula obligationis Cameralis, Vnde alia
20 † insurgit consideratio, quod sicuti additio Cardinalis Carpensis ad d. Constitutionem tollit vim non modo vnius iuramenti, sed etiam aliorum, si plura in vno, eodem instrumento fuerint à contrahentibus præstita, ita in ter-
21 minis eiusdem Constitutionis, quæ † de vnico iuramento loquitur si plura adsint iuramenta, vno cessante cœtera suum operentur effectum, vt respondit *Ruin. consil.* 103. *num.* 13. *vol.* 4. *Paris. cons.* 97. *num.* 18. *&* 54. *lib.* 1. *Curt. Iun. cons.* 18. *num.* 4. *vol.* 2.

Quia sicuti obligatio Cameralis tanquam accessoria
22 fortius † stringit, non autem amplificat dispositionem, ita iuramentum de obseruando contenta in eadem obligatione inclusum robur addit simili iuramento in instrumento
23 explicito, nec importat † aliud vinculum diuersum ab eo quod est expressum idque videtur sensisse *Rota decis.* 28. *& seq. apud Zacch. de obligat. Cam.* vbi habetur quod
24 absolutio à Iuramento contento in † Instrumento obligatione Camerali vallato compræhendat etiam Iuramẽtum de non petendo absolutionem in illa inclusum, Doctores verò in contrarium allegati loquuntur de iuramẽto minoris asserentis se esse maiorem, qui deinde iurauit omnia, & singula in Instrumento contenta, firma rata, & grata habere, & adimplere, quorum Iuramentum vnum est de præsenti, alterum verò de futuro, & sic sunt inter se longè diuersa, & procedunt in minori petente rescindi
25 contractum non † obstante, quod iurauerit se esse maiorem, cui in pœnam mendacij denegatur beneficium restitutionis in integrum *l. si in alterius. C. si min. se maior.* non
26 autem firmant, quod † ille non possit dicere de nullitate contractus, ex defectu solemnitatis non seruatæ, vt per *Roman. cons.* 12. *numero.* 5. cuius dictum est in terminis d. Const. & refert *Ruin. in cons.* 135. *numero* 1. *vol.* 1. ac extollunt *Cremen. singul.* 162. *& Hippol. de Marsil. singul.* 29.

Accedit, quod nulla ex d. Instrumento, per Constitutionem irritato, sumi potest probatio, quod interuenerit
27 Iuramentum, & cum aliter † de illo non appareat, perinde haberi debet, ac si non fuisset præstitum, vt in istis terminis respondit *Paul. de Castr. in cons.* 61. *numer.* 1. *vol.* 2. quem in simili casu allegat. *Rota decis.* 8. *num.* 4. *par.* 3. *diuers. & refert Grat discet* 27. *num.* 29.

28 Denique non obstat obseruantia contractus † deducta ex solutionibus fructuum census, factis spatio 40. annorũ, & vltra itaut inde oriatur præsumptio, quod in hoc contractu interuenerint solemnitates à Constitutione requisitæ,
29 Quia † nunquam ex cursu temporis solemnitates præsumuntur adhibitæ, quotiescunque in celebratione contractus pro forma sunt requisitæ, neque contrahentes possunt illis renunciare, vt notat *Boccac. ad d. Constitutionem glos.* 8. *num.* 308. *& seqq.* cum ex lectura d. Instrumenti ap-
30 pareat eas tempore † contractus non interuenisse, cursus temporis non potest operari præsumptionem, Vbique
31 namque adest † probatio, inde omnis contraria præsumptio euanescit *l. cum de indebito* §. 1. *ff. de probat. l. nuptura filio. ff. de Iur. dot. cap. qui contempta veritate* 8. *distin. Paul. de Castr. cons.* 81. *num.* 3. *vol.* 2. *Natt. cons.* 162. *num.* 29. *Et in his terminis Rota in Lucana Emphyteusis* 10. *Ianuarij* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Stante autem clara
32 † probatione negatiuæ solemnitatum frustra opponitur de obseruantia, quam nihilominus dubiam reddunt solu-
33 tio plurimorum terminorum facta vnico † contextu per Tutorem, & priuata adnotatio solutionum facta per creditore in *Serap.* 1008. *in fin.*

Et ita vtraque,

* Est decisio 250. supra in hac eadem parte.

Decisio CCXCV.

R. P. D. PANZIROLO.

Comeñ nullitatis, seu Attentatorum.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Gratia, ad hoc, vt non dicatur subreptitia, est necessaria iustificatio narratorum, Præsentatio ad aliquod iuspatronatus si sit facienda à pluribus coniunctim, & vti vniuersis, vt validè fiat, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ dicuntur subreptitiæ ex defectu iustificationis narratorum.*
2 *Gratia non iustificata, gratiæ nomen non meretur.*
4 *Electio ad iuspatronatus, quando est valida, tunc non est locus vlteriori electioni.*
5 *Præsentatio ad iuspatronatus, dum est facienda à pluribus vti ab vniuersis, eo casu non suffragatur, si non sit facta conciliariter.*
6 *Communitas aliqua, quãdo debet præsentare aliquem ad iuspatronatus, non valet præsentatio, si homines non se congregarunt in loco solito, & ad sonum campanæ, vel tubæ &c.*
7 *Præsentatio facta lite pendente perinde est, ac si non esset facta.*
8 *Patrono citrà vitium attentatorum non licet præsentare lite pendente.*
9 *Præsentatio, quando est facienda à pluribus coniunctim, vt vnum corpus, non potest fieri separatim.*
10 *Præsentatio est reijcienda, si sit facta longè post tempus in edicto præfixum ad præsentandum.*
11 *Compatroni, si sint interpellati ad præsentandum, quando declarant, quod nolunt concurrere ad præsentationem,*
12 *Tunc totum ius præsentandi remanet pœnes alios patronos.*
13 *Subreptio de facto proprio vitiat gratiam.*

DECISIO CCXCV.

FVIT resolutum literas Apostolicas Massallo non suf-
1 fragari ex defectu iustificationis narratorum, † cum ex hoc literæ dicantur subreptitiæ, *Cassad. decis.* 4. *num.* 8. *de præb. Mantic. decis.* 188. *num* 1. *& decis.* 358. *numero* 4. *Rota decis.* 511. *num.* 3. *par.* 4. *recent.* Et gratia non iusti-
2 ficata † gratiæ nomen non mereatur, vt in *Tirasonen. Capellaniæ* 24. *Aprilis* 1598. *coram bon. mem. Litta*, Massallus namque narrauerat Papæ, se fuisse præsentatum à maiori parte, seu medietate Patronorum, in discordia alterius medietatis, vel minoris partis, & tamen apparet potiùs de contrario, dum Zambellus à vigintiquatuor hominibus ad sonum Campanę in loco solito congregatis nominatus fuit, & postea Massallus tantũ à tresdecim informiter congregatis, & ideo prædictis literis iuuari non
3 potest; quia † Papa illas nõ concessisset, nisi Massallus verè & realiter à maiori parte, vel à medietate Patronorum prę sentatus fuisset, ad tradita per *Card. cons.* 69. *num.* 4. *vers. sufficit, & late per Rotam diuers. dec.* 167. *num.* 7. *par.* 2.

Nec

Nec quicquam facit, quod Massallus fuerit etiam præ-
3 sentatus ab alijs quatuor hominibus Comani; tùm etiam, quia numerus Patronorum adhuc est infra medietatem; tùm etiam quia præsentatio de persona Massalli fuit posterior: cum præsentatio Zambelli emanauerit de mane, die nona Aprilis ad sonum Campanæ in loco solito, & præsentatio Massalli partim eadem die post prandium à dictis 13. hominibus, & partim postea: vnde stante priori
4 electione † valida de persona Zambelli, non erat locus vlteriori electioni *gloss. in cap. auditis, verb. irritandam. de elect. Calder. cons. 14. de rescript. Deci. in cap. ex tenore. num. 18. eod. tit.* tum demum, quia cum præsentatio esset facienda vti ab Vniuersis; nominatio facta de Massallo à
5 dictis 13. hominibus, & postea à quatuor † hominibus Communitatis Comani non suffragatur, dum non fuit conciliariter facta, *Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 9. numer. 12.* Nam homines prædicti præsentantes
6 Massallum non se congregarunt in loco solito, † nec ad sonum campanæ, vel tubæ prout requirebatur, *gloss. in leg. aliud, §. refertur, ff. de regul. iur. Loscus de iure Vniuersit. part. 1. cap. 3. num. 60. & seqq. Corn. cons. 224. numer. 13. in princ. lib. 4.*

Nec releuant præsentationes factæ sub die 17. Iulij ab alijs hominibus Vniuersitatis Porzæ, qui cum fuerint decem & septem, & sint Compatroni, videtur, quod Massallus verè fuerit præsentatus à maiori parte Patronorum.
7 Quia hæc præsentatio fuit † facta lite pendente inter Massallum, & Zambellum, & ideò perinde est, ac si facta non
8 fuisset; cum Patrono tunc citra vitium attentatorum † nõ liceat amplius præsentare, *Cassad. decis. 3. numer. 3. vt lit. pend. Rota in Pampilonen. parochialis 2. Aprilis 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Zamoren. beneficij 30. Maij 1568. coram bon. mem. Orano,* latè *in Lucana parochialis de Ripafracta 5. Iulij 1632. & 18. Apri. 1633. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.* Maximè, quia cum ex alijs antiquis præsentationibus de anno 1515. & 1595. appareat homines Porze, & Comani præsentas-
9 se coniunctim, vt vnum corpus, † hodie homines Porzæ separatim non potuerunt præsentare *Abb. in capit. scriptum. 40. num. 6. in fin. de elect. Felin. in cap. pastoralis. numer. 9. vers. duo corpora. de rescript. Rota in Taurinen. iurisp. 23. Martij 1584. coram bon. mem. Card. Pamphilio.* Et eo magis præsentatio hominum Porzæ est reijcienda,
10 † quo fuit facta longè post tempus in Edicto præfixum ad præsentandum, *Old. cons. 3. Felin. in cap. cum Bertoldus. num. 13. vers. considerabam. de re iudic. Ricc. in prax. Eccles. resol. 145. part. 1. Rota in Valentina beneficij 27. Iunij 1607. coram bon. mem. Penia.*

11 Accedit, quod Vniuersitas prædictæ † Terræ interpellata ad præsentandum medijs Procuratoribus declarauit se nolle concurrere ad præsentationem cuiusuis ad
12 hanc Ecclesiam: vnde totum ius † præsentandi remansit penes homines Vniuersitatis Comani, qui præsentarunt, *Abb. in cap. in causis. num. 9. de electio. Felin. in cap. pastoralis, numer. 9. vers. duo corpora. de rescript. Rota in Gerunden. Canonicatuum 22. Iulij 1633. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et demum visum est gratiam esse pariter subreptitiam, quia Massallus narrauerat Papæ, nullos fructus ex tali Parochiali percepisse, & tamen contrarium
13 constat, nam ista † subreptio vti de facto proprio vitiat gratiam, *Mohed. decis. 8. de rescript. Accoramb. decis. 17. lib. 1.*

Et ita parte vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Beneuentana Attentatorum.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Omnia, quæ facta sunt post appellationem, sunt attentata: Quæ regula procedit quamuis causa, à qua fuit appellatum, dicatur fuisse deserta, aut transijsse in iudicatum, quia huius rei cognitio non potest spectare, nisi ad Iudicem appellationis: Inhibitio facta Procuratori, quando noceat Iudici, & è contra.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum dicitur quicquid geritur post introductionem causæ appellationis, & inhibitionem subsequutam, Non obstante quacumque re iudicata, siue appellationis desertione. num. 2. Et quare. num. 4.*

3 *Appellatione deserta, causa redit ad primum Iudicem.*

5 *Causa an sit deserta, cognosci debet à solo Iudice, cui, commissa fuit causam appellationis.*

6 *Iudex appellationis ex stylo Rom. Cur. super desertione non pronunciat, sed vel moderando inhibitionem, declarat causam esse desertam, vel procedendo ad vlteriora, declarat illam durare.*

7 *Scientia partis non infert scientiam Iudicis ad effectum attentatorum: sed declara. vt num. 8.*

9 *Mandatum præsumitur in eo, qui iura produxit, & rubricaturam soluit.*

10 *Mandatum, quo Procurator vtitur nomine principalis, ex æquitate debet suffragari parti, vt illa possit contrà talem Procuratorem exequi citationes, & inhibitiones, quæ exequendæ essent contra principalem.*

DECISIO CCXCVI.

RESPONDERVNT Domini in dubio, quod hodiè proposui, constare de Attentatis. Etenim actus carcerationis Constantini, qui dicebatur attentatus, exequutus fuerat ad instantiam Camillæ occasione mandati, quod illa obtinuerat ab A. C. pro credito, quod habebat occasione suæ dotis contra hereditatem Viti patris Constantini; Cum autem idem mandatum expeditum fuisset in exequutionem sententiæ, à qua Constantinus appellauerat, non poterat non dici attentatum, tam dictum mãdatum, quam carceratio facta in illius exequutionẽ, post-
1 quam introducta fuerat in Rota causa † appellationis & illius vigore sequuta fuerat inhibitio, vt habetur *in ca. non solum, & notat ibi glos. in fin. de appellat. lib. 6. Rot. decis. 20. eod. tit. in nou. & decis. 26. eod. tit. in antiq. Cæs. de Grass. decis. 6. num. 5. de caus. poss. & propr.* Et quidem non obstante quacumque re iudicata, siue desertione appellationis,
2 propter † quam causa videretur redisse ad primum Iudi-
3 cem, † iuxta notata *in l. eos. C. de appellation.* quia propter
4 solam dubietatem articuli, † An causa esset deserta, poterat de eadem desertione cognoscere solus Iudex, cui fuit
5 commissa causa † appellationis, vt notat *Bar. in l. eos. num. 8. & in l. properandum. §. illo C. de Iudic. Vitalin. in Clementin. si appellationem. de appellat. Mohed. decis. 9. eod. tit. & decis. 3. de sentent. & re iudic. in fin.* Quod maxime procedere visum fuit, attento stylo Romanæ Curiæ, quia
6 cum in ea super desertione pronunciari non soleat, † nisi

quatenus vel per moderationem inhibitionis, vel per processum ad vlteriora tacitè declaratur, causam aut esse desertam, aut adhuc durare, Non poterat Iudex datus super appellatione de causa iudicare, quin etiam non cognosceret super ipsa desertione, vt aduertit *Vestrius in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 9. § sed hodie, in fin. Felin. in c. ex parte 12. num. 10. vers. secundo declara. de rescript. Rot. decis. 59. de appellat. in nou.*

Neque Domini dubitarunt, vtrum inhibitio, quæ probabatur hoc casu facta Procuratori Camillæ, afficere po-
7 tuerit Iudicem, à quo fuerat appellatum, quia † licet ex sciẽtia partis regulariter non inferatur ad scientiam Iudicis ad hunc effectum attentatorum, vt tradit *Lancellott. de attentat. lit. pend. par. 2. capit. 12. ampliat. 15. numer. 26. post Franc. in cap. si iustus metus 73. num. 50. de appell.* Hoc ta-
8 men verum est, si ipse † Iudex actum fecerit ex suo officio secus si ad partis inhibitę instantiam, vt declarat idẽ *Lancell. de attentat. post inhibitionem ampliat. 59. Lap. allegat. 38. & tenuit Rot. coram Greg. decis. 360. num. 2. & in Romana Saluiani 14. Decembris 1598. coram Card. Lancellott.* Et visum fuit satis esse mandatum, quod præsumi debebat habuisse eumdem Procuratorem, cui fuit inhibitum, quia cum nomine Camillæ produxisset processum fa-
9 ctum in partibus, & soluisset illius rubricaturam, † ex ea iurium productione, & solutione, quam fecit, poterat idẽ mandatum præsumi ex his, quæ notat *Iason in l. 1. numer. 12. C. de procurat. Cassad. decis. 3. num. 5. eod. titul. Roman. singul. 643. num. 4. & cons. 446. nu. 11.* Et æquum erat pro-
10 pterea, vt mandatum, quo ille vsus erat ad eam † productionem faciendam suffragari deberet Constantino, vt posset eumdem Procuratorem citare loco ipsius Camillæ, illique inhibere, vt firmauit Rota in his terminis *in decis. 185. num. 3. par. 2. recent.* auctoritate textus *in l. seruum quoque §. æquum. ff. de procurat.* & regulam ponit *Capr. conclus. 62. num. 1.*

Et ità &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Legati.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Negans, rem aliquam mobilem possidere conuinci non potest per illam suspicionem tantùm, quod eam de tempore motæ litis possideat, si existentia d. rei de præterito, apud eundem fuerit probata. Possessor negans se possidere ex hoc desinit ciuiliter possidere. Amissio rerum mobilium facilis est.

SVMMARIVM.

1 *Possessio de præterito probata si fuerit, ex ea arguitur possessio eiusdem de præsenti.*

2 *Mobilium rerum possessio facile, ac etiam solo animo amittitur.*

3 *Possessio apud aliquem alicuius rei, si probata fuerit, quando d. possessor negat se possidere, dicitur animo dereliquisse ante habitam possessionem.*

4 *In animo, ea, quæ consistunt, nemo verius testimonium potest ferre, quàm is, de cuius animo quæritur.*

5 *Possessio de præterito apud aliquem si fuerit probata, ex ea præsumptione tantum, conuinci non potest quod possideat si ille de præsenti neget se possidere.*

6 *Possessionis rei mobilis amissio non præsumitur, nisi probetur actus intermedius aptus ad inducendam priuationem possessionis.*

7 *Limita hoc non procedere, quando de tempore motæ litis, non constat de poßessione eius, qui d. rem olim possidebat. & num. 8.*

9 *Possessor desinit ciuiliter possidere, si neget se possidere.*

10 *Iocalia, ac res præciosæ frequenter ad pecunias ex eorum precio conficiendas, distrahi solent.*

11 *Amissio possessionis rerum mobilium facilis est.*

12 *Suspicio est debilior præsumptione.*

Neganti medio iuramento, se aliquam rem non habere, potiùs est credendum quàm afferenti suspicionem tantum, existentiæ dictæ rei apud eundem. num. 12.

13 *Suspicio existentiæ alicuius rei apud aliquem diluitur propter iuramenti vim, & potentiam, præstiti ab illo, de non existentia talis rei apud ipsum.*

14 *Ad exibitionem rei petitæ, vt possit quis astringi, debet probari existentia de tempore motæ litis. & numer. 16.*

15 *Testium depositiones, si conquassentur à testibus contrarium affirmantibus, non releuant.*

DECISIO CCXCVII.

DOMINI dixerunt non esse recedendum à decisione huius causæ facta sub die 10. Februarij præteriti, in qua firmatum fuit, non constare de existentia iocalium ad effectum vt Comitissa iure valeat condemnari. Nam etsi probetur ipsam Comitissam ante obitum viri contrectasse, & gestasse iocalia, de quibus agitur, & inde videatur posse præsumi ad tempus non modo dicti obitus, & motæ litis, sed etiam ad tempus præsens, iuxta conclusio-
1 nem, quod qui † olim possidebat, hodie etiam pręsumitur possidere, quam latè examinat *Alciat. de presumpt. reg. 2. præsump. 21. & Menoch. in eodem tract. præsumpt. 64. lib. 6.*
2 Attamen, quia rerum mobilium possessio facilè, † ac etiam solo animo amittitur, *l. 3. §. Nerua. l. si quis vi. §. differentia, & l. qui rem mobilem. ff. de acquir. vel amitt. poss. glos. vlt. in l. inciuilem. C. de furt.* Ideò Comitissa cum
3 neget se hodiè habere, dicitur animo reliquisse † antea habitam possessionem iocalium; eorum autem, quæ in ani-
4 mo consistunt, nemo † veriùs testimonium reddere potest, quam is, de cuius animo quæritur, *c. significasti. il primo. cum gloss. in ver. si est ita, & c. significasti, il secondo, & ibi etiam gloss. margin. de homicid.* ità vt alteri parti, quæ asserit, incumbat onus probãdi magis concludẽter, quam
5 per præsumptionem ductam † à tempoe pręterito, quæ sola conuincere non potest eum, qui negat se possidere, *Butr. in cap. cum ad sedem. num. 25. vers. si non constat. de rest. spol. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. numer. 27. de caus. possess. & propr. Paul. de Cast. in l. si minorem. num. 4. C. de in integ. rest. min.* Et quamuis *Abb. in d. cap. cum ad*
6 *sedem, num. 15,* dicat, † quod amissio possessionis rei mobilis non præsumatur, nisi probetur actus intermedius aptus ad inducendam priuationem possessionis; Nihilominus quando de tempore motæ litis non constat de posses-
7 sione eius, † qui olim possidebat, & sic quando versamur in dubio, tunc idem *Abb. in loco preallegato,* firmat supradictam conclusionem exclusiuam præsumptionis existẽtię rerum mobilium, quam post *Vbertum de Bobio tenet Specul. tit. de act. & peti. §. sequitur num. 31.* & esse veram, ac communem tenet *Alciat. d. reg. 2. presumpt. 21. num. 5. & Menoch. etiam d. presumpt. 64. num. 27. libr. 6.* vbi addit ea

8 ea ratione † non apparere, quod res mobilis sit apud eum, qui negat se habere, quia non constat eum naturaliter
9 possidere, & ex eo, quod negat, statim desinit etiam † ciuiliter, hoc est, animo possidere.

Plura autem in præsenti casu concurrunt ad exclusionem d. præsumptionis, nempè, quod Comes, dum viueret, vno, aut altero mense ante obitum tractauerat cum auri fabro, quodque pecunijs indigeret, eique proposita fuisset venditio lineæ margaritarum, vt deponunt testes, addentes pro causa deficientiæ pecuniarum difficultatem commeatus propter pestem, tunc temporis in pluribus Italiæ Ciuitatibus grassantem.

Insuper, quod ex eorundem testium depositionibus cõstat, gemmas, & iocalia fuisse propria d. Comitis, & modo penès ipsum, modo penès d. Comitissam eius vxorem extitisse.

Denique concurrit iuramentum ab ipsa præstitum, quod iocalia non habeat, neque dolo habere desierit. Quibus attentis, qualitas personæ, ac rei, & facti non patitur, quod ab existentia mobilium de mense Ianuarij, & Februarij, ante obitum Comitis inferatur ad existentiam de mense Aprilis subsequentis, quo obijt, præsertim ioca-
10 lium, † ac rerum pretiosarum, quæ frequenter ad pecunias ex eorum precio conficiendas distrahi solent, Ita in similibus terminis de mense Iunij, vel Iulij eadem ra-
11 tione, quod possessionis rerum † mobilium facilis est amissio, quodque frumentum negotiationi frequentissime sit subiectum, *Rota in Nepesina tutelæ 22. April. 1622. coram bon. mem. Vbaldo*, dixit non posse necessariò inferri, quod idem frumentum extiterit de mense Augusti subsequentis.

Cum itaque non constet, quod prædicta iocalia ed tẽpore obitus viri extiterint pœnès Comitissam, sed sola remaneat suspicio ex præcedenti eorum contrectatione, quæ suspicio est præsumptione debilior, credendum est
12 eidem neganti † medio iuramento se non habere, *l. vlt. §. sane. C. de his, qui confug. ad Eccles. l. prætor §. si seruus. ff. de edend.* & per illum textum *Salic. in l. vlt. num. 6. C. de fid. instrument.* Menoch. *cons. 354. numero 16. qui num. 12.* ex eadem doctrina *Saliceti* pro ratione addit huius-
13 modi † suspicionem dilui propter vim, & potentiam iuramenti, eademque repetit *præsumpt. 61. numer. 7. d. libr. 6.*

Non obstat, quod Comes in codicillis, sub quorum dispositione decessit legauerit eidem Comitisse omnes gemmas, & margaritas, ac alia pretiosa. Quia inde non potest deduci consequentia necessaria ad existentiam aliorum iocalium, quam, quę in inuentario descripta fuerunt.

Neque obstat responsio ipsius Comitissę ad positiones in qua fatetur se habuisse iocalia. Quia ex huiusmodi confessione limitata ad duos menses ante obitum Comitis, non sequitur necessario, quod eadem iocalia habuerit de
14 tempore † d. obitus, & ante motam litem, ex allegatis *coram bon. mem. Card. Caualer. decis. 82. num. 3.*

Minus obstant testes deponentes de existentia dd. iocalium pœnes ipsam Comitissam etiam post viri obitũ, tum
15 quia † eorum depositio per alios testes deponentes de
16 contrario conquassatur, tum etiam, quia non percutiunt † tempus motæ litis, ac denique patiuntur exceptiones deductas in proximè dicta huius causæ decisione.

Et ita vtraque, &c.

*Est decisio 265. supra in hac eadem parte.

¶ In eadem causa adsunt supra aliæ decisiones coram eodem bon. mem. Motmanno nempè sub diebus 9. Februarij 1632. & 27. Iunij 1634. & sunt in ordine decis. 97. & 225.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Lunæ 26. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Immissio fideicommissario quibus probatis detur. Hæres si adeat hæreditatem sine inuentario, & alienet bona, præsumũtur sufficere pro detractionibus, & si contrarium asserat ei incumbit onus probandi. Hæres, quando possit venire contra factum defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius, postquàm docuit fideicommissi purificationem, & bonorum identitatem, potest petere immissionem, vel ex l. fin. C. de edict. D. Adr.*

2 *Vel ex vtili Saluiano, prout passim Rota respondit.*

3 *Hæres, si adiuerit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij, & aliqua bona alienauerit, intrat conclusio, quod bona alienata præsumuntur absorbere portiones detrahendas.*

Et si ipse, vel habens causam ab eo contrarium asserat, ei incumbit onus probandi, quod non sufficiant, numer. 3.

4 *Hæres, non potest venire contra factum defuncti.*

5 *Hæres, cum beneficio legis, & inuentarij non confundit actiones cum defuncto.*

6 *Instrumento potius, vel rei iudicatæ est standum quam testibus.*

7 *Possessio præsumitur iure familiaritatis, quando non constat de altero titulo.*

8 *Hæredis assertio non potest præiudicare fideicommissario, venienti ex propria persona, & iure proprio, & ab ipso causam non habenti.*

DECISIO CCXCVIII.

DVBITABI hodie, An Ioanni de Amato esset danda immissio in possessionem tenutæ positæ in Colle Mausoleo per DD. Philonardos possessæ, & fuit affirmatiuè resolutum.

Quia de fideicommisso Bartholomæi aui, necnon de illius purificatione ad fauorem Ioannis constat ex publicis documentis; identitas tenutæ fideicommisso supposite, & quod illa modo sit possessa per DD. Philonardos per duas decisiones coram me * firmata fuit, vnde, vel ex re-
1 medio, *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* † vel ex vtili Saluia-
2 no concedenda est Ioanni immissio † prout passim Rota respondit, *vt in decis. 131. numer. 1. par. 1. recent. & coram Reuerendiss. D. Decano decis. 67. num. 2. & in Recanaten. fideicommissi 29. Aprilis 1630. coram me, & alibi.*

Non obstat detractiones legitimę, & trebellianicę, quę per DD. Philonardos, habentes causam à Prospero hærede grauato prętendi possunt, quoniam cum Prosper nullo confecto inuentario hæreditatem adiuerit, & multa bona alienauerit, de quibus deponunt testes in Summ. num. 3.
3 intrat conclusio, quod bona alienata pręsumuntur † absorbere portiones legitimę, & trebellianicæ detrahẽdas, adeo vt hæredi grauato, vel ab eo causam habentibus, incũbat onus probandi, bona alienata non sufficere pro prætensis detractionibus, *ex Natt. cõs. 199. nu. 21.* & pluries dixit Rota in decisionibus cumulatis per *Addent. ad san. me. Greg. XV. decis. 266. & in Romana fideicom. de Victorijs, in Bononien. de Desiderijs corã me, & in Perusina de Gratianis coram Reuer. D. Decano relatis nuper in illa Perusina fideicommissi de Meniconibus 15. Maij præteriti coram me.*

Non obstat, quod cum Ioannes sit hæres Prosperi, non
4 videatur posse † venire contra illius factum, quia cum sit hæres cum beneficio l. & inuent. non fuerunt confusæ a-
5 ctiones, † & eidem fuit præseruatum ius agendi ad fideicommissum, vti vocato per Bartholomæum fideicommittentem, *l. fin. §. & si præfatam C. de iur. delib.* Menoch. cōs. 203. *num.* 27. *Surd. cons.* 7. *num.* 31. *& fuit dictum in Romana separationis bonorum* 24. *Ianuarij* 1631. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana pecuniaria* 21. *Iunij* 162. *coram me.*

Nec releuat, quod per Ioannem possideantur bona hæreditaria patris, vt deponunt testes, quoniam imò constat illa possideri per Cæsarinam matrem Ioannis pro suis iuribus dotalibus, vt ex mandato de manutenendo dato in
6 Summ. num. 6. Vnde vel standum est potius † instrumento, & rei iudicatę, quam testibus, *l. census. ff. de probat. Crauet. cons.* 54. *num.* 5. *Rota apud Card. Seraph. decis.* 339. *num.* 7. *& in recen decis.* 91. *sub num.* 9 *par.* 1. *ac decis.* 266. *num.* 7. *ac* 687. *num.* 20. *par.* 2. *rec.* vel testium depositiones
7 intelligendæ † sunt de possessione iure familiaritatis, iuxta doct. *Ang. in l. assiduis num.* 1. *C. qui pot. in pig. hab. Ruin. cons.* 34 *num.* 13 *lib.* 1. *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 239. *numer.* 4. *& in Ariminen. fideicommissi* 7. *Aprilis, &* 19. *Nouemb.* 1633. *coram me.*

Non obstat, quod filij Prosperi asseruerit tenutam, de qua agitur fuisse alienatam ex causa dotis earundem, quia nec id probatur ex illa simplici assertione filiarum, & de contrario potius constat ex subhastatione tenutæ sequuta, quæ cantat ex causa affictus, & hoc etiam deponūt primus, & tertius testes. Atque in omnem casum hęc filiarū assertio præiudicare non potest Ioanni fideicommissario
8 venienti ex propria † persona, & iure proprio, & ab ipsis sororibus causam non habenti, *leg. qui testamentum. ff. de prob. Peregr. de fideicom. art.* 53. *num.* 6 *& fuit dictum in Romana fideicommissi de Victorijs* 2. *Iunij* 1625. *& in Bonon. fideicommissi de Desiderijs* 7. *Maij* 1629. *coram me.* Et ita &c.

* Idest sub diebus 26. Nouembris 1633. & 7. Iunij 1634. sunt decisiones 236. & 286. supra in hac eadem parte.

¶ In eadem causa adest supra alia decisio coram R. P. D. Dunozetto sub die 28. Ianuarij 1633. & est decisio 175. & alia habetur infra sub die 20. Nouembr. 1634. coram eodem R. P. D. Merlino.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana Dotis.

Die Mercurij 28. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Filia soluto matrimonio non habet actionem contra Patrem pro consignatione dotis, quam illi dederat contemplatione prioris matrimonij, nec potest agere exequutiuè vigore primi Instrumenti, sed debet implorare Iudicis officium via ordinaria, ex remedio Authē. sed quamuis. C. de rei vxor. action. Dos ab extraneo data, vel promissa, quando censeatur donata.

SVMMARIVM.

1 *Dos à Patre data, veluti profectitia, soluto matrimonio ad patrem reuertitur.*

2 *Plus iuris in alium transferre nemo potest, quam ipse habet.*

3 *Filia soluto matrimonio non habet actionem contra patrem pro consignatione dotis, quam Pater ei dederat contemplatione matrimonij.*

4 *Filia ex remedio auth. sed quamuis C. de rei vxor actior. potest via ordinaria Iudicis officio petere occasione secundarum nuptiarum eamdem dotem, quam habuerat in primo matrimonio, sed non potest agere vigore primi instrumenti, & exequutiue & num. 6.*

5 *Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. action. habet locum, tàm in dote à patre data, & ad eumdem reuersa, quàm in promissa.*

7 *Pater semper durat in necessitate dotandi filiam.*

8 *Dos ab extraneo, & Patre simul assignata si matrimonio soluto ad patrem reuertatur; extraneus remaneat liber ab onere assignandi, & nouus quoad eum requiritur consensus, vt teneatur dotem de nouo dare.*

9 *Dos ab extraneo promissa censetur donata, nisi stipuletur eam sibi reddi.*

10 *Filius obligando se ad dotem sorori assignandam vna cum Patre, censetur se obligasse vti fideiussor.*

11 *Dotis promissio ab extraneo facta non videtur animo donandi facta, si fiat sub pacto reuersionis ad fauorem eius; cui de iure restituenda erit.*

DECISIO CCXCIX.

QVAESITVM fuit in dubio proposito, vtrum concedenda esset executio mandati, quod Martius ab A. C. obtinuerat, cum à Decreto eiusdem mandati appellasset Sebastianus, & mihi obtinuisset committi causam suæ appellationis, quæ signata fuit cum clausula. *Si quid exequendum.* Et responderunt Domini non posse concedi eam exequutionem, moti duplici fundamento quia scilicet actio intētata per Martium non visa fuit habere hoc priuilegium viæ exequutiuæ; & quia neque adesset aliqua obligatio Sebastiani, contra quem eadem actio mota fuit.

Et quod attinet ad primum fundamentum respectu viæ executiuæ, sciendum est, quod Martius egit vti hæres Iulij, cui tanquam hæredi Annæ suæ filiæ erat debita dos Victoriæ matris eiusdem Annæ, & suæ vxoris; Eam verò dotem petebat Martius à Sebastiano, qui erat Pater Victoriæ ratione obligationis, quam ille fecerat simul cum Octauiano Patre ad fauorem suę sororis, quando illa primum nupsit Ioanni Baptistæ, propter cuius obitum secūdas nuptias deinde contraxit cum Iulio. Ex hoc autem facto rectè visum fuit probari primum fundamentum super exclusione viæ exequutiuæ, quia cum per mortem Io. Baptistæ dos Victorię tanquam profectitia reuersa fuisset ad
1 Octauianum † illius Patrem, iuxta *leg. dos à Patre. C. solut. matrim. & l. vltim. C. communia vtriusque iudic.* non solum extincta erat hæc actio, quę potuisset competere Victoriæ, siue illius Viro vigore instrumenti, in quo ea dos promissa fuerat, sed expirauerat omnis promissio, & obligatio, quam fecerat Octauianus super eadem dote, itaut sicut non potuisset pro ea agere Victoria, ita neque Martius qui erat hæres hæredis Annę, cui ex persona suæ matris dicebatur eadem dos debita, cum Iulius author Mar-
2 tij non potuerit in eum plus Iuris † transferre, quam sibi competeret, vel Annæ suæ filiæ, siue Victoriæ suæ Vxori; Et respectu huius fundamenti, siue rationis adductæ pro illius comprobatione, vt Victoria non potuisset habere actionem aduersus Patrem pro consignatione eius dotis, Placuerunt Dominis rationes, quas in simili causa considerauit *Rota in Romana dotis de Proyda* 8. *Martij anni* 1613. *&* 29. *Aprilis anni* 1616. *coram Eminentissimo D. meo Cardinali Verospio*, cum in ijs satisfieret omnibus, † quæ

3 †quę in contrarium adduci possent, & easdem decisiones
sępius postea sequuta fuerit, *& coram bon.mem. Vbaldo in
decisione facta in eadem causa sub die 26. Aprilis anni
1629. & coram bon.mem. Patriarcha* Manzanedo, *in vna
Romana restitutionis in integrum sub die 20.* Maij *anni
1624. & die* 16. Iunij 1628. *coram Reuerendiss. Vrgellen.
& in Romana dotis 12. Ianuarij anni 1629. coram bon.
mem. Card. Virili.*

Nec dicatur, quod saltim suffragari poterat Martio pri
4 uilegium, quod competijsset Victorię petendi † occasio-
ne secundarum nuptiarum eam dotem, quæ sibi promis-
sa fuerat in contractu primi matrimonij, ex remedio *au-
thenticæ, sed quamuis. C. de rei vxor. action.* Cum reme-
5 dium eius authenticę † non solum habeat locum in dote,
quæ verè data fuerit, & postea reuersa ad patrem soluto
matrimonio per mortem primi viri, sed etiã in dote pro-
missa, quod accidit in casu huius decisionis, vt pluribus ra-
tionibus comprobat *Dec. cons. 35. num. 14. & in l. vt libe-
ris. num. 5. C. de collation.* & notant super eadem authent.
Cyn. & Salyc. num. 5. reprobata opinione *glosæ*, quæ con-
trarium ibi sustinet, *Ias. in l. filia legatorum. numer. 4. C. de
legat. Tiraq. de retract. conuention. ad fin. tituli. numer. 35.*
Huic etiam obiectioni satisfactum fuit in decisionibus fa-
ctis *coram bon. mem. Manzanedo, & coram Reuerendiss.
Vrgellen.* quod licet ex dispositione eius authenticę tenea-
6 tur pater filiæ secundo † nubenti constituere eamdẽ do-
tem, quam ei dedit in contractu primi matrimonij, non
tamen poterat filia illam petere vigore primi instrumenti,
prout factum fuit in casu huius decisionis, sed solum im-
plorato officio Iudicis, quod ei concedebatur ex remedio
d. Authenticæ. Et hoc satis erat, vt non potuisset agi execu
tiuè, cum idem officium solum implorari potuisset in iu-
dicio ordinario, quod tamen, neque hoc casu petitum
fuit, & idem firmatum fuit in dd. decisionibus, & in specie
*in Romana restitutionis 16. Iunij 1628. coram Reuerendiss.
Vrgellen & tradit Bart. in d. leg. ne quidquam. §. vbi de-
cretum. num. 3. ff. de off. Procons. & Leg. Spec. in tit. de li-
bell. concep. §. 9. num. 7. Abb. in capit. 2. num. 7. de off.
Iud.*

Et ex his probatum erat alterum fundamentum super
obligatione Sebastiani, cum etiam contra illum actum
fuisset vigore primi instrumenti, cuius effectus, & omnis
obligatio, quę in eo continebatur, expirauerat soluto ma
trimonio per mortem Ioannis Baptistæ primi mariti Vi-
ctoriæ, prout contigit in obligatione Octauiani, & qui vi-
sa fuerunt eò magis admitti deberè, quæ fuerunt conside-
rata super dicta obligatione Octauiani, dum agebatur de
obligatione in persona Sebastiani, quia non poterat huic
conuenire ratio, quę poterat considerari in Octauiano er-
ga propriam filiam, vt teneretur illi dare eamdem dotem,
quam habuit occasione primarum nuptiarum, si iterum
7 matrimonio locaretur, quia scilicet in patre censeatur †
durare eadem obligatio dotandi, *vt in l. qui liberis. ff. de
rit. nupt. & in l. vltim. §. vtramque* C. *de dot. promiss.* & latè
probat Dec. *cons. 35. num. 5.* Menoch. *de arbitr. cas. 58. lib.
2. num 39.* Non enim poterat hoc dici de dote promissa
ab extraneo, quia ille præsumitur se obligasse ex causa vo-
8 luntaria, & ex hac ratione requiritur in eo nouus † con-
sensus, vt censeatur obligatus pro eadem dote occasione
secundi matrimonij, vt voluerunt, *Cyn. in d. auth. sed quã-
uis num. 5. Salyc. num. 7. post gloss. ibi, in verbo, fortuita, &
probat. text. in l. cum* Maritus, *§. Titius. ff. de pact. dotal. &
in l. stipulatio. 64. ff. de iur. dot.* & hanc differentiam inter
Patrem, & extraneum, considerauit Card. *Mantic. de ta-
cit. & ambig. contrauent. lib. 13. tit. 13. num. 30.* Et licet in
dote promissa ab extraneo videretur considerari posse al-
tera ratio, quæ desumitur ex textu *in l. vnic. §. accedit.* C.
de rei vxor. action. quia scilicet eadem dos præsumi de-
9 beat donata, nisi qui illam dedit, † aut promisit, stipulatus
fuerit sibi eam reddi, vt fuit consideratum *in decis. coram
bon. mem. Vbaldo sub die 26. Aprilis anni 1629.* Quia ta-
men Sebastianus se obligauit simul cum Patre, ad quem
spectabat onus eius dotis, non censetur pro illa se obligare
10 voluisse simpliciter, sed solum † vti fideiussor sui Patris, ex
notatis per *Gloss. in l. vlt. C. de dot. promiss. & per Bart. ibi
num. 4. Aym. cons. 91. num. 2.* Et ità in terminis declarat
Bartol. regulam propositam *in d. §. accedit. in l. vlt.* C. *de
dot promiss. sub eod num. 4.* Corn. *cons. 316. num. 4. lib. 4. &
cons. 124. num. 2. lib. 1. Bald. nouell. de dote. part. 6. priuil. 3.
num. 44. Surd. cons. 290. num. 19.* Præterea voluntas, &
animus Sebastiani non donandi dictam dotem collige-
batur ex eodem instrumento, in quo continebatur eiusdẽ
obligatio, quia promissio in illo facta non fuit simplex, &
absoluta, sed sub conditione reuersionis ad fauorem eius,
11 † cui restituenda erat secundum iuris dispositionem; Vn-
de illa nunquam fuit liberè acquisita Victorię, sed propter
obitum Ioannis Baptistæ erat restituenda Octauiano, cui
secundum dispositionem iuris intelligi debebat facta ea
promissio, vt declarat *Castrens. in cons. 11. num. 1. lib. 1. &
latè comprobatum fuit in Romana dotis coram Eminen-
tiss. D. meo Card. Verospio, præsertim in postrema decisione
facta sub die 29. Febr ar. anni 1616. & in Romana restitu-
tionis coram bon. mem.* Manzanedo *sub die 18. Aprilis
anni 1625.*

Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO,

Ianuen. Separationis Thori.

Die Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM.

Ad Thori separationem, si deueniatur ex culpa mariti, tunc ipse vxori non solùm tenetur ad restitutionem dotis, sed etiã fructuum d. dotis. Item etiam ad restitutionem fructuum bonorum extra dotalium, quæ marito consignata fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus de iure debentur vxori, quando separatur thorum culpa mariti.*

2 *Maritus tenetur ad restitutionem dotis, quando thori separatio accidit eius culpa.*

3 *Vxor, separato thoro ob culpam mariti, vindicat dotem ab eo, tanquàm Domina contra incumbentem rei alienæ.*

Qui nedum rem ipsam, sed & etiam fructus ex ipsa re redactos tenetur restituere, ex quo, re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessionis accepit, numero 3. & 4.

5 *Mala fides, quæ per litis contestationem contrahitur, impedit acquisitionem dominij fructuum, quia possessor incipit scire rem ad alium pertinere.*

6 *Vir, si contra vxorem sæuiat semper vrget præsumptio, quod vir in legem matrimonij deliquerit, & inde lucrum consequi leges non permittunt.*

7 *Fructus bonorum extradotalium debentur vxori à marito, quando eius culpa, sequuta est thori separatio, & hoc procedit non tàm contra maritum, sed etiam contra hæredes mariti. num. 9.*

8 *Dos, & augumentum dotis à pari procedunt in restitutione. & num. 10.*

11 *In taxandis fructibus dotis sequenda est consuetudo Regionis, & Ciuitatis, si non adsit particulare statutũ.*

12 *In*

12 *In Fructuum liquidatione Rota passim solet amplecti medium.*

DECISIO CCC.

LATA sententia super Thori separatione, ac dotis, & extradotis restitutione, cum condemnatione ipsius mariti in quibuscunque fructibus de iure debitis, hodie contigit dubitari, an, & ad quam rationem debeantur, & sint taxandi fructus dotis, & extradotis.

1 Quod fructus dotis de iure † debeantur, Domini non
2 dubitarunt, nam cum separato thoro, mariti culpa, † is ad restitutionem dotis teneatur *Abb. in cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. Bald. in cap. 1. num. 2. vt lit. non contest. Menoch. cons. 1024. num. 3. Franch. decis. 244. num. 1. & 2. Seraph. decis. 1315. num. 1.* cum alijs in consimili causa allegatis in *Ianuen. fructuum 15. Maij 1634. coram D. meo*
3 *Decano*, mulier tunc vindicat dotem, † tanquam Domina contra incumbētem rei alienæ, qui tenetur nedum rem ipsam, sed & fructus ex ipsa re redactos restituere, ex eo
4 tempore † ex quo, re in iudicium deducta scientiam malæ fidei possessionis accepit, *l. litigator. C. de fruct. & lit. ex-*
5 *pen. l. certum C. de rei vindicat.* & semper mala † illa fides per litis contestationem contracta impedit acquisitionē dominij fructuum, quia incipit scire rem ad alium pertinere, *l. sed & si pater in fin. ff. ad Macedon. cap. si diligenti, cap. fin. de præscript. Bart. in l. illud. ff de pet. hæred. Crauet. cons. 136. num. 60. Osasch. decis. 160. num. 2. Surd. cons.*
6 *4. num. 43. & 4 . vol. 1.* Nec iuuari potest † maritus aliqua æquitate, cum semper in virum contra vxorem sæuiētem vrgeat, quod deliquerit in legem matrimonij, & inde lucrum consequi leges non permittunt *l. cum pater. § libertis. ff. de leg. 2. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 12. Surd. de alim. quæst. 25. num. 2. & seq. Osasch. decis. 124. num. 2.*
7 De fructibus pariter † extradotis, nempè librarum sex millium Ianueñ idem fuit responsum, quæ cum à Paride fratre D. Principissæ Benedictæ D Principi numeratæ fuerint in causam, & occasionem extradotis ex Instrumento, quod datur numero secundo, & sic in augumentum, eo-
8 dem modo debentur prout de dote dictum fuit, † cum à pari procedant in restitutione, dos, & illius augumentum, *§. 1. auth. de æqual. dot. Neuizan. cons. 76. nu. 14. Negusan. de pignor. 4. memb. 2. part. prin. num. 46. Decian. consil. 52.*
9 *num. 51. vol. 2. Rot. decis. 513. num. 3. par. 4. recen.* & † in fortioribus terminis, nedum contra maritum, sed etiam contra hæredes mariti contra *Afflict. decis. 261.* vt fructus de
10 augumento debeantur † vxori, attestatur *Thesaurus decisum in sua decisione 45.* & apud Nos idem fuit determinatum *in Romana donationis propter nuptias 31. Ianuarij 1601. coram bon. mem. Iusto, & in Romana dotis 3. Maij 1606. coram Card. Pamphilio.*

Quæ autem ratio sit ponenda in taxandis fructibus Domini arbitrati sunt eandem summam, quam taxarunt in alia *Ianuen. fructuum 15. Maij præteriti coram D. meo Decano*, nempè sex pro centenario, & anno, sequendo
11 consuetudinem Regionis, † & Ciuitatis, in qua non est particulare Statutum, prout in Vrbe, super modo taxandi fructus dotis ex mora restituendos, nam, & si aliquando taxati fuerunt ad rationem quinque, vt in *Perusina dotis 17. Martij, & 12. Maij 1630. coram D. meo Dunozetto*, sex cum dimidio, & aliquando octo, vt in casu *Thesaur.*
12 *decis. 45. num. 3.* attamen sequendo medium, quod † passim Rota solet amplecti in liquidatione fructuum *Caputaq. decis. 299. par. 3.* & idem fuit firmatum *in Firmana seu Maceraten fructuum 24. Ianuarij 1618. coram me*, visum fuit summam sex pro centenario non esse excedendum, & ita fuit resolutum D. Principissa Benedicta sola Informante.

* Decisiones super hac separatione Thori, sub diebus 28. Nouemb. 1633. & 5. Maij 1634. habes supra, & sunt decisiones 239. & 277.

Decisio CCC.

R. P. D. GHISILERIO.

Interamneñ Fideicommissi de Simonettis.

Die Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario in bonis fideicommisso subiectis, quibus concurrentibus non denegetur immissio, in bonis fideicommissarijs, quando non liceat detrahi legitima, vel dos.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in bonis hæreditarijs non potest denegari hæredi, si concurrant requisita necessaria ad hunc effectum.*
2 *Mors alicuius probatur ex fide obitus extracta ex libro mortuorum.*
3 *Sine filijs, quis præsumitur decessisse, dum contrarium non probatur.*
4 *Inuentarium contra conficientem plenè probat.*
5 *De fideicommisso, si constet, & illius purificatione, atque quod bona fuerint in bonis fideicommittentis de tempore obitus, & de illorum identitate, tunc vocato non denegatur immissio contrà grauatum.*
6 *Fideicommissario agenti vigore fideicommissi, competit remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
7 *In Alienationibus bonorum defuncti factis per hæredem, est imputanda eius legitima.*
8 *Precium redactum ex alienationibus bonorum hæreditariorum præsumitur sufficiens pro legitima, dum contrarium non probatur.*
9 *Filius, si se immiscuerit in hæreditate patris, nullo confecto inuentario, intrat præsumptio satisfactionis pro legitima.*
10 *In fideicommisso particulari non potest detrahi legitima.*
11 *Legitima, cum sit certa ratione loci, & quotæ, non impedit immissionem pro indiuiso fideicommissario.*
12 *Bona fideicommissaria, quando sunt restituenda inter alia, debet fieri detractio dotis.*
13 *Dotis detractio super bonis fideicommisso subiectis non potest fieri, quando adsunt bona libera.*
14 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. cessat, quando adsunt bona libera.*
15 *Dos non potest detrahi ex fideicommisso particulari, & alleganti, quod bona libera non sufficiunt, incumbit onus probandi plenè, & concludenter.*
16 *Pro dote non possunt retineri bona fideicommisso subiecta, nisi priùs discussis bonis liberis.*
17 *Exceptio turbida non impedit immissionem fideicommissario.*
18 *Immissio, vt fideicommissario non impediatur, non attenduntur exceptiones turbidæ.*
19 *Rota concedens manutentionem in possessione bonorum, attento stylo, non extensa decisione, causa non potest proponi super immissione.*

20 *Possi-*

20 *Possidere non dicitur is, qui petit se immitti in possessione.*

DECISIO CCCI.

CVM Domini censuerint esse iustificata requisita necessaria ad effectum immissionis in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* resoluerunt Galphio, Honuphrio, & fratribus filijs, & hæredibus q. Pauli de Simonettis esse
1 dandam† immissionem in bonis subiectis fideicommisso Hectoris Simonetti, ex infra dicendis.

Quia de fideicommisso constat ex testamento Hectoris fidei committentis non abolito, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, in quo dicti Galphius, Honuphrius, & eius fratres sunt expresse vocati in casu secuto, nimirum quo alij filij Testatoris decederent sine filijs, & descendentibus, prout decesserunt, si quidem de morte Galphij, & Tullij filiorum fideicommittentis sine filijs cō-
2 stat ex fide obitus, † extracta ex libro mortuorum, quam probare obitum, pluries fuit resolutum per *Rotam in rec. decis. 321. num. 3. 621. num. 4. & decis. 770. num. 4. par. 1. & decis. 605. nu. 4. par. 2. & coram san. me. Greg. XV. decis. 78. num. 2. ex Imol. cons. 110. in fin. ex Rebuff. & alijs concor-*
3 *dantibus*, eosque decessisse sine filijs † est præsumēdum, dum contrarium non probatur, *Alex. cons. 20. numer. 12. lib. 1. Bellon. cons. 19. num. 3. Capyc. decis. 159. num. 11. & tenuit Rot. in recent. decis. 436. num. 3. par. 1.* & licet Trinius vnus ex filijs fideicommittentis decesserit cum filijs Clemente & Hectore iuniore, attamen cum nuper decesserint sine filijs, vt ex arbore illorum existentia non præiudicauit Galphio, Honuphrio & fratribus. Obitus autē Pauli, & dd. Clementis, & Hectoris comprobatur ex instrumento compromissi facti inter Galphium, Honuphrium, & fratres, filios & hæredes Pauli ex vna, & Honuphriam vxorem & hæredem Clementis q. Trinij ex altera. Quod bona controuersa fuerint in bonis fideicommittentis, & per ipsum possessa de tempore obitus, probatur, tam ex testamēto, quam ex diuisione facta inter Paulum patrem Galphij, Honuphrij, & fratrum, & Clementem authorem Honuphriæ, & Hectorem filios Trinij. Identitas, deinde probatur, quia agitur de fideicommisso particulari quatuor corporum, de quibus in dicto testamento, nempe super domo habitationis ipsius Testatoris, & domo vulgò *detta l'hosteria della Corona*, super Carteria, & prædio seu possessione, quæ dicitur *S. Pietro in Campo*, quæ ex iam dictis probatur possessa per Testatorem. Deinde verò,
4 quod Honuphria possideat, probatur ex † Inuentario bonorum Clementis facto per ipsam, vti hæredem, quod contra ipsam conficientem plene probat, *l. fin. C. de arbit. tut. Castr. cons. 393. num. 2. lib. 2. Rom. cons. 102. numer. 3. vers. cum itaque, Rota in Cesenaten. de Aldinis 24. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, ex litis sustentatione, & ex commissione per eum obtenta.
5 Stante itaque quod constet de fideicommisso, † illiusque purificatione, & quod bona prædicta fuerint in bonis fideicommittentis de tempore obitus, & de illorum identitate, Simonettis vocatis non potest denegari immissio aduersus Honuphriam, habentem causam à Clemente
6 grauato, eo† quia illis agentibus vigore fideicommissi competit remedium, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. l. penult. §. cum autem, vbi Bart. in fin. & alij, C. de Sen. Cons. Trebell. Gabr. cons. 44. num. 6. lib. 2. Rot. in recent. dec. 237. num. 1. par. 1. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 194. num. 1.* & fuit prius dictum in *Bononien. de S. Petro 4. Maij 1588. coram Platto, in Viterbien. fideicommissi 8. Martij 1602. coram Litta, & in Montisfalisci fideicommissi 12. Maij 1603. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Neque Dominis visæ fuerunt obstare detractiones, quæ dicta Honuphria vti vxor Clementis nepotis testatoris ex Trinio filio prætendit. In primis non obstat detractio legitimæ ex persona Trinij, quia versamur in fideicommisso particulari, non autem vniuersali, & constat fideicommittentem reliquisse bona notabilis valoris. deinde probatur
7 plures alienationes factæ per Trinium, † in quibus est imputanda legitima, & precium ex eis redactum præsumitur
8 esse † sufficiens, dum contrarium non probatur, vt bene firmauit *Rota in Perusina fideicommissi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Vnde cū adsint alia bona, vt constat ex instrumentis, & in alijs iu-
6 ribus, & se immiscuerint in hæreditate nullo † confecto inuentario, intrat præsumptio satisfactionis, vt in *Maceraten. legitimæ 22. Iunij 1629. & in Perusina fideicommissi de Meniconibus 3. Decembr. 1632. coram Reuerendiss. D. meo Vrgellen. in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 20. Decemb. 1628. coram R. P. D. meo Merlino*, & cum simus
10 † in fideicommisso particulari super eo non potest detra-
11 hi legitima, & in omnem casum, cum legitima † sit certa ratione loci & quotæ, non impedit immissionem pro in-
12 diuiso. Non etiam † obstat detractio dotis quam prætendit Honuphria per *text. in Auth. res quæ, C. comm. deleg.*
13 quia dato etiam, quod de solutione constaret † illa est detrahenda super alijs bonis liberis, non autem de bonis stabilibus subiectis fideicommisso particulari, præcipue cum constet ex inuentario hæreditatis q. Clementis, remansis-
14 se alia bona, & † proinde non vindicare sibi locum dispositionem *d. Authen. res quæ*, pluries firmauit *Rota in Foroliuien. dotis 20. Iunij 1614. coram Eminentiss. Card. Pamphilio, & in Bononien. fideicommissi de Maluetijs 31. Martij 1628. coram bon. mem. Card. Virili*, & cum vt fuit dictum pluries, versemur in fideicommisso particulari, qua-
15 tenus Honuphria allegaret † bona libera non sufficere, ipsi incumbit onus probandi, plenè & concludenter *Bertrand. cons. 161. num. 26. lib. 3. par. 2. Corn. cons. 3. numer. 8. lib. 3. Aym. cons. 77. num. 4.* & ita resoluit Rota pluries, stā-
16 te itaque existentia † bonorum liberorum non potest Honuphria retinere bona fideicommissi pro detractione dotis, nisi priùs discussis bonis liberis. Non obstat tandem vltima detractio solutionis legatorum factorum per fideicommittentem, & æris alieni eiusdem factæ per Trinium patrem Clementis authorem Honuphriæ, quia de tali so-
17 lutione non constat, & † talis exceptio turbida non potest
18 impedire immissionem, quæ non admittit exceptiones † turbidas & altiorem indaginem requirentes, *Rota in Ciuitatis Castelli bonorum 9. Iunij 1598. coram bo. me. Card. Mellino, & coram san. mem. Greg. XV. decis. 194. num. 22.* & alibi passim.
19 Vlterius non obstat, quod cum Rota † concesserit manutentionem in possessione bonorum, de quibus agitur Honuphriæ, attento stylo non extensa decisione, causa non potuerit proponi super immissione, quia non subsistit in facto, cum iam decisio esset extensa, & propterea imputet sibi pars si non institerit pro relaxatione mandati de manutenendo, sed quia præsens dubium immissionis nihil commune habet cum manutentione, & Galphius Honuphrius, & fratres illam non impediant, quinimo fatea-
20 tur † non possidere, dum petunt immitti, Domini stantibus pluribus citationibus ad informandum, non obstante dilatione petita, immissionem supradictis concesserunt.

R. P. D. MOTMANNO.
Romana, seu Veneta Assecurationis.

Die Lunæ 3. Iulij 1634.

ARGVMENTVM.

Æqualitas in iudicio est seruāda, sed hoc non procedit stante diuersitate iudicij. Acta gesta inter alios non nocent tertiò, nunquam in eo iudicio citato. Obligatio Cameralis non vulneratur per sententiam nullam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet vim confessionis, & rei iudicatæ.*
2 *Acta inter alios facta, non nocent tertio, nunquam in eo iudicio citato, vel nominato.*
3 *Iudicij diuersitas excludit rationem æqualitatis seruandæ in eo, & num. 12.*
4 *Appellare, si licuit vni ex collitigantibus, id quoque alteri parti licere debet.*
5 *Sententia lata in diuerso iudicio, & inter alias personas, non impedit executionem instrumenti, quod ab alia persona antea non vocata, in alio iudicio, exhibetur.*
6 *Sententia est nulla, quoad non citatos, & quoad eos, nullos producit effectus.*
Sententia nulla, non debet retardare executionem obligationis Cameralis, quam non vulnerauit num. 6.
7 *Actus vltra intentionem mandantis, vel comparentis operari non debet.*
8 *Sententia, à quibus interpretationem recipiat.*
9 *Decis. 78. inter impress. R. P. D. Coccin. Decan. declaratur, & num. 10. & seq.*
11 *Pars, quod obtinuit contra aduersarium, id quoque in ipsius personam obtinere debet ad alterius partis fauorem.*

DECISIO CCCII.

POSTQVAM Rota censuit Apocham Assecurationis esse iustificatam, vt in decisione huius causę facta sub die 7. Iunij præteriti. * Dubitaui an contra Assecuratores esset relaxandum mandatum executiuum, & Domini affirmatiuè responderunt. Quia Ioannes Baptista Preue mercium Dominus, qui assecuratus est, agit vigore dictæ apochæ
1 roboratæ vinculo obligationis Cameralis, † quæ propter susceptionem censurarum, & mandati executiui, habet vim confessionis, & rei iudicatæ, *Paul. de Castr. in leg. post rem iudicatam. in fine ff. de re iudic. Gallesi. ad form. oblig. Camer. quæst. 2. num. 13. Gabr. cons. 67. num. 8. libr. 1. Rota decis. 686. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat sententia absolutoria ipsorum Assecuratorum, lata à deputato A. C. contra Ioannem Casnedum, & Nicolaum Massam prætensum hæredem Pompei, per quam prætenditur dictam obligationem Cameralem esse vulneratam. Nam ex actis dictæ Instantię apparet, Casnedum solum incepisse litem, eamque prosequutum fuisse, addito in aliquibus citationibus nomine dicti Pompei, & post illius obitum comparuisse procuratorem Nicolai prædicti, nullo exhibito eius mandato procuræ ad lites: Sententiam verò latam, & conceptam fuisse contra dictũ Casnedum, tunc absentem, non citato eius procuratore, cuius mandatum in actis fuerat exhibitum, & contra dictum Nicolaum, tanquam Pompei hæredem, & consortes, cum tamen non constaret, eum esse talem, vel vocatũ, aut Pompeium vnquam in iudicio dum viueret compa-
2 ruisse, per se, vel per procuratorem: Quæ sententia † propterea tanquam res inter alios gesta non afficit dictum Ioãnem Baptistam Preuem, Dominum lanarum, de quibus agitur nunquam in eo iudicio citatum, imò nec nominatum, *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ita. ff. de adopt. & l. vltima. C. quib. res iudic. non noc.* Diuersitas † autem
3 iudicij excludit rationem æqualitatis seruandæ, quod ni-
4 mirum, vbi vni partium licuit appellare, id alteri † quoque collitiganti licere debeat, quocirca sententia lata in diuerso iudicio, & inter alias personas, non impedit executionẽ
5 instrumenti, † quod ab alia persona antea non vocata, in alio iudicio exhibetur *Rot. post dictum tract. Gallesi. decis. 65. num. 9. & 12. & decis. 159. num. 8.* sequitur *Gratian. discept. 765. num. 43.* Eademque ratione dicta sententia non potest Pompeium Massam dicti Ioannis Baptistæ mãdatarium, quem Assecuratores in iudicio similiter nunquam vocarunt, neque Iudex prædictus in sententia nominauit,
6 afficere, & huiusmodi sententia cum sit nulla, † quoad nõ citatos, nullum quoad eos producit effectum, vt propterea non debeat retardare executionem obligationis Cameralis, quam non vulnerauit *Rot. apud Gallesi. decis. 106. num. 1. & 2. & d. decis. 159. num. 7.*

Neque prædicti Ioannes Baptista, & Pompeius possunt dici litis consortes, ex eo, quod procurator Nicolai, vnus ex hæredibus dicti Pompei notificando illius obitum, & dicti Nicolai voluntatem, de adeunda hæreditate, protestatus fuit ne Assecuratores alteri soluerent, quam dicto Nicolao eius principali, quoniam vt præfertur de mãdato dicti comparentis ad lites minimè constat, cum limitatè fuerit constitutus, ad notificandum, & faciẽdum protesta-
7 tionem, † qui actus vltra intentionem mandantis, vel comparentis operari non debet *Rot. decis. 500. numer. 8. par. 2.*
8 *recent.* ex quibus dicta sententia † recipit declarationem, vt per *Glos. fin. in cap. dudum. de decim. & Bald. in l. 2. C. de iudic.*
9 Et ex his etiam cessat obiectum decisionis 78. † inter impressas Reuerendissimi D. mei Coccini Decani, in qua fuit resolutum non esse concedendam executionem vi-
10 gore obligationis Cameralis, propter sentẽtiam † in priori instantia latam ad fauorem Assecuratorum, quamuis iniustam. Quoniam dicta decisio procedit in terminis sententiæ latæ inter easdem partes, appellantem scilicet, & appellatum, & in vtraque instantia vocatas, & nominatas inter quas ideo seruanda erat æqualitas, quia quod alter
11 contra aduersarium obtinuit, † id quoque in ipsius personam obtinere ad alterius partis fauorem debet, iuxta *leg. primam ff. quod quisque iuris, & l. vltima. C. de fruct. & li-*
12 *tis expens.* quæ ratio † in eo qui non fuit litigator eiusdem iudicij considerari non potest, quod etiam in terminis dictæ decisionis 78 sensit *Rota in Veneta donationis, quæ est præallegata decis. 159. in fine apud Gallesi.* Et ita &c.

* Est decisio 285. supra in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Dismembrationis.

Die Veneris 10. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Ad Declaratoriam quibus de stylo seruatis procedatur, & qualiter etiam prædictus stylus seruetur in mandato de manutenendo, vnde distinctionem.

SVMMARIVM.

1 *Termini quatuor ad docendum de paritione, si sint seruati, & de ea non doceatur, tunc nisi infra mensem de paritione ostendatur, declaratoria contra inobedientes relaxatur de stylo. num. 2.*
3 *Et iste stylus etiam in mandato de manutenendo seruatur, declara vt infra.*
4 *Mandatum de manutenendo, si contra aliquem relaxetur, qui teneatur aliquid præstare, puta decimas & c. tunc reproducto mandato, si non constet de paritione per effectualem præstationem, datur declaratoria. vide rationem num. 5.*
6 *Sed si ille contra quem relaxatur d. mandatum non tenetur*

netur aliquid præstare, sed solum pati, cum teneatur ad solam patientiam, tunc si non constet de paritione verbali, proceditur ad declaratoriam.

7 Impedimentum, quando excuset, & quando non.

DECISIO CCCIII.

CVM expedito mandato de manutenendo * ad fauorem Ecclesiæ S. Gregorij & Communitatis Duglioli, eoque in partibus, tàm Rectori S. Gregorij, quàm Rectori S. Michaelis de Mezolaria intimato, & successiuè hic in actis reproducto, seruati fuerint † quatuor termini soliti ad docendum de paritione, de quibus per *Vestr. in praxi lib. 8. cap. vlt. num. 19.* nec de ea doctum fuerit. Visum est DD. nisi infra mensem paruerint dandam esse
2 declaratoriam † contra contumaces, & inobedientes de stylo concedi solitam, *cap. primo in fin. vt lit. non contest. Mohed. decis. 1. in princ. de senten. ex com. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet. Rot. decis. 435. num. 1. &*
3 *478. par. 2. recent.* & passim in alijs, quem stylum † etiam in mandato de manutenendo obseruari constat, *ex traditis in Brixien. Clericatus 26. Ianuarij 1598. coram Orano, in Alerien. beneficij 17. Iunij 1609. coram Eminentiss. D. meo Card. Pamphilio, & in Vicen. Prioratus 19. Martij 1610. coram eodem, & in Cremonen. pensionis 28. Maij 1611. coram bon. mem. Vbaldo.*

Hæc tamen conclusio simpliciter non procedit in mandato de manutenẽdo, sed cum hac distinctione, quod aut
4 ille contra † quem relaxatur, tenetur aliquid præstare, vt decimas, pensionem, & quid simile, & tunc reproducto mandato, si non constat de paritione per effectualem præstationem datur declaratoria, & ita loquuntur decisiones prædictæ, prout etiam *Seraph. 1113. num. 3.* eo quia satis
5 dicitur constare de † contrauentione, nisi quis per actus positiuos solutionis decimarum, seu pensionis ostendat se paruisse *Bart. & alij in l. in illa. ff. de verb. oblig.* Aut verò ille contra quem mandatum relaxatur, non tenetur aliquid præstare, sed solùm pati, qui, vt est casus noster, quia fuit data manutentio in possessione Beneficij Ecclesiæ S.
6 Gregorij, & † hoc casu altera pars tenetur solam patientiam præstare, & nihil aliud, Ideoque sufficit paritio verbalis, *vt per Caual. decis. 36. num. 3. Rot. in Theatina, seu nullius de Altissa 2. Aprilis 1618. & in Lunen. Sarzanen. beneficij 25. Iunij 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & cum ex deductis non constet de paritione verbali, ex supradictis, ad declaratoriam procedendum.

Neque est attendeñ, excusatio deducta, ex eo, quod Ecclesia S. Gregorij fuerit interdicta à Vicario Bonoñ propter dismembrationem de ea factam ac proinde in ea celebrari non possit; Tum quia interdictum est nullum, sicuti nulla fuit, & inualida per Rotam declarata ipsa dismembratio in decisione in hac causa facta coram me 22. Iunij 1633. * Tùm quia non constat fuisse factas diligen-
7 tias pro illo remouendo, † & remoueri non potuisse sine quibus sola impedimenti allegatio non releuat *Bartol. in l. quibus diebus in fin. vbi Socc. num. 3. ff. de cond. & demonstr. Alex. cons. 49. num. 5. lib. 2. Natt. cons. 258. num. 6. Caputaq. decis. 72. num. 5. par. 2. Rot. coram Greg. XV. decis. 501. num. 2. & 5.*

Et ita fuit resolutum &c.

* Decisio super hac manutentione sub 14. Iunij 1634. est suprà 391.

* Est decisio 223. pariter supra.

§ Et infra in eadem causa adest altera decisio sub die 11. Decemb. 1634. coram eodem R.P.D. Ghisilerio.

REV. P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommissi de Caetanis.

Die Veneris 17. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommittens, quando disponit, quod omnia, & singula bona in perpetuum remaneant inter illos de domo, & familia, tunc dicitur inductum absolutum, & reciprocum fideicommissum. Sub verbis de domo, & familia, feminę quando comprehendantur, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum absolutum, & reciprocum inter illos de familia, quando inducatur.*

2 *Fideicommissum absolutum, & reciprocum inter illos de familia, tunc multo magis inducitur, quando adsunt verba importantia perpetuitatem.*

3 *Fideicommissum, quando fuit factum in contractu diuisionis per plures fratres, signum euidens est, quod voluerint facere reciprocum fideicommissum.*

Alias absque eo, quod facerent fideicommissum potuissent simpliciter diuidere, & vnusquisque prouidere propriæ soboli, vel fideicommissum ad beneplacitum constituere. num. 3.

4 *Et licet aliqui Doctor. contrarium teneant, tamen non sunt attendendi, cum loquantur contra communem.*

5 *Fœminæ veniunt sub illis verbis, de domo, & familia.*

6 *Fœminæ, licet veniant in fideicommisso sub vocatione eorum de domo, & familia, tamen id non procedit, quando immediatè fuit facta probibitio alienationis extra lineam masculinam, & num. 7.*

8 *In fideicommisso facto sub illis verbis, quod bona remaneant inter illos de familia, & domo, veniunt etiam fœminæ saltem durante vita sua.*

9 *Sed opinio ista est valdè difficilis.*

10 *Fœminæ sub nomine illorum de domo, & familia non comprehenduntur in fideicommisso, quando fideicommittens intellexit de domo, & familia masculina.*

11 *Ad fideicommissum, quando quis vocatur sub nomine agnationis, tunc non attenditur, siuè sit masculus, siuè fœmina succedens, dummodò sit agnatus, vel agnata.*

12 *Ad fideicommissum, si vocentur masculi agnati, tunc succedere volens debet esse, & masculus, & agnatus.*

13 *Alienationis probibitio, quando subsequitur fideicommissum intelligenda est quòad personas, & casus in fideicommisso comprehensos.*

14 *Alienationis probibitio, si stet de per se, & sit vestita, particulare fideicõmissum inducit etiã in casu mortis.*

DECISIO CCCIV.

DOMINI perstiterunt in resolutis 7. Iunij proximi præteriti, * scilicet constare de fideicommisso reciproco inter masculos de Caetanis. In instrumento namq; diuisionis fuit conuentum, quod omnia, & singula bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis; Hæc enim verba im-
1 portant † absolutum, & reciprocum fideicommissum inter masculos de Caetanis, *Anchar. cons. 152. Plura sunt dubia. num. 9. Soccin. sen. cons. 12. num. 13. & cons. 43. num.*

9. lib.

9. lib. 3. Corn. conf. 38. col. 2. lib. 1. Dec. conf. 23. numer. 3. & conf. 371. Rip. respons. 14. num. 24. de substit. vbi testatur de communi opinione, Decian. conf. 1. num. 278. & seqq. & conf. 3. num. 61. lib. 1. quæ opinio eo magis procedit, ex
2 quo adsunt† verba importantia perpetuitatem, ibi, in perpetuum, Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. num. 18. & quia huiusmodi fideicommissum fuit factum
3 in contractu diuisionis † per plures fratres, signum euidés est, quod voluerint facere reciprocum fideicommissum, alias absque eo, quod facerent fideicommissum, potuissent simpliciter diuidere, & vnusquisque prouidere suę soboli, vel fideicommissum ad beneplacitum constituere. Neque sunt attendendi DD. tenentes contrarium, quia
4 loquuntur contra communem, & quando non adest † verbum, remaneant, prout in casu isto, vt aduertit Fusar. de substit. 479. num. 102. vers. sed aduerte; nec loquuntur quando plures fratres in instrumento diuisionis faciunt fideicommissum, prout fuit factum in casu isto.

5 Neque obstat, quod sub illis † verbis de domo & familia de Caetanis veniant etiam fœminæ, quia secus dicendum est in casu isto, ex verbis in eadem oratione immediatè sseqq. & quod non possit, nec eis liceat illa, scilicet, bo
6 na † extra familiam masculinam dictæ domus de Caetanis, quomodocunque, & quandocũque alienare, seu alias quomodolibet, & pro quibuscunque etiam vrgentissimis, ac arduis eorum, & cuiuslibet ipsorum negotijs, & necessitatibus eis incumbentibus distrahere, & dismembrare, ex quibus dum diuidentes primo loco simpliciter dixerũt inter illos de domo, & familia, & in eadem oratione subdiderunt extra familiam masculinam, dicẽdum est, quod
7 in prima † parte intellexerunt de domo, & familia masculina, quicquid esset, si hoc fuisset dictum in diuersa oratione, Odd. de compend. substit. par. 6. artic. 4. num. 5. vbi dicit communiter hanc concordiam esse approbatam, & infinitos allegat Fusar. de substit. quæst. 404. num. 8.

8 Neque obstat, quod ex verbis illis remaneant, † & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis, veniant etiam fœminæ, saltem durante vita sua, ex al. leg. per Fusar. de substit. quæst. 346. num. 19. vbi exemplificat, quando sunt vocati descendentes per lineam masculinam, vel virilis sexus, vel per virilem sexum, quia quicquid
9 † sit de hac opinione, quæ multum difficilis est, vt patet ex adductis per ipsum Fusar. d. loco & num. seqq. & per Peregr. de fideic. art. 26. num. 29. vers. circa vero secundum, in hoc casu sumus extra difficultatem, quia fratres diuidentes, vt dictum est, intellexerunt de domo, & familia
10 masculina, † & ideò indubitatum remanet feminas excludi, vt benè per Castren. in conf. 190. num. 4. vers. nam interdum. lib. 2. qui inquit, quod aut quis vocatur ad ali-
11 quod † commodum sub nomine agnationis, & tunc non curatur, an sit masculus, vel fęmina dummodò sit agnatus vel agnata, aut vocatur aliquis nomine masculorum, &
12 tunc requiritur † vtraque qualitas scilicet, quod sit agnatus & masculus, & hoc dictum sequitur Peregr. d. art. 27. num. 19. vers. aut vocatur.

Neque facit, quod duo videantur fideicommissa, vnũ in euentum mortis, in quo vocantur illi de familia, & domo, alterum in euentum alienationis, in quo censentur vocati masculi de domo, & familia, quia fuit respõsum, quod prohibitio alienationis, cum subsequatur fideicõmissum,
13 aut est intelligenda † quoad personas, & casus in fideicommisso comprehensos, ex allegatis per Fusar. quæst. 683. numer. 1. & solum declarat fideicommissum præcedens, & quod intellexit ad illud vocare masculos, vt dictum est, &
14 penitus cessat prædictum obiectum. Aut verò † prohibitio alienationis censetur, stare da per se, & cum sit vestita, particulare fideicommissum inducit etiam in casu mortis, Gabr. conf. 123. ante numer. 1. vers. etenim cum prohibitio, vol. 1. Berett. conf. 142. post num. 29. vers. cum verò, late Menoch. conf. 348. numer. 43. vbi hac distinctione concordat omnes DD. inter se circa hoc dissentiẽtes, Petra de fideicommissis quæst. 11. num. 560. & hanc distinctionem sequitur Rota decis. 23. ante num. 1. vers. respondetur, quod in casu Decij, & decis. 45. num. 3 & decis. 568. num. 9. part. 1. diu. & fuit dictum in causa Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis 24. Septemb. 1586. coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio, & in causa Perusina de Bigazinis 14. Nouemb. 1605. coram Litta, Odd. de fideicommissis. quæst. 10. art. 6. num. 128. Fusar. quæst. 688. num. 7. & fuit tentum in causa Perusina de Baptistis 27. Martij 1627. coram R. P. D. Pirouano, & retento hoc intellectu pariter cessat obiectum.

Et ita vtraque &c.

* Est decisio 284. suprà in hac eadem parte, & ibi aliæ decisiones in hac causa referuntur.

R. P. D. BVCCABELLA.

Bononien. Bonorum de Barzellinis.

Die Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra sententiam, licet non valeat, tamen quando hoc non procedat. A sententia lata in iudicio possessorio, quando detur appellatio, & sic cesset Aegidiana.

SVMMARIVM.

1 *Iudex rite, & recte procedens priuat possessorem sua anteriori possessione, etiam absque expulsione.*
2 *Et illam in alium transfert, etiam ad effectum manutentionis.*
3 *Sententia contra sententiam lata non tenet, nisi prima infirmetur.*
4 *Iudex Commissarius, stante clausula, quam, & quas, in commissione posita, potest procedere, prout in prima parte non opponente. & num. 9.*
5 *Iudex, stante clausula, quam, & quas, potest procedere, tanquam in prima, & etiam non suspenso petitorio. & num. 6.*
7 *à Sententia lata in possessorio datur appellatio, quando ea continet mixturam.*
8 *Causa semel facta appellabilis, semper remanet talis.*
10 *Appellatio est de ordinatorijs Iudicij.*
Aegidiana in iudicio possessorio denegat appellationem. num. 10.
Iudicij ordinatoria, sunt seruanda iuxta locum, vbi litigatur, non obstantibus statutis loci, vbi partes sunt oriundæ. num. 10.
11 *Statutum Bononien. lib. 2. rub. de appell. non habet locum, quando fuit actum remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
12 *Verba, in sententia lata in iudicio possessorio, quando non dicantur continere mixturam.*
13 *Aegidiana in sententia lata in possessorio intrat si non contineat mixturam.*
14 *Clausula, sine præiudicio, præseruat iurisdictionem Iudicis, à quo.*
15 *Clausula, cum facultate manutenendi, quem de iure a quid operetur.*
16 *Possessionem pro turbida, quando habet Signatura, tunc admittit appellationem, cum facultate manutenendi, quem de iure.*

17 Si-

17 *Signatura, si aliquid voluisset in rescriptis, id sciuisset exprimere.*
18 *Argumentum ab vsu, seu solito de iure valet.*
19 *Signatura, quando simpliciter causam committit, tunc dicitur declarasse appellationem fuisse ab initio admittendam, & executionem nullam esse, & reuocandam.*

DECISIO CCCV.

CONCLVSVM fuit D. Cosmo dandum esse mandatum de manutenendo, quia ex deductis satis apparet ipsum obtinuisse immissionem in possessionem triũ corporum bonorum, de quibus agitur, in vim sententiæ, & mandati Rotalis relaxati, pluribus præcedentibus Decisionibus, * super purificatione fideicommissi Alphonsi ad fauorem ipsius Cosmi, ac alijs seruatis de iure seruandis, sicque auctoritate Iudicis rite, & recte procedẽtis, qui
1 propterea bene potuit D. Vincentium etiam † absque alia expulsione, eius anteriori possessione priuare, *Ang. in leg. qui vniuersas §. item cum Prætor. in fin. ff. de acquir. possess. Rot. coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 9 num. 8. & decis.*
2 *69 num. 9. & seq.* illamque † in dictum Cosmum transferre *ad l. iuste possidet. ff. de acquir. possess.* etiam ad istum effectum manutentionis *Rota coram eodem Gregor. d. decis. 9. num. 4. & decis. 582. num. 2. & in causa Romana vineæ 25. Februarij & 14. Nouembris 1633. coram R. P. D. meo Motmanno.*
3 Non obstat, quod prius esset confirmanda, † vel infirmanda alia sententia de partibus, iuxta *l. 1. C. quand. prouoc. non est necess.* Quia fuit responsum, quod cum in com
4 missione adsit clausula, (quam, & quas,) & † pro immissione de nouo in Rota actum fuerit; Iudex parte non opponente benè potuit procedere tanquam in prima prout fecit *Gabr. cons. 54. num. 8. lib. 1. Pedem. decis. 1. numer. 49. Rota in causa Bononien. Legati de Marescottis 24. No-*
5 *uemb. 1627. coram R. P. D. meo Dunozet.* Et quod † stante commissione cum clausula (quam & quas) possit Iudex procedere tanquam in prima, fuit resolutum *coram Card. Seraph. decis. 1241. num. 2. & in causa Grotten. decimarum coram bon. mem. Orano, vt in decisio. relata per Marches. de commiss. par. 1. fol. 174. num. 5. & in causa Perusina fideicommissi 16. Februarij 1615. coram Reueren-*
6 *diss. D. meo Decano*, vbi, quod hoc procedit † etiam non suspenso petitorio *per doctr. Bart. communiter receptam in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 36. ff. de acquir. poss. cum alijs ibi alleg.*

Et ex his cessat, quòd ab eadem prima sententia fuerit appellatum, tàm in vim Statuti *lib. 2. rubric. de appell.* quã
7 etiam ex quo, ipsa sententia † continet mixturam, cum cõdemnet Vincentium ad reddendam rationem de nominibus debitorum Alphonsi, & ad restitutionem pecunia-
8 rum hæreditatis eiusdem, & causa † semel facta appellabilis semper duret appellabilis, ex pluribus pro Vincentio allegatis: Nam quicquid sit, an huiusmodi appellatio, & mixtura subsistant. Placuit responsio, quod dicta prima sentẽtia, & appellatio ab ea interposita ad istum effectum amplius attendi non debeat, ex quo in Rota processum
9 fuit tanquam in prima, quod bene † fieri potuit ex supradictis. sicque non subsistit, quòd ista causa fuerit facta semel appellabilis, cum in ea vna tantum sententia Rotalis emanauerit.

Neque obstat, quod etiam ab huiusmodi sententia Rotali in possessorio lata D. Vincẽtius semel appellare potuerit vigore dicti Statuti Ciuitatis Bonon. *li. 2. rub. de appel.*
10 Quia fuit responsum, quod cum † appellatio sit de ordinatorijs iudicij, Aegidiana, quæ in iudicio possessorio illam denegat stante dicta sententia in Rota lata prout in prima, est obseruanda, non obstante statuto loci, vnde partes sunt oriundæ, vt per *Contard. de moment. possess. limit. 4. num. 10. & seqq.* & de huiusmodi statuto tenuit *Rot. coram Robusterio decis. 330. sub numer. 4. par. 2. diuers. & in causa Romana bonorum de Comitibus 2. Aprilis 1565. & coram Reuerendiss. D. meo Decano in alia Bononien. de Mangiolis 16. Aprilis 1627.* vbi etiam fuit firmatum,
11 quod † huiusmodi statutum non habet locum, quando actum fuit remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* ex pluribus latè ibi adductis.

Nec subsistit, quod eadem sententia Rotalis dicatur continere mixturam. Quia dum reseruat Vincentio portiones bonorum Pirrhi prædefuncti, cum domo magna ibi (*Reseruatis portionibus bonorum sigillatim descriptis in diuisionibus &c. de quibus in actis*) huiusmodi verba visa fuerunt prolata non per modum dispositionis, vel causæ, sed relatiue ad dictas diuisiones certas alias factas, & in
12 actis exhibitas, ac † etiam incidenter, & enunciatiue, quę propterea non inducunt mixturam, *Contard. de moment. possess. limit. 2. §. 5. num. 19. Rota in causa Auenionen. seu Carpentoraten. Iuris pascendi 7. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili.* Quatenus verò eadem sententia condemnat Vincentium ad fructus perceptos à die motæ litis, & ad expensas legitimè factas ponderatum fuit sentẽtiam id facere per caput separatum ibi (*insuper D. Vincentium in fructibus, &c. & in expensis condemnamus &c.*) quo casu sententia non dicitur continere mixturam quo-
13 ad possessorium, & † propterea illius respectu intrat Aegidiana, vt per *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 8. vers. idem denique. Barz. decis. 45. num. 2. cum alijs relatis per Modern. Roman. de appellat. quęst. 17. limit. 6. membr. 9. num. 35. & faciunt tradita per Gabr. cons. 35. sub numer. 8. vers. primo quia. lib. 1. Surd. cons. 102. num. 12. Menoch. de adipiscend. remed. 4. numer. 869. & seq. Contard. de moment. poss. limit. 1. num. 28. Crescent. decis. 5. de appell. & per d. Modern. Roman. post alios relat. d. memb. 9. sub numer. 22. vers. explica istam.*

Minus releuat, quod licet post sentẽtiam Rotalem causa fuerit primo loco commissa cum clausula sine præiudicio mandati de immittendo, postmodum tamen in secũda commissione adiecta fuerit clausula, cum facultate manutenendi, quem de iure. Quia pro responsione ponderatum fuit, quod executio dictorum trium corporum bonorum, de quibus agitur, fuerat legitimè facta post primã commissionem, cum dicta clausula sine præiudicio man-
14 dati de immittendo, † per quam dicebatur præseruata iurisdictio Iudicis, à quo, *Rot. decis. 182. num. 3. lib. 2. part. 3. diuers. Add. ad decis. Gregor. XV. 91. num. 13.* & ante secundam, cum dicta clausula, cum facultate manutenendi
15 quem de iure, † per quam quicquid sit, an dicatur suspensa iurisdictio præfata, quoad vlteriorem exequutionem faciendam, quoad executionem iam factam, illa fuit visa nullo modo posse dici per dictam clausulam circumscripta, vel reuocata, nisi quatenus fuisset minus rite, & recte facta, de quo Signatura voluit, quod coram Iudice, ad quẽ, cognosci debeat, & ideò rescripsisse dicitur cum dicta clau
16 sula, † quia habuit possessionem pro turbida, vt Rota cẽsuit *coram Card. Caual. decis. 615. num. 3.* & ita obseruauit pro manutentione possessoris legitimè immissi per Iudicem ad quem, ante commissionem, cum huiusmodi clausula *in d. causa Romana vineę 25. Februarij, & 14. Nouemb. 1633. coram R. P. D. meo Motman.*

Quod etiam comprobatur, quia si per secundam com-
17 missionem Signatura voluisset † circumscribi, & reuocari executionem tunc iam factam, id expressisset, prout quoad prædium Planorij, cuius possessio fuerat capta post secundam commissionem, fecit in tertia, in qua rescripsit vt circumscripta, & reuocata possessione dicti prædij in
18 causa procedatur; argumentum † enim ab vsu, seu solito de iure valet, *l. si seruus plurium. §. vlum. ff. de legat. 1. cum alijs per Rotam coram Caual. decis. 418. num. 5. vers. tertia & num. seq.* Vel simpliciter causam commisisset, quo
19 etiam casu dicitur declarasse † appellationem fuisse ab initio admittendam, & executionem nullam, & reuocandam, iuxta tradita per *Lancellot. de attent. par. 2. capit. 12. limit. 6. num. 36. & par. 3. cap. 24. quæst 31. num. 9. cum seq. & per Rot. in causa Mantuana Iuris pascendi 26. Iunij 1628. coram bon. mem. Card. Virili, & in causa Ferrarien.*

pecuniaria 7. Aprilis 1631. coram R. P. D. meo Moyman. cum alijs pro Vincentio allegatis.

Et ita vtraque parte informante &c.

* Idest sub diebus 12. Decembris 1633. & 22. Martij 1634. & 7. Iunij pariter 1634. coram R. P. D. Ghisilerio, sunt Decisiones 249. 272. & 283. suprà in hac parte.

R. P. D. MERLINO.

Verulana Fideicommissi.

Die Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quibus concurrentibus detur immissio. Remissoria denegatur ob calumniæ suspicionem, item in iudicijs possessorijs, item etiam bis in eadem causa si petatur, non conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius, dum fideicommissi existentiam, purificationem ad eius fauorem, & rei identitatem probat, tunc ei immissio non potest denegari.*

2 *Remissoriæ petitio, videtur calumniosa, quando petitur in calculo ferendæ sententiæ.*

Remissoria denegatur ob suspicionem calumniæ. numer. 2.

3 *Remissoria non conceditur ad impediendam immissionem ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.*

4 *Remissoria denegatur in causis possessorijs cum in eis non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

5 *Remissoriæ petitio reijcitur in possessorio iudicio Saluiani interdicti.*

6 *Remissoria, si in prima instantia fuit concessa, si in secunda instantia iterùm petatur, denegatur.*

7 *Remissoria in eadem causa bis regulariter non conceditur.*

DECISIO CCCVI.

ITERVM Domini responderunt Ioanni Amato fideicommissario Bartholomæi Aui non esse denegandum *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vel vtilis Saluiani interdicti pro adipiscenda possessione tenutæ nuncupatæ *Il Colle Mausoleo*, dum † fideicommissi existen- 1
tiam, purificationem ad sui fauorem, & identitatem tenutæ plenè, ac concludenter probauit, iuxta Rotæ opinionem perpetuo retentam, *vt in decis. 131. num. 5. par. 1. recen. & in alijs relatis in decis. huius causæ sub die 26. Iunij præteriti coram me,* atque sub hac eadem die fuit dictum in Terraconen. Pannorum coram me.*

Nec visum fuit obstare exceptionem sæpè à DD. Philonardis deductam, & per duas decisiones reiectam, nempè quod cum tenuta, cuius possessionem adipisci Ioannes contendit, confusa fuerit inter alia bona per DD. Philonardos acquisita, consequenter immissio super re incerta, & fideicommisso in totum non supposita, concedi non possit, vel certè in adeptione possessionis oriri possit ansa scandali, dum vnusquisque controuersa bona sibi debita esse defendet; quoniam testes, & instrumenta acquisitionum excludunt quamcunque incertitudinem, & separant bona acquisita à tenuta fideicommisso subiecta, assignando sigillatim proprios, & particulares confines, tàm tenutæ, quàm prædijs, seu petijs terræ acquisitis, itaut nulla possit cadere confusio, & dissidij occasio, prout distinctè deductu fuit in decisionibus sub die 27. Nouembris 1633.* & 7. Iunij decurrentis anni 1634. coram me,* cum quibus etiam hodiè Domini transierunt.

Nec releuare censuerunt petitionem remissoriæ ad effectum firmandi statum hæreditatis Bartholomæi fideicommittentis, & probandi per Ioannem retineri multa bona nō subiecta oneri fideicommissi, & sic obligata pro euictione tenutæ per DD. Philonardos acquisitæ; Quo-
2 niam huiusmodi instantia † facta in calculo ferendæ sententiæ, & postquàm per feriarum interstitia probationes necessarias instruere potuerunt, pluribusque diffugijs causæ propositionem distraxerunt, sapere videtur calumniā, ob cuius suspicionem denegatur remissoria, *Rota dec. 322. lib. 3. par. 3. diuers. & coram san. mem. Greg. XV. dec. 356.*
3 *num. 8. & aliàs passim.* Et ad † impediendam immissionem, *ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* non esse concedendam remissoriam, quia in huiusmodi possesso-
4 rijs non admittuntur exceptiones † requirentes altiorem indaginem, dixit *Rota apud Card. Seraph. decis. 1364. numer. 1. qui loquitur de iud. ex l. final. C. de edict. diu. Adr. tollen. & in recent. decis. 212. num. 7. ac decis. 424. numer. 3. par. 1. recen. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 367. num.*
5 *1. vbi Addent.* alias cumulant, & in † possessorio Saluiani interdicto Rota sequuta fuit dictas decisiones nouissimè in *Imolen. Saluiani 5. Maij & 9. Iunij præteriti coram Reuerendiss. D. meo* Decano. Maximè quia in prima
6 instantia † concessa fuit remissoria, vigore cuius sex testes examinati fuerunt, vnde intrat conclusio, quod in eadem
7 † causa remissoria regulariter bis non conceditur *Rota apud san. mem. Greg. XV. decis. 367. num. 2. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 392. num. 2.*

Contra alia decisionis fundamenta nihil fuit deductum ideòque Domini persistentes in decisis sub die 26. Iunij coram me, Ioanni Amato dandam esse immisionem responderunt.

* Est decisio 298. supra in hac parte.

* Sunt Decisiones 236. & 286. etiam supra in hac parte.

¶ Et in eadem causa pariter supra adest altera decisio sub die 28. Ianuarij 1633. est in ordine 175.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Quarti Dotalis.

Die Lunæ 20. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. vt habeat locum, debet ille, qui in eo se fundat probare matrimonij consummationem. Dictio (iuxtà) quando stet similitudinarie, quando restrictiuè, quando causatiuè, vel demonstratiuè, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. defert lucrum dotis post consummatum matrimonium. num. 3.*

2 *Dotis lucrum, quando debetur ex statuto, vel pacto, an debeatur non consummato matrimonio. Quæstio ista inter Doctor. est valdè controuersa.*

Et pro vtroque casu adsunt Doctor. qui de communi testantur.

4 Di-

4 *Dictio (iuxta) stat similitudinarie, vt dictio, sicut, tanquam, ad instar, & similia.*

5 *Dictio (iuxta) potiùs censetur stare demonstratiuè, quam restrictiuè.*

6 *Dictio (iuxta) tunc multò magis dicitur stare demonstratiue, quando est adiecta dispositioni, & prolata in materia, cuius natura sit disponere.*

7 *Dictio (iuxta) tunc stat causatiue, non autem relatiuè, & restrictiuè, quando non constat de relato.*

8 *Dictio (iuxta,) quando constat de relato, tunc similitudinariè, & restrictiuè ad relatum.*

9 *Lucrum dotale debetur vxori vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. si per ipsam non steterit, quominus matrimonium consummaretur.*

10 *Statuti vigore, si aliquis prætendat aliquid ad se spectare, debet probare, quod interueniant omnes qualitates à statuto requisitæ.*

11 *Testibus deponentibus super affirmatiua magis credendum est.*

12 *Testes, si fuerint examinati in alio iudicio, & eorum depositiones non producantur, non merentur attendi.*

13 *Vxor debet præstare patientiam successiuam, ad hoc vt dicatur, quod per ipsam non steterit, quominus matrimonium consummaretur.*

DECISIO CCCVII.

PRAETENDENTE Diana Grotta per obitum Alexandri eius viri sine liberis, vltra restitutionem dotis sibi deberi quartum dotale iuxta dispositionem statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. Illud ei non deberi DD. sub die 26. Nouemb. 1633. * responderunt, ea moti ratione, quia statu-
1 tum † defert lucrum dotis post consummatum matrimonium, quæ cōsummatio non probabatur, prout nec etiam hodie visa fuit DD. probari, & propterea perstiterunt in decisis.

Nam licet quæstio sit multum controuersa apud DD.
2 etiam quando lucrum † dotis debetur ex statuto, vel pacto, an debeatur non consummato matrimonio, vt latè per *Ceuall. quæst. 110. Bernard. Greuius ad Gayll. conclus. 80. per tot. lib. 2.* & pro vtraque opinione adsint DD. attestantes de communi opinione; attamen in præsenti casu visum fuit DD. nos versari extra istam difficultatem, quia
3 lucrum † dotis fuit promissum iuxta dispositionem statuti Vrbis, quod vt supra dixi, defert lucrum dotis post consummatum matrimonium.

Et quod in isto contractu partes se conformauerint cū statuto Vrbis, satis dignoscitur ex ipso instrumentò dota-
4 li, in quo fuit dictum iuxta formam statuti, † illa siquidem dictio (*iuxta*) stat similitudinarie, vt dictio, sicut, tāquam, adinstar, & similia, *l. si quis. C. de sepulcr. viol. l. 1. C. de his, qui paren. vel liber. occid. l. leges, vi generales. C. de legib. Bero. conf. 38. num. 3. vol. 1.*

5 Neque obstat, quod † ista dictio (*iuxta*) potiùs censeatur stare demonstratiue, quam restrictiue, *Bart. in l. Centurio. num. 39. & ibi Ias. num. 51. Rip. num. 173 ff. de vulg. & pupill. Rot. dec. 27. num. 7. par. 2. diu.* maximè cum illa sit
6 † adiecta dispositioni, & prolata in materia, cuius natura sit disponere, & sic tanto magis stat causatiue, *Rot. decis. 40. num. 3. par. 2. diu.*

Quia hoc est verum, & bene procedit, quando non cō-
7 stat de relato, quia, † tunc dictio (*iuxta*) stat causatiue, nō autem relatiue, & restrictiue, secus vero quando constat
8 de relato, prout hic, quia constat de statuto, † quo casu prædicta dictio stat similitudinarie, & restrictiue ad d. statutum *Bart. in extrauag. ad reprimendum, vers. prout sub num. 2. Alex. cons. 106. num. 21. lib. 3. Dec. cons. 63. num. 6. & in l. edita num. 84. in fin. & num. seq. C. de eden. Cur. iun. cons. 92. num. 10. Ruin cons. 25. num. 11. lib. 1. Soccin. iun. cons. 122. num. 33. lib. 3. Grat. cons. 105. num. 2. vol. 2. Rot. d. decis. 40. num. 4. & 5. par. 2. diuers.*

Non obstat, quod non steterit per Dianam, quominus
9 † matrimonium consummaretur, & propterea ei lucrum dotale denegari non posit, ex allegatis in decisione quæ reuidetur, & in his terminis statuti Vrbis adsunt *decis. 92. & 101. par. 2. diu.* Quia (vt suprà dictum est) cum istud lucrum fuerit promissum iuxta literam Statuti, Diana de-
10 bet † *probare, quod interuenerint requisita à Statuto, & si ipsa prætendit per se non stetisse, quominus Matrimonium consummaretur, hoc debet concludenter probare, vt vltra alleg. in dec. tenent Surd. cons. 130. nu. 1. post med. Gratian. discept. 745. num. 57. & fuit dictum in Romana census coram Reuerendiss. D. Decano impress. apud Pic. ad stat. Vrb. decis. 30. num. 4.*

Non obstant testes examinati pro parte Dianæ deponentes, quod vnanimi consensu per 40. dies isti coniuges insimul decubuerunt, & quod de meridie in thalamo clau-
11 debantur, quibus testibus vti † deponentibus super affirmatiua plurimum est deferendum ad probandam patientiam ipsius mulieris, *Farin. de testib. quæst. 65. num. 200. & seqq. Rot. decis. 335. num. 2. par. 1. & dec. 619. num. 9. part. 3. diu.*

Quia vltra, quod dd. testes fuerunt examinati in alio iu-
12 dicio, nec eorum depositiones † fuerunt adhuc in Rota reproductæ, & sic non merentur attendi, non deponunt de patientia successiua præstita ab ipsa Diana, quinimo cō stat de contrario per alios testes pro parte Camilli examinatos, qui deponunt, quod ipsa egrediebatur è lecto, & ibat dormitum cum matre, & interrogata de hoc respondebat (*che così li piaceua di fare*) prout deponunt tertius & quartus testes, & idem deponunt secundus, & tertius dum dicunt, quod vir fuit eiectus è domo; vnde clarè patet, quod Diana non probat intentionem suam, ex quo dd. testes repugnant probationibus ipsius, & ex illis apparet, ipsam non perstitisse (vt dixi supra) patientiam, suc-
13 cessiuam, † quam præstare tenebatur ad effectum, vt potuerit dici per eam non stetitisse, quin matrimonium consummaretur, & traditur per *Calder cons. 5. vers. respondebat de loc. Beu. cons. 45. sub num. 19. Socc. cons. 156. numer. 10. lib. 2. vers. primo enim.*

Non obstat, quod Diana fassa fuerit se esse virginem, & quod Camillus in suis positionibus dixerit Alex. eius filiū fuisse ad vxorem, & per 40. dies cum ipsa cohabitasse; quia non exinde propterea probatur continua cohabitatio Dianæ cum Alex. toto tempore, quo durauit matrimonium. nec quod per ipsum steterit, quominus fuerit consummatum matrimonium.

Et ita ex ijs cum alijs deductis in alia decisione vtraque parte informante fuit resolutum lucrum dotis non deberi.

* Est decisio 237. supra in hac eadem parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Giennen. Thesaurariæ.

Die Lunæ 24 Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Coadiutoria sub prętextu infirmitatis obtenta non iustificatur, nisi morbus sit aptus impedire humanas functiones, nec sufficit quæcumquè inhabilitas, aut praua habitudo dicentis indigere auxilio Coadiutoris. Testis deponēs super grauitate morbi, quomodò deponere debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio vnius ex duabus qualitatibus copulatiuè expositis, non releuat, quamuis qualitas, quæ probetur, satis esse potuisset ad gratiam obtinendam.*

2 *Coadiutoriæ gratia obtenta sub prætextu dolorum infirmitatis, valere non potest, nisi quatenus illi sint continui, & num. 17. & 23.*

3 *Capitis dolores ex communi Medicorum schola connumerari solent inter magnos, imò pestiferos & acutos morbos.*

4 *Dolores, qui continui non sint, dicuntur cronici.*

5 *Testis deponens super magnitudine morbi, debet referre signa vehementiæ illius.*

6 *Morbi grauis signa perspicua esse debent.*

7 *Morbi magni, quales sunt acuti, magna solent producere symptomata.*

8 *Capitis dolores trahunt secum consensum totius corporis.*

9 *Testis super magnitudine morbi deponens enumerando parasismos in illius accessu venientes, non dicitur referre signa morbi magnitudinem significantia.*

10 *Peritia in teste perito est instar rationis, & num. 13. quod quomodo intelligatur, vide num. 14.*

11 *Testi de auditu non debetur maior fides, quàm danda esset illi, à quo audiuit.*

12 *Testis deponens de rebus, quæ sub eius sensu non cadunt, sed signis externis depræhenduntur, debet referre signa, ex quibus iustificetur eius depositio.*

13 *Testis, licèt possit vti sua peritia in cognoscendo rem, super qua deponit, eius tamen peritia non suffragatur, quando deponit, vt testis, nec fuerit à Iudice deputatus, tanquàm peritus.*

14 *Dolores, licet verè & propriè non sint morbus, sed symptomata morbi, possunt tamen illius vim, & qualitatem ostendere.*

15 *Deriuans ab aliquo, tanquàm à causa, id etiam eius signum est.*

16 *Dolores, seu symptomata morbi, quæ nuncupantur læsæ actionis, vix possunt ab ipso morbo distingui.*

17 *Coadiutoriæ gratia, & similes valere non possunt, nisi Coadiutus nominatim exprimat talem morbum, qui sit aptus impedire humanas actiones, cum non sufficiat quæcumque inhabilitas, aut praua habitudo asserentis indigere auxilio Coadiutoris.*

18 *Morbus, nisi sit grauis, ac sonticus, non dicitur impedire humanas actiones.*

19 *Fides desumptæ ex libris Capituli impugnari non possunt ab eo, qui est de gremio Capituli.*

20 *Infirmitas excusat Canonicum non solum ab onere residendi, sed etiam illi conseruat omnia priuilegia præsentium, pro lucrandis distributionibus. declara vt num. 1.*

21 *Consuetudo, secundùm quam absentia Canonici non possit per alium suppleri respectu præsentiæ personalis in Choro, attendenda est.*

22 *Debilitas quomodo differat à morbo.*

23 *Coadiutoria vt obtineatur sub prætextu infirmitatis, quæ infirmitas requiratur.*

24 *Morbus non solum est habitus contra naturam, sed habitus, qui corporis vsum deteriorem reddit.*

DECISIO CCCVIII.

CVM ageretur de iustificatione gratiæ, in qua Chri-
stophorus Gomez obtinuit sibi dari in Coadiutorē
Vitalem in administratione, & cura Thesaurariæ, quam
idem obtinebat in Ecclesia Giennensi, visum fuit Domi-
nis restringere difficultatem ad iustificationem narratiuæ
eiusdem gratiæ in ea parte, in qua expositum fuit, quod cū
ille à septem annis eidem Ecclesiæ inseruisset, non pote-
rat amplius inseruire personaliter, vt decebat, ob varias
corporis infirmitates, quas antea passus fuerat, & tunc pa-
tiebatur, & præcipuè propter continuos capitis dolores,
quibus ita assidue grauabatur, vt non posset ad Ecclesiam
accedere in hebdomada sibi contingente, & obire alia o-
nera eiusdem Thesaurariæ: Cùm verò proposita causa
sub die 21. Iunij anni 1621. non visa fuissent probari, quæ
in ea narratiua continebantur. Et iterum proposita causa
sub die 22. Martij anni 1624. contrarium firmatum fuis-
set, quod nimirum gratia Christophori erat in ea parte iu
stificata. Placuit Dominis iterum partes audire; Et propo-
sito hodie coram me dubio confirmarunt decisionem
primo loco factam, quia probationes, quæ datæ fuerunt
tàm pro parte Christophori, cui fuit concessus Coadiutor
quàm pro parte Vitalis, qui in ea gratia deputabatur in
Coadiutorem, non visę fuerunt concludere, vel ipsam ma
lam valetudinem, & ęgritudinem Christophori ex capitis
doloribus, vel qualitatem eorundem dolorum, vt nimi-
rum essent magni, & ità continui, vt non paterentur, quod
posset interesse seruitio Ecclesię, & exercere alia munera,
& onera dictæ Thesaurariæ.

Et quidem visa fuit necessaria probatio eius qualitatis,
quæ fuit primo loco narrata respectu magnitudinis dolo-
rum, non solum, quia fuit illa narrata copulatiuè, ac simul
cum altera qualitate, vt ijdem dolores essent cōtinui, quo
casu succedit regula, vt nō satis sit † probatio alterius qua-
1 litatis, quamuis illa per se satis esse potuisset ad ipsam gra-
tiam obtinendam, iuxta notata per *Aegidium in dec.116.*
& per Doctor. in c. exhibita. de iudic. & in c.2. de rescript.
& in terminis huius gratiæ, pluries decisum fuit *coram*
Verall. vt in illius decis. 128. 129. *&* 130. *par.1. & coram*
Put. decis.63. lib.2. sed quia neque potuisset sine ea quali-
tate deserere seruitium Ecclesiæ, siue valere hæc gratia
2 Coadiutoriæ, † quam idem obtinuit, vt fuit dictum *coram*
Verallo in adducta decis. 130. *par.1. & decis.* 240. *num. 2.*
ead. part. & notant Doctor. in cap.2. de Cleric. ægrotant. &
in cap.1. eod. tit. lib.6.

Hęc autem grauitas, & magnitudo morbi non visa fuit
probari ex depositione Testium, qui examinati fuerunt ad
instantiam Christophori, & asserebant tales esse dolores,
quos ille patiebatur; Licèt enim dolores capitis in magnis
3 morbis connumerari † possint vt docet *Galen. de sanitat.*
tuend. lib.6. cap.12. in class.2. & cum eo omnis schola Me-
dicorum, ex quibus *Ceyus* hunc morbum connumerat
inter pestiferos, & acutos propter vehementes exacerba-
4 tiones, quæ eum comitari solent, cum alioquin potius †
cronicus dicendus sit, ex sententia eiusdem *Galeni*, vt ex-
plicat *Hierem. Triuerus* dictum *Celsi lib.4. ca.2. eiusdem*
in tractat. de re medic. Non tamen poterat ex eisdem te-
stibus depræhendi ea magnitudo morbi, cum nulla refer-
5 rent signa huius † ægritudinis, siue vehementiæ ipsorum
6 dolorum, quæ tamen signa debuissent esse † perspicua, tū
supposita magnitudine morbi ex quo magna symptoma-
ta prodire debuissent, vt docet idem *Galen. lib. 2. de sym-*
ptomat. caus. cap.2. class.3. & lib 1. de dieb. decretorijs cap.
6. class.4. Exemplo morborum acutorum, qui cum magni
7 sint, † magna etiam inditia præseferunt, tum habita ratio-
ne partis affectæ, quæ tanquam pars principalis trahere
8 debebat secum consensum totius corporis; Vnde † impos
sibile erat, vt aliæ partes eo dolore non afficerentur, &
non darent aliqua signa huius ægritudinis.

Neque hęc signa referebantur ab eisdem testibus, qua-
tenus, vel enumerabant parasismos in accessu ipsius mor-
9 bi, † vt dicebatur facere sextus Testis super tertio articulo
vel

vel quatenus in genere deponebant de vehementia eorũdem dolorum, dum septimus Testis, qui id asserebat super eodem articulo, erat Medicus, qui ipsum Christophorum
10 curauerat, cui propterea satis esse videbatur pro ratione, † sua peritia, ex not. *in l. septimo mense. ff. de stat. hom. & per Bart. in l. 2. num. 3 ff. de testam.* & fuit animaduersum *in 2. decis.* huius causæ *sub die 22. Martij anni 1624.* Nam duo dicebat sextus Testis, & primò, quod illum viderat aliquãdo exire à Choro antequam diuina officia expleretur; sed quod causa eius discessus fuerint dolores, qui tũc temporis molesti essent, hoc, Testis referebat ex auditu ab eodẽ
11 Christophoro, † cui propterea non poterat dici debita maior fides, quàm illi danda esset, vt reperitur cautum *in c. licèt ex quadam. de testib.* & notant *post gloss. ibi Doctor. & in authent. si quis in aliquo C. de edend. Aym. cons. 6. numer. 67. Verall. decis. 264. num. 8 par. 3.* Secundò dicebat idem Testis quod ex vehementia eorum dolorum coactus fuerit ipse Christophorus interrumpere sacrificium Missæ quod præter quam neque ipse viderat, sed ab alijs audiuerat præterea non visum fuit satis esse ad ostendendam grauitatem eorundem dolorum, cum semel tãtum probaretur hoc illi accidisse. Quod verò attinet ad posteriorem testem, primò eius depositio reddebatur satis incerta ex ea sola attestatione, quam faciebat, vt impossibile esset, quod Christophorus ad Ecclesiam accederet, dum vexabatur ijs doloribus quia cum non possent cadere sub
12 illius sensu, sed tantùm † signis externis deprænhendi; tenebatur referre eadem signa, ex quibus tamquam ex rebus sibi cognitis iustificaretur illius depositio, ex notatis per *Doctor. in cap. cum causam. de testib. Innocent. num. 3. Bald. num. 19. & in l. solum. C. eod. tit. vbi Bald. numer. 1. Salycet. num. 3. Bart. in tractat. de testib. num. 5.* Neque poterat eidem testi suffragari peritia, qua dicebatur potuisse illum cognoscere vim & magnitudinem huius morbi, vt
13 propterea illa videretur esse instar rationis: † Quia opus fuisset, vt idem testis fuisset ad hoc electus à Iudice, & super ijs deponeret tamquam peritus, neque satis erat, vt deponeret tamquam Testis, quamuis vti potuisset sua peritia in cognoscenda magnitudine eiusdem morbi, prout conclusionem superius firmatam notabiliter limitat *Felyn. in cap. proposuisti. num. 6. de probat. & in cap. significasti. num. 3. de homicid. vbi etiam Ioan. de Anan. numer. 11. Bart. in l. semel. C. de re milit. lib. 12. Ruin. cons. 58. num. 11. lib. 5.* Secundò visus fuit hic Testis sibi ipsi aduersari, quatenus in sua depositione asserebat, quod ter vno anno curauerat Christophorum, & quod tempore eius depositionis erant elapsi tres menses, quibus ille nullos dolores passus fuerat; licet enim tam hæc, quam ea, quæ supradicta sunt de molestia, quam Christophorus passus fuit ex ijs doloribus in sacrificio Missæ, viderentur pertinere ad alterã qualitatem, quę fuit narrata, vt hi dolores essent continui, tamen non poterat considerari grauitas morbi, cum intermissione, & vacuitate dd. dolorum, quia licet illi pro-
14 priè non essent morbus, sed symptomata morbi, † poterant tamen ostendere illius vim, & qualitatem, ea ratione,
15 quia quicquid † ab aliquo tanquam a causa deriuatur, id etiã eius signum est, vt docet *Galen. 5. de locis affect. 7. & 6. Aphorismorum 16.* imò tamquam ex eo genere sympto-
16 matum, quæ dicuntur † læsæ actionis, vix poterant ab eodem morbo distingui, vt ex eodem *Galen. & Auerroe* declarat *Fernell. lib. 2. de symptomat. caus. cap. 6. & de signis, & illorum differentijs, cap. 6. & 8.* Et hinc illud obseruatũ
17 est, non satis esse quamcumque inhabilitatem, † aut prauam habitudinem illius, qui asserat se indigere opera, & auxilio Coadiutoris, vt similes gratiæ valere possint, sed nominatim requiri morbum, qui sit aptus impedire humanas actiones, vt statutum est *in cap. primo. §. si vero Episcopus. de Cler. ægrot. libr. 6.* & fuit decisum coram *Verallo in decisionib. superius adductis 130. 131. & 140. par. 1.* Et generaliter receptum est in quocumque alio impedimento,
18 quod dicatur prouenire † occasione alicuius morbi, vt nõ censeatur tale impedimẽtum præstare, nisi is morbus, qui sit grauis, ac sonticus, hoc est, qui vim nocendi habeat, vt traditur *in l. quæsitum. ff. de re iudicat. & in l. vlt. ff. de ædil. edict.* & notant *Cuiac. lib. 12. obseruation. cap. 18. Alciat. reg. 1. præsumpt. vlt. & in l. morbus, 113. de verb. signif. Menoch. de arbitr. Iudic. lib 2. centur. 1. cas. 60. Sarnen. ad regul. de infirm. resignan. quæst. 70.*

Ex his excludebatur probatio alterius qualitatis, quæ etiam fuit narrata in gratia, quam obtinuit Christophorus vt essent continui dolores capitis, quibus ille afficiebatur, ad cuius qualitatis exclusionem datę fuerunt pro parte Ecclesiæ plures aliæ probationes, sed præcæteris plurimum mouerunt Dominos duæ attestationes desumptæ ex libris Capituli, quarum prima erat fides, quam faciebat vnus ex eodem Capitulo, cuius munus erat notare absentes à seruitio Ecclesiæ, & in hac apparebat, quod spatio duorum annorum ante obtentam gratiam quatuor solis diebus defecerat Christophorus à seruitio Ecclesiæ hoc est, semel *anno 1618.* & tribus diebus anno sequenti. Ab *anno verò 1619.* quo fuit concessa eadem gratia, apparebat ex alia attestatione Secretarij Capituli, quod idem desideratus fuerat solis diebus vigintiseptem, nẽpe quatuor diebus *eodem anno 1619.* & tribus ac viginti diebus, spatio
19 quindecim annorum, qui elapsi fuerunt *ab anno 1634.* † quo fuit subscripta posterior hæc fides: Eæ autem attestationes visę sunt plenè probare bonam valetudinem Christophori, & quod ij dolores illum non potuerint impedire quominus ad Ecclesiam accederet, cum non posset Christophorus impugnare fidem librorum, ex quibus eæ attestationes desumptæ fuerunt, dum ipse erat è gremio ipsius Capituli, ex notatis per Doctores *in leg. admonendi. ff. de iur. iur. & Bart. ibi num. 54. Felyn. in capit. ad audientiam. num. 16. de præscript. Aym. de antiq. temp. part. 1. §. quid in libro Officialis. num. 6. Verall. decis. 156. par. 2. num. 1.* & in terminis probationis huius absentiæ tenuit *Rot. decis. 629. num. 1. par. 2. recent.*

Neque dicatur, quod vtraque ea attestatio reddi videbatur æquiuoca, dum potuit illius nomen omitti in libris Capituli propter hanc ipsam valetudinem, qua laborabat, vel quia haberi debuisset pro præsente, quamuis vere ab-
20 esset, dum eadem valetudo non solum † poterat illum excusare ab onere residendi, verum etiam ei cõcedebat omnia priuilegia præsentium, pro lucrandis distributionibus, quarum causa, notabantur absentes in eisdem libris Capituli, vt statutum est in *cap. 1. de Cler. non residen. libr. 6.* & consideratum fuit *in decisi. sub die 22. Martij anni 1624.* vel etiam quia potuisset suas vices alijs committere. Prior enim dubitatio remouebatur ex declaratione facta in priori fide super consuetudine Ecclesię notandi absentes ex causa infirmitatis, addito nomine eiusdem absentis verbo patitur, quo verbo dicitur in eadem fide solitum fuisse designari casum absentiæ ex infirmitate. Quod verò secundo loco dicebatur, vt omissum fuisset nomẽ Christophori eo quia alter potuisset eius loco inseruire Ecclesiæ, tolle-
21 batur ex eiusdem Ecclesiæ consuetudine, † quæ colligebatur ex eisdem attestationibus, quia ex eis cõstabat, quod non poterat præstari ab alijs hoc seruitium respectu præsentiæ personalis in Choro, sed solum respectu celebrationis Missarum, & hanc consuetudinem potissimum attendi in hac materia, notant *Doctor. in d. cap. 1. de Cleric. non residen. libr. 6.* & tenuit *Rot coram Cassador. decis. vnic. eod. tit. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 13.*

Demum non visa fuit obstare differentia, quam faciebant vltimo loco informantes pro Christophoro inter infirmitatem, & debilitatem, vt si prima adducatur pro causa obtinendi coadiutoriam, necesse sit, quod illa aggrauet corpus sine spe futuræ prosperitatis; infirmitas verò possit esse cum aliquo intervallo quietis, vt dicebatur tenuisse *Rotam coram Verallo decis. 240. par. 1.* cuius auctoritatem sequutus fuit *Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 9. num. 85.* Quia licet debilitas in hoc distinguatur à morbo, quod illa perpetua sit, morbus verò cum accessu, discessuque tamẽ de-
22 bet esse perpetuum impedimentum, † quod ex eo morbo procedit ita, vt aptum sit impedire cæteras functiones corporis etiam pro tempore, quo ipse morbus nõ est infestus,
23 † quod solùm cõtingere potest in ęgrotatione graui, qualem constat non fuisse eam, qua laborabat Christophorus

vt colligitur ex eadem decisione, & patet ex definitione
morbi relata per Iurisconsultum *in l. prima § sed sciendum*
ff. de edilit. edict. cum in ea dicatur morbum non solum
24 esse habitum † corporis contra naturam, sed qui vsum il-
lius faciat deteriorem, quod etiam alibi dixit Iurisconsul-
tus in *l. qui tertiana 53. & in l. vlt. ff. eod. tit.* & explicando
verba eius edicti declarauit *Aul. Gell. lib. 4. noct. actic. cap.*
2. quem sequuti fuerunt *Alciat. in leg. inter stuprum. §. ve-*
rum ff. de verb. signif. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1.
cas. 60 num. 17.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Iurisdictionis.

Die Veneris 24. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio statuendi super anniuersarijs, quæ celebrantur in Ecclesia pertinet ad Capitulum; nec potest ad Beneficiatos pertinere, nisi probetur eorum proprietas, veluti quia anniuersaria relicta fuerint contemplatione ipsorum Beneficiatorum. Legatum relictum Ecclesię, quandò censeatur relictum Ecclesiæ, vel illius Ministris ad interpraetationem l. annua §. actia. ff. de annuis legat.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio super anniuersarijs non pertinet ad Beneficiatos, sed ad Capitulum, nisi probetur Beneficiatorum proprietas. & num. 4. & 6.*

2 *Statuta à Capitulo facta circà anniuersaria communia Capitulo, & Beneficiatis simul, non præiudicant Beneficiatis.*

3 *Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.*

4 *Capituli appellatione Beneficiati non continentur.*

5 *Ius statuendi supponit liberam in statuentibus iurisdictionem.*

6 *Beneficiati ex quibus deducant ius suum, vt possint vti iurisdictione super anniuersarijs vna cum Capitulo, & num. 7. & 8.*

9 *Legata ex quibus censeantur relicta contemplatione Beneficiatorum, vel Ecclesiæ.*

10 *Causa Ecclesiæ tamquam coniuncta cum salute animarum, fauorabilior est quàm causa particularium prætendentium administrationem legatorum piorum. Præcipuè si personæ prætendentium nominatæ fuerint ad effectum designandi ministerium. nu. 11.*

11 *Intellectus l. annua. §. actia. ff. de annuis legat. & nu. 12. 13. 15. & 16.*

12 *Administratio, seu officium, quando sunt causa, vt legata relinquantur personæ, tunc testator censetur legasse intuitu ministerij, non personæ, & num. 13.*

14 *Hierophilacius idem est, quod Custos sacrorum, & latinè exponitur, hoc est, Editimus, seu Edituus.*

15 *Testator ex quibus censcatur legatum fecisse ratione officij, vel personæ nominatæ.*

16 *Testator regulariter non videtur affectione moueri erga ignotos.*

17 *Intellectus c. requisiuisti. de testam.*

18 *Legatum potius præsumitur factum personæ, quam Ecclesiæ in qua inseruit persona. declara vt nu. 15. & 16.*

DECISIO CCCIX.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod ho-
diè proposui decisionem factam coram me * in
hac causa, in qua dictum fuit, vt pertinere deberet ad Ab-
batem, & Capitulum ius statuēdi super anniuersarijs, quæ
celebrabantur in Ecclesia S. Fęlicis Ciuitatis Gerundæ pro
expiatione, & salute animarum Defunctorum, qui legata
ad hunc effectum fecerunt, sicut antea declaratum fuerat
in sententia Rotali lata super eadem causa: Cum verò plu
ries fuisset hoc dubium propositum, & in disputatione ha
bita *sub die 2. Decembris anni proxime præteriti* restricta
fuisset difficultas ad eum articulum, vt videretur, vtrum
Beneficiati huius Ecclesiæ ius aliquod haberent super ijs
anniuersarijs, eò quia dicta legata dicerentur relicta Pro-
tectoribus Anniuersariorum, qui illa administrabant com
muni nomine Canonicorum, & Beneficiatorum (ex qui-
bus duobus ordinibus, ijdem Protectores eligebantur)
Placuit Dominis pro decisione huius dubij considerare
fundamenta, quæ adducebant Beneficiati, vt ea legata nō
magis spectarent ad Capitulum, & Abbatem. quam ad
1 proprium ordinem, quia alioquin potuissent illi † aliquod
ius habere super dictis anniuersarijs, nisi probata in parte
illorum proprietate, vel quia ea legata fuissent sibi in spe-
cie relicta, vel quia ipsa Anniuersaria aliquo modo consti
tuta fuissent ex proprijs redditibus, vt decisum fuit *in Bar-*
chinonen. administrationis 28. Aprilis 1552. coram Reo-
manno, quem sequuta fuit *Rota coram Cæs. de Grass. de-*
cis. 4. de his, quæ fiunt à maior. part. Capitul. in quibus ea ra-
2 tio considerata fuit, quia cum ius administrandi † dd. an-
niuersaria competeret eo casu Beneficiatis vti singulis,
non vti vniuersis, non poterat eis præiudicium fieri ex his,
quæ super illis statuisset Capitulum, quamuis essent eidem
Capitulo communia propter regulam, vt quod omnes
3 taugit, † ab omnibus debeat approbari, de qua *in leg. per*
fundum. ff. de seru. vrb. præd. & in c. quod omnes. de regul.
iur. libr. 6 notat glos. in capit. cum omnes. & ibi etiam Abb.
num. 5. Felin. num. 15. in 6. fallent. Vitalin in clement. vt hi.
de ætat & qualit. num. 13.

Et ex duplici capite poterant Beneficiati hoc suum ius
deducere circumscripta dispositione iuris communis, quę
erat fauore Capituli, ex rationibus, quæ fuerunt in contra-
4 rium consideratæ, in *d. decis. Cæs. de Grass.* quia scilicet †
cessante ea proprietate, iurisdictio erat solus Capituli, cu-
ius appellatione non continebantur Beneficiati, quod etiā
5 dictum fuit † *coram Verall. in decis. 84. lib. 1. & in vna Va*
lentina emolumentorum 2. Decemb. 1587. coram Bubalo,
quam sequuta fuit *Rota coram Card. Cavaler. decisio. 57.*
num. 4. & in Vicen. legatorum 2. Decemb. 1624. coram R.
6 *P. D. meo* Merlino, & occasione similium † Anniuersario-
rum inter Canonicos, & Beneficiatos Ecclesiæ Cathe-
dralis Gerundę decisum fuit *coram Card. Seraph. vt in il-*
7 *lius decis. 524. 538. & 590* † Et primo data fuit sententia
arbitralis lata *anno 14[illegible]0.* inter Canonicos, & Clericos
Beneficiatos huius Ecclesiæ, in qua plura constituta fue-
runt, quæ seruare deberent in posterum, tam Beneficiati,
quàm Canonici circa administrationem horum anniuer-
sariorum, sed nihil in ea sententia declaratum fuit super iu
re statuendi de quo iure solum disputatur in dubio propo
sito; nam perlecto toto tenore eiusdem sententiæ, quæ in
plura capita distinguebatur. Primò in illa electi fuerunt
Protectores, qui administrarent ea anniuersaria in primo
anno à die promulgati laudi; in secundo illius capite præ-
scriptus fuit modus, qui in futurum seruari deberet in ele-
ctione nouorum Protectorum, quæ electio ex lege data
in eadem sententia debebat fieri singulis binis annis, &
ad

ad eam curam assumi duo ex ordine Canonicorum, & duo ex corpore Beneficiatorum: In sequentibus verò capitibus firmata fuit auctoritas, & potestas horum Protectorum, quę ex forma data in eadem sententia versari debebat in administratione ipsorum anniuersariorum, cum respiceret, vel exactionem pecuniarum, quæ fuerunt relictæ pro ijs anniuersarijs, vel illorum distributionem faciendam inter Canonicos & Beneficiatos, à quibus eadē anniuersaria celebrabantur, vel demum defensionem, & conseruationem ipsorum legatorum, ad quem effectum. Illud etiam legebatur in ea constitutum, vt eligi deberent duo Procuratores, qui nomine Protectorum comparere tenerentur in iudicio tam pro defensione ipsorum legatorum, quoties occasio id exposceret, quam pro illis vendicandis, & exigendis, vbi eorum solutio denegaretur cū obligatione reddendę rationis ipsis Protectoribus de pecunijs exactis: Vnde firma manebat ratio, super qua visum fuit semper consistere fundamentum huius causæ, vt nihil adduceretur pro parte Beneficiatorum quod tangeret ipsum ius statuendi, quia ex administratione, quam solùm illi probabant habere communem cum Capitulo, nō poterat ad id ius inferri, dum eadem administratio poterat competere ratione participationis, quàm ipsi Beneficiati haberent super ijs anniuersarijs. Et è contra ius statuendi
8 videretur supponere liberam † iurisdictionem penes statuentes, vt fuit consideratum *in decisionib. factis in hac causa coram Reuerendiss. D. meo Decano sub die 12. Decemb 1622.* & 11. Februar. 1628.* & in d. Vicen. legatorum 4. Decembris coram R.P.D. meo Merlino*, quæ sequuta fuit decisiones factas in hac causa.

Poterant secundò Beneficiati hoc suum ius deducere ex qualitate legatorum, ex quibus ea Anniuersaria cōsta-
9 bat, eo quia in ijs legatis fuissent nominatim † consideratę eorum personæ, siue Protectorum, non autem Ecclesiæ, cui illi inseruiebant, & in qua eadem Anniuersaria debebant celebrari. Sed consideratis iuribus, quæ data fuerunt pro parte Beneficiatorum, non poterat ex ijs aliquod colligi, ex quo inferretur ad id ius statuendi, de quo agebatur in hoc dubio; Data enim fuerunt plura instrumenta, in quibus exequutores, seu manumissores, vt dicitur, testamētorum, quæ continebant ea legata, assignabant Protectoribus Anniuersariorum annuos redditus, ex quibus dd. Anniuersaria peragi, & celebrari debebant, verùm nihil in ijs instrumentis concedebatur Protectoribus, ex quo eorum persona dici posset considerata fuisse in assignatione dd. reddituum, & solùm apparebat in illis requisita obligatio eorumdem Protectorum pro celebratione dd. Anniuersariorum habita relatione ad testamenta, & legata in illis relicta; Neque poterat hoc colligi ex ipsis legatis, siue modo, ac forma, quo illa relicta fuerunt, quia licet in ijs dicerentur nominati ipsi Protectores, tamen adhuc censeri debebant eadem legata facta Ecclesiæ, non solum quia il-
10 lius causa præualere debebat particulari † interesse, quod ipsi Protectores poterant habere super ijs legatis, dum eadem causa erat cōiuncta cum salute animarum Testatorum, qui ea legata fecerunt, & fuit consideratum *in decis. Card. Seraph. 1149. num. 6. & notat Bart. in l. Pater. §. Tusculanus. in fin. ff. de leg. 3. Soccin. in l. 2. numer. 14. ff. de reb. dub. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 112. numer. 7.* sed
11 quia persona Protectorum videbatur considerata † fuisse ad effectum designandi ministerium eorumdem Protectorum, qui ijs Anniuersarijs præesse debebāt, & ipsum ministerium potius, quam personas ministrorum, vt respōdet *Iurisconsultus in l. annua §. Actia. ff de annuis legat.* & notant ibi *scribentes, Bart. num. 3. Alberic. num. 1. Socc. in d. l. 2. num. 12. ff. de reb. dub. Barbat. cons. 1. numer. 8. libr. 4.* Quod quidem confirmari poterat ex duplici ratione, quā considerant Doctor. in interpretatione illius textus, quarum vtraque conuenire videbatur casui proposito; Cum enim administratio, quam Protectores habebant horum
12 Anniuersariorum, † fuerit causa, vt illis ea legata relinquerentur, ea administratio solum dici debebat considerata à Testatoribus, non autem persona ipsorum Protectorum; sicut id, quod *in casu d. §. Actia.* proponitur legatum fuisse Sacerdoti nulla habita ratione illius personæ, sed curæ
13 sacrorum, † quæ pœnes eum erat, vt ostendit verbum illud *Hierophilaci*, quod exponitur *custos sacrorum*, & la-
14 tinè id sonat, † quod *Edituus*, siuè Edituus, quos à sacris Aedibus tuendis, appellatos dicit Imperator Iustinianus *in §. Tutores. Instit. de tutel.* & declarat *Barn. Brisson. de verb. signif. lib. 1. in verb. Edituus. Tiraq. in Add. ad Alex. lib. 5. genial. dierum cap. 17.* vbi ipse *Alex.* interpretatur hoc idem responsum Sceuolæ Iurisconsulti, & notarunt pro ratione illius textus *Bart. d. num. 3. Cuiac. libr. 33. ff. tit. 20. Berous in cap quoniam, Abbas numer. 82. de off. & potest. Iud. delegat. Abb. cons. 93. num. 2. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 23.* & tenuit *Rot. in Valentina Emolumentorum 12. Februarij 1596. coram Orano, & coram* Card. Seraphin. *decis. 1149. num. 7.* Altera ra-
15 tio erat, quia personæ Protectorum, qui legata capere debebant, non poterant esse notæ Testatori, dum ex forma data in sententia arbitrali debebant assumi noui Protectores in fine cuiuslibet biennij, quod etiam erat *in casu d. §. Actia*, quia legatum, quod ibi proponitur fuisse relictum libertis, non fuit relictum libertis, qui essent in Templo tempore, quo factum fuit legatum, sed ijs qui futuri erant in templo die nundinarum erga quos tanquam sibi
16 ignotos † nulla potuit affectione moueri Testatrix, quę id legatum fecisse proponitur, & hanc etiam esse rationem eius textus aduerterunt *Soccin. in l. ciuibus. nu. 12. in quarta conclusione. ff. de reb. dub. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. numer. 22.* vbi ita respondet ad authoritatem decretalis
17 † *in cap requisiuisti. de testam.* quatenus in ea id firmari
18 videtur, vt in dubio relictum potius censeatur personæ, † quàm Ecclesiæ, quo etiam modo illi respondent *Bart. in d. l. ciuibus. Soccin. num. 12 ff. de reb. dub. Bero. in cap. quoniam Abbas. num. 82. de off. & potest. Iud. deleg.*

Actum fuit in eadem decisione super alio iure, quod Beneficiati huius Ecclesiæ asserebant etiam se habere, vt possent pro eorum necessitatibus se congregare non impetrata aliqua licentia ex Abbate, sed respectu huius iuris, & authoritatis, quam idem Abbas habebat impartiendi hanc licentiam placuerunt Dominis rationes deductæ in eadem decisione, & in alijs duabus quæ fuerunt extensæ in prima instantia coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Et ita &c.

* Idest sub die 24. Nouembris 1632. quæ decisio habetur in fra prout in Indice posito in fine decisionum.

* Primam decisionem vide infra prout in Indice posito in fine decisionum. Altera verò est decisio 145, supra part. 5. recent. In qua parte habetur etiam in hac causa altera decisio sub die 22. Aprilis 1630. quæ est in ordine 370. Et in hac parte adest alia decisio sub die 28. Martij 1631. coram eodem Reuerendiss. D. Coccino Decano, & est decisio 32.

R. P. D. MERLINO.

Meleuitana Feudi,

Die Lunæ 27. Nouembris 1634.

ARGVMENTVM.

Bona, licèt secundum primæuum statum naturæ omnia præsumantur allodialia, & libera, tamen ab ista præsumptione, & generali regula receditur, quando adsunt plures coniecturę, & indicia in contrarium, quæ feudalitatem arguant, Notabilis in hac materia est decisio,

SVM-

SVMMARIVM.

1 Bona in dubio censentur allodialia, & libera iuxta primæuum statum naturæ.
2 Seruitus ignota erat primæuo statui naturæ.
3 Castra, & Oppida in dubio præsumuntur libera, & allodialia.
4 Iurisdictio Castri, Oppidi, &c. præsumitur libera, quæ vti coherens rei liberæ, sortitur eius naturam, & eamdem allidialitatis præsumptionem.
5 Pro Bonorum libertate semper præsumitur.
Hominibus ingenuis libera præsumitur rerum possessarum dispositio, num. 5.
6 Iurisdictionem, Vassallos, &c. si habeat Dominus ex hoc benè non infertur, quod ipse alteri superiori, vel Domino, sit vasallus, & subditus.
7 Argumentum illud ab Imperio actiuo, ad passiuum est iniquum.
8 Regionis, seu Prouinciæ totus ambitus, si sit tributarius vni soli Principi, hoc casu, nec intrat præsumptio, vt quicquid est intra fines Regionis subsit quoad directum dominium ipsi Principi.
Sed solum hoc intelligitur, quoad iurisdictionem, & protectionem. num. 8.
9 Allodialitatis præsumptio tollitur, per plures, & efficaces coniecturas inferentes ad feudalitatem.
10 Territorium Gariexen. de quo agitur, originaliter fuit concessum in feudum per Reges Siciliæ.
11 Consuetudo Principis bona concedendi in feudum, plurimum operatur, vt recedatur à præsumptione allodialitatis, & feudalis præsumatur concessio.
12 Contractus talis est censendus, qualem verba pronunciant.
13 Verba enunciatiua, magnam præbent feudalitatis præsumptionem.
14 Territorium, hoc verbum in latitudine suæ significationis potest comprahendere, & denotare naturam iurisdictionis, & feudi.
15 Territorium, regulariter non proprietatem, & dominium prædiorum, ac rerum particularium, importat, sed iurisdictionem, & coerctionis superioritatem.
16 Territorium propriè dicitur vniuersitas agrorum, seu terræ spatium iurisdictione munitum.
17 Territorium, ex eo dicitur, quia Magistratus, vel Dominus ius terrendi habeat.
18 in Territorio inest iurisdictio, tanquam seruitus in fundo seruiente.
Vel tanquàm nebula super palude solis calore generata. num. 18.
19 Territorio concesso intelligitur etiam concessa iurisdictio.
20 Alternatiua (seu) resoluitur in declarationem verbi generici, quoties ponitur inter genus, & speciem.
21 Alternatiua (seu) semper tunc stat declaratiue, & expositiue, quando species ponitur post genus.
22 Alternatiua (seu) tunc etiam stat declaratiue, quando ponitur inter verba idem significantia. & num. 24.
23 Ex verborum geminatione verè assequitur mens contrahentium.
25 Enunciatiuæ antiquæ, pro feudalitate iustificanda, multùm sunt ponderandæ.
26 Feudalitatis signum, nedum solum est, quando conceditur territorium pro se, eiusque hæredibus descendentibus, sed etiam est signum feudalitatis ex pacto, & prouisione.
27 Vel saltem feudalitatis mixta ob factam mentionem hæredum.
28 Feudo conuenit annua recognitio.
29 Argumentum à præterito, in præsens valet.
30 Relatio in referente indiuiduam, refert rei relatæ repetitionem.
31 Allodium in aliqua re, si adfuisset, licentiam petere illam alienandi, non fuisset necesse.
32 Feudalitatis præsumptio surgit ex confessione, & agnitione Vassalli.
33 Feudalitatis recognitio si fiat à Vassallo non solum ei præiudicat, sed etiam omnibus habentibus causam ab eo.
34 Vassallus, dum petit licentiam alienandi feudum, præsumitur hoc facere in vim præcedentis tituli, & obligationis feudalis, ad hoc, vt non intret deuolutio.
35 Verbum (fidelis) proprie conuenit Vassallis, & feudatarijs.
36 Fides, seu fidelitas semper habita fuit pro substantia feudorum, & in his exuberantius exigitur, quàm in alijs contractibus, & quis huius rei fuerit origo. numer. 37.
38 Vassallo, si per Dominum remittatur fidelitas, feudum corruit, nec subsistit.
Accidens, sine subiecto subsistere non potest. num. 38.
39 Vassalli iurare debent fidelitatem Domino, illique auxilium, & tuitionem polliceri, & præstare.
40 Vassalli iure debent, iuxta formulam iuramenti præstiti per Othonem Regem Io. Papæ, quæ habetur in cap. Tibi Domine, distinct. 63.
41 Feudum tenere, & in fide esse, idem est.
42 Feudale, quod sit territorium plurimum conducit discusi reperiatur riptum in libro, vbi talia describuntur.
43 Territorium præsumitur feudale, si quando possessor decessit, ad Principem reuersum fuit, quia si fuisset allodiale spectasset ad hæredes defuncti, etiam extraneos.
44 Territorium præsumitur feudale, si fuit datum in excambium alterius territorij etiam feudalis, & numer. 45.
45 vni Tertio, quæ æqualiter se habent, æqualia sunt etiam inter se.
46 Mutuo, quæ sibi congruunt, sunt inter se æqualia, itaut, quod vni est, alteri quoque sit attributum.
47 Cambium debet esse iustum, par, & æquiualens.
48 Coniecturæ, & presumptiones non sunt diuisim, & vnæquæque de per se considerandæ, sed coaceruatim, itaut vna alteram coadiuuet, & uicissim fulciantur, vimque & robur impartiantur sibi.
49 Coniecturæ, atque indicia etiam leuiora sufficiunt in antiquis.
50 Feudalis dicitur res, stante temporis antiquitate, sola concurrente fama.
51 Instrumentorum publicorum iactura facilè fit, quando intercessunt plura bella, & dominantium mutationes.
52 Veritati tenebræ officiuntur, itaut difficulter deinde possit

possit erui, stante multitudine bellorum, & dominantium mutationibus.

53 *Coniecturæ debiliores non possunt tollere vrgentiores, & efficaciores.*

54 *Referens magis est attendendum, quàm relatum, vbi magis præcisè, & distinctè loquitur.*

Referens est magis attendendum, quam relatum, vbi eadem facultas est in persona referente, quæ erat in illo, qui dispositionem relatam fecit. num. 54.

55 *Verba, pleno iure, posita in concessione feudi, non repugnant illius naturæ.*

Verba, pleno iure, recipiunt restrictionem secundum subiectam materiam. num. 55.

56 *Feudi concessio facta, cum verbis, pleno iure, censetur concessum id totum, quod cadit sub feudo, & vt vassalus habeat in eo plenum ius Vassalli.*

57 *Verba, donamus, & concedimus, posita in concessione feudi, debent intelligi secundum subiectam materiam, idest retenta natura feudi.*

58 *Verba donationem importantia posita in concessione feudali, restringuntur ad causam feudi.*

59 *Oldrad. consf. 159. intellectus.*

60 *Testes non probant feudalitatem, vel allodialitatem, si ignorent, quid sit feudum, vel allodium.*

61 *Probatio per testes non præualet probationi per scripturas.*

62 *Veritatis lux magis affulget in antiquis, ex scripturis & instrumentis quàm ex dictis testium.*

DECISIO CCCX.

PRONVNCIATVM fuit per sententias Rotales, Territorium de Gariexen. esse feudale, cumque in tertia Instantia coram me pendente, dubitatum fuisset de Iustitia dictarum sententiarum, validitas enim à partibus non controuertebatur, resolutum fuit esse iustas, & confirmandas.

1 Quamuis enim in dubio bona censeantur † allodialia, & libera, iuxta primæuum naturæ statum, cui ignota fuit
2 quælibet seruitus, † qualis est feudalitas, *cap. 1. § defuncto tit. si de feud. defunct. cōtentio sit inter Dom. & Agnat. Vassal. cap. 1. tit. de controuers. inter mascul. & fœmin. Gabr. de feud. conclus. 3. num. 1. & seqq. Menoch. præsumption. 91. num. 1. lib. 3. & cons. 191. num. 21. Rota decis. 409. num. 4. & 508. num. 1. par. 1. recent. & in Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*
3 Idque etiam procedat † in Castris, & Oppidis, *Io. Andr. in cap. fin. de Iudic. Abb. in c. nimis, num. 1. Anchar. num. 4. de iure iur. Crauett. cons. 662. num. 11. & consi. 615. num. 5. Menoch. d. præsumpt. 91. num. 7. Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 14. num. 15. Gratian. discept. forens. ca. 736. num. 59. & fuit dictum in Viterbien. Castrorum 7. Februarij 1620. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*
4 Itidem respectu † iurisdictionis, quæ vti Castro cohærens, sortitur eius naturam, & eandem allodialitatis præsumptionem, vt post *Hostiens. Innocent. Io. Andr. & alios* consuluit Io. *Andr. Georg. alleg. 10. num. 6. & Io. Franc. à Pont. decis. 2. num. 5. & seqq.* vbi contrariam *Castrensis* sententiam *in cons. 179. libr. 1.* reprobat, & hanc opinionem amplexa fuit, *Rot. in dicta Sabinen. Montis Rotundi*, quia
5 semper militat † illa ratio, vt præsumatur pro libertate bonorum, & ingenuis hominibus libera sit rerum possessarum dispositio, vt scripsit *Caius in leg. 2. ff. si à parent. quis*
6 *fuerit manumiss.* Nec rectè infertur, Dominus † habet iurisdictionem, Vassallos, & Subditos, ergo, & ipse alteri Superiori Domino Vassallus, & Subditus est, quemadmodū enim in fideicommissis, ita & in hac materia à iurisdictio
7 ne actiua, quam quis habet in Vassallos, iniqua † est illatio ad Imperium passiuum, *ad tradita per Paris. cons. 72. numer. 54. lib. 4. Cephal. cons. 251. nu. 40. lib. 2. Menoch. cons. 16. num. 3. Surd. cons. 427. num. 37.* etiam vbi totus, & integer ambitus alicuius Regionis, seu Prouinciæ vni tantùm, & soli Principi est tributarius, quo casu adhuc non intrat præsumptio, vt quicquid est intra fines Regionis
8 subditæ, vel Regni, subsit quoad directum dominium † ipsi Principi, seu Regi, sed solum quoad iurisdictionem, & quamdam protectionem, prout animaduertit *Petr. Gregor. de feud. part. 2. quæst. 7. vers. 3. limita, Panzirol. consil. 63. num. 26. Bolognett. cons. 23. num. 4. Rimin. Iun. cons. 90. num. 22. lib. 1. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 43. num. 91. & seqq.*

Attamen in præsenti casu ab hac præsumptione & vniuersali regula, Domini putarunt esse recedendum, quia & verba Inuestituræ reijciebant hanc allodialitatem, & coniecturæ validissime vrgebant etiam pro feudalitate,
9 quæ coniecturæ † si plures sint, & efficaces, rectè illam inferunt, & tollunt allodialitatis præsumptionem, vt monuerunt *Alex. cons. 119. num. 1. lib. 1. Roland. cons. 82. num. 37. lib. 2. Natt. cons. 460. num. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 5. num. 1. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 43. num. 97. Bellon. Iun. cons. 44. num. 43. Vuuesembec. cons. 4. num. 29. Rota apud Card. Seraph. decis. 694. num. 1. & in Ciuitatis Castelli bonorum 28. Februar. 1611.*
10 *coram Ortembergo.* Præsertim quia Territorium, † de quo agitur, originaliter fuit concessum per Reges Siciliæ, in quo Regno consuetudo viguit concedendi Territoria in feudum, quippe quod Monachius Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris nepos ab Auo de anno 822. in Siciliam Vicarius missus, dominandi cupiditate allectus, postquam Regnum occupauit, vt deinde sibi Regni Procerum, Vniuersitatumque animos conciliaret, illosque in fidem, & clientelam reciperet, atque obfirmaret, feuda constituit, & Barones, ac Feudatarios creauit, & Sicaniæ Territoria, quæ prius erant Curiæ in feuda cōuertit, quem deinde morem, & Successores in Regno amplexi sunt, *vt narrant Cuman. in prælud. feu. c. si aliquem, 40. & 4. Petr. Greg. de concess. feud. par. 1. quæst. 1. num. 12. par. 5. quæst. 1. num. 7. & 8. Intrigliol. de feud. cent. 7. quæst. 3. num. 2.* mos
11 autem, & † consuetudo Principis bona concedendi in feudum plurimum facit, vt recedatur à præsumptione allodialitatis, & feudalis dicatur concessio, prout obseruant *Menoch. præsumpt. 91. numer. 72. libr. 3. Intrigliol. de feud. quæst. 43. num. 110.*

Verba quidem hanc feudalitatem videntur suadere, quia vsque de anno 1416. ab Infante Ioanne Regni Siciliæ datum fuit hoc Territorium de Gariexen. in Insula Melitensi positum titulo feudi, ibi, *quoddam territorium, seu feudulum vocatum Gariexen. &c.* idque pluribus in locis
12 repetitur sub titulo & nomine feudi, vnde † talis censendus est contractus, qualem verba pronunciant, *capit. 1. tit. quid sit Inuestitura, cap. 1. in fin. de cognit. feud. Alex. cons. 15. num. 2. lib. 5. Menoch. d. præsumpt. 9. nu. 40. lib. 3. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 5. num. 15. Intrigliol. de feud. d. quæst. 43. num. 43. & 62.* Et antiqua Principis assertio, etiā
13 si per † verba enunciatiua emanauerit, magnam præbet feudalitatis præsumptionem, *vt dixit Alex. d. consi. 15. num. 2. lib. 5. Menoch. d. præsumpt. 91. num. 45. & cons. 745. num. 8. Crauett. de antiq. temp. part. 5. in princip. num. 10. Card. Mantic. d. titulo 5. num. 15. Mastrill. decis. 105. numer. 8.*

Neque dicatur, non simpliciter dici feudum, sed alternatiua oratione ibi, *territorium, seu feudulum, &c.* Quo-
14 niam cum illud verbum † Territorium in latitudinæ suæ significationis possit comprehendere, & denotare naturam iurisdictionis, & feudi, immò regulariter nō proprie-
15 tatem, & dominium prædiorum, † ac rerum particulariū, sed iurisdictionem, quæ in his exercetur, & coërtionis superioritatem importet, *vt scripsit Bart. in l. si quam. in fin. C. de bon. vacan. lib. 11. bene Oldr. cons. 176. numer. 2. Dec. cons. 483. num. 10. Soccin. cons. 207. numer. 5. lib. 1. Menoch. cons. 43. num. 6. & seqq. Hieron. à Mont. de finib. capit. 6. num. 9. & fuit dictum in Burgen. Iurisdictionis 4. Decembris*

bris 1593. coram Orano, Territorium enim proprie dici-
16 tur † vniuersitas agrorum, seu terræ spatium iurisdictio-
17 ne munitum, ab eo dictum, quod † Magistratus, vel Do-
minus ius terrendi habeat, vt habetur in l. pupillus, §. si ter-
ritorium. ff. de verbor. signif. Felin. in cap. Rodulphus, num.
13. & 18. de rescript. Boer. decis. 227. num. 7. vbi quod iuris-
18 dictio † inest Territorio, tanquam seruitus in fundo ser-
uiente, seu tanquam nebula super palude Solis calore ge-
19 nerata, adeò vt Territorio concesso, † intelligatur etiam
concessa iurisdictio, Brisson. de verb. signific. in verbo Ter
ritorium, Borell. de Magistrat. cap. 1. num. 105. & de Regis
Catholici præstantia cap. 71. num. 290. & 291. Marta de Iu
risdictione part. 1. cap. 48. num. 22. & seqq. Consequenter,
dum postea subditur, seu feudulum, quod nomen est præ-
cisum, indicans ad oculum hoc esse feudum, illa alternati-
20 ua, † seu, resoluitur in declarationem generici illius verbi,
territorium, cum eius dictionis, seu, natura sit, vt quoties-
cumque ponitur inter genus, & speciem, vt in casu isto, &
21 species ponitur post genus, † tunc semper fiet declarati-
ue, & expositiue, pro, idest, vt in cap. 1. de cognat. spiritual.
in fin. Zabarell. in clem. 1. §. porrò, ante numerum primum,
de Summa Trinit. & Fid. Catholic. Alex. cons. 125. num.
2. lib. 7. cum alijs per Cened. singular. 15. num. 9. Card. Se-
22 raph. decis. 393. num. 9. Eandemque recipit † significatio-
nem, quando, vt hic, ponitur inter verba idem significan-
tia, Corneus cons. 261. num. 16. lib. 4. Paris. cons. 22. num. 64.
& seqq. lib. 3. Soccin. Sen. cons. 50. num. 5. lib. 4. Cened. d. sin-
gul. 15. num. 10. Quod eo magis dicendum est, quia in eo-
dem instrumento per quinque vices semper dicitur, ter-
23 ritorium, seu feudulum, vndè assequimur vere † concedē-
tem intellexisse concedere in feudum, argumento leg. Ba-
lista ff. ad Trebell. Crauett. cons. 20. num. 2. Becc. consil. 70.
num. 18. Surd. cons. 10. numer. 54. Hicque sensus, & mens
Principis magis confirmatur, quia in instrumento de an-
no 1330. dum Stephanus vendidit hæc bona, nuncupauit
illa absolute sub nomine feuduli, nullo adiecto verbo ter-
24 ritorij, signum quod, dictio, † seu, non stabat alternatiue,
sed declaratiue, & contrahentes intelligebant Territoriū
pro feudo, vt ibi, suæ intentionis fuerit, & sit, feudulum præ-
dictum vendere, &c. & ibi, Iudiciumque euictionis, & de-
fensionis feudi prædicti, &c. & in ipsa licentia obtenta de
anno 1426. plùries etiam asseritur simpliciter feudum de
25 Gariexen. quæ antiquæ enunciatiuæ † pro feudalitate iu-
stificanda, multum sunt ponderandæ, vt tradunt post Bar-
bat. Brun. & alios, Menoch. præsumpt. 91. num. 74. lib. 3. In-
trigliol. de feud. cent. 1. quæst. 43. num. 112.

Coniecturę autem pro feudalitate sunt plures, & vrgē-
tissimæ; Prima est, quia dictum Territorium, seu feudulū
concessum fuit Stephano, eiusque hæredibus de suo cor-
26 pore legitime descendentibus, † quod est signum nedum
feudalitatis, sed imò feudalitatis ex pacto, & prouidentia,
vt censuit Isern. in cap. 1. tit. an agnat. vel filius, Alex. cons.
55. num. 9. lib. 4. Surd. cons. 157. num. 1. & seqq. Intrigliol. de
feud. d. quæst. 17. num. 8. Schrad. de feud. part. 2. cap. 3. num.
27 24. vel saltem feudalitatis mixtæ, ob factam † mentionem
hæredum, vt inquinati sunt alij relati per Surd. cons. 5. nu.
17. Peregr. cons. 9. num. 9. lib. 1. plene Bellon. Iun. cons. 45. nu-
mer. 75. & seqq.

Secunda feudalitatis coniectura est annua recognitio
28 facienda Regiæ Cameræ, † quam pariter conuenire feu-
do desumitur ex cap. 1. §. si vero, titulo, quid sit inuestitura,
& tradunt, Præposit. in rubric. feud. vers. 15. nota, Alciat.
cons. 13. num. 13. lib. 5. Honded. cons. 81. num. 9. lib. 2. Præ-
sertim quia reseruata fuit recognitio solita præstari in an-
29 tiquis inuestituris, vnde † arguitur à præterito in præsens
bona esse feudalia, vt per Alciat. de præsumpt. reg. 2. præ-
sumpt. 3. vers. fallit. 4. Menoch. dicta præsumpt. 91. num. 59.
60. & 61. Intrigliol. de feud. quæst. 43. num. 106. & relatio
30 illa in referente † in diuiduam infert relatæ feudalitatis re-
petitionem, Bald. cons. 212. num. 5. lib. 5. Mant. decis. 336.
num. 3. Bellon. Iun. cons. 44. num. 59.

Tertia deducitur ex eo, quod aliàs ab Alphonso Rege
Aragoniæ de anno 1426. fuit data licentia alienandi hoc
feudum, & territorium, quæ licentia nedum indicat ob-
seruantiam, quod possessores, & contrahentes habuerint
31 contractum, & territorium pro feudali, quia si † allodium
extitisset huiusmodi licentia non fuisset necessaria, cap. 1.
de prohibit. feud. alien. per Lothar. cap. 1. de prohibit. feud.
alien. per Federic. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 5. num.
25. Menoch. d. præsumpt. 91. numer. 44. bene Bellon. Iun. d.
cons. 44. numer. 44. 45. 46. Sed etiam importat explicitam
confessionem, & agnitionem Vasalli, quod hoc sit feu-
32 dum, ex qua insurgere † videtur feudalitatis probatio, vt
dixerunt Alex. cons. 29. num. 25. lib. 5. Ruin. cons. 108. num.
15. lib. 2. Surd. cons. 135. num. 21. Gratian. discept. forens. c.
736. num. 54. & 55. Bellon. Iun. d. cons. 44. num. 53. Rota de-
cis. 349. num. 2. par. 2. recent. adeò vt huiusmodi recogni-
33 tio, † nedum præiudicet Vassallo recognoscenti, sed etiā
hæredibus, & successoribus ab eo causam habentibus,
Soccin. Sen. cons. 50. num. 8. lib. 4. Crauet. cons. 29. numer. 1.
Rolan. cons. 2. num. 109. lib. 1. latè Gratian. discept. forens.
cap. 912. num. 14. & seqq. Bellon. Iun. d. cons. 44. num. 54. &
fuit dictum in Ciuitatis Castelli bonorum 28. Febr. 1611.
coram Ortembergo.

Nec adhibita censeri debet huiusmodi licentia ad cau-
telam, quasi quod opus non esset, verba enim illa non reci
piunt istam declarationem, sed debent intelligi, vt emptor
pro sua securitate petierit huiusmodi consensum, & licē-
tiam ne à Regibus Aragoniæ prætendi posset deuolutio,
34 & sic in † vim præcedentis tituli, & obligationis feudalis,
argumento l. 2. C. de acquir. poss. Menoch. cons. 395. num.
30. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 92. num. 5. nihil-
que mirum si postea licentiæ successiuis temporibus ali-
quando non fuerint impetratæ, hæc enim omissio, bello-
rum tumultibus adscribi debet, quibus Insula Melitensis
sæpiùs vexata fuit, varijs subinde Dominis succedentibus,
vnde facile ignorantia irrepserit circa naturam istius Ter
ritorij, hincque factum est etiam, vt interdum solutio, &
recognitio conuenta successiuis temporibus fuerit præ-
termissa.

Quarta vrget coniectura, quia in inuestitura asseritur,
concedi dictum Territorium seu feudulum, quod alias
per Regiam prouisionem fidelibus dari solitum est, qui ter-
35 minus † fidelium proprie conuenit Vassallis, & Feudata-
rijs prout tali appellatione nuncupantur in cap. 1. si de in-
uest. feud. fuer. controu. & in cap. 1. §. & quia diximus, de
his qui feud. dar. poss. capit. 1. §. nulla, per quos fiat inuest. &
tradunt Curt. Iun. de feud. par. 1. quæst. 8. num. 1. Bero. cons.
65. num. 42. lib. 1. cum alijs per Intrigliol. de feud. quæst. 2.
num. 28. & in eadem inuestitura adest fidelitatis reserua-
36 tio, quæ quidem † fides, seu fidelitas semper habita fuit
pro substantia feudorum, & in his exuberantius exigita,
quam in alijs contractibus, siue illorum origo auspicanda
37 sit à more antiquo † Romanæ Reipublicæ, siue à Romu
lo, siue ab Alexandro Seuero, vel à Longobardis, vt Bu-
deus. Zasius, & alij diuersimode putarunt, vt explicat eru
dite Panzirol. in thesaur. var. lect. lib. 1. cap. 9. D. Fachin.
38 lib. 7. controu. for. cap. 1. adeò vt si per Dominum † Vas-
sallo remittatur fidelitas, feudum corruat, nec subsistere
possit, vti accidens sine subiecto, vt dixit Cur. Iun. de feud.
p. 1. quæst. 7. in fine, late Intrigliol. de feud. quæst. 2. num. 13.
Schrader. eodem tract. p. 2. cap. 2. num. 28. Vnde etiam e-
39 manauit † obligatio in Vassallis Iurandi fidelitatem Do-
mino illique auxilium, & tuitionem pollicendi, & præstā-
di, iux. disposit cap. 1. de iuramento fidelitatis: vbi Afflict.
40 num. 12. & iuxta † formulam Iuramenti præstiti per O-
thonem Regem Io. Papæ, quod habetur in cap. Tibi Do-
mine, dist. 63. & post alios prosequitur Intrigliol. de feud. q.
56. num. 179. ad 187. Budeus. ad leg. Herenius, ff. de euict.
41 vbi, quod idem est feudum † tenere, & in fide esse, &
propterea concurrente hoc feudi substantiali, & conuen-
tione præcisa, feudalem omnino fuisse concessionem di-
cendum videtur.

Quinta resultat coniectura ex adnotatione istius Terri-
torij in libris Cameræ, in quibus describuntur feuda, &
quidem hoc Territorium de Gariexen. describitur sub ti-
42 tulo, & nomine feudi, quæ † registratio plurimum con-
ducit ad notitiam, quod sit feudale, Crauet. cons. 276. an-
te

te num. 1. Bursat. cons. 10. sub num. 11. & cons. 46. numer. 34. Grammatic. decis. 77. num. 12. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 6. num. 44. & 45. Osasch. cons. 7. numer. 11. lib. 2. Intrigliol. d. quæst. 43. num. 104 & fuit dictum in Asten. feudi 18. Iunij & 14. Iulij 1584. coram Bubalo, & in Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano. Et quamuis ibidem etiam adnotarentur alia bona, quę non erant feudalia, non indè tamen tollitur fides scripturæ, quia in illis rebus, quæ sunt merè allodiales, non apponitur qualitas feudalitatis, & sic potiùs apparet cum delectu, & distinctione separata fuisse allodialia à feudalibus, sinceramque in omnibus, esse adnotationem libri.

Sexta adest coniectura, quia in eodem Instrumento anni 1416. asseritur, quod hoc Territorium, seu feudulum de Gariexen. reuersum fuerat ad Cameram Regiam per obitum Henrici de Sausa, & Guillelmi de Guantier, & sic
43 arguitur feudalitas, † quia aliàs, tamquam allodium, spectasset ad hæredes, etiam extraneos, non autem ad Regiam Cameram, iuxta naturam allodij, de qua per Aluarott. in cap. 1. § inter filiam, si de feud. controuers. fuer. inter Dom. & Agnat. Vassalli, Bald. in capit. 1. num. 1. de allod. Oldrad. consil. 49. in fine Surd. cons. 15. num. 11. cum alijs.

Septima coniectura, missis alijs, & hęc apud Dominos erat magni ponderis, desumitur ex eo, quod eidem Stephano fuerat priùs concessum feudum nuncupatum *l'Imbachari*, & hoc indubitatum est, fuisse feudum, & dicitur quod in excambium dicti feudi *l'Imbachari*, conceditur hoc Territorium, seu feudum de Gariexen. & deinde cautum est, vt si a Stephano auocaretur hoc Territorium de Gariexen. per Regiam Curiam, idem Stephanus prouideretur *de æquiualenti excambio in rebus, & bonis feudalibus*, vnde si & illud primum, in cuius locum subrogatur Territorium de Gariexẽ. est feudale, & aliud pariter, quod
44 in casu euictionis † tradi debet, itidem est feudale, consequens est certum, quod & medium, nempe territorium
45 de Gariexen. sit feudale, quæ enim vni tertio † æqualiter se habent, æqualia sunt etiam inter se, iuxta axioma traditum per Euclid. Geometr. lib. 1. de Notion. commun. not. 1.
46 & quæ mutuò sibi congruunt, sunt inter se æqualia, † ita vt quod vni est, alteri quoque sit attributum, ut per Euclid. vbi supra not. 8. & Menochius cons. 158. num. 49. & conferunt latè tradita per Mandosium de priuilegijs. ad instar, quæst. 2. num. 3. & sequentibus, aliàs enim nec excambium fuisset iustum, nec diceretur de æquiualenti recompensa prouisus Stephanus, si territorium de Gariexen. non fuisset feudale, & cambium dispar, non autem æquale, vt caueтur in dicta concessione Ioannis Infantis Regni Sicilię
47 & vis † cambij cum re feudali transfert qualitatem feudalitatis in re excambiata, Afflict. in cap. 1. nu. 8. de Vassall. decrepit. Decian. cons. 53. num. 34. lib. 1. Menoch. consil. 320. num. 47. Surd. decis. 78. num. 28. Frecc. in subinfeud. lib. 2. quæst. 21. Milan. decis. 5. num. 57. par. 1. plene Gratian. discept. foren. cap. 736. num. 51. & seqq.

48 Quæ coniecturæ, & præsumptiones non sunt diuisim, & vnaquæque de per se, sed † coaceruatim considerandæ, ita vt vna alteram coadiuuet, & vicissim fulciantur, vimque, & robur sibi impartiantur, Glos. in l. 3. §. eumdem, ff. de testibus, Rom. cons. 121. in fin. Crauett. cons. 73. num. 19. Schrader. de feud. par. 9. 2. par. sect. 13. num. 141. & fuit dictum in Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Reuerendissimo D. meo Decano, Præsertim cum versemur in
49 antiquis, in quibus leuiores etiam sufficiunt † coniecturę, & indicia, Soccin. cons. 205. num. 3. lib. 2. Couar. prac. quæst. cap. 21. num. 7. Card. Seraphin. decis. 462. num. 9. Immò
50 cum temporis † antiquitate, sola concurrente fama, probari rem esse feudalem, voluerunt Dec. cons. 269. num. 4. Gabr. de fud conclus. 3. num. 2. Menoch. præsumpt. 91. num. 65. lib. 3. & cons. 409. num. 70. Caphal. cons. 172. num. 13. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 43. num. 50. maximè dum tot
51 bella, † & dominantium mutationes intercesserunt, quibus casibus facilè fit iactura publicorum documentorum,
52 & † veritati tenebræ officiuntur, ita vt difficulter deinde possit erui.

Nec dici potest, quod prædictæ coniecturæ cum alijs
53 pro allodialitate deductis, conquassentur, † quia cum istæ sint vrgentiores, & efficaciores, contrarias debiliores tollunt, & allodialitatis præsumptionem generalem excludunt, iuxta l. Diuus, ff. de ingen. & manumiss. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 9. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 62. num. 11. & decis. 247. num. 2. & 3.

Non obstat, quod de anno 1372. hoc Territorium de Gariexen. concessum fuit a Federico Rege Aragonię Hẽrico de Sousa, nec dictum fuerit dari in feudum, sed simpliciter enunciatum Territorium; Quoniam vel, vt dictũ est supra, sub nomine Territorij potuerunt intelligere etiã concedere iure feudi, vel certè posteriores concessiones ad remouendam difficultatem explicitè dixerunt territorium, seu feudum, relationemque facta in posterioribus concessionibus ad prędictam primam concessionem Federici non stat restrictiuè, neque ligauit manus Regibus, successoribus, quin, quod datum fuisset forsitan in allodiũ, reuersum postea ad Regiam Cameram, concederetur in feudum, & referens magis est attendendum, quem relatũ
54 vbi magis præcise, † & distincte loquitur, & vbi eadem est facultas in persona referente, quæ erat in illo, qui dispositionem relatam fecit, Innoc. in cap. inter dilectos, de fid. instr. Ruin. cons. 31. num. 7. & cons. 231. num. 6. lib. 1. Surd. cons. 419. num. 23. & 24. & cons. 423. num. 2. plene Castill. quotidian. controuers. cap. 43. num. 28. & seqq. part. 4. Rota apud Card. Seraph. dec. 1083. num. 2.

Minus obstat, quod concessio de anno 1416. facta fue-
55 rit *pleno Iure*. Quoniam † verba huiusmodi non repugnãt naturæ feudi, & recipiunt restrictionem à subiecta mate-
56 ria, itaut censeatur concessum id totum, quod cadit † sub feudo, & in eo Stephanus haberet plenum ius Vassalli, vt bene explicant Gozzadin. consil. 58. num. 22. Ruin. cons. 137. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 21. num. 26. Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 10. num. 31. & fuit dictum in Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Demum nec obstant verba, *donamus, & concedimus*. Quia, & hæc bene possunt applicari concessioni, & donationi iure feudi, quamuis enim vberior fuisset donatio, si Rex Siciliæ per viam allodij transtulisset in Stephanum, tàm vtile, quàm directum dominium, non inde tamẽ sequitur, quin sit etiam donatio, quamuis temperantior, dũ
57 solum donauit vtile dominium, reseruato directo † & sic secundum subiectam materiam, & retenta natura feudi, cap. 1. §. donare, tit. qualiter olim feud. pater alienat. Afflict. in capit. 1. num. 67. ex quibus caus. feud. ammit. Dec. cons. 193. num. 5 & cons. 390. num. 6. plene Bero. cons. 66. num. 8. & seqq. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 5. nu. 37. Menoch. cons. 202. num. 25. Rosental. de fud. cap. 6. con
58 clus. 27. num. 4. vbi, quod verba donationem † importantia restringuntur ad causam feudi, Intrigliol. eod. trac. cent. 1. quæst 43. num. 37.

59 Oldradus verò in consilio 159. † quem Informãtes pro Hiacyntho plurimum extollebant, non multum insistit in hoc motiuo, sed descendit ad alia motiua, neque in casu illo verba, & coniecturæ vrgebant pro feudalitate, prout hic militant, & ita considerabãt etiam Dec. in d. cons. 390. Bero. d. cons. 66. num. 6. & seqq. lib. 1. Huicque obiecto, & alijs etiam fuit satis responsum in decisionibus R. P. D. mei Motmanni in hac causa emanatis.

Testes autem, qui nuper fuerunt exhibiti, neque facessere videntur negocium, quia ferè omnes ignorant, quid
60 sit † feudum, & allodium, & solum deponunt de possessione illorum de Cascijs, quæ intelligenda est secundum præambulum titulum feudalis concessionis, prout sigillatim deducitur in facto pro Eminentissimo Domino Magno Magistro, & in omnem casum, constito per scriptu-
61 ras, vt supra, de feudalitate, hæc probatio † præferenda est omnino probationi per testes, l. census. ff. de probat. Rota coram bon. mem. Card. Caual. decis. 294. num. 1 & coram Reuer. D. meo Decano decis. 235. num. 17. Præsertim cum
62 versemur in antiquis, † in quibus magis ex scripturis, & instrumentis, quam ex dictis testium lux veritatis affulget,

vt

vt inquit *Crauett. cons. 54. num. 15. Paris. cons. 104. num. 46. lib. 3. Rota decis. 266 num. 7. par. 2. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit. Decisiones in hac causa sub die 4. Decemb. 1630. & 10. Maij 1632. coram bon. mem. Motmanno habetur prima infra prout in Indice posito in fine Decis. altera verò est decis. 129. supra in hac eadem parte. Adest etiam altera decis. coram eodem R. P. D. Merlino sub die 30. Maij 1633. est decis. 112. supra in hac parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Nouariensis Decimarum.

Die Veneris 1. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Episcopus in exactione suæ quartæ concurrit cum Parocho iure reali, & inabdicabili ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet in Ecclesijs sibi subiectis, & negligente Parocho illas exigere succurritur Episcopo officio Iudicis nobili contra Incolas debitores decimarum. Solutio decimarum, quando probet Ecclesiam esse curatam.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in exigendo quartam Pontificalem ex decimis, quæ soluuntur Parocho, concurrere dicitur cum eo, iure reali, & inabdicabili ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet in Ecclesiis sibi subiectis.*

2 *Episcopus consequitur quartam Pontificalem ex decimis, quæ soluuntur Parocho ex dispositione Canonum, non ex consuetudine.*

3 *Quarta Pontificalis debita Episcopo ex decimis, quæ soluuntur Parocho, præscribi non potest, nisi simul accedat titulus.*

4 *Episcopus præscribit contra Parochum ius decimandi alioquin ipsi Parocho debitum.*

5 *Ius decimandi potest ex consuetudine alterari non solũ respectu quotæ sed etiã respectu qualitatis, aut modi.*

6 *Curæ ius, licet ex sola decimarum perceptione non probetur, tamen quando constat de illius existentia, & solum dubitetur ad quem illud spectet, tunc ex decimarum perceptione colligitur signum, vt percipiens decimas habeat etiam curam animarum.*

7 *Testis vnicus, sed bonæ qualitatis, & cuius depositioni faueat iuris præsumptio magnam fidem meretur.*

8 *Ecclesia matrix in Parochiam erecta, conseruat iura status antiqui in exigenda quarta funerali, iure decimandi & similibus, quæ iura ab ea auelli non possunt. num. 12.*

9 *Ecclesia, quod continuet statum antiquum probatur ex obseruantia interpretatiua.*

10 *Ecclesia de iurepatronatus omnino habere debet dotem, quæ illi constitui non potest ex decimis.*

11 *Visitationibus Ordinariorum plurimum defertur in probatione status Ecclesiæ.*

DECISIO CCCXI.

CVM hæc causa in prima instantia agitaretur, petebat Episcopus Nouariæ à Communitate, seu Incolis Oppidi Cameri quartam partem omnium decimarũ, quæ colligebantur intra fines eius Oppidi, quam portionẽ illi denegabat Communitas, excipiendo de non iure Episcopi ex eo potissimum fundamento, quod illi non competebat actio directa contra Incolas pro consequutione huius quotæ, sed tantum contra Parochum, cui tenebantur Incolæ præstare integram decimam ex dispositione sacrorum Canonum, & hinc Rota examinauit huiusmodi exceptionem Communitatis, & latè discusso articulo illam comprobauit *in decis. facta coram* R. *P. D. meo Pirouano sub die 17. Decembris anni 1627.** in qua recessum fuit ab alia decisione *facta sub die 7. Maij eiusdem anni.**

Ceterum, quia Agentes pro Episcopo negabant in facto subsistere, vt Rector aliquas decimas exigeret, atque ita quod ille posset hanc suam quotam à Rectore obtinere, Visum fuit Dominis eidem Episcopo succurrere per officium Iudicis nobile aduersus ipsos Incolas, nè propter negligentiam, aut malitiam Rectoris, siue ex quocumque alio capite, ex quo ille negligeret, aut impediretur suam actionem proponere, Episcopus priuaretur suo iure, ac portione, quam habere debebat super his decimis, & hoc est, quod plenissime firmarunt *sequentes decisiones coram eodem R. P. D. meo Pirouano sub die 5. Decembris anni 1629. 11. Martij, & 10. Iunij* 1630. Ad quorum formam posteà lata fuit sententia, & in ea condemnata Communitas, & homines Oppidi ad præstandam Episcopo hanc quotam decimarum.

Deuoluta fuit ad me causa per appellationem interpositam ex parte Communitatis, & Rector Ecclesiæ Parochialis Oppidi Cameri duo mouit iudicia contra Episcopum; in primo assistendo Communitati petebat retardari solutionem huius decimæ: in altero ius suum principaliter prosequebatur, ac sibi petebat solui eamdem decimã, cum comparente ipso in causa videretur deficere potissimum fundamentum sententiæ, vt hæc portio à nemine exigeretur, ac propterea remaneret indecimata apud eamdem Communitatem, siue illius Incolas eiusdem decimę debitores, vnde postquam Domini *sub die 29. Aprilis anni proxime præteriti* 1633.* censuerunt constare de sufficienti interesse Rectoris, propter quod ille deberet admitti in causa, quæ vertebat inter Episcopum, & Communitatem. Dubitatum fuit super iure eiusdem Rectoris, quod sub duplici dubio compræhensum fuit, & in primo quæsitum, an esset confirmanda sententia Rotalis; in altero, an Rectori deberetur decima, & pro qua parte.

Et proposito hodie vtroque dubio, Responderunt Domini sententiam esse iustam, dilata decisione alterius articuli, an Rectori deberetur decima, ex quo visum fuit dependere debere confirmationem eiusdem sententiæ; & fundamentum decisionis fuit, quod licet Rector compareat hodie in causa, ac in se susceperit defensionem Communitatis, non tamen docuit, quod ipse vmquam exegerit decimas in loco Cameri. Vnde subsistebat fundamentum sententiæ, vt sustineretur actio Episcopi contra Incolas in defectum Rectoris non exigentis; quicquid enim sit, An idem Rector possit exigere eas decimas, (quod erat alterius inspectionis & propriè visum fuit pertinere ad dubiũ reseruatum) satis erat ad implorandum officium Iudicis nobile, vt hodie de facto Rector non exigeret, etiam si id procederet ex sola illius negligentia, ne sine propria culpa
1 Episcopus priuetur sua quarta † Pontificali, ad quam concurrebat æqualiter, cum ipso Rectore iure reali, & inabdicabili ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet in Ecclesijs sibi subiectis, iuxta doctrinam *Innoc. in c. requisisti. de testam. sub num. 3.* & notat *Tyndar. in tract. de decim. in princ. sub num. 70. & 71. Monet. eod. tractat. d. cap. 27 sub num. 24. Rot. decis. 520. num. 1. part. 1. recent.*
2 adeo vt neque dicatur illam consequi † ex consuetudine, sed

5 sed ex dispositione sacrorum Canonum, vt in proposito dixit *Rota coram Card. Seraphin. decis.* 1449. *num.* 4. Ex qua etiam ratione ita existimatur imprǽscriptibilis, † nisi
6 simul accedat titulus, vt notauit *Henric. Boich. in d. c. requisisti. num.* 7. *de testam. Rot. decis.* 262. *num.* 2. *&* 4. *par.* 2. *recent.*

Et quidem in præsenti disputatione non solum ex parte Rectoris probatum non fuit, quod ipse vel exigeret, vel vmquàm anteà exegerit decimas in hoc Oppido Cameri, quin potiùs ex parte Episcopi iustificatus fuit status contrarius, continuatus vsque in præsentem diem; vt scilicet ab antiquissimo tempore, participatio harum decimarum fuerit restricta inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Nouariæ pro maiori parte, & Episcopos antecessores pro quarta eisdem debita, quod fundamentum latè comprobatum fuit ex primo instrumento inuestituræ vnius partis decimæ spectantis ad Episcopum; in quo enunciata fuit hæc diuisio, & participatio, quam super tota decima habebant Episcopus & Capitulum. Secundò probatum fuit idem fundamentum ex indultis Apostolicis concessis Capitulo Ecclesiæ Cathedralis sub Paulo II. & Iulio II. in quibus fiebat mentio de hac possessione Capituli, & iure exigendi dictas decimas, quæ omnia fuerunt considerata in tribus decisionibus factis *coram R.P.D. meo Pirouano sub die* 12. *Ianuarij &* 19. *Februarij anni* 1629. *&* 27. *Iunij anni* 1631. Ex eo verò statu, & facto exactionis, quod probabatur per spatium totius tem-
4 poris, certi iuris est, potuisse præscribi † etiam ius decimandi contra Rectorem, quando eidem verè competeret, vt probatur *in cap. cum contingat. de decim.* in illis verbis; *ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & glos. ibi adnotat, & in cap. seq. cum in tua, vbi etiam notat gloss. in verbo ab antiquo*, præsertim cum secundùm hunc statum Episcopus semper exegerit quartam sibi debitam immediatè à Laicis, & illud quoque certum sit, posse
5 id ius † decimandi alterari ex consuetudine non solum respectu quotę, *vt in cap. dilecti, & in c. in aliquibus, & ibi gloss. in verbo loci consuetudo. de decimis. Felin. in cap. de quarta in principio. de præscription. Rebuff. de decimis quæst.* 13. *num.* 57. sed etiam respectu qualitatis, aut modi, vt notat *Hostien. in Summ. de decim. quæst.* 16. *Card. Zabarell cons.* 146. *num.* 2. *& seqq.* quem sequuntur *Felyn. in c. cum ex officio. num.* 10. *de præscrip. Rebuff. in tractat. de decimis quæst.* 13. *num.* 102. *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num* 8. *in* 8. *notabil.*

Ex hac possessione Capituli, ex qua excludebatur id ius in persona Rectoris, probabatur etiam, quod cura animarum in hoc Oppido olim pertinuerit ad idem Capitulum, ita indicante facto perceptionis ipsarum decimarum;
6 † quàmuis enim, vbi controuertitur ipsum ius curæ, non videatur illud concludenter probari ex ea sola perceptione, vt tradit post alios *Hostiensis in cap. quia nonnulli. numer.* 6. *de Cler. non resid. & ibi etiam Butr. numer.* 10. & reprobato *Roman. in cons.* 356. *num.* 3. censuit *Rot. decis.* 52. *numer.* 33. *par.* 2. *diuers.* tamen quando certum est id ius in sui substantia, eò quia supponatur certa Parochia suis limitibus definita, & solùm dubitetur, cui ius illud applicari debeat, tunc hæc coniectura censetur esse maioris efficaciæ, & videtur inferre quodammodò signum indubitatum, quod percipiens decimas habeat etiam curam animarum prout hoc signum pluries admisit *Rota*, & in specie *in Pampilonen. parochialis Stella coram Cardin. Seraph. inter impress. decis.* 1304 *num.* 1. *& in Vlixbonen. iuris conferendi* 12. *Decemb.* 1605. *coram Litta*, quæ est *decis.* 102. *numer.* 3. *par.* 1. *recent.* & in eadem causa 13. *Iunij* 1617. *coram Card. Lancellotto, & in Capuana Rectoriæ* 21. *Aprilis* 1613. *coram Card. Sacrato*, & fuit doctrina originalis Guillielmi de Monte Lauduno *in Clem. vnic. de offic. Vicar. num.* 7. *in* 6. *quæst.* quam sequuti fuerunt *Card. in eadem Clem. num.* 10. *quæst.* 9. *Felyn. in cap. postulasti. num.* 1. *col.* 2. *de rescript. Rebuff. de congr. portion. num.* 108. quæ certiora etiam reddebantur hoc casu, accedente depositione vnius testis examinati in causa, qui fuerat Præpositus in Ecclesia Cathedrali, & attestabatur de hoc exercitio curæ apud eamdem Ecclesiam; hic enim testis licet vnicus, tamē visus fuit magnam
7 fidem mereri, † tum ex coniectura sæpiùs deducta, quàm etiam attenta qualitate illius personę, ex traditis per *Bart. in leg.* 1. *§. idem Cornelio num.* 3. *ff. de quæst.* quod regulare esse in qualibet materia tradit *Cæs. de Grass. decis.* 3. *num.* 6. *de probat.*

Hoc autem fundamento constituto, vt in Ecclesia Cathedrali resideret ius curæ tanquàm in Ecclesia Matrice, poterat inde inferri etiam ad causam, ob quam solutæ fuerint hæ decimæ eidem Ecclesiæ, postquàm Ecclesia Oppidi Cameri erecta fuit in nouam Parochiam; nam cum non possent eæ solutiones controuerti, eò quia probarentur tùm ex pluribus instrumentis locationum factis à Capitulo, tum ex depositionibus testium, qui fuerant inducti à Communitate, & deponebant de hoc solito diuidendi dd. decimas inter Capitulum, & Episcopum tàm ante, quàm post erectionem Ecclesiæ filialis, præsumi debebant eædem solutiones factæ in vim status
8 antiqui, † ac iuris, quod conseruatum censebatur in Ecclesia matrice, non obstante erectione eiusdem Parochiæ, vt respondit *Rota in Mediolanen. decimarum de Varisio* 12. *Ianuarij* 1608. *coram R.P.D. meo Pirouano*, & in terminis quartæ funeralis *in Casalen. quartæ* 2. *Februarij* 1612. *coram eodem*, quæ est *decisio* 376. *num* 3. *par.* 1. *recent.* in qua illud etiam dictum fuit, quod ad pro-
9 bandam continuationem † huius iuris, poterat satis esse obseruantia interpretatiua, *vt in Conchen. decimarum de Villa nueua* 5. *Martij* 1600. *coram Card. Pamphilio*, quæ confirmari poterant ex eo, quia Ecclesia filialis tamquam de iurepatronatus familiæ de Testis necessariò ha-
10 bere debebat † suam dotem, quæ non potuit illi constitui ex decimis, vt tradit *Lambertinus de iurepatron. libr.* 1. *par.* 1. *quæstio.* 5. *art.* 21. *num.* 22. *Rot. coram Greg. XV. decisio.* 397. vt etiam quia probabatur hæc dos consistere in alijs redditibus, quos eadem Ecclesia habebat, & fuit hoc in specie ostensum ex visitationibus Ordinario-
11 rum, quibus plurimùm deferendum erat, † cum hæc cura ad illorum officium pertineret, vt in proposito consideratum fuit *in adducta Mediolanen. de Varisio, & in Mediolanen. decimarum S. Donati* 10. *Martij* 1612. *coram R.P.D. meo Pirouano.* Imò hic casus videbatur vnus ex ijs, in quibus censeri debet semper saluum ius Ecclesiæ matricis, ità vt illud nunquàm fuerit ab ea auulsum in
12 erectione nouæ Ecclesiæ, iuxtà † declarationem *glosæ in cap. ad audientiam in verbo obuentiones. de Eccles. ædif.* prout ità eamdem declarationem interpretati fuerunt *Butr. in cap. cum contingat. num.* 8. *de decim. in vers. quandoque intra limites Ecclesiæ matricis. Lapus allegat.* 66. *num.* 5. *Tyndar. in tractat. de decimis num.* 8. *Rebuff. eodem tractat. quæst.* 6. *num.* 22. *Rota decis.* 448. *num.* 2. *par.* 1. *recent.*

Et ità &c.

* Prima est decisio 122. suprà par. 5. recent.
* Altera vero est decisio 64. in eadem par. 5.

¶ Et in hac causa, in eadem parte adsunt aliæ decisiones idest sub diebus 12. Ianuarij 1629. & 19. Februarij eiusdem anni, & 5. Decembris pariter ann. 1629. & 11. Martij 1630. coram eodem R. P. D. Pirouano, & sunt decisiones 230. 253. 327. 357. Decisionem verò sub die 10. Iunij 1630. coram eodem vide infrà prout in Indice posito in fine Decisś.

¶ Et suprà in hac parte in eadem causa habentur aliæ decisiones hoc est sub diebus 26. Februarij 1631. & 27. Iunij eiusdem anni coram eodem R.P.D. Pirouano, sunt decisiones 23. & 61.

* Vide eam infra prout in Indice posito in fine Decisionum.

R. P. D. MERLINO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria pro dotis constitutione, vel restitutione rectè alienantur, quod procedit etiamsi testator expresse prohibuerit alienationem ex causa dotis, & siue sit hæres ascendens, siue collateralis, vel alius etiam extraneus, quod intellige etiam siue fideicommissum sit vniuersale, siue particulare.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum fideicommissariorum pro dotis restitutione, dum non extant alia bona fieri permissum est. & quare num. 2.*

3 *Dotibus plurimum lex fauet, ratione publicæ vtilitatis pro replenda liberis humana societate.*

4 *Vtilitas publica præponenda est priuatis hominum placitis.*

5 *Homines contexunt longas, & ambitiosas dispositiones pro conseruandis bonis per fideicommissum in familijs.*

Vtilia præponenda sunt alijs. num. 5.

Nuptijs nihil est in hominum vita vtilius, vt quæ sole homines procreare, & producere possint. num. 5.

6 *Alienationem bonorum licet testator prohibuerit etiam in casu dotis restituendæ, vel constituendæ, adhuc tamen fideicommissa possunt distrahi.*

7 *Pater, non potest tollere obligationem suam dotando filias, prohibendo in testamento, quod bona sua, nec ex dotis constitutione alienentur. & num. 19. vbi de veriori, & communiori sententia.*

8 *Testator, non potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento.*

9 *Auth. res quæ. C. comm. de leg. procedit tantum in portione relicta hæredi ex persona testatoris, non autem in portionibus aliorum cohæredum eidem ex reciproco fideicommisso peruentis.*

10 *Angel. in auth. res quæ. C. comm. de legat. in princ. vers. & hoc patet. intellectus. & num. 24.*

11 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. solum procedit in descendentibus fideicommisso grauatis per ascendentes. Isti enim pro dotibus constituendis, & restituendis possunt alienare fideicommissa, cum censeantur facere id, quod fideicommittens facturus fuisset. num. 11.*

12 *Fideicommittens, quando non tenetur dotem constituere, aut restituere tunc cessat Auth. res quæ. C. com. de legat.*

13 *Peregr. de fideicom. art. 42. num. 55. & alij reijciuntur. & num. 22.*

14 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. procedit æquè tam in bonis mediatè, quàm in bonis immediatè prouenientibus ab ascendente.*

15 *Testator censetur voluisse, vt hæres obliget bona pro restitutione dotis ad quam ipse ascendens coactus esset si vixisset.*

16 *Vtilitas publica est principalis ratio Auth. res quæ C. comm. de legat.*

17 *Ascendentium bona sunt semper hypotecata pro dotium constitutione, & restitutione in fauorem descendentium.*

18 *Ascendentium bona fideicommisso supposita, siue ad collaterales transeant, siue ad extraneos sunt obligata in subsidium pro constitutione dotis descendentibus.*

20 *Testator, sicuti expresse minime potest disponere ne bona sua alienentur ex causa constitutionis dotis descendentibus,*

Ita nec tacite id ei permissum est ex substitutione in fauorem collateralis, vel extranei.

21 *Auth. res quæ. C. comm. de legat. facile eluderetur, si non haberet locum, quando collateralis, vel extraneus substitutus esset.*

23 *Dotandi onus est reale bonis inhærens pænes quoscumque existentibus.*

25 *Bona fideicommissaria in subsidium veniunt in generali obligatione bonorum fauore dotis.*

26 *Bona libera, si quis asserat, quod extant, ex quibus dos detrahi possit, ei incumbit onus probandi.*

27 *Fideicommissum particulare inducitur ex prohibitione alienationis bonorum in casu alienationis.*

28 *Fideicommissum particulare non potest alienari in casu restitutionis dotis, nisi in subsidium, idest quando nõ adest fideicommissum vniuersale, & asserenti non extare bona vniuersali fideicommisso subiecta, incumbit onus probandi.*

29 *Alienationis prohibitio, si sit adiecta fideicommisso vniuersali, & ad maius eius robur non inducit particulare fideicommissum, sed iuxta illius terminos regulatur.*

30 *In fideicommisso etiam particulari habet locum Auth. res quæ. C. comm. de leg.*

31 *Dos etiam detrahi potest ex re particulari per testatorem expresse alienari prohibita. ex Auth. res quæ. C. comm. de legat.*

32 *Mulieris priuilegium, de qua in Auth. res quæ. C. comm. de legat. pendet non à voluntate testatoris, sed à lege, quæ dotibus fauet.*

33 *Mulier, sicuti in ixa priuilegio d. Auth. res quæ. agendo contra fideicommissum vniuersale, non tenetur probare negatiuam, quod non extent bona libera, sed hoc fideicommissario alleganti incumbit,*

34 *Ità dùm ex fideicommisso particulari dotem vindicare contendit, non est cogenda, vt probet non existentiam bonorum fideicommisso vniuersali subiectorum.*

35 *pro Dote distrahi potest tam fideicommissum vniuersale, quàm particulare, & ideo inter eos non est constituenda differentia.*

36 *pro Dotis constitutione, vel restitutione, tam fideicommissum vniuersale, quam particulare in totum, vigore Auth. res quæ. C. comm. de leg. potest euerti.*

37 *Vxor, dum agit ad dotis restitutionem, ei obijci non potest, quod hæres grauatus non confecit inuentarium, sed illi remanent illæsa iura, & actiones, etiamsi d. grauatus*

uatus non confecerit inuentarium,& suas quartas consumpserit,

38 *Dotem vxoris, si maritus non inuestiuerit, si ad id tenebatur,& promissores dotis non procurarunt d. inuestimentum, hoc casu isti promissores non liberantur ab obligatione soluendi,& perinde est, ac si dos soluta non fuerit,& num. 39.*

40 *Contractum adimplere is tenetur, in cuius personam verba sunt directa.*

41 *In fauorem alicuius, si aliquid sit inductum, id non debet in eius odium retorqueri.*

42 *Culpa vnius non debet imputari in culpam alterius.*

44 *In dotem, si fundus fuerit traditus,& maritus illum alienauerit, hæredes mariti si offerant dotem in pecunia, qua mediante fundus potest recuperari, an vxor possit cogi eas accipere.*

45 *Fideicommissarius non admittitur ad vindicandam rem alienatam pro restitutione dotis oblato precio tertio possessori, vel illi, cui res in dotem fuit assignata.*

46 *Dos semel ex fideicommisso distracta ex iuris remedio remanet semper libera.*

DECISIO CCCXII.

PER sententiam Rotalem, premissis pluribus decisionibus coram R. P. D. meo Ghisilerio emanatis, pronunciatum fuit Vener. Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, vocatæ ad Fideicommissum Iulij Cæsaris Rosati senioris, non esse dandam immissionem in possessionem Domus detentæ per Patianos, quia licet ista Domus extiterit in bonis fideicommittentis de tempore scripti fideicommissi, tamen pro restitutione Dotis Rosatę vxoris Iulij Cæsaris iunioris fuit adiudicata hæredibus eiusdem Rosatæ, à quibus causam habent Patiani, & sic exempta fuit ab onere fideicommissi, iuxta dispositionem *Auth.*
1 *res quæ, C. comm. deleg.* ex qua † permittitur alienatio bonorum per patrem fideicommisso subiectorum, dum vxor filij, vel vlterioris descendentis petit dotis restitutionē,
2 & non extant alia bona libera, nedum quia † patris, vel aui voto, & mulieris pudicitiæ congruum id esse existimatur, vt in his terminis scripsit *Vulpianus in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* sed & multo magis ratione pu-
3 blicæ vtilitatis † pro replenda liberis humana societate, quæ propterea plurimum fauet dotibus, & præponenda
4 est priuatis hominum † placitis, qui longas, & ambitiosas pro conseruandis bonis per fideicommissum, in familijs dispositiones contexunt, vt habetur in ipso text. *Auth. res quæ in fin. & in Auth. de restitut. & ea, quæ parit in 11. mēse §. sancimus,* vnde fuit desumpta *d. Auth. res, quæ, ibi, vt ea, quæ omnibus communiter prosunt, ijs quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, preponantur,* & ibi *maxime in nu-*
5 *ptijs, quibus nihil est in hominum vita vtilius, † vt quę sole homines procreare, & producere possint &c.* qua de causa scilicet publicæ vtilitatis, etiamsi testator expresse prohi-
6 buerit alienationem bonorum in casu dotis † constituendæ, vel restituendæ, adhuc tamen fideicommissa posse distrahi, iuxta dispositionem *d. Auth. res, quę,* dum agitur
7 de † fideicōmisso ascendentium, qui non possunt tollere
8 obligationem suam dotandi descendētes, & facere † quin leges locum habeant in suo testamento, tradunt post alios *Surd. decis. 62. per tot. & Doctores, quos plene congerit Fusar. de subst. quest. 531. num. 71. & quest. 532. num. 1. 20. & cons. 7. num. 17. Rouit. cons. 54. num. 10.* vbi cathalogum facit assertorum huius opinionis, & eam latè comprobat; & sæpius Rota respondit, *vt in Romana dotis 30. Maij 1618. coram Eminentiss. D. Card. Verospio, in Romana dotis 14. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Card. Virile, & in Recanatensis fideicommissi 29. Aprilis 1630. coram me.*

Hanc sententiam, cuius validitas non controuertebatur, & iustitia deducitur ex dispositione *d. Auth. res, quę. C. comm. deleg.* hodie Domini confirmandam esse responderunt, & quatuor obiecta, quibus impugnabatur, visum fuit non obstare.

Primum enim non obstat, quod domus, de qua agitur, pertineret ad Iulium Cęsarem Iuniorem solum pro quarta parte, cum tres alij nempè Ioannes, Paulus, & Cinthius essent æque, ac Herculis; & successiuè etiam Iulius Cæsar Herculis filius vocati ad fideicommissum, & ideò dispo-
9 sitio *Auth. res, quę.* procedat solùm † in portione relicta Iulio Cęsari ex persona Herculis patris, non autem in portionibus aliorum cohæredum eidem ex reciproco fideicommisso peruentis, iuxta doctrinam *Angel. in d. Auth. res, quę, in princ. vers. & per hoc patet,* quem sequitur *Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 55. Odd. de prohibit. alienat. quest. 46. num. 105. Fusar. de substit. quest. 532. num. 42. & cons. 166. num. 4.*
10 Quoniam Angel. † cuius dicto innituntur Peregr. & alij, dicit, dispositionem *Auth. res, quæ,* solum procedere in descendentibus fideicommisso grauatis per ascendentes, hi enim pro dotibus constituendis, & restituendis pos
11 sunt alienare † fideicommissa, quia censentur facere id, quod fideicommittens facturus fuisset, & quodammodo adimplere votum, & officium ascendentium erga descēdentes, secus autem in collateralibus, & alijs extraneis fideicommisso grauatis, quia tunc fideicommittens non tenetur dotem constituere, aut restituere pro filijs extranei
12 grauati † prout tenetur erga descendentes, ita Angelum bene declarat *Castrens. in d. Auth. res, quæ. num. 4. & in l. mulier. §. cum proponeretur, num. 2. & 3. ff. ad Trebel. Petr. de fideic. quæst. 8. num. 409. in princ. & concordantes cumulat Fusar. de substit. quest. 531. num. 95. & 114.* quæ doctrina, nedum non aduersatur, sed imò prorsus fauet præsenti casui, quia Iulius Cæsar senior fideicommittens est auus Iulij Cæsaris iunioris, vnde intrat onus, & votum præsumptum ascendentis pro dote in fauorem descendentis.
13 Perperam autem † Peregr. & alij, ex hac conclusione Angeli inferre videntur, fideicommissum posse distrahi solum pro portione immediate relicta descendenti, qui agit de dote constituenda, vel restituendo, non autem pro portionibus cohæredum, ex fideicommisso eidem peruē-
14 tis; Quoniam imò ratio † *Auth. res, quæ. C. commun. deleg.* æquè vrget, tàm in bonis mediate, quàm in bonis immediatè prouenientibus ab ascendente, siue illa consideretur, quod sit præsumpta mens fideicommittentis, qui cē-
15 setur voluisse, vt hæres † obliget bona restitutione dotis, ad quam ipsemet ascendens coactus fuisset, si vixisset, *Crot. in l. filiusfamilias. §. Diui, num. 57. ff. de leg. 1. Gabr. cons. 153. num. 1. lib. 2. Intrigliol. decis. 4. numer. 5. Fusar. de substit. quest. 531. num. 6. & 69. Rot. decis. 889. num. 3. par.*
16 *4. diuers.* siue quod sit publica † vtilitas, quæ verè est principalis ratio *d. Auth.* & ob id bona ascendētium sunt sem-
17 per hypotecata † pro dotium constitutione, & restitutione in fauorem descendentium, vt habetur *in text. d. Auth. in fin. & in Auth. de restitut. & ea, quæ parit. in 11. mens. §. quamobrem, & §. sancimus, & tradunt Castrens. cons. 15. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 33. nu. 13. 19. & 23. Eugen. cons. 54. num. 23. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 5. Thes. decis. 151. num. 4. Surd. decis. 62. num. 22. Rouit. cons. 54. numer. 16.* vtraque enim ratio suadet, vt bona fideicommis-
18 so ascendentis supposita, † siue ad collaterales pertranseant, siue ad extraneos, sint obligata in subsidium pro restitutione dotis datæ descendentibus, à qua legis obligatione, quemadmodum expresse non potest se eximere
19 testator, prohibendo † alienationem fideicommissi ex causa dotis, vt ex veriori, & communiori sententia supra deductum fuit, ita multo minus id permissum censeri debet tacite ex substitutione in fauorem collateralis, vel extranei, dumque per obitum cohæredum bona omnia cōfluxerunt in Iulium Cæsarem descendentem, effectaque vnicum ipsius patrimonium vigore reciprocę substitutio-
20 nis, perinde habentur, † ac si immediate ab auo fideicommittente deuenerint in ipsum, & semper fuerint eius por-

 tio,

tio, iuxtà tradita per *Corn. cons. 129. numer. 5. lib. 3. Paris. cons. 5. num. 27. lib. 2. Giurb. decis. 92. num. 12. & secuta fuit* Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis. 337. num. 3. & 4.* Vnde meritò ex vniuerso fideicommisso dos detrahi debet, non attento, an Iulius Cæsar immediatè, vel mediatè per obitum cohæredum illud acquisiuerit, & sanè videtur absurdum intollerabile, quod potiùs attēdatur medium tempus, quo bona sunt penes cohæredem collateralem, quàm primum tempus, & origo, quo hæc bona deriuarunt ab auo ascendente, cuius totum patrimonium erat obnoxium pro restitutione dotis, & vltimum etiam tempus, quo ex voluntate eiusdem aui bona deuenerunt in Herculem patrem, qui etiam erat obligatus ad hanc dotis restitutionem, nimisque facilè per huiusmodi collate-
21 ralis, vel extranei substitutionem eluderetur † dispositio *Auth. res quæ*, in fauorem publicæ vtilitatis fundata, vt monuit, & ita extensam Angeli doctrinam declarauit *Petra de fideicom. quæst. 8. num. 409. vers. hac tamen declaratio*; cuius interpretationem quamuis *Peregr. de fideicom.*
22 *d. art. 42. num. 55.* dicat † esse contra communem, & nulla legis auctoritate munitam, tamen ex rationibus supra deductis satis esse suffultam Domini existimarunt, & se-
23 cundum hanc sententiam ex ea ratione, quod onus † dotandi est reale bonis inhærens pœnes quoscunque existentibus respondit Rota *decis. 457. nu. 2. vers. non obstat, quod hæc quæ est repetita in decis. 889. num. 7. part. 4. diuers.* ob cuius auctoritatem *Fusarius* non est ausus firmare, & consulere pro opinione *Peregrini, vt patet ex quæst. 531. num. 154. & cons. 38. num. 10. & hanc opinionem secutus etiam fuit* Marescot. *var. resol. lib. 2. ca. 69. num. 6. Giurb. ad consuetud. mess. cap. 13. glos. 5. num. 17.*

Præsertim verò, quia idem *Fusar. d. quæst. 532. numer.*
24 *42. & alij*, supponunt illationem *Peregr.* ex doctrina † Angeli eatenus esse veram, quatenus dos fuit assecurata super portionē mariti, & non cohæredum, & eius portio sufficiat pro restitutione, in casu autem præsenti adest obligatio Iulij Cæsaris super omnibus bonis præsentibus, & futuris, & sic cadit etiam super portionibus cohæredum vigore reciproci fideicommissi acquisitis, vel acquiren-
25 dis, quæ † in subsidium veniunt in generali obligatione bonorum fauore dotis, ex dispositione *d. Auth. res, quæ, vt tradunt Castr. cons. 15. num. 2. & cons. 219. in fin. Gozadin. cons. 97. num. 10. in fin.* Rol. *cons. 85. num. 33. libr. 1.* nec probatur portionem solam Iulij Cæsaris sufficere pro dicta dotis restitutione, quæ probatio incumbit al-
26 leganti, † quemadmodum dicimus asserenti extare bona libera, ex quibus dos detrahi possit, incumbit onus id probandi, vt per *Curt. Iun. cons. 27. num. 17. Peregr. de fideicomm. artic. 42. num. 73. Fusar. de substit. quæstio. 531. num. 123. & fuit dictum in decisionibus R. P. D. mei Ghisilerij 30. Maij 1633. & 23. Ianuarij 1634. in hac causa emanatis, atque etiam coram* Reuerendiss. *D. meo Decano decisio. 143. num. 8. & in Auximana dotis 6. Februarij 1623. coram bon. mem.* Remboldo, *& in Anconitana censuum 20. Februarij 1630. coram Reuerendiss.* Vrgellen. quod eo magis nunc recipiendum est, dum iam pro dote fuit facta alienatio, & mulier, siue ab ea causam habentes possident, vt ponderant Caball. *consil. 11. numer. 10. lib. 2. Pascal. de patr. potest. cap. 7. num. 7. Fusar. de substit. dicta quæst. 531. num. 125. Gratian. discept. forens. capit. 331. num. 22. Raudens. decis. Pisan. 29. num. 177. Io. Baptista Costa cons. 89. num. 9. cum seqq. & fuit dictum in* Reatina bonorum *11. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Secundum non obstat, quod super domo, de qua agi-
27 tur, vltra fideicommissum vniuersale † fuerit etiam particulare constitutum fideicommissum resultans in casu alienationis ex præcisa prohibitione alienandi domum, *Peregr. consil. 64. num. 28. lib. 3. Fusar. de substitut. quæstio. 688. numer. 1.* & propterea non potuerit distrahi domus supposita fideicommisso particulari, nisi in subsidium, & quatenus non extarent alia bona, subiecta vniuersali fideicommisso, quæ negatiua non existentiæ aliorum bo-
28 norum videtur probanda per mulierem, † vel habentes causam ab ea, prout dicitur de hærede grauato, dum non confecit inuentarium, iuxta *Natt. cons. 199. cum concordant.*

Quoniam visum fuit non extare huiusmodi fideicommissum particulare, & quatenus extaret, non abesse, quin ex domo dos detrahi potuerit.

Non adest fideicommissum particulare, quia, vel prohibitio, tanquam adiecta præcedenti substitutioni, & ad maius eius robur, non inducit particulare fideicommis-
29 sum, sed iuxta illius terminos regulatur, † nec quicquam operatur vltra præcedentem substitutionem, *Alex. consil. 59. num. 8. & 9. lib. 3.* Ruin. *cons. 134. num. 16. lib. 3. Peregr. de fideicom. artic. 14. numer. 47. & cons. 45. numer. 8. & 22. lib. 1. Surd. cons. 448. numer. 19. cum alijs per Bellon. Iun. consil. 12. num. 43. & consil. 17. numer. 90.* Vel prohibitio prædicta facta inter filios censetur extincta, dum hodiè nullus extat ex ipsis, qui fuerunt vocati in casu alienationis, *leg. cum pater, §. libertis, leg. qui solidum, §. prædium, ff. de legat. 2. Bellon. Iun. consil. 36. num. 52. Fusar. cons. 110. num. 14. & consil. 172. num. 5.*

Sed quatenus etiam adesset hoc fideicommissum par-
30 ticulare non obstat, quia dispositio † *Auth. res, quæ,* habet locum etiam in fideicom. particulari, vt scripsit *Bald. ibid. num. 6. Castrens. num. 2. Ias. numer. 32.* Padill. *numer. 108. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 54. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 58. & cons. 75. num. 149. Rota decis. 37.*
31 *num. 4. par. 1. diuers.* & in re etiam † particulari per testatorem expressè alienari prohibita dos detrahi potest, *ex Auth. res, quæ, vt consuluit Decian. cons. 18. num. 27. libr. 2. Bursat. cons. 179. num. 27. Molin. de iust. & iur. tom. 3. disput. 648. num. 2. Fusar. de substit. quæst. 532. num. 20.* pendet
32 enim hoc priuilegium mulieris non † à voluntate fideicommittentis, sed à lege quæ dotibus fauet, vnde in hu-
33 iusmodi *Auth.* beneficio † innixa mulier, quemadmodum agendo contra fideicommissum vniuersale non tenetur probare negatiuam, quod non extent bona libera, sed hoc fideicommissario alleganti incumbit, vt supra dictum est, ita dum ex fideicommisso particulari do-
34 tem vindicare contendit, non est cogenda, † vt probet non existentiam bonorum fideicommisso vniuersali subiectorum, ex identitate rationis, *l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. §. pari ratione, instit. quibus mod. ius patr. potest. sol-*
35 *latur*, imò cum † tam vniuersale, quàm particulare fideicommissum pro dote possit distrahi, non videtur constituenda differentia, An potiùs contra vnum, vel contra
36 aliud dirigatur actio, † cum vtrumque pro dote etiam in totum, vbi opus sit, vigore *d. Auth. res, quæ,* possit euerti, *vt inquit Bald. ibid. num. 4. Castrens. num. 5.* Padill. *num. 119. & alij per Fusar. de substit. d. quæstio. 532. num. 54. & cons. 121. num. 5.*

Quæ autem dicebantur de non confectione inuentarij, ad præsentem casum facere non videntur, quia non agit Iulius Cæsar hæres grauatus, sed vxor eius pro repetitione dotis, cui omissio inuentarij obijci non potest, sed
37 illi remanent illæsa iura, † & actiones, etiamsi Iulius Cęsar inuentarium non confecerit, & legitimam suam, ac Trebellianicam ex fideicommisso detraxerit, & consumpserit, vt consuluit *Castrens. cons. 15. num. 1. lib. 1. Gozadin. cons. 97. num. 10. Roland. cons. 85. num. 44. lib. 1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 69. num. 22. Fusar. d. quæst. 531. numer. 238. & cons. 7. num. 22. & 25. & dixit Rota apud Card. Seraph. decis. 68. in fin. ac decis. 678. num. 1. & decis. 457. num. 2. par. 4. diuers. ac decis. 37. num. 4. par. 1. diuers.*

Tertium non obstat, quod cum Iulius Cæsar Iunior non inuestiuerit dotem vxoris, prout tenebatur, & Azzoni promissores dotis, & hæredes Rosatæ non procurauerint dictum inuestimentum, vtique ipsi Azzoni liberati
38 non fuerint ab obligatione soluendi, & † perinde sit, ac si dos soluta non fuerit, ad *trad. per Gratian. discept. forens. c. 45. num. 22. & 23. & in Romana dotis 7. Februar. 1624. coram me,* & consequenter dum hodiè agunt pro repetitione dotis sint repellendi, vel exceptione non adimplementi, & non legitimæ solutionis dotis, vel exceptione ceden-

cedendarum, quia actiones contra alios, competentes mulieri vindicanti dotem ex bonis fideicommisso subie-
39 ctis debent † cedi, & ipso iure cessæ intelliguntur fideicōcommissarijs, *Fusar.cons.52.num.56. Rota in Perusina dotis 8.Februarij 1627.coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Quoniam placuit responsio, quod obligatio, & onus inuestiendi incumbebat soli Iulio Cæsari marito, vt expresse habetur in capitulis matrimonialibus, vbi se obligauit facere hoc inuestimentum, cum consensu,& interuentu fratrum Rosatæ vxoris & verba sunt directa in ipsum maritum,& illi iniunctum onus inuestiendi in vim modi. vn-
40 de fratres prædicti non tenebantur inuestire, nec † de huiusmodi inuestimento esse solliciti, iuxta tradita per *Surd. decis.156.per tot. Rot.coram san.mem Greg.XV.decis.311. num.9.& ita loquitur, & resoluit Rota in illa Romana dotis supra allegata, atque in Recanaten.fideicommissi 29. Aprilis 1630.coram me.* Et consequenter statim, ac Azzoni dotem soluerunt, plenam sunt consecuti liberationē, præsertim quia in ijsdem capitulis matrimonialibus habetur, Iulium Cæsarem se obligare ad hoc inuestimentum ad cautelam fauore dotis restituendæ, & consensus fratrum vxoris fuit exigitus, vel vt consulerēt circa qualitatem inuestimenti, vel vt inuigilarent pro indemnitat sororis,ac propria, vt semel soluta dos conseruaretur, & proinde in-
41 ducta in eorum fauorem, & ad hoc, vt facilius possent † repetere dotem, non debent in eorum odium retorqueri, itaut priuentur actione dotis, *l.nulla ratio ff. de leg. l. quod fauore, C. eodem, cap.quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.* & culpa Iulij Cæsaris ex commissione inuestimenti, non est in eorum pœnam imputandam, *ad l.sancimus C. de pen. cap.sine culpa, de reg.iur.in 6.& in his fere terminis dixit Petra de fideicom.quæst.8. num.457.& Fusar. quæst. 551. num.30.* Rota *decis.457.sub num.1.par.4. diuers.* Prout
42 non imputatur † eisdem culpa mariti, nedū in distractione ipsius dotis, sed, & propriæ legitimæ consumptione,
43 qua tamen non obstante † pro repetenda dote mulieri cōceditur auxilium *Auth.res,quæ,C. comm. deleg. vt supra ostensum fuit.* Et propterea cessante in Rosata, & eius hæredibus obligatione inuestiendi, non implementi, aut cedendarum exceptione haud quaquam repelli possunt.

Quartum non obstat oblatio dotis hodie facta per Cōfraternitatem, & alios fideicommissarios in pecunia, qua
44 † mediante domum ex causa dotis distractam recuperare posse videntur, iuxta *Peregr.decis. Pataui.96. numer.3. Fontanel.de pact.nuptial.claus.5.glos.5.par.2.num.64.*

Quoniam in contrarium stat verior,& communior sen-
45 tentia, quod fideicommissarius † non admittatur ad vindicandam rem alienatā pro restitutione dotis oblato precio, tertio possessori, vel illi, cui res in dotem fuit assignata vt docuit *Castr.in d. Auth.res,quæ,numer.6. Ias. num.11. Aretin.cons.20.num.5.Ruin.cons.137.nu. 9.lib.2. Peregr. de fideicom.art.42.num.22.& 23.* vbi testatur ita per duas sententias fuisse obtentum, *Fusar.de subst.quæst.531.nu.*
46 *56.& quæst.532.num.19.* res enim † pro dote semel, ex fideicommisso distracta ex iuris remedio semper remanet libera, *Socin.sen.cons.23.num.18.lib.3.Fusar.d.quæst.532. num.19.Rota decis.209.num.3.par.1.recent.*

Quæ dicebantur de existentia censuum,& aliorum bonorum liberorum in decisionibus R. P. D. mei Ghisilerij abunde fuerunt sublata. Et quod sententia Rotalis denegauerit immissionem, nedum in domo, sed etiam in vinea, non subsistere in facto deprehenditur ex lectura ipsius sententiæ, quæ ad solius domus immissionem restricta est.

Quam hodie, vtraque parte informante, resolutum fuit esse confirmandam.

* Idest sub diebus 7.Nouemb.1629.& 14. Februarij 1633. & 30.Maij 1633.prima est decisio 317.supra par.5.recent. Aliæ duæ sunt supra in hac eadem parte decisiones 179. & 210.

¶ In eadem causa coram Eminentiss.D.Card. Vbaldo adsunt duæ decisiones videlicet sub die 27.Nouemb.1628. & 30. Aprilis 1629.sunt decis.216.& 269.etiam par.5.recent.

R. P. D. PANZIROLO.

Cæsaraugustana Distributionum.

Die Lunæ 4. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Tertius admissus ad causam in statu, & terminis, &c. quando non valeat impedire executionem. Tertius veniens ad causam, quando admittatur, & quando reijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Iura Ecclesiæ non possunt dici neglecta si per longum tempus fuerint defensa,*
Patroni interesse in defensione Ecclesiæ dicitur potius secundarium,& remotum,quàm primarium, & proximum.
Quod procedit etiamsi ageretur de magno illius præiudicio.num.1.
2 *De Præiudicio irreparabili non agitur, quando versamur in summarijssimo iudicio.*
3 *Mandatum de manutenendo reuocari potest quandocunque prout magis, vel minus de possessione constat.*
4 *Tertius veniens ad causam in terminis,& statu in quo reperitur, non potest impedire executionem,& hoc maximè stante clausula, sine præiudicio.*
5 *Clausula (sine præiudicio) præseruat facultatem exequendi Iudici a quo.*
6 *Tertius veniens ad causam in statu, & terminis, &c. facit omnia acta sua.*
7 *Tertius admissus ad causam in statu, & terminis, ità facit omnia acta sua perinde, ac si ipse illa fecisset.*
8 *Clausula apposita in commissione præcedenti, quando censeatur repetita etiam in subsequenti.*
9 *Tertius venire potest ad causam triplici tempore.*
Primò ante condemnationem,
Secundò post condemnationem, sed ante actualem executionem consumatam.
Tertiò post executionem factam.
10 *Tertius veniens ad causam non citatus ante condemnationem, vel post condemnationem, sed non actualiter consumatam, dicitur constituere triangularem processum,& posse admitti non solum in prima, sed etiam in secunda instantia.*
11 *Tertius veniens ad causam post executionem non admittitur, cum res non sit integra.*
12 *Cost.de re integ.distinct.95.num.13.declaratur.*
13 *Rota non solet, maxime extra Montes,& extra statum Ecclesiasticum relaxare mandatum, sed tantum relaxat executoriales, quibus si pars non pareat, procedit ad censurarum relaxationem.*
14 *Rota, postquam intimauit exequutoriales, & lapsum est tempus ad parendum si pars non pareat, incurrit excommunicationem, & proceditur ad declaratoriam absque intimatione.*

15 *Mobed.decision.19. de restitut. spoliat. & Put. decis. 317. lib. 2. in correct. intellectus, & quando cessent. num. 16.*
17 *Decis. 17. part. 3. in recent. declaratur.*
18 *Seraph. decis. 906. intellectus.*

DECISIO CCCXIII.

CVM resolutum fuisset coram Reuerendissimo Domino meo Decano* Portionarios Ecclesiæ Cæsaraugustanæ esse manutenendos in possessione exigendi tria regalia singulo die de bursa communi iuxta formam Statuti, Capitulum eiusdem Ecclesiæ à mandati relaxatione appellauit, & Signatura causam mihi commisit, cum solita clausula sine præiudicio mandati de manutenendo, Cumque nihilominus parere recusasset, fuit quoque relaxata Declaratoria interdicti ab ingressu Ecclesiæ cum suspensione a diuinis.

Dum ergo Portionarij, propter nimiam Capituli contumaciam sollicitè instarent, pro aggrauatoria, iamque tres dignitates, & vnus Canonicus annuerent paritioni, Catholicus Hispaniarum Rex, qui in vim litterarum sæcularizationis dictæ Ecclesiæ habet nominationem ad Canonicatus vacantes in quatuor mensibus petijt, & obtinuit à Sanctissimo admitti ad causam, in statu & terminis, in quibus ea reperitur, constito de interesse.

Verùm cum scribentes pro Rege prætenderent stante ipsius interesse, & admissione ad causam supersedendum esse per Reuerendissimum Dominum meum Decanum in relaxatione aggrauatoriæ dato super hoc particulari dubio, resolutum fuit procedendum esse ad vlteriora visum est enim, quod cum mandatum de manutenendo sit relaxatum pro exequendo dicto Statuto, in quo condendo interuenit auctoritas Regis Prædecessorius potius sua intererit, quod executioni demendetur, quàm quod in eo supersedeatur, Idque eo magis quo hæc causa fuit vsque ab anno 1611. tam coram Ordinario, ac Nūtio Hispaniarum, quàm in Rota per Capitulum defensa, itaut dici non possit, quod iura Ecclesiæ fuerint neglecta, præterquam quod interesse ipsius Regis vti Patroni dici-
1 tur potius † secundarium, & remotum, quàm primarium, & proximum in defensione Ecclesiæ, etiam si ageretur, prout non agitur, de magno illius præiudicio, vt firmat *Lambert. de iurepat. quæst. 2. princip. lib. 3. art. 10. num. 1. vers. dicerem bene.*

Et ex eo etiam minus considerabile redditur interesse
2 Regis, dum versemur † in summarijssimo possessorio, in quo non agitur de præiudicio irreparabili, cum manda-
3 tum de manutenendo, quandocunque reuocari possit † prout magis, vel minus de possessione constat, *Seraphin. decis. 1295. num. 5. Rota decis. 404. num. 3. & 4. par. 2. recent.*

Præterea his etiam omissis visum est, quod cum idem Rex tanquam tertius veniat ad causam adhærendo condemnatis, & ad illorum defensionem in statu, & terminis, in quibus causa reperitur prout expresse dicitur in
4 Commissione, † non possit impedire executionem stante Commissione Capituli cum dicta clausula, sine præiu-
5 dicio, &c. per quam dicitur † præseruata facultas exequēdi Iudici à quo, *Lancellot. de attent. cap. 2. lim. 13. num. 17. Rota decis. 609. num. 1. part. 2. recent.* & sicut admissus ad
6 causam † in statu, & terminis facit omnia acta sua *Put. decis. 71. lib. 3. in antiq. Seraph. decis. 996. sub num. 1.* sic faciet etiam suam commissionem Capituli cum dicta clau-
7 sula, sine præiudicio, itaut perinde † sit, ac si dicta clausula fuisset apposita in Commissione Regis, *Rot. decisio. 431. num. 5. & decis. 705. num. 4. part. 1. recent. & coram Gregor. XV. decis. 295. num. 1.* & facit etiam quia clausula ap-
8 posita in commissione præcedenti † censetur repetita in subsequenti, *Aegid. decis. 45. & decis. 526. Cassad. decis. 8. num. 5. de rescr. Rota decis. 321. num. 1. part. 1. diuers.*

Sed ad tollendam omnem difficultatem dixerunt Do-
9 mini distinguenda esse tria † tempora, Primum scilicet ante condemnationem, secundum post condemnationem, sed ante actualem executionem consummatam, tertium post executionem factam, in duobus primis tem-
10 poribus fuerunt in voto quod † tertius non citatus veniens ad causam constituere dicatur triangularem processum, & posse admitti non solum in prima, sed etiam in secunda instantia, *Laderch. cons. 21. num. 4. Vuames. cons. 39. post princ. vers. quam traditionem*, sed respectu tertij
11 temporis, qui est casus noster, non † admittatur, cum post factam executionem res non sit integra *Alex. in l. à Diuo Pio §. super rebus. num. 9. ff. de re iud. Magon. decisio. Florentina 104. ad fin. Cost. de re integr. distinct. 95. num. 9. & seqq. & quamuis Cost. ibidem sub numer. 13. & seqq.*
12 videatur distinguere inter venientem ad † causam, qui sciuit, vel non sciuit causam agitari, pro qua distinctione citat *Bart. Couar. & alios*, hoc tamen putarunt verum in prima, vel secunda instantia, re adhuc integra, non autem post factam actualem executionem, pro quo benè facit decisio in causa *Toletana decimarum de Capilla 19. Februarij 1593. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quæ est decis. 17. sub num. 6. part. 3. recen.*

Nec dicatur quod in casu isto non videatur facta actualis executio, quia contrarium est verius, cum fuerint relaxatæ exequutoriales, & concessa declaratoria, & hodie agatur de danda aggrauatoria, & ista censetur realis executio, secundum stylum Rotæ, quæ non solet, maximè
13 extra montes, † & extra statum Ecclesiasticum relaxare mandatum, sed tantum relaxat exequutoriales, quibus si pars non pareat procedit ad censurarum relaxationem, &
14 ideò videmus; quod intimatis exequutorialibus, † & lapso termino dato ad parendum, incurritur excommunicatio, & proceditur ad declaratoriam absque alia intimatione, *Puteus decis. 324. sub num. 3. & 4. lib. 1. in correct. Mobed. decis. 7. col. fin. in princip. vers. nec obstat. vt lit. pendent.*

15 Nec obstant allegata per † *Mobed. decis. 19. de restitut. spol. & Put. decis. 317. lib. 2. in correct.* in quibus dum ageretur inter duas Moniales super Abbatissatu, Rex Portugalliæ vti patronus illius Monasterij veniens ad causam pro suo iure, & interesse impediuit executionem trium conformium dum procedebatur ad censuras contra vnā ex dictis monialibus, eo quia non paruerat litteris executorialibus: Nam fuit responsum, quod in casu illarum decisionum, Rex in tantum fuit admissus ad impediendam vlteriorem executionem, in quantum in continenti idest ex actis, vel ex probatione facienda in Curia poterat probare suum intentum, quod tamen non datur in casu nostro, in quo solum adducitur assertus error in proprijs libris Capituli, qui tamen error euidenter excluditur ex eisdem libris compulsatis ad instantiam ipsius Capituli, & translatis ad Curiam, & ex relationibus Peritorum, ac tot decisionibus Rotalibus, & ideò cum nihil de nouo in con-
16 tinenti probari possit pro retardanda executione, † cessant omnino prædictæ decisiones, & potius intrat decisio *Verall. 253. ante num. 1. & seqq. part. 3.*
17 Neque contra prædicta facit dicta † *decis. 17. par. 3. recent.* quia in ea veniebat Dux iure proprio tanquam vocatus in Maioricatu, deducendo particulariter ius suum, quod non habebat connexionem, cum iure litigañ, & an-
18 te executionem. in † quibus terminis etiam loquitur *decisio Seraphin. 906. ex aduerso allegata.*

In casu autem nostro Rex non deducit aliquod ius proprium, & à Capitulo separatum, & sic non valet retardare executionem, præsertim actualiter iam factam ex prædictis.

Et ita parte vtraque, &c.

* Idest sub die 24. Nouembris 1632. est decisio. 156. supra in hac eadem parte, & vide etiam decisionem 254. pariter supra, vbi aliæ in hac causa decisiones recensentur.

R. P. D.

R. P. D. MERLINO.

Romana Dotis, seù Filiationis.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Tractatur, quod probatio filiationis desumi potest ex constanti nominatione, & ex frequentibus denominationibus patris, ex tractatu, quo quis se gerit erga aliquem adinstar patris, & ex communi fama, & reputatione. Item ex similitudinis typo filij, cum patre, cum d. similitudo non à simplici imaginatione, sed magis ab insiti temperamenti conuenientia regulariter proficiscatur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ad quem effectum probetur coniecturis, & præsumptionibus.*

2 *De Filiatione naturali simpliciter, probanda, quando agitur, admittuntur leuiores probationes.*

3 *Filiationis, seu sobolis magnum argumentum est publica denominatio.*

4 *Pro Filiationis iustificatione non parui est facienda protestatio ab aliquo facta in extremo vitæ spiritu, quod talis sit filius suus.*

5 *Depositioni vnius viri, qui est omni exceptione maior, quamuis testis sit vnicus, plurimum deferendum est arbitrio Iudicis.*

6 *Patrem, quem esse ostendunt, ea, quæ præstantur alicui, si conueniant paternæ erga liberos pietati, & officio.*

7 *Alimenta præstita nutrici pro educatione Infantis arguunt eum, qui præstat illa esse progenitorem.*

8 *Filiationis tractatus, & probatio inducitur ex vestibus medicinis, alijsque pro vitæ substentatione necessarijs exhibitis alicui.*

9 *Fama, atque opinio est quoddam totius populi testimonium.*

Fama, & opinio publica plurimi fit à Doctoribus ad probandam filiationem. num. 9.

10 *Ex similitudinis typo potest dignosci filium esse illius, cuius faciem, formamue refert.*

11 *Garamantæ, & superioris Libiæ populi, qui priuatim matrimonia nesciunt, & ob reiectam ex incæstu lasciuientis luxuria, castitatis disciplinam, proprios liberos ignorant ex similitudine formæ solum agnoscunt.*

12 *Similitudine natorum non est leuis, sed imò vrgentissima coniectura ad probandam filiationem.*

13 *Similitudo natorum non à simplici imaginatione, sed magis ab insiti temperamenti conuenientia regulariter proficiscitur.*

14 *cum Concubina, si quis continuò solum conuersauerit, & constat illam cum alijs conuersationem non habuisse, ex hac conuersationis assiduitate, præsumitur, quod filius natus ex illa, sit illius, qui cum ea conuersabat.*

16 *Testes singulares non probant, quando agitur de probando certo actu speciali, sed secus si in genere, quod resultat ex actibus specialibus.*

17 *Testes etiam singulares admittuntur ad probandum illos actus, ex quibus generalitas resultat, & simul iunguntur ad plenam probationem constituendam.*

18 *De Filiatione probanda contra patrem, quando agitur, tunc solum admittuntur coniecturæ, & præsumptiones.*

19 *Filiatio probari debet per vrgentiores probationes, quando agitur de consequendo dotem, vel alimenta ex bonis fideicommissarijs contra tertium possessorem.*

20 *Decis. in causa Romana de Bonellis 29. Nouemb. 1613. & 28. Nouembris 1614. coram Vbaldo declarantur, & num. 26.*

21 *Per Auum, bona fideicommisso subiecta in subsidium alienari possunt pro constituenda dote nepti etiam illegitimæ.*

22 *Et hoc tam si velit nubere in sæculo, quàm si cogitet profiteri in Monasterio.*

23 *Bona fideicommissaria ascendentium existentia pœnes collaterales, vel extraneum sunt oneri obnoxia descendentes dotandi.*

24 *Aui hæres in subsidium tenetur dotem assignare nepti spuriæ.*

25 *Filiatio, vt probetur, quando non est sufficiens, tractatus, & nominatio patris, filiæ similitudo cum patre, & aliæ similes coniecturæ.*

26 *Decis. in Bononien. de Gargantibus impress. inter recent. decis. 164. num. 7. & 8. part. 3. quando procedat.*

27 *Contra Testes deponentes de filiatione, quæ exceptiones non minuant eorum fides.*

DECISIO CCCXIV.

MARGARITA ex Flauia matre orta, pulsauit D. Marcum Antonium Victorium fratrem, & possessorem bonorum bon. mem. Ioannis Baptistę Victorij, quē progenitorem suum ipsa asserebat, vt alimenta præstaret, & subinde etiam dotem; Decreto Auditoris Cameræ fuit Dominus Marcus Antonius ad huiusmodi alimentorum præstationem condemnatus, à quo cum post interpositã appellationem, & causam mihi commissam, negaretur Margaritam esse filiam Io. Baptistę, dedi dubium, An constet de illius filiatione, quod per Dominos fuit hodie affirmatiuè resolutum.

Probatio enim filiationis desumpta fuit ex constãti denominatione, & ex frequentibus assertionibus eiusdem Ioannis Baptistę, quibus dum viueret, imò & in ipso mortis articulo, testatus est, puellam hanc esse suam filiam; ex tractatu, quo se gessit erga eamdem ad instar patris; & ex communi omnium reputatione, quod Io. Baptista ex Flauia, hanc filiam susceperit, ex quibus, saltem simul iunctis,
1 probari filiationem non ambigebatur, cum † adhunc effectum admittantur, atque sufficiant coniecturæ, & præsumptiones *glos. in l. Lucius, ff. de cond. & demonstr. & in cap. Michael. vers. constituerit, de filijs Præsbyt. Anch. cons. 225. num. 6. Sura cons. 1. num. 38. & 40. & dixit Rota in Ciuitatis Castelli bonorum 8. Februarij 1602. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto, impressa apud modernos Foroliuien. de legit. decis. 51. num. 4. cum alijs relatis in Romana de Catalanis 27. Nouembris 1630. coram me*, præsertim
2 vbi agitur † de probanda filiatione simpliciter naturali, vt aduertit *Natta cons. 473. num. 29. Rota in d. decis. 51 num. 4. vers. Coniectura verò.*

Quod

Quod Ioannes Baptista sæpè numero coram diuersis personis professus fuerit Margaritam esse suam filiam, atque illam vti filiam passim nuncupauerit palam, deponūt quinque testes, in Summario eiusdem Margaritæ num. 2.
3 quam publicam † denominationem magnum esse veræ sobolis, seu filiationis argumentum tradunt, *glos. in l. etiam matris, vers. Professio, C. de probat. Bart. in l. neque professio, num 2 Bald. num. 1. Castrens. numer. 3. C. de testament. Surd. consil. 1. num. 47. Paleott. de noth. & spur. cap. 23. numer. 2. Giouag. consil. 21. num. 4. lib. 1.* & eo magis, quia idē Ioannes Baptista ferè in extremo vitę spiritu, dum memor salutis æternæ, supremumque Dei iudicium timens, veritatem omninò asseruisse præsumi debet, Viro Religioso, cuius probata fide, & consilio in grauioribus vtebatur negotijs, testatus est, hanc esse suam filiam, & exorauit, vt illam commendaret eius fratribus, & protectioni bo. mem.
4 D. Cardinalis Burghesij, quæ † protestatio eo tempore emanata pro filiationis iustificatione magni facienda videtur, *arg. cap. litteras de præsump. Ferrettus cons. 150. num. 15 Curtius Sen cons. 69. num. 2. Crauett. cons. 6. numer. 51. Menoch. præsumpt. 3. num. 1. lib. 5.* & ponderauit Rota in *Romana de Bonellis 13. Februarij 1617. coram bon. mem. Vbaldo atque in d. Romana de Catalanis coram me.* Et
5 huius viri depositioni, † ob eius integritatem, & quia videtur omni exceptione maior, quamuis testis vnici, plurimum deferendum est arbitrio Iudicis, iuxta tradita per *Decian. cons. 92. num. 34. & 92. lib. 2. Farinac. de testibus quæst. 63. num. 33. Cardin. Seraph. decis. 676. num. 1. & 2.*

Tractatus, quo Ioannes Baptista prosequutus est Margaritam tamquam filiam, & se vti parentem gessit erga illam, comprobatur ex eo, quod dum hæc puella sacro baptismatis lauacro fuit abluta, nomen Margaritæ, quo nuncupabatur ipsius Ioannis Baptistæ mater, imponi voluit, nutrici alendam tradidit, atque eidem pro alumna præstitit alimenta, & salarium, vestes, medicinas, atque omnia congrua pro decenti puellæ substentatione suppeditauit, vt de his deponunt testes dati in Summario numer. 2. quæ omnia paternæ erga liberos pietati, & officio conue-
6 niunt, & quem parentem esse ostendunt, prout † de nomine auito, & gentilitio indito puellæ, quod filiationem indicet, tradunt *Surd. cons. 1. num. 45. Giouag. cons. 21. numer. 2. lib. 1. Rota decis. 332. num. 4. par. 5. diuers. & in Romana de Iauellis 13. Nouemb. 1613. coram bon. mem. V-*
7 *baldo.* De alimentis præstitis nutrici, † atque educatione infantis, quod arguant eum, qui præstat, esse progenitorē, aduertit *Bald. in cap. per tuas, num. 1. de probat. Paris. cons. 10. num. 6. & 62. lib. 2. Surd. d. cons. 1. num. 46. Giouagnon. d. cons. 21. num. 3. Rota d. decis. 332. num. 5. & 11. & in præallegata Romana de Iauellis.* Et demum ex vestibus, medicinis, alijsque pro vitæ substentatione necessarijs exhi-
8 bitis, inferri tractatum, † & probationem filiationis eius, cui prædicta præstantur, scripsit *Bald in d. capit. per tuas, num. 5 Felin. num. 15. & 17. de probat. Paris. cons. 10. num. 60. & 70. lib. 2. Riminal. Iun. cons. 61 num. 30. & 33. Rota decis. 238. num. 9. part. 1. diuers. & decis. 126. numer. 13. & decis. 347. num. 2. part. 1. recent. & in Romana de Catalanis 25. Nouembris 1630. coram me.*

Prædictis ad stipulatur etiam publica vox, & fama, atque communis omnium reputatio, quod Margarita sit filia Ioannis Baptistæ, de qua deponunt testes in Summario
9 num. 2. quæ fama, † atque opinio, cum sit quoddam totius populi testimonium, quemadmodū in omnibus probationibus, ita pro iustificanda filiatione à DD. plurimi fit *arg. cap. per tuas, de probatio. glos. in cap. Michael. vers. confiterit, de filijs Præsbyt. Castren. cons. 151. num. 1. lib. 1. Surd. cons. 1. num. 56. Giouagnon. cons. 21. num. 5. Rota decis. 347. num. 2. part. 1. recent. & post modern. Forolivien de legit. decis. 51. num. 4.* iuncto etiam præcipuo, & planè paterno affectu, quo Ioannes Baptista puellam prosequebatur, de quo in genere deponunt ijdem testes; necnon effigie, & expressa ferè vultus Ioannis Baptistæ imagine, quam præ-
10 fert hæc filia, ex cuius similitudinis † typo posse dignosci filium esse illius, cuius faciem, formamue refert, voluit *Bald. cons. 390. lib. 2. Decianus cons. 1. num. 117. lib. 3. Tiraq. ad l. 7. Connubial. num. 52. & seqq.* & ante illos docuerunt *Aristotel. lib. 2. politic. capit. 2. & Stobæus sermon. 42.*
11 qui referunt, Garamantas, † & superioris Libiæ populos, qui priuatim matrimonia nesciunt, & ob reiectam ex incæsti lasciuientis luxuria, castitatis disciplinam, proprios liberos ignorant, ex similitudine formæ dumtaxat agnoscere, *Gratian. discept. Foren. cap. 567. num. 29. Moed. decis. 1. & 2. qui filij sint leg. & eruaite & luculenter docet D. Paulus Zacchias q. q. Medic. l. tom. 1 tit. 5. quæst. 4. per tot.*
12 vbi monet similitudinem † natorum non esse leuem, vt aliqui ex Iureconsultis autumant, sed imò vrgentissimam coniecturam, quia huiusmodi similitudo non à simplici
13 imaginatione, sed magis † ab insiti temperamenti conuenientia regulariter proficiscitur, quod philosophicis rationibus ostendit.

Et eo vrgentior visa est hæc coniectura, quando non constat Flauiam cum alijs consuetudinem habuisse, sed continuò solùm cum illa conuersatum fuisse Io. Baptistam de tempore susceptæ sobolis, & ante, vt deponunt testes,
14 † ex cuius conuersationis assiduitate insurgit etiam præsumptio, quod Margarita sit verè filia Ioannis Baptistæ, *Paris. cons. 10. num 33. lib. 2. Surd. cons. 1. num. 43. Menoch. de arbitr. iud. casu 89. num. 26. & fuit dictum in Romana filiationis 23. Ianuarij 1613. coram bon. mem. Card. Marquemon.* atque coadiuuatur præcedens coniectura ex similitudine formæ, quia stante hac continua conuersatione Io. Baptistæ, Flauia verisimiliter alium imaginatione non concipiebat, cui suscepta proles posset assimilari; quæ
15 omnia, quatenus † singula paterentur aliquam difficultatem, simul iuncta perfectam, atque concludentem constituunt probationem, vt monuerunt, *Anchar. consil. 225. num. 6. Riminal. Iun. cons. 611. num. 41. Surd. cons. 1. numer. 53.*

Non obstat, quod aliqui ex deductis testibus sint singu-
16 lares, quoniam, quando non agitur de probando † certo actu speciali, sed in genere, probandum est id, quod resultat ex actibus specialibus, prout est filiatio, & filiationis tractatus, ad concludendam hanc generalitatem, admittuntur etiam testes singulares deponentes de illis actibus,
17 † ex quibus generalitas resultat, & simul iunguntur ad plenam probationem constituendam, *DD. in cap. qualiter, & quando, de accusat. Crauet. cons. 73. num. 3. plene Riminal. Iun. cons. 7. num. 27. & seqq. & fuit dictum in Romana filiationis 23. Ianuarij 1613. coram bon. mem. Card. Marquemontio.*

Minus obstat, quod coniecturæ, & præsumptiones solum admittantur, vbi agitur de probanda filiatione,
18 contra patrem, † secùs verò vbi agitur de consequendo dotem, & alimenta ex bonis fideicommisso subiectis, cōtra tertium possessorem, prout est Dominus Marcus An-
19 tonius, tunc enim † requiruntur vrgentiores probationes obstante etiam fideicommisso, *Rota in recent. decis. 289 num. 1. & 8. part. 1. & in Romana de Bonellis 19. Nouembris 1613. & 28. Nouembris 1614. coram bon. mem. Vbaldo;* Quoniam quoad qualitatem probationum respōsum fuit, ex coniecturis in proposita facti specie, propositis insimul coaceruatis in materia filiationis, quæ directo probari non potest, resultare plenam, atque concludentem probationem contra quoscunque, vt ex iuribus, authori-
20 tatibus, & decisionibus supra deductis. † *Decisiones autem emanatas in causa de Bonellis coram bon. mem. Vbaldo, & alias,* loqui ad effectum succedendi in vniuerso fideicommisso, & excludendi vocatos, aut venientes ab intestato, qui non est casus præsens, nec ibi tot insimul cōcurrebant cōiecturæ, & ita efficaces, quot hic adsunt.

Quo verò ad fideicommissum placuit responsio, quod
21 cum bona fideicōmisso subiecta per Auum, † prout erat Bernardinus fideicommittens in casu proposito, in subsidium alienari possint pro constituenda dote nepti, etiam illegitimæ, qualis asseritur Margarita, *Angel. in Auth. res quæ, num. 3. Iason. num. 7. C. com. de leg. Peregr. cons. 115. numer. 3. lib. 5. Molin. de Primog. Hispal lib. 4. capit. 8. num. 19. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 33. Rota apud Card.*
22 *Seraph. decis. 58. num. 5.* tam si velit nubere † in sæculo,

quàm

quàm si cogitet profiteri in Monasterio, *Bart. in d. Auth. res quæ, num. 7. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 57. Fusar. d. quest. 531. num. 28.* consequenter eadem bona fideicommisso subiecta † pœnes collateralem, vel extraneum existentia sunt eidem oneri obnoxia, & pro dote alienari possunt, non obstante fideicommisso, vt plenè, discusso articulo, resoluit *Rota in Spoletana fideicommissi sub die 4. præsentis mensis coram me.* & hæredem † Aui in subsidiū teneri dotem assignare nepti spuriæ, consuluit *Abb. cons. 115. in princip. lib. 2. Marescott. var. resolut. cap. 83. num. 38. lib. 2. Rota apud Card. Seraph. decis. 58. num. 6.*

23

24

25 Demum non aduersatur, quod tractatum, † & nominationem patris, filiæ similitudinem cum patre, atque alias ex allegatis coniecturis nō admiserit *Rota in Bononien. de Gargantibus impressa inter recent. decis. 164. num. 7. & 8. part. 3. & in d. decis. de Bonellis;* quoniam verum est singulas ex dictis coniecturis non sufficere, neque plenum facere gradum probationis, & singulæ aliquando per Rotam fuerunt reiectæ, sed simul iunctæ suffragantur, &
26 doctrinæ, & † decisiones, quæ in contrarium allegari possunt, vel procedunt, vbi agitur ad effectum excludendi venientes ab intestato à tota successione, vel ad excludēdam præsumptionem *l. miles, §. defuncto, ff. de adult. de qua in illa Romana de Catalanis coram me*, & vbi non apparet, quod nemo alius accessum haberet ad mulierem, quàm prætensus genitor, & vbi mulier erat soluta.

Exceptiones cōtra testes, quod sint creditores D. Mar-
27 ci Antonij, & similes, † in hac materia non minuunt fidem eorum depositioni, vt respondit *Rota in Romana filiationis 23. Ianuarij 1613. coram Card. Marquemon. & in Romana filiationis 10. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Pirouano;* Et quod dùm deponunt de conuersatione Ioannis Baptistæ cum Flauia, non percutiant tempus conceptionis, non subsistit in facto quia imò deponunt de anno 1620. & 1621. de quo anno orta est Margarita.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Dismembrationis.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ petitio, quando respuatur, in Beneficiorum dismembratione coniunctim requiritur iusta causa, & solemnitas aliàs non sustinetur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis conceditur data releuantia vnius articuli.*
2 *Remissoria non conceditur, eo ipso, quod articuli non possunt suffragari ad victoriam causæ.*
3 *Beneficij dismembratio, vt sustineatur copulatiuè requiruntur iusta causa, & solemnitas, nec vnum sine alio sufficit. & num. 6.*
4 *Remissoriæ petitio reijcitur stante impossibilitate, & improbabilitate probationis.*
5 *Remissoria non conceditur, quando articuli sunt concepti ad euitandas rationes decisionum factarum.*

DECISIO CCCXV.

DATIS articulis ad probandum malum statum Ecclesiæ, & domus Rectoris S. Gregorij de Dugliolo, & causas propter quas fuit dismembrata cura à dicta Ecclesia S. Gregorij, & vnita Parochiali vicinæ S. Michaelis de Mezzolaria, petebatur Remissoria, & licet in propha-
1 nis † data releuantia vnius ex articulis soleat concedi remissoria pro omnibus, *Cassad. decis. 5. in fin. de sequestr. possess. Seraph. dec. 1364. num. 3. san. mem. Greg. XV. decis. 124. num. 3. & 403. num. 3.* Attamen cum eo ipso, quod ar-
2 ticuli suffragari † non possunt ad victoriam causæ, remissoria non decernatur, vt tenuit *Rot. in Veronen. Exemptionis 4. Maij 1594. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Papien. matrimonij 27. Februar. 1595. coram Mantica, inter eius impress. decis. 312. num. 2.* Ideò DD. examinatis articulis dixerunt remissoriam non esse concēdendam.

Quia admissa probatione, quod Ecclesia, & domus, de quibus agitur sint in malo statu, quod in loco Duglioli nō adsint aliæ Ecclesiæ capaces, in quibus valeant ministrari Sacramenta, quod sonitus campanæ Ecclesiæ S. Michaelis de Mezzolaria, quo prætenditur translata Parochialis Duglioli perueniat ad Incolas dicti loci Duglioli, quod Ecclesia S. Gregorij fuerit interdicta ne in futurum in ea celebretur, & quod pro maiori parte anni ab aquarum inundationibus impediatur accessus ad eandem Ecclesiam, & domum, hacque de causa multi decesserunt sine Sacramē-
3 tis, cum tamen † ad sustinendam dismembrationem, duo copulatiuè requirantur solemnitas, & iusta causa, nec vnū sine alio sufficiat, *cap. primo, de reb. Eccles. non alien. cum alijs per Rot. in recent. decis. 119. num. 12. vers. duo nempe, par. 1. & in hac causa coram me 22. Iunij 1633.** Data etiam probatione ipsorum articulorum ex illorum iustificatione, non probatur, quod interuenerit solemnitas requisita pro validitate dismembrationis. Vnde concurren-
4 te † impossibilitate, seu improbabilitate probationis intrāt supradictæ resolutiones *Rot. in Veronen. exemptionis coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Papien. matrimonij coram Mantica*, & per consequens remissoria deneganda est.

Et in hanc sententiam eo libentius inclinarūt DD. cum
5 ex lectura articulorum appareant † concepti ad euitandas rationes supradictæ decisionis coram me, in qua fuit resolutum pro inualiditate dismembrationis, ex defectu so-
6 lemnitatis, & iustæ causæ, quæ † sunt necessaria in huiusmodi dismembrationibus, quia tunc præsumitur materia imaginata, vt dixit *Rot. in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Vlixbonen. Iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram Card. Lancellotto, & in Cracouien. Iuris legendi 3. Decembr. 1629. coram me, & in Cæsaraugustana Cathedralitatis 22. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Motmanno.*

Et ità DD. visis iuribus hinc inde deductis resoluerunt.

* Est decisio 223. supra in hac eadem parte, & vide in Apostilla alias in hac causa decisiones.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Legitimæ.

Die Lunæ 11. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. super exclusione fœminarum habet locum etiam condito testamento, licèt disponat super sola successione ab intestato, & constituuntur quatuor casus pro declaratione eiusdem statuti, & conciliatione plurium decisionum Rotalium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Successionis causa cessante cessat actio super legitima, eiusque supplemento.*

2 *Legitima tanquam portio successionis debita ab intestato, non potest dici debita in casu, in quo iura ipsius successionis non competunt.*

3 *Filijs ad alicuius successionem venientibus per repræsentationem matris non potest competere maius ius, quàm competeret matri repræsentatæ.*

4 *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. dum nominatim excludit filiam à successione materna propter dotem habitam à patre, fratre, aut auo, non permittit ingredi difficultatem, an talis exclusio censeatur etiam facta ab hæreditate eorum, qui dotem non dederunt.*

5 *Statutum excludens fœminas dotatas à successione eorum, qui dotem dederunt communiter hanc recipit interpretationem, vt eatenus possit illas admittere ad hæreditatem eorum, qui dotem non dederunt, quatenus statutum vlterius non progreditur, nec protrahat exclusionem etiam ad illorum hæreditatem.*

6 *Statutum excludens fœminas à successione propter dotem fortiùs locum habet, si persona, de cuius successione agatur, non appareat nominata, nisi in ea parte statuti, in qua tractetur de filiæ exclusione, aut in qua mentio fiat de personis, quæ dotem dederunt, & nu. 8.*

7 *Dictio prædicti non potest verificari, nisi in personis superius nominatis.*

8 *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. filiam dotatam ab auunculo, non excludit à successione paterna, & quare. numer. 9.*

Rota in decis. Romana de Corbinellis 15. Maij 1619. coram Coccino Decano declaratur, & num. 9. & 10.

9 *Casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris communis. & num. 10.*

11 *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. procedit in successione ab intestato.*

12 *Statuti dispositio eo magis potest vim suam operari, quo habeat pro se testatoris voluntatem.*

13 *Filia, quæ velit succedere in hæreditate paterna contra testamentum patris, non debet esse melioris conditionis, quàm illa, quæ petat admitti ad eandem successionem ab intestato præter illius voluntatem. & numer. 26.*

14 *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. non obest filiabus alioquin exclusis à successione intestati, ne possint consequi legata in testamento relicta.*

15 *Filiorum appellatione à patre, vel alio ascendente adhibita in hæredum institutione veniunt fœminæ alioquin à statuto exclusæ.*

16 *Statutum Vrbis capit. 145. libr. 1. non obest filiabus quamuis in testamento patris exclusis, si illæ ad paternam hæreditatem admitti petant defunctis masculis.*

17 *Putei decisio. 119. & 193. libr. 2. in quibus terminis procedant.*

18 *Statutum Vrbis cap. 145. lib. 1. non habet locum, quando in testamento ascendentis instituti fuerint extranei. Et quare num. 20. sed declara, nisi extranei instituti aliàs successuri essent ab intestato. num. 27.*

19 *Card. Caualerij decisio in Romana legitimæ 17. Iunij 1613. in quibus terminis procedat.*

20 *Statuti causa cessante cessat, & illius dispositio.*

21 *Filia non censetur prohibita intentare bonorum possessionem contra tabulas testamenti paterni cessante dispositione statuti, quæ aliàs impediret.*

22 *Statutum Vrbis cap. 145. exclusiuum fœminarum tametsi disponat super sola successione ab intestato, habet tamen locum condito testamento in quo filia sit exclusa: Et hoc, non obstante quod super successione ex testamento extet aliud particulare statutum, & quare numer. 23. & 24.*

25 *Exclusus ab intestato multo magis repellitur à successione contra tabulas, & quare num. 26.*

26 *Contra testamentum paternum veniens melioris conditionis esse non debet, quàm qui venit præter voluntatem patris.*

27 *Filia ex depositione statuti exclusa si in testamento patris sit præterita, vel illi minus legitima relinquatur, & institutæ fuerint personæ aliàs ab intestato successuræ ex dispositione statuti, non potest se opponere contra tabulas testamenti paterni. Et quare.*

DECISIO CCCXVI.

DVBITATVM fuit, An filijs Sulpitiæ deberetur supplementum legitimæ ex personæ suæ matris in bonis Antoninæ Auiæ maternæ, & proposito hodiè dubio responderunt Domini, non deberi d. supplementum; Data enim fuerat Sulpitia à patre in matrimonium Bruto cũ dote scutorum quatuor millium; vnde propter eam dotem excludebatur non solùm a succesione patris, qui illam dedit, sed etiam matris, & auiæ ex dispositione expres-
1 sa *Statuti Vrbis in c. 145. lib. 1.* † Cessante verò causa successionis in bonis auiæ, cessabat omnis actio super legitima, siue illius supplemento, cum illa, tanquam portio suc-
2 cessionis debitæ ab intestato, non posset dici † debita in casu, quo ipsi Sulpitiæ non competerent iura eiusdem successionis, vt interpretando idem statutum dixit *Rota in vna Romana supplementi legitimę coram Card. Arigonio sub die* 8. *Februarij* 1593. & notant *Doctores in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post.* & ibi *Alex. num. 17. Ias. num. 57. & in l. quando. §. generaliter num. 11. C. de inoff. testam. Peregr. de fideic. art.* 38. *num.* 16. neque poterat
3 hoc casu maius ius competere filijs Sulpitiæ † in bonis Antoninæ, quàm competeret eorum matri, quia cum venirent repræsentando illius personam, non poterant admitti illa exclusa ad eiusdem succesionem, vt tenuit *Rota in eadem causa coram Card. Arigonio ex doctr. Bart. in leg. liberorum. ff de verb. signif.* vbi id tradit *num. 14. & in l. 2. §. vltim. in fin. ff. ad Tertull. Bald. in l. maximum vitium num. 4. C. de libe. pręterit. & ibi etiam Salyc. num. 5.* & probat textus *in l. si viua matre. C. de bon. matern. & in l. Pomponius. § cum quis. ff. de acquir. possess.*

Et verò exclusio Sulpitiæ legebatur in verbis ipsius statuti, quia in eo excluditur nominatim filia à successione
4 materna propter dotem, quam consequuta esset à patre, fratre, aut auo, vnde non opus erat hoc casu ingredi eam difficultatem, quæ communiter considerari solet à Doctoribus super interpretatione similium statutorum, an dum in ijs excluduntur fœminæ, quæ dotatæ sint, censeatur facta exclusio etiam ab hæreditate eorum, qui dotem non dederunt, ita vt filia, aut soror dici debeant priuatæ omnium hæreditate propter vnicam dotem, quam consequutæ sint in hęreditate patris, aut fratris, siue alterius in gradu ascendentium, aut lateralium: Hæc enim difficultas remouebatur ex verbis ipsius statuti, quia statuentes declararunt, à quarum personarum hæreditate fœmina excludi deberet, quod erat conforme declarationi traditæ ab eisdem Doctoribus, cum illi eatenus velint admitti posse
5 fœminam ad hæreditatem aliarum personarum, † quæ do-

dotem non dederunt, quatenus statutum vlterius nõ progrediatur, & exclusionem protrahi iubeat etiam ad earumdem personarum hæreditatem, vt constat ex dictis *Bald.* qui fuit author huius opinionis *in l.1.C.de legit. hæred.* quem ita interpretatus fuit *Castrens.cons.91.lib.2.*& eum etiam sequutus fuit *Dec. in l.vt liberis. num.8. C. de collat.& in cons.346.num.4. Albert.Brun. super statut. exclus.femin.art.8.num.64.*

Et hoc quidem præcipuè dici poterat in casu huius statuti respectu successionis maternæ, quia persona matris nunquam legebatur in illo nominata, nisi in ea parte, in qua agebatur de eius exclusione; & ita dici non poterat, quod causa, vt filia non deberet succedere in eiusdem hæreditate, fuisset dos, quam ab illa habuisset, cum opus
6 fuisset ad hunc effectum, † vt actum esset de persona matris etiam in ea parte statuti, in qua fiebat mentio personarum, à quibus tradi debebat dos eidem filiæ ita exclusę, vt considerauit *Brun.eod.art.8.& num.64.Thesaur. decis. 62. num. 6.*& in terminis huius statuti tenuit *Rota coram Card. Seraph decisio. 1291. & in Balneoregien. successionis 16. Maij 1594. coram Cardin. Pamphilio*, imò non solùm omissa fuit persona matris in prima parte statuti, in qua agebatur de hac qualitate dotationis; Verùm in secunda parte expresse constitutum fuit, vt non deberet filia admitti ad hæreditatem matris etiam in casu, quo ei fuisset tradita dos ab alijs personis, vt colligebatur ex verbis positis in fine illius capituli, quia mandabatur in illis hæc exclusio filiæ, tàm in bonis matris, quàm auiæ, etiam in casu, quo fuisset dotata ab vna ex
7 personis prædictis, quæ verba non poterant intelligi, † nisi de personis superius nominatis; in quibus mater non continebatur *arg.text.in leg. qui liberis. §. hæc verba, ff. de vulg.* & notant ibi Doctor, *Bart. num.7. Alex. numer. 11.* & voluit *Thesaurus in deducta decisio. 62.numer. 5. Corn. cons. 123. num. 2.* Neque contrarium decisum fuit in terminis eiusdem statuti *in Romana vineæ de Corbi-*
8 *nellis* † *sub die 15. Maij 1619. coram* Reuerendiss. *D. meo Decano*, quia licet in ea decisione firmatum fuisset, posse filiam succedere in hæreditate paterna, non obstante dote, quam consequuta fuerat ab auunculo, tamen aderat diuersa ratio in persona auunculi, cum non facta fuisset eius mentio in prima parte statuti, in qua agebatur de dotatione filiæ; Vndè non poterat dos ab eo tradita operari hunc effectum, vt eius neptis excluderetur ab hæreditate patris, sed tanquam casus omissus, rema-
9 nere debebat sub dispositione iuris † communis *arg. text. in leg.commodissime ff.de liber.& posthum.& in leg. si extraneus.ff.de condit.caus.dat.* & notant ibi *Bart. Bald. in l.quicunque num. 12. C. de seru.fugit.& in leg. quod verò. numer. 8. ff. de legib.* Contrarium tamen constitutum fuit tàm respectu dotis datæ à patre, quàm in ordine ad successionem maternam, quia non solùm ex dispositione eiusdem statuti poterat satis esse dos, quam pater dedisset filiæ, vt illa excluderetur ab hæreditate alterius personæ, sed vt excluderetur nominatim, & in specie ab hære-
10 ditate matris;† neque alio argumento vsa fuit eadem decisio, vt persona filiæ censeri deberet exclusa ab hæreditate patris propter dotem, quam consequuta fuerat ab auunculo, quàm quia expressum hoc fuisset in statuto, quando exclusio fœminæ dotatæ habere debebat locum etiam in hæreditate aliarum personarum, quæ dotem non dederunt.

Neque dici poterat, vt dispositio eius statuti procede-
11 ret † solùm in successione ab intestato, vt filijs Sulpitiæ nocere non deberent, quæ eodem statuto cauebantur, quò minus consequi possent supplementum huius legitimæ in hæreditate auiæ, cuius aderat testamentum, quamuis in eo non fuisset plenè prouisum iuri harum filiarum in consequutione legitimæ, vt dicebatur tenuisse Rot. in terminis eiusdem statuti *in vna Romana legitimæ 17. Iunij 1613. coram Card.Caualerio sequendo decisionem Putei 119.& 193. lib. 2.* Huic enim obiectioni visum fuit satisfieri posse considerando, quod statutum adhuc poterat habere locum in hoc casu, quoad præiudicium illarum, & nepotum, qui ex ijs descendebant, quia cum testatrix vtrosque exclusisset à sua hereditate, videbatur voluisse adhærere exclusioni statuti, vnde dispositio statu-
12 ti, eò magis poterat operari vim suam, † quo videbatur habere pro se etiam voluntatem testatoris, vt tenuit *Rota in eadem Romana supplementi legitimæ coram Card. Arigonio*, vbi Rota ad hunc effectum considerauit, quod non debet esse melioris conditionis filia, quæ velit contra
13 testamentum parentis succedere in eius hęreditate, quàm ea, quæ petat admitti ad eandem successionem ab intestato præter illius voluntatem, & eandem opinionem tenuit in terminis huius statuti *in Romana dotis 14. Maij 1608. coram Greg.XV. inter impress.decis.358.sub num.4.& in Romana census de Mutis 24. Maij 1629.coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Neque contrarium firmatum *fuit in decisione Cardin. Caualer. aut in decisione Putei*, quia pro declaratione huius conclusionis aliqui casus considerandi sunt: Pri-
14 mus est,† quando statutum excludens à successione intestati adducitur in præiudicium personarum exclusarum, nè consequi possint, quæ fuerunt illis relicta, aut legata in testamento, & hoc casu verum est nihil operari statutum, cum non adimat facultatem ascendentibus quominus vocare possint ad suam successionem personas exclusas, vt fuit sententia *Bart.in leg.vltim. C.de pact. num. 8.* & voluit ibi *Ias. num.20. Alex.cons.131.num. 2.libr. 1. Castr.cons.288. num.1. libr.2.* & respondit *Rota in Cesenaten.legati 20. Febr.1595.coram Gypsio,& in Recanaten.successionis 26.Iunij 1617.coram Buratto*; imò si pater, sine alius ex linea ascendentium instituerit filios sibi
15 hæredes sub generali nomine filiorum, quorum appellatione venire possunt tàm masculi, quàm fœminæ, non obesse filiabus ex hac ratione statutum, voluit singulariter *Bald. in leg.quicumque.num.13.C.de seru fugit.* & in terminis huius statuti tenuit *Rota in add. Romana dotis coram Gregor.*

16 Alius casus est, cum filia fuit exclusa in testamento patris, & nititur dispositione statuti, vt possit in illius hæreditate succedere, eò quia non fuerit perpetuo exclusa, sed ad tempus nimirum quousque extarent filij masculi, & neque hoc casu habebit locum dispositio statuti, quamuis hic casus sit contrarius primo, cum adhuc in eo vigeat eadem ratio seruandæ voluntatis parernæ, & hi sunt termi-
17 ni, in quibus factæ fuerunt *decis. Putei 119.& 193.lib.2.*& voluit *Bald.in l.1.num.5.C.de legitim.hæred.b.*

Tertius casus considerari potest, quando in testamen-
18 to ascendentis fuerunt † instituti extranei, & neque etiam
19 hoc casu poterit habere locum dispositio statuti, † & in his terminis procedit *decisio Cardin.Caualer.* & tradunt *Doctores communiter in leg. Gallus §.& quid si tantum. ff. de liber.& posth.* & tradit ibi *Soccin. numer. 11. Imol. num.54. Dec. in leg. filiæ dotem. numer. 5.C.de collation. Roman. in l.vt liberis. num 6. C.eodem tit.Castrens consil. 196.num.3.lib.1.& cons.324.num.1.eod. lib.* Et ratio ita decidendi in hoc casu est, quia cum statutum nitatur
20 in fauorem agnationis, † cessante illius ratione propter institutionem extraneorum, cessare debet etiam illius dispositio, vnde non poterit filia dici prohibita, quominus
21 intentare valeat possessionem bonorum contra tabulas † testamenti paterni, vt considerauit, *Soccin.in d.l.Gallus. Roman.in d.l.vt liberis arg.text.in d.l.2.§.sed si sint sui. ff. ad Sen cons.Tertull.& in l.1.§.qui habebat.ff. de bon. poss.contr.tab.& voluit vtrobique Bart.Rot. in Romana de Lante 11.Maij 1576. coram Aldrobandino in 1.part. diuers.decis.232.num.5.*

Quartus erit casus, qui est idem cum casu huius decisionis, quando statutum excludens fœminas ab intestato,
22 † adducitur ad confirmandam dispositionem factam in testamento patris, in quo filia fuit exclusa, & hoc casu contrarium omnes sentiunt, nimirum statutum habere locum etiam condito testamento, quamuis disponat super sola successione ab intestato, quam sententiam tenent *Doct. communiter in d.l.Gallus.§.& quid si tantum*, & tradit ibi *Soccin.numer. 10. Castrens. numer. 10. Ias.*

Iaſ.num.58. Bald.in l.maximum vitium. num.32. C. de liber.præterit.& in l.poſthumus. §.ſi quis ex his. num. 3.ff. de inoff.teſtam. Alex. in d. § & quid ſi tantum.num.16.& in l.filiæ do em.num.6.C. de collation. vbi reprobat *Angel.* qui tamen hanc opinionem tenuit in duobus locis,nempe in *d.l.Gallus.num.9.& in l. poſthumus. §. ſi quis ex ijs numer.3.ff.de inoff. teſtam.* & hanc opinionem pluribus tuetur *Albert. Brunus ſuper ſtatut.excluſ.fœmin.art.10.num.32.* & atteſtatur ibidem de communi *in verſ. quia ex prædictis.* Et hęc quidem procedunt quamuis extet aliud ſta
23 tutum,quod particulariter diſponat ſuper † ſucceſsione ex teſtamento,vt facit ſtatutum Vrbis, cum vnum videatur alteri famulari, pro ſtabilienda excluſione filiæ, vt ſingulariter reſpondit *Bart.in conſ.20. num. 2. lib. 1.* quia cum
24 ius contra † tabulandi ſit ab inteſtato,ideò edictum ſuper vno, obtinebit locum etiam ſuper alio, & probat textus *in l.prima, §. rectè autem.ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt,& inſtit.de bon.poſſeſs. in princip.* Ideò maior ratio
25 dicetur ſubeſſe in perſona excluſa ab inteſtato, † vt repellatur etiam à ſucceſsione contra tabulas, nè ſcilicet melioris conditionis ſit illa, quæ venit contra voluntatē de-
26 functi,quam ea,† quæ præter eius voluntatem, vt conſiderauit *Rota in adducta deciſ. Romana ſupplementi legitimæ coram Card. Arigonio,* & probat textus *in d.l poſthumus.§.ſi quis ex his.ff de inoff.teſtam. & in l. non eſt ambigendum.ff.de bon.poſſeſſ.* In caſu verò huius deciſionis poterat etiam conſiderari alia ratio,propter quam ille diſtinguebatur à caſu proximè ſuperiori,quia in teſtamēto Antoninę inſtitutæ fuerūt eædem perſonæ,quæ vocatę erant
27 ex diſpoſitione † ſtatuti, quæque alias ei ſucceſſuræ fuiſſent ab inteſtato; hoc enim caſu filia prætērita,ſiue cui relictum fuit minus ſua legitima in teſtamento, non potuit ſe opponere contra tabulas teſtamēti paterni,cum potuiſſet eius pater eodem modo inſtituere expreſſe venientes ab inteſtato, ſicut potuiſſet illis tacitè relinquere decedendo ſine teſtamento. Vnde non habet filia, de quo quæratur, quia quando reſcindi oporteret idem teſtamentum ſiue alia ratione tolleretur patris diſpoſitio, non tamen admitti poſſet ad illius hæreditatem, à qua excludebatur, ex diſpoſitione ſtatuti,& hęc fuit ratio *Bart. in l. vlt.ff. ad Senat.conſult.Tertull.* quem ſequutus fuit *Bald. in d. leg. Gallus.§. & quod ſi tantum,num.9.ff.de lib.& poſthum.& in d.l.maximum vitium.num.30. C. de liber. præterit.* & tradiderunt Doctor.ſuperius relati, *Imola ſuper eadem leg. Gallus num 54. Dec.in l.filiæ dotem.num.4.C.de collation. Caſtrenſ.conſ.324.num.1.et in conſ.276.numer.2. lib.1.* Et hanc diſtinctionem inter hos duos caſus,quandò in teſtamento patris, contra quod filia ſe opponit, inſtituti fuerūt agnati, ſeù extranei ſequutus fuit *Ang.in leg. Gallus. §. et quid ſi tantum.num.9. Alex.num.16.Rom.in leg.vt liberis. num.6.C.de collation.*qui vtramque opinionem conciliare conatur *Rot.coram Card. Seraph. in vna Tudertina bonorum,eſt deciſ.885. inter impreſſ.* & eandem diſtinctionem ſequuta fuit in terminis huius ſtatuti *in Romana de Mareſcottis 14.Decemb.1615.coram Card.Sacrato, in 2.par.recent.deciſio.770.* & in eadem cauſa *coram Reuerendiſs.Vrgellen.ſub die 15.Iunij anni 1632.*

Et ità &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Meleuitana Grauaminum.

Die Veneris 15.Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Tractatur, an frater ſeruientes armorum Religionis Hieroſolymitanæ, poſſint geſtare habitum,ſeu Crucem maiorem medietatis vnius Palmi,& Crucem auream, vel deauratam, & concluſio, quòad primam partem eſt affirmatiua, quòad ſecundam, eſt negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Precibus fruſtra aliquid à Principe impetratur,quod à Iure Communi habetur conceſſum.*
2 *Milites Hieroſolymitani,vſque ab initio naſcentis Religionis,omnes abſque vlla diſtinctione;vniformis Crucis,geſtatio fuit.& num.7.*
3 *Dictio (omnis) cum ſit vniuerſalis omnia compræhendit.*
4 *Teſtes deponentes de auditu, ſi ſimus in antiquis, benè probant.*
5 *Priuatio præſupponit habitum.*
6 *Ordinationes,ſeu renouationes, quæ non habuerunt effectum,non attenduntur.*

DECISIO CCCXVII.

FVIT IN Capitulo Generali habito anno 1631.facta per ſexdecim Capitulantes ordinatio, ac in ea prohibitum ne vllus ex fratribus,qui ſeruientes armorum appellantur habitum,ſeù Crucem Lineam Ordinis Hieroſolymitani maiorem medietatis vnius Palmi, & Crucem auream vel deauratam deferre, aut geſtare poſsit. Et cum dubitaretur de validitate d.ordinationis Placuit Dominis reſtringere diſputationem ad eum articulum,vt videretur quis fuerit anterior ſtatus, quo diſcuſſo fuit reſolutum nō probari, quod ante ordinationem prędictam, dd. Fratres ſeruientes geſtarent Crucem Auream; probari tamen geſtaſſe Crucem lineam ordinarię, & ęqualis menſurę, cum ea, quam deferre ſolent Milites, qui iuſtitię appellantur, de alijs verò dictum, vt particulariter videatur.

Fundamentum autem primæ partis reſolutionis fuit. Quia nulla viſa eſt Dominis pro parte Fratrum ſeruientiū afferri probatio,quod ipſi dictam Crucem auream geſtauerint ante dictam ordinationem; Id enim deduci non poteſt ex Regula fratris Raymundi Podij quia in ea ſolū dicitur,quod omnes deferant Crucem albam, & nè verbum quidem fit de Cruce aurea, nequè ex vſu cum teſtes per fratres ſeruientes inducti nihil ſuper hoc deponant, Immò ex parte Fratrū Militū in contrariū afferuntur aliquę licētię datę à Magno Magiſtro in diuerſis occaſionibus deferendi Crucem auream,vt patet ex Summario Militum in hac poſitione dato num.4. Quæ Licentiæ mini-
1 me fuiſſent impetratæ † ſi potuiſſet ab omnibus militibus indiſtinctè Crux aurea deferri; quia fruſtra petitur à Principe, quod de iure competit, *leg.prima, C.de Theſ. lib. 10. Ruin. conſil. 136.numer.5.vol.2. Surd. conſil.215.numer. 25.*

Quò verò ad ſecundam partem circa delationem Crucis Lineę,quod ſcilicet Fratres ſeruientes illam antiquitus deferre conſuerint eiuſdem magnitudinis ſicut Aequites Militiæ, Viſum fuit Dominis probari ex eo, quod vſque
2 ab initiò † naſcentis Religionis fuit inter omnes Milites vniformis dictæ Crucis geſtatio, vt patet. Tum ex ſtatuto dicti fratris Raymundi de Podio, de quo in Summario, num.3. *Ibi è conueniente tutti li fratelli dell'Oſpedale ſiano tenuti di portare vna veſte di colore negro con la Croce*
3 *bianca.* Illa enim dictio † omnis, vti vniuerſalis compræhendit omnes fratres *L.1.et ibi DD.ff. de leg. prim. Surd. conſ.572.num.3.Rot.coram ſanct.mem.Gregor.XV.deciſ. 315.num.11.et ſeqq.* & ſic etiam Seruientes, & nulla ibi fit diſtinctio magnitudinis Crucis; Tùm ex Teſtibus pro Seruientibus inductis, qui deponunt, nunquam fuiſſe ſeruatam aliquam diſtinctionem circa Crucis delationem inter eos,& fratres Milites,& id nō ſolum de viſu per ſexde-

cim

cim annos, & si de tempore recenti, sed etiam de auditu à maioribus per annos centum, & vltrà, & vsque à pri-
4 mordio Religionis, † qui testes licèt deponentes de auditu, cum simus in antiquis benè probant. *Alex. consil. 187. lib. 2. Corn. cons. 35. num. 20. lib. 1. Dec. cons. 638. numer. 8. Rot part. 4. diuers. decis. 143. num. 6.*

Quod etiam clarius probatur ex instantia facta Alexãdro IV. & licentia per eundem concessa Conuentui Hierosolymitano statuendi aliquam differentiam circa vestitum, & habitum inter Aequites, & fratres Seruientes;
5 Nam id † necessariò supponit, quod inter eos nulla prius aderat differentia *ad not. in l. Decem ff. de verb. oblig. Bald. in l. licet in 3. opposit. C. de locat. Surd. cons. 407 num. 11.*

Neque dici potest saltem à d. tempore Alexandri IV. citrà fuisse inductam diuersitatem delationis d. Crucis Lineæ inter Milites, & Seruientes, cum postmodum vsque ab anno 1569. fuerit in Capitulo Generali facta ordinatio super mensura huius Crucis, & renouata in alijs Capitulis quorum vltimum fuit de anno 1631. Quia ex depositione
6 dd. Testium patet, quod talis ordinatio, † & illius renouationes non habuerunt effectum, sed ijs non obstantibus semper fratres Seruientes Crucem lineam æqualis
7 magnitudinis cum Militibus gestarunt, prout omnibus † ab ineunte Religione fuerunt absque vlla distinctione concessum, An autem postea per dictas ordinationes induci potuerit prætensa diuersitas, erit particulariter videndum &c.

Et ità vtraque parte informante fuit resolutum &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Tusculana Saluiani.

Die Veneris 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Fideiussio de dote restituenda soluto, sine liberis matrimonio, non expirat marito superstitibus liberis defuncto, quamuis argumentum à cõtrario sensu deductum hoc suadere videatur ad interpretationẽ l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. Fideiussor dotis conueniri potest insolidum, nec habet beneficium diuisionis. Creditori posteriori conceditur immissio pro indiuiso in fundo hypotecato pro rata eius quod superest de illius valore.

SVMMARIVM.

1 *Pro validitate sententiæ ex stylo Rotæ requiruntur citatio ad ipsam sententiam, iurisdictio Iudicis, & mandatum vtriusque partis.*

2 *Saluiani interdicti extrema consistunt in probatione crediti actoris cum hypoteca, & probatione possessionis tàm eius, ex cuius obligatione agitur, quam eius, qui conuenitur.*

3 *Soluto matrimonio dicitur venisse conditio, sub qua præcessit obligatio de dote restituenda.*

4 *Possessio eius, ex cuius obligatione agitur in iudicio Saluiani, satis censetur probata, si testes dicant vidisse possidere.*

5 *Possessio tanquàm in facto consistens potest benè percipi à testibus.*

6 *Possessio rei conuenti satis probatur ex sola litis sustentatione cum adminiculis.*

7 *Obligationis conceptæ in casu, quo quis sine filijs decedit, deficere dicitur conditio, eo cum filijs mortuo.*

8 *Argumentum à contrario sensu ductum non procedit in destructionem dispositionis in sensu directo conceptæ ad fauorem alicuius, & quarè,*

9 *Item non procedit, quando sequeretur absonus intellectus, & legum correctio.*

10 *Dotes saluas, & incolumes seruari publica suadet vtilitas.*

11 *Pactum, quod viuente vxore, dos maneat apud virum à iure improbatur.*

12 *Pactum, vt dos soluto matrimonio cum liberis remaneat apud virum, non habet locum ea viuente, sed solùm illa defuncta.*

13 *Textus in l. inter socrum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. varias habet expositiones, remissiuè; Sed secundum magis communem probat in sensu contrario, quod dos soluto matrimonio acquiratur filijs vti hæredibus matris defunctæ, non quod censeatur acquisita marito. num. 14.*

15 *Exequutio pro summa à duobus debita fieri debet in bonis obligatorum pro virili; Quid in pluribus obligatis pro restitutione dotis, eod. & num. 22. Quid in marito, & eius patre. num. 23.*

16 *Obligatio facta in accessionem alterius obligationis est paris efficaciæ, cuius est principalis obligatio.*

17 *Fideiussor dotis conuenitur insolidum, & quare.*

18 *Obligationum diuisio solùm habet locum inter duos reos æquè principaliter obligatos, vel inter duos fideiussores ex epistola D. Adriani, num. 20.*

19 *Textus in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, in quibus terminis procedat.*

21 *Epistola Diui Adriani non tribuit ius diuidendi obligationem, sed exceptionem.*

Textus in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matr. intellectus.

22 *Maritus pro restitutione dotis semper conueniri potest insolidum, quamuis non illi, sed alteri soluta fuerit dos. Quid in dote soluta socero & genero simul. numer. 23. & 24.*

25 *Creditor anterior amoueri non potest à possessione rei hypotecatæ; quamuis valor rei possessæ superet quantitatem debitam. num. 28. sed declara, vt verum sit, si res sit indiuidua. num. 29.*

26 *Cessionarius creditorum anteriorum non solùm obtinere debet in iudicio retentionis, sed etiam in concursu cum posterioribus.*

27 *Hypoteca, quam habent posteriores, non censetur sublata respectu summæ, quæ deducto credito anteriorum, superest de valore rei hypotecatæ.*

30 *Creditori posteriori Rota solet concedere immissionem pro indiuiso in fundo hypotecato pro rata eius, quod superest de vero valore fundi hypotecati.*

DECISIO CCCXVIII.

CVM ex sententia A.C. concessa fuisset Domitillæ, & Ioanni eius viro immissio pro indiuiso in posses-

Vu sione

sione vnius domus in Ciuitate Tusculana, quæ hodie de-
tinetur per Bartholomæum, Dubitaui postquam deuolu-
ta fuit ad me causa appellationis, quæ nomine eiusdem
Bartholomæi interposita fuit, An esset ea sententia con-
firmanda. Et proposito hodie dubio Domini responde-
runt pro illius confirmatione, cum visa fuisset probari tam
validitas, quàm iustitia eiusdem sententiæ.

Et primò visa fuit ostendi illius validitas ex inspectione
actorum, in quibus apparebant seruata fuisse ea omnia,
1 quæ dicuntur solemnia iudicij, & requiri solent ex stylo †
huius Tribunalis ad validitatem sententiæ, nempè citatio
ad ipsam sententiam, iurisdictio Iudicis, & mandatum v-
triusque partis, iuxta *decis. Verall. 260. par. 2.* Secundò vi-
sa fuit probari iustitia eiusdem sententiæ: Cum verò illa
consistere deberet in probatione eorum, quæ sunt extre-
ma huius iudicij, & interdicti Saluiani, quod fuit intenta-
2 tum nomine † Domitillæ nimirum in probatione crediti
cum hypoteca ad illius fauorem, & in probatione tam
antiquæ possessionis auctoris Bartholomæi, ex cuius obli
gatione actum fuit, quàm ipsius Bartholomæi, contra
quem propositum fuit interdictum, iuxta notata per *Bart.
in l. 1. nu. 3. ff. de Saluiano, & per Angel. Aretin. in §. item
seruiana. num. 15. instit. de action.* Actum fuit primò de
credito, & hypoteca, quæ visa fuerunt probari fauore Do-
mitillæ, quia Franciscus, cuius successor est Bartholomæus
in hac domo, post receptam dotem à Ioanne patruo Do-
mitillæ se publico instrumento obligauit pro illius restitu-
tione simul cum Antonio eius marito, & suo nepote ex fi-
lia, constituta ad hunc effectum hypoteca super omnibus
suis bonis, & ita, cum factus fuisset locus restitutioni dotis
3 propter mortem Antonij, † dicebatur euenisse conditio,
sub qua Franciscus se, & sua bona obligauerat, vt notatur
*in l. si quidem, & in l. dotis actione. C. sol. matrim. & in leg.
vnica. §. illo. C. de rei vxor. action.* & notat *ibi gloss. & in l.
in rebus. C. de iur. dot.*

Probata preterea fuit possessio Francisci super hac do-
mo, & de ea deponebant Testes examinati ad instantiam
Domitillæ, qui deponebant de pluribus actibus possesso-
4 rijs ab eo gestis in hac domo, quamuis ad hunc † effectum
satis esse potuisset, quod illi assererent se vidisse eundem
Franciscum possidere, dùm ea possessio tanquam in facto
5 consistens benè poterat percipi † ab eis testibus, secúdum
gloss. in l. stipulatio ista. §. hac quoque. ff. de verb. oblig. quam
sequuntur ibi *Doctores Bart. in l. 2. numer. 2. C. de acquir.
poss. & in tractat. de testib. num. 10.* Tertiò demum pro-
batur possessio Bartholomæi, cum ad hunc effectum po-
6 tuisset satis esse † sola litis sustentatio, cum adminiculis, vt
in *decis. Verall. 370. par. 2. & coram Cas. de Grass. decis.
4. num. 2. de restit. spoliat.*

Neque hæc omnia super quibus consistebant, tam fun-
damentum Domitillæ agentis hoc remedio possessorio,
quàm etiam iustitia sententiæ, visa fuerunt tolli propter
exceptiones, ex quibus Bartholomæus dicebat non con-
stare de aliquo credito Domitillæ. Et primò non visa fuit
obstare exceptio, quam ille primo loco proponebat, vt
7 obligatio Francisci de restituenda dote esset † concepta in
casu, quo Antonius primus maritus Domitillæ decessisset
sine filijs, vt sequuta illius morte cum filijs, videretur defe-
cisse conditio, sub qua, ea obligatio concepta fuerat, *ar-
gum. text. in l. qui testamento, ff. de testament. & in l. 1. ff. de
off. eius,* & probat textus in his terminis *in l. inter socrum.
§. cum inter. ff. de pact. dotal.* Hæc enim dicebantur proce-
dere ex vi argumenti à contrario sensu, quod non visum
fuit posse locum habere in hoc casu, cum ex ea conditio-
ne, quando illa ita intelligenda esset, acquiri deberet dos
Francisco in præiudicium Domitillæ; Vnde succedere
videbantur duæ regulæ, ex quibus non poterat procedere
hoc argumentum; Prima quod cum obligatio Francisci
in casu, in quo concepta erat, nimirum, vt ille dotem resti-
8 tuere teneretur defuncto Antonio sine filijs † esset inducta
fauore Domitillæ; non poterat operari contrarium effe-
ctum in casu, quo Antonius decessisset cum filijs, quamuis
posterior hic casus videretur contrarius primo, vt probat
textus *in l. legata inutiliter. ff. de adim. legat.* & tradit *Bald.
in l. 1. num. 3. C. de inutil. stipulat. & in d. §. cum inter. ff. de
pact. dotal.* Altera quod vis eius argumenti semper cense-
tur exclusa, quotiescunque ex eo sequi potest absonus in-
9 tellectus, † aut correctio legum, vt notant *Doctor. in l. 1.
C. de condit. insert. & in l. reprahendenda. C. de institut. &
substit. Dec. in l. 1. num. 53. ff. de off. eius, & ibi etiam Bart.
num. 7.* Vtrumque verò sequebatur si dos remanere debe-
ret apud Franciscum viuente Domitilla, cum id esset non
solum contra publicam vtilitatem, quę suadebat eam do-
10 tem saluam, † & incolumen esse debere, vt probat textus
in l. 1. ff. solut. matr. & in l. 2. ff. de iur. dot. sed etiam contra
11 dispositionem Iuris, ex quo reprobatur id pactum, † vt
dos remanere debeat apud virum viuente vxore, vt ex-
presse *in l. 2. ff. de pact. dotal. & in l. 1. ff. de dot. præleg.* adeò
vt si conuentum sit, vt dos apud virum remanere debeat
12 soluto † matrimonio cum liberis, non possit id pactum
habere locum viuente vxore, sed solum ea defuncta, vt no
tauit *gloss. super eodem textu in d. l. 2. Bald. in prima lectura,
Alex. in l. si socer. § Lucius Titius ff. sol. matr. sub num. 6. &
ibi etiam Imol. num. 9.* Neque contrarium probare vide-
13 batur textus *in d. §. cum inter,* † Quia præter varias expo-
sitiones, quæ ad eum afferri solent, quæ referuntur per *A-
lexan. in l. si cum dotem. ff. solut. matrim. sub num. 15.* Illa
14 videtur esse magis communis interpretatio, † vt in casu
contrario eius textus, quo extent filij, non censeatur dos
acquisita marito, sicut opus esset ad effectum, vt conclu-
deret argumentum à contrario sensu, sed ipsis filijs tan-
quam hæredibus matris defunctæ. Et hæc fuit opinio *Ia-
cobi de Beluis.* quem sequuti fuerunt *Bart. in l. si cum dotē
num. 10. ff. solut. matrim. & in cons. 130 lib. 1. Alex. super
eadem l. num. 15 & in l. post dotem, num. 24 ff. eodem tit.
Bald. in l. quoniam nouella. num. 7. C. de in off. testam. Curt.
Iun. in l. 1. ff. de off. eius. num. 59. Castr. consil. 108. num.
2. lib. 2. Ruin. consil. 132. num. 11. lib. 2. Gabr. cons. 58. num.
20. lib. 1.*

Secunda exceptio erat, vt non posset peti exequutio su-
15 per hac domo, quę hodie detinetur à Bartholomęo, †
quia licet illa possessa fuisset à Francisco tempore suę obli-
gationis, tamen aderat etiam obligatio Antonij super re-
stitutione dotis Domitillę, super cuius bonis debuisset fie-
ri exequutio saltem pro parte dimidia totius quantitatis
eiusdem dotis, ex notatis *in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de
duob. reis, & in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. solut.
matr.* vbi notant Doctores in his terminis occasione re-
stitutionis dotis. *Angel. ibi numer. 4. Bald. num. 6. Imol.
num. 83. Alex. num. 2. & in additione ad Bart. in leg. in
duob. §. vbi duo rei. ff. de duobus res sub numer. 15. in litte-
ra D.*

Sed hęc exceptio tollebatur ex qualitate obligationis
16 Francisci, cum illa tanquam facta in accessione † obliga-
tionis Antonij, ad quem ea dos spectare debebat, esset pa-
tis efficacię, sicut erat obligatio Antonij principalis debi-
toris, & ita potuit ille conueniri in solidum pro restitutio-
17 ne eius dotis † eodem modo, quo pro ea agi potuisset cō-
tra Antonium, vt probat text. *in l. 4. cum l. seq. ff. de fide-
iuss. & in §. si plures. Instit. eod. tit.* notant *Doctor. in leg. si
seruum. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. & in leg. si duo
rei, ff. de solut. Bart. in l. 1 ff. de reb. credit. num. 34.* Ea verò
18 diuisio obligationum † solum poterat habere locum inter
19 duos reos æquè principaliter † obligatos, qui proprie sunt
20 termini textus *in d. §. cum in tabulis,* vel etiam inter † duos
21 fideiussores ex epistola Diui Adriani, quę tamen † non
censetur tribuere illis aliquod Ius, sed solum exceptionem
*vt in l. inter fideiussores ff. de fideiussor. & notat. ibi gloss. &
in l. vlt. C. de constit. pecun.* Neque dici poterat contrarium
statutum esse *in d. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. so-
lut. matr.* Quia dispositio eius textus potius adduci pote-
22 rat pro † fundamento decisionis, cum in pluribus obliga-
tis pro dote solum concedatur actio contra Maritum e-
tiam, quod ille dotem non recipisset, sed alteri soluta fuerit
de eius voluntate, vt super eodem textu notauit *gloss. An-
gel. num. 2. Alex. num. 3.* Et licet in dote soluta socero, &
23 genero simul, uelint Doctores, qui super eo textu † scrip-
serunt, diuidi posse obligationem, ita ut quilibet eorum
tenea-

teneatur pro uirili, tamen hoc procedit in persona Patris propter Ius, quod ille habet in dote sui filij, cuius causa præsumptione Iuris censetur ad vtramque peruenisse pecunia soluta, quod non potest dici respectu alterius personę
24 extraneæ, † quæ se pro dote obligauerit, cum semper Maritus reputari debeat pro principali, ad quem verè ea dos spectat, vt tradit *glos. in leg. reos. ff. de duob. reis. & notauit. Bart. & Angel. ibi num. 1. Baldus in l. creditor. num. 4. C. eodem tit.* & ita declarauit dispositionem eius textus *Bart. in l. si constante. num. 34. ff. solut. matr. Herig. de fideiussor. cap. 6. num. 151. & num. 196. Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsump. 14.*

Tertia exceptio consistebat super iniustitia sententiæ, eò quia non fuisset in illa habita ratio crediti, quod Bartholomæus habebat longè anterioris, quàm esset hypothe-
25 ca Domitillæ, cum propter idem creditum non potuisset ille amoueri à sua possessione, vt probat *text. in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. & in l. qui æquitate. ff. de dol. mal. & met. except. & trad. Neguſ. de pign. par. 5. membr. 1. num. 3. Rot. coram Mantic. decis. 69. num. 1.* quæ sæpiùs id decisum fuisse testatur, & *coram Card. Seraph. decis. 337. nu-*
26 *mer. 2.* Et hæc exceptio eo magis † obstare poterat, cum ipse Bartholomæus non solùm esset possessor, sed etiam obtinuisset cessionem à Creditoribus Francisci anterioribus, quibus de suo ære soluerat, quia propter eam solutionem videbatur successisse in locum eorumdem Creditorum, atque ita poterat vti non solùm beneficio retentionis, sed agere occasione eius crediti, & obtinere in concursu posterioris Creditoris, vt probat textus *in l. prima, & in l. si potiores. C. de his qui in priorum creditorum locum succed.* & notant ibi *Doctor. & in l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. poss.* & dixit *Rot. in Romana, seu Sabinen. census 12. Iunij 1623. coram Card. Caual. inter impress. decis. 652. num. 2.*

Verùm hæc exceptio visa fuit tolli ex facto, quia licèt creditum Bartholomæi esset occasione solutionis, quam ille fecit Societati Sanctissimi Sacramenti in Ciuitate Tusculana, quæ erat creditrix Francisci anterior, quàm esset Domitilla; Tamen pecunia, quam ille soluit Societati non
27 excedebat summam scutorum centum, † vnde pro reliqua summa, quę supererat ex valore eiusdem domus, non fuit sublata hypotheca aliorum creditorum, vt probat textus *in l. quærebatur. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. eum qui à debitore. ff. eod. tit.* & notat ibi *Bart. post glos. & in l. prima C. si antiquior. creditor.* & rectè etiam concessa fuit in ea parte immissio Domitillæ, quæ solum censetur illi assigna-
28 ta fuisse in sententia ex ea immissione † pro indiuiso. Neque poterat eidem Bartholomæo hoc casu suffragari possessio, quam habebat, quasi illius occasione potuisset totam domum retinere, quamuis eius valor longè superaret quantitatem, pro qua obtinuit cessionem à societate creditrice Francisci, *iuxta notata in l. quandiu. C. de distract. pignor. & in l. moschis. ff. de iur. fisc.* nam id procedere pos-
29 set si materia † non esset diuidua, vt colligitur *ex eadem glos. in d. l. quamdiu*, & declarauit *Rota in Romana legatorum de Colomna 27. Iunij 1614. coram Cardin. Sacrato inter recent. decis. 559. par. 1. & decis. 294. num. 14. ead. part. 1. recent. & coram Cardin. Caualer. decis. 652. num. 5.* vbi in eadem decisione attestatur hanc declarationem sæpius in Rota receptam fuisse: Et hanc praxim seruare
30 solet Rota † quotiescumque constat de iure possessoris in genere, si respectu certæ quotæ, vt contigit in petente rem communem, vel in fideicommissario petente restitutionem hæreditatis aduersus hæredem grauatum, cui competat detractio legitimæ, aut alia, quæ sint eodem modo certa ratione quotæ, vt decisum fuit *in Interamnen. de Paradisis 1. Iulij 1602. coram Cardin. Pamphilio, & in Cesenaten. fideicommissi de Alainis 24. Ianuarij 1611. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in alia Tusculana fideicommissi 4. Ianuarij 1608. coram eodem.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Valentina Iuris sedendi.

Die Mercurij 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Obseruantiæ interpretatiuæ, quando sit locus, & quando non. Et quibus casibus remissoriæ petitio soleat reijci.

SVMMARIVM.

1 *Dictio (adinstar) quando stet causatiue non autem relatiue, aut conditionaliter.*

2 *Obseruantia interpretatiua solùm habet locum quando verba sunt dubia. & num. 3.*

4 *Obseruantia interpretatiua non potest induci contra verba clara Legum, & num. 14.*

5 *Obseruantia interpretatiua dicitur illa, per quam contenta in aliqua Constitutione, effectuantur.*

Obseruantia interpretatiua non dicitur illa, per quam aliud diuersum, aut contrarium à Constitutione induceretur.

6 *Decretum irritans, & clausula, sublata, inficiũt quamuis possessionem in contrarium.*

7 *Decretum irritans, & clausula sublata, non admittunt facultatem interpretandi constitutionem, secùs quàm in verbis expresse habetur.*

8 *Remissoria non est danda ad probandum interpretationem contrariam, ab ea, quæ alicui Constitutioni data fuit à Rota.*

9 *Verba Constitutionum, quando sunt clara, non est curandum de alia obseruantia.*

10 *Constitutiones Pontificiæ in Curia, & non alibi sunt interpretandæ.*

11 *Remissoria denegatur, quando materia articulata est imaginata, vt fiant articuli releuantes. & num. 13.*

12 *Remissoriæ petitio reijcitur, quando articuli tendunt ad euitanda fundamenta Decisionum in causa factarum. & num. 19. & 21.*

15 *Obseruantia aduersus Constitutiones habentes clausulam sublata, & decretum irritans, vt inducatur requiritur spatium 40. annorum.*

16 *Remissoria non conceditur stante improbabilitate.*

17 *Constitutionum verba, quando sunt clara, obseruantia contra ea, vt valeat requiritur tempus 40. annorum, cum sit correctio, non autem interpretatio.*

18 *Remissoria denegatur ad probandum id per testes, quod contrarium constat ex scripturis.*

20 *Priuilegium concessum alicui personarum cætui, non amittitur, si aliquæ personæ particulares contrarium faciant.*

DECISIO CCCXIX.

CVM fel. rec. Sixtus V. in bulla erectionis Præpositurarum in Ecclesia Valentina concedat nouis Præpositis habitum, & insignia per olim Præpositos mensium deferri solita, adinstar illorum stallum in Choro, necnon locum in processionibus, cęterisque actibus publicis, & priuatis omnibus, & quibuscunque (non tamen capitula-

 ribus)

ribus) dictæ Ecclesiæ Valentinæ, immediate post illius Canonicos iuxta ordinem ad id eis præscribendum, & priuilegia, indulta, honores, præheminentias, & immunitates, quibus Præpositi mensium huiusmodi, qui pro tempore fuerunt ratione Præposituraram suppressarum frui, & potiri poterant, frui, & potiri pariformiter, & absque vlla prorsus differentia possint. Datis articulis per Capitulum ad probandum modum sedendi obseruatum à Præpositis, & Canonicis, qui extiterunt, tam ante, quàm post bullam Sixti V. & Canonicos habuisse semper proprias sedes nunquam à Præpositis occupatas petebatur remissoria; sed cùm in decisionibus R.P.D. mei Merlini 16. Decembris 1633.* & 12. Iunij 1634.* in hac causa in prima instantia factis optimè firmatur, quod tàm vigore constitutionum Ecclesiæ, quam dictæ bullæ erectionis Præposituraram, Præpositi debeant sedere immediatè post Canonicos, itaut dictio, *post*, non debeat referri ad sedes, sed ad ipsos Canonicos: Domini examinatis articulis, tàm ex capite irreleuantiæ, quàm calumniæ, denegarunt remissoriam.

Irreleuantia deducitur ex eo, quod in litteris Sixti adsunt verba clara importantia sessionem immediatam Pręcpositorum, non post sedes vacuas Canonicorum, sed post Canonicos absque interuallo sedis vacuæ, cùm directa sint in personas Canonicorum, cum dictionibus, *immediatè, & post*, quæ continuationem important, vt vnum, & idem fit corpus continuatiue, atque huic intellectui cōformis est constitutio capitularis, quæ postquam Dignitatibus assignauit certas sedes distinctas, Canonicis & Pręcpositis continuam sessionem assignat: signum euidens ex hoc discreto, & separato modo loquendi non fuisse mentem constituentium, vt Canonici, & deinde Præpositi in sedibus separatis sederent, sed potius continuatiue tamquam vnum corpus; vt benè fuit firmatum in supradicta prima decisione Domini mei Merlini. Et licet hæc constitutio loquatur de antiquis Præpositis, tamen cùm moderni sint subrogati in omnibus, & per omnia, exceptis actibus capitularibus, vigore bullæ Sixti V. in eadem dispositione comprætenduntur, quia verba illa *adinstar antiquorum Præpositorum*, stant causatiue, † non autem rela-
1 tiue, aut conditionaliter *Castr. in l. admonendi. num. 16. & Ias. num. 37. ff. de iur. iur. Curt. Iun. consil. 97. num. 3. & 4. Bart. in extrauag ad reprimen. in verb. prout, & ad hoc facit text. in cap. Abb. S. Syluani, de verb. signif.*

2 Quibus sic stantibus non solùm cessat releuantia † obseruantiæ interpretatiuę, quę solummodò locum habet vbi verba sunt dubia, *Paul. de Castr. in l. hæredes palam. §. si quid post num. 1. ff. de testam. & cons. 340. num. 1. lib. 1. Becc. cons. 3. num. 44. & seqq.* quia immediata sessio Præpositorum absque intermissione sedis vacuæ post Canonicos non desumitur ex interpretatione litterarum erectionis, sed ex claro earundem tenore, siquidem verba illa *immediatè, post Canonicos*, directa sunt, nulla desumpta interpretatione ex proximis, vel remotis, ad personas ipsorum Canonicorum non autem ad sedes; quia litteræ erectionis non dicunt post sedes Canonicorum, sed post
3 Canonicos; & ità cum loquantur, & harum verba sint † directa in personas, litterę erectionis sunt intelligendæ, quod Sixtus V. voluerit Pręcpositos habere loca post Canonicos, & eorum personas, non autem post sedes, aliàs eius verba direxisset in loca, & sedes non autem in personas, *Bart. in l. peto §. fratre num. 2. vers. dic. ergo ff. de leg. 2.*
4 *cum alijs adductis.* Quapropter non est † locus obseruantię interpretatiuę in contrarium, *Iuxta tradita per Bart. in l. neque num. 2. & in l. Diuturna in princ. ff. de leg. Nauar. cons. 308. num. 1. Rota in recentioribus decis. 36. num. 9. & 196. numer. 9. vers. vnde non potest par. 1. & in Burgen. præheminentiarum 1. Decembris 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Obseruantia enim interpretatiua
5 † diceretur illa, per quam contenta in dictis litteris effectuarentur; non verò illa, per quam aliud diuersum, aut contrarium induceretur, *ad notat. per Aret. cons. 115. num. 2. Rota in recent. d. decis. 136. num. 10. & decis. 196. num. 6.*
6 *& 7. vers. obseruantia enim part. 1.* sed etiam † propter decretum irritans, & clausulam sublata inficitur quęuis possessio in contrarium *Cassad. ad. decis. 1. de caus. poss. & propriet. Rot. in nou. decis. 3. de restitut. spol. numer. 1. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 51. num. 2. & in recent. decis. 142. num. 4. part. 2. & in hac causa in dicta secunda*
7 *decis. D. mei Merlin.* Et non admittitur † facultas interpretandi constitutionem, secùs quàm in verbis expresse habeatur *Card. in Clement. quia diligentia. vers. 3. quaro. de elect. Ruin. cons. 21. num. 16. lib. 1. Anchar. cons. 221. numer. 2. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 37. in princ.* Et ideò non est danda remissoria ad probandam interpretatio-
8 nem contrariam ab ea, † quę dictæ constitutioni data fuit per Dominos meos in supradictis duabus decisionibus, *vt in puncto fuit resolutum in Meliten. Baiuliuatus 27. Nouembris 1617. coram D. meo Dunozetto, & in recen. decis. 212. num. 1. par. 1.*

Irreleuantia primi articuli continentis, quod Præpositi antiqui sedebant in stallis separatis, & quod duodecim sedes ab vtraque parte Chori fuerunt reputatę Canonicorum deducitur. Primo ex constitutionibus capitularibus, in quibus Pręcpositis antiquis conceditur sessio immediatè post Canonicos. Secundò ex verbis litterarum Sixti V. in quibus Pręcpositis modernis est data sessio immediate post Canonicos.

Secundus articulus, circà obseruantiam constitutionum capitularium quoad sedes, & non quoad Canonicos, & quod Pręcpositi sederunt post duodecimam sedem, est ir-
9 releuans: quia attentis verbis † claris constitutionum obseruantia non attenditur vbi verba constitutionis sunt clara ex supradeductis, & magis est standum verbis constitu-
10 tionum, quàm testibus, & dum agitur † de interpretatione constitutionis Pontificię, in Curia non alibi, est interpretanda, & eadem responsione probatur irreleuantia tertij, & quarti, articuli, maximè, quia in litteris erectionis extant clausula, sublata, & decretum irritans, de quibus fuit dictum suprà. Quintus, & vltimus tamquam contrarius constitutionibus Capitularibus, & litteris erectionis Sixti V. non solum est irreleuans, sed calumniosus ex infra dicendis.

Suspicio verò calumnię ad remissoriam denegandam
11 deducitur ex eo, quod immemorabilis † articulata in quinto articulo videtur potiùs imaginata, vt fiant articuli releuantes, quam quod verè ita res se habeat, *vt fuit resolutum in causa Hispalen. de Eceza 16. Nouembris 1579. coram sanct. mem. Clemente VIII. sanct. mem. Greg. XV. decis. 211. numer. 5.* Quod autem immemorabilis fuerit articulata, vt articuli appareant releuantes satis apparet; quia ad nullum alium effectum, articulatur dicta imme-
12 morabilis † nisi ad euitanda fundamenta dictarum decisionum R. P. D. mei Merlini, in quibus latissimè fuit firmatum, litteras erectionis Sixti V. Pręcpositurarum, de quibus agitur esse claras, & expresse disponere, quod Pręcpositi immediate sedeant post Canonicos, vt latè in dictis decisionibus firmatur, & propterea dicta immemorabilis
13 videtur imaginata, † quo casu Rota sæpè denegauit remissoriam, *vt in decisionibus allegatis in Cracouien. iurislegendi 3. Decembris 1629. coram me, & in Cæsaraugustana Cathedralitatis 21. Iunij 1632. coram R.P.D. meo Motmanno*, quę calumnia tanto magis vrget ex quo Capitulum curauit examinare testes super hac eadem materia articulata, quos nihil probare resoluit Rota in pręallegata secunda decisione 12. Iunij pręteriti coram R. P. D. meo Merlino, in qua etiam fuit firmatum, quod quatenus ex testium depositione probaretur pretensa obseruantia, non
14 fuisset attendendum eorum dictum, quia † stante dispositione clara litterarum Sixti V. non est opus alia obseruantia interpretatiua.

15 Et cum aduersus dictas constitutiones † obseruantia nequeat aliàs suffragari, nisi prescripta spatio 40. annorum *ex not. per Bart. in l. habeo. ff. de supell. leg. Socin. sen. consil. 21. num. 19. lib. 2. Put. decis. 15. num. 4. lib. 3.* nec testes su-
16 per ea legitime deponentes possint † inueniri, est improbabilis, & talis improbabilitas obstat concessioni remissorię *vt censuit Rota apud Cardin. Seraph. decisio. 1460. num.*

numer.2. in Caputaquen. Vnionis 20. Maij 1594. coram Penia, in Burgen. iurisdictionis 3. Iunij 1595. coram Litta, & in Florentina subdecanatus 30. Aprilis coram Reuerendiss. *D. Vrgellen.* & quod sit improbabilis, tàm respectu constitutionis, & litterarum erectionis, quàm respectu testium satis probatur, nam respectu constitutionum Capitularium, quæ fuerunt editæ de anno 1576. obseruantia contraria detegitur improbabilis, quia respectu editionis dictarum constitutionum de anno 1576. vsque ad datam litterarum erectionis de anno 1585. intercesserunt tantum 9. anni, vt patet ex data constitutionum capitularium, & litterarum erectionis, quod tempus non sufficit ad inducendam aliquam obseruantiam præscriptam, quæ requiritur, cum verba constitutionum sint clara, & in isto
17 casu prætendatur correctio, † non autem interpretatio *Cast. cons. 340. vol. 1. Becc. cons. 3. num. 44. Surd. cons. 426. num. 45.* sed tempus 40. annorum requiritur ex supra deductis. Est pariter improbabilis respectu litterarum erectionis, ex quo à tempore datæ litterarum erectionis de anno 1585. vsque ad tempus motæ litis de anno 1597. non intercessit nisi spatium 12. annorum. Est etiam improbabilis respectu testium, quia sublato tempore litis annorum 37. & tempore quo sunt editæ constitutiones capitulares, & litteræ erectionis emanatæ, testes deberent esse ætatis annorum 100. & vltra, qui non reperiuntur, sed dicta obseruantia fuit sublata ex litteris erectionis, in quibus Præpositis fuit concessa sessio immediate post Canonicos.

Quoad quintum articulum, in quo Informantes pro parte Capituli vim faciunt, cum in eo prætendat probare, quod ab immemorabili tempore fuit semper obseruatum vt Canonici, seù ordo canonicalis habeat in Choro certas, & distinctas sedes sibi soli destinatas, & separatas à Dignitatibus, & nulli alteri vnquàm communicatas, siue sit Præpositus, siue Præbendatus eiusdem Ecclesiæ, & quod si quando aliqui ausi sint eas occupare fuerint à Canonicis repulsi, atque prohibiti, & huiusmodi prohibitioni acquieuerint, nec hunc articulum esse admittendum Domini censuerunt, quia cum iam Rota firmauerit solas Dignitates habere proprias sedes distinctas, non autem Canonicos, sed ipsis, & Præpositis destinatam fuisse successiuam, & continuam sessionem, non autem discretam, & separatam, vt in prima dicta decisione D. mei Merlini fuit ponderatum, iste articulus tamquam contrarius constitutionibus, & litteris erectionis redditur irreleuans, & cum constet de assignatione stalli facta per constitutiones capitulares, & quidem in terminis casus, de quo agitur, contra distinguendo sedes fixas Dignitatum ab alijs sedibus,
18 non fixis nullo pacto venit concedenda † remissoria ad probandum per testes id cuius contrarium apparet ex cōstitutionibus, *Bald. in cap. cum causa. numer. 3. de probat. Aym. cons. 54. num. 1. Aegid. decis. 9. Put. decis. 331. & 339. lib. 2. Seraph. decis. 1460. num. 3.* Vnde iste quintus articulus præsumitur calumniosus tamquam factus ad euaden-
19 dum fundamentum factum † in dicta decisione D. mei Merlini. Et dato etiam quod aliquis ex Præpositis sedisset post sedes Canonicales, non autem immediatè post Canonicos, non tamen potuisset alijs Præpositis præiudicare cum priuilegium non sit concessum particularibus, sed
20 ipsis Præpositis, & toti † cætui Præpositorum: Vnde hodie contra quamcumque obseruantiam possunt vti eorum priuilegio erectionis, super quo non dubitatur ex pluribus cumulatis in dicta secunda decisione.

Quocirca cum ponderatis omnibus articulis manifestè appareat de eorum irreleuantia, quia si probaretur, quod articulatur non veniret attendendum ex supradictis, &
21 non careant suspicione calumniæ, † ex quo solùm tendunt ad euadenda fundamenta dictarum decisionum R. P. D. mei Merlini, Domini denegarunt remissoriam.

Et ità fuit decisum vtraque parte informante, &c.

* Prima est decisio 252. supra in hac eadem parte.
* Et secunda est decisio 288. pariter in hac parte.

SEQVVNTVR NONNVLLÆ DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ NON DVM IMPRESSÆ

Quæ in suprà relatis Decisionibus allegantur in eisdem causis, factæ.

R. P. D. REMBOLDO.
Signina Castrorum.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Repudiatio iuris conditionalis, licèt non teneat, tamen quando hoc non procedat. Repudiatio, vel renunciatio legati, vel fideicommissi nondum purificati, vt censeatur vera, & perfecta donatio ad hoc, vt subiaceat Statutis de insinuandis donationibus, & dispositioni text. in l. si vmquàm. C. de reuocand. donat. quid requiratur, & quando talia requisita non dicantur interuenire.

SVMMARIVM.

1 *Ius conditionale, vel in diem renunciari non potest.*

2 *Repudiatio iuris conditionalis, vel in diem, valet, si sit facta cum iuramento.*
3 *Repudiatio iuris quærendi valet, si sit facta parte præsente, quia tunc habet vim pacti.*
Iuri de futuro renunciari potest in vim pacti. num. 3.
4 *Renunciatio innititur voluntati renunciantis tantùm, sed pactum innititur consensui duorum.*
5 *Obligare, quis se potest, super iure de futuro, quia obligatio est de præsenti.*
6 *Repudiatio, si transeat in donationem subiacet statutis de donationibus insinuandis.*
7 *Repudiatio si transeat in donationem, in ea intrat dispositio l. si vnquàm. C. de reuocand. donat.*
8 *Renunciatio si fiat ante acquisitam hæreditatem, hoc casu repudiatio, & obuiat principio acquisitionis, & tunc non est donatio saltem, vt egeat insinuatione.*
9 *Maritus institutus, si repudiauerit hæreditatem animo donandi vxori, quæ sibi fortè erat substituta. repudiatio tenet, non obstante, quod donatio inter virum, & vxorem sit prohibita. & quare num. 10.*
11 *Renunciatio, si tollat ius confirmatum, & perfectè quæsitum, si sit gratuita, est species donationis.*
12 *Repudiatio, si non fuit gratuita, nec subiacet statuto de insinuat &c. nec dispositioni leg. si vnquam. C. de reuocand. donat. declara num. 13.*
13 *L. si sponsus. ff. de donat. inter vir. & vxor. loquitur de renunciatione hæreditatis iam delatæ.*
14 *Renunciatio, vt cognoscatur an sit donatio, quid sit inspiciendum.*
16 *Renunciatio, si sit facta de iure quærendo, cum talis renunciatio non sit donatio, non est opus insinuatione.*
17 *Iuris quærendi non habetur tanto ratio, quanta iuris quæsiti.*
18 *Ius quærendum in nulla consideratione est, amplia. numer. 19.*
20 *Fideicommissarius, licèt iunior potest prædecedere hæredem grauatum, licèt seniorem.*
21 *Renunciatio, quando est facta de re, nulla certa spe radicata, non indiget insinuatione, nec subiacet dispositioni. l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
22 *Insinuatio non requiritur, quando quis renunciat hæreditati, seu legato, quod sperat virtute fideicommissi.*
23 *Substitutio, quæ nondum competit, extra bona nostra est.*
24 *Ius, seu spes, quæ renunciantur, si recipiat æstimationem, & valeat plusquam aureis 500. opus est insinuatione. & num. 30. & 31.*
25 *Succedendi spes si penitus sit incerta, idem videtur iudicandum de ea, quàm de iactu retis, qui nullam recipit æstimationem.*
27 *Hæreditas etiam iam delata, sine solemnitatibus repudiari potest, quia momentanea illa acquisitio non habetur in consideratione.*
28 *Acquisitio earum rerum, quæ fiunt sine facto nostro, non uidentur illa in effectu acquisita, nisi mediante consensu, & ratificatione, postea subsecuta.*
29 *Ideòque, si quis nolit habere ratum, vel repudiet, videtur potiùs per talem repudiationem declarare acquisitionem non fuisse factam.*
32 *Repudiatio facta ad fauorem certæ personæ, non est donatio, si nihil transferatur, in eam personam, sed solum repudiatur aliquod ius competen.*
33 *Donare aliud est, aliud verò lucrum non accipere, seu potiùs repudiare antequam illud deferatur.*
34 *Verbo repudio, vel renunciatio, si quis vtatur in beneficium alicuius, magna differentia est.*
35 *in Donationibus, si statutum requirat insinuationem, non habet locum in remissione, seu donatione iuris quærendi.*
36 *Et hoc multò magis procedit, quando tale ius non est aliqua spe certa radicatum ideoque nec certa æstimatione æstimabile.*
37 *Iuramenta seruanda sunt.*
38 *Donatio propter superuenientiam liberorum, etiam non obstante iuramento reuocatur.*
39 *L. si vnquam. C. de reuocand. donat. loquitur in donatione, & non in repudiatione iuris quærendi. & numer. 40.*
41 *Repudiatio quando nullo modo subiaceat statuto de insinuan. &c. & dispositioni l. si vnquàm. C. de reuocan. donat. etiamsi esset vera, & propria donatio.*
42 *Solutio aliqua, quando fuit facta paulo post renunciationem &c. præsumitur dicta renunciatio facta sub spe solutionis sequutæ.*
43 *Liberatio facta per maritum præsumitur facta sub spe futuræ promissionis incontinenti secutæ.*
44 *Clausula, pro quibus omnibus &c. in instrumento apposita, refertur etiam ad enunciata.*
45 *à Legati petitione, legatarius repellitur, si illud vendiderit.*
46 *Clausulæ appositæ ad maiorem cautelam, si contractus substinetur, vt intendunt contrahentes dd. clausulæ habentur pro non appositæ.*
47 *ad Cautelam maiorem ea, quæ fiunt, non debent immutare naturam præcedentis dispositionis.*
48 *Donatio, quando non possit censeri vera donatio.*
49 *Donatio, quando est non gratuita, sed potius quædam venditio non subiacet statutis de insinuandis, nec dispositioni l. si vnquam. C. de reuocand. donat.*
50 *Contractus primus reuocatur per secundum.*

¶ Suprà ad Decisionem 12. coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano, & ad Decisionem 292. coram R. P. D. Panzirolo, & infrà ad Decisionem 223. coram eodem Reuerendiss. Decano.

DECISIO CCCXX.

CVM Domini in disputatione dubij sæpiùs aliàs propositi vtrum D. Duci agēti ad recuperationem Castrorum, de quibus agitur obstet periurium, mandassent quod d. D. Dux audiretur super ipsius iuribus dubium dedi, vtrùm d. D. Duci petenti immissionem in dd. Castris vigore substitutionis à q. Maxima de Comitibus ad ipsius fauorem in eius testamento factæ, obstent instrumenta die 14. Aprilis, & 14. Nouembris 1597. inter bon. mem. Cardinalem Saluiatum, & D. Ducem celebrata quo sæpiùs proposito, Domini tandem re mature discussa venerunt in sententiam quod d. instrumenta D. Duci obstent.

In primo enim instrumento d. die 14. Aprilis celebrato, D. Dux ex certa scientia, & relatis verbis dictę substitutionis ad eius fauorem factæ declarauit, quod nunquam habuit animum acceptandi dictam substitutionem, eamque pro-

propterea medio iuramento repudiauit, atque omni tem
pore,& perpetuò effici caducam voluit, & sibi nullo vn-
quam tempore acquiri deberet, ac si nunquam facta fuis-
set,& ipsamque substitutionem, seu legatum, ac omnia in
eo contenta per pactum expressum medio iuramento ta-
ctis,ex nunc prout ex tunc,& è contra postquam delatum
fuerit, refutauit, ac etiam omni,& cuicunque iuri tàm in
re,quam in spe,seu ad rem certam de presenti,quam quo-
modocunque competituro post mortem D. Cardinalis
hæredis tunc viue ntis ex nunc prout ex tunc, & è contra
etiam per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem
quatenus opus sit, & quo cunque alio validiori modo re-
nunciauit ad fauorem d.D.Cardinali s præsentis, & stipu-
lantis &c. in secundo verò instrumento 14. Nouembris
celebrato, fatendo se recipisse in remunerationem dictæ
repudiationis,& renunciationis à d.D. Cardinali scuta 25.
mill.promisit dd.scutta 25.mill.amplius non petere, & d.
renunciationi non contrauenire cum obligatione Came-
rali, & alijs clausulis & cautelis, de quibus latius in dd. in-
strumentis, adeò quod non videatur dubitari posse, quin
hodie D.Duci petenti legatum semel cum iuramento, &
cum tot clausulis repudiatum obstent dd.instrumenta,seu
refutationes,renunciationes,promissiones, & obligatio-
nes in eis contentæ.

Nec obstant quod prætenditur dictam repudiationem
1 fuisse inualidam, nec iure teneri,cum † ius conditionale,
vel in diem valide renunciari non possit *ad text. in l. si ità*
scriptum.§.si sub conditione, ff. de leg.2. l. qui potest. §. quod
quis.ff.de reg.iur.leg.1.§.decretalis.ff.de success.edict. quia
2 obiectum hoc non procedit,nec quando † repudiatio fa-
cta est cum iuramento, prout in casu isto, nam tunc repu-
diatio,ratione iuramenti tenet *Cuman.in leg.is,qui hæres.*
num.3.& ibi *Alex.num.7.ff.de acquir.hæred. Rip. in l. 1.*
num.17.& ibid.Cagnol.num.74. Bolognett. num. 33. C. de
pact.Dec.cons.379.num.10.Seraph.de priuileg.iuram.pri-
uil.109 num.3.& seqq. cum alijs per Peregr. de fideicom.
3 *art.52.num. 11.* nec quando facta est parte † præsente,
quia tunc habet vim pacti, & per viam pacti potest repu-
diari ius de futuro,licet repudiari non possit per viam sim-
4 plicis renunciationis,quia renunciatio innititur † volunta-
ti renunciantis tantum, sed pactum innititur volũtati, seu
consensui duorum, & non tendit ad abdicandum princi-
paliter,sed ad se obligandum, potest autem quis se obliga-
5 re super iure de futuro,† quia obligatio est de præsenti, ità
Castren.in d.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.ff.de leg. 2.
Socc.sen.cons.114.num.6 lib.1.& de communi inter alios
per eos citatos testatur *Peregr. de fideicom. d.artic. 52.*
num.11.

Nec obstat,quod quatenus repudiatio facta per D.Du-
cem sustineatur ratione iuramenti, vel etiam ex eo, quod
fuit facta parte presente,non remanet simplex repudiatio,
6 sed † transit in donationem, sicque subiacet statuto Vrbis
7 *cap.149.& 150.lib.1.* vel † saltem dispositioni, *leg. si vn-*
quam.C.de reuocan.donat. quia est aduertendum, quod
8 vel renunciatio fit ante acquisitam hæreditatem, † quo ca
su dicitur repudiatio *Afflict.decis.350.numer. 13. Surd.*
cons.244.num.5. & obuiat principio acquisitionis, & tunc
non est donatio saltem,quæ egeat insinuatione,vel subia-
ceat dispositionibus loquen.de donationibus,vt est bonus
tex. *in l.si sponsus.in fin.ff.de donat.inter vir.& vxor.* vbi si
9 maritus institutus repudiauerit † hæreditatem animo do-
nandi vxori,quæ sibi forte erat substituta, vel erat futura
hæres ab intestato ipsius mariti, repudiatio prodest mulie-
ri,nec irritatur ex eo titulo prohibente donationem inter
10 virum & vxorem, quia † non dicitur maritus pauperior
fieri,qui non acquirit,sed qui de patrimonio suo diminuit
& declarat *Card.Mantic.de tacit.lib 21.tit.4.numer.57.*
& seqq.post Bald.in l.illud num.10.in fine,& seq.C. de sa-
cros.Eccles.cum alijs relatis per Tiraquel.in l.si vnquam,
in verbo donatione largitus nu.180.& seqq. C. de reuocan.
donat.Gabr.de donat.conclus.1.num.72. & fuit dictum *in*
Recanaten.*successionis 16.Iunij 1618.coram* R.P.*D.meo*
Buratto.

Aut renunciatio tollit ius cõfirmatum,& perfecte quæ-
11 situm,etiam tunc si † est gratuita, est quædam species do-
nationis, *l.si quis delegauerit.ff.de nouat. Bald. in d.l. illud.*
num.11.C.de sacros.Eccles.

Ac propterea cum in casu de quo agitur D.Dux renun
ciauerit hæreditati nondum delatæ,nedum perfecte quę-
sitæ,& imò ne dicta renunciatio, seu magis proprie loquẽ
12 do,repudiatio fuerit gratnita, vt infra dicetur,merito † nõ
subiacet dicto statuto,neque dictæ dispositioni, *d.l.si vn-*
quam, aut alijs de donatione loquentibus *Bald. in d. l. il-*
lud sub num.11.C.de sacros.Eccles.Soccin.sen.consil.114.
num.8.lib.1.Castr.cons.419.sub num.1.vers.sed repudians.
lib.2.Phanuc.de lucro dot.glos.8.numer.17.in princ.& fuit
dictum in vna *Viterbien. Terræ Vetrallæ 14. Decembris*
1615. coram me.

Nec obstat,quod dicitur prædicta procedere in renun-
13 ciatione iuris,nec re,nec spe competenti,non autem † in
renunciatione iuris competentis saltem spe probabili, pu-
tà,vt in casu isto ex fideicommisso claro,& indubitato, &
probabiliter purificando, *Gabr.cons.6.num.6.& seqq. nu-*
mer.2. cum alijs à scribentibus pro D. Duce cumulatis,
14 quia imò *tex. in d. l. si sponsus* † loquitur de renunciatione
hæreditatis iam delatæ, & ad dignoscendum, an renun-
15 ciatio sit donatio, inspicitur † tantummodò,an renuncias
abdicauerit à se ius iam sibi perfecte quæsitum, seu potius
16 renunciauerit † iuri quærendo, nam si renunciauit iuri
quærendo,tunc talis renunciatio non est donatio, sed po-
tiùs omissio lucrandi, obuiat enim principio acquisitionis
d.leg. si sponsus.§. si maritus.ff.de donat.inter vir.& vxor.
ideoque nec in tali renũciatione, seu repudiatione, locum
17 habent disposita de donationibus,quia non habetur † tan-
ta ratio iuris quærendi,quàm iam quæsiti, *Ias. consil. 236.*
num.16.& seq.lib.2.Dec.cons.269.sub num.6. vers.& hoc
præsertim,Curt.iun.cons.147.num.18.& seq. Alex. consil.
196.num.5.vers.& quia facilius,lib.7.& imò ius quęren-
17 dum in nulla † propè consideratione est, *Natt.cons.501.*
num.45.in fin.Tiraquell.in d. l.si vnquam in verbo dona-
tione largitus,num.180.& 181.cum ibi cumul.

Quod, & tanto magis in casu isto locum sibi vendicat,
18 † quia non solùm agitur de renunciatione hereditati non-
dum delatæ,& sic iuri,nec perfecte,nec imperfecte quæ-
sito, vt dictum est, sed etiam de renunciatione iuri quæ-
19 rendo † non radicato vlla spe certa,quia D. Dux licet esset
20 † ætate iunior, poterat tamen præmori Cardinali, & per
consequens, nec habebat ius radicatum vlla spe certa in
dicto legato, *ad leg. nam,etsi parentibus.ff.de inoff.testam.*
Bart.in l.post emancipationem.§.illud.ff.de lib.leg. quo ca-
su omnes admittunt, quod talis renunciatio non reuoca-
21 tur † per superuenientiam filiorum, nec subiacet disposi-
tionibus loquentibus de donationibus, *Rip. in d.l. si vn-*
quam.num.20.& seq.C.de reuocan. donat.& in terminis,
22 quod † non requiratur insinuatio, quando quis renunciat
hæreditati, seu legato, quod sperat virtute fideicommissi,
Gomes var.resol.tom.2.cap.4.sub numer.10. vers. 2. infero,
Ant.de Canar. in tract. de insinuat. 2.par. quæst.16.num.
25.Carpan.ad Stat. Mediolan.cap.324.num.25.Galuan.
cons.38 in fin.vers.secus esset,Gabr.tit. de donat.conclus. 1.
23 *numer.18.*substitutio † enim,quæ nondùm competit, ex-
tra bona nostra est, *leg. substitutio.ff. de acquiren. rer. do-*
min.

Nec dicatur quod tale ius,seu spes qualis, qualis illa fue
24 rit recipiebat æstimationem, † & communi æstimatione
valebat plusquam aureis 500.Ideoque in eius cessione re-
quirebatur insinuatio,& solemnitas statutaria *ex alleg.per*
Gabr.de donat.d.conclus.1. num.84. quia, vt iam dictum
est, spes succedendi,quam habebat D. Dux in dd.Castris
25 post mortem D.Cardinalis erat penitùs † incerta,ac pro-
pterea idem videtur iudicandum de ea,quod de iactu re-
tis,qui nullam recipit certam æstimationem, & videlicet
nec d.spes fuit à D.Duce donata Cardinali, sed d. D. Dux
declarauit cùm iuramento,quod nunquàm habuit animũ
acceptandi substitutionem ad eius fauorem factam eam-
que repudiauit,nec vllo tempore ipsi acquiri voluit, vnde
Doctores in contrarium pro D.Duce allegati,vel non ap-
26 plicantur,quia loquuntur de iure, seu spe firma de certo †
effectu

effectu consequente ad causam, ex qua talis spes oritur, &
quando spes ipsa seu ius ex tali causa competens donatur,
ad *l. spem. cum ibi not. C. de donat.* non autem vbi spes, &
quidem incerta, prout in casu isto, repudiatur.

Vel certè non sunt attendēdi cum imò iuxta veriorem
27 opinionem possit † etiam hæreditas iam delata sine solē-
nitatibus repudiari, quia momentanea illa acquisitio non
habetur in consideratione, vt post *Socc. cons. 53. num. 27.
& 28. vol. 4.* quod Rota aliàs est amplexa, & in specie *in
vna Bononien. de Papazonibus*, quæ est decisio 30. *inter
impress. diu. leg. 2. par. 3.* concludit *Modern. discept. forens.
cap. 132. num. 20. & seqq.* Istaque opinio innititur optima
ratione, quia scilicet ea, quæ sine facto nostro acquiruntur,
28 non videntur † in effectu acquisita, nisi mediante consen-
su, & ratificatione posteà subsequuta, ideòque si quis no-
lit habere ratum, & repudiet, videtur potiùs per talem re-
29 pudiationem declarare † acquisitionem non fuisse factam
Dec. in l. 1. num. 22. C. de pact. nec dici potest, quod huius-
modi declaratio sit donatio ex supra alleg.

Nec obstat si denuò replicetur prædicta procedere in
30 repudiatione simplici, non autem † in repudiatione facta
ad fauorem certæ personæ præsentis, & acceptantis, quia
tunc talis repudiatio habetur pro donatione, & si ius repu
31 diatum sit † æstimabile, ac communi æstimatione valeat
plusquam 500. aureis, talis repudiatio subiacet dispositio-
nibus loquentibus de donationibus, nam ex supra dedu-
ctis patent plures responsiones.

Et primò, quod repudiatio facta ad fauorem certę per-
32 sonæ non est † donatio, quando nihil transfertur mediā-
te huiusmodi repudiatione in illam personam, cuius con-
templatione fit repudiatio, sed vti in casu isto repudiās de-
clarat tantummodò, & quidem ante apertam substitutio-
nem eius fauore factam velle illam caducam effici, nam
33 † aliud est donare, aliud verò lucrum non accipere, seù po
tius repudiare antequam illud sit delatum, etiamsi hoc fiat
contemplatione certæ personæ, *d. l. si sponsus §. si maritus.
ff. de donat. inter vir. & vxor. l. qui autem. ff. qui in fraud.
credit. Lap. alleg. 25. num. 5. Vincent. de Franch. decis. 14.
num. 24.* vbi, quod magna est differentia, vtrùm quis
34 vtatur verbo † repudio, vel renuncio, in beneficium ali-
cuius.

Secundò, quod dato, quod talis repudiatio posset ali-
quo modo dici donatio tamen illa subiaceret statuto di-
35 sponenti de donatione, quia statutum locum † non habet
in remissione, seù donatione iuris quærendi, & tantò mi-
nus, quando tale ius non est aliqua spe certa radicatum,
36 ideoque † nec certa æstimatione æstimabile ex supra al-
legatis

Tertiò, quod tria principaliter acta fuerint à D. Duce
in instrumento, de quo agitur. Primum est, quod D. Dux
medio iuramento declarauit nunquam habuisse animum
acceptandi substitutionem, eamque propterea voluit effi-
ci caducam. Secundum, quod idemmet D. Dux legatum,
& omnia in substitutione contenta refutauit ad fauorem
Cardinalis præsentis, & acceptantis. Tertium quod ius ex
dicto legato competens, quatenus opus esset, eidem Car-
dinali donauit vnde quatenus dicta refutatio, & donatio
indiguissent insinuatione, atque ita ob defectum d. insi-
nuationis D. Duci non obstent, obstat tamen repudiatio
facta cum iuramento ex supra allegatis.

Nec obstat, quod ex repudiatione simplici nihil fuisset
acquisitum D. Cardinali, quia imò eo ipso quod D. Dux
cum iuramento declarauit nolle acquirere, bona reman-
serunt libera penes D. Cardinalem, & hodie petenti sibi
restitui dd. bona vigore substitutionis ad ipsius fauorem
post mortem Cardinalis factæ obstat dictum iuramētum
37 † quod seruare tenetur, *cap. cum contingat. de iure iuran.*
& in terminis renunciationis latè probat *Seraph. de priui-
leg. iuram. d. priuil. 109. num. 3. & seqq. Peregr. de fideicom.
d. art. 52. num. 11.*

Minus obstat, quod si d. repudiatio non subiacet statu-
to disponenti de donatione, censetur saltem reuocata pro-
38 pter superuenientiam filiorum, † etiam non obstante iu-
ramento ad *l. si vnquam. C. de reuocat. donat.* quia d. lex lo-
39 quitur † de donatione, & sic non procedit in repudiatio-
ne iuris quærendi, *Cagnol. post alios in l. 1. num. 38. vers. ad
tertiam limitationem. C. de pact.* vbi quod licet fortassis
pater non repudiasset, si de filijs cogitasset, atque ita videa
40 tur militare † eadem ratio *l. si vnquam*, tamen verba re-
pugnant *Ruin. cons. 60. num. 14. lib. 3.* & maximè quando
tale ius est incertum, & pendet à futuro euentu, *Rip. in d.
l. si vnquam num. 2. & seq. C. de reuoc. donat.*

Et omnis difficultas tollitur, quia ex tota serie facti, &
præcipuè ex instrumento 14. Nouembris 1597. inter d. D.
Cardinalem, & D. Ducem celebrato in quo d. series facti
narratur, satis apparet quod dicta renunciatio nō fuit gra-
tuita, sed quod illa facta fuit intuitu scutorum 25. mill. quæ
à D. Cardinali solui debebant creditoribus D. Ducis prout
in effectu soluta fuerunt.

Nam hoc stante, dubitari non potest, quia dicta repu-
diatio nullo modo subiacet d. statuto, & dispositioni *d. l. si*
41 *vnquam*, etiam si esset † vera, & propria donatio, & de re
æstimabili plusquam 500. aureis facta, *Natt. cons. 609. nu-
mer. 9. & seq. Tiraq. loco citato num. 130. Crescent. decis. 1.
num. 6. de donat. Rot. decis. 488. num. 4. par. 1. diuers.*

Quod autem dicta repudiatio non fuerit gratuita col-
ligitur ex pluribus, & primò quia dd. scuta 25. mill. fue-
rit paulo post dictam repudiationem d. D. Duci soluta.

Secundò, quia in dicto secundo instrumento explicitè
narratur quod D. Cardinalis soluit dd. scuta 25. mill. in re-
compensationem renunciationis, sibi à D. Duce factæ.

Tertiò, quia ipsemmet D. Dux in d. secundo instrumē-
to fatetur dd. scuta 25. mill. fuisse ei soluta in recompensa-
tionem d. renunciationis.

Quartò, quia constat quod D. Dux tempore d. repudia-
tionis premebatur magno ære alieno, ita quod etiam ad
effugiendam personalem executionem mandatorum
contra ipsum relaxatorum latitare cogeretur.

Quintò, quod idemmet Dux in eodem instrumento d.
D. Cardinalem de dd. scut. 25. mill. quietat cum pacto ea
amplius non petendi.

Ex his omnibus saltem simul iunctis apparet, quod nec
d. D. Cardinalis ex mera eius liberalitate dictam renun-
ciationem compensando donauit d. D. Duci scuta 25. mil.
nec minus D. Dux in tali angustia constitutus gratis dictā
renunciationem fecit, & maximè quia eò ipso, quod solu-
42 tio fuit sequuta paulò † post renunciationem, præsumitur
dicta renunciatio facta sub spe solutionis sequutæ *Bart. in
l. penult. §. sicut. ff. solut. matrim.* vbi quod liberatio facta per
43 maritum, præsumitur facta sub spe † futuræ promissionis
incontinenti sequutę *Alex. cons. 148. num. 1. & ibi Apostil.
lib. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. num. 85.*

Et quia D. Dux vtique non quietasset D. Cardinalem
de dd. scutis 25. mill. nec promisisset illa amplius non pete-
re, si fuissent gratis soluta, & non præcessisset priùs qui-
dam tractatus, & promissio inter eos soluendi dd. scuta
25. mill.

Et in omnem euentum, quia in hoc secundo instrumē-
to D. Dux non solum quietauit D. Cardinalem de dd. scu
tis 25. mill. cum pacto, vt dictum est de non amplius ea pe
tendo, sed videlicet etiam promisit, cum insertione teno-
ris primi instrumenti, & renunciationi in eo factæ non cō-
trauenire, cum iuramento, & obligatione Camerali, &
44 cum † clausula, pro quibus omnibus &c. quæ refertur etiā
ad enunciata. *Alexan. cons. 17. num. 2. lib. 1. Rot. decis. 41.
numer. 2. par. 1. diu.* videtur quod saltem hanc promissio-
nem pro dd. scutis 25. mill. fecerit seu spem succedendi
45 vendiderit, adeò quod huius † nouæ obligationis, seù
potiùs venditionis vigore, possit à petitione d. legati re-
pelli.

Et ex his patet responsio ad id quod dicitur, quod pri-
mum instrumentum continet meram donationem, quia
imò, vt dictum est, continet repudiationem, vt ex verbis
supra relatis apparet, & licet in eo fiat mentio de dona-
tione, tamen hoc fuit factum ad maiorem cautelam, &
cum clausula quatenus opus sit, hoc est quatenus repudia-
tio non teneret, vt satis ex lectura d. instrumenti apparet,
ac propterea dum d. contractus sustinetur absque dona-
tione,

46 tione, dd. clausulæ habentur † pro non appositis, vt per *Modern. de clausulis par. 3. claus. 68.* & fuit dictum in *Mōtis Regalis iurisdictionis 16. Decembr. 1605. coram bon. mem. Penia, & in Ferrarien. bonorum 11. Martij 1616. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quod enim fuit ad maiorem firmitatem actus factum, non debet immutare
47 † naturam præcedentis dispositionis, *Bero. cons. 176. num. 51. lib. 1.* nec de directo contrarium operari, faciendo repudiationem corruere; & in omnem euentum si contineret donationem, nihilominus talis donatio non esset
48 donatio iuris, † nec perfectè, nec imperfectè quæsiti, sed donatio iuris quærendi, nec vlla spe certa radicati.
49 Quinimò nec dici posset donatio gratuita, † sed potiùs quædam venditio iuris, seu speciei succedendi, & sic talis donatio nullo modo, nullaque ratione subiacet statuto, nec dispositioni dictæ *legis. si vnquam.*

Et deniquè D. Dux repelleretur vigore nouæ obligationis factę in secundo instrumento, quæ obligatio expressè facta fuit pro scutis 25. mil. receptis à D. Cardinali, vt di
50 ctum est, & per hunc secūdum contractum, fuit primus † reuocatus ad *not. per Bart. Ias. & alios in l. iuris gentium, §. adeò autem. ff. de pactis.*

Et ità &c.

REV. P. D. COCCINO DECANO.
Gerundeñ Iurisdictionis.

Die Lunæ 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Abbas, & Capitulum habent intentionem fundatam de Iure communi, quòad ius statuendi super distributionibus anniuersariorum, & non Protectores eorumdem anniuersariorum.

SVMMARIVM.

1 *Abbati, & Capitulo competit ius statuendi super distributionibus anniuersariorum. & num. 3. & 8.*
2 *Et in hoc habent intentionem fundatam de Iure.*
4 *Dictio, iuxtà, quando est relata ad aliquid, quod de eo constat, stat limitatiuè.*
5 *Laudum est stricti iuris, nec extenditur vltrà casum in eo comprahensum.*
6 *Laudi verba strictè prout iacent interpretari, & accipi debent.*
7 *Capitulum absque interuentu Beneficiatorum habet liberam dispositionem.*
9 *Administrationis exercitium, quando alicui est concessum, per hoc non censetur concessa libertas statuēdi.*

¶ Suprà ad Decisionem 309. coram R. P. D. Verospio.

DECISIO CCCXXI.

DVBITAVI, An Protectoribus Anniuersariorum cōmunium competat ius statuendi super distributioni-
1 bus eorumdem anniuersariorum. † vel potiùs Abbati, & Capitulo priuatiuè, quoad ipsos, & DD. censuerunt quoad Protectores negatiuè, affirmatiuè autem quoad Ab-
2 batem, & Capitulum, ratio decisionis fuit, quia † Abbas, & Capitulum habent intētionem fundatam de iure, *Glos. in c. constitutionem §. cæterum, in verb. statutum. vers. si verò sta uant. de verb. signif. in 6. vbi Franc. num. 2. & probat text. in cap. vnico. §. statuimus. de Clericis non residen. in 6.* dicti autem Protectores nihil ostendunt, quod releuet
3 eum, vt dictum est, ius † statuendi spectet ad Capitulum.

Nequè obstat laudum ad fauorem Protectorum, quia
4 est restrictum per verba iuxta † formam inferius denotatam, & sic stat limitatiuè ad denotata inferius, cum de his constet *Alex. cons. 46. num. 9. lib. 1. Dec. cons. 63. num. 6. & in l. edita. num. 84. in fin. & seqq. C. de eden. Curt. Iun. cons. 92. num. 10. Rot. decis. 40. num. 4. & 5. par. 2. diuers.* & in istis terminis facultatis alicui datæ, fuit resolutum in causa *Romana* Pecuniaria 18. *Iunij 1607. coram bo. mem. Franc. Penia Rotæ Decano*, denotata autem inferius consistunt in facultate reuocandi procuratores, nouosque constituēdi, eorumque computa diffiniendi, ac priuandi non interessentes, vel negligentes retinendi claues Thecæ, ac demū priuandi oblationibus, quare cum in laudo nihil dicatur de facultate statuendi, non censetur cōcessa, cum laudum
5 † sit stricti iuris, nec extendatur vltra casum in eo comprehensum, *Ruin. cons. 116. num. 6. libr. 4. Roland. cons. 79. nu-*
6 *mer. 13. Surd. cons. 313. num. 14.* & eius † verba strictè, & prout iacent interpretari, ac intelligi debent, *Paris. cons. 5. num. 19. lib. 2. Roland. cons. 79. num. 12. & 14. lib. 3.*

Neque est verum, quod ex communicatione administrationis anniuersariorum censeatur quoque communicata facultas statuendi, cum hoc nullibi probetur, Capitulo enim non competit ius statuendi, ex quo habeat admi-
7 strationem anniuersariorum, sed quia habet liberam † dispositionem absque interuentu Beneficiatorum, *Caputaq. decis. 84. par. 1.* & propterea cum Protectoribus fuerit concessa tantum administratio, nihil autem fuerit concessum circa liberam dispositionem, propterea non sequitur necessario, quod ex concessione administrationis cen
8 seatur etiam concessa libera facultas statuendi † cum ipsa remanserit pœnès Abbatem, & Capitulum, ita vt Protectores possint statuere, *Felin. in c. ex parte Decani. num. 1. in princip. vers. similiter considerat, de rescript. Ias. in leg. omnes populi. num. 6. ff. de iust. & iur. Put. decis. 191. num. 1. lib. 1. in nou.* & fuit in similibus terminis resolutum in *causa Vicen. augmenti 16. Octobris 1589. coram bon. mem. Card. Blanchetto.*

Neque prædictis resistit declaratio arbitrorum quod vbi in laudo sit mentio de Protectorum potestate intelligatur, quod plenam habeant potestatem, quia si fuit con-
9 cessum nudum † exercitium administrationis, vt patet ex prædictis ista declaratio non potest opitulari, quia statuere non est de comprænhensis in laudo, vt iam est probatum.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MERLINO.
Placentina Præcedentiæ.

Die Mercurij 1. Februarij 1623.

ARGVMENTVM.

Laudum, quando veniat reuocandum. Pręcedentia ex quibus signis, & coniecturis arguatur, & denotetur, & quid potissimum in hac materia attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Laudum, si contineat notoriam iniustitiam est reuocandum.*
2 *Iniustitia notoria æquiparatur nullitati.*
3 *Actus conuocandi aliquos ad sui libitum, denotat signum iurisdictionis in eos.*
4 *ex Iurisdictione denotatur ius præcedendi eos super* qui-

quibus habet iurisdictionem.

5 *Præcedentia arguitur in eo, si eius nomen in scripturis semper præponatur alijs.*

6 *Subscribens primò dignior reputatur.*

7 *Præcedentia arguitur, si quis in loco digniori sedeat.*

8 *Portionem duplicatam, si quis habeat ex hoc arguitur præeminentia.*

9 *Præcedentia denotatur in eo, qui in processionibus incedit in vltimo loco.*

10 *in Præeminentiarum materia consuetudo solet præcipuè attendi.*

11 *Testes, si conuincantur à scripturis contrarium continentibus, non probant.*

12 *Scripturis, si agatur de re antiqua plùs fidei est eis adhibenda, quàm testibus.*

13 *Testes, si sint adminiculati per scripturas eorum depositio redditur verisimilior.*

14 *Testes, qui verisimiliora deponunt sunt præferendi alijs.*

15 *Bulla ad hoc vt probet, debet esse in forma probanti.*

16 *Consuetudo in materia præcedentiæ si sit ad fauorem alicuius plenè comprobata, in suo robore manere debet.*

17 *Consuetudo in materia præcedentiæ, nedum rationabilis, verùm etiam si sit repugnans iuris dispositioni, ipsa est omninò tenenda.*

¶ Supra ad Decisionem 224. coram eodem R.P.D. Merlino.

DECISIO CCCXXII.

ORTA controuersia inter Congregationum Rectorum Parochialium Ecclesiarum ex vna, & Andream Rectorem Ecclesiæ Sancti Donini ex altera super eo, An ipse Rector S. Donini esset Archipresbyter, & Caput Congregationis prædictæ, ita ut exteris alijs Rectoribus præcederet, concordi voto dicti Congregatio, & Rector compromiserunt hanc differentiam in Episcopum, qui laudum protulit declarando, Rectorem Sancti Donini non esse Archipresbyterum Congregationis Rectorũ, nec in illa eidem competere aliquam superioritatem, vel prærogatiuam. Et cum ab huiusmodi pronunciatione per Andream fuerit appellatum, & appellationis causa in Rota mihi commissa, dubitaui, An laudum Episcopi sit cõfirmandum, vel infirmandum; Et Domini responderunt,
1 illud esse infirmandum vti † continens notoriam iniusti-
2 tiam, quæ æquiparatur † nullitati, & in laudis operatur eorum reuocationem, *leg. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Dec. cons. 475. num. 36. Corn. cons. 190. num. 1. ad fin. lib. 4. Anchar. consil. 207. num. 8. Soccin. Sen. cons. 101. numer. 5. in fin. vers. Præterea laudum, libr. 3. Fulgos. consil. 73. numer. 4.*

Iniustitia verò apparebat ex quam pluribus Instrumentis, alijsque scripturis allatis pro Andrea, in quibus habetur quod ab anno 1631. Rector S. Donini fuit nuncupatus Archipresbyter Congregationis dictorum Rectorum, atque in enumeratione interuenientium in Congregationibus fuit semper nominatus primo loco, & vna cum cæteris Rectoribus de suo mandato conuocatis, & Capitulariter congregatis in claustro Sancti Donini tãquam Archipresbyter interuenit, ipsisque præsentibus, & consentientibus etiam vti talis, Archipresbyter exercuit plures actus positiuos constituendo Procuratores ad locandum, & dislocandum bona communia Congregationis, & alia agendo ad interesse Vniuersitatis Rectorum spectantia. Quorum actuum probatio benè concludit in fauorem dicti Rectoris S. Donini, quod ipse ab antiquissimo tempore existat in quasi possessione præcedendi tanquam Archipresbyter cæteris Rectoribus, nam ius prædictum conuo-
3 candi † Rectores ad sui libitum satis videtur denotare aliqualem ipsius conuocantis iurisdictionem in dictos Re-
4 ctores conuocatos. Ex qua iurisdictione † resultat ius ijsdem præcedendi *ad l. iubemus. in fin. C. de Episc. & Cler. Abb. consil. 21. num. 1. vers. & primo adduco, part. 1. Dec. cons. 161. numer. 2. vers. septimo ista conclusio. Villadieg. de leg. par. 1. quæst. 9. num. 59. Rot. decis. 4. num. 1. vers. Præsertim propter iurisdictionem. de elect. in nou.*

Prout huiusmodi præcedentia rectè etiam arguitur ex ordine solito seruari in scripturis supradictis, vt nomẽ Re-
5 ctoris Sancti Donini semper † anteponeretur nomini aliorum Rectorum *arg. l. 1. ff. de alb. scriben. glos. in cap. bonæ quidem vers. Cumque verbo Mediolanen. 96. dist. & in cap. quorumdam verbo Prædicatorum de elect. in 6. Dec. in c. Nicolao. num. 7. & seqq. de appell. in cap. auaritiæ. numer. 5. eod. tit. & d. cons. 161. num. 2. vers. Nam ex ordine litteræ. Bald. in l. cum quidam. num. 3. C. de verb. significat. Rot. diuers. decis. 595. num. 2. part. 4.*

Plurimumque vltrà prædicta suffragantur dicto Rectori Sancti Donini multæ subscriptiones exhibitæ antecessorum ipsius, quæ semper fuerunt appositæ priori loco, inferius verò consueuerunt subscribere cæteri Rectores. Pri-
6 mò † enim subscribens dignior reputatur, *Io. Andr. in c. deliberatione. num. 1. de offic. Leg. in 6. Felin. in rubric. de maior. & obed. num. 10. Card. Zabar. cons. 30. numer. 20. Cassan. in Catalog. glor. mund. part. 4. consid. 19. Rota d. decis. 4. num. 1. vers. Et se subscribat de elect. in nou.*

Et his accedunt depositiones duorum testium examinatorum pro eodem d. Rectore deponentium de præeminentia Rectoris pro tempore S. Donini in Anniuersario-
7 rum solemnibus, nedum quoad concessum † in loco digniori, quam sederint cæteri Rectores, verùm etiam quo-
8 ad distributiones, cum asserant † huic tres panes, & duas candelas, illis verò vnam dumtaxat candelam pro quolibet, ac duos panes dari consueuisse; Atque insuper quoad ordinem incedendi in Processionibus deponunt, Recto-
9 rem Sancti Donini semper incessisse vltimum † post omnes Rectores, qui modus incedendi benè denotat præcedentiam, *Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 4. consid. 75. Rota decis. 595. num. 3. par. 4. diuers.*

Ex quibus omnibus maxime simul iunctis visum fuit Dominis, ità concludenter probatam remanere ad fauorem d. Andreæ Rectoris S. Donini antiquissimam quasi possessionem vsque à d. anno 1351. in præfato iure præcedendi, vt inde censuerint, introductam, & præscriptam fuisse consuetudinem habendi talem præeminentiam ad-
10 uersus cæteros Rectores; Cui † consuetudini in hac materia præcedentiæ solet præcipuè deferri, *glos. in cap. legimus, verbo Hac altera 93. dist. Innoc. in cap. 1. ante num. 1. de maior. & obed. Bald. in c. cum olim. num. 1. de consuetud. & in l. obseruare. §. antequam. num. 3. ff. de offic. Procõs. Dec. in l. cum quidam. num. 39. ff. si cert. pet. & ibi Cagnol. num. 54. Rim. Sen. consil. 95. numer. 22. lib. 1. Ruin. cons. 19. num. 6. lib. 1. Corn. cons. 193. num. 14. lib. 2. Mazzar. cons. 26. num. 34. Natt. cons. 577. num. 3. Menoch. consil. 51. numer. 49. & seqq. & cons. 126. num. 2. & 3. Bursatt. cons. 343. num. 4. lib. 4. Rot. decis. 4. nu. 3. de elect. in nou. apud Card. Seraph. decis. 404. num. 8. & decis. 964. num. 1. in Saguntina Præcedentiæ 8. Martij 1613. coram R.P.D. meo Vbaldo, & in Salernitana Præcedentiæ 14. Martij 1614. coram R.P.D. meo Caualerio.*

Nec existimatum fuit obstare testes pro Congregatione de publica voce, & fama, necnon auditu à maioribus, quod ipsa Congregatio semper fuerit recta per suos Syndicum, & Massarios absque vllo capite, seu Archipresbytero; Quoniam dicta horum testium conuincuntur, tum
11 ex scripturis authenticis pro Rectore S. Donini † productis, & contrarium vt supra dictum est omnino continentibus. Quibus scripturis cum agatur de materia anti-
12 qua plus fidei † est adhibendum, quàm testibus, *Bald. in cap. cum causam. num. 3. vbi etiam Felin. nu. 5. de probat.*

Soccin.

Soccin.Senior.conf.185.num.18.lib.2.Dec.conf.146.num.15.Crauett.conf.54.num.15.Parif.conf.104.num.46.lib.1. Rot.decif.266.num.7.par.2.recent. Tùm etiam ex alijs teſtibus examinatis, ac deponentibus pro dicto Rectore
13 S.Donini; quorum † attestatio vti adminiculata ſuperius relatis ſcripturis veriſimilior eſt, ac inde præferenda con-
14 trariæ diſpoſitioni teſtium † examinatorum pro Congregatione, *cap.licet cauſam.verſ. Ex præmiſſis, de probat. cap.ſi teſtes 4.quæſt.3.gloſ.Io.Andr.& Abb.in cap.in noſtra de teſtib. cum alijs allegatis per Gabr. concluſ.4.num.28.de teſtib.*

Nec etiam obſtat Bulla Alexandri Tertij de anno 1173. in qua fuit conſtitutum, vt diem functo Rectore, qui tunc temporis vocabatur Archipresbyter, & præerat Congregationi Rectorum Placentiæ, nullus deinceps ex ſucceſſoribus dicti Rectoris munus ſibi arrogaret, neque alius quiſpiam præter eum, quam ipſa Congregatio, vel eius maior pars eligeret. Omiſſo enim, quod Conſtitutio præ-
15 dicta non † ſatis viſa eſt in forma probanti, reſponſum fuit, ex eadem non excludi, quin Rector Sancti Donini poſt dictam Conſtitutionem potuerit poſtea eligi in perpetuum Archipresbyterum, & ſuperiorem. Et in omnem
16 euentum conſuetudo plenè † comprobata ex ſupra deductis ſtat ſemper in ſuo robore ad fauorem d. Rectoris Sancti Donini; Et cum verſemur in materia præcedentiæ, in
17 qua conſuetudo nedum rationabilis, † verùm etiam ſi ſit repugnans iuris diſpoſitioni, ipſa eſt omnino attendenda, *Felin.in cap.ſtatuimus, num.1.de maior.& obed.& dixit Rota in Oriolen.Iuris ſedendi 24.Octobris 1586.coram bon.mem.Cardinali Blanchetto allegata cum alijs apud Cardin.Seraphin.deciſ.964.num.1.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REVER. P. D. COCCINO DECANO. Signina Caſtrorum.

Die Lunæ 13.Nouembris 1623.

ARGVMENTVM.

Legatum, ſeu fideicommiſſum non dum purificatum ſi quis repudiauerit, an, & quando ſuſtineatur talis repudiatio, & plura habentur circa hanc materiam. Renunciationis natura qualis ſit. Inſinuationem ſi ſtatutum requirat in donationibus, de quibus donationibus ſit intelligendum. Donatio vera, quæ dicatur. Et aliqua circa materiam correſpectiuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Bona, ſi quis repudiauerit, non poteſt amplius ad ea redire.*
2 *Repudiatum, quod eſt ſemel non amplius reintegratur.*
3 *Hæreditatem, ſi quis ſemel adiuerit, non poteſt amplius eam adire.*
4 *Pœnitentiæ non eſt amplius locus poſt repudiationem.*
5 *Repudiatio, & ſi non poſſit dici priuatio iuris repudiati, tamen dicitur aliquo modo priuatio.*
Repudiatio tollit facultatem acquirendi, & acceptandi. num.5.
6 *Hæreditatē repudians non dicitur priuari hæreditate.*
7 *Renunciationis effectus eſt priuatio illius iuris, quod à ſe quis per renunciationem abdicauit.*
8 *à Priuatione ad habitum non datur regreſſus.*
9 *Renunciati non datur regreſſus ad ius renunciatum.*
10 *ad Renunciatum redire abſurdum eſt.*
11 *Renunciatio plus operatur, quàm ſententia.*
Renunciatio pendet à ſpontanea voluntate. num.11.
Sententia eſt actus à conſenſu inuito pendens. num.11.
12 *contra Cedentem poteſt excepi de repudiatione, & renunciatione.*
13 *Repudiatio ſit de Iure iàm delato.*
14 *Repudiare is poteſt, qui poteſt adire.*
15 *Repudiatio, quando eſt nulla eueniente caſu repudians poteſt iterum repudiare, vel adire.*
16 *Repudiatio iuris non dum delati, quando valeat.*
17 *Dictio, poſtquam, eſt conditionalis.*
18 *Dictio, ex nunc prout ex tunc, & è contra, non operatur à die datæ Inſtrumenti, ſed ſolum à die purificatæ conditionis.*
Sed hoc limita, ſi actus ſit purus, ibidem num.18.
19 *Repudiatio conditionalis ante purificationem conditionis nulla eſt.*
20 *Nomina demonſtrant voluntatem.*
21 *Repudiationis natura eſt, vt fiat poſt delatam hæreditatem ante acceptationem.*
22 *Repudiare verbum, refertur ad ius quærendum.*
23 *Hæreditas, quando alicui defertur debet acceptare, vel repudiare.*
24 *Repudiari dicitur hæreditas, cum abdicatur ipſa adeundi facultas.*
25 *Inſinuatio ſolùm requiritur, quando ſumus in vera, & propria donatione, non autem, quando ſumus in impropria.*
26 *ad Donationis veræ effectum requiritur copulatiue, quod donans fiat pauperior, donatarius vero locupletior.*
27 *Donatio non eſt vera, ſi donans non fiat pauperior, licèt donatarius efficiatur locupletior.*
28 *Donans tunc dicitur fieri pauperior quando tradit de ſubſtantia ſua, ità vt diminuat patrimonium ſuum.*
Hæreditatem, ſi quis repudiet, non dicitur pauperior fieri, cum non minuat patrimonium ſuum. num.28.
29 *Pauperior non dicitur quis fieri, ſi non acquirat.*
30 *Fideicommiſſum ſi quis repudiet ad effectum, vt remaneat penes hæredem grauatum, ex hoc non dicitur quod repudians efficiatur pauperior.*
31 *Repudiatio hæreditatis, quando eſt facta per pactum, tunc in ea requiritur inſinuatio, & quod aliàs de iure non requireretur.*
32 *Clar. in §. Donatio. quæſt.16. num.2. & 3. & alij declarantur.*
33 *Repudiatio fit, quando ius eſt delatum, an ille cuius delatum eſt velit acquirere, vel non.*
34 *Repudians ius ſibi delatum, fingitur illud numquam habuiſſe.*
35 *Repudiantis reſpectu, res numquàm dicitur acquiſita.*
36 *Acquiſitio alicuius rei, vt dicatur facta, neceſſe eſt, vt hoc fiat per actus naturales, putà per voluntatem, & apprehenſionem naturalem numer.39. & tunc eius remiſſio donatio eſt.*
37 *Acquiſitio propriè non inducitur per actus ciuiles, vt ſit donatio eius remiſſio.*

38 *Re-*

38 Renunciatio non potest fieri, nisi de iure iam acquisito, vel acquirendo de causa de præsenti.
40 Refutatio est donatio.
41 Renunciatio Iuris futuri ex causa de præsenti regulariter fieri non potest.
42 Iuri de futuro dum renunciatur per pactum, si sit ex spe de præsenti sapit donationem.
43 in Renunciatione iuri de futuro, quando requiratur insinuatio.
44 Insinuatio requiritur in repudiatione facta per pactũ.
45 Renunciatio iuri in spe de præsenti, & iuri de futuro ex dicta spe de præsenti, regulariter non valet.
46 Renunciatio facta per pactum, vallatur consensu duorum, renunciatio verò simplex vnius tantùm voluntate.
48 Ius futurum, licèt per renunciationem non tollatur, hoc tamen fallit stante iuramento.
49 Remissio censetur donatio.
50 Remissio eget insinuatione perinde ac si res tradita fuisset ex causa donationis.
51 Insinuatione non est opus, quando remittitur ius futurum non dùm quæsitum.
52 in Remissione Iuris, quod est in spe non requiritur insinuatio.
53 Ius quæsitum, quando remittitur requiritur insinuatio.
54 Donatio esse intelligitur, quando remittitur ius quæsitum.
55 Donatio vera, & propria consistit in iuris quæsiti remissione.
56 Remissio iuris quærendi non requirit insinuationem, sicut requirit iuris quæsiti remissio.
57 Remissio iuris quærendi, quando requirat insinuationem.
58 Repudiatio, & refutatio pendent ab illa voluntate non acquirendi.
59 Dictio, propterea, denotat causam.
Dictio, ideo, est significatiua causæ. num. 59.
60 Donatio, vt censeatur remissio, debet inspici animus donandi, & liberalitatem exercendi.
61 Donatio ibi non videtur esse, vbi non constat de animo donandi.
62 Refutatio, quando non possit dici donatio.
63 Remissio si fiat à Tutore principaliter non animo donandi, sed pro commodo pupilli non censetur donatio, & talis remissio per Tutorem facta valet, & tenet.
64 Donare is tantum dicitur, qui ob nullam aliam causam donat, quam vt liberalitatem exerceat.
65 Refutatio legati non dicitur facta ob liberalitatem exercendam si refutans non habebat animum illud acquirendi.
66 Donatio non dicitur inducta ex verbo donationis, nisi principaliter interuenerit animus donandi.
Donationis verbo, si Dominus remiserit sterilitatem anni non erit donatio sed transactio. num. 66.
67 Verba accipiuntur ex qualitate contractus contrà propriam significationem.
68 Contractus non debent à verbis denominari, sed à principali contrahentium intentione, & illius effectum. & num. 69.
70 Donatio, quando non possit negari quod sit correspectiua.
71 post Donationem, si donatarius obliget se ad aliquid, censetur hoc fecisse contemplatione illius donationis.
72 Donans aliquid alicui, & eadem die donatarius se obliget ad dandum donanti decem singulis annis, censetur hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis, ex actuum vicinitate.
73 Frater, licèt videatur dotare, sororem animo donandi, tamen si eadem die appareat Instrumentum quietationis factæ per sororem fratri, præsumitur dotasse contemplatione illius quietationis.
74 Præcedentia declarant subsequentia.
In Continenti ea, quæ fiunt inesse videntur.
75 Actus præsumuntur correspectiui, si fiant eadem die.
76 ad Correspectiuitatem inducendam dicitur in continenti fieri, si fiat infra vnum diem.
77 Soror, si renunciet hæreditati paternæ ad fauorem fratrum, & alio die fratres illam dotent, præsumuntur actus correspectiui.
78 Donatio si sit correspectiua, non eget insinuatione.
79 Donatio illa propriè dicitur, quæ à mera liberalitate procedit.
80 Statutum loquens de donatione intelligi debet, de vero donatione.
81 Statutorum verba debent intelligi strictè, & in propria significatione.
82 Donatio, si sit ob causam, & reciproca, non comprehenditur sub statuto loquente de donatione.
83 Insinuatio in conuentionibus, quæ non continent donationem, non est necessaria.
84 in Donationibus non requiritur insinuatio, si adsit iuramentum, secundum communem opinionem.
85 Correspectiuitas in actibus quando præsumatur.
86 Correspectiuorum natura est, vt quod inest in vno, insit etiam in altero.
Ita vt vnus actus iudicetur, etiamsi diuersæ sint naturæ. num. 89.
87 Mutuans alicui centum, si statim deponat illa penès mutuantem, licet in deposito non admittatur compensatio, tamen secus est in hoc casu quia depositum pendet à mutuo ratione correspectiuitatis, & num. 88.
90 Renunciatio, seù cessio potest reuocari per superuenientiam Liberorum.
91 in Repudiatione non habet locum dispositio leg. si vnquam. C. de reuocand. donat.
92 Donatio, si non sit simplex, sed ob causam cessat text. in l. si vnquam C. de reuocand. donat.
93 Donatio ob causam non est vera donatio.

¶ Supra ad Decisionem 12. coram eodem Reuerendissimo P.D. Coccino Decano, & ad Decisionem 292. coram R. P. D. Panzirolo.

DECISIO CCCXXIII.

BON. mem. Maxima de Comitibus sub die 14. Aprilis de ann. 1592. reliquit Castra de quibus agitur claræ mem. Antonio Mariæ Cardinali Saluiato; eique post eius obitum substituit Filios legitimos, & naturales Federici de Comitibus videlicet Camillum, & Horatium, prędefuncto Horatio, Excellẽtissimus D. Camillus Dux Carpineti sub die 14. Aprilis 1597. asserens se bene informatũ de prædicto Testamento, ac substitutione, declarauit se nun-

nunquam habuisse, neque habere animum acceptandi
prædictam substitutionem, neque ius accrescendi, vel non
decrescendi ex morte Horatij fratris, & propterea repu-
diauit, & repudiat, vt in instrumento dicitur, medio iura-
mento, &c. dictum ius accrescendi, vel non decrescendi,
& totam dictam substitutionem fideicommissariam sibi
post mortem Cardinalis hęredis factam, ipsamque substi-
tutionem, seu legatum perpetuo, & omni tempore effici
caducum voluit, & sibi nullo vnquàm tempore acquiri
debere, ac nunquam factum fuisset, ipsamque substitutio-
nem, & seu legatum medio iuramento, &c. ex nunc pro-
ut ex tunc, & e contra postquàm delatum erit refutauit, &
repudiauit, & cuicunque iuri tàm in spe, quàm in re, seu
ad rem certam de præsenti, quam quomodolibet compe-
tituro post mortem Cardinalis, ex nunc prout ex tunc, &
è contra, &c. renunciauit ad fauorem prædicti Cardinalis
pro se, & suis hæredibus, &c. illique fecit finem, quietan-
tiam, remissionem, & pactum perpetuū de vlterius quic-
quam non petendo vigore dicti testamenti. Die sequenti,
videlicet, die 15. Aprilis eiusdem anni 1597. idem Cardi-
nalis per chirographum, seu manuscriptum promisit, & se
obligauit soluere eidem Excellentissimo D. Duci scuta
20. mill. illaque numerare Creditoribus eiusdem Ducis,
qui cedere respectiue iura deberent eidem Cardinali, &
postea sub die 4. Iunij eiusdem anni prædictus D. Cardi-
nalis scripto declarauit suę intentionis non fuisse reualen-
di se vllo tempore de isto credito contra ipsum D. Ducem
sed dedisse dictam summam in gratitudinem renuncia-
tionis ab eodem D. Duce factæ fideicommisso prædicto,
prout hęc omnia narrata fuerunt in instrumento celebra-
to sub die 14. Nouembris eiusdem anni, in quo pariter di-
citur quod in signum gratitudinis addebat idem Cardina-
lis scud. 5. mill.

His stantibus cum prædictus Excellentissimus D. Dux
peteret immissionem in Castra de quibus agitur sub die
24. *Ianuarij 1622.* Rota resoluit coram R. P. D. meo
Remboldo * obstare dicto D. Duci dicta duo Instrumen-
ta sub diebus 14. Aprilis, & 14. Nouembris anni 1597. &
lata sententia contra D. Ducem, cum mihi causa fuisset
commissa in secunda instantia Dubitaui An Sentētia Ro-
tæ is esset cōfirmanda, vel infirmanda, & Domini cen-
suerunt, Sententiam esse confirmandam. Quia aut agitur
de repudiatione, aut de renunciatione; si de repudiatione,
1 † nullo modo fas est D. Duci ad bona repudiata redire,
*l. sicut, l. si quis suus, C. de repud. hæred. l. 1. C. de repud. bo-
nor. poss. l. 1. §. sed videndum est. ff. de success. edict. Aym.*
2 *cons. 959. num. 2. lib. 5.* quod enim semel repudiatum † est
red integrari non potest, *leg. fin. ad fin. C. de condit. insert.
Corn. in l. bonorum, num. 26. C. qui admitti;* Vnde hæredi-
3 tatem seme repudians † non potest amplius eam adire,
*l. si quis suus, C. de repud. hæred. vbi Fulgos. num. 5. Alber.
in l. pro hærede, num. 4. in fin. & num. 5. ff. de acquir. hæred.*
4 Neque est † amplius locus pęnitentiæ, *Ang. in d. l. si quis*
5 *suus, num. 3. C. de repud. hæred.* Nam, & si repudiatio † non
possit dici priuatio iuris repudiati, quoniam repudians hæ-
reditatem non dicitur priuari hęreditate quam nunquam
6 † habuit, & priuatio præsupponit habitum, tamen dicitur
aliquo modo priuatio, quia tollit facultatem acquirendi,
& acceptandi, si verò agitur de renunciatione, renuncia-
7 tionis † effectus est priuatio illius iuris, quod a se per renū-
ciationem abdicauit, & propterea à priuatione ad habitū
8 † non debet dari regressus, *l. homo liber. ff. de stat. hom. §.
quod autem, in fin. vbi Ang. num. 1. vers. nota, quod à priua*
9 *tione instit. de capit. diminuit.* & hinc fit quod † renunciāti
non datur regressus ad ius renunciatum, *leg. quæritur. §. si
venditor. ff. de ædilit. edict. l. Herennius 63. in princ. ff. de
euict. l. nihil 123. §. omnibus ff. de leg. 1. l. si quis ius iuran-
dum, 11. C. de reb. credit.* vbi dicitur quod satis absurdum
10 est redire † ad hoc, cui renunciādum putauit, & plus ope-
11 ratur renunciatio † quam sententia, cum renunciatio pē-
deat à spontanea voluntate, sententia verò est actus à cō-
sensu inuito pendens, *Oldrad. cons. 227. num. 5. Decian. re
spons. 39. numer. 44. lib. 2.* Et propterea Rota benè resoluit
obstare dicta Instrumenta, super qua resolutione fuit lata
sententia, quia contra cedentem potest excipi de repudia-
12 tione, & renunciatione, & † quod propterea non compe-
tit actio, *Aym. consil. 191. num. 3. Anchar. cons. 34. num. 8.
& 9. vers. & maximè quia.*

Quod verò in hoc casu dici posit, quod agitur de repu-
diatione satis patet, quia D. Dux substitutionem, seu lega-
tum postquam delatam erit refutauit, & repudiauit, quod
13 proprie conuenit repudiationi, † nam repudiatio fit de iu-
re iam delato, *l. 1. § decretalis, ff. de success. edict. leg. nec is.
17. in fin. ff. de acq. hær.* Et quamuis de tempore repudia-
tionis legatum, seu fideicommissum non esset delatum, &
14 ideò non potuit repudiari, † is enim potest repudiare, qui
potest adire. *l. is potest 18. ff. de acq. hæred.* itaut alias repu-
15 diatio sit nulla, & eueniente casu repudians posit † iterū
repudiare, vel adire, *l. is qui hæres. 13. in princ. ff. de acquir.
hær. & ibid. Bart. num. 1. & 3. Imol. num. 1. Ias. nu. 5. Surd.
cons. 398. num. 12. & cons. 446. num. 3.* Nihilominus est ad-
uertendum, quod D. Dux non repudiauit simpliciter, sed
16 postquam dicta substitutio, seu legatum sibi esset † dela-
tum, & ideo cum repudiatio sit conditionalis scilicet post-
quam substitutio, seu legatum erit delatum, quod denotat
17 dictio illa, † (postquam) quæ est conditionalis, *Bart. in l.
quibus diebus, §. Termilius, num 6. ff. de condit. & demon-
str. l. si ita. 45. §. fin. vbi glos. ver. 6. vbi ea. ff. de leg. 2. l. ab ho-
stib. 15. §. fin. ff. ex quib. caus. maior.* Rota decis. 46. *num. 2.*
18 *par. 2. in recent.* dictio, ex nunc † prout ex tunc, & è con-
tra non operatur à die datæ instrumenti, sed solùm à die
purificatæ conditionis, vt in istis terminis clausulę, ex nūc,
prout ex tunc, & è contra in actu conditionali (licet secùs
esse dicendum si actus esset purus.) & est decisio *Cassad.
3. num. 14. in fin. vers. cui conclusioni, & num. 15. per tot. de
præb. Card. in clem. 1. num. 9. vers. oppono quod decretum,
Imol. num. 10. de concess. præb. Paris. consil 82. num. 17. vol.
4. Gabr. cons. 185. num. 6. vol. 1. & est tex. in clem. 1. vbi glos.
in verb. ex tunc, de concess. præb.* & ratio est, quia ante cō-
19 ditionem † purificatam nulla adest repudiatio, *l. labeo, 7.
§. idem Tubero. ff. de suppellec. legat.* vbi quod nomina
20 † demonstrant voluntatem, *c. is autem 22. quæst. 2. Cassad.
in puncto, d. decis. 3. num. 15. de præb.* Ex quibus cum repu-
diatio censeatur facta post delatam hæreditatem est vali-
21 da, talis enim est † natura repudiationis, vt dictum est, vt
fiat post delatam hæreditatem ante acceptationem, *d. l.
1. §. furiosi, & §. decretalis, ff. de success. edict. leg. qui potest,
vers. quod quis. ff. de reg. iur.* Nam repudiare verbum re-
22 fertur † ad ius quærendum. *Alciat in leg. inter diuortium.
191. num. 1. ff. de verb. signif.* quare cum alicui defertur hæ-
23 reditas, † vel legatum, vel aliud simile, debet quis accepta-
re, vel repudiare, ne ius delatum, dum non acceptatur ha-
24 beatur pro derelicto; Vnde repudiari dicitur † hæreditas,
cum abdicatur ipsa adeundi facultas, vt in *Rubr. C. de re-
pud. hæred. Corn. cons. 272. num. 4. lib. 3. Ruin. cons. 207. nu-
mer. 3. lib. 1.*

Et quatenus teneamus hanc esset repudiationem, non
est opus insinuatione, quia illa solùm requiritur in vera,
25 † & propria donatione, non autem in impropria, *Calder.
cons. 2. de empt. & vendit. Curt. Iun. cons. 147. num. 7. & in
nostris terminis Gomez. variar. tom. 2. cap. 4. num. 10. Aze
ued. ad leges regias lib. 5. tit. 10. l. 9. num. 2. in fin. & numer. 3.*
Quod autem ista propriè, & verè non sit donatio satis pa
26 tet quia ad effectum veræ † donationis, duo copulatiue
requiruntur, alterum quod donans fiat pauperior, alterum
quod donatarius sit factus locupletior. Sed in hoc casu li-
27 cet recipiens sit factus locupletior, † tamen donans non
est factus pauperior, & sic non est proprie donatio, *leg. si
sponsus 5. §. concessa, vers. hoc autem ex eo euenit, & §. fin.
incip. vbicunque. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. quod autem
8. §. 1. ff. eod. Rot. decis. 8. vers. in oppositum, de consuet. in an-
tiq. latè Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 5. num.*
28 *57.* tunc enim donans dicitur fieri † pauperior, quando
tradit de substantia sua, itaut diminuat patrimonium suū,
secus verò si repudiat hæreditatem, & deueniat ad substi-
29 tutum nam tunc non † acquirendo non dicitur fieri pau-
perior, vt habetur *in d. l. si sponsus, §. si maritus,* & bene de-
clarat *Abb. in cap. donatio 15. num. 8. vers. 2. quæritur, de*

donat.

donat.inter vir.& vxor.Mant.loco supra cit.num.59. Et idem est in casu isto licèt non agatur, vt legatum deueniat
30 ad substitutum, † sed vt remaneat penes grauatum à quo relictum est, sicut caducum, *l.1.§ pro 2.C.de cad.toll.* vt bene ad propositum considerat *Castr.in cons.135.numer.3. vers.& si dicatur,lib.1.*

Neque obstat, quod ista repudiatio videatur facta per
31 pactum, vnde est locus insinuationi, † etiam quod aliàs de iure non requireretur, *Clar.in §.donatio,quæst.16.num. 2.& 3.Gabr.de donat.conclus.1 num.19.Seraph.de priuil.*
32 *iuram.priuil.209.num.4.* Nam fuit responsum, quod isti † Doctores loquuntur in renunciatione, secus autem dicẽdum est in repudiatione, & ratio differentiæ est, quia cum
33 † repudiatio fiat, quando ius est delatum, an ille cui est delatum velit acquirere, vel non acquirere pendet ab eius vo
34 luntate, vnde si † repudiat fingitur nunquam habuisse, *ex l.tibi homo,88.§.cum seruus,ff. de leg.1.* & sic respectu eius
35 nunquam est res † acquisita, & quod sibi dominium sit acquisitum pendet ex eius acceptatione, vnde non acceptando lex habuit, vt acquirendum, non vt acquisitũ, quia esse acquisitum dependet etiam a potestate legis, & lex ip-
36 sa potuit fingere non acquisitum, tandem ad hoc, † vt res dicatur acquisita necesse est, quod hoc fiat per actus naturales, vt puta per voluntatem, & apprehensionem natura-
37 lem, & tunc eius remissio donatio est, † per actus verò ciuiles non inducitur ista propria acquisitio, vt sit donatio eius remissio, & hic est verus sensus, *d.l.si sponsus,§.si maritus,ff. de donat.int.vir. & vxor.* ita eleganter, *Add.ad decis.119.Antonij Gamæ,col.1.vers.in maiore vero.* At se-
38 cus est in renunciatione, quæ non potest fieri, nisi † de iure iam acquisito, vel acquirendo, ex causa de præsenti, vnde si fiat de iure acquisito, clarum est, quod ista acquisitio
39 fit per actus naturales, † scilicet per voluntatem, & appre-
40 hensionem naturalem, & sic refutatio † est donatio, vt supra dictum est, & benè *Castren.in d.cons.135.num.3.vers. ex quo igitur,lib.1.* Et idem est in renunciatione iuris futu-
41 ri ex causa de præsenti, † quæ cum non possit regulariter fieri, *l.si ita scriptum,§.sub conditione,ff.de leg.1.* nisi fiat per pactum, *l.1.iuncta gloss a magna post princ.ibi,primo,* quia adhuc non competit, *C.de pact.* & latius infra dice-
42 tur, cum renunciatur † per pactum iuri de futuro, ex spe de præsenti sapit donationem, *l.spem, C. de donat. Ruin. cons.204.num.4.lib.1.* & ideò nihil mirum si requiritur insinuatio, quia est donatio, & in hoc casu lex non fingit re-
43 nunciantem nunquàm habuisse † ius renunciatum, prout fingit repudiantem nunquam habuisse hæreditatem, vel legatum repudiatum, vt supra dictum est, & cessat omnis difficultas, quia vt ex mox dicendis apparebit etiam quod
44 in repudiatione † ex pacto requireretur insinuatio, tamen secùs dicendum est in hoc casu.

Et in omnem euentum D. Duci obstat renunciatio Iuri de futuro ex spe de præsenti, quæ clarè colligitur ex illis verbis: Et cuicũque iuri tam in spe, quam in re, seu ad rem certam de præsenti, quàm quomodolibet competituro post mortem Cardinalis, ex nunc prout ex tunc, & è contra renunciauit ad fauorem prædicti Cardinalis pro se, & suis hæredibus, & cui fecit finem, quietantiam, remissionem, & pactum perpetuum de vlterius quicquam non po tendo, cum iuramento, &c. vnde, etsi renunciatio Iuri in
45 spe de præsenti, & Iuri de futuro ex dicta spe de præsenti † regulariter non valeat, nec renunicatione tollatur, *l. si ita scriptum,§.sub conditione,ff.de leg.2.Bart.in l.2.num.3.C. de pact.vbi Bolognet.num.70. testatur de communi,* per pactum tamen tollitur, *Bart.in d.l.1.num.3.Afflict.decisio. 381.numer.5.Milis.in repet.in verb.renunciari non potest iuri de futuro,Tiraq.de retract.consang.§.1.glos.9.num.*
46 *124.* Et ratio est, † quia renunciatio facta per pactum vallatur consensu duorum, renunciatio verò simplex vnius
47 † tantùm voluntate, *Butrig.in d.l.1.in princ.vers.item oppono quod futurum,Tiberius Decian.respons.39.num.64. vol.2.Hieron.Schurff.cons.74.num.9.& seqq.centur.1.Ias. in d.l.1.num.14.C.de pact.* Et prædicta eo magis proce-
48 dunt, quia in hoc casu adest † iuramentum, quod per se sufficeret, vt ius futurum per renunciationem tollatur, *A-*

lex.post Cuman.in l.is qui hæres 13.numer.7 ff. de acquir hæred. Dec.in l.1.num.27.C.de pactis, & cons.31.num.5. in princ.& cons.379.num.10.Ruin.cons.16.num.3.libr.2. Gerard.singul.18.num.19.Tiraq.in l.si vnquam, in præfat.num.138.Gutier.de iuram.confirm.cap.25.num.2.lib. 2.Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.109.numer.3.& per tot.

49 Nequè prædictis obstat, quod remissio † censetur donatio, *l.si quis delegauerit 12.ff.de nouatio, l.si quis obligatione 115.& ibi glos.in princ.& Dec.numer.2.& seqq.ff.de*
50 *reg.iur.* Et propterea eget insinuatione, perinde † ac si res tradita fuisset ex donationis causa, *Gros.in d.l.si quis oblegatione,in princ.vers.si fiat,& in l.Modestinus 23.in princ. glos.vbi Bart.num.1.ff.de donat.Ruin.cons.133.num.5.lib. 4.Roland.de lucr.dot.quæst.11.num.8.Busigell.in repet.l.4. §.cato,num.35.ff.de ver.oblig.* Nam fuit responsum, quod in hac facti specie non fuit opus insinuatione, quia illa nõ
51 est opus † quando remittitur Ius futurum nondum quæsitum, prout est casus noster, *Bald in l.illud,num.11 vers. quid ergo dicemus,C.de sacros.Eccl.Tiraq.in l.si vnquã, ver.donatione,num.180.Gomez.var.resol.tom.2.capit.10. num.10.vers.item etiam. Azeuedus.ad leges regias, lib.5.*
52 *tit.9.lib.9.num.2.& 3.* Neque procedit in † remissione Iuris, quod est in spe, prout etiam est casus noster, *Roland. de lucr.dot.quæst.39.num.24.Rebuff.in constit lib.2.tit.de donat.insinuan.art.1.glos.1.numer.30.vers.10.Gomez vbi*
53 *supra vers.secundo infero;* secus autem † quando est ius quæsitum *Rebuf.vbi supra,Gab.concl.1.de dona.num.82.*
54 *limit.23.* quia vbi ius † quæsitum remittitur, ibi donatio esse intelligitur, *Cast.in l.actione, num.2. C.de pact. Dec. cons.86.num.5.vers.quantum verò,Aym.cons.142 num 7.*
55 planè donatio vera, & propria in iuris † quæsiti remissione versatur, *Aym.cons.959.num.5.& cons.618.numer.3. Gabr.conclus.127.num.28.lib.1.& cons.6.in princip.lib.2.*
56 *&* propterea remissio iuris † quærendi nõ exigit insinuationem sicuti requirit iuris quæsiti remissio, vt supra dictum est.

57 Et quamuis prædicta videantur esse vera, nisi alteri † cedatur spes iuris quærendi, prout fuit factum in casu isto, cum cessio fuerit facta ad fauorem Cardinalis, *Ruin.cons. 204.num.4.lib.1.per tex.in l.spem, C. de donat. Socc.Sen. cons.82.in fin.lib.4.* Nihilominus fuit consideratum, quod D.Dux in dicto primo instrumento asseruit, se nunquam habuisse animum, nec habere substitutionem, & ius accrescendi, vel non decrescendi acceptandi, & subditur: Et propterea repudiauit, & refutauit, &c. renunciauit, & renunciat, &c. quæ dictio (propterea) denotat quod propter illam causam, scilicet quia nunquam habuit animum habere substitutionem, & ius accrescendi quæ censetur finalis, & coniungit animum non acceptandi, cum repudia-
58 tione, & refutatione, itaut repudiatio, † & refutatio pendeant ab illa voluntate non acquirẽdi, *l.2.ff.de vsur.Bald. in l.cancellauerat.num.1.ff.de his, quæ in testam.delent.c. quia propter de elect.Socc.Sen.cons.156.num.18.in princ. lib.2.Rolan.cons.15.num.5.lib.3.Seraph.decis.883.num.7.*
59 & prædicta dictio denotat expressam † causam repudiationis, & renunciationis, sicuti dicitur de dictione, ideò, quæ idem importat. *Socc.Sen.cons.159.nu.21.lib.2. Aym. cons.192.num.2.vers.3.arguitur.* Vnde fit, quod cum in iu-
60 dicanda remissione, † vt ea censeatur donatio debeat inspici animus donandi, & liberalitatem exercendi, *l.in adi-*
61 *bus 9.in princ.ff. de donat.* & vbi non constat † de animo donandi, tunc non videtur ibi esse donatio ob defectum consensus; ideò cum refutatio non fuerit facta simpliciter,
62 sed in consequentiam † ex quo nunquam D. Dux habuit animum acquirendi, quod denotat dicta dictio (propterea) ista non debet censeri donatio, sed liberatio sine causa, *Ang.cons.94.num.7.Roman.in l. Modestinus. num.15. ff de donat.Butrig.in l pactum, C.de pact.vers. item oppo nitur,* vbi quod si remissio fit principaliter animo donandi
63 censetur donatio, † si verò fit principaliter pro commodo pupilli non censetur donatio, & talis remissio per Tutorem facta est valida. *Rom.ibid.numer.4.* Nam donare is
64 demum dicitur, † qui ob nullam aliam causam donat, quam

quam vt liberalitatem exerceat, *l.1.ff. de donat.in princip.*
65 quare cum refutatio non fuerit facta † ob liberalitatem exercendam, sed ex quo D. Dux non habuit animum acquirendi legatum non dicitur donatio, itaut comprehendatur sub dispositione Iuris Communis, vel Statuto de in-
66 sinuatione, etiam quod sub verbo † donationis fuisset facta remissio, nisi principaliter interuenerit causa donandi, *vt est tex in l.si vno, 17. in princ. seu in l. ex conducto 16. §. Papinianus, ff.locati,* vbi quod si verbo donationis Domi-
67 nus † ob sterilitatem anni remiserit idem erit dicendum quasi non sit donatio, sed transactio, *& ibi glos.in verb.sed*
68 *transactio* notat quod ex qualitate contractus † verba accipiuntur contra propriam significationem & est clarum in iure quod contractus non debet à verbis denominari,
69 sed à principali † contrahentium intentione, & ab illius effectu, *l.insulam 6 ff.de præscr.verb.Paris. cons.20. num. 62.& cons 78 num 11.lib.1.Vacon. declar. iur. declarat. 69.num 10. Aym.cons.20.num.5.Ruin.cons.107.numer.9. lib 4 Rolan.cons.69.num.40.& seqq.lib.3. Surd. cons.243. num.2 & 43.*

Præterea si admitteremus hanc fuisse donationem, cũ bon.mem. Cardinalis die sequenti, post factam donationem dederit Duci scut.20.mill. & postea alia scut. 5. mill.
70 negari non potest quin ista solutio sit correspectiua † ad ipsam refutationem, seu donationem, si illam talem esse dicamus, ex tex. *in l.1.§.quę onerandæ, ff. quarum actio rerum non det* per quem text. *post Fulgos. dicit Soccin. Sen.* in terminis donationis, in *cons.273.numer.1.lib.2.*quod si
71 post donationem † donatarius obligat se ad aliquid, censetur hoc fecisse contemplatione illius donationis, & subdit quod *Paulus de Castro* consuluit, quod si mulier donat aliquid Hospitali, & eadem die Hospitale se obligat ad dã-
72 dum Mulieri decem singulis annis, † censetur hoc fecisse contemplatione præcedentis donationis ex actuum vicinitate, & allegat quoque *Bald.*concludentem, quod licet
73 frater † videatur dotare sororem animo donandi, *l.vni,§. accedit, C.de rei vxor.act.*tamen si eadem diem appareat instrumentum quietationis factæ per sororem fratri, præsumitur dotasse contemplatione illius quietationis, quia
74 præcedentia † declarant sequentia, & quæ in continenti fiunt videntur inesse, & hoc dictum in nostris terminis donationis ad literam sequitur *Io. Iacob. Leonardus in cons. 118.num.3.& seq.inter cons.feudalia Bruni libr.1.* Et quãuis prædicti Doct. loquantur de actibus factis eodem die,
75 nihilominus † idem obtinet in casu isto, ex quo promissio scut.20.mil. fuit facta die sequenti post renunciationem,
76 *Anchar.cons.434.num.3.* vbi quod ad inducendam † correspectiuitatem, dicitur in continenti fieri, si fiat infra vnũ diem, nam si soror renunciat hæreditati paternæ ad fauo-
77 rem † fratrum, & alio die fratres dotant sororem præsumuntur correspect ui actus, sequitur *Aym.in cons.356. in princ.* Et cessat omnis difficultas ex quinque ponderatis in facto secundi Instrumẽti in decisione *coram R.P.D. meo Remboldo*. Ex quibus clarissime colligitur ista correspectiuitas. Quare cum isti actus sint correspectiui ista dona-
78 tio non † est pura donatio, quæ subiaceat insinuationi requisitæ à *Statuto Vrbis Cap.149.& 150.lib. 1.* quod tollit
79 etiam iuramentum, cum donatio propriè † dicatur illa, quæ à mera liberalitate procedit, *l.1 ff.de donat.*& dicit *ibi Bart.in fin.* quod Statutum de donatione loquens intelli-
80 gitur de illa † propria donatione, quæ à mera liberalitate
81 procedit, quia verba Statutorum † debent intelligi stricte & in propria significatione, *l.1.§.si quis nauem ff. de exercit.actio.l.3.§.hac verba, ff.de neg.gest.* & idem in proposito notat *Bart.in l.filiusfamilias, in secunda oppositione ff. de donat.& Cyn.in l.vt liberis, num. 2 vers.nostri autem,*
82 *C.de collat.* Quare cum renunciatio † de qua agitur quatenus sit donatio, non sit ob liberalitatem, sed correspectiua, saltem ad summam scut.20.mill.& propterea fuerit ob causam, & reciproca, non comprehenditur sub dicto Statuto, *Alex.in puncto cons.167.num.10. & 14. vers. non obstat, lib.7.* vbi concludit, quod istæ conuentiones non con-
83 tinent donationem saltem proprie, † & quòad insinuationem de iure communi requisitam (omisso quòd non requiritur in donatione reciproca, vt de communi testatur *Cur.Iun cons.81.num.5.Clar.in §.donatio, quæstio.16. num.5.vers.sed nunquid*) cessat omnis difficultas, quia cũ
84 interuenerit † iuramentum non requiritur insinuatio secundum magis communem opinionem, de qua *Ias.cons. 169.num.16.lib.4. Alexand. consil.20. num.4. vers. posset etiam dici, lib.3.& cons.133.num.10.vers.quinimo etiam, lib.7.Clar.in d.§. donatio, quæstio. 18.vers.contrariam autem.*

Neque ista correspectiuitas cessat, ex quo Cardinalis promisit numerare scut.20. mill. Creditoribus D. Ducis, qui cedere deberẽt iura ad fauorem ipsius Cardinalis, quę iura cum Cardinalis possit exercere contra Ducem cessat correspectiuitas, cum Dux semper remaneret debitor. Nã fuit responsum quod cum ex prędictis præsumatur corre-
85 spectiuitas Cardinalis † non poterat vti iuribus cessis cõtra Ducem, licet alias posset, vt bene ad propositum, *Bald. in cons.317.incip. Ad euidentiam præmittendum per tot.& maximè in fin.lib.3.* vbi quod natura correspectiuorum
86 est, † vt quod inest in vno, insit alteri, itaut vnus actus iudicetur, etiam si sint diuersæ naturæ, nam si quis mutuauit
87 alicui centum, & statim † illa deposuit penes mutuantem licet in deposito, non admittatur compensatio, *l.fin. C. de compens.* tamen fallit in casu isto, quia depositum pendet à
88 mutuo † ratione correspectiuitatis, & coniunctionis contractuum, sic in proposito licet solutio facta per Cardinalem Creditoribus Ducis cum reportatione cessionis operaretur, quod Cardinalis posset vti illis iuribus cessis cõtra Ducem, tamen secus est in isto casu, ex quo solutio facta Creditoribus fuit correspectiua ad renũciationem factam per Ducem, Vnde Cardinalis non poterat vti iuribus ces-
89 sis contra ipsum, cum † solutio facta Creditoribus ratione correspectiuitatis esset eiusdem naturæ, prout renunciatio facta per Ducem, *l.si eum,§.final.leg.qui iniuria, ff. si quis caution.Bald.vbi supra ante fin.vers.quia istud depositum.* Et cessat omnis difficultas cùm die 4. Iunij eiusdem anni 1597. Cardinalis agnoscendo veritatem per aliam scripturam declarauerit suæ intentionis nõn fuisse reualendi se vllo tempore de isto credito contra ipsum D.Ducem, aut contra alios pro eo, sed dandi Excellentiæ suæ d. summam scut.20. mill.in gratitudinem renunciationis ab eodem D.Duce factæ fideicommisso q. D. Maximæ, &c. vt etiam habetur in Instrumento celebrato die 14. Nouembris 1597.

Neque denique facit, quod propter superuenientiam fi-
90 liorum D.Dux potuit † reuocare istam cessionem, seu renunciationem, ex *l.si vnquam C.de reuoc.donat.* Nam fuit responsum, quod, aut agitur de repudiatione, aut de renũ-
91 ciatione, si † de repudiatione non est locus reuocationi ex dispositione, *d.l. si vnquam, vt notat ibidem Ripa, num.21. & ibidem etiam Tiraquel.in verb.donatione largitus, numer. 180,& sequen Socc.Sen.in leg.1.in fin.C. de pact.* vbi quod hoc est nouum dictum, *Gomez variar. tom. 2. cap. 4.numer. 24 vers.septimo infero,* qui dicit solum *Soccinum* hoc tenere. Si verò agitur de renunciatione, quæ habet
92 vim donationis, cum ista non sit donatio simplex, † sed ob causam, vt supra probatum est, cessat in ea dispositio, *l. si vnquam, Alex.cons.29.num.16.lib.3.Dec.cons.180.in fin.*
93 *Paris.cons.28.num.62 lib.3.* quia † ista non est propriè vera donatio, *vt supra dictum est, ex Alexand.cons.167.numer.14.in fin.lib 7.*

Et ita conclusum solo D. Marchione informante.

* Est decisio 320.suprà in hac eadem parte.

R. P. D. REMBOLDO.

Ianueñ Separationis Thori.

Die Veneris 31. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Mulier, si agat contra eius virum ad effectum separationis Thori, ob illius sæuitiam cum tractetur de re grauissima, & ardua, & ne aperiatur via passim diuertendi cum raro sint coniuges inter quos aliquę dissentiones non oriantur, ideò vt in hoc iudicio obtineat, non sufficit probatio cuiuslibet sęuitię, & qualis requiratur, & probanda veniat doctè explicatur in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri alleganti sæuitiam viri incumbit onus probandi.*
2 *Mulier si alleget sæuitiam viri ad effectum separationis Thori, debet eam plenè, & concludēter probare.*
3 *Testes deponentes super sæuitia viri contrà vxorem, debent esse omni exceptione maiores.*
4 *Thori separationis causa grauis est, & ardua.*
5 *Thori separationis causa reputatur causa status.*
6 *Verberatio leuis permissa est viro in vxorem, præsertim ex causa.*
7 *Sæuitia mariti erga vxorem non inducitur ex vnico actu.*
8 *Mulier si dicat, quod fuit verberata semel in decem annis à marito ista non est sæuitia, sed correctio.*
9 *Vir sapiens debet dietim malos mores corrigere, ne transeant in consuetudinem.*
10 *ad Thori separationem, vt deueniatur propter sæuitiam viri, debet constare quod vir, sit solitus frequenter seuire vltramodum in vxorem.*
11 *ad Thori separationem vt deueniatur non sufficit sæuitia præterita, sed necesse est, quod adsit probabilis timor, quod etiam in posterum vir etiam sæuiat in vxorem.*
12 *Et etiam requiritur, quod etiam mulieri trepidanti non possit per sufficientem cautionem prouideri.*
13 *Testes viles, & patientes plures exceptiones non probant in materia separationis Thori.*
14 *Testis singularis non probat.*
15 *Alaparum duarum inflictio, non est verberatio atrox & qualis requiritur ad separationem Thori.*
16 *Alapis si maritus bis ceciderit vxorem, ex hoc non potest dici, quod sit solitus eam alapis cęcidere.*
17 *Testes deponentes de eorum iudicio nullum gradum probationis faciunt.*
18 *Testes de auditu non releuant.*
19 *Testes, si non reddant sufficientem causam scientiæ, non possunt deseruire ad effectum plenæ, & concludentis probationis.*
20 *Probatio præsumptiua non releuat in materia separationis Thori.*
21 *Fama non dicitur probata, si testes super ea deponentes, non sint tales, quales requiruntur ad eā probandā.*
22 *Maritus ex quibus præsumatur, quod benè tractauerit suam vxorem, & num. 23. & 30.*
24 *Maritus, si percusserit vxorem, quando ista percussio non sit censenda atrox, ità vt non sit inferendum ad sæuitiam.*
25 *Sæuitia mariti contra vxorem ad effectum separationis Thori debet esse magna, & talis ex qua probabiliter mortis periculum timeatur.*
26 *Maritus ex causa potest punire vxorem.*
27 *Diuortium, seu Thori separatio fit propter timorem futuri damni, ac propterea, vxor quæ diuertit à viro ad eumdem redire debet, data cautione &c.*
28 *Maritus si semel percusserit vxorem ex hoc potest desumi probabile argumentum, quod etiam in posterum sæuiat in ipsam.*
29 *Maritus, si semel percusserit vxorem, si dicta percussio non fuerit acris, & prouenerit ex insolita iræ accensione, cui vxor causam dedit, cessat coniectura, quod in posterum etiam crudelis contra eam sit futurus.*
31 *ad Thori separationis effectum requiritur, quod adsit timor magni mali, quodque sit talis, qui capat in constantem virum.*
32 *Thori separatio est res grauissima, ac propterea non est concedenda ob cuiuscumque mali timorem.*
33 *Et hoc ea de causa, quia daretur ansa passim diuertendi, cum rari sint coniuges, inter quos aliquæ dissidiæ non oriantur.*
34 *Timoris rei leuis nulla habetur consideratio in iure.*

¶ Supra ad Decisiones 155. & 191. coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

DECISIO CCCXXIV.

DOMINI dixerunt non constare de sæuitia D. Marcelli ad effectum separationis Thori: Onus enim
1 probandi sæuitiam viri incumbit † mulieri alleganti sæuitiam, *Paris. cons. 54. num. 13. in fin. lib. 4. Natt. consil. 616. in princip. Roland. cons. 27. num. 2. lib. 3.* cum alijs latè congestis per *Farinac. in tractat. de delict. carn. quæst. 143. §. probatio sæuitiæ, num. 163.*
2 Et requiritur ad d. effectum plena, † & concludens probatio, *Paris. d. cons. 54 num. 15. Roland. d. cons. 27. numer. 10. Natt d. cons. 616. sub num. 1. vers. & in ea requiruntur, Bertaz. cons. 228. num. 1.*
3 Quodque testes de ea deponentes sint omni † exceptione maiores, *Felin. in rub. de sponsal. numer. 5. Socc. Iun. cons. 86. num. 7. & seqq. lib. 2. Hipp. Rimin. cons. 174. num. 17. Natt. d. cons 616. sub num. 1.* Quia causa separationis
4 est causa † grauis, & ardua, *Hipp. Rim. d. cons. 174. numer.*
5 *16,* & reputatur † causa Status, *Farinac. loco citato numer. 164 Rot. decis. 441. num. 2. par. 1. in recent. in Romana separationis Thori 28 Ianuarij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato;* Ideoque etiam sæuitia ad inducendam separationem debet esse magna, *Abb. in cap. ex transmissa. in princ. & num. 4. de restit. spol. Aldobr. cons. 71. num. 1. lib. 1. Far. cōs. 157. num 4. lib. 2.* & fuit dictum in *Spoletana separationis Thori 15. Aprilis 1616. coram bo. mem. Card. Sacrato, & in Neapolitana separationis Thori 28. Iunij anni*
6 *præteriti coram R. P. D. meo Buratto.* Leuis † namque verberatio est permissa viro, præsertim ex causa, *Bald. consil. 176. num. 7. lib. 1. Roland. d. cons. 27. num. 13. & 17. lib. 3. Hipp. Rimin. d. consl. 174. num. 31. Aldobr. d. cons. 1. num. 4. Farinac. d. cons. 157. num. 5. & in d. tract. de delict. carn. d. quæst. 143. num. 194. Sanchez de matr. lib. 10. disput. 18.*

sub

sub num.16. cum alijs latè adductis per *Tiraq. de legib. connub. gloss. 1. par. 1. num. 22.*

7 Neque dicta sæuitia inducitur † ex vnico actu, *Roland. d. cons. 27. num. 12. Aldobr. dicto cons. 71. nu. 8. lib. 1. Bald. d. cons. 176. sub num. 3. vers. & si mulier*: Vbi, quod si mulier dicat, quod fuit verberata semel in decem annis, ista
8 non fuit sæuitia, † sed correctio, quodque vir sapiens de-
9 bet dietim malos mores † corrigere, ne transeant in consuetudinem, cum alijs per *Sanchez d. disput. 18. sub num. 16. vers. adde ex vnica verberatione*; Sed debet constare,
10 † quod vir sit solitus frequenter sæuire vltrà modum in vxorem *Farinac. d. quæst. 143. num. 103.* & fuit firmatum in *d. Neapolitana separationis Thori coram R. P. D. meo Buratto.*

Quinimò nec sufficit sæuitia præterita, & sic, quod præ
11 terito tempore sæuierit atrociter † in vxorem, sed necesse est, quod adsit probabilis timor, quod etiam imposterum vir sęuiat in vxorem *Abb. in d. cap. ex transmissa numer. 2. de restit. spol. Sanchez d. disput. 18. sub num. 16. vers. secundo existimo.*

12 Et denique requiritur, quod mulieri trepidanti † non possit sufficiens securitas prouideri, *cap. in litteras 13. in fin. & cap. ex transmissa, & vtrobique Doct. de restit. spol. Aldobr. d. cons. 71. num. 3. lib. 1.*

In casu autem isto non probatur talis sæuitia: Nam quoad tempus ante diem 29. Iulij 1618. vt apparet ex Summario, & iuribus aliàs datis pro parte Dominæ Barbaræ coram R. P. D. meo Pirouano, & ex toto processu deficit probatio d. prætensæ sæuitiæ in omnibus; neque enim ex toto processu constat, quod vel semel sæuierit D. Marcellus in D. Barbaram ante dictam diem 29. Iulij 1618.

Nec obstant testes, qui conantur deponere de aliquibus actibus sæuitiæ. Quia ex dd. Testibus, duo tantum deponunt de visu, alij vero de auditu, & qui deponunt de vi-
13 su sunt mulierculæ viles, † & patiuntur plures alias exceptiones, sicque non sunt testes idonei ad probandam sęuitiam: Ad hunc enim effectum requiruntur testes omni exceptione maiores, vt in puncto tradit post *Paris.* & alios supra relatos *Farinac. d. cons. 157. num. 2. & dicta quæst. 143. num. 166. Roland. cons. 50. num. 1. & 12. lib. 1.*

Præterea dato etiam, quod dd. testes essent idonei; Prima deponit tantummodo de duabus alapis, & quidem semel etiam tantum inflictis, & est singularis: Secunda verò deponit de duabus alijs alapis alia vice inflictis, & pari-
14 ter † est singularis; vnde nec dicta verberatio est probata, *cap. licet, cap. veniens, & cap. iusiuran. de testibus. l. iurisiurandi. C. eod. tit. Ias. in l. si quando num. 11. C. Vnde vi*: Nec quatenus esset probata, potest inde inferri ad prætensam sæuitiam, quia dicta verberatio non est verberatio atrox, & qualis, vt supra dictũ est, requiritur, Neque ex eo, quod
15 Dominus Marcellus semel, † aut bis cæciderit alapis D. Barbaram resultat, quod dictus D. Marcellus sit solitus eãdem D. Barbaram sine causa alapis excipere, quodque subsit timor, quod imposterum etiam eandem alapis cæ-
16 dat, † aut quod saltem non possit securitati D. Barbaræ mediante cautione prouideri: Sicque deficiunt omnia requisita necessaria ad probandam sæuitiam, qualis requiritur ad effectum separationis, vt suprà probatum est.

Alij autem testes deponunt de eorum tantum iudicio
17 † qui propterea nullum faciũt gradum probationis, *Bald. in l. de quibus num. 17. ff. de leg. Dec. cons. 256. num. 5. Decian. resp. 27. num. 6. lib. 4. Paris. cons. 104. nu. 37. lib. 1. Alex. cons. 74. num. 6. lib. 1. Curt. Iun. cons. 165. num. 17.* Vel de au
18 ditu † ab ipsamet D. Barbara, siue ab eius consanguineis, *Aym. cons. 41. num. 2. & cons. 112. num. 13. Farinac. d. cõs. 157. num. 6. lib. 2. & in tract. de testib. quæst. 69. num. 85. Bertaz. d. cons. 228. num. 2 in fin. Paris. d. cons. 54. num. 17. & 24. lib. 4. Rot. coram Cardinali Mantica decis. 162. num. 8. & decis. 170. num. 2. coram san. mem. Gregor XV. & decis. 762. num. 6. par. 2. in recent.* Nec reddunt sufficientem
19 † causam scientiæ, ideoque non possunt deseruire ad effectum plenæ, & concludentis probationis, prout requiritur, *gloss. in leg. solam. C. de testib. Felin. in cap. cum causam. numer. 3. eodem tit. Bald. cons. 219. numer. 2. libr. 4. Aym. consil. 2. numer. 4. & consil. 115. numer. 9.*

Nec obstat, quod ijdemmet testes, vel saltem aliqui eorum dicant se vidisse liuores, & audiuisse ploratum Dominæ Barbaræ, & sonitum verberum: Quia, vltrà alia supradicta, quodque dd. testes patiuntur plures exceptiones, de quibus in Summario impresso Domini Marcelli, dicti liuores, ploratus, & sonitus non probant sęuitiam, cum potuerint prouenire ex alijs causis, quam ex percussionibus mariti, nec præsumi potest, quod dicti liuores, quatenus essent probati prouenerint ex percussionibus, & sæuitia D. Marcelli, sed imò adscribendi essent causis latè in facto pro D. Marcello deductis, & sufficienter probatis: Et in
20 omnem euentum, nec ista probatio † præsumptiua releuaret, cum ad probandam sæuitiam non sufficiat aliqua indicia sæuitiæ apparere, eamque præsumptiue probari, *Paris. d. cons. 54. num. 13. in fin. & seq. lib. 4. Rot. decis. 371. num. 3. post secundum vol. cons. Farinac.* cum alijs per eundem *Farinac. in d. tract. de delict. car. d. quæst. 143. numer. 164.*

Nec aliquid facit asserta fama, quod D. Barbara fuerit male tractata a D. Marcello; Quia nec dicta asserta fa-
21 ma probatur, cum sex testes de ea deponentes † non sint quales ad effectum probandi famam requiruntur, iuxtà *trad. per Ias. & alios congestos per Surd. cons. 151. num. 77. Honded. cons. 102. num. 70. lib. 1. Menoch. cons. 149. num. 40. & seq.*

Et omnis scrupulus tollitur ex quinquaginta testibus longè dignioribus pro parte D. Marcelli examinatis, alijsque probationibus ab eo factis; Ex illis, namque apparet
22 D. † Marcellum semper bene tractasse D. Barbaram, eique summum semper honorem, & amorem exhibuisse, quod etiam verum esse demonstrat soboles ex D. Barbara suscepta, necnon, & aspectus D. Marcelli, morumque suauitas satis etiam in hac Vrbe omnibus nota: Quibus multùm adstipulatur propria etiam confessio D. Barbaræ in responsionibus ad positiones D. Marcelli, quod est verũ, quod ante dictam diem 29. Iulij 1618. non habebat cau-
23 sam vllam offensionis, aut † ex qua ipsa potuisset contristari, ibi, *E vero, che non ero altrimente disgustata, nè poteua esser vero, che io fossi in quei giorni disgustata seco*, quod certè non dixisset D. Barbara, si continuò fuisset male tractata à D. Marcello, ac verberibus affecta.

Nec obstat, quod saltem probetur sæuitia ex nimia, & immoderata percussione D. Barbaræ d. die 29. Iulij 1618. Quia veritas est, eamque ipse Dominus Marcellus ingenuè fatetur, quod orta quadam rixa inter dd. Nobiles coniuges d. die 29. Iulij D. Marcellus percussit quadam ferula Dominam Barbaram; quam eadem D. Barbara voluit in actis penes Notarium conseruari, cum expressa protestatione, quod illa non restitueretur. Verùm ex dicta percus-
24 sione † non resultat talis sæuitia, quæ possit præbere iustã causam separationi, quia licet fuerit à scribentibus pro D. Barbara multum alias amplificata, tamen considerata rei veritate, & instrumento quo dicta D. Barbara fuit percussa, quod fuit oculis DD. subiectum, non potest dicta percussio atrox percussio censeri, & sic non potest ex ea ad prætensam sæuitiam inferri, quæ ad effectum d. separatio-
25 tionis debet esse † magna, vt suprà probatum est, &, vt plures sentiunt, talis, ex qua possit probabiliter mortis periculum timeri, ita post *Ferret. & alios Barbos. in rubr. ff. solut. matr. 2. par. num. 3. & seq.* quo certè periculo nemo dixerit subesse Dominam Barbaram eò, quod semel fuerit d. ferula percussa.

Præterea minus potest d. percussio deseruire ad probãdam d. sæuitiam. Quia omisso, quod prætenditur D. Barbaram non fuisse percussam absque causa, quo casu licitũ
26 est viro † vxorem punire, vt supra dictum est, constat ex facti circumstantijs D. Barbaram prouocasse ad iram D. Marcellum, quodque ipse sic accensus ira eam percussit, vnde talis percussio non prouenit ex praua quadam consuetudine D. Marcelli sæuiendi in Vxorem, sed ex magna animi commotione, quo casu non attenditur, quia percussio mulieris quantumuis sit atrox non attenditur, quando illa contigit casu, vel ex ira, aut alia insolita animi commotione.

27 tione, nec subest † timor similis percussionis imposterum: Diuortium enim, seù Thori separatio fit propter timorẽ futuri damni, ac propterea etiam tenetur vxor, quæ diuertit à viro, ad eundem redire data sibi sufficienti futuræ incolumitatis cautione, *d. c. per literas, & c. ex transmissa, de rest. spol. late Sanchez. d. disput. 18. sub num. 10. post med. vers. secundo existimo.*

28 Non obstat, quod etiam ex d. vnica † percussione potest attenta D. Marcelli natura, probabilis coniectura desumi fore, vt etiam imposterum sæuiat in D. Barbaram. Quia, quod D. Marcellus sit crudelis, & pronus ad sæuitiam non probatur, neque id colligi potest ex d. percussio-
29 ne, cum, vt dictum est, illa † non fuerit acris percussio, & prouenerit ex insolita iræ accensione, cui eadem Domina Barbara causam dedit: Quinimò, quod Dominus Mar-
30 cellus † sit naturæ placidæ apparet, vt supra dictum est, ex ipsius aspectu, & moribus, & ex eo etiam, quod constat eum semper in honore, & amore habuisse D. Barbaram: vnde cessat penitus causa timoris sęuitię imposterum, qui posset in constantem virum cadere.

Et nihilominus D. Marcellus ad remouendum omnẽ scrupulum, spontè sua obtulit cautionem de bene tractãdo D. Barbaram, qua stante nullus certè superesse potest timor, nec leuis quidem mali, cum tamen ad effectum se-
31 parationis requiratur, quod † adsit timor mali magni, quodque sit talis timor, qui cadat in constantem virum, vt per *Sanchez d. disput. 18. num. 10.* Vbi quod diuertere est
32 res † grauissima, ac propterea non est concedendum ob
33 cuiuscunque mali timorem, † quia daretur ansa passim diuertendi, cum rari sint coniuges inter quos aliquæ di-
34 scordiæ non oriantur, & † timoris rei leuis nulla habetur consideratio in iure, *l. metus, ff. de eo quod met. caus.* cum similibus &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmeñ Nullitatis Ordinum.

Die Lunæ 19. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

De nullitate susceptionis Ordinum sacrorum, ex eo quod per metum suscepti fuerint, quãdo quis dat, vt Iudex validè procedat ad annullationem quid requiratur. Et vt quis admittatur ad causam propter eius interesse, qualiter sufficiat, vt illud probet.

SVMMARIVM

1 *Clericus in feudum succedere non potest.*
2 *Feudorum Laicorum incapaces sunt constituti in sacris Ordinibus.*
3 *Princeps concedendo alicui feudi inuestituram, non censetur velle præiudicare in ea vocatis, nisi expresse hoc dicat.*
4 *Principis inuestitura de aliquo feudo præsumitur concessa sine præiudicio tertij.*
5 *Sententia est nulla ex defectu iurisdictionis.*
6 *Ordines sacros, dato, quod quis susceperit per metum, quando dicatur purgatus talis metus.*
7 *Ordines sacros si quis susceperit per metum, si postea sponte administret, dicitur purgatus metus.*
8 *Clausula, vocatis vocandis, quid operetur.*
9 *Ad Interesse docendum, ad effectum ad mittendi aliquem ad causam sufficit, vt de eo apparenter doceatur.*
10 *Interesse leuioribus probationibus sufficit, vt doceatur, ad effectum admissionis ad causam.*

¶ Suprà ad Decisionem 40. coram eodem R. P. D. Ghisilerio, & infrà ad Decisionem 331. & 343. coram eodem.

DECISIO CCCXXV.

A SENTENTIA de partibus ad fauorem Marchionis Malaspinæ super nullitate susceptionis Ordinũ, & licentia nubendi interposita appellatione, Marchio Ludouicus obtinuit mihi committi causam restitutionis in integrum cum clausula, constito de illius interesse, vnde cum de eo dubitarem, Domini affirmatiuè responderunt, quoniam ex deductis in Summ. num. 2. apparet illum esse compræhensum in inuestitura Castrorum Bastiæ, Terræ Rubeæ, & pertinentiarum, ac proindè sua interest, quod Marchio Hippolytus remaneat in sacris Ordinibus, vel vt ipso adhuc viuente, inuestitura dicatur transijsse in sui personam attenta confirmatione Imperiali, per quam cum
1 præcipuè respiciat seruitia præstanda sacro Imperio, † Clerici censentur exclusi, iuxta *text. in cap. 1. de feud. fœmin. & in cap. si Clericus, si de feud. defunct. fuerit controuers. cum alijs per Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 29. num. 1. & seqq.*

Nec obstat, quod Marchio Hippolytus, quamuis aliàs
2 in sacris Ordinibus constitutus, † & sic incapax feudi, de quo agitur, fuerit ad illud admissus ab Imperatore, vt in Summ. Marchionis Hippolyti numer. 7. Nam vltra quod admissio Imperatoris non apparet, cessat obiectum, quia Marchio Ludouicus, vt dictum est, vocatus fuit in præce-
3 dentibus inuestituris; nec Princeps censetur † velle præiudicare sic vocatis, nisi expresse dicat, *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69. & in glos. litera R, ad finem, cum alijs ibi*
4 *allegatis*, quinimò præsumitur † concessa sine præiudicio tertij, *Anchar. cons. 174. num. 5. Bero. consil. 69. numer. 19. lib. 1.*

Non obstat sententia super nullitate Ordinum. Primò,
5 quia prætenditur nulla ex † defectu iurisdictionis ex quo causa fuit auocata ab Ordinario, & commissa in Rota. Secundò, quia testes de metu, deponunt de tempore assecutionis Canonicatus, non autem susceptionis ordinis, &
6 ex retentione Canonicatus, perceptione † fructuum per plures annos, nec non ex resignatione cum pensione prę-
7 tenditur purgatio metus, nam ex spontanea † administratione, metus purgatur, *Hostien. in capit. maiores, num. 38. de Baptismo. Ioan. Andr. num. 17. Butr. nu. 8. in fin. Boich.*
8 *num. 7.* vbi supra, tandem aderat clausula, † vocatis &c. & Ludouicus erat certus cõtradictor, cum Hippolytus cum ipso fecerit concordiam super bonis feudalibus, & tamen non fuit citatus, super quibus omnibus post admissionem ad causam, erit plenè discutiendum.

Quare cum non agatur de interesse principaliter, sed incidenter ad effectum admissionis huiusmodi, succedit
9 conclusio, quod † ad docendum de interesse, in hoc casu
10 sufficit apparenter docere de iure, & dare fumum † cum admittantur leuiores probationes, *Felin. post Cardin. in cap. super. num. 2. de offic. deleg. & in cap. super num. 14. & 16. de sent. & re iudic. Odd. de rest. in integr. par. 1. quæst. 36. nu. 6. Rota dec. 11. de rescr. in antiq. Bisignet. decis. 1. eod. tit.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Vineæ de Capocephalis.

Die Veneris 26. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Manutenibilis non est possessio capta pendente termino dato ad appellandum. Aegidiana in rebus emphyteuticis Ecclesiasticis non intrat. Pro spoliato non dicitur, quis se habere, si petat manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est ei, de cuius possessione constat de tempore motæ litis.*
2 *Possessio benè probatur ex confessione partis aduersæ.*
3 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, & attentata.*
4 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
5 *Appellatio in iudicijs possessorijs non datur ex dispositione Aegidianæ.*
6 *Aegidiana non intrat, quando sumus in re Ecclesiastica.*
7 *Decretum transit in rem iudicatam ob non interpositam à parte appellationem.*
8 *Decreto contra se lato, videtur quis acquieuisse, si ab eo non appellauit.*
9 *Manutentionem, quis petere non potest, si habuit se pro spoliato.*
10 *pro Spoliato ex acquiescentia alicuius decreti, contra se lati, vt non dicatur, quis se habuisse, sufficit, quod à die notitiæ reclamauerit, quando domi dimissa copia, & non personaliter ad illud fuerit citatus.*

¶ Suprà ad Decisionem 46. coram eodem R.P.D. Dunozetto. & infrà ad decisionem 330. coram eodem.

DECISIO CCCXXVI.

CENSVIT Rota Capocephalis, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Vineæ, de qua agitur, quia de eorum possessione tempore motæ litis visum fuit constare, nedum ex depositione testis pro
1 Strinis ex aduerso examinati; † quæ sola sufficit ad effectum manutentionis, *Menoch. de retinen. rem. vlt. numer. 34. Rota coram Greg. XV. decis. 438. num. 2.* verum etiam
2 ex confessione eorundem de Strinis desumpta ex † positionibus, seù articulis per ipsos exhibitis, *Crauett. consil. 150. num. 5. Rot. coram Greg. XV. decis. 458. num. 4. & 5.* & aliàs sæpissimè.

Non obstat possessio dd. de Strinis capta auctoritate Iudicis vigore decreti, seù mandati de immittendo, quia cum à d. decreto daretur appellatio possessio inde sequuta
3 † pendente termino ad appellandum dicitur nulla & attẽtata *cap. non solum. de app. in 6. Rot. coram Greg. XV. decis. 503. num. 1. & decis. 618. num. 2. par. 2 recen.* & consequẽ-
4 ter † non est manutenibilis, *Rota decis. 225. num. 4. par. 2. recent. & in Rom. melioramentorum 1. Decemb. 1616. coram D. meo Vbaldo.*

Quod autem à decreto prędicto daretur appellatio pa-
5 ter, nam licet fuerit actũ possessorio, ex interdicto † quorum bonorum, in quo ex dispositione Aegidianæ non datur appellatio, tamen cum ageretur de vinea emphyteotica Ecclesiastica, prout inter partes non controuertitur,
6 † cessabat Aegidiana, & dabatur appellatio, *Rot. decis. 32. num. 2. par. 1. & decis. 472. par. 2. recent. & in Romana domus ad S. Honufrium 29. Apr. 1626. & 16. Martij 1627. coram R.P.D. Durano.*

7 Minus obstat, quod † decretum prędictum ob non interpositam appellationem per dd. de Capocephalis trans-
8 siuerit in iudicatum, & sic videantur acquieuisse, † & se
9 habuisse pro spoliatis, & propterea non possint nunc † petere manutentionem, quia respondetur, quod cum Capocephali non fuerint personaliter citati, sed tantum domui
10 dimissa † copia, satis est ad hoc vt non censeantur se habuisse pro spoliatis, quod à die habitæ notitiæ reclamauerint & petierint manutentionem, *Rot. coram Greg. XV. decis. 307. num. 12. & decis. 546. num. 14. & decis. 555. numer. 1.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Tullen. Reformationis.

Die Veneris 30. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Approbationis narratiua quando dicatur iustificata. Religionum reformatio cui sit commissa. Narratiua quando sufficiat, quod de facto iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Narratiua aliqua benè iustificari potest ex instrumento publico.*
3 *Approbationis narratiua, ex quo benè dicatur iustificata.*
4 *Narratiua ea, quod reformatio alicuius Religionis absque Sedis Apostolicæ beneplacito secure subsistere non posit, non eget iustificatione.*
5 *Reformatio Religionum totaliter pendet à nutu Capituli generalis.*
6 *Capitula generalia Religionum, quoad obseruantiam Regulæ habent omnimodam potestatem.*
7 *Narratiua ea sufficit, vt de facto iustificetur, si in ea principalis intentio Papæ non consistat.*
8 *Papa præsumitur habuisse plenam notitiam de his, quæ in literis Apostolicis concessionis insertæ sunt.*
10 *Narratiua Papæ non est iustificanda, cum eius assertioni sit standum.*

¶ Suprà ad Decisionem 4. coram eodem R.P.D. Dunozetto, & ad sequentem.

DECISIO CCCXXVII.

CVM moderni Abbates, & Conuentus Sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ Oppidi Mussiponti, Iustimontis, ac Saliuæ vallis Meten. & Tullen. Dioc. respectiuè Præmonstraten. Ordinis, Reformationem antiquæ eiusdem Ordinis austeritati, conformem suscepissent, & dubitarent nè huiusmodi Reformationis negotium destrueretur cum à Capitulorum generalium eiusdem Ordinis nutu totaliter penderet, & vix stare posse existimarent, nisi Sedis Apostolicæ auctoritate muniretur à fel. re-

cor.

cor. Paulo Quinto Bullam Confirmatoriam huiusmodi negocij obtinuerunt,& quia cum post professionem dicti Abbates, & Conuentus nonnullas leges, & Constitutiones, & Ordinationes ad conseruationem dictæ Reformationis tulissent,dubitabant pariter ne huiusmodi Constitutiones eiusdem Capituli generalis censuris subiacerēt easdem à san. mem. Greg. XV. obtinuerunt confirmari, sed quia Abbas, & Capitulum generale Præmonstraten. dictas Bullas impugnabant vti nulliter, & subreptitie obtentas, Dubitaui An dictæ Bullæ essent iustificatæ, & Domini vnanimi consensu responderunt pro illarum iustificatione.

Et primò quoad Bullam Pauli Quinti ea visa fuit in omnibus iustificata,in ea enim primò narrabatur,quòd Abbas & Conuentus Oratores,ante aliquot annos Reformationem antiquæ eiusdem Ordinis austeritati conformem de consensu tunc existentis Abbatis Generalis eiusdem Ordinis susceperunt. Secundò,quod iam Abbates,& Conuentus pro illius reformationis obseruantia Statuta, & ordinationes condiderunt.Tertiò quod ijdem in ipsa Reformatione illucusque cùm consensu, & approbatione moderni Abbatis Generalis dicti Ordinis perseuerarunt, Quartò,& vltimo, quod Reformatio huiusmodi sine Sedis Apostolicæ auctoritate vix stare possit cum,à dicto Capituli generalis nutu penderet eam destruere, quæ omnia visa fuerunt bene iustificari.

Nam quòad primum, nempe quòd Abbas,& Conuētus Oratores ante aliquot annos hanc Reformationem de consensu tunc existentis Abbatis generalis eiusdem Ordinis amplexi fuerint, illud abunde iustificatur ex approbatione Constitutionis dictæ Reformationis Communitatis antiqui rigoris facta de anno 1611.ab Abbate generali tunc temporis, in qua enunciatur tam Institutio dictæ Reformationis,quàm etiam conformitas primeuo Ordinis Instituto, vt ex Instrumento publico dato in Summa-
1 rio Communitatis Num.4.ex quo cùm † faciat probationem probatam, *l.cum precibus*,C.*de prob.Rot. decisio.60. num.1.& decis.590.num.1.par.1.recent.*bene remanet iu-
2 stificata † narratiua,quòd Reformatio fuerit introducta de consensu Abbatis Generalis, & secunda quòd fuerint condita Statuta,& Constitutiones.

Quòad tertiam verò narratiuam etiam ea benè iustificatur,quia D.Petrus Grossetus modernus Abbas Generalis dicti Ordinis de anno 1616. Constitutiones dictæ Reformationis examinauit, & approbauit, necnon censuit
3 illius † professores ad earum obseruantiam esse hortandos vt in Instrumento approbationis, quòd datur in eodem Summario Num.5.ex quo benè remanet iustificata dicta tertia narratiua, *Rot.decis.17.num.7.par.2.recent.*

Quòad quartam & vltimam narratiuam,nempè quod
4 huiusmodi reformatio † absque Sedis Apostolicę auctoritate secure subsistere non posset, non indiget alia iustifica-
5 tione,cùm hoc sit satis notum,† ex quo dicta Reformatio totaliter pendebat à nutu Capituli generalis, cui etiā Sac.
6 Conc.Trid.quoad † obseruantiam Regulæ dedit omnimodam potestatem *cap.1.sess.25.de regul.*

Quò verò ad Iustificationem Bullæ Greg. XV. in qua pariter tria,aut quatuor narrantur ea visa fuit clara.

Si quidem in eo,primò narratur,quod literę Pauli Quinti propter nonnulla impedimenta suum sortiri effectum non potuerunt. Secundò, quod disciplinæ veteris rigor à à Capitulis generalibus antea approbatus, & singulis Religiosis & integris Monasterijs primum permissus,deinde curæ Abbatis generalis traditus fuerit. Tertiò,quod idem Abbas generalis in visitatione quasdam Leges, & Ordinationes edidit sub beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ Ordinationes per extensum in dictis literis sunt insertæ. Quartò, & vltimo narratur votum Congregationis Regularium super dictis Ordinationibus.

Quòad primum,quod dictæ literæ non fuerint exequu-
7 tioni demandatæ non indiget alia Iustificatione, † quia in hoc principalis intentio non consistit, & sufficit, quod de facto verificetur *Rota decis.410.numer.4.par.1.recent.*& hoc inter partes non controuertitur.

Secunda narratiua iustificatur, quia de anno 1618.Capitulum generale approbauit easdem Constitutiones Reformationis,& concessit facultatem omnibus Religiosis, & Monasterijs integris eiusdem Ordinis amplectendi reformationem, vt constat ex Instrumento dictæ Concessionis in eodem Summario Num.8.ex quo benè iustificatur narratiua facta in his literis Gregor. quod disciplinæ veteris rigor à Capitulo generali antea fuerit approbatus, & permissus.

Tertia narratiua, quòd Abbas generalis ex visitatione Monasteriorum Communitatis ediderit quasdam leges pro regimine, & manutentione Reformationis probatur
8 etiam ex publico Instrumento, quod datur in Summario num.6. nec non ex quo dictæ Leges, seù Constitutiones
9 fuerunt insertæ in litteris Apostolicis, vndè apparet † Papam de illis habuisse plenam informationem.*Soccin.cons.266. num.27. vers.confirmatur,libr.2.Alex.cons.14.numer.2.lib.5.*

Vltima denique narratiua de approbatione articulorum,& ordinationum Reformationis facta à Sacra Congregatione non eget aliqua probatione cùm sit narratiua
10 ipsius Pontificis,cui assertioni est standum *Rota decis.361.num.1.decis.612.num.3.in fin.par.2.recen.*

Et ità vtraque,&c.

R. P. D. DVNOZETTO

Tullen.Reformationis.

Die Lunæ 18. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Ttractatur de iustificatione narratiuæ, quando scilicet benè dicatur iustificata Reformationis alicuius Religionis approbatio per Monachos, ex quibus deduci possit.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio supponit existentiam rei, quæ approbatur, aliàs non potuisset approbari.*
2 *Scriptura non dicitur in forma probanti, si sit extracta à Notario de ea non rogato.*
3 *De actu extraiudiciali sibi commisso, si quis attestetur, an ei credatur sine testibus.*
4 *Notarij legalitas censetur à partibus approbata, si sint solitæ eo vti in extrahendis scripturis.*
5 *Episcopi informatio super aliqua re sibi commissa, præsumitur integra, donec contrarium probetur.*
6 *per Scripturæ subscriptionem approbantur omnia, & singula in eo contenta.*
7 *Negatiua est probanda per eum, qui in ea, se fundat.*
8 *Redditus ad ius antiquum facilior est.*
9 *Disciplina vetus, & regularis vbi collapsa est, instauranda venit.*
10 *Consensus præstitus ab Abbatibus, Prioribus &c. censetur præstitus non solùm vti singuli, sed etiam conuentualiter.*
11 *Scripturis magis standum est, quàm testibus.*
12 *Probatio per scripturas in concursu cum testibus debet præualere.*
13 *Gratia, quando præsumatur obtenta ab eo, cuius nomine cantat.*

14 Mo-

14 *Monachus in aliquo Monasterio professus potest de licentia Superioris ad aliud Monasterium de träsferri.*

¶ Supra ad Decisionem 4. coram eodem R. P. D. Dunozetto.

DECISIO CCCXXVIII.

LITTERAS Reformationis fœl. rec. Pauli Papæ V. & Gregorij XV. iustificatas esse Domini sub die 30. Martij præteriti, * & hodiè reproposito dubio super eisdem vnanimiter responderunt per rationes ponderatas in precedenti decisione, non obstan. vltimo loco deductis pro parte Abbatis, & Capituli non acquiescentium decisioni prædictæ.

Non obstat, quod narratiua susceptæ Reformationis de consensu Abbatis non possit iustificari, ex Instrumento confecto de anno 1611. in Summario Communitatis in alia positione dato num. 4. cùm Statuta videantur condita de anno 1616. Quia obiectum cessat ex facto, ex quo re vera statuta emanauerant de anno 1611. quo tempore Abbas Reformationi consensit; De anno verò 1616. illa
1 reuisa, & approbata fuerunt à Generali, quæ † approbatio, & reuisio præsupponit eorumdem Statutorum præexistẽtiam, cum aliàs non potuerint approbari, nec augeri, *leg. nam, & si, ff. de iniust. rupt. test. capit. ad dissoluendum, ibi not. de spons. in cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. & in c. ex parte de const. Guidop. decis. 629. num. 12. vers. quia, quod non est.*

Non obstat, quod scriptura in qua nititur decisio, quæ reuidetur pro iustificatione primæ narratiuæ non sit in
2 forma probanti, tanquam extracta à Notario † de illa nõ rogato, quia hodiè datur originalis Informatio Episcopi Virdunen. capta de ordine Cõgregationis Episcoporum, & Regularium, in qua est inserta de verbo, ad verbum dicta scriptura, quæ prætenditur informis, cui originali informationi Episcopi fides est adhiben. etiamsi testibus ca-
3 reret, cùm Episcopus attestetur de actu † extraiudicialiter sibi commisso à Congregatione, *Bero. cons. 88. numer. 21. lib. 1. Neuiz. consil. vlt. num. 3. & 10. Menoch. consil. 114. num. 10.* Præsertim, quia extracta fuit à Notario solito extrahere Instrumenta etiam producta pro Abbate, & Ca-
4 pitulo, † itaut illius legalitas censeatur à partibus approbata. *Card. Caual. decis. 640. num. 10.* Quæ informatio Epi-
5 scopi præsumitur integra, donec per Abbatem, † & Capitulum contrarium probetur. *Rot. decis. 64. numer. 1. par. 1. diuers. Card. Caual. decis. 335. num. 1. & decis. 572. num. 7. Greg. XV. decis. 59 num. 1. & ibi Adden.*

Narratiua, quod Abbas & Conuentus Iustimontis, & Saliuæ vallis susceperint Statuta, probatur ex eadem informatione Episcopi; item ex mandato procuræ facto Fratri Aegidio Martino nomine Conuentus Iustimontis ad acceptandam huiusmodi Reformationem, cuius vigore postmodum per modernum Abbatem generalem prædictus Conuentus fuit adiunctus prædictæ Communitati, & Reformationi, cui adiunctioni etiam dictus Abbas Iustimontis consensit, & cum omnibus Religiosis eiusdem Conuentus se subscripsit, vt ex Iuribus in Summario Cõ-
6 munitatis in hac positione dato numer. 4. & 5. per † quam subscriptionem vtique acceptarunt omnia, & singula contenta in mandato, *Gabr. concl. 3. nu. de præsumpt. Seraph. decis. 973. num. 1.*

Non obstat, quod quam plura, ex his quę fuerunt statuta non sint conformia antiquo rigori, & non fuerint obseruata, quia contrarium apparet ex dicta relatione Episcopi
7 Virdunen. cui † est deferendum, nisi contrarium probetur quamuis consistat in negatiua. *Alex. cons. 37. num. 13. lib. 2. Rot. decis. 362. num. 2. par. 1. in recen. Caualer. decis. 315. num. 5.*

Non obstat, quod si dicti Summi Pontifices sciuissent prout ipsis fuit tacitum, Statuta antiqua fuisse modificata per Iulium Secundum, quoad esum carnium, vtique dictã Reformationem non confirmasset; Quia imò à dicta cõ-
8 firmatione non se retraxissent, † cum facilior sit reditus ad ius antiquum, *glos. in c. statutum, in verb. numerandum, de præben. in 6. Sacr. Concil. Trid. sess. 25. cap. 1. de regul.* in
9 illis verbis (*vbi collapsa est vetus, † & regularis disciplina instauretur.*)

Non obstat, quod non doceatur de consensibus Conuentualiter præstitis à Conuentibus Saliuæ vallis, & Iustimontis, quia contrarium apparet ex iuribus datis in Summario Communitatis num. 5. in quo legitur, quòd Abbates, & Conuentus prædicti dederunt mandatum procuræ ad obtinen. à Sede Apostolica confirmationem dictę Reformationis, in quo mandato sunt subscripti dicti Abbates, & Priores, & omnes alij Fratres dd. Conuentuum.
10 Qui † consensus propterea censentur præstiti, non solum vti singuli, sed etiam Conuentualiter. *Gabr. concl. 1. num. 3. & 9. de cuiusque vniuers. nom.*

Neque obstant testes in Curia nuper examinati pro parte Abbatis, & Capituli ad proban. nõ interuenisse consen-
11 sum Abbatum, & Conuentuum, quia magis † est stãdum scripturis, quàm testibus, & præsertim magis est credendũ dictæ informationi datæ per Episcopum Virdunen. de ordine Congregationis, prout magis est standum Cõfirma-
12 tioni Statutorum factæ per Abbatem Generalem, † & hæc probatio per scripturas in concursu cum testibus debet præualere *l. Census, ff. de probat. consil. 54. num. 15. Rota decis. 58 num. 6. par. 1. recentior.*

Non obstat, quòd obijcitur contra litteras Gregorij nõ probari Abbatem dedisse mandatum ad supplican. quia cùm expeditio non potuerit fieri absque expensa, & sine Abbatis consensus, gratia esset difficilis concessionis, istis concurrentibus gratia præsumitur obtenta ab eo, cuius nomine cantat, iuxtà decisiones relatas ab *Add. ad decisio. Greg. 331 num. 19.* stante maximè exequutione dd. litte-
13 rarum † subsecuta in partibus ad instantiam dicti Abbatis qui hoc modo easdem litteras approbauit, & se fuisse oratorem fassus fuit, *l. filiusfamilias, ff. ad Maced. Bart. in l. cum tabernam, §. idem quæsiuit, in fine, ff. de pign. Caual. decis. 26 sub num. 4.*

Denique, non obstat, quòd non possit iustificari narratiua, quòd Petrus, Claudius, & alij essent Monachi S. Pauli, & Saliuæ vallis, cum doceatur istos emisisse professionẽ
14 in alijs Monasterijs, quia † Monachus in aliquo Monasterio professus potest de licentia Superioris ad aliud Monasterium transferri, *cap. licet quibusdam, de regul.* & sic cessat impotentia ex aduerso allegata.

Et ita vtraque, &c.

Est Decisio 327. supra, quæ est præcedens.

R. P. D. MERLINO.

Narnien. Successionis.

Die Lunæ 26. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum, licèt in dubio interprætandum veniat, ne fœmina propter vnam dotem repellatur etiã ab hæreditate eorum, qui eam non dotarunt, & hoc ad euitandum magnum absurdum, & quasi intollerabile, quod aliàs sequeretur. Tamẽ quando id concipi potest ex eisdem statutis, & hoc præsertim ad interpretationẽ Statut. Narnien. c. 40.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Statutum excludens dotatam censetur in dubio solum excludere eam ab hæreditate dotantis,
2 Sed hoc non procedit, quando vlterius progreditur, & ex contextu ipsius statuti appareat eas voluisse excludere à cuiuscunque hæreditate,
3 Ità vt exclusio prædicta non sit correspectiua ad dotem, quodquè vna dos operetur omnium hæreditatum iacturam.
4 Fœmina exclusa à statuto à successione, vt excludatur ab omnium hæreditate, non sufficit, quod statutum enumeret plures personas, à quarum successione inducit exclusionem.
5 Castren. in cons. 91. num. 2. lib. 2. declaratur.
6 Bald. in l. 1. numer. 4. C. de legit. hæred. declaratur. & num. 18. & 20.
7 Statutum fœminas excludens ab hæreditate, censetur solum excludere ab hæreditate dotantis, etiamsi plures recenseret personas,
8 Quia hoc casu etiam viget illa æquitas, quod singula singulis referenda sunt.
9 Fœmina, vt excludatur tantum à statuto ab hæreditate dotantis semper facienda est interpretatio, nisi verba statuti valdè, vel ex toto, repugnent,
10 Quod procedit etiamsi verba sint valdè prægantia.
11 Statutum si alternatiuè loquatur, alternatiuè debet intelligi, singula, singulis referendo, & num. 17.
12 pro Fœmina in dubio pronunciandum est, quod non sit exclusa à statuto.
13 Statutum excludens fœminas à successione aliquarum personarum non extenditur ad personas, quæ in verbis non sunt expressæ,
14 Et nec habet locum, nisi casus sit à statuto formaliter expressus, tàm ad effectum exclusionis, quã inclusionis.
15 Alternatiuæ natura est, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat.
16 Copulæ, &, natura est omnia simul connectere, & comprehendere.
17 Statutum exclusiuum fœminarum si in dotatione, & in exclusione loquatur alternatiuè, qualiter sit intelligendum, & num. 18.
19 Alternatiua absonum esset, quod in vna parte acciperetur diuisim, & in alia verò coniunctim.
21 Statutum si simpliciter dicat, mulierem dotatam non succedere Patri, vel Matri, & alijs, tunc non recipit restrictionem ad hæreditatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem faciat,
22 Et hoc casu sufficit, vt ab hæreditate cuiuscunque dicatur exclusa, vt ab aliquo sit dotata, nec perquirendum est à quo sit dotata. & quare, num. 23.
24 Fœmina exclusa à statuto, ab illius hæreditate censetur exclusa, à quo fuit dotata, & quando id procedat.
25 Statutum si sit correctorium iuris communis, in eo, non sunt intelligendæ personæ ibi non expressæ.
26 In statutis omissum habetur pro omisso.
27 Exclusio ab hæreditate fratris, non est admittenda in statutis exclusiuis fœminarum, nisi de hoc fiat mentio in dictis statutis.
28 Exhæredatio non infertur, nisi vbi nominatim exprimitur.
29 Statutum, quando dicatur temperare rigorem exclusionis fœminarum.
30 Dictio, talis, est demonstratiua ad oculum, & restringit dispositionem.
31 Dictio, dummodò, coarctat dispositionem secundum qualitates appositas.
32 in Statutis exclusiuis fœminarum absurdum esset ingens, si vellemus addere exclusionem ab hæreditate fratris, quæ non legitur in ipso statuto.
33 Statutum Narnien. exclusiuum fœminarum intelligendum est diuisim, idest quod fœmina, ab illius tantum hæreditate excludatur, à quo fuit dotata, & non ab alijs.
34 Statutum exclusiuum fœminarum, si ad eas excludendas contentetur vna dote, absurdum esset, vt pro inducenda totali exclusione earum, exigamus bis, ter, quater, & pluries dotes.
35 Fœmina exclusa à statuto, absurdum esset, vt propter vnam solam dotem excludatur à plurium hæreditatibus.
36 Statutum, si mandet, quod filia vnica dote contenta sit, procedit in bonis eiusdem personæ, quæ dotauit.
37 de Lucro captando agens minus fauorabile est, quam agens de damno vitando.
38 Dotatio est actus reiterabilis.
39 Dos est loco legitimæ portionis, quæ circumscripto statuto, debetur fœminæ.
40 Statutum, si excludat fœminam ab hæreditate patris, & aliorum si sit dotata à fratre, quid inde inferatur. & num. 41.
42 Fœminis successio fratris minus debita est, quàm successio parentum.
43 Fœmina, vt censeatur exclusa ab hæreditate dotantis, sic disponente statuto, vis non consistit in hoc, quod pater, vel frater, vel nepos dotauerit, sed ex quibus bonis dotem præstiterint.
44 Pater tenetur dotare filiam, & hoc munus, & obligatio propriè inhæret illi.
45 Patris bona sunt obnoxia obligationi dotandi filias, & cum hoc onere transeunt in heredem.
46 Dos habetur loco legitimæ portionis filiæ debitæ ex successione patris,
47 Frater, quando ex bonis paternis dotat sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria liberalitate, sed ex debito paterno.
48 Frater, si ex bonis paternis dotet sororem, licet extrinsece sit dotata à fratre, tamen verè censetur dotata à patre.
49 Filia dotata à patre, sicuti non succedit patri, ita dotata à fratre, excluditur itidem ab hæreditate patris, quia ex eius bonis dotata fuit.
50 Statutorum dispositiones referri debent ad id, quod frequentius accidunt.
51 Soror, si sit dotata à fratre de bonis suis Castrensibus, hoc casu exclusa remanet ab hæreditate fratris, non autem exclusa remanebit ab hæreditate patris, & aliorum, qui non dotarunt.
52 Fœmina censetur exclusa tantum ab illa hæreditate, in qua habuit recompensam, scilicet dotem receptam à defuncto.
53 Statuta excludentia fœminas dotatas interpretanda sunt, vt fœminæ non succedant dotantibus.

54 Et

54 *Et potiùs debet admitti ſuppletio verbi, quàm admittatur illud abſurdum, quod fęmina ab vno dotata excludatur ab omnium ſucceſſione, ad quam de iure erat vocata.*

55 *Frater eſt in primo grado. Patruus verò in ſecundo.*

56 *Sorori magis debita eſt ſucceſſio fratris, quàm patrui.*

57 *Frater in ſubſidium tenetur dotare ſororem.*

58 *Patruus non tenetur dotare neptem fratris, & hoc ſecundum opinionem aliquorum.*

59 *Filius illicò ſequuta aditione hæreditatis paternæ, bona non conſiderantur amplius, vt paterna, ſed vt proprium patrimonium filij.*

60 *Succeſſio ab inteſtato regulariter fit per quotas, vel in vniuerſum, non autem per genera bonorum, & quare.*

61 *Matrimonium poteſt eſſe ſine dote.*

62 *Matrimonia, vt plurimum non ſolent eſſe ſine dote.*

63 *Statutum referri non debet ad caſum inſolitum.*

64 *Verbum maritare reſoluitur in dotationem.*

65 *Statuta excluſiua fęminarum, ſi ſint correſpectiua ad dotem, vt dicatur eis ſatisfactum, quid requiratur.*

¶ Nè admireris, quod Deciſio iſta replicetur, quia vt non ignoras iàm eam impreſſi in altera parte, quæ in ordine eſt deciſio 321. Sed, & quia ea, caſu, & culpa Typographorum enormiter fuit mutilata, & quia ſingularis eſt tanquam Doctiſſimi Auditoris, ideò illa, priſtino nitori reſtituta, hoc in loco, læta fronte, fruere.

DECISIO CCCXXIX.

CONCORDIBVS ſuffragijs Dominis approbarunt etiam hodiè reſolutionem emanatam ſub die 7. Februarij proximè præteriti coram me, * Helenæ ſcilicet, & Magdalenæ ſororibus dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem bonorum q. Iacobi eorum Fratris, vna cum Petro pariter fratre; Nec ſtatutum Narnieñ cap. 40. in quo totum difficultatis momentum poſitum erat, obſtare.

Veriſſimum eſt enim, & à nemine in controuerſiam
1 reuocatur axioma, quod ſtatutum † excludens dotatam cenſetur in dubio ſolùm excludere ab hæreditate dotantis, vt in deciſione firmatum fuit; & quamuis huiuſmodi concluſio communiter limitetur, quando ſtatutum pro-
2 greditur vlteriùs, & ex contextu ipſius ſtatuti † apparet Statuentes voluiſſe à cuiuſcunque hæreditate excludere
3 fęminas, † nec excluſionem inductam correſpectiuam eſſe ad dotem, quodque vnica dumtaxat dos operetur omnium hæreditatum iacturam, vt per *Caſtr. conſil. 91. num. 2. lib. 2. Aldobr. latè conſ. 2. num. 123. & ſeqq. lib. 1. & alij in deciſione etiam congeſti, verſ. & quàmuis.*

Attamen aduertendum eſt, non ſufficere ad inducendam hanc excluſionem ab omnium hæreditate, quod ſta-
4 tutum enumeret † plures perſonas, à quarum hæreditate inducit excluſionem, vt videtur ſenſiſſe *Caſtrenſ. d. conſil.* 91. Quoniam *Bald. in l. prima, num. 4. C. de legitim. hæred.*
5 qui huius opinionis anteſignanus eſt, & quo *Caſtrenſ.* † innititur, hoc non dixit, ſed docuit ſtatutum accipiendum eſſe cum hoc temperamento, quod ſolum excludat ab hęreditate dotantis, niſi vlterius progrediatur, Et ideò *Bald.*
6 intelligi † debet, quando ex modo, vel ex forma enumerationis, vel aliunde appareret, ſtatuentes ſenſiſſe excludere fœminas à cuiuſcunque hæreditate, etiam non dotantis, vt benè perpendit *Franc. Niconit. alleg. 6. num. 37. & Crauett. conſ. 581. num. 2. verſ. ſecundo crebior,* vbi, quod
7 ſtatutum † excludens fœminas ab hæreditate, cenſetur ſolum excludere ab hæreditate dotantis, etiam ſi plures recenſeret perſonas, quia, & hoc caſu adhuc vrget illa
8 æquitas, vt ſingula † ſingulis referantur, *Brun. de ſtatut. excluſiu. fęmin. art. 8. num. 63.* vbi firmat, quod & ſi verba
9 ſtatuti valdè repugnent, niſi ex toto repugnent † ſemper facienda eſt interpraetatio, vt fœmina excludatur tantum ab hęreditate dotantis *Paſetb. conſ. 69. num.* 12. vbi etiam ſi
10 ſtatuti verba † ſint valdè prægnantia, & idem videtur cenſuiſſe *Rota in Auximana bonorum* 17. *Februarij 1620. coram bon. mem. Rembol do, verſ. Atque hoc magis.*

In ſtatuto autem Narnieñ, Domini non aſſequabantur hanc voluntatem, & mentem excludendi fœminas à cuiuſcunque hęreditate, licèt enumeret plures perſonas, Immò ex multis, ſaltem ſimul iunctis, deſumi videbatur potiùs excluſionem inductam eſſe diſiunctim, & diuiſim ſingula ſingulis referendo, vt dotata à patre, non ſuccederet patri, dotata à matre, ab eiuſdem matris hæreditate excluderetur, & ſic de cęteris.

Primò, quia ſtatutum in parte excludente loquitur alternatiue, ibi, *nulla Mulier debeat habere regreſſum ad*
11 *bona paterna, vel matris vel patrui*, vnde † alternatiue intelligi debet, & diſiunctim, ſingula ſingulis referendo, prout in alia deciſione, *verſ. Nihilominus, &c.* vbi multi congeruntur Doctores, quibus addi poſſunt, *Corn. conſil. 48. num. 9. lib. 2. Pariſ. conſ. 49. num. 17. lib. 3. Niconit. alleg. 6. num. 31. Io. Vinc. Anna alleg 70. num. 32. Gabr. de ſtatut. concluſ. 5. num. 2. verſ. Contrarium, & num. 9. Brun. de ſtatut. excluſiu. fœmin. dicto art. 8. quæſtio. 16. numer. 67. cum ſeqq.* & rationes etiam in eadem deciſione fuerunt ponderatæ.

Quibus pariter accedit, quod filiæ fęminæ cauſa videtur fauorabilior, cum ipſa habeat intentionem fundatam in diſpoſitione iuris communis, & illius excluſio non le-
12 gatur in ſtatuto, & † in dubio pro fœmina, quod ſcilicet à ſtatuto non ſit excluſa, pronunciandum eſt, vt plenè per *Alex. Raudenſ. conſ. 56. nu. 20. lib. 1. Barz. deciſ. Bononien. 98. num. 22. & ſeqq.* Et ſtatutum excludens fœminas à ſuc-
13 ceſſione aliquarum perſonarum † non extenditur ad perſonas, quæ in verbis non ſint expreſſæ, vt per *Bald. in leg. ſed, & Milites, num. 3. verſ. & facit, ff. de excuſat. tutor.* cuius dictum notandum eſſe dixit M*arz. conſ. 29. num. 20. & conſi. 30. num.* 14. *Alb. conſil. 349. num. 10. lib. 2. Purpur. conſil. 145. num. 3. lib. 1.* M*anent. conſ. 4. num. 5. lib. 1. Modern.* M*ant. controuerſ. forenſ. lib. 2. cap.* 400. *num.* 28. Nec
14 † habet locum, niſi caſus ſit à ſtatuto formaliter expreſſus tàm ad effectum excluſionis, quam incluſionis, *Purpur. d. conſil. 145. num. 3. lib. 1. latè Honded. conſi. 8. num. 13. & ſeqq. lib. 1.*

Secundò, quicquid ſit de prædicta opinione, quæ plurimos habet contradictores, vt fuit animaduerſum in deciſione, *verſ. Nec Dominos fugit &c.* In qua Doctorum diſſenſſione, nec hodiè Domini putarũt opus eſſe aliquid deffinire; In ſtatuto Narnien. videtur ex pluribus circunſtantijs iam ponderatis in deciſione, facilior reſolutio pro fęmina, quia ſtatutum loquitur alternatiue, nedum in parte excludente, ſed etiam in parte, vbi de dotatione agitur, & quemadmodum ſi in parte dotante loqueretur alter-
15 natiue in excluſione verò coniunctiue, tunc ſufficeret † vna dos, quia alternatiuæ natura eſt; vt vno contentetur, nec omnium concurſum expoſtulat, *leg. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. cap. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.* Ità etiam excluſio reſultaret in omnium nominatorum hęre-
16 ditatibus, † virtus enim copulæ eſt omnes in ſimul connectere, & compræhendere, *d. l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* prout in his terminis ratiocinatur. *Bald. conſ. 73. Incipien. De iure communi nullum, verſ. & eſt conſiderandum lib. 4. Surd. conſ. 100. num. 9. Bellon. Iun. conſil. 74. num.* 48. Sic etiam pari ratione, cum, & in dotatione, &
17 in excluſione, ſtatutum Narnieñ. loquatur alternatiue, † interpraetari debet, vt pars excludens reſpondeat parti dotandi, & inſimul cohereant, & ſic, ſingula ſingulis referendo,

do, statutum diuisim sit accipiendum, vt dotata à patre nō
succedat patri, & dotata à matre, ab eiusdem hæreditate
solummodo exclusa censeatur, vt per *Becc.conf.53.num.3.*
vers.nam respondetur, & conf.112.num.22.vers.& maxi-
me, lib.1.Brun.de statut.exclus.femin.d.art.8.num.68. Et
certè hoc videtur sensisse *Bald.d.conf.73.lib.4.* dum pon-
18 derat vim alternatiuæ † in parte, vbi de dotatione agitur,
quia eiusdem virtutis esse debet eadem alternatiua in par-
te, vbi de exclusione agitur, & idem dixit *Niconit. d.alleg.*
6.num.31.Paris conf.47.num.3.lib.3. benè *Alciat. qui ità*
Bald exponit, conf.5.num.12.lib 2.Gabr.de Statut.conclus.
19 *5.numer.9.* cum alijs. Et absonum esset, † quod eadem
alternatiua in parte dotante acciperetur diuisim, in parte
verò, vbi de exclusione agitur, interprætaretur coniun-
ctim.

Tertiò, quia statutum Narniense in parte, vbi de dota-
tione agit, non loquitur in rem, in quibus terminis loqui-
20 tur, † *Castr.* vbi statutum simpliciter dicebat, mulierem
dotatam non succedere patri vel matri, & alijs, quia tunc
21 statutum † non potest recipere restrictionem ad hæredi-
tatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem faciat,
22 Et hoc casu, vt mulier dicatur exclusa ab hæreditate † cu-
iuscunque sufficit esse dotatam ab aliquo, nec perquiren-
dum à quo fuerit dotata, cum, & statutum ipsum hoc ne-
glexerit, & verba dirigat in rem, scilicet dotationem, non
autem in personas, hoc est dotantes, vt benè considerat
Castr.in dicto conf.91.num.2. Ias.in l. vt liberis, numer.6.
vers.secus si statutum, C.de collat. Alex.conf.29.num.6. lib.
1.Corn.conf.134.num.2.lib.2.Brun.de Statut. exclusiu. d.
art.8.quæst.16.num.67. plenè *Menoch.conf.87.num. 11.*
vers.tertius est casus; & plenius Aldobrand.d.conf.2. num.
127.& seqq. At secùs est in casu præsenti, quia statutum e-
23 numerat personas, nedum in parte, vbi de exclusione † di-
sponit, sed etiam in parte, vbi disponit de dotatione, & sic
vim facit in persona dotantis, & consequenter videtur ad-
mittenda æquitas illa, quod eatenus fœmina censeatur ex-
24 clusa, quatenus ab eodem fuerit † dotata, vt etiam viden-
tur innuere præalleg. Doctores.

Quartò, quia statutum non facit mentionem de fratre
in illa parte, vbi de exclusione agitur, & cum statutum sit
25 correctorium † Iuris communis, nec in eo exprimatur ra
tio conseruationis agnationis, nisi vrgente aliqua causa,
non sunt subaudiendæ personæ, ibi non expressæ, vt in ter-
minis ponderabat *Capr.conf.73.num.4. & 5. in fine Corn.*
conf.97.num.8.post med.& in fine, ac num.9. lib.1. & conf.
305.num.4.& 8.lib.4. & latius fuit ponderatum in alia de-
cisione, *vers. Altera circumstantia* & confert *Addit. ad*
Thes.decis.63.in princip.vers cæterum, Præsertim, quia de
26 fratre, statutum mentionem facit in prima † parte, vnde si
omisit in secunda parte, pro omissa haberi debet, *ad leg.*
vnicam, §.sin autem, C.de caduc.tollen.Honded. conf.4.nu
mer.77.lib.1. & cum misterio hoc fecisse dicendum est, vt
27 inferius probabitur, cumque exclusio ab hac hereditate †
fratris non legatur in statuto, non videtur vllo modo fa-
cienda aliqua extensio, hæc enim exclusio habetur loco
28 exhæredationis, † quæ non infertur, nisi vbi nominatim
exprimitur, *leg.1.& 2.ff.de liber.& posthum.* & ita arguit
post *Alciat.conf.53.num.23.Capr.d.conf.39.num.15. Me-*
noch.conf.873.num 8.

Quintò, in quo potissimum vim faciebant Domini,
quia statuentes, vt mitigarent rigorem exclusionis fœmi-
narum eatenus solum huiusmodi exclusionem ipsarum
decreuerunt, quatenus duo concurrerent. Primum, quod
extarent filij masculi illius, de cuius successione agitur; Al-
terum quod idem defunctus dotauerit fœminam, quam
masculi intendunt excludere, ibi, *dummodò ex tali patre,*
aut matre subsint filij masculi, vel nepotes masculi ex filio,
& patruo subsint filij, vel ex fratre talis patrui maritantis
29 *existerent filij masculi,* quæ verba plurimum temperant, †
& restringunt exclusionem fœminarum ponderando di-
30 ctionem illam *(de tali patre)* quæ † dictio *(talis)* est de-
monstratiua ad oculum, & restringit dispositionem, *Dec.*
conf.500.numer.14.vers & reassumendo, Cardin.Seraph.
31 *decis.822.num.2.* Et dictio †*(dummodo)* etiam ipsa coar-
ctat dispositionem secundum qualitates appositas, *l. cum*
ab eo, ff.de contrahend.empt.Dec.in cap.ex literis, num.51.
vers.Vnde 2.melius, & num.52.de Const.Rot.decisio. 777.
num.6.par.2.diuers. & verba illa *(talis patrui maritantis)*
præcisè indicant solùm exclusionem fœminarum inducta
fuisse in hæreditate personæ maritantis, & ita etiam per-
pendit, *Corn.d.conf.305.num.6.post med. vers. Item potest,*
32 *lib.4.* Et sane absurdum esset ingens, † si vellemus addere
statuto exclusionem ab hæreditate fratris, quę non legitur
in statuto, atque etiam separare qualitatem illam, quate-
nus dotauerit, quæ in verbis exprimitur à statuentibus, &
vtrumque requisitum hic deficit, quia nec extant filij ma-
sculi Iacobi, nec ipse dotauit sorores.

Sextò, quia *Capr.consil.73.per tot.& Corn.conf.97.nu-*
mer.8.lib.1.& conf.305 num.4.& seqq.lib.4 responderūt,
33 hoc statutum signanter Narnien.intelligendum † esse di-
uisim, itaut, dotata à patre non succedat patri, dotata à ma-
tre, non succedat matri, & dotata à patre, siue matre, ad-
huc succedat fratri in ijsdem bonis, quę à patre in fratrem
deuenerunt, & per aditionem eiusdem, fratris bona effe-
cta sunt, vt per eos, & *Corn.dicto consil. 305.num. 8. vers.*
Nec obstat, vltimo, lib. 4. bene declarat hoc statutum cap.
40. non posse dici superfluum, & aliquid operari vltrà il-
lud statutum cap.32.

Quibus non obstat, quod absonum videatur, vt pro in-
34 ducenda totali exclusione † fœminarum, exigamus filiam
bis, ter, quater, & pluries dotari, cum tamen statutum cō-
tentetur vna dote, prout *Aldobr.d.conf.2.num. 134. vers.*
alias, lib.1.Thesaur.decis.62 num.4. & alij dixerunt; Quo-
niam immò magis absurdum, & intollerabilius videtur,
35 quod filia, quæ † de iure naturæ, & ciuili æquè concurrit
cum masculo ad successionem Patris, ob vnam solam do
tem excludatur à plurium hæreditatibus, *Anchar. d.conf.*
80.num.2.Angel.conf.126.num.3. vbi hoc dicit absurdum
& iniquum, *Rimin.Iun.conf.31.num.84.Alciat.consil. 1.*
num.46.lib.2.Bott.conf.70.num.8.Brun.d.art.8.numer.68.
36 *vers item quia, & seqq.* Et dum statutum † mandat filiam
vnica dote contentam esse, procedit in bonis eiusdē per-
sonæ, quæ dotauit, *Corn.conf.57.num.5 vers.sed animad-*
uerto, lib.2.Barz.decis.Bononien.98.num. 18. Et eo minus
hoc absurdum permitti debet, quia fœmina, dum concur-
rit cum masculo, & instat illius exclusionem restringi ad hę
reditatem dotantis, agit de damno vitando, quia aliàs, vt
dicebatur, ipsa de Iure æquè concurrit cum masculo, dum
verò is masculus intendit excludere fęminam ab omnium
37 hæreditate, † agit de lucro captando, quod minùs fauo-
rabile est, *leg.non debet, vbi Dec.num.1 ff.de reg.iur. Alex.*
conf.55.num.18.lib.5.Crauett.conf.120.num.2. Immò nec
est ità ingens absurdum, quod semel dotata iterùm dote-
38 tur, † cum dotatio sit actus reiterabilis, vt per *Surd.consil.*
402.num.34.vers.est & aliud; maximè ad effectum exclu-
39 sionis, quia dos est loco legitimę portionis, † quę circum-
scripto statuto, deberetur fœminæ.

Non obstat, quod statutum in parte dotante faciat mē-
tionem de fratre ibi, *à Patre, Matre, Auo, & fratre,* in
alia verò parte, vbi de exclusione agitur, non meminerit
de fratre, & inde depræhendatur, quod datata à fratre, sal
40 tem dici debeat † exclusa ab hæreditate Patris, & aliorum
& consequenter verum sit, statutum intellexisse propter
dotem acceptam ab vno, excludere etiam ab hæreditate
alterius, quod motiuum magni fecit *Curt.Iun.conf 69.nu-*
mer.3 vers.præterea & fortius, Alb.conf.98.numer.4 vers.
mouetur etiam, Aldobr.conf.2.numer.131. Brun.de statut.
exclus.d.art.8.quæst.16.num. 66. vers.& simile statutum,
Honded.conf.10.num.45.lib.2. Et Informantes pro Petro
41 obiectum augebant ex eo, quod si fœminam † dotatam à
fratre excludere vult statutum ab hæreditate Patris, vel al-
terius Ascendentis, multo magis dicendum est, & fœmi-
nam dotatam à Patre exclusisse ab hæreditate fratris, cum
42 minùs debita sit successio † fratris, quàm successio Paren
tum, *Ruin.conf.43.num.5.& 6.lib.3.Put. decis. 127. in fin.*
lib.3.Surd.conf.535.num.15.& seqq.

Quoniam pro responsione, admittitur quidem assum-
ptum, quod filia dotata à fratre excludatur ab hæreditate
Patris,

Patris, nam verè filia dotata, etiam à fratre, excluditur ab
hæreditate Patris, sed in hac materia, vt mulier censeatur
43 exclusa ab hæreditate, † dotantis, vis non consistit in hoc,
quod Pater, vel frater, vel nepos dotauerit, verùm ex qui-
bus bonis dotem præstiterint, vt per *Bald. in l. neque Ma-
ter, numer. 5. & 6. in fin. C. de Iur. dot. Crauet. consil.* 142.
numer. 10. *& vers. ideò statutum, Paris. consil. 68. numer.*
7. lib. 2. Surd. cons. 402. *num. 35. & seqq. Bott. consil. 70.*
num. 7. in fin. & numer. 10. sed clariùs in proposito *Franc.*
*Niconit. d. alleg. 6. numer. 37. Brun. de Statut. exclus. d. ar-
tic. 8. quæst. 16. num. 59. & seqq. Thesaur. decis. 63. numer. 3.
in princip. & numer.* 8. Vndè, cum Pater teneatur dotare
44 filiam, † & hoc munus, & obligatio propriè inhæreat il-
li, *leg. qui liberis. ff. de rit. nuptiarum, leg. fin. C. de dot.
promiss. Seraph. decisio.* 451. *numer.* 9. bonaque Patris
sunt huic obligationi obnoxia, & transeunt in filium affe-
45 cta, hoc † eodem onere dotandi sororem, ex ipsis bonis
paternis, *arg. leg. si quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de
lib. agnoscen. Castr. in leg. si marito, §. si voluntate, ff. solut.
matrim. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 18.
46 *num. 7. & seqq.* quippè quod dos habetur loco † legitimæ
portionis filiæ debitæ ex successione Patris, *leg. quoniam
nouella, C. de in off. test. Castr. in leg. Ditio centum, §. Ti-
tio genero, numer. 8. in fin. ff. de condit. & demonstr. Alex.
consil. 13. num. 12. lib. 3. Paris. consil. 36. numer. 4. & seqq.
libr. 3. latè Tiraq. in leg. si vnquam, in verbo, susceperit,
numer. 112. C. de reuoc. donat.* Et frater, quando dotauit
sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria liberalitate,
47 † sed ex debito paterno, dotemque hanc soror haud ac-
ceptam refert fratri, sed Patri, adeò vt propterea, licèt
extrinsecè, filia sit dotata à fratre, tamen verè censeatur
dotata à Patre, iuxtà Doctores præallegatos, Statutum
namque considerat ius, & commodum reale, quod con-
48 sistit in bonis paternis pro † dote filiæ traditis, non autem
actum nudi ministerij, quod præstatur per fratrem, sol-
uendo dotem ex bonis paternis, vt egregiè docet *Bald.
in d. leg. neque Mater, numer. 5. & 6. in fin. C. de Iur. dot.*
Ex his sequitur, quod, quemadmodum filia dotata à Pa-
49 tre non succedit Patri, ità, & dotata † à fratre, excludatur
itidem ab hæreditate Patris, quia ex eius bonis fuit dota-
ta, vt benè per *Odd. cons. 86. num. 2. & 3.* & hinc assequi-
mur Statuentes, cum misterio in parte excludente non
meminisse, nec de fratre, nec de nepote ex filio, sed so-
lùm de Patre, Matre, vel Patruo, quia pro vno, & eodem
habuerunt Statuentes, quod filia fuerit dotata à Patre, vel
à filio, seu à nepote, præsupposuerunt enim istos ferè sem-
per dotare ex bonis paternis, & ideò itidem semper exclu-
serunt ab hæreditate Patris, siue à patre, siue ab illius de-
50 scendentibus fęmina fuerit dotata; statutorumque † dispo
sitiones referri debent ad id, quod frequentiùs contingit,
ad *l. nam ad ea, ff. de legib.*

Si verò, frater ex proprijs bonis (quòd de raro contin-
51 git) nempe ex peculio, Castrensi, † seù a.io simili dotasset
sororem, hoc casu exclusa quidem censebitur ab hæredi-
tate fratris, quia ex bonis proprijs dotauit, non autem ex-
clusa erit ab hæreditate Patris, vel aliorum, qui non dota-
runt, hoc enim suadet illa iuris æqua interpretatio, quod
singula singulis referantur, & quod fœmina exclusa cen-
52 seatur tantum ab illa hæreditate, in qua habuit † recom-
pensam, scilicet dotem acceptam à defuncto, & huiusmo-
di statuta excludentia fœminas dotatas sic interpretanda
53 sunt, † vt fęminæ non succedant dotantibus, *Odd. d. cons.
86. num. 3. Manent. cons. 4. numer. 19. lib* 1. cum alijs; & ita
in hac parte Statutum Narniæ intelligit *Corn. d. cons. 305.
num. 3. vers. confert. &c. lib. 4. & ibidem post Afflict. tra-
dit. Thes. d. decis. 63. num.* 8. Et potiùs admitti debet sup-
54 pletio verbi, quàm hoc magnum absurdum, † quod à Do
ctoribus etiam iniquum appellatur, vt fęmina ab vno do-
tata, excludatur à successione alterius non dotantis, ad
quam de iure erat vocata.

Non obstat, quod ab hæreditate Patrui excludat fœ-
minam, ne dùm ob existentiam filiorum eiusdem Patrui,
sed etiam fratris ipsius Patrui, ibi, *& Patruo subsint filij,
vel ex fratre talis Patrui maritantis existerent filij ma-
sculi,* vnde, qua ratione excluditur filia fœmina ab hęre-
ditate Patrui ob existentiam filij fratris eiusdem Patrui, ita
ob existentiam fratris exclusa censeatur ab hæreditate al-
terius fratris; Quoniam non æqua est ratio inter fratrem,
55 & Patruum, † frater enim est in primò gradu, Patruus
56 verò in secundo, & minùs † debita est successio, Patrui,
57 quàm fratris, atque frater in subsidium † tenetur dotare
sororem, *Bald. in leg. fin. C. de dot. promiss. numer. 9. Sil-
uan. cons. 13. num. 9. Barbos. in leg. 1. par. 4. numer. 128. ff.*
58 *solut. matrim. Thes. decisio.* 192. *numer.* 7. non autem †
Patruus neptem ex fratre, secundum opinionem aliquo-
rum, *Alex. consil. 66. numer. 3. lib. 4. Rip. in leg. prima,
numer. 86. ff. solut. matrim. Rom. consil. 413. numer. 6.
& aliorum,* Præterea semper vrget motiuum, quod sta-
tutum non excludit fœminam ab hæreditate cuiuscum-
que Patrui, sed Patrui dumtaxat maritantis, & obiectum
fortasse intraret, si Iacobus frater dotasset Hælenam, &
Magdalenam.

Non obstat, quod bona Iacobi sint eadem materiali-
ter, quæ erant bona Andreæ Patris, & ideò, cum statutum
excludat à bonis Patris, intelligatur, & ab his bonis, quæ
in Iacobum deuenerunt, exclusisse fęminas; Quia non
considerantur ampliùs tamquam bona paterna, & illi-
59 co sequuta aditione Iacobi, † effecta sunt bona eiusdem,
resoluto pęnitùs pristino statu, vt in *leg. 1. §. veteres, ff. de
acquir. possess. Bart. in leg. fin. §. 1. num. 1. & 3. ff. ad Ter-
tullian. & in his terminis Fab. de Anna consil. 45. num.*
73. Et rectè dixit *Corn. consil. 97. numer. 9. lib. 1. & con-
sil. 305. numer. 6. libr.* 4. quod regulariter ab intestato
60 succeditur per quotas, † vel in vniuersum, non autem
per genera bonorum, quia origo bonorum non atten-
ditur, sed status de tempore delatæ successionis, vt latè
fuit in prima decisione firmatum, & in terminis statuti
Narnien. hoc idem dixit *Capr. d. cons. 73. num.* 4.

Denique non obstat, quod illud verbum, *maritan-
tis,* non importet dotationem, sed solùm collocationem
61 in matrimonium, † cum & matrimonium esse possit si-
ne dote, *vt per Brun. de Statut. exclusiu. art. 6. quæst.* 18.
numer. 184. Quoniam, cum regulariter, & vt plurimum,
62 matrimonium † non soleat esse sine dote, statutum re-
63 ferri debet ad id, quod frequentiùs † contingit, non au-
tem ad casum insolitum, *d. leg. nam ad ea, ff. de leg.* Et
64 quod verbum † maritare resoluatur in dotationem, di-
xerunt *Isernia*, relatus *à Bruno* vbi supra, *Gabr. consil.*
140. *numer. 25. libr. 2. Bardellon. consil. 4. numer. 90. &
95. in fin. Bellon. Iun. consil. 74. numer. 41 & Corn. d.
consil. 305. numer. 6. & 8. libr.* 4. intelligit verbum illud
statuti, *maritantis,* pro verbo, *dotantis,* & necessariò
sumi debet hæc Interpretatio, quia exclusio ab hæredi-
65 tate est corespectiua † ad dotem, & quod puella fuerit in
matrimonio collocata sine dote, non æquiualet exclu-
sioni hæreditatum, & faciunt tradita per *Bardellon. d.
consil. 4. numer.* 94. Et demùm nec constat, quod Iaco-
bus, de cuius hæreditate modò agitur, in matrimonium
collocauerit Magdalenam, & Helenam, sed pater ipse
collocauit, vnde nullo modo sustinagantur verba statuti,
Patrui maritantij, &c. Neque sat fuisset sorores in ma-
trimonio collocatas, & dotatas fuisse, quia vt dictum est,
66 † opus erat, quod à Iacobo, de cuius hæreditate agitur,
fuissent dotatæ, vt per *Bald. in d. leg. neque Mater, nu-
mer. 5. & 6. in fin. C. de Iur. dot. Surd. consil. 45. numer.
36. & seqq. Manent. cons. 4. numer. 19. lib.* 1. Et hoc idem
importat genitiuus ille statuti, *talis Patrui maritantis,*
infert enim, quod defunctus ipse, de cuius hæreditate
agitur, dotauerit fęminas, &c.

Et ità, vtraque parte Informante, vnanimiter Domini
steterunt in decisis.

* Est decisio 247. supra parte 5. recent.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Vineæ de Capocephalis.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente termino ad appellandum, licèt non sit attentata, si pars non appellauerit, tamen est nulla, & talis nullitas operatur, vt non sit manutenibilis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probari potest ex depositione vnius testis & ex confessione partis aduersæ.*

2 *Possessio capta intrà terminum datum ad appellandum est attentata, & sic non manutenibilis.*

3 *Possessio capta intra terminum datum ad apellandum non est attentata, si postea à parte non fuerit appellatum.*

4 *Possessio pendente termino ad appellandum capta, licèt ob non interpositam appellationem non sit attentata,*

Tamen ex quo fuit capta intra dictum terminum remanet nulla. num. 4.

5 *Possessionis nullitas operatur, vt ea non sit manutenibilis.*

6 *pro Spoliato. si quis se habuerit, veluti si acquiescat possessioni captæ à parte, non potest petere manutentionem.*

7 *pro Manutentione, si quis instet, non potest dici, quod habuerit se pro spoliato.*

8 *Actus, qui non habuerunt effectum, non nocent.*

¶ Ad Decisionem 46. coram eodem R. P. D. Dunozetto.

DECISIO CCCXXX.

PLACVIT DD. decisio emanata in hac causa coram me sub die 26. Ianuarij præteriti,* qua firmatum fuit Capocephalis, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione vineæ de qua agebatur, quia de eorum pos-
1 sessione visum fuit constare ex depositione † vnius testis exaduerso pro Strinis examinati, ac pariter, ex confessione dd. de Strinis, ex iuribus in d. decis. citatis.

Nec obstare visa fuit possessio dd. de Strinis capta vigore decreti, seù mandati de immittendo, quia vt alia decisione dicebatur. cum à dicto decreto daretur appellatio
2 possessio † inde sequuta infra terminum datum ad appellandum dicitur nulla, & attentata, & sic non manutenibilis, *Rot. decis. 225. num. 4. par. 1. recent.* cum alijs allegatis.

Nec releuat, quod à dicto decreto de imittendo non fuerit per Capocephalos appellatum, & propterea posses-
3 sio inde sequuta etiam intra † terminum ad appellãdum, non dicatur attentata, quia licet possessio antedicta, ob nõ
4 interpositam appellationem non esset attentata, † attamẽ ex quo fuit capta intra terminum datum ad appellandum remansit nulla, *Mohed. decis. 1. num. 2. vers. & licet postmodum, de præben. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 4. vers. sed placuit. de appell. Seraph. decis. 229. num. 4.* quæ quidam
5 † nullitas possessionis operatur, vt ea non sit manutenibilis, *Purp. cons. 43. num. 14. lib. 1. Guidop. cons. 208. post num. 3. Menoch. de retinen. poss. rem. 1. num. 2. Cassad. decis. 5. in fin. de iure pat. Rot. decis. 41. num. 1. par. 2. diuers.*

Minus obstat, quod dd. Capocephali post possessionem captam per supradictos de Strinis passi fuerint deputari ab A. C. alios Iudices, in eodem statu & terminis in qui-
6 bus † causa reperiebatur, & sic tacitè acquieuerint dictæ possessioni captæ per dictos de Strinis, & ita se habuerint pro spoliatis. Quia placuit responsio, quod cum prædictæ deputationes fuerint ad effectum cognoscendi super manutentione, & Capocephali coram eisdem Iudicibus sem-
7 per † institerint pro manutentione non potest inde præsumi illos se habuisse pro spoliatis. *Rota coram Greg. XV. decis. 555. num. 1.* & ibi Addent. *num. 11. per totum.*

Denique non obstat, quod altera ex dictis deputationibus iudicium facta fuerit ab A. C. ad effectum cognoscẽdi, super petitorio, cum clausula firmo remanente mãdato de manutenen. ad fauorem dd. de Strinis relaxato qua
8 obiectum visum † fuit cessare ex facto, ex eo, quia dicta deputatio non habuit effectum, cum idem A. C. eos ab ea reposuerit, & causam alteri Iudici simpliciter commiserit. Et ità vtraque &c.

* Est decisio 326. suprà in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmeñ Nullitatis Ordinis.

Die Lunæ 11. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Descendentia ab aliquo qualiter probetur. Filiationis probatio ex quibus coadiuuetur. Et reijciuntur nonnullæ exceptiones contra testium depositiones oppositæ.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia alicuius ab aliquo ex quo remaneat iustificata.*

2 *Filius alicuius, an quis sit probatur ex fide baptismi, quod intellige si sit adminiculata. num. 3.*

4 *Filiationis probatio coadiuuatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*

5 *Successio in bonis paternis est actus proportionabilis conducens ad probationem filiationis.*

6 *Filij naturales tantùm non admittuntur in successione feudorum.*

7 *ad Successionem admissio, quæ competit filijs solis, probat legitimationem. & num. 8.*

9 *Personæ identitas benè probatur ex identitate nominis, & cognominis.*

10 *Et hoc maximè si adiungantur indicia, & coniecturæ vrgentissimæ.*

11 *Oppositiones contra testes non releuant, si illorum fides ex alijs probationibus sufficienter adminiculetur.*

12 *Testium contrarietas dùm dicunt, aliquando se nescire, & non cognouisse, & posteà dicant se cognouisse, & scire &c. potest saluari sic, quod nesciebant de*

de certa scientia, & scire de auditu.

13 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda, itaut ad concordiam reducantur, & contrarietas euitetur.*

14 *ad Descendentiam probandam ad effectum successionis admittuntur leuiores probationes.*

¶ Suprà ad Decisionem 40. coram eodem R.P.D. Ghisilerio, & infrà ad Decisionem 343. coram eodem.

DECISIO CCCXXXI.

COMMISSA causa restitutionis in integrum cum clausula constito de interesse aduersus sententiam de partibus super nullitate susceptionis ordinum & licentia nubendi, DD. 19. Iunij 1628. resoluerunt constare de interesse Ludouici ad effectum admissionis ad causam. Sed cum in propositione dubij, An constaret de causis restitutionis in integrum, Domini voluerint quod legitimaretur persona Ludouici, hodiè proposui, An constet de

1 eius descendentia; & de ea constare fuit resolutum, † cum probetur Ludouicum esse filium legitimum Iuliæ Malaspinæ, & Iulium esse filium Floramontis, ac fratrem Camilli Conradi, Fabritij, & Ascanij de Malaspina; qui de anno 1574. constituerunt primogenituram super feudis Bastiæ, & Terræ Rubeæ, & pertinentiarum, Imperiali auctoritate, confirmatam.

Quod Ludouicus sit filius Iulij Malaspinæ, probatur

2 † ex fide baptismi, quæ datur in Sum. nu. 2. *Rebuff. in tract.*

3 *reg. seu lib. baptism. glos. vnic. vers. & sic patet*, † quæ adminiculata probat, *Rota coram bon. m. m. Cardin. Caualer. decis. 128. num. 2. & coram san. mem. Greg. XV. decisio 78. num. 2. & alias sæpè.* Neque desunt adminicula, quoniam id deponunt plures testes, de quibus in eius Sum. num. 3. & 4. qui deponunt de visu, tractatu, & cognitione Ludo-

4 uici, & quod fuit communiter † habitus, tractatus, & reputatus tanquam filius legitimus, & naturalis Iulij, & Euridicis eius vxoris, & vt talis fuit educatus, vocatus, & tractatus ab eius parentibus, & quod talis erat publica vox, & fama, ex quibus probari docet *tex. in l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. non epistolis. C. de probat. c. per tuas. eod. tit. c. transmissæ. qui filij sint legiti-*

5 *mi*, & pro hac descendentia facit successio † in bonis paternis, quæ est actus proportionabilis conducens ad probationem filiationis, *Bald. in cap. ex transmissa. num. 4. de restit. spol. Felyn. in cap. per tuas. num. 17. de probat. Rot. decis. 406. num. 5. par. 1. recent.* Ad quam vti feudale non

6 † potuisset admitti si fuisset illegitimus, iuxta *text. in §. naturales. 12. si de feud. defunct. fuer. controuers. Rosental. de feud. cap. 7. concl. 19. num. 1.* Admissio autem ad successio-

7 nem † solis filijs competentem probat legitimitatem, *Bero. cons. 19. num. 7. lib. 2. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 54. num. 38. lib. 6. & cons. 490. nu. 13. & 14. bon. mem. Card. Caualer. decis. 123. num. 4. Rota decis. 434. numer. 7. par. 1. recent.*

8 Quod autem Iulius pater † Ludouici fuerit filius Marchionis Floramontis, & frater Camilli, & Fabritij, probatur ex secundo teste num. 3. & ex primo, & secundo teste num. 4. & ex alijs num. 7. qui deponunt de filiatione Iulij ex Floramonte, & coadiuuatur ex primogenitura, in qua filius Floramontis, & frater Camilli, & aliorum expressè appellatur, & ex literis institutionis, & collationis Cappellaniæ, necnon ex instrumento dotationis eiusdem Cappellaniæ, ad quam simul cum alijs supradictis præsentauit,

9 deindeque † ex identitate nominis Iulij, & cognominis Malaspinæ benè probatur identitas personæ, *Bart. in leg. hac cõsultissima, vbi Ias. testatur de communi, & ibi Dec. num. 18. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 269. num. 3. bon. mem. Card. Caualer. decis. 128. num. 3.* quibus adiungun-

10 tur † indicia, & coniecturæ vrgentissimæ, ex alijs actibus ad id proportionatis desumptæ.

Nec Dominis visa fuerunt releuare deducta contra

11 testes, † cum illorum fides ex alijs probationibus sufficienter adminiculetur, *Cæs. de Grass. decis. 3. num. 6. de probat. Achil. decis. 1. de confess. san. mem. Greg. XV. decisio. 247. num. 6. Rot. in recent. decis. 598. num. 6. & 772. num. 4. part. 2.* Quapropter stantibus tot probationibus non obstat testium præsumpta contrarietas ex eo quod aliquando di-

12 xerint se nescire, † & non cognouisse, & postea dicant se cognouisse, & scire, quia possunt benè saluari nescire de certa scientia, & scire de auditu, *Rota in recent. decis. 321. num. 1. & 371. num. 5. par. 2. san. mem. Greg. XV. decis. 487. num. 2. & 3. & 547. num. 5. & 5[illegible]. num. 8.* quinimò dicta

13 testium non sunt cauillanda, sed coadiuuanda, itaut ad † concordiam reducantur, & contrarietas euitetur, *Paris. cons. 138. num. 18. lib. 4. san. mem. Greg. XV. d. decis. 487. numer. 2. & 547. num. 2.*

Vnde prædicta sufficere ad probandam descendentiam

14 censuerunt Domini, cum leuiores † probationes ad effectum successionis sufficiant, *Gemin. cons. 27. numer. 8. & seqq. & cons. 16. num. 5. & 6. & firmauit Rota in Parmen. status 26. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vbi plura cumulantur.

Et ità vtraque &c.

Est decisio 325. suprà in hac eadem parte.

R. P. D. GHISILERIO.
Neapolitana Legati.

Die Lunæ 15. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Fatalia, si non prorogentur, sententia transit in rem iudicatam. Breue emanatum lite pendente, quando laboret vitio subreptionis. Et quando Breuia intelligenda veniant sinè præiudicio tertij.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, si fatalia non prorogentur.*

2 *Sententia ob lapsum fatalium à desertione excusari non potest.*

3 *de Fatalium prorogatione si non constet, succedit regula text. in l. properandum, C. de iudic.*

4 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam est exequenda, si constet de eius validitate, & iustitia.*

5 *Sententia lata contra id, quod testator disposuit est nulla.*

6 *Breue emanatum lite pendente laborat vitio subreptionis, si non fuerit narrata litis pendentia.*

7 *Rescriptum corruit stante obreptione.*

8 *Breue, si sit expeditum in forma Communi, & nec in eo fuerit derogatum regul. de iur. quæsit. non toll. non tollit ius alteri iam perfectè quæsitum.*

9 *Rescripta simpliciter emanata, non operantur in præiudicium tertij.*

10 *Concessio facta à Papa in forma communi absque derogatione regul. de Iur. quæsi. &c. intelligitur sine præiudicio tertij.*

¶ Supra ad Decisionem 11. coram eodem R.P.D. Ghisilerio.

DECISIO CCCXXXII.

IACOBVS Casalex in suo testamento mandauit se sepelliri in Ecclesia S. Mariæ de Pilar Regularium Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, postquã completa esset ædificari, cui iure legati reliquit ducatos 800. quorum 400. deberent conuerti in construendo Altare maius, quatenus sibi permitteretur à Regularibus dictæ Ecclesiæ, sin minus in construenda alia Cappella in eadem Ecclesia, reliqua verò mandauit inuestiri, vt cum redditibus eorum celebrentur Missæ perpetuæ pro eo, & suis. Verùm quia Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini obtinuerunt Breue à fel. rec. Sixto V. quo cauebatur, vt dictum legatum applicaretur propriæ Ecclesiæ, in qua cadauer dicti Iacobi depositatum reperiebatur; Pro executione dicti Breuis, ab Archiepiscopo Neapolitano executore delegato, obtinuerunt fauorabile decretum, sed cõmissa causa nullitatis Illustrissimo Cardinali Pamphilio tunc temporis Nuntio, primam sententiam nullam pronunciauit Commutationem voluntatis cum omnibus indè secutis, & dictum Legatum spectauisse, & spectare ad
1 Ecclesiam S. Mariæ del Pilar, quæ † cum transitum fecerit in iudicatum non prorogatis fatalibus, dubitaui an constaret de re iudicata, quę esset exequenda iuxta formam executorialis mihi directæ, De qua constare fuit resolutum,
2 cum sententia ob lapsum fatalium † à desertione excusari non possit, *cap. cum sit Romana de appellat. Auth. ei qui, & leg. fin. C. de tempor. appell. Put. decis. 320. num. 2. Rota decis. 156. num. 4. part. 2. recent.* Adest enim transcursus annorum ferè octo, ex quo dicta sententia lata fuit die 10. Augusti 1622. Ideoque cum non appareat de proroga-
3 tione † fatalium, succedit *reg. text. in l. properandum, de Iudic. vbi Doct.*

Eamque exequendam resoluerunt Domini, quia de
4 eius validitate † constat ex reuolutione processus. Et de Iustitia apparet ex ipso testamento, & ex declaratione facta ab vxore, dùm in vltima sua voluntate mandauit seruari dispositionem Iacobi viri, & propterea iure meritò fuit per eandem sententiam pronunciatum legatum de-
5 bitum Monasterio Trinitatis, & † nullam esse commutationem factam de voluntate Testatoris.

Breue Sixti V. quod impetrarunt Fratres Eremitari, cuius vigore voluntas Testatoris fuit commutata, & dictũ legatum applicatum propriæ Ecclesiæ nihil operatur pro-
6 pter † subreptionem, quæ consistit in taciturnitate litis pẽdentis, dum in eo non fuit narrata lis, & iudicium super consecutione dicti legati coram Officialibus Fabricæ, *Innoc. in cap. vlt. vt lit. pend. Aegid. decis. 102. num. 3. & in terminis Breuis, Rota in recent. decis. 228. num. 3. part. 1.*
7 & magis expresѐ propter obreptionem, quia † narratum fuit Pontifici legatum fuisse relictum Ecclesiæ del Pilar in tempus, quo extitisset ædificata, & tamen contrarium apparet ex lectura Testamenti, ex quo constat ducatos 400. relictos fuisse ad altare maius faciendum, vel ad aliam Cappellam in eadem Ecclesia construendam, & alios 400. nullam habere dilationem, ideò rescriptum corruit, *ex text. in cap. 2. & cap. super litteris. de rescript.*

Denique considerabant Domini dictum Breue fuisse
8 expeditum † in forma communi, neque in èo derogatum *regulæ de Iure quæst. non toll.* quod iam erat perfectæ quæsitum Monasterio per obitum Testatoris *Sarnen. de*
9 *Iur. quæst. non tollen. quæst. 4. num. 12.* Sicque † non potuisse operari in præiudicium tertij, *Cas. de Gras. decisio. 1. de verbor. sign. Rota diuers. decis. 574. & 614. num. 9. part. 1. in recent. decis. 664. num. 3. & 767. numer. 2. part. 2.* concessio
10 enim in forma communi absque supradicta † derogatione intelligitur sine præiudicio tertij, *cap. quamuis, in fin. de rescript. in 6. leg. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe. ff. ne quid in flumin. vel loco public. Rota in recent. dec. 229. num. 11. part. 2.*

Et ità conclusum Informantibus tantùm legatarijs, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Tullen̄ Reformationis.

Die Lunæ 22. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Essentia Religiosi professi in quibus votis consistat. Et quando stabilitas in aliquo loco non sit de essentia professionis. Clausulæ derogatorię qualiter sint intelligendæ.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi professi essentia, in quibus votis consistat.*
2 *Stabilitas in loco certo non cõcernit substantiam trium votorum à Religiosis emittendorum.*
3 *Stabilitas in aliquo ordine, quando non sit de essentia professionis.*
4 *per Clausulam, non obstantibus quibuscunque, censetur derogatum omnibus in contrarium facientibus.*
5 *Clausulæ derogatoriæ debent intelligi, quod derogent, nisi contrarium in dispositione caueatur de aliquare.*
6 *Scriptura si non sit in forma probanti, non probat, & maximè si sit suscepta de falso.*
7 *Acceptatio, & approbatio induci potest ex scientia, & patientia.*

¶ Supra ad Decisionem 4. coram eodem R. P. D. Dunozetto.

DECISIO CCCXXXIII.

CVM per duas decisiones * conformes fuisset firmatum Bullas fœl. recor. Pauli V. & Gregorij XV. obtentas à Communitate antiqui rigoris Præmonstraten̄. super Reformatione esse iustificatas, nihilominus, quia dum pro parte ipsius Communitatis peteretur huiusmodi iustificationem canonizari per sententiam, nonnulla motiua fuerunt in memorialibus pro retardanda expeditione pro parte Capituli, & Abbatis generalis datis, excitata, Placuit Dominis pro tertia vice ipsis Capitulo, & Abbati concedere audientiam super istis motiuis; Vnde proposito à me dubio, An capita deducta in dictis memorialibus, quæ ad duo præcipuè reducebantur, obstarent, quominus ad dictam expeditionem deueniri posset, Domini negatiue responderunt.

Nam quoad primum, nempè quod formula professionis Reformatorum non sit conformis primitiuæ regulæ, & antiquo rigori, prout requiritur in dictis Bullis, & fuit etiam decisum à Sacra Congregatione Regularium, cum inter alia, quæ præcipiuntur Religiosis per dictam primitiuam regulam præcipiatur ipsis, vt affilientur illi Ecclesię, à qua recipiuntur, & promittant stabilitatem in illo loco, quod non præstant moderni Reformati, sed genericam solùm stabilitatem promittunt in vniuersa Communitate.

Quoniam cum non differat in votis substantialibus paupertatis, videlicet, castitatis, & obedientiæ, quæ emittere debent Reformati, iuxtà Bullam Iulij II. in quibus tribus
1 † votis consistit essentia Religiosi professi, *c. cum ad Monasterium de stat Monach.* & docet *S. Thom. 2. 2. quæstio. 186.*

186.art.9.Sanch.super Decalog.lib.5.cap.1.num.16.& lib. 6.cap.4.num.9. Nulla poteſt dici adeſſe diſcrepantia, nec
2 ſtabilitas in loco † concernit ſubſtantiam trium votorum à Religioſis emittendorum, Sanch. ſuper Decalog. ſupra citato. Quod tanto magis ſuadetur in præſenti Religione Præmonſtraten. necdum ex d. Bulla, cuius vigore conceditur facultas Ordini Præmonſtraten. totaliter mutandi Statuta, ſed etiam ex conceſſione ipſiuſmet Capituli generalis de anno 1618. quod ſinguli Religioſi poſſint tranſire ad Monaſteria Reformata quemadmodum re vera multi tranſlati fuerunt, quod etiam firmatum fuit à Rota in deciſione ſub die 18. Iunij 1629. ſignum euidens,
3 † quod dicta ſtabilitas in hoc ordine non eſt de eſſentia profeſſionis.

Et ceſſat omnis difficultas dum in literis ſan.mem. Gregorij XV. derogatur dictæ ſtabilitati in loco, & expreſſe diſponitur per hæc verba, quod Religioſi Communitatis antiqui rigoris ſint ita communes, vt nullus magis huius, quàm illius Monaſterij dicatur, & habeatur profeſ-
4 ſus, cum clauſula non † obſtantibus Conſtitutionibus quibuſcunque, & ſpeciali ſtabilitate promiſſa in profeſſione, ex quibus ſatis cenſetur derogatum dictæ ſtabilitati in loco, Bero. conſ.147. num.28.lib.3. Mart.de clauſ. concl.5. num.12.Gonz.gloſ.36.num.23.Rot.deciſ.506.num.5. part. 1.recent.

Non obſtant verba appoſita in literis Gregorij XV. ibi: ſeruetur formula ſolita cum additione antiqui rigoris,
5 quia † illa debent intelligi perterquam de illis, quę in contrarium expreſſe in ipſis diſponuntur, Oldr. conſil.330. in fin. Pariſ. conſil.70. numer.12.lib. 1. Marth. conſil. 33.in fin.de clauſ.par.3.clauſ.157.num.3. Put.deciſio.183. lib.3.

Quò verò ad ſecundum caput circa approbationem Reformationis, & eius acceptationem factam à Capitulo, & Conuentibus, de qua non dicitur conſtare, niſi ex inſtrumento conceſſionis Reformationis factæ per Ab-
6 batem generalem de anno 1618. quod prætenditur † non eſſe in forma probanti, ſed eſſe ſimplicem copiam ſuſpectam de falſo, eo quia confecta fuit ſuper folio albo ſubſcripto ab Abbate, ſine vero eius ſigillo, illud etiam non releuare Domini dixerunt.

Nam viſum fuit ſufficienter conſtare de prædicta acceptatione, & approbatione, nedum ex dicta atteſtatione Abbatis, ſed etiam ex alia fide Secretarij Capituli, & ex pluribus actibus Capitularibus datis in Sum. numer. 4.
7 & 6. iuncta obſeruantia Statutorum Reformationis † ſcientibus & patientibus Abbate, & Capitulo generali vſque ad annum 1628. de quo tempore fuit mota lis, l. ſemper qui non prohibet, ff. de reg. iur. Soccin. iun. conſi.139. numer.14.lib.3. Surd.conſ.28.num.22.

Neque obſtat, quòd imò appareat de expreſſa contradictione Capituli, & Abbatis generalis vſque de anno 1618. vt in Sum. Capituli num.2.3.& 4. Quoniam contradictio Capituli in eo verſabatur, ne ſcilicet per Reformationem obtentam in literis Pauli V. conſtitueretur vnum caput ſpeciale præter Abbatem generalem, & recederetur, ab vnitate, & iuriſdictione Ordinarij, ad quod euitandum fuit decretum, vt Abbas S. Mariæ Muſſipontanæ renunciare deberet huiuſmodi prætenſioni, & ſe ſubmitteret Capitulo generali, prout renunciauit, & proinde ceſſante huiuſmodi ſuſpicione diminutionis auctoritatis Abbatis generalis, & defectionis ab vnitate, & iuriſdictione Ordinarij, vtique ceſſarunt etiam contradictiones ſupradictæ, & emanarunt ſecundæ literæ Gregorij XV. ſuperioritatem, & iuriſdictionem Abbati generali reſeruantes.

Non obſtant alia deducta in dictis memorialibus, quia illis viſum fuit Dominis ſufficienter ſatisfactum ex reſponſionibus datis in primis deciſionibus, cum quibus tranſierunt.

Et ita vtraque, &c.

* Ideſt ſub die 30. Martij 1629. & ſub die 18. Iunij 1629. Prima eſt deciſio 327. & altera 328. in hac eadem parte.

R. P. D. PIROVANO.

Nouarien. Decimarum.

Die Lunæ 10. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus qualiter poſſit agere contra Laicos ad hoc, vt conſequatur quartam decimarum, ei debitam, & an Epiſcopo competat iſta quarta, & vtrùm contra eum illa poſſit præſcribi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt agere officio Iudicis nobili contra Laicos ad quartam decimarum ſibi debitam.*

2 *Officium Iudicis nobile ſemper intrat, nè quis ius ſuum amittat pro carentia actionis.*

3 *Quarta decimarum præſcribi poteſt contra Epiſcopum.*

4 *Epiſcopo, quod debeatur quarta decimarum, Rota nunquàm dubitauit.*

5 *Parochiani in nihilo grauantur ſoluendo decimas potiùs Epiſcopo, quam Rectori, & vide num.9. & 10.*

6 *De iure tertij regulariter non licet dari.*

7 *De iure tertij dare poteſt, quando eſt excluſiuum ipſo iure intentionis agentis.*

8 *Qualitas iuris excluſiua ab allegante probari debet.*

11 *Epiſcopus habet intentionem fundatam in parte decimarum retenta, etiamſi ageretur contra ipſum Rectorem.*

¶ Suprà ad Deciſionem 23. & 61. coram R.P.D. Pirouano, & infra ad deciſionem 311. coram R. P. D. Veroſpio.

DECISIO CCCXXXIV.

1 TERTIO * cauſa poſita dictum fuit ſtandum eſſe in deciſis; ſcilicet Epiſcopum poſſe officio Iudicis † nobili agere contra homines Terræ Cameri ad quartam decimarum ſibi debitam, quia illi debetur, & Parochus illam non percepit; homines verò prædicti adhuc illam retinent, & hinc Rectore non agente, aut non valente age-
2 re, ſemper intrat officium Iudicis † nobile, ne quis ius ſuum amittat ob carentiam directæ actionis, vt plenè fuit firmatum in deciſionibus cauſæ 5. Decembris, * & 11. Martij 1630. *

Non obſtat, quod non conſtet de aliquo iure Epiſcopi
3 Rectore non citato, nec audito, qui poteſt † deducere iura ſua, & in ſpecie præſcriptionem, cap. de quarta de præſcript. Couar. in reg. poſſeſſor. in 2. relect. §.2. num.3. de regul. in 6. vel ſi de aliquo conſtet, non poteſt ex eo agere pro integra decima contra Rectorem, nec per conſequens contra parochianos actione ſubſidiaria Iudicis officio nobili, dum idem Rector non percipit totam decimam; ſed alia Eccleſia, nempè Capitulum duas partes ex tribus, pro qua rata Epiſcopus non poteſt fundare intentionem contra Rectorem non poſſidentem; ſed contra Capitulum, à quo verè percipiuntur, debet ſuas actiones dirigere.
4 Quia de pertinentia † iſtius quartę Rota nunquàm dubitauit, ſiue titulus deducatur ex canone cap. quòniam, c.

dudum, de decim. cap. conquarente. de offic. ordin. Rot. decis. 31. num. 5. par. 2. diuers. siue ex dominio, & proprietate, quam habent Episcopi Nouarienses in ista decima; sed tantummodò hæsitatum fuit, an Episcopo competeret actio agendi directè contra laicos pro ista quarta; propterea si parochiani exciperent de carentia actionis Episcopi ex eo, quod Rector exegit totam decimam, essent audiendi: quia neque actio, neque officium Iudicis daretur contra parochianos per solutionem legitimè Rectori factam, liberatos, sed iste non est casus noster, si verò contenderent, quando Rector decimas non percepit, & pęnes eosdem adhuc remanet eadem quantitas per Episcopū prætensa, & hoc casu, qui verè est, de quo agitur Iudicis offi-
5 cium denegari non potest quia † parochiani in nullo grauantur soluendo potiùs Episcopo, quàm Rectori. Cæterum quod tanquam debitores decimarum excipiant ad exclusionem Episcopi de iure Rectorum ex possibilitate præscriptionis, vel de integra decima pęnes Rectorem nō
6 existente, facilè repelli possunt: quia † regulariter dari non potest de iure tertij, *leg. loci corpus, §. competit. ff. si seru. vend. l. si quis emptionis, §. fin verò nullum, C. de præscript. Thesaur. decis. 4. in princ. Cæs. de Grass. decis. 3. num. 1. de constit. Rot. decis. 31. num. 10. par. 2. diuers.* & quamuis a
7 regula soleat recedi, † quando est exclusiuum ipso iure intentionis agentis, quasi excipiatur non de iure Rectoris, sed de non iure Episcopi agentis, *leg. finali, C. de rei vend. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo reuertatur, num. 356. C. de reuoc. donat. idem Thesaur. decis. 4. num. 2. Surd. cons. 415.*
8 *num. 16. & 17.* attamen † qualitas iuris exclusiua ab allegāte probari debet, *Cyn. in l. cum seruum. post medium, C. de seru. fugit. Surd. eod. cons. 415. ante num. 18.* nec sufficeret si altiorem requireret indaginem, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 595. & 596. vers. declaratur hic casus*, vnde cum in præsenti homines de Camero non probent Rectorem, aut præscripsisse hanc quartam, aut esse pęnes aliam Ecclesiam in quantitate prętensa per Episcopum, ex-
9 ceptione prædicta iuuari non possunt, & † eo minus si cōtrarium probatur per Episcopum, prout videtur iustificatum fuisse pęnes Capitulum ex indultis Pauli II. & Iulij II & sententijs Rotalibus, de quibus fit mentio in *decisio. 98. & 104. par. 1. diuers. & in alia Nouarien. decimarum 16. Ianuarij 1604. coram Card. Lancelloto iuniore*, & ex instrumentis locationum datis in positione 7. Maij 1627. ex quibus apparet, quod Capitulū percepit duas ex tribus partibus pro indiuiso, illasq; locauit Cōmunitati prędictę pro saccis annuis 280. blandarum, & libris 500. lini, Episcopi vero per tempora locarunt eorum partem eisdem hominibus pro libris 70. vt patet ex Instrumentis per eandem Communitatem exhibitis pro annis 1543. vsque ad 1608. ac demum ex instrumento concordiæ anni 1478. in quo enunciatur diuisio istius decimæ inter Capitulum, & Episcopum nulla mentione facta de parochiali Ecclesia oppidi de Camero, ex quibus benè infertur in erectione dictæ parochiæ decimam hanc remansisse pęnes Ca-
10 pitulum, & Episcopum, † vt non mirum, si Rectores non egerint, aut agere potuerint contra homines prædictos pro consequenda decima alteri Ecclesiæ debita.

Et ex prædictis tollitur vltima difficultas, quod intentio Episcopi censeatur fundata tantummodò in quarta eius quantitatis, quæ Rectori debetur, & sic in duodecima, postquam octo aliæ partes soluuntur Capitulo: quia detegitur æquiuocum, quando vt in præsenti ista quota remanet pęnes Episcopum, & parochiali Ecclesiæ non proba-
11 tur quęsita in eius erectione, tunc † enim Episcopus semper fundat intentionem in parte retenta, etiamsi ageret contra ipsum Rectorem vt in his terminis firmauit *Rota in Mediolanen. decimarum de Varisio 12. Ianuarij 1618. coram me.* Et ità, &c.

Primò, proposita fuit sub die 7. Maij 1627.
Secundò, sub die 17. Decembris eiusdem anni, &
Tertiò, sub die 12. Ianuarij 1629. & sunt decisiones 64. 122. & 230. sup. par. 5. recent.
* Prima est decisio 327. ead. par. 5. recent.
* Altera est decisio 357. ead. part. 5.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Nullitatis Contractus.

Die Mercurij 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Dotis receptionis confessio, licèt non probet actualem, & realem dotis solutionem tamen hoc fallit, quando pro solutione concurrunt adminicula, & præsumptiones, de quibus hic.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto regulariter non probat veram solutionem.*
2 *Confessio de recepto probat veram solutionem, quando pro ea concurrunt coniecturæ, & adminicula.*
3 *Confessio de receptione dotis probat realem solutionem si præcesserit dotis promissio,*
4 *Qua stante non solum contra maritum, & hæredes probatur vera dotis numeratio,*
5 *Verùm etiam contra quoscumquè etiam tertios creditores.*
6 *Confessio de dote recepta, probat solutionem, si fuerit facta cum decreto Iudicis.*
7 *Confessio de dote recepta comprobat solutionem, si adsit receptio facta pro residuo.*

¶ Supra ad Decisionem 55. coram eodem R. P. D. Ghisilerio.

DECISIO CCCXXXV.

POST contractum matrimonium inter Leonardum Castellanum, & Lauiniam Gherlam, idem Leonardus coram Iudice ratificando omnia à se gesta ante dictum matrimonium confessus fuit habuisse scuta 59. bonon. 50. monetæ pro integra, & finali solutione scutorum 500. sibi in dotem promissorum, & prætendens non potuisse obligari ex contractu, qui tendebat ad illius læsionem, contigit dubitari, An constaret de tali solutione, quæ ad fauorē Lauiniæ suffragetur, de qua constare DD. censuerunt ex instrumento ab eo facto videlicet 5. Februarij 1627. in quo fatetur ad bonum computum scutorum 500. monetæ sibi pro dote promissorum habuisse, & recepisse ab eius cognato scuta 300. monetæ, de quibus &c. quietauit &c. & per pactum &c. & ad cautelam renūciauit &c. Et ex quietantia finali, qua probatur maritum pro integra solutione dictæ summæ coram Iudice, Notario, & testibus 1. Martij 1627. recepisse scuta 59. bon. 50. prò residuo supradictorū scutorum 500. sibi in dotem promissorum, quæ in tot iulijs, & testonibus argēteis ad se traxit, tractaque de eis &c. se benè cōtentum vocauit. & de illis quietauit &c. quamuis scut. 300. probentur per confessionem de recepto, quæ
1 regulariter † non probat veram solutionem, hoc tamen
2 non procedit, quando pro ea concurrunt † coniecturæ, & adminicula, ità voluit *Bald. in rubr. C. de priuil. Socc. cons. 122. num. 7. lib. 3.* At in casu nostro plures concurrere con-
3 iecturas fuit resolutum, extat primò promissio † dotis pręcedens, *san. mem. Greg. XV. decisio. 62. num. 6* adducendo *legem in contractibus. §. sed quoniam, vbi Cyn. & alij, C. de non numer. pecun.* qua stante non solum contra maritum, &

4 & heredes † probatur vera dotis numeratio, *Gabr. de iur. dot. conclus. 4. num. 1.* verùm etiam contra quoscunque
5 † etiam tertios creditores, *Ruin. cons. 183. num. 4. lib. 1. Castr. in l. 1. sub num. 8. ff. sol. matr. Guidop. decis. 224. num. 1. Afflict. decis. 402. num. 9. san. mem. Greg. XV. vbi suprà nu*
6 *mer. 6.* Alia coniectura desumitur, ex † solutione partis, facta cum decreto Iudicis, quam Rota magnificat *coram Greg. XV. d. decis. num. 7. Dec. cons. 563. numer. 10. Soccin. cons. 82. num. 2. lib. 3.* Item concurrit responsio patris eiusdem Leonardi ad positiones de dote à filio habita, & impensa in necessarijs.

Tandem comprobatur hæc eadem confessio ex alle-
7 gata † receptione facta pro residuo. Et ex his DD. resoluerunt constare de reali numeratione, an autem constet de nullitate, vel validitate contractus; in hoc nihil fuit firmatum &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Mercurij 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Tutor, si soluat indebitum, non pupillis, sed ipsi imputari debet, ità vt eis tenetur soluere summam indebitè solutam. Tutor, quando soluendo debitum pupillorum, possit agnoscere bonam fidem erga creditorem. Tutor debita tantùm soluere debet.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ priuatæ, si contineat inueresimilia, non est credendum.*
2 *Consuetudo est inter Laniones Vrbis non conficiendi scripturam inter eos, & eorum famulos, sed eis tantum intra certum quid tempus soluunt salarium.*
3 *Pecunias alicuius, si quis in sua potestate habebat, dato, quod iste esset illius creditor, intrat præsumptio, quod de huiusmodi pecunijs, sibi ipsi satisfecerit de suo credito.*
4 *Tutor soluendo debitum pupillorum licitè, potest agnoscere bonam fidem.*
5 *Quod intellige, quando debitum stante scriptura priuata, seu publica, aut confessione; aut testibus, vel denique sententja iudicialiter lata, nullo modo tergiuersari potest.*
6 *Tutor non potest plùs dare legatario, quàm testator ei reliquit.*
7 *Frater non tenetur dotare filiam fratris, vel sororis.*
8 *Tutor munera nuptialia missa agnatis pupillorum ipsis pupillis imputare non debet.*
9 *Legatum, quando est solutum in vita Testatoris, legatum ipsum censetur ademptum.*
10 *Testator non præsumitur voluisse duplicare legatum.*
11 *Tutor, quod non est debitum, soluere non debet.*

¶ Suprà ad Decisionem 31. coram eodem bon. mem. Motmanno.

DECISIO CCCXXXVI.

QVAESITVM fuit, an sententia A.C. condemnans hæredem Tutoris ad soluendum pupillis summam scutorum 1625. monetæ esset confirmanda, & die 25. Februarij preteriti Domini firmarunt partitam scutorum 814. ratione salarij ponendam esse ad creditum Tutoris, & consequenter à summa prædicta esse detrahendam. Hodie verò prosequendo disputationem censuerunt sententiam prædictam esse confirmandam quoad summas hic expressas, quarum partitæ pupillis imputari non debent.

Nam de summa scutorum 725. quæ Tutor scripsit soluisse vti debita institori patris defuncti nulla ratio haberi
1 debet, quia huiusmodi scripturæ, cùm sit † priuata propter inuerisimilia, quæ continet, non est credendum, vt in terminis dixit *Bald cons. 117. num. 2. lib. 2. Tiraquel. qui alios refert, in l. si vnquàm in præfat. num. 52. C. de reuoc. donat.* non enim est verisimile, quod siue is fuerit famulus, siue fuerit socius defuncti in exercitio Macelli, summa huiusmodi illi esset persoluenda, quia ipsemet institor examinatus deposuit, durante eius famulatu salaria in singulas hebdomadas, vel ad summum in singulos menses sibi à defuncto fuisse numerata, & idem cum alijs fieri solitum fuisse deponunt testes. Vndè probatur obseruantia, quæ facit præsumi solutionem pecuniarum, de quibus ijdem testes
2 † etiam affirmant, non esse moris inter laniones. Vrbis, vt conficiatur scriptura ad tradita *per Corn. cons. 81. num. 11. vers. & attento quod. lib. 4. Ioseph. Ludou. concl. 38. vers. infertur. 144.*

Quatenus verò ipse institor fuit in societate cum idem deposuerit, penes se extitisse claues capsulæ, in qua recondebantur pecuniæ, cui depositioni conformia dixerunt ijdem testes examinati, affirmantes dictum institorem administrasse rem macellariam, ac habuisse facultatem ape-
3 riendi, & claudendi arculam nummariam, inde † inducitur præsumptio, quòd ex huiusmodi pecunijs sibi ipsi satisfecerit de suo credito, *l. peculium, §. præterea, vers. nam vt eleganter, ff. de pecul. Afflict. decis. 3. numer. 16. Surd.* qui plura congerit ad propositum *cons. 290. num. 33. lib. 2. Seraph. decis. 1455. num. 5. vers. in illis enim Gratian. discept. forens. cap. 129. sub numer. 21. vers. nam constat, lib. 1. & fuit dictum in Interamnen. Legatorum 16. Iunij 1625. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

4 Neque obstat, quòd Tutor soluendo debitum † pupillorum licitè agnouerit bonam fidem erga institorem cum nemo id facere prohibeatur *leg. quoties. §. sicut, in fin. ff. de administr. Tutor. l. si rem quam, in princ. ff. de euict. Mantic. decis. 339. num. 7.* Quia conclusio procedit, quando de-
5 bitum, stante † scriptura publica seù priuata fidem faciente, aut confessione, vel testibus legitime receptis, vel denique sententia iudicialiter lata, nullo modo tergiuersari potest, per ea, quæ dixit *Rot. in* Romana *de Ruspolis 5. Iulij 1599. coram bon. mem. Litta.*

Minùs admittenda est partita vnius summæ scutorum 21. & alterius scutorum 28. 52. leg. quæ Tutor similiter
6 in libro tutelari scripsit impendisse pro seruitio † Cæciliæ neptis Testatoris ex sorore, tùm quia ipse testator postquam ei legauit scuta 300. ad aliud minimè tenebatur,
7 nec vllo iure reperitur cautum, quod frater teneatur dotare filiam fratris, vel sororis *Rip qui alios allegat. in l. 1. num. 86. ff. solut. matrim.* & hoc patere ex *text. in l. neque mater. C. de iur. dot. trad. Alex. cons. 66. sub nu. 2. lib 4.* tùm etiam
8 quia Tutor munera † nuptialia missa agnatis pupillorum, ipsis pupillis imputare non debet. *l. Tutor secundum, §. in soluendis, vers. neque nupti ale. de administr. Tut. & in l. 1. §. sed & si munus nuptiale, ff. de tutel. & ration. distrab. Escubar. de ratiocin. capit. 22. numer. 47. ver. non tamen. Tutor.*

Neque prædictis pupillis imputari debet summa scutorum 100. quæ Testator reliquerat Margaritæ filiæ ipsius Tutoris, cùm ex eodem libro tutelari constet ea fuisse per eumdem Testatorem adhuc viuentē soluta ipsi Margaritæ

garitæ dum nupsit, vndè orta postmodum iudiciali controuersia fuit lata sententia absolutoria pupillarum, quia
9 per solutionem legati † factam in vita Testatoris legatum ipsum censetur ademptum *l. Lucius Titius, ff. de legat. 2. l.*
10 *filia legatorum, C. de legat.* neque præsumitur † quòd Testator illud voluerit duplicare, *leg. Seia, ff. de aur. & arg. legat. Rota coram san. mem. Greg. XV. 236. numer. 1. cum seqq.*

Nulla similiter habenda est ratio scutorum 44. quibus idem Tutor etiam scripsit se reluisse alterius pignora, neque scutorum 17. exactorum à debitoribus pupillarum in tot vino, quia respectu primæ summæ non constat huiusmodi pignora fuisse hebræis tradita pro debito hæredita-
11 tis, vel in vsum pupillarum, & quod nō est debitum, † Tutor soluere non debet. *d. l. Tutor secundum. § in soluendis*, ibi, ne cui non debitum soluat. *ff. de administ. & peric. Tut.* Respectu verò secundæ summæ non erat ponenda ad debitum tamquam erogata in emptionem vini, nisi etiam posita esset ad creditum tamquam exacta ex creditis pupillorum. Denique visum fuit Dominis ex summa scutorum 86. pro oleribus, seu lactucis emptis in vsum pupillorum in libro tutelari descript. tertiam partem adimendam esse. Et ità vtraque parte fuit decisum.

Plures decisiones in hac causa, vide supra ad d. decisionem 31.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Epis.

Die Veneris 21. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedi debet ei, qui doceat de sua possessione exigendi, vel ex pluribus solutionibus titulo præambulo confirmatis, vel ex confessione partis aduersæ, nec retardatur exceptione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit probanti suam possessionem exigendi, vel ex solutionibus pluries factis in vim tituli præambuli, vel ex confessione partis aduersæ, num. 2.*
3 *Exceptio fideicommissi tamquam ea, quæ altiorem indaginem requirit non admittitur in iudicio manutentionis.*
4 *A bonis maternis tamquam à diuersis non infertur ad bona paterna.*
5 *Legitima grauari non potest onere fideicommissi.*
6 *Pater adijciens fideicommissum in bonis filio relictis non præsumitur voluisse filium grauare in legitima, nisi hoc expressè dixerit.*

¶ Supra ad Decisionem 35. coram eodem R. P. D. Verospio.

DECISIO CCCXXXVII.

EX testamento Melchioris de Epis, & ex lege data in eodem testamento, inuestiri debebant scuta mille, & quingenta ex pecunijs illi debitis pro dote materna super precio casalis venditi Laurētio Rogerio, vt ex eiusdem inuestimenti, & pecuniarium fructibus soluerentur quotannis scuta sexaginta pro dote vnius puellæ, & nominauit idem Melchior exequutorem huius suæ voluntatis Lucam Antonium de Fabijs, qui ex facultate, quam habuit ab eodem Testatore reliquit ius nominandi puellas Societati S. Mariæ de Carmine, & Archiconfraternitati Sāctissimi Crucifixi, habuit exequutionem Testamentum, & Rogerius debitor pretij Casalis, consentiente hærede Melchioris; soluit semper ea scuta sexaginta, vt docuit Archiconfraternitas ex pluribus solutionibus sibi factis; sed cùm anno 1617. solutum fuisset à Rogerio integrum pretium Casalis, illud inuestitum fuit simul cum alijs pecunijs, è quibus emptus fuit annuus census à Dominis de Naris pro summa scutorum decem millium, & ex hoc etiam inuestimento exigit Archiconfraternitas summam scutorum sexaginta, cùm quibus dotauit puellam quotannis iuxta mentem Testatoris; Cum autem Ludouicus hæres substitutus Melchiori ex fideicommisso Bartholini illius patris commisisset in Rota causam iactationis, Domini de Naris cœperunt apud Sacrum Montem Pietatis deponere pecunias, quas aliàs soluerant vtrique Societati; Vnde petijt Societas Crucifixi manuteneri in sua possessione, & disputato hodie dubio Domini affirmatiuè, & pro eadem Societate responderunt.

Non enim poterat negari possessio Archiconfraternitatis, & illa eam ostendebat, tàm ex solutionibus sibi factis, quæ poterant satis esse in hoc iudicio, cum essent nu-
1 mero † plures, & confirmarentur ex titulo, qui oriebatur ex testamento Melchioris *ex notatis per Ripam in capit. cum Ecclesia Sutrina num. 55. de caus. possess. & propriet. & in l. naturaliter, §. nihil commune num. 100. ff. de acquir. possess. Bald. in leg. data opera. num. 69. C. de his qui accus. non poss. Rot. decis. 17. num. 1. par. 2. diuers. & coram Greg. decis. 412. num. 2.* quàm ex confessione partis, quia in Instrumento census, quem Domini de Naris imposuerunt, & vendiderunt Ludouico vti hæredi Melchioris, acceptauit idem Ludouicus conditionem, quæ continebatur in illius testamento, vt soluerentur dotes puellarum ex pretio scutorum mille, & quingentorum, quorum creditor
2 erat occasione dotis maternæ; Et hæc etiam † confessio poterat satis esse in hoc iudicio, *vt notant Doctores in cap. cum venissent. de in integr. restit. & ibi Innoc. num. 2. Imol. num. 11. Rot. decis. 561. num. 2. par. 1. recent. & coram Gregor. decis. 365. num. 1. & decis. 458. num. 6.*

Neque obstare poterat fideicommissum Batholini, quòd adductum fuit pro Ludouico, Quia hæc exceptio fideicommissi non soleta dmitti in hoc iudicio posse-
3 rio, tamquam ea, quæ † videtur requirere altiorem indaginem, *vt notant Doct. in l. vlt. C. de edic. diu. Adr. & ibi Bart. num. 22. Dec. num. 48. Rip. in Rub. ff. de pign. num. 19. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 558. & num. 630.* Præterea nihil obstare poterat idem fideicommissum, quia inuestimentum, quod Melchior fieri præceperat, factum fuit ex pretio casalis, super quo consistebat pars dotis maternæ, quæ tamquam proprium patrimonium Ma-
4 tris Melchioris nihil commune habebat cum † bonis, ex patrimonio Bartholini illius Patris. *argum. text. in leg. 3. §. sed vtrum ff. de minor. 25. annorum, & tradit Aym. consil. 29. num. 4. Soccin. sen. consil. 25. numer. 20. lib. 1. Menoch. cons. 238. num. 4. & cons. 286. num. 28.* Et quamuis Casale esset in hæreditate patris, adhuc dispositio Melchioris su-
5 stineri poterat ratione legitimæ, † quæ non potuit grauari eo onere fideicommissi, *vt notatur in l. quoniam in prioribus, & in l. scimus § cum autem. C. de inoff. testam. & in l. si pater, & ibi glos. C. de instit. & substit.* & talis etiam præsumi debebat fuisse voluntas patris, dum non constabat
6 de contraria illius voluntate, quod † voluerit grauare filium in legitima, *arg. text. in l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. & tradit Dec. in cons. 81. num. 1. & in cons. 218. num. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 4.*

Et ità &c.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Guidis.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius potest agere contra hæredem grauatum, vt sibi restituat hæreditatem, quàmuis habeat alios anteriores in gradu, quibus ipse ex substitutione facta à testatore succedere debet in fideicommisso, si habeat cessionem ab anterioribus vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius si habeat cessionem ab anterioribus agere potest, vt sibi fiat restitutio hæreditatis, quàm debet recipere nomine cedentis, & posteà retinere poterit iure proprio ex vtilibus actionibus, quæ continentur etiam in cessione.*

2 *Idem facere poterit ex vi delegationis, quæ etiam continetur in cessione, ex qua cogere poterit hæredem, vt restituat hæreditatem fideicommissario ad propriam vtilitatem.*

3 *Identitas personarum ex quibus probetur, item ex quibus probetur identitas bonorum. num. 6.*

4 *Exceptio, tu habes parem in gradu, non potest proponi à possessore contra vocatum, aut venientem ex illius persona, cum illa respiciat ius tertij.*

5 *Præsumptio iuris, vt non viuat persona, à qua actor excluderetur, iuuat ipsum actorem, quando reus non opponat existentiam, aut mortem talis personæ.*

7 *Confessio in alio iudicio, & ad alium effectum facta, imò etiam extraiudicialis impugnari nequit, si præsumptionibus, & adminiculis iuuetur.*

¶ Suprà ad Decisionem 5. coram eodem R.P.D. Verospio.

DECISIO CCCXXXVIII.

POST vltimam decisionem, quæ facta fuit in hac causa *sub die 25. Iunij anni præteriti*, in qua dictum fuit, quod Io. Lucas de Fabijs, & alij descendentes ex filiabus Antonij Guidi Testatoris probauerant euenisse casum suæ vocationis, Dubitatum hodiè fuit, an illis esset concedenda immissio, & Domini affirmatiuè responderunt ex rationibus, quæ in eadem decisione, & alijs sæpiùs deducta fuerunt, quia probabatur fideicommissum ex testamento Antonij, & quod euenisset conditio, sub qua ijdem descendentes ex feminis vocati erant; nam licèt illi vocati essent in defectum omnium agnatorum, tamen habebant cessionem iurium ab ijs agnatis, qui eos debebant in gradu præcedere.

Ex qua cessione sublata erant omnia, quæ in hac disputatione repetebat Franciscus de Alexandris, cui tanquam reo & possessori satis erat quocunque modo excludere hos substitutos; ex ea enim cessabat tam illa exceptio, vt adessent alij anteriores in gradu, (quæ exceptio dicebatur probata ex sententia A. C. lata contra eosdem descendentes ex feminis, qui hodiè agunt) quam alia, vt posset Franciscus proponere eandem exceptionem, dùm illa videbatur respicere, & concludere non ius agentis; nam licet ex ea sententia, quæ tamen non iustificabatur ex actis, videretur desumi probatio huius existentiæ, tamen non poterat suffragari Francisco, quia hi descendentes poterat obtinere ex persona eorum, quorum fauore dicebatur extitisse conditio eiusdem fideicommissi, à quibus ipsi habebant cessionem, siue id contingeret propter exercitium di-
1 rectarum actionum, † quod eis dabat eadem cessio, cum ex ijs actionibus obtinere possent, vt sibi fieret restitutio hæreditatis, quam recipere debebant nomine cedentis, & postea ex vtilibus actionibus iure proprio retinere, *vt tradit Ang. in l. si vsusfructus. ff. de nouation. Bart. in l. qui ita. §. 1. ff. ad Senat. Cons. Trebell. & in l. si stipulatus 76. num. 7. ff. de verb. obligat. Alex. super ead. l. num. 8. & in leg. apud Iulianum. §. vtrum num. 1. ff. ad Trebell. & ibi etiam Imola. num. 10. vers. in ea glossa*, siuè hoc procederet ex dele-
2 gatione, † quam habebat occasione eiusdem cessionis, ex qua poterat cogere hæredem, vt restitueret hæreditatem fideicommissario ad propriam tamen vtilitatem, vt probat *text. in l. seruo inuito. §. vlt. ff. ad Trebell. & tradit Cagnol. in l. 2. num. 39. C. de pact. Peregr. de fideicomm. art. 31. num. 33. Gabr. cons. 121. num. 48. & 49. lib. 1.*

Neque Domini dubitarunt, an illi, qui approbati fuerunt in sententia tanquam de agnatione Testatoris, essent ijdem, qui iura sua cesserunt fauore horum descendentiū ex fœminis, præter vnum Vincentium, cuius mors proba-
3 ta fuit; cum appellarētur eisdem denominationibus, † quæ fuerunt expressæ in sententia, nimirum patris, patriæ ac duplici cognomento familiæ Berniæ de Guidis, quæ satis esse poterant ad probationem identitatis personarum, *ex doctr. Bart. in l. demonstratio. ff. de cond. & demonstr. & tradit Menoch. de præsumpt. præsumpt. 15. num. 40. & 45. lib. 6.* Præsertim in vna eademque agnatione, & familia, vt considerauit *Cephal. cons. 90. num. 17. lib. 1. Viu. decis. 324. num. 1. lib. 2.* Imò ex ijs probatur aliud fundamentum decisionis, quia cum ex vocatis, & quorum fauore impleta
4 erat conditio † fideicommissi, adessent, qui illud peterent, non poterat Franciscus eos excludere, aut venientes ex illorum persona. Dicet enim probarentur alij existere præter eos, quos declarauit sententia esse de agnatione Testatoris, quod tamen nunquam probatum fuit, tamen nō poterat negare Franciscus restituere fideicommissum ijs, qui illud petebant, cum hęc exceptio, vt adsint alij pares in gradu, tanquàm respiciens ius tertij non possit proponi à possessore, vt tenuit *Rot. in Tiburtina Castri S. Angeli 26. Nouemb. 1616. & in Viterbien. fideicommissi 4. Decembris 1624. coram Card. Sacrato, & nouissimè in Romana domus & Saluiani 23. Ianuarij, & 18. Martij 1630. coram R.P.D. meo Queippo:* Et poterat etiam probabiliter dubitari, an existentia horum agnatorum esset probata, dùm illa nunquam fuit iustificata ex actis; sicut etiam dubitari poterat an illa obesse deberet descendentibus femi-
5 narum, quia cum illi non opponerent existētiam eorumdem agnatorum, neque se fundarent in eorum morte, iuuari poterant præsumptione iuris, vt non superessent alij agnati, aut descendentes ex masculis, a quibus ipsi excluderentur, vt tradit *Ripa in l. ex facto. §. si quis autem num. 9. ff. ad Senat. Consul. Trebell. & in l. si in illa. numer. 26. ff. de verb. obligat. Cassan. cons. 19. num. 12. Put. decis. 43. libr. 1. Rot. decis. 862. numer. 1. par. 3. diuers. & decisio. 436. par. 1. recent.*

6 Non etiam poterat dubitari de † identitate bonorum, super quibus petebatur immissio, quia datæ fuerunt acquisitiones omnium corporum factæ à Testatore, & primò ex tribus domibus, quæ hodie à Francisco possidentur deponebant testes examinati in causa de duabus, quod illæ possessæ fuerunt ab Antonio, & deinde à Io. Baptista illius filio, ac patre Antonij Iunioris, à quo ipse Franciscus causam habet, expressis omnibus illarum finibus; tertia verò, quæ est sub proprietate Dominorum de Sorbellonibus probabatur ex eisdem testibus eodem modo possesia à

Te-

Testatore, ac preterea ex libro Domini directi, ex quo apparebat illam primum concessam fuisse Antonio seniori, & per aliorum successorum manus deriuatam hodie possideri à Francisco. Præterea probabatur hæreditarius census scutorum quadraginta quatuor, cum ille emptus fuisset ex pretio vineæ hæreditariæ, & expresse in illius locum subrogatus. Tertiò probabantur prouenire ab eodem fideicommisso loca viginti septem Mõtium ex quibus sexdecim erant Montis Farnesij, vndecim Montis Sixti secũdæ Erectionis, nam in mutatione literarum patentium, quam idem Franciscus curauit fieri ad sui fauorem tanquam hæres Antonij expresse reseruatæ fuerunt omnia onera, & conditiones fideicommissi Antonij Guidi senioris, quod etiam confessus fuit idem Franciscus, dum tanquam tutor Antonij negauit illum esse hæredem Io. Baptistæ patris, aut alia bona possidere, ex fideicommisso, & dispositione aui, quam confessionem non poterat hodie
7 impugnare † Franciscus, quasi illa facta fuisset in alio iudicio, aut ad alium effectum nimirum contra creditores pupilli, cum confirmaretur alijs præsumptionibus, & adminiculis, quo casu probare solet etiam confessio extraiudicialis, vt tenuit Rota apud *Achill. in decis. 1. de confess. & in decis. 177. num. 4 par. 2. diuers. & fuit dictum in Romana Laudi seu participationis 17. Aprilis 1617. coram bon. mem. Buratto.*

Et ex his dixerunt Domini dandam esse immissionem, quam hodie petunt hi descendentes ex filiabus Antonij Testatoris pro indiuiso, & saluo iure detractionum, quæ competerent Antonio authori Francisci ex persona Io. Baptistæ sui patris, & filij Testatoris, cum probatum esset fideicommissum, & casus successionis fauore eorundem descendentium, ac demum possessio Testatoris super ijs bonis, super quibus petitur immissio, quæ solum solet existimari necessaria ad effectum obtinendi in hoc iudicio, & interdicto possessorio, vt notatur *in leg. vlt. C. de edict. Diu. Adr. & tradit ibi Bart. num. 9. & 11. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4 num. 56.*

Et ita &c.

¶ In eadem causa adest suprà altera decisio sub die 29. Maij 1628. coram eodem R. P. D. Verospio, & est decisio 180. par. 5. recent.

R. P. D. MERLINO,

ALBEN. GABELLAE, SEV ONERVM.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Tractatur, quod bona Ecclesiastica, & Ecclesiasticorum libera sunt, & immunia à collectis, tributis, & oneribus impositis per Communitates, & Principes Laicos, & perpulchrè, & clarè demonstratur, quod immunitas Ecclesiastica, non à iure positiuo, vt quidam minus verè putarunt, sed à iure ipso Diuino originem suum agnoscit, &c. Et insuper tradita docta, & marmorea distinctione deciditur, quando Ecclesia teneatur, & quando secùs, ad solutionem tributorum de bonis, in quibus imposita erant tributa Laicalia anteà quàm ad eam transierent.

Et nota, quod Sacra Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ, in hac materia passim cum hac decisione transit, & cum alia decisione in causa *Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram bon. memor. Reuerendiss. Pegna Decano*, quæ etiam allegatur in præsenti decisione, & extollitur sub num. 56.

Rota etiam hanc R. P. D. Merlini decisionem pluriès sequuta est, & præsertim *coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano in causa Barchinonen. exemptionis 20. Iunij 1636.* Vbi testatur, quod materia ista in hac decisione non minus doctè, quàm latissimè fuit deducta.

Magistralis, & Famigerata est ista decisio, & in hac materia singularis, cum & extẽsa sit à perquàm doctissimo Auditore, & ab acerrimo Defensore Immunitatis Ecclesiasticæ, ità vt in dicta Sacra Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ non immeritò sedeat, & in ea inter RR. PP. DD. Prælatos dignissimus Decanus existat.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiastica immunia sunt, & libera ab oneribus & tributis impositis per Communitates, & Principes Laicos.*
2 *Consules, & alij Magistratus, si Ecclesiasticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponant, anathemate feriuntur.*
3 *Pontifices Romani quotannis in Bulla Cœnæ §. 18. imponentes, & exigentes pedagia ab Ecclesiasticis censuris coercent.*
4 *Constantinus primus Imperatorum palam Christianis immunitatem Ecclesiasticam, siue potius illius vsum exhibuit.*
5 *ex Imperatoribus orthodoxis, & illibatæ Religionis, nemo tributum ex bonis Ecclesiarum exegit.*
6 *Iustinianus Imperator etiam Clericorum immunitatem respectu bonorum edicto sanciuit.*
7 *Immunitas Ecclesiastica etiam respectu bonorum, non à iure positiuo & Imperatorum liberalitate, sed immediatè à iure Diuino originem habuit.*
8 *Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ, & res ipsorum, non solùm iure humano, quinimò, & diuino, à secularium personarum exactionibus sunt immunes.*
9 *Immunitas Ecclesiastica Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est.*

10 Im-

10 *Immunitas Ecclesiastica, quod non sit de iure Diuino, ista opinio quorumdam, refellitur.*
11 *de Iure Diuino, vt aliquid dicatur esse sat est, quod ex testimonijs, vel exemplis ex ipsa sacra pagina de promptis, vel traditione Ecclesiæ deducatur.*
12 *Ioseph Prorex Pharaonis, Sacerdotes, & eorum agros etiam eis à Rege traditis, in primæua libertate admisit,*
13 *Quàmuis reliquos totius populi, seruituti Regis subegerit.*
14 *Ecclesia non decet minùs liberam esse de tempore Principum Christianorum, quàm fuerit tempore Pharaonis.*
15 *Ethnici, Flamines, Augures Salios, Feciales, aliosque Sacerdotes, vna cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributis reddebant.*
16 *Christus, qui est filius Regum Regis eximitur à Tributo Principis, vt patet apud Matt. cap. 17.*
17 *Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ tanquàm sponsa, familiaresque, & domestici Christi, potiri debent eadem prærogatiua, scilicet exemptione à solutione tributorum.*
18 *Immunitas Ecclesiastica circa solutionem tributorum est de iure Diuino.*
19 *Bona dum Ecclesijs traduntur eo ipso eximuntur à dominio, & potestate Laicorum, & ex speciali iure, dominio Christi Domini constituuntur.*
20 *Christi dominium in rebus Ecclesiarum est proximum & immediatum, illique dicitur acquisitum, tanquam principali Domino.*
21 *Christus Dominus si omnino immunis fuit à Tributis, consequens est etiam bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato, & proximo dominio Christi Domini immunia esse à Tributis,*
22 *Et hoc est valdè conueniens Diuinitati, & Excellentiæ personæ suæ. ibidem num. 22.*
23 *Clericorum bona patrimonialia etiam Laicalia sunt immunia ab oneribus Laicalibus, ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona.*
24 *Clerici persona non potest dici plene, & perfecte exempta à Tributis Laicorum, nisi etiam illius bona exempta sint.*
25 *Bona Ecclesiarum perpetuò sunt Ecclesiastica, & in Diuinum Cultum per se ordinantur.*
26 *Ecclesiarum bona sunt ipsius Domini patrimonium.*
27 *Clericorum bona patrimonialia, sunt quidem sub eorum dominio, sed hoc dominium illis competit, vti ciuibus non autem vti Clericis, & tamen propter sacram qualitatem cohærentem personæ dicta bona sunt immunia à tributis Laicorum.*
28 *Clerici antiquitus aliquando constat soluisse tributa Principibus Laicis, hancq; exactionem cessasse ijsdem Principibus indulgentibus,*
29 *Sed hoc intellige verùm, de tempore quo, non dum Principes sacro Euangelij iugo ceruices subegerant.*
30 *Immunitatis Ecclesiasticæ vsus, seù exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, & declara. vt num. 31.*
31 *Principes Christiani non vere, & proprie Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt.*
32 *inter Res Diuinas, & humanas faciendum est discrimen, & rebus Diuinis competens prærogatiua cælesti fauore, conseruanda est.*
33 *Immunitatem Ecclesiasticam Imperator Iustinianus annuit non à sua munificentia, quam alijs in rebus, & locis sæpius gloriosus commemorat, sed à dictamine Diuino, & à natura effuxisse.*
34 *in Bonis, quæ transeunt in Ecclesiam si olim imposita erant tributa Laicalia transeunt cum eodem onere.*
35 *Reintegratio tantum debet restituere, quantum abstulit distractio.*
36 *Reintegratio retrotrahenda est perindè, ac si nunquam fuisset facta distractio. & num. 37.*
38 *Bona semel à Laicis, etiam legitimè possessa, non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione de qua distinctione vide vsquè ad finem.*
39 *Bona, quæ possidet Ecclesia iure spirituali, & Diuino, vt decimæ, oblationes &c. ista semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscunque oneribus secularibus, tàm præteritis, quàm futuris, & quare.*
40 *Bona, quæ à priuatis habuit Ecclesia, quæ tamen sunt destinata ad Cultum Diuinum, & officium spirituale, vt situs Ecclesiarum, & Cœmiterium, hæc sunt immunia ab omnibus, & quibuscunque oneribus, & quare.*
41 *Bona, quæ possidet Ecclesia forte temporali, & Iure Ciuili, vt titulo emptionis, legati, &c. si tempore, quo sunt apud Ecclesiam, onera imponantur, certum est, quod gaudent immunitate Ecclesiastica,*
Et hoc casu non potest dari aliqua cautela, quod Clericis seù Ecclesijs pro eorum prædijs imponatur collecta, & qui contrarium sentiret graue piaculum committeret. num. 41. & 51.
42 *Laici non possunt edere leges, per quas libertas Ecclesiastica infrigatur, & hoc omnes scriptores admittunt.*
43 *Bart. in l. rescripto, §. fin. ff. de minor. dùm dat cautelam, ex qua posset infringi libertas Ecclesiastica, fallitur & contra eum sunt omnes, cum non dicat verum, & illius cautela non valet vnam festucam, & tandem eius dictum est damnatum per omnes, & numer. 48. & 49.*
44 *contra Libertatem Ecclesiasticam indirectè non est permittendum quod est directè prohibitum.*
45 *Territorium dum fit tributarium pro collectis imponendis, quid in hoc tacitè insit.*
46 *Bona ad effectum, vt transeant ad Ecclesiam cum suis oneribus, dicta onera debent esse certa.*
47 *Tributum non potest considerari, nisi post indictionem, & specificationem.*
50 *Fraudis suspicione non caret, volens fingere, id quod non est.*
52 *Collecta dùm imponitur, tunc propriè vinculum iniectum est.*
53 *Tributaria non dicitur res, nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus.*
Actus, quando dicatur perfectus, & consumatus. numer. 53.
54 *Bona postquam peruenerunt ad Ecclesiam, Laici super eis non possunt imponere collectas, ex eo, quod à principio Territorium totum effecerunt tributarium pro collectis imponendis, quia res deuenit ad statum à quo incipere non potest.*
55 *Ecclesia tenetur ad onera imposita prædijs, antequàm ea*

ea ad Ecclesiam peruenirent, & ad hoc requiritur. Quod onera sint realia, vera, prædijs infixa, imposit super bonis sint propter bona, non autem personis propter bona. ibidem num. 55.

56 *Et quod sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem pro aliquibus vrgentibus causis, & illis cessantibus, remouenda.*

57 *Cap. Tributum, 23. quæst. 8. in quibus terminis loquatur.*

58 *Vrbanus I. in cap. tributum 23. quæst. 8. loquitur iuxtà morem sui temporis, quo imperatores erant Ethnici, & Ecclesia non dum sibi libertatem actu vindicauerat.*

59 *Ecclesia, dum soluit collectas de prædijs, quibus iam impositæ erant, quando ad eam peruenerunt, non soluit vti tributum, vel in recognitionem superioritatis, sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem,*

61 *Et quemadmodum erga priuatas personas solueret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab authoribus Laicis priùs impositæ essent,*

62 *Ità pari ratione tenebitur Ecclesia ad Tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex causa, & conuentione, Princeps dum prædia possessa à Laicis sub eius erant potestate, infixit.*

63 *Bona translata in Ecclesiam tunc demùm retinet onus & obligationem soluendi tributum, quatenus hoc Tributum à Principe priùs impositum fuerit, expresso pacto, inter ipsum, & priuatos, inito illud soluendi, &c.*

64 *Secùs tamen est, si illud exigeret ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis.*

65 *Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ratione, pacti, vel conditione adiecta in legato, vel contractu, ad quas aliter non teneretur, & vide num. 66. & 67.*

68 *in Catastro Laicorum si bona Ecclesiæ reperiantur descripta, illius Rector tenetur ad collectas, sed declara, vt num. 72.*

69 *Ecclesia, si faciat æstimum tenetur ad collectas in vim sui consensus, non autem ex vi iurisdictionis Laicorum,*

70 *Sed hoc intellige si adsit consensus, & auctoritas Summi Pontificis.*

71 *Papæ interest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouidere.*

72 *Bald. in auth. sed, & periculum numer. 2. vers. hoc verum, nisi Ecclesia. C. sine censu, vel relique, &c. declaratur.*

73 *Ecclesiæ non præiudicat solutio Tributorum facta à Laicis, de illis bonis, quæ postea ad eam peruenerunt, cum cesset ratio subiectionis, quæ in Laicis militabat.*

74 *Status rei mutatur, mutata persona.*

75 *Res, quando non transeat cum suo onere.*

76 *Ecclesiæ, Rector non potest tollere priuilegium libertatis Ecclesiasticæ.*

77 *Immunitas Ecclesiastica non est priuilegium personale, sed ipsi Ordini Ecclesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum, cui gesta priuatorum præiudicare non possunt.*

78 *Tributum Laicis, si de bonis Ecclesiæ soluat Rector, non indè tamen priuatus censetur sua immunitate quæ de Iure ei competit.*

DECISIO CCCXXXIX.

IVDEX Taurinensis condemnauerat Archipresbyterum Ecclesiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia, in fauorem Communitatis dicti loci, pro prædijs eiusdem Ecclesiæ, quam sententiam in hac parte omninò reuocandam esse Domini censuerunt, Certa est enim Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum propositio, quam, & nemo ex Catholicis audet im-
1 pugnare, bona Ecclesiastica † immunia esse, & libera ab oneribus, & tributis impositis per Communitates, & Principes Laicos, Ità definitum est in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. *par. 1. cap. 19.* sub Innocentio III. *cap. 46.* & habetur in *cap. non minus*, vbi Consules, & alij Ma-
2 gistratus, Ecclesiasticis, † & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes, anathemate feriuntur, & in *cap. aduersus, de immunit. Eccles.* & in *cap. 1. & 3. eodem tit. in 6.* & in *cap. quamquam. de censibus, in 6.* & in *Clem. vnica, de immunit. Eccles.* quæ Sanctiones innouatæ fuerũt per sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 20. de refor-*
3 *mat.* Romanique Pontifices, † quotannis in Bulla Cœnę §. 18. huiusmodi pedagia imponentes, & exigentes censuris coercent, & Constantinus primus Imperatorum pa-
4 lam Christianis † Immunitatem hanc Ecclesiasticam, siue potius illius vsum exhibuit, vt *apud Eusebium libr. 10. histor. Ecclesiast. cap. 7. & in orat. de laudibus Constantini*; Sublatisque Ethnicis, neminem ex orthodoxis, & illi-
5 batæ † Religionis Imperatoribus tributum de bonis Ecclesiarum exegisse obseruat *Cardin. Baron. tom. 3. Annal.*
6 *sub ann. 387. num. 13.* & Iustinianus, † etiam hanc Clericorum Immunitatem, vel respectu bonorum edicto sanciuit, vt in *l. sancimus, 20. C. de sacros. Eccles.* & Federic. *in auth. Item nulla Communitas, C. de sanctiss. Epis.* Nec à iure positiuo, & Imperatorum liberalitate, sed immediatè
7 † à Iure Diuino ortum habuisse huiusmodi Immunitatẽ respectu etiam bonorum fatendum est, vt disertis verbis
8 asseritur in *cap. quamquam, de censib.* ibi, *Ecclesia, † Ecclesiasticaque persona, & res ipsorum, non solùm iure humano, quinimo, & Diuino, à sæcularium personarum exactionibus sint immunes*, & in Concilio Tridentino dicta *sess.*
9 *25. cap. 20. de reformatione* dicitur *Immunitas hæc, † Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus, instituta est*, quibus verbis aperte diluitur callida quorumdam interpretatio,
10 qui putarunt verba, de quibus, *in d. c. quamquam*, † ibi, *de Iure Diuino, & humano*, intelligi posse de Iure positiuo, scilicet Canonico, & Ciuili,

Nihilque refert hanc Immunitatem respectu bonorum ocularitèr non legi scriptam in sacris Scripturis, quia vt iu-
11 ris Diuini † dicatur, sat est quod ex testimonijs, vel exemplis ex ipsa sacra pagina deprompris, vel traditione Eccle-
12 siæ, deducatur, † prout egregiè hæc Immunitas deducitur ex Genes. *c. 47.* vbi Ioseph Prorex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros, etiam eis à Rege traditos, in primæua
13 libertate dimisit, † quàmuis reliquos totius populi seruituti Regis subegerit, & meminit etiam *Ioseph de antiquit. Iudaic. lib. 2. cap. 4. & Diodor. Sicul. in 2. lib. histor.* & *Herodot. in Euterpe lib. 2.* Hinc apposita in dicto Concilio Lateranen. de quo in *cap. non minus, de immunit. Eccles. in*
14 *6.* infertur, *non decere † Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum, quàm fuerit tempore Pharaonis* immò, & addi potest, tempore etiam Ethni-
15 corum, qui Flamines, Augures Salios, Feciales, † aliosque Sacerdotes vna cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributo reddebant, vt obseruat, & inde ad propositum nostrum arguit, *Præpositus in cap. si tributum, num. 5.* & ibidem *Card. 11 quæst. 1.* & sequitur *Io. Anton. de Nigro in repet. extrauag. vnicæ, numer. 245. de vit. & honest. Cler.* Plot. *in addit. ad vlt. cons. Laudens. sub num. 8.* Aliaque exempla deduci possunt ex primo Esdr. *cap. 7.* & Numer. *cap. 3.* & luculentius testimonium patet apud Matth. *cap.*
16 *17.* vbi filius Regis, qualis † est Christus, & qui est filius Regum Regis, eximitur à tributo Principis; Ecclesiam au-
17 tem & Ecclesiasticas personas, tanquam sponsam, † familiaresque,

liaresque, & domesticos Christi, eadem potiri prærogatiua, inferunt *D. Hieronym.* ibidem, *& D. Augustin. lib. 1. qq. Euangelic. quæst 23. Io. Anton. de Nigr. in repet. extrauag. vnica, nu. 223. de vit. & honest. Cleric.* & doctè *Suarez.* ad Regem Angliæ *de Immunit. Eccles. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16.* quæ testimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt. *Card. Bellarm. Controuers. tom. 2 lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propositione*, vbi
18 pluribus comprobat, hanc immunitatem † esse de Iure Diuino, & idem firmarunt *Io. Montaig. de collat. parlam. par. 2. num. 11. Bursat. cons. 42. num. 1. lib. 1. & cons. 186. nu. 8. lib. 2. Borell. cons. 74. num. 1. Plot. in addit. ad vlt. cons. Laudens. num. 8. Euerard. cons. 30. num. 23. ad fin. Caual. comm. contra commun. quæst. 899. num. 39. & 42. Cabed. decis. 83. num. 19. part. 2. Thom. Bozz. de Iur. stat. Eccles. libert. lib. 4. cap. 5.* plenè *Paulus Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 97. num. 6. & seqq. Suarez.* ad Regem Angliæ *d. li. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures enumerat, & bona, dum
19 Ecclesijs † traduntur, eò ipso eximuntur à dominio, & potestate Laicorum, & ex speciali iure sub dominio Christi Domini constituuntur, nec per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem, ità vt tale dominium Chri-
20 sti, in his bonis Ecclesiarum sit † proximum, & immediatum, illiquè dicatur acquisitum, tanquàm principali Domino, vt per *Innocent. in cap. cum super, num. 3. de caus. possess. & propriet.* & in *cap. verum. nu. 2. de for. comp. afflict. decis. 361. num. 22. & seqq. & post Suarez. d. l. 4. cap. 17. num. 9. & cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* pluribus cōprobat *Comitul. respons. moral. l. 1. c. 70. & 71.*
21 Vnde, si Christus Dominus omninò immunis † fuit à Tributis, vt ad literam habetur apud *Matth. 17.* & ibi notant *SS. Hieronym. Chrysost. & Ambros.* atquè alij per *Suarez. d. lib. 4. cap 5. num. 1. in fin.* consequens est etiam bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato, & proximo Dominio Christi Domini, immunia esse ab omnibus Tributis, vt per eundem *Suarez. lib. 4. cap. 18. num. 5. & 7. &*
22 *cap. 21. num. 5.* vbi, quod hoc est valdè † consentaneum Diuinitati, & excellentiæ personæ suæ; Prætereà si bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia, sunt immu-
23 nia ab † oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona,
24 illa enim adhærent personæ Clerici, † nec persona dici potest plenè, ac perfectè exempta, nisi etiam illius bona exempta sint, ita *Abb. Dec. Felin. & alij Canonistæ communiter in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & in cap. quæ in Ecclesiarum, de Constit. Bald. in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* & alios refert, ac sequitur *Suarez. d. lib. 4. cap. 25. num. 4. & seqq.* Ergò multò magis idem erit in bonis Ecclesia-
25 rum, tùm quia † perpetuò sunt Ecclesiastica, & in Diuinum Cultum per se ordinantur; tùm quia non Clerico-
26 rum qui Christi famulatum agunt, sed ipsius Domini † patrimonium sunt, &, vt dictum est, sub immediato Dominio Dei, patrimonialia verò bona Clericorum, sunt quidem sub eorum Dominio, sed hoc Dominium illis
27 competit vti ciuibus, † non autem vti Clericis, & tamen propter sacram qualitatem, cohærentem personæ, bona sunt immunia, quæ ratio fortius viget in bonis Ecclesiarum, vt perpendit *Suarez.* vbi supra *cap. 16. num. 11. & cap 17. num. 1.*

Nec quicquàm verò facit antiquitùs aliquando Cle-
28 ricos soluisse tributa Principibus † Laicis, hancquè exactionem cessasse iisdem Principibus indulgentibus; quoniam id accidit tempore, quo nondùm Principes sacro
29 Euangelij † iugo ceruices subegerant, & facultas ipsa, seù immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, sed adhuc de factò, & malè exigebatur,
30 & sic ipsa immunitas à Iure Diuino profecta est, † Immunitatis autem vsus, seù exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè, & propriè Ecclesiasticis bonis exemptio-
31 nem concesserunt, sed potiùs † detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere, & hoc benè agnouit *Iustinianus d. l. sancimus 20. C. de sacros. Eccles. ibi, cur enim non facimus discrimen inter*
32 *res diuinas, & humanas? & cur competens prærogatiua Cælesti fauori non conseruetur?* Et sic annuit hanc immu-
33 nitatem, non à sua munificentia, quam † alijs in rebus, & locis sæpiùs gloriosus commemorat, sed à dictamine Diuino, & à natura effluxisse, & benè ratiocinatur *Comitul. respons. moral. l. 1. dicto cap. 96. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenset, & ita pariter respondet *Suarez ad Reg. Angliæ dict. lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 6. num. 4. cap. 21. num. 3. & 8.*

Nec obstat potissimum fundamentum Communitatis, quòd hæc onera olim imposita essent istis prædijs, quæ
34 postea in Ecclesiam peruenerunt, & ideò transiuisse † affecta tributaria, & cum eodem onere ad quoscumque, quamuis priuilegiatos successores, atque etiam in ipsas Ecclesias, iuxta *Can tributum, 23. quæst. 8.*

Quoniam pro responsione duo firmanda sunt, vnum in facto; alterum in iure; in facto, quod antiquitùs hæc prædia erant eiusdem Ecclesiæ Archipresbyteri Gotzenij; & paucis solummodò abhinc annis distracta in Laicos, à quibus in Catastro Communitatis redacta sunt, detecta autem nullitate alienationis iure meritò Ecclesia, & pro ea Archipresbyter modernus in iudicio spolij fuit reintegratus, & propterea, vt reintegratio suum plenarium consequatur effectum, opus est, quod Ecclesia recuperet prædia libera, & immunia à quibuscunque oneribus, prout erant antequàm ab Antecessore distraherentur, & consequenter reuocanda sunt, & descriptio in Catastro, & impositio onerum, quæ tempore vsurpationis Laicorum
35 sequuta sunt, tantùm enim † restituere debet reintegratio quantùm abstulit distractio, *l. fin. §. fin. & ibi Bart. ac alij C. de sent. pass. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* & notat. *Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst 44. art. 5.*
36 *num. 23. & seqq.* & retrotrahenda est hęc † reintegratio, perindè ac si semper pœnes Ecclesiam prędia permansissent, ad *l. 1. §. vlt. ff. de quæst. l. 1. C. de sent. pass. Bald. in leg. post editum, num. 1. C. de impub. & alijs substit. Costa de re-*
37 *trotract. cap. 8. cas. 17. num. 2. & seqq.* quæ si † permansissent neq; relata in Catastro, neq; onera fuissent imposita.

In iure autem illud notandum est, quod bona semel à
38 Laicis, etiam legitimè possessa, † non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima est species bonorum, quæ habet, & possidet Ecclesia Iure spirituali & Diuino vt Decimæ, oblationes, & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscumque oneribus secularibus, tam præteritis, quàm futuris, quia immediatè habet à Deo, nec commiscenda cum Laicis, vt in *Numer. cap. 18.* & notant Canonistæ communiter in *cap. si tributum, 11. quæst. 1. & in cap. secundum, 23. qu. 8.*

Alia sunt bona, quæ à priuatis quidem habuit Ecclesia, sed ad Cultum Diuinum, & officium spirituale sunt desti-
40 nata, † vt situs Ecclesiarum, & Cœmeterium pro sepulturis, hortus iuxtà Ecclesiam, & sunt hæc pariter immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus, nedùm publicis, & Regijs; sed quod magis est, etiam priuatis, & præexistentibus ob eorum specialem sanctitatem, vt habetur in *d. cap. secundum, 23. quæst. 8. & per Bald. in l. omnes, num. 12. C. de sacros. Eccles.* & doctè tradit *Turrecremat. cap. si tributum, 11. quæst. 1. & in Summa de Eccles. lib. 1. c. 98. in responsione ad 7. argumentum, Io. Anton. de Nigr. in repet. extrauag. vnicæ, n. 242. de vit. & honest. Cler. Suarez. ad Reg. Angl. de Immunit. Eccles. lib. 4. capit. 17. num. 6. & 7. & cap. 19. num. 2. &* 8. & latius *cap. 20. nu. 17.*

Tertia est species bonorum, quæ possidet Ecclesia forte temporali, & iure ciuili, vt titulo venditionis, legati, vel alio simili, &c. Et in his etiam subdistinguendum est, & quòad onera imposita de tempore, quo pęnes Ecclesiam
41 bona reperiuntur, † certum est ipsi omninò suffragari immunitatem, ex superiùs deductis, *& Bart. in l. rescripto §. fin. num. 5. vers. videte, ff. de minor.* ingenuè fatetur, nullum dari remedium, seù cautelam quod Clericis, seù Ecclesijs
42 pro eorum predijs imponatur collecta, cum † Laici non possint edere legem, per quam libertas Ecclesiastica in-

stringatur,& Scriptores omnes Catholicos sine dissensione hoc admittere monet *Suarez ad Reg. Angl. d. lib. 4. cap. 20. num. 2.*

Fallitur autem idem *Bart.* d. loco, dum subdit, posse Lai
43 cos à principio efficere tributaria, & affecta † oneribus omnia prædia eorum Territorij, ità vt agri, qui postea ad Ecclesias peruenerint, obnoxij sint collectis imponendis,
44 quia indirectè permitteretur contra † libertatem Ecclesiasticam, quod directè omninò prohibitum est, *cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. Auth. Cassa, C. de Sacrosf. Eccles.* & alibi, & licèt eo tempore, quo vniuersum Territorium efficitur tributarium, prædia sint sub iurisdictione Laicorum, attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud, quo ipsæ collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & solummodò radicem aliquam causalem, & remotam habuerunt à Statuto, quod etiam dum facit Ter-
45 ritorium tributarium pro collectis imponendis, † habet tacitam conditionem, scilicet, si imponatur, quæ conditio cum sit potestatiua, non retrotrahitur in preiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tunc subiacent iurisdictioni Laicorum, ità eleganter *Bartolum* impugnando, arguit *Bald. in l. omnes, num. 12. 13. & 14. cum seqq. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. & in l. placet, nu. 10.* vbi quod *Bart.* in casu, quem posuit non dicit verum, *C. de sacrosf. Eccles. & in l. neminem, num. 4. C. eodem*, vbi quod hęc onera tunc nec certa essent, prout tamen requi-
46 ritur ad effectum, † vt ad Ecclesiam transeant prędia cum suis oneribus, & infra dicetur, & *cons. 112. num. 7. lib.*
47 *2.* vbi quod, *Bart.* contra omnes, & non benè loquitur, † neque dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum, nisi post
48 † indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit, postquàm res fecit transitum ad Ecclesiam, *Abb. in cap. fin. num. 13. de vit. & honest. Cleric. Ias. in d. l. placet. num. 21.*
49 vbi quod dictum *Bart.* est falsum, & damnatum per omnes, & idem testatur *Guidopap. quæst. 381. Ruin. cons. 117. num. 8. lib. 4. Felin in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 76. de constit. Plot. in addit. ad cons. vltim. Laudens. num. 10. & 13.* qui testatur ità fuisse declaratum à Senatu Mediolani pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ, *Alba cons. 8. num. 4. & seqq.* vbi, quod huiusmodi Statutum vo-
50 lens † prouidere oneribus quæ adhuc non sunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non est, non caret suspicione fraudis, *Siluan. cons. 9. num. 29. & cons. 33. num. 11. Mascambrun. cons. 40. num. 29.* vbi dicit, communem esse hanc opinionem. *Paseth. cons. 31. num. 8. Vegg. cons. 7. num. 11. Grass. commun. opin. lib. 1. cap. 18. quæst. 2.* qui pariter de communi testatur, *Remig. Gony. de charit. subsid. quæst. 62. num. 16.* vbi quod hæc tutior opinio, *Card. Alban. de Immun. Eccles. num. 92.* asserens hanc esse opinio-
51 nem Legistarum, validissimis rationibus † cõfirmatam, & quod graue piaculum committeret quicumque contrarium sentiret, *Ceual. commun. contra commun. quæst. 899. num. 72. & 106* qui plures alios cumulat, *Rimin. Iun. cons. 25. num. 23. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 1. Thesaur. decis. 234. num. 5. Io. Anton. Niger. in repetit. extrauag. vnica, de vit. & honest. Clericor. num. 190. Alphons. de Montalu. in foro legum Castell. lib. 1. leg. 2. vers. in contrarium, Matien. qui alios congerit, ad ll. Hispan. lib. 5. l. 11. gloss. 5. num. 5. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 132. num. 5.* vbi de veriori, & communiori opinione testatur, *P. Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 57. num. 6.* vbi plures hanc *Bartoli* cautelam damnantes cumulat.

Nec potest dici Statuentes tunc vinculum iniecisse, dum Territorium effecerunt tributarium, quo tempore Iurisdictionem habebant in prædijs, quæ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic trãsire cum suo onere; quoniam
52 vinculum † propriè iniectum est, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio illa de toto Territorio tributario suum sortitur effectum, cum tributum imponitur, &
53 res non dicitur esse tributaria, † nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, vt, post alios, tradit, *Alba cons. 8. num. 5. & seqq.* & tunc solùm dicitur actus perfectus, & consumatus, declarat *Card. Alban. de Immunit. Eccles. num. 70. & 71.* hoc autem tempore bona sunt extra Iurisdictio-
54 nem Laicalem, & subiectum est inhabile † ad recipienda onera Laicalia, resque dicitur deuenisse ad casum, à quo non posset incipere, & conferunt tradita per *Bald. cons. 112. num. 7. lib. 2. Alexan. cons. 210. num. 11. & cons. 211. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 204. num. 11. lib. 1. Surd. decis. 20. num. 8. Alba d. cons. 8. num. 4. Cardin. Alban.* vbi supra *num. 70.*

Quò autem ad onera imposita, priusquam prędia ad Ecclesiam peruenerint, ad hæc tunc solummodò tenetur
55 Ecclesia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, † quod scilicet onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa imposita sint bonis propter bona, non autem personis pro-
56 pter bona, † quod sint perpetua certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda, ità docent Canonistæ in *d. cap. 1. de immunitat. Ecclesiæ in 6.* vbi præcipue *Gemin. num. 9. Abb. in cap. fin. num. 12. de vit. & honest. Cleric. Turrecremat. in cap. si tributum, 11. quæst. 1. vers. alia verò, Barbat. plenè cons. 1. per tot. lib. 3. Felin. plenissimè cons. 46. in 4. dub. Niger. in repet. extrauag. vnica, de vit. & honest. Cleric. num. 247. cum pluribus seqq. Comitul. respons. Moral. lib. 1. cap. 94. num. 3.* vbi omnia ista recenset requisita, & sat est allegare Magistralem decisionem *in Brundisina Gabellæ 13 Februarij 1604. coram bon. mem. Penia*, quam & Passim sequitur Sacra Congregatio super Controuersijs Iurisdictionalibus per Sanctissimum D. N. Vrbanum VIII. magno Reipublicæ Christianæ bono, instituta, &
57 in his terminis loquitur, † *text. in cap. tributum, 23. quæst. 8.* ibi, *de Exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus* (nempe illud, quod antequàm ad Ecclesiam peruenerint prędia) *persoluendum est, & in cap. si tributum. 11. quæst. 1. vt ibi per Turrecrem. & per Comitul. respons. moral. lib. 1. q. 93. num. 16. Ceual. commun. contra comm. quæst. 899. num. 106. Alphons. de Montalu. in for. leg. Castel. lib. 1. d. l. 2. vers. ad quorum corroborationem, fol. 13. col 3. & Suarez ad Reg. Angel. dict. lib. 4. cap. 2. num. 13.* qui etiam obseruat, vbi Vrbanum Primum loqui iuxtà
58 morem sui temporis, † quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondum sibi libertatem actu vindicauerat ab huiusmodi tributis, & in hoc casu, dum Ecclesia soluit
59 collectas, non soluit vti tributum, † & in recognitionem
60 Dominij, vel superioritatis, quam regulariter † indicat tributi exactio, vt ex *cap. 2. de censibus*, sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum erga priuatas personas solueret census & teneretur
61 ad hypothecas, quæ ab eius † authoribus Laicis priùs impositæ essent, ità pari ratione tenebitur Ecclesia ad tribu-
62 ta, quæ, vel ex pacto, vel alia ex causa, & conuentione, † Princeps dum prędia possessa à Laicis sub eius erant potestate, infinxit ijsdem prędijs, vt bene per *Fr. Io. de Neapol. Ordin. Prędic. in quæst. Parisien. quæst. 39. puncto 3. ad quartum argumentum.*

Immò *Cardinal. Albanus de Immunit. Eccles. Gutierez. pract. quæst. lib. 1. quæst. 3. num. 15. vers. pręterea, & fusius Suarez d. lib. 4. cap. 20. num. 6. quæst. 11. & seqq. vsque ad fin.* & videtur conuenire *P. Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 57. num. 3.* asseuerant, tunc demùm bona translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem sol-
63 uendi tributum, quatenus hoc tributum † à Principe priùs impositum fuerit, expresso pacto, inter ipsum, & priuatos, inito, vel ex peculiari Dominio illius prędij, itàut ipse in priuatos transtulerit, hac sibi reseruata pen-
64 sione, censu, seù collecta, non autem si exegisset † ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis, hæc enim tunc pœnitus expirat, cum bona ad Ecclesiam perueniunt, & res deuenit ad statum, qui incapax est illius subiectionis tributi erga Principem Laicum, quod secus est in pactis, & conuentionibus, per viam contractus initis, quia vis illorum transit, & continuat in quibuscumque personis, quomodocumque exemptis, & priuilegiatis, *Felin. in capit. Eccles. S. Mariæ, num. 77. de const. Vegg. cons. 7. num. 5. &*

& seqq. Bellon. consil. 40. numer. 4. & 5. Festas de Collect. part. 4. cap. 2. num. 31. Alderan. Mascard. de gen. interpret. stat. conclus. 1. numer. 100. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 1. vers. secundo sciendum est, vbi, quod ratione pacti, vel conditione adiecta in legato, siue contractu,
65 Ecclesia † tenetur ad collectas bonorum, ad quas aliàs non teneretur, *P. Sanchez d. dub. 57. numer. 4. 8. 9.* & per *Suarez* vbi suprà *num. 6. & 15. in fin. num. 28.* vbi respondet ad motiuum, quod res transit cum suo onere, *& num. 9.* prudenter indicat quomodo probari possit prędia fuis-
66 se sub particulari Dominio Principis, † vel tributum solui ex conuentione, non autem ex solo iure vniuersali Principatus, quibus consequens est, vt cum onera, de quibus
67 agitur, non sint antiqua, † nec infixa essent, dùm ad Ecclesiam primò hæc bona transiuerunt, & conuentio omnino excludatur, nullatenus Ecclesia ad illa onera teneatur.

Non obstat, hæc prædia descripta esse in Catastro Lai-
68 corum, ex quo regulatur taxa onerum, & inde † Archipresbyterum teneri ad collectas, iuxtà doctrinam *Bald. in auth. sed, & periculum, num. 2. vers. hoc verum nisi Ecclesia, C. sine censu, vel reliq. &c.* vbi, quod si Ecclesia facit
69 æstimum, † tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi Iurisdictionis Laicorum, quoniam hæc descriptio in Catastro non fuit facta de consensu Rectoris, sed illorum Laicorum, qui Ecclesiam hisce bonis spoliarunt, vt supra dictum fuit; immò, etiam si facta fuisset de Rectoris con-
70 sensu, hoc † non præiudicaret Ecclesiæ, sed opus fuisset auctoritate, & assensu Summi Pontificis, cuius interest com-
71 munibus Ecclesiarum † vtilitatibus prouideri, vt in *cap. aduersus, de immunit. Eccles. Sanchez d. leg. 2. resp. moral. cap. 4. dub. 55. num. 27.* qui dicit hanc sententiam omnino tenendam, & in Concilio Lateranen. sub Leone X. idem fuisse iussum, & in puncto *Abb. in d. cap. aduersus num. 1. & 4. & in cap. non minus, numer. 18. eod. tit. & cons. 13. numer. 1. & 2. lib. 2. Marant. cons. 99. num. 2. Natt. cons. 203. numer. 4. & seqq.* vbi declarat, doctrinam *Baldi* proce-
72 dere † data legitima descriptione in æstimo, seù Catastro, nempè quod accesserit auctoritas Sedis Apostolicæ.

73 Non obstant solutiones factæ, quoniam aut † processerunt à Laicis, & tunc non præiudicant Ecclesiæ, Laici quippè, tanquàm subiecti, tenebantur ad collectas, dùm verò extat persona immunis cessat ratio subiectionis, &
74 sic etiam obligatio, † mutata enim persona mutatur status rei, *l. 1. C. de imposit. lucr. desc. lib. 10. Gemin. in cap. 1. numer. 9. de immunit. Eccl. in 6. Anchar. cons. 129. sub num. 2. Niger. in repet. extrauag. vnicæ, de vit. & honest. Cleric. num. 224. Marant. d. cons. 99. numer. 3. & 4. Guttier. pract. quæst. num. 1. quæst. 3. num. 15.* vbi post *Matiez.* dicit hunc
75 esse casum mirabilem, quo res non transit cum suo onere, *P. Sanchez. resp. moral. leg. 2. cap. 4. dub. 57. numer. 3.* atque, vt supra dictum fuit, reintegratio concessa Rectori, debet abolere quicquid post alienationem gestum est in præiudicium Ecclesiæ.

Aut vero solutiones prætenduntur factæ à Rectore,
76 & tunc nec etiam pręiudicant, cum Rector † non potuerit tollere priuilegium libertatis Ecclesiæ, non enim est personale beneficium, sed ipsi ordini Ecclesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum, cui gesta priuatorum
77 præiudicare † non possunt, & in hoc casu opus fuisset assensu Summi Pontificis, vt dictum fuit, & notatur a *Castr. consil. 423. numer. 2. libr. 2. Ceual. comm. contra commun. quæst. 899. numer. 107. ad fin. Sanchez d. l. 2. dub. 55. numer. 27.* & Modernus Rector, quatenus soluisset,
78 non indè tamen priuatus censetur sua Immunitate † ab hisce collectis, & oneribus quæ da Iure sibi competit, ad *text. in l. voluntarie, C. de excus. tutor. Alex. cons. 33. numer. 2. vers. sed ea mihi, lib. 5. Castr. d. cons. 423. numer. 2. Natt. cons. 447. num. 16.*

Et ità bis diligenter examinato articulo resolutum fuit.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Simulationis Contractus.

Die Lunæ 1. Iulij 1630.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis ex quibus probetur, quod veniat rescindendus ex capite iniustitiæ precij.

SVMMARIVM.

1 *Precij iniustitia vltra tertiam partem est sufficiens ad rescindendum contractum, & hoc secundum Statut. Vrb. lib. 1. cap. 154.*

2 *Pensio domus non probat concludenter valorem domus.*

3 *Pensio, si calculetur ad rationem quinque pro centenario pro vt calculari solet, clarè monstrat valorem rei, ad dictam quantitatem ascendere.*

4 *Precij iniustitia in contractu emptionis, & venditionis, ex quibus augeatur.*

¶ Suprà ad Decisionem 17. coram eodem R.P.D. Dunozetto.

DECISIO CCCXL.

PROPOSITO à me Dubio: An Contractus Venditionis domus initus inter D. Bartholomæum Quadrium, & Claudium Maonum sit simulatus, Domini omisso pro nunc Articulo simulationis responderunt. Illum ex capite iniustitię, precij esse rescindendum.

Iniustitia enim precij visa fuit patens, nedum vltrà ter-
1 tiam partem † quæ sufficit ad rescindendum contractum *iuxta Statutum Vrbis cap. 154. lib. 1.* verum etiam vltra medietatem, quia Dominus erat valoris scutorum trium millium, & vltra, & tamen Quadrius illam emit pro solis scutis 1300.

Quòd autem esset valoris scutorum trium millium desumitur ex pẽsione scutorum 150. pro qua eadem domus locari solet, vt ex fide locationum, & pensionis solutionum extracta ex libris publicis Cameræ Apostolicæ, in
2 Sum. Ioannis num. 3. Quæ † quidem Pensio, licet de per se non probet concludenter verum valorem; tamen ea cal-
3 culata ad rationem quinque pro † Centenario, vt calculari solet, iuxtà tradita per *Natt. cons. 198. numer. 6. & seqq. Guid. Pap. cons. 180. num. 1. Paris. cons. 54. numer. 68. libr. 1. Rota in Romana domus de Prouanis Lunæ 31. Ianuarij 1611. coram Reuerend. D. meo Decano*, satis clarè demonstrat valorem illius ascendere ad dictam quantitatem.

Maximè, quia dicta domus, non tota, sed pars illius tantum fuit locata, cum Quadrius retinuerit pro se stabulum, & locum aptum ad reponendum Currum, vulgò la rimessa, quæ si essent locata, vtique maiorem redderent pensionem, & consequenter eiusdem domus maiorem ostenderent valorem, vt patet ad sensum.

Vltrà quod iniustitia dicti precij augetur etiam ex plu-
4 ribus pactis in dicto † contractu appositis, scilicet quod maior pars dicti precij scutorum 1300. erogaretur in vtilitatem eiusdem domus venditæ, & quod Claudius venditor adhuc teneretur soluere medietatem Canonum, & Laudemij.

Et ità vna tantùm &c.

R. P. D. DVNOZETTO.
Firmana Fideicommissi de Carradoris.

Die Mercurij 11. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Verba posita in substitutione, quando nequaquam sunt etiam ad institutionem referenda. Feminæ, si sint vocatæ, deficientibus masculis, quando dicatur factus locus huic vocationi.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quando ad immediatè cohærentia tantùm referenda sint.*
2 *Verba in substitutione, non sunt referenda ad institutionem, si dicta relatio commodè fieri non possit.*
3 *Per mortem filiorum, quando dicatur purificatum fideicommissum ad fauorem filiarum, &c.*
4 *Verba subsequentia non est inconueniens, vt declarent præcedentem substitutionem, & simul augendo ponant nouam successiuam vocationem.*
5 *Fideicommissum dicitur conditio.*
6 *Verbum, deficientibus, ex sui propria natura successiuam deffricientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat.*
7 *Vocatio alicuius per fideicommissum, quando clarè pateat.*
8 *Clausula, & omni meliori modo, vertit etiam vulgarem substitutionem in fideicommissariam.*
9 *Testator, si disposuerit, quod filiæ fœminæ succederent deficientibus masculis, inter masculos resultat reciproca substitutio.*
10 *Et idem est, ac si dicta substitutio facta esset vltimo, in toto eo quòd eis fuit relictum, & vide num. 11. & 12.*
13 *Fœminæ, si sint vocatæ deficientibus masculis, non succedunt decedente quolibet ex masculis, sed expectanda est mors omnium.*
14 *Verba illa, deficientibus masculis fœminæ succedant, intelliguntur discretiuè, & non coniunctiuè, & sic sufficit decedisse filios masculos testatoris licet adsint filij filiorum, nam tunc fœminæ intrant,*
15 *Et hoc sine dubio est verùm in transuersalibus, & amplia num. 16.*

¶ Ad Decisionem 198. coram eodem R. P.D. Dunozetto.

DECISIO CCCXLI.

CORAM bon. me. Buratto sub die 10. Martij 1623. fuit in hac causa resolutum, constare de fideicommisso Mariæ eiusque purificatione ad fauorem Ludouicæ filiæ Acursij, & sororis Baptistæ, nisi obstaret superextantia Iosephi. Proponente me causam super eisdem, & super reseruatis sub die 5. Martij 1629. DD. procedendo distinctè dixerunt, Ludouicam hodie non posse agere ad portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portionem eorundem Lælij, & Philippi, quæ peruenit ad Baptistam, de portione verò Accursij mandarunt particulariter videri. Concessa partibus super eisdem audientia, causa (vt faciliùs discuteretur) per articulos diuisa, placuit DD. vt priùs videretur, An Ludouica posset agere ad portionem Lælij, & Philippi patruorum, quæ peruenit ad Baptistam, itaut circa hoc esset standum, vel recedendum à decisis, quo dubio proposito DD. Steterunt in hac parte in decisis coram bon. mem. Buratto, & coram me.

Mouebatur, quia verba (ac etiam adiecta conditione, quòd deficientibus masculis feminæ succedant non solùm modo prædicto, sed etiam alio meliori modo) non referuntur ad institutos, sed ad filios Accursij, & Ludouici discretiuè substitutos vt in dicta decisione coram me firma-
1 tum fuit, tanquàm immediatè coherentia dictæ substitutioni filiorum, *ex allegatis in ea*, & per *Surd. consil. 315. num. 9. & 10.* & quia distinctio, & relatio commodè fieri
2 † non potest circa institutos, vt in eadem decisione, & post alios *Surd. d. cons. 315. num. 9.* & ex alijs in ea consideratis quæ DD. placuerunt.

Nec potest inde fieri, vocationem filiarum feminarum fuisse restrictam ad idem tempus vocationis filiorum ma-
3 sculorum, imò per dicta verba, DD. concluserunt † filias feminas Accursij, & Ludouici fuisse discretiuè per fideicõmissum vocatas post mortem filiorum masculorum cuiusque atque ita per mortem Baptistæ vltimi filij Accursij, quoad portionem Lælij, & Philippi, quæ ad eum peruenerat, fideicommissum fuisse ad fauorem Ludouicæ purificatum, ex rationibus in decis. coram bon. mem. Buratto deductis, & in alia coram me confirmatis.

Vltra quòd prædicta restrictio clare tollitur ex verbis, sub quibus vocatio feminarum concepta legitur, nempè.
4 Primò ex verbis ibi (ac etiam adiecta) quæ † stant augumentatiuè & ampliatiuè, & singula ponderando firmatur in prima, & comprobatur in secunda decisione, nec est inconueniens per illa verba declarari præcedentem substitutionem, & simul augendo poni nouam successiuam vocationem, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. & in Roman. fideicommisso, de Gallis 19. Martij 1596. coram bon. mem.*
5 *Card. Pamph.* prout nec repugnat verbum (conditione) † cùm, & fideicommissum dicatur conditio *leg. 1. C. de pact. vbi Bart. in 1. not. Fulgos. num. 1. in 2. not. Grat. cons. 9. num. 24. lib. 2.* Secundò tollitur ex verbo ibi (deficientibus) quòd
6 † ex sui propria natura successiuam deficientiam per mortem, & vocationem per fideicommissum significat ex allegatis in vtraque decisione, & per *Menoch. in consi. 106. num. 342. Cæphal. cons. 150. num. 15. Rim. Iun. cons. 412. numer. 75. & seq. Fusar. cons. 68. num. 4. & cons. 183. num. 27. in fin. & 28.* Tertiò tollitur etiam ex verbis, ibi (nõ solum modo præmisso, sed etiam alio meliori) nam dùm modò præmisso vocantur fœminæ, & præmissus in præcedenti clausula continet expresse per fideicommissum,
7 clara patet vocatio illius per fideicommissum, *Seraph. decis. 934. num. 11.* cùm vigore huius clausulæ vertatur etiã
8 vulgaris ipsa † in fideicommissariam, ex allegatis in *decis. coram bon. mem. Buratto vers. ponderabatur, & coram me vers. nec obstat.* & demum clausula prædicta ne dum est ampliatiua, sed habet proprium verbum dispositiuum, succedant, & orationem perfectam.

Non obstat quòd ex Accursio dicatur extitisse Felix, & Baptista, & sic portionem Lælij, & Philippi pro medietate ab initio ad vtrumque peruenisse, & per mortem Felicis ad Baptistam. Quia vbi hoc esset, dùm Testatrix voluit,
9 quòd filiæ feminæ succederent † deficientibus filijs masculis, inter filios masculos cuiusque & sic inter Felicem, & Baptistam resultat reciproca, cùm sint vocati, & substitu-
10 tio facta † illis deficientibus, quòd idem est, ac si esset facta vltimo, & in toto eo, quod illis erat relictum bonis diuisis in duas medietates *Ias. cons. 33. numer. 4. per tot. libr. 1. Menoch. cons. 397. num. 12. Surd. cons. 344. numer. 17.* qui ibi, & *num. 18.* confirmat reciprocam ab absurdo exad-
11 uerso ponderato, si decedente quolibet † ex filijs masculis admitti debuisset femina, & in *Romana seu Ferarien. fideicom. 29 Ianuarij 1626. coram bon. mem. Buratto.* Vnde rueret

fueret prætensio, quòd portio Felicis libera peruenerit ad
12 Baptistam, sed adhuc tota medietas † veniret in restitutione fideicommissi ad fauorem Ludouicæ, *Menoch. præsum. 193. num. 15. & 16. & 21. lib. 4. Fusar. de subst. quæst. 440. num. 15. & 16.*

Præter ea dicebant aliqui ex DD. etiam vbi posset de reciproca dubitari, & Ludouica non potuisset fortasse admitti portionem Felicis viuente Baptista; Tamen parifi-
13 cata † posteà conditione deficientiæ per mortem Baptistæ, Ludouicam admittendam esse ad totum, quasi cuilibet fratri substitutam, suspenso effectu in tempus mortis omnium, *Ruin. cons. 134. num. 10. vers. quinimò & ad fin. vers. sed tunc, & num. 11. vers. nec obstat. lib. 3. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita. num. 625. Decian. resp. 26. num. 59. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 13. num 9.*

Nec facit extantia filiorum Ludouici, ex quo inter li-
14 neas facta non fuit reciproca & dicta † verba (deficientibus masculis fœminæ succedant) intelliguntur discretiue, & non coniunctiue, sicque sufficit defecisse filios masculos Accursij, vt admittatur Ludouica illius filia, & non linea Ludouici, vt Rota in vtraque decisione intellexit; & per *Mantic. de coniect. libr. 7. tit. 5. sub numer. 17. vers. sed*
15 *multùm*, † vbi dicit esse sine dubio in transuersalibus, de quibus hic agitur, *Fusar. de subst. quæst. 379. numer. 45. & 56. Rota decis. 316. num. 4. par. 1. recent.* præcipuè cum præ-
16 cedens substitutio † diuisa fuerit in stirpes, & duas medietates, istaque habeat verba, modo prædicto, *Crauett. cons. 68. num. 12.*

Alijs obiectionibus visum fuit sufficienter responsum in dictis duabus decisionibus, Quas in ista positione DD. confirmarunt.

Et ità vtraquè &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Meliuitana Expensarum.

Die Mercurij 13. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Relationi Peritorum omninò standum est donec contrarium non doceatur, & maximè, si sit facta vtraque parte informante. Mandatarius debet seruari indemnis à mandante, & eidem debetur salarium ex opera sua pro defensione iurium mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Relationi Periti electi à Iudice partibus consentientibus, standum est.*
2 *Peritorum relationibus in arte sua standum est omninò, dùm de errore non docetur,*
3 *Et eo magis ista regula procedit, quando Peritus retulit vtraque parte informante.*
4 *Mandans tenetur ad expensas factas per mandatarium.*
5 *Salarium debetur ei, qui operam suam nauat in defensione iurisdictionis alicuius.*
6 *Salarium non debetur procuratori, si non probet, se esse solitum locare operas suas,*
7 *Sed hoc non procedit in eo, qui numquàm anteà operas suas locauit ad hoc, vt teneatur probare hoc solitum.*

¶ Suprà ad Decisionem 10. coram eodem R. P. D. Ghisilerio.

DECISIO CCCXLII.

PRO liquidandis expensis factis à Commendatore Taurello, occasione perturbationis Iurisdictionis Baiuliuatus sancti Stephani fuerit electus D. Hieronymus Valentinus procurator Curialis iuxta resolutiones in hac causa factas 28. Maij 1629. & prima Martij 1630. Cuius
1 relationi standum esse censuerunt † Domini, vti Periti à Rota deputati partibus consentientibus, ad tradita *per Bart. in l. 2. num. 10. & cæteros scribentes. C. de Iur. Fisc. lib. 10 Natt. cons. 489. num. 3. lib. 3. Paris. cons. 96. num. 32. lib. 1. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 220. numer. 4.* Regula enim est, quòd relationibus Peritorum in arte sua
2 standum † omninò est, dùm de errore non constat. *leg. 3. C. fin regund. cap. proposuisti, vbi Abb. num. 4. Felin. num. 6. de probat. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 161. numer. 8. & 3. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Merlino in Bonon. pecuniaria*, cui regulæ eo magis inhærendum esse
3 visum fuit in præsenti casu, quia † Peritus retulit vtraque parte informante, & cum ex hac relatione appareat expēsas liquidas ascendere ad summam ducatorum 3569. 1. 15. fuit resolutum eas deberi Domino Commendatori, Quia iàm censuerunt Domini 20. Decembris 1628. Priorem Mazzingum teneri ad expensas factas occasione dictæ
4 Iurisdictionis cùm appareat de generali † mandato, scientia, approbatione, & ratificatione, vt propterea teneatur ad dictas expensas, *ex tex. cap. cum pro causa, de procur. & leg. etiam. C. de mandati.* Et licèt in alijs decisionibus fuerit firmatum pro expensis ordinarijs suæ personæ, dùm vacauit in Vrbe negocijs Baiuliuatus, sibi debere scuta 50. quolibet mense, Attamen cùm vltra victum prætendat salarium, Domini arbitrati sunt quolibet mense durante domicilio in Vrbe deberi scuta 60. Pro seruitio autem præstito in partibus scuta 50. quolibet mense, cum non possit negari salarium esse debitum in aliqua summa Commen-
5 datori, qui † in defensione Iurisdictionis, & administratione Baiuliuatus operam suam impendebat Mazzingo
6 mandanti; neque facit, quòd ei non debeatur, † ex quo non probet esse solitum locare operas suas; Quia obiectum non procedit in Commendatore, qui nunquam an-
7 tea operas suas locauit † ad hoc, vt teneatur solitū probare.

Non obstat, quod quatenus debeatur salarium sit taxandum ad summam scutorum 25. contentam in Epistola Prioris Mazzinghi, quia, & si Prior in ea promittat soluere dictam summam pro salario, tamen dicta Epistola non obstat, cùm non constet de acceptatione Commendatoris. Verùm quia ex hac diuersitate salarij hincinde prætensa; apparet difficultatem inter partes versari, tantummodo in quantitate, non autem in eo, an debeatur, Domini ita fuerunt arbitrari reseruato, vt videatur pro quo tempore, & de alijs partitis illiquidis ad effectum, vt meliùs possint testificari.

Et ità vtraquè &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Parmeñ Nullitatis Ordinis.

Die Lunæ 2. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Causa aliqua, si à Iudice coram quo pēdet fuerit à Papa auocata, & commissa in Rota. Iudex à quo non potest ampliùs in ea se intromittere sub pena nullitatis absque nouo rescripto Papę. Ordines sacros quā do non dicitur quis per metū suscepisse.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum, vt obtineatur aduersus sententiam, sufficit, vt doceatur de eius nullitate, & iniustitia, etiamsi non sit notoria.*

2 *Sententia nulla, & iniusta nunquàm transit in iudicatum.*

3 *Causa aliqua, si à Iudice coram quo pendet fuerit auocata, & commissa in Rota ille Iudex amplius non cognoscit super ea.*

4 *Citatio ad dicendum contra commissionem requiritur, ad hoc vt commissio dicatur effecta communis.*

5 *Causæ auocationis vis non stat in facto impetrantis, aut scientia Iudicis à quo, sed in appositione manus Papæ.*

6 *Papa ligat inferiorem absque alia inhibitione.*

7 *Papa si ab aliquo Iudice auocauerit causam, ille absque nouo rescripto Papæ, non poterit amplius causam cognoscere.*

8 *Iudicium soluitur, vetante eo, qui iudicare iussit.*

9 *Iudex commissarius formam rescripti præcisè seruare debet.*

10 *Contradictor, quando est certus, tunc non suffragatur citatio per edictum contra interesse putantes, sed requiritur citatio personalis.*

11 *Iniustitia sententiæ benè concludi potest ex nullitate processus.*

12 *de Timore vano non est curandum.*

13 *Metus non præsumitur, nisi iustificetur.*

14 *Clausula, constito, requirit probationes in suo genere concludentissimas.*

15 *Testes nulliter examinati sine citatione partis non probant.*

16 *Testes, quando non probent, quod quis per metum susceperit sacros Ordines.*

17 *Ordines sacros, ad hoc, vt quis dicatur suscepisse per metum, requiritur talis metus, vt cadat in constantem virum.*

18 *Ordines sacros non potest dici, quod quis per metum susceperit si tantum ad id fuerit persuasus.*

19 *Metus non est considerabilis, si facilè poterat remoueri.*

20 *Loci qualitas, potest remouere præsumptionem metus.*

21 *Ordines sacros, dato, quod quis per metum susceperit, ex quibus dictus metus dicatur purgatus.*

22 *Metus purgatur ex actis libere gestis absque vllo coactione.*

¶ Suprà ad Decisionem 40. corameodem R.P.D. Ghisilerio.

DECISIO CCCXLIII.

POSTQVAM DD. censuerunt constare de interesse Marchionis Ludouici ad effectū admissionis ad causam, deindeque etiam resoluerint probari eius descendētiam à Iulio filio Floramontis, vt ex decisionibus 19. Iunij 1628. * & 11. Martij 1630. * Hodie quoque ad eius fauorem responderunt constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam de partibus latam ad fauorem Marchionis Hippolyti super nullitate susceptionis ordinū, & licentia nubendi, cum doceatur de nullitate, & iniusti-
1 tia dictæ sententiæ, † quæ sufficit ad hunc effectum qualiscumque sit, etiam non notoria, *Rota decis. 1. de restit. in integr. in nou. Cæs. de Grass. decis. 10. num. 12. de sent. & re iudicat. Seraph. decis. 251. num. 2. Caputaq. decis. 94. par. 3. Rota in recent. decis. 492. num. 1. par. 1. & 307. num. 1. part.*
2 2. quo casu nunquàm † transit in iudicatum, *vt per Put. decis. 401. In causa Toletana in fin. lib. 1. Seraph. decisio. 988. num. 6. Cæs. de Grass. decis. 2. num. 8. de solut.*

Nullitas visa est patens ex pluribus, & maximè quia cau-
3 sa iam in Rota commissa reperiebatur vigore † commissionis auocatoriæ à quibuscunque Iudicibus ad instantiā D. Hippolyti, qua auocatione stāte à primo Iudice absque noua commissione amplius in causa citra vitium nullitatis, & iurisdictionis defectu, procedi non potuit, *Innoc. in c. vt nostrum. de appell. Gemin. cons. 4. num. 1. Barbat. in c. cum M. Ferrarien. num. 186. ad fin. de constit.* nec potest sustineri ex eo, quod commissio non fuerit facta communis, cum non fuerit facta citatio ad dicendum contra com-
4 missionem, quia talis citatio requiritur † quidem ad effectum, vt secundum rescriptum efficiatur commune, non autem ad effectum auocationis à primo Iudice, vis enim
5 † auocationis non stat in facto impetrantis, aut scientia Iudicis à quo, sed in appositione manus Papæ, *cap. pastora-*
6 *lis. de offic. deleg. cap. vt nostrum, de appell.* quæ ligat † inferiorem absque alia inhibitione, *not. Doct. in capit. 1. de confirm. vtil. vel inutil. Gabr. cons. 166. num. 6. lib. 1.* Adeò
7 vt sine nouo † rescripto Papę non potuerit causam cogno-
8 scere, dictis iuribus supra allegatis; soluitur enim † iudicium eo vetante, qui iudicare iussit *l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Gemin. d. cons. 47. num. 1.*

Et quatenus potuisset procedi vigore primæ commissionis adhuc nihilominus huiusmodi nullitas non potest excusari ex defectu citationis, attento quod non fuerunt
9 vocati vocandi, nec verificata verificāda † iuxta formam rescripti præcedentis commissionis, quæ præcisè seruanda erat, *l. diligenter. ff. mandati. c. cum dilecta, vbi omnes, de rescript. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozzad. cons. 67. num. 2. Seraphin. decis. 337. num. 6.* debebat enim citari Ludouicus, cuius persona fuerat approbata per Hippolytum mediante concordia inita cum ipso super bonis feudalibus, ita firmauit Rota 19. Iunij 1628. in hac causa, & propterea
10 cum esset † certus contradictor; citatio per edictum contra interesse prætendentes non suffragatur, sed requirebatur citatio personalis, *l. de vnoquoque, vbi glos. & Doct. ff. de re iudic. Abb. in cap. ex tua, num. 3. de Cleric. non resid. Rot. decis. 8. de dol. & contumac. in nou. Caputaq. decis. 117. num. 1. par. 1. Seraph. decis. 972. num. 4. & 1276. numer. 4. Rota decis. 624. num. 8. par. 1. recent.*

11 Iniustitia verò non † solùm cōcluditur ex nullitate processus per suprà deducta, sed pręter ea non constat de metu, aut certè de tali metu, qui cadere potuerit in constantē
12 virum, vt requiritur, † alioquin de vano metu non est curandum, *c. consultationi, & cap. veniens. de despons. impu-*
13 *ber.* & non præsumitur, † nisi ab allegante iustificetur, *l. cum te. l. metu. vbi Doct. C. de his, quæ vi, metusue causa fiūt Innoc. in c. causa matrimonij, num. 1. in fine. de offic. deleg. Surd. cons. 329. num. 47. lib. 3. Caputaq. decis. 221. numer. 1. par. 2. Mantic. decis. 142. num. 1. Rota in recent. decis. 463. num. 3. par. 2.* & cum in commissione adsit clausula con-
14 stito, quæ requirit † probationes in suo genere concludētissimas, *Felyn. in rubr. de probat. num. 3. vbi Dec. num. 4.* metus erat necessariò probandus.

Testes deponentes de metu non releuant, tum quia
15 nulliter † examinati sine citatione partis, *l. si quando, §. sed cum minime oporteat. ibi glos. in verb. noluerit, & Bart. numer. 7. & 8. C. de testib. c. 2. vbi Doct. communiter eod. tit. Farinac. de opposit. contra examen. quæst. 72. num. 1.* tùm quia nihil releuans deponūt circa metum respectu suscep-
16 tionis † ordinis sacri, sed solum de persuasionibus, & minis in genere, non autem cum qualitatibus, de quibus *in l. interpositas, cum ibi not. C. de transact.* & quod fuerint illatæ ab illo, qui solet exequi minas, & tamen ad hunc effe-
17 ctum † requiritur metus cadens in constantem virum,

Ant.

Ant. de Butr. in c. consultationi. in 4. not. vbi Præpos. in vlt. notab. Abb. num. 4. de sponsal. Dec. in cap. causa matrimonij. num. 7. de offic. deleg. imò respectu susceptionis ordinis
18 sacri non deponunt, † nisi de persuasionibus, quæ nullum pariunt effectum in casu, de quo agitur; neque deponunt eum fuisse tempore susceptionis ordinis sacris in loco iurisdictionis fratris, sed quia viuebat cum plena libertate in Ciuitate Parmæ, vbi residebant Princeps Episcopus, &
19 supremi Magistratus, † ad quos facilis erat recursus pro
20 remouendo metu, ob loci qualitatem militat † præsumptio iuris in contrarium *Rolan cons. 135. num. 12. libr. 4. Seraph. decis. 236. num. 4.* Insuper dictos testes plures pati difficultates censuerunt DD. latè deductas per informantes in facto.

Quatenus autem metus probaretur, ex retentione Ca-
21 nonicatus, † perceptione fructuum per plures annos, necnon ex resignatione cum pensione prætenditur purgatio metus, ita fuit resolutum in hac causa in allegata decisione 19. Iunij 1628. per quos actus subsequentes ab Hippolyto
22 libere † gestos absque vlla coactione, metus purgatur, *Bart. in l. 2. num. 2. C. de his, quæ vi, metusue caus. fi. Alex. cons. 98. num. 7. libr. 3.* quia supradicti actus non poterant fieri citrà approbationem, & ratificationem suscepti ordinis.

Et ita fuit resolutum Ludouico tantùm informante &c.

* Prima est decisio 325. suprà in hac parte.
Altera est decisio 331. pariter suprà.

R. P. D. MOTMANNO.

Meliuitana Feudi.

Die Mercurij 4. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Territorium aliquod ex quibus arguatur, quòd sit potiùs feudale, quàm allodiale, Principis concessio de aliquo territorio, quando dicatur feudalis, & non titulo donationis facta.

SVMMARIVM.

1 *Verba concessionum, quando sunt clara, non est ab eis recedendum.*
2 *Assertioni Principis præsertim in antiquis plurimum deferendum est.*
3 *Territorium præsumitur feudale, si reperiatur descriptum in libro, vbi bona alicuius Regni descripta sunt.*
4 *Territorium præsumitur feudale, si ad Cameram reuersum est, propter obitum Vasalli.*
5 *Territorium præsumitur feudale, si fuerit datum cum eadem recognitione, quæ solita erat dari ab alijs.*
6 *De Principis mente, quòd voluerit dare aliquod territorium in feudum, ex quibus arguatur, & num. 7.*
8 *Territorij concesio non dicitur feudalis, si sit facta sub annua præstatione tumulorum sex victualium, &c. sed potiùs dicitur contractus innominatus, vide numer. 9.*
10 *Concesio Territorij, si sit facta per verba, quæ indicant liberalem Principis concesionem non debent indicare, quòd dicta concesio sit feudalis.*
11 *Verba, damus, donamus, tradimus ex causa donationis &c. important veram, & realem donationem.*
12 *Territorij concessio, quando arguatur, quod sit potius concessio feudalis, quàm donatio, licèt adsint verba importantia donationem.*
13 *Donatio secundum subiectam materiam debet intelligi.*
14 *Donare, verbum etiam adaptari potest ad concessionem feudalem.*
15 *Verba, pleno iure, arguunt rem liberam esse traditam, non autem in feudum concessa, declara vt num. 16.*
17 *Territorium præsumitur allodiale, si tamquam liberum à pluribus fuerit possessum.*
18 *Obseruantia, ad hoc vt declaret præcedentem alicuius voluntatem, quid requiratur.*
19 *Canonum solutiones, sunt sufficientes, pro retentione, & conseruatione status præcedentis feudalitatis.*
20 *Quamuis ad acquirendum de nouo huiusmodi actus non sufficerent.*

¶ Suprà ad decisionem 129. coram eodem bon. mem. Motmanno, & ad decisiones 212. & 310. coram R. P. D. Merlino.

DECISIO CCCXLIV.

IOANNES olim Regni Siciliæ Infans dedit cuidam Militi medietatem feudi l'imbaccari nũcupati, ac postmodum certior factus, quòd eadem medietas spectabat ad Stephanum ex concessione Regis Ferdinandi patris sui, in illius vicem, & excambium dedit eidem Stephano, eiusque hæredibus de suo corpore legitime descendentibus, Territorium, seu feudulum vocatum de Gariexen. in Insula Melitensi situm. Quam concessionem declarauit se facere eodem Iure, & cum eisdem legibus, cum quibus alij, per quorum obitum, vel deficientiam erat facta deuolutio, idem feudulum obtinuerunt. Nuper verò inter M. Magistrum Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani insulæ prædictæ Dominum, & Hyacinthum Clericum, Territorij de quo agitur possessorem, orta est controuersia super feudalitate dicti Territorij coram Ordinario, ad effectum cognoscendi de deuolutione, qui declarauit concessiones factas de dicto Territorio, non importare statum feudalitatis.

Deinde introductam coram me causa appellationis, dubitaui, An dictum Territorium de Gariexen. sit allodiale, vel feudale. Et Domini pro feudalitate responderũt; Nam Princeps in pluribus locis dictæ concessionis, huiusmodi
1 Territorium nomine † feudi nuncupauit, quæ verba cum sint clara, ab eis non est recedendum, *l. non aliter, ff. de legat. 3. gloss. in cap. ad abolendam in verbo. In secularibus, circa med. vers. sed à propria, de fil. presb. Corn. consil. 16. circa princ. lib. 1. Alex. cons. 15. num. 2. lib. 5. Aymon. cons. 276. in princ. & num. 1. Roman. cons. 70. num. 2. Natt. cons. 460. num. 7. Card. Mant. de tacit. & ambig. libr. 23. tit. 5. numer. 15.* ac præterea attestatus fuit illud à Regibus in feudum dari solitum fidelibus; Principis autem assertioni, præ-
2 sertim † in antiquis plurimum esse deferendum, probat *Ias. in cons. 65. numer. 15. vers. quando fortius, in attestatione Regis, lib. 3.* quem sequitur *Aym. d. cons. 276. numer. 1. vers. Immò plus valet testimonium. Ruin. cons. 108. num. 20. lib. 2.*

Hanc attestationem confirmat descriptio eiusdem Territorij inter feudalia Regni Siciliæ annotati, Vnde proba-
3 tur rem, vel † fundum feudalem esse, vt ex *Isern. in cap. 1. in fin. Ex quibus caus. feud. amit. & ibid. Afflict. num. 77.* respondit *Menoch. cons. 395. num. 88. vers. septima, & vltima coniectura.*

Item

Item ex ipsa concessione apparet dictum Territorium
4 fuisse reuersum ad Regiam Cameram † per obitum Vasſali sine filio hærede, iuxta *text. in cap. 1. de benef. fratr. & in cap. 1. §. hoc quoque. de success. feud.* Vnde oritur præsumptio, quòd sit feudale. *Afflict. in cap. 1. num. 79. vers. Item præsumitur, ex quibus caus. feud. amit.* Menoch. *præsumpt. 91. num. 69. lib. 3. Mantic. d. lib. 23. tit. 5. num. 16. Rosent. in tract. de feud. c. 6. concl. 74. num. 10.*

Et hanc præsumptionem augent alia verba concessionis relatiua ad præcedentem qualitatem, ibi (cùm eadem
5 recognitione, cum qua, & prout, alij ex Regia † prouisione, huiusmodi Territorium possiderunt) ex quibus subsequens prouisio declaratur. *arg. l. si ego, §. quod tamen. ff. de publ. in rem. act. l. si seruus plurium, § fin. ff. de legat. 1. Gozzad. cons. 84. num. 5. Vrsill. ad Afflict. decis. 195. numer. 6.* & apparet de mente Principis, quòd ipse sequens vestigia
6 † maiorum voluerit dare in feudum, vt considerat, *Gozzad. d. cons. 84. num. 5. vers. quinto.*

Accedit, quòd idem Infans non modo dictam suam concessionem subrogauit in locum alterius feudi, per obitum vltimi possessoris sine liberis ad Regiam Cameram deuoluti; sed etiam iussit, quod in euentum ademptionis feudi ita subrogati, de alio excambio æquiualenti in rebus seu bonis feudalibus ab eadem Regia Camera ipsi Stephano vel eius hæredibus prouideretur, quæ subrogatio, & prouisio arguunt ipsius Infantis constantem, & enixam
7 voluntatem concedendi cum omnibus qualitatibus, & conditionibus rei deficientis, *l. legatum sub conditione, ff. de adim. legat. Dec. cons. 433. num. 20.*

Præmissis ità firmatis non obstat, quòd concessio fue-
8 rit facta sub annua præstatione tumulorum † sex victualium qualem non esse feudum, sed potius alium contractũ innominatum, notat *Bald. in l. liberti, num. 42. C. de oper. libert.* Placuit enim responsio, quòd impositio præstatio-
9 nis realis non inconuenit feudo, † de cuius substantia ex alijs constat, vt post *Prapos. in feud.* respondit *Hond. cons. 81. num. 9. lib. 2.*

Non obstant verba apposita in eadem concessione quę indicant liberalem Principis donationem pleno iure factã
10 non congruentem concessioni factæ in feudum, † & sic ob causam, *iux. Old. cons. 159. num. 3. & seqq.* ac alios allegatos *in decis. 672. num. 2. in fin. par. 2. recent.* Quia fundamentum consultationis Oldradi consistit in verbis, damus
11 donamus, tradimus ex causa † donationis proprij motus, quæ important veram, ac propriam, re, & nomine donationem, & alij Doctores post ipsum loquuntur de concessionibus, in quibus præualent, & magis vrgent media de
12 donatione, quàm verba, † quæ feudum designent, vt videtur etiam sentire *Menoch. consil. 202. numer. 25.* In casu verò præsentis concessionis, non modò nomen feudi fuit pluries repetitum; sed præterea concurrunt plurimæ circumstantiæ supra ponderatæ; videlicet denominatio ipsius Principis, descriptio, recognitio, relatio ad præceden-
13 tes concessiones, fidelitas, reuersio ad Cameram, † quæ omnia conueniunt feudo, ac præualent præsumptioni donationis, cuius denominatio in hac concessione propterea non venit aliter attendenda, quàm eo modo, quo potest intelligi de donatione cùm qualitate feudalitatis, &
14 aliorum, quæ denotant feudum, cùm præsertim † verbum donare etiam adeptetur concessioni feudali, *c. 1. donare, qual. olim poss. feud. alien. cap. 1. §. huius. in quib. caus. feud. amit.* & faciunt tradita per *Dec. consil. 412 num. 5.*

Neque obstat, quòd verba pleno iure, arguant rem libe-
15 rè quoad omnia sine vlla retentione, † aut reseruatione esse, donatam, non autem in feudum côcessam, vt per *Ruin. cons. 219. num. 1. in fin. cum seq. lib. 1.* Quia licèt dicta verba important vtriusque dominij translationem attamen
16 d concessio in † alijs per huiusmodi clausulam non alteratis, sortita est naturam feudi, saltem irregularis, *iuxt. cap. 1. de feud. non haben. prop. natur. Dec. in cap. cæterum. num. 23. in fin. cum seq. de Iudic. & in cons. 192. nu. 5. lib. 1. Paris. in cons. 23. num. 26. etiam lib. 1.*

Minùs obstat, quod hoc Territorium à pluribus perso-
17 nis per longissimum temporis spatium † tanquam allodiale fuerit possessum, & ad manus Hyacinthi moderni possessoris à prędictis ita possidentibus deuenerit sine vlla Principis licentia, & inuestitura, vnd e deducitur obseruantia pro allodialitate, vt consi lerat *Alciat. in cons. 199. numer. 28.* quem allegat, & etiam sequitur *Menoch. consil. 191. num. 19. & Surd. cons. 311. num. 10.* Quia non releuat obiectum, dùm nulla affertur probatio alienationum, quę non modò fuerint factę sine licentia successorum Regum Siciliæ, & Dominorum Insulæ Meleuitanæ, sed etiam, quod ipsis scientibus & patientibus dictæ personæ posse-
18 derint ad effectum inducendi † talem obseruantiam, quę declaret præcedentem voluntatem, vt requirunt Doctores allegati per *Roman. cons. 171. num. 3. & Menoch. cons. 349. num. 15.* Quinimò constat de contrario ex licentia semel data eidem Stephano de Anno 1426. alienandi in heredes tantum de suo corpore legitimè descendentes, & non alias, de qua in Summario num. 2.

Denique allegata prescriptio cessat ex eo, quod fuerunt
19 soluti canones, quorum præstatio † est sufficiens pro re-
20 tentione, & conseruatione status præcedentis, † quamuis ad acquirendum de nouo actus huiusmodi non sufficerent, vt in similibus terminis ad conseruandum præcedentem statum regularem Ecclesiæ, arguit *Rota decis. 208. numer. 5. & in fin. part. 1. diuers.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. PIROVANO.

Montis falisci Pensionis.

Die Lunæ 31. Martij 1631.

ARGVMENTVM.

Pensionis reseruatio facta ab Ordinario quando sustineri non possit. Statuta confirmata à Papa, nisi ab eodem possunt tolli.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis reseruatio facta ab Episcopo ad fauorem eius qui non est in lite, & cum onere perpetuo Commendæ sine Beneplacito Apostolico non sustinetur.*

2 *Statuta aliqua si sint confirmata à Papa cum clausula sublata, & decreto irritanti, sola Sedis Apostolicæ auctoritate tolli possunt.*

¶ Suprà ad Decisionem 94. coram eodem R. P. D. Pirouano.

DECISIO CCCXLV.

INFORMANTIBVS tantummodò DD. Priore Gattinara, & Commendatore Filicaia, responsum fuit, pensionem scut. 130. auri in auro fratri Francisco Lanfreduccio nepoti alte rius fratris Francisci Lanfreducij in concordia reseruatam, esse inualidam.

Quia reseruatio pensionis ad fauorem nepotis, qui non
1 erat in lite, † & cum onere perpetuo Commendæ sine Beneplacito Apostolico non sustinetur, *cap. cum pridem. de pact. cap. constitutus, cap. super, de transact. Couarr. variar. lib. 1 cap. 5 num. 6. Garzias de Benef. par. 1. cap. 5 numer. 343.* cum allegatis in alia decisione huius causæ 19. Iunij præteriti; * Beneplacita autem Linguæ, & Magni Magistri non suffragantur, ex quo agitur de persona, quæ non est in lite, & in multis etiam eget dispensatione ratione ætatis, non residentiæ in Côuentu, & professionis quæ enun-

enuntiantur in ipso Instrumento Concordiæ, pro quibus facultates Linguæ, ant Magni Magistri non sufficiunt, vbi
2 agitur de †derogatione Statutorum, & Capituli generalis per Papam confirmati cum decreto irritanti, & clausula sublata, quę sola Sedis Apostolicę auctoritate tolli possunt *Gigas de pens. quæst. 5. in princip. Rebuff. de pacif. possessor. num. 131. Garzias ead. part. 1. cap. 5. num. 323.*

Præterea concurrunt omnia fundamenta pro inualiditate huius pensionis, quæ pro nullitate augumenti eiusdem vsque ad scuta 300. auri in auro fuerunt deducta in alia decisione 10. Iunij præteriti; ex quibus de clara, & indubitata inualiditate hæsitari non potest.

Et ità, &c.

* Est decis. 386. suprà parte 5. recent.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 5. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. habet etiam locum in fideiussore, qui pro alio confideiussore soluit, & hoc non obstante pręceden. Statut. in cap. 157. & quare. Mulier quando non restituatur aduersus pręscriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. disponit, quod si creditor ex causa mutui, depositi, vel cuiuscumque generis contractus, per annos 16. fuerit negligens in petendo creditum, præsumatur iuris præsumptione facta solutio, nisi &c.*

2 *Statutum in aliquo casu, quando intrat tamquam casus legis potest allegari.*

3 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. procedit etiam in contractibus iuratis, & obligatione Camerali munitis, & quare. num. 4.*

4 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. adimit fidem, quibuscumque scripturis, ex quibus creditum probari possit.*

5 *Præscriptio cępta contra cedentem currit etiam contra cessionarium, & post obitum eius continuat contra successores.*

6 *Præscriptio, quæ currit contra non potentem creditum, inhæret credito, & non personæ.*

7 *contra Hæreditatem etiam iacentem currunt tempora ad implendam præscriptionem.*

8 *Statuti Vrb. lib. 1. cap. 158. ratio posita est in negligentia creditoris in non exigendo creditum.*

9 *In creditore maior negligentia consideratur, si iam obtinuit mandatum contra debitorem, ita vt nihil remaneat, nisi illud exequatur, & id neglexerit.*

10 *super Omissione executionis mandati potest noua incohari pręscriptio Stat. Vrb. lib. 1. cap. 158.*

11 *Mulieres, ordinaria restitutione in integrum subueniuntur aduersus prescriptionem, & hoc propter sexus imbecillitatem,*

12 *Sed hoc non procedit, in facto proprio ipsius mulieris.*

13 *Mulier, si habitet cum eo, à quo notitiam verisimiliter alicuius rei habere potuit, cessat excusatio ad effectum obtinendi restitutionem in integrum.*

14 *Dotis casus est exceptus in statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. de prescript.*

15 *Statut. Vrb. lib. 1. capit. 157. procedit, nedum quando fideiussor soluit pro debitore principali, sed etiamsi pro confideiussore.*

16 *Achill. decis. 1. de prescript. & decis. in Romana saluiani Interdicti coram Pegn. declarantur.*

17 *L. 2. C. de nouat. non habet locum in eo qui necessariò soluit ex causa onerosa, & quare. num. 19.*

18 *Actionum cessio non liberat debitorem, vt ideo cedenti possit solui preterquam, in tribus casibus scilicet.*
Si litem, sit contestatus.
Si partem debiti receperit, ac demum si denunciauerit debitori, vt sibi cessionario soluerit.

20 *Tertius non potest contra creditorem principalem cui solutum fuit allegare presumptam solutionem, ex forma Statut. Vrb. lib. 1. cap. 15.*

21 *Prescriptio statutaria aduersus non petentem creditum, non procedit si fideiussor soluerit, & eidem fideiussori fuerunt cessę actiones.*

22 *Fideiussor, si soluat pro confideiussore, & reportet cessionem contra quoscumque obligatos, an contra eum, si diu negligat exigere intret statut. Vrb. lib. 1. cap. 158.*
Obligationi alienæ accedentes in solidum censentur unus contemplatione alterius se obligasse, & inuicem fideiussisse. num. 21.

23 *Statuti Vrb. lib. 1. cap. 157. verba de principali debitore loquentis conueniunt cuilibet personæ principalis debitoris repræsentantis.*

24 *Argumentum ab identitate rationis regulariter non procedit quando in eadem ratione colligitur casuum difformitas.*

25 *Fideiussor soluendo, & reportando cessionem, verè efficitur creditor, & comprahenditur sub statut. Vrb. lib. 1. cap. 158.*

26 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. præsumit solutionem aduersus creditorem negligentem in agendo.*

27 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 157. excipiens casum fideiussoris soluentis, non preseruat iura illius contra quoslibet debitores, sed contra eos qui eum indemnem seruare tenentur.*

28 *Fideiussor non tenetur seruare indemnem alterum confideiussorem à toto credito, sed dempta illius portione.*

29 *Debitor principalis tenetur indemnem seruare fideiussorem ab omni damno, & sic etiam à portione propria.*

30 *Indemnitatis conseruatio, quid importet.*

31 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 157. non loquitur de eis, qui non tenentur conseruare confideiussores indemnes.*

¶ Suprà ad Decisionem 262. coram eodem R.P.D. Pirouano, & infrà ad Decisiones 353. & 360. coram eodem.

DECISIO CCCXLVI.

GASPAR Garzonius, Aeques Octauianus Crescentius, Ioannes Lilius vsque de Anno 1588. sese principaliter, & in solidum obligarunt in nonnulis societatibus officio-

officiorum, pro Fabio Vrsino, posteà de Anno 1592. idem Æques Octauianus Crescentius soluit totum debitum, cessione contra obligatos reportata, mandatumque obtinuit contra Gasparem Garzonium, & ex inde nihil actū fuit vsquequò de Anno 1623. Administrator Salustię Cerrinæ, cui de Anno 1605. dictus Æques iura cesserat, cœpit vrgere D. Ioannem Baptistam filium, & hæredem dicti Gasparis pro solutione dicti crediti, dempta ipsius confideiussoris parte, & cum exciperetur de presumpta solutione *ex statuto Vrbis cap. 158. lib. 1.* Dubitatum fuit an mandatum ab A.C. relaxatum esset exequendum, & Domini negatiuè responderunt.

Quia clara sunt verba predicti *statuti* 158. ibi si creditor
1 ex causa mutui, † depositi, vel cuiuscumque generis contractus per annos sexdecim fuerit negligens in petendo creditum, præsumatur iuris præsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem legitimè probetur, vel nisi contraria præsumptio præponderans, ac præualens adducatur, vnde cum de lapsu temporis sexdecim Annorum dubitari non possit ab Anno 1592. vsque ad Annū 1623.
2 statutum tamquàm † casum legis allegari potest, *l. Ancilla. de furtis Ossasc. decis. 28. num. 13. Surd. decis. 195. nu. 2. Crauet. cons. 317. num. 1. Lancell. Gall. cons. 83. num. 6.*
3 quod proculdubio etiam † in contractibus iuratis, & obligatione Camerali vallatis procedit, cum tollat fidem
4 quibuscumque † scripturis, ex quibus creditum probari possit, ita vt semper deficiat probatio assistentiæ iuramenti, *Surd. cons. 361. num. 12. Seraph. decis. 718. num. 1. & 3. Bouius de statut. Vrbis prescript. glos. 19. num. 2. Put. decis. 16. de constit. Rota decis. 104. num. 2. part. 2. diuers. & idem fuit firmatum in Romana donationis coram D. meo Dunozetto die 3. Iulij 1628.*

Neque iste lapsus temporis sexdecim Annorum videtur interruptus de Anno 1605. aut 1608. quia & si Æques Octauianus intrà tempus sexdecim Annorum nempe de Anno 1605. cesserit Iura Salustiæ Cerrinæ ex cuius persona nunc agit Crescentius non propterea cessauit cursus temporis contra cedentem, qui superuixit vsque ad
5 Annum 1618. quia † præscriptio cœpta contra cedentem currit contra cessionarium, *Bald. in leg. per diuersas, num. 2. C. mand. Cepoll. in l. Creditores, num. 2. C. de verb. signific. Bouius de statut. Vrbis prescript. glos. 19. num. 48.* & post obitum Salustiæ cessionariæ continuauit contra
6 successores illius, tamquam inhærens † credito, & non personæ *Castren. in l. eaque, §. si quando, num. 52. de temp. in integr. restit. Socin. sen. cons. 61. num. 19. vol. 1. Balbus de prescript. 1. part. sextæ, & vltimæ part. num. 48. & idem Bouius d. glos. 19. num. 85.* nec refert quod eadem Salustia decesserit de anno 1608. & hereditas, vsq; nunc etiam sub Administratore iaceat: quia adhuc intrant Anni sexdecim per statutum requisiti, & nihilominus etiam con-
7 tra † hereditatem iacentem currunt tempora ad implendam prescriptionem, & seu statuti præsumptionem, *Bald. in l. licet, C. de Iure delib. & cons. 48. lib. 1. Socin. sen. cons. 61. num. 19. lib. 1. Durant. de arte testan. caut. 6. de acquir. hæred. Castren. in leg. eaque, §. si quando, num. 5. C. de temp. in integ. restit. Bouius eadem glos. 19. num. 85.* nec ex eo, quod Æques Octauianus de eodem Anno 1592. obtinuerit mandatum contra Garzonium euitari potest statuti dispositio, quasi cesset illius ratio posita in negligentia petentis creditum, ibi si per sexdecim Annos fuerit negligens in petendo debitum, quod tamen verum non est, sed magis
8 aggrauatur † negligentia cum nihil superesse pro credito consequendo, quam ipse actus exequendi, & nihilominus creditor neglexerit vlteriorem diligentiam super qua
9 † omissione nouam etiam posse inchoari præscriptionem præsentis statuti, fuit resolutum *in Romana pretij viridarij 26. Nouembris 1618. & Romana pecuniaria 20. Nouembris 1619. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & nouissimè in alia Romana pecuniaria, 10. Iunij 1624. coram Domino meo Merlino.*

Et quamuis hæc cessio facta de Anno 1605. dici possit intra tempus sexdecim Annorum, vt suprà admittebatur, & quidem Salustiæ Cerrinæ, quæ ob sexus fragilitatem prætendere videatur, saltem in integrum esse restituen-
10 dam, pro vt in ordinaria restitutione regulariter † subueniuntur mulieres, attamen, quia agitur de facto proprio
11 ipsius mulieris † non autem alieno, cum ipsa receperit
12 cessionem † dicti crediti, non intrat excusatio ad effectum restitutionis; *Paris. cons. 16. num. 139. volu. 2.* & eò magis cessat excusatio, quia habitabat cum viro à quo re-
13 cepit cessionem, & verisimiliter † potuit certiorari, *Ancharan. cons. 92. num. 2. Balbus de præscript. 4. part. 4. partis principalis quæst. 29. num. 8. Menoch. presumptio. 24. lib. 6.*

Demum non obstat nos versari in fideiussore, qui pro
14 suo debitore soluit, qui † casus dicebatur in verbis exceptus ab ipso statuto, ibi exceptis dotibus, & eo quod suprà de fideiussoribus dictum est, nempe in præcedenti statuto 157. ibi, & si soluerit fideiussor non obstante temporis longinquitate, similiter principales, & eorum hæredes cogere teneātur, scilicet Senator, & eorum Iudices, & eam-
15 dem statuti dispositionem procedere † ne dum quando fideiussor soluit pro debitore principali sed etiam si pro confideiussore soluerit, vt in præsenti, cum militet eadem ratio, iuxtà *Achill. decis. 1. de prescript. & Romana Saluiani 22. Maij 1599. coram bon. mem. Pœnia, quæ est 9. impressa per Statil. de Saluiano.*

16 Quia decisio Achilis † pro vt altera Saluiani interdicti, quæ illam simpliciter refert, & sequitur, vel non agit de compræhensione fideiussoris pro confideiussore soluentis, vel caret ratione ad id probandum, in prima enim parte ponit idem quod dicit *statutum* 157. quod præscriptio statutaria aduersus non petentem debitum non procedit si fideiussor soluerit, & ei fideiussori cessæ sint actiones de hoc non dubitatur, sequitur exinde ampliando dictum etiam quod de solutione non fuerit facta intimatio
17 debitori, afferendo rationem quia † *lex. 2. C. de nouat.* non habet locum in necessario, soluente ex causa onerosa, quod est verum: quia non lex 2. sed tertia, quæ disponit quod cessio actionum non liberat debitorem, vt ideò cedenti possit solui, præterquam in tribus casibus positis *in*
18 *d. l. 3.* si creditor † litem fuerit contestatus, si partem debiti receperit, ac demum si denunciauerit debitori, vt
19 sibi cessionario soluat, verè locum † non habet in soluente ex necessitate, & ex causa onerosa, iuxtà communem doctrinam, *Alex. & Ias. in l. si cum emptor.* & hic casus in sua extensione non est noster, quia non agitur de sustinenda cessione aduersus debitorem cedentis etiam quod non concurrant requisita *d. l. 3.* sed de fideiussore agente contra confideiussorem ex iure cesso, portione sua detracta, in secunda verò parte eiusdem decisionis, quod etiam locum habet in quolibet soluente pro tertio,
20 vt † tertius non possit contra creditorem principalem, cui solutum fuit allegare præsumptam solutionem ex forma statuti, & hæc pars aut continet extensionem prioris ampliationis, & non pertinet ad casum de quo agitur, aut est ampliatura primæ propositionis scilicet quod præscri-
21 ptio statutaria aduersus non † petentem debitum non procedat si fideiussor soluerit, & idem fideiussori cessæ sint actiones, vt etiam habeat locum in quolibet soluente pro tertio, & nos non versamur in alio soluente, qui non sit fideiussor ita vt ex hac decisione *Achilis, & Romana Saluiani* nihil firmari possit quod pertineat ad compræ-
22 hentionem fideiussoris † pro confideiussore soluentis, & cessionem reportantis contra quoscumque obligatos, vt contra eum excipi non possit de præsumpta solutione pro vt à principali debitore dari non posset.

Non obstat igitur vnicum fundamentum ex identitate
23 rationis deductum, quod sicuti † accedentes alienæ obligationi in solidum censeantur vnus contemplatione alterius se obligasse, & inuicem fideiussisse, *Cephal. consil. 220. num. 9. Alex. cons. 41. num. 1. lib. 5.* semper in propria portione dicantur principales debitores quamuis fideiussores, & verba statuti 157. de principali debitore loquentis conueniant cui libet personæ principalis debitori repræsentantis.

24 Quia argumentum ab identitate † rationis regulari-

ter non procedit quando in eadem ratione colligitur casuum difformitas.

25 In præsenti autem fideiussor soluendo; † & cessionem reportando verè efficitur creditor, & compræhenditur
26 sub statuto 158. præsumente † solutionem aduersus creditorem negligentem in agendo, *Bald. in l. per diuersas, num. 21. & Salic. ibidem num. 14. C. mand. Roman. consil. 142. & 202. num. 1. Dec. in l. 1. in 1. lect. num. 31. & in secunda num. 99. ff. si cert. petatur* affirmans hanc esse veriorem opinionem. *Statutum autem* 157. excipiens ca-
27 sum † fideiussoris soluentis non præseruat iura illius contra quoslibet debitores principales, sed contra illos, à quibus potest, & debet indemnis conseruari, quæ verba non
28 conueniunt confideiussori, pro quo fideiussor soluit, † postquam ille non tenetur cōseruare indemnem alterum confideiussorē à toto credito, sed dempta illius portione residuum soluere, *l. vt fideiussor. ff. de fideiussoribus, l. cum alter C. eodem tit. Ronchegall. in l. reos in principio, num. 54. Enrig. de fideiussor, cap. 27. part. 3. num. 10. Rot. decis. 732. num. 1. part. 2. recent. & decis. 190. num. 4. vbi Adden. coram Papa Greg. XV.* principalis autem tenetur fi-
29 deiussorem releuare † ab omni damno, & sic à portio-
30 ne etiam propria, cum hoc importet † conseruatio indemnitatis à statuto præscripta. *Surd cons. 150. num. 5 & 6. lib. 1. Osasc. decis. 48. num. 8. Couar. variar. lib. 3. cap. 17. num. 7.* atque ita cum exceptio de principali debitore, qui
31 teneatur conseruare indemnem † fideiussorem firmet regulam contrariam in alio quouis modo creditore, merito aduersus illos qui non tenentur præseruare confideiussores indemnes currere debet statutaria præscriptio, cum de illis *statutum* 157. non loquatur.

Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Salernitana Pensionis.

Die Veneris 27. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Processus compulsorialis, quibus attentis nō possit dubitari de eius inualiditate, & reijciuntur quædam oppositiones, contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Iura, benè dicuntur compulsata, si fuerint exibita coram Iudice, & in suis manibus posita, & pars aduersa fuit citata ad dicendum contra iura producta, & ad eorum exemplationem faciendam, & videri collationari, & interueniente decreto Iudicis.*
2 *Quibus seruatis non potest dubitari de validitate processus compulsorialis.*
3 *Iura, quando compulsantur, eorum copia non datur, sed in Iudicijs datur.*
4 *Iudex compulsorialis non tenetur tradere copiam scripturæ compulsandæ parti, si id in litteris non contineatur.*
5 *Processui compulsoriali non officit, quòd iura non fuerint per Iudicem diligenter inspecta, cum satis sit, vt ea coram Iudice compulsentur.*
6 *Testes, quando non possit dici, quòd iurarunt sine citatione partis.*

¶ Suprà ad Decisiones 76. & 113. coram eodem R.P. D. Ghisilerio.

DECISIO CCCXLVII.

TRanslatarij bon. mem. Archiepiscopi Sanuitalis ad effectum Iustificationis gratiæ reseruationis pensionis super fructibus Abbatiæ Sancti Petri ad Curtim Salerni, Processum compulsorialem vltimo loco factum produxerunt, quem esse validum fuit resolutum.

Quia Protocolla, & alia Iura fuerunt exhibita coram Iudice & in suis manibus posita, & pars aduersa fuit citata ad dicendum contra iura producta, & ad eorum exem-
1 plationem faciendam, & videñ collationari, & † interueniente Iudicis decreto fuerunt exemplata, & extracta iuxtà requisita in *cap. vlt. de fid. Instr. vbi gloss.* & tradita per *Couar. practic. cap. 21. num. 3. Reuerendissimus D. meus Decanus decis. 36. num. 8. Rota decis. 703. part. 2. recent.*
2 quibus attentis † non potest dubitari de validitate extractionis, sed seruatis seruandis dicuntur extracta, *santa mem. Greg. XV. decis. 292. num. 2. vbi Adden. num. 5. Rot. decis. 355. num. 11. par. 1. recent.*

Non obstat protestatio, quòd Iura non exemplarentur, nisi tradita copia ad effectum opponendi, quia copia
3 datur in Iudicijs, † non autem in compulsatione iurium, & cùm Iudex de partibus esset tantùm merus executor
4 mandati Rotalis; † benè processit ad exemplationem sine traditione copiæ, nec facere potuisset, cum in literis compulsorialibus non contineretur, sed quòd Iudici exiberentur, qui ea compulsari faceret, & collationari ad ef-
5 fectum transmittendi, prout nec releuat, quòd † Iura non fuerint per Iudicem diligenter inspecta, satis enim est, quod Iura extrahenda coram Iudice compulsentur, vt in *cap. fin. de fid. Instr. & in Anconitana, seu Auximana Florum 15. Decembris 1617. coram bon. me. Buratto.*

Decretum factum die 10. Februarij, quòd procederetur ad vlteriora, & quòd testes iurarent subsistit, quia citatio ad videndum iurare Testes fuit executa die 7. pro prima die, & seqq. Die verò 10. testes ad delationem Iudicis
6 iurarunt in vim supradictæ citationis, & cum semel fuerit citatus Procurator ad primam diem cum sequentibus, rectè mandauit Iudex procedi ad vlteriora, & rectè detulit testibus iuramentum sine alia citatione.

Et ita fuit resolutum vtraque parte, &c.

EMINENTISS. ET REV. CARDIN. VBALDO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Veneris 19. Decembris 1631.

ARGVMENTVM.

Substitutio, si sit facta sub conditione, deficiente conditione euanescit substitutio cum omnibus oneribus. Fideicommissa noua ne dicantur inducta facienda est interpretatio, & potius est admittēda superfluitas, & repetitio eiusdem.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, si sit restricta ad certum tempus, vltrà non extenditur, & eo elapso penitus euanescit.*
2 *Conditio aliqua, quando est apposita post secundam substitutionem, quando sit referenda ad primam,*

&

& secundam substitutionem.

3 *Conditio in prima substitutione apposita, quando sit referenda etiam ad secundam.*

4 *Substitutio si sit facta sub conditione, si conditio euanescit, expirat etiam substitutio cum omnibus suis oneribus.*

5 *Quia ea censentur apposita eueniente casu substitutionis, à qua dependent.*

6 *Referens plus continere non potest, quàm relatum.*

7 *Ex Codicillorum scriptura referente, non potest quis plus consequi, quàm ex scriptura relata testamenti.*

8 *Testator, quando non præsumatur velle immutare dispositionem testamentariam in codicillis.*

9 *Ex Mutatione, seu adiectione aliquorum onerum facta in codicillis non infertur ad mutationem substitutionis factæ in testamento sub conditione.*

10 *Testatoris voluntatem claram, quando habemus, non vlterius ambigendum est.*

11 *Verba in dubio presumuntur stare demonstratiuè, & non dispositiuè.*

12 *Testatores soliti sunt multa dicere, quæ abundant.*

13 *Argumentum à superfluitate verborum, non conclu dit per necesse, & est debile argumentum.*

14 *Fideicommissum nouum, vt non inducatur, potius est admittenda superfluitas, & repetitio eiusdem.*

Suprà ad Decisionem 168. coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardin. Vbaldo.

DECISIO CCCXLVIII.

ANGELVS Lactantius in testamento, cum quo decessit, instituit hæredem Carolum eius filium tūc in pupillari ætate constitutum, & si dictus Carolus decesserit vsque ad annos quatuordecim suæ ætatis, & completos, vt sunt verba testamenti, tunc & eo casu substituit in bonis stabilibus tantùm Augustinum Cocciolum, & nonnullos alios, quo verò ad loca montium ad summam scut. 4000. substituit in eis, Monasterium Sancti Matthei, cum oneribus, de quibus in testamento; Deinde Testator fecit codicillos, in quibus facta explicita mentione de dispositis in testamento: modo quo suprà ad fauorem Augustini, & Monasterij subiungit. *Item vole, & dichiara, che subito che detto Carlo hauerà compiti li 14. anni della sua età sia libero, e possa disporre delli beni stabili di esso Codicillante à suo beneplacito, ferma remanente la dispositione fatta delli 4000. scudi in circa, e luoghi de monti, nelli quali sostituisce il Monasterio, come in detto testamento, &c.*

Istis sic stantibus decessit Carolus iam pubes effectus in 18. anno suæ ætatis, relicto sibi hærede in testamento D. Antonio Fido, contra quem moto iudicio ad instantiam Monasterij super immissione dictorum locorum montium vigore supradictæ substitutionis, & introducta causa in Rota coram me, hodie proposui dubium, An ex testamento, vel codicillis dicti Angeli resultet fideicommissum, quod Monasterio suffragetur, & Domini negatiuè responderunt non adesse fideicommissum, quod suffragetur Monasterio, nec in testamento, nec in codicillis.

Cum enim in testamento Monasterium fuerit substitutum Carolo si decederet vsque ad 14. annum eius ætatis completum, & Carolus dictam ætatem fuerit egressus, & obierit in 18. anno, sequitur, vt substitutio
1 † ad illud certum tempus restricta vltrà non extendatur, sed eo elapso penitus expirauerit, iuxta *text. in leg. si quis ità, ff. de vulg. Bart. in leg. si mater, §. 1. ff. eodem. Menoch. cons. 679. num. 6. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. num. 12. Peregr. de fideicom. art. 1. num. 37. & art. 52. num. 3. Surd. cons. 363. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 457. num. 1. Rota, decis. 19. num. 1. par. 1. in recent. san. mem. Greg. XV. decis. 338. num. 3.*

Nec obstat, quod conditio ætatis 14. annorum sit apposita primæ substitutioni factæ Carolo in bonis stabilibus, non autem sit repetita in secunda substitutione facta ad fauorem Monasterij de locis montium, quia cum secunda substitutio sit facta immediatè post præcedentem sine expressione alterius casus, & personæ, & per dictionem illam aduersatiuam: *Quo verò ad loca montium, &c.* inde sequitur conditionem prædictam ætatis 14. annorum non solum referri ad substitutionem stabilium, sed etiam ad substitutionem locorum montium, & quod propterea
2 † vtraque substitutio facta censeatur si Carolus decesserit infra dictum tempus annorum 14. ex *doctr. Barto. quæ decidit casū in leg. repetendis. col. 2. vers. pone quod testator ff. de leg. 3. Capr. cons. 60. num. 3. & seqq. Menoch. præs. 180. num. 21. & seqq. lib. 4. Paris. cons. 87. num. 36. & seq lib. 2. Soccin. Iun. cons. 83. num. 10. & seqq. lib. 1. Ruin. cons. 111. num. 4. & seqq. lib. 3. Crauett. consil. 208. num. 3. Rot. decis. 450. num. 1. & seqq. par. 4. diuers.*

Nec dictio illa, *tunc, & eo casu* restringit tempus pubertatis ad primam substitutionem, † cum ex supradictis
3 conditio in prima substitutione apposita censeatur repetita in secunda, *l. 1. ff. de vulg. Rol. cons. 70. num. 49. volu. 3. Surd. cons. 236. num. 46. & 47.*

Non obstat perpetuitas onerum Monasterio impositorum, ex qua post substitutionem pupillarem censeatur etiam inducta fideicommissaria, quia cum onera sint posita accessoriè, & consequutiuè ad substitutionem Monasterij, quæ dependent ab illa conditione, si Carolus decesserit
4 in pupillari † ætate, deficiente conditione prædicta euanescunt etiam onera, quæ intelliguntur apposita eue-
5 niente casu substitutionis † à qua dependent, *Cephal. cons. 17. num. 9. vers. tertio igitur loco, cum pluribus seqqu. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 457. num. 4. Rot. diuers. decis. 490. num. 1. & seq. par. 4. & in recent. decis. 19. num. 3. & seqq. & decis. 486. num. 7. & seqq. par. 1.*

Hoc igitur firmato, quod in testamento non adsit fideicommissum, neque illud deduci potest ex codicillis qui habent relationem ad ipsum testamentum ibi: *ferma remanente la dispositione fatta delli luoghi de monti, nelli quali substituisse il Monasterio, come in detto testamento*; non
6 enim debet plus continere referens quam † relatum, nec ex scriptura referente codicillorum potest plus consequi
7 † Monasterium quàm ex scriptura relata testamēti, *Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 111. Rot. diuers. decis. 555. sub num. 7. par. 2. in recent.* & bene ad hoc propositum *Curt. Iun. cons. 92. num. 8. lib. 2. Cels. Vgon. cons. 42. num. 8. vers. respondeo. Menoch. cons. 459. num. 19. vers. respondetur primo, & vers. hic primum dicimus.* Et ex hac relatione penitus excluditur, quod testator voluerit facere in codicillis nouam substitutionem, aut nouum fideicommissum, stantibus præsertim prædictis verbis *firma rema-*
8 *nente dispositione, &c.* quæ ostendunt † dispositionem testamentariam minime fuisse immutatam, imò confirmatam, quoad modum succeden. *Dec. cons. 362. in princ. & per tot. Berett. cons. 74. num. 33. & seqq.* nec ex mutatio-
9 ne, seu adiunctione aliquorum onerum † facta in codicillis infertur ad mutationem substitutionis factæ in testamento sub illa conditione, *si Carolus decesserit infra 14. annum, vt suprà text. in l. alumnæ, §. qui filias, ff. de alim. leg. & ibi Bart. Rol. cons. 31. num. 23. vol. 4. Paris. cons. 108. num. 51. & seqqu. lib. 3. latè Menoch. cons. 452. num. 11. Natt. cons. 476. num. 14. in fin. & seq. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 49.*

Non obstat quod ex licentia alienandi stabilia post pupillarem ætatem videatur testator in locis montium voluisse inducere fideicommissum, quia hoc procederet obiectum nisi codicillans statim, quoad loca montium adiecisset relationem ad ipsum testamentum, ex qua relatione,

10 ione, cum habeamus † claram voluntatem testatoris non
est vlterius de hoc ambigen. & ex hoc tollitur etiam aliud
obiectum desumptum ex verbo substituit, nam statim subiungit, *come in detto testamento*; & sic dicendum est huiusmodi verba stare demonstratiuè pro demonstran. prio
11 ri testamentaria dispositione † circa loca montium, non
autem stare dispositiuè, prout etiam in dubio hoc idem dicendum esset. *Bartol. in l. centurio, num. 4. ff. de vulg. Menoch. cons. 106. num. 100. & seqq.*

Non obstat, quod retenta hac interpretatione superflua fuerit declaratio, quod firma remanere deberet dispositio testamentaria circa loca montium; quia testatores soliti sunt multa etiam adijcere, quæ abundant, *l. testamentum non ideò, C. de testam. l. non solent, ff. de reg. iur. Mant. decis. 14. numer. 18.* & in ijsdem codicillis testator superfluè, etiam declarauit, quod Carolus post 14. annum posset de bonis stabilibus disponere, dum hoc etiam facere poterat vigore testamenti, vt suprà ostensum fuit,
13 non est igitur facienda vis in hoc † argumento desumpto à superfluitate, cum non concludat pernecesse, & sit debile argumentum, *Mant. de coniect. lib. 3. tit. 6. num. 4. & 8. Peregr. cons. 57. num. 13. lib. 5.* & potiùs tolleraretur
14 superfluitas, † & admittatur repetitio eiusdem, quàm nouum fideicommissum inducatur. *Alciat consil. 36. num. 16. vers. fin. lib. 9. Rot. decis. 490. num. 7. vers. Nec etiam obstat par. 4. diuersor.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbeuetana Successionis.

Die Lunæ 24. Maij 1632.

ARGVMENTVM.

Traditur interpretatio Statuti Vrbeuetani à quo, data certa forma succedendi ab intestato post lineam descendentium, & agnatorum vsque ad tertium gradum secundùm computationem Iuris Canonici, vocantur proximiores consanguinei ex latere patris in ipsius patrimonio, & in portione matris proximiores matri.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ad successionem vocante, eueniente vocationis casu, vocato competit interdictum quorum bonorum.*

2 *Consanguinei, vox ista variam habet in iure significationem, in lata sui significatione continet quamcunque cognationem, siue illa proueniat à masculis siue à fœminis, sed in stricta, non nisi solis fratribus conuenit, & quare num. 2. & 3.*

3 *Fratres tantum dicuntur eodem sanguine geniti.*

4 *Agnati soli sub appellatione consanguineorum compræhenduntur.*

5 *Cognati, reprobata sententia Imolæ, non continentur sub appellatione consanguineorum, & num. 6. & 9.*

7 *Lineæ vox qualiter sit interpretanda.*

8 *Dictio, Ex, quid significet.*

10 *Agnati dici non possunt, qui sunt positi in aliena familia.*

11 *Auunculus respectu nepotis ex sorore non est consanguineus, & quare, & num. 12. & 13.*

14 *Agnationis, & cognationis differentia de iure communi non consideratur inter pares in gradu.*

15 *Aretinus in cons. 99. declaratur, & num. 23.*

16 *Mater iuris benignitate non excluditur à luctuosa filij successione.*

17 *Agnatorum, & cognatorum ad successionem alicuius concurrentium, quæ ratio habenda sit, vbi statutum disponit, adhibita distinctione bonorum paternorum à maternis.*

18 *Statutum quando in successione diuidit bona paterna à maternis, ea videtur mens statuentium vt bona conseruentur in eadem agnatione, &, familia.*

19 *Agnationis iura nonnisi à patre descendunt.*

20 *Agnationis nomen descendentibus ex fœmina non conuenit.*

21 *Statutum vocans proximiores ad successionem patris, an loquatur de proximioribus ex parte, an verò ex linea patris.*

22 *Proximiorum ex parte patris appellatione, tunc omninò soli agnati veniunt, quando illis opponuntur consanguinei ex parte matris.*

24 *Fœmina, familiæ, in qua nubit, principium facit.*

25 *Fœminæ ad intestatorum successionem admitti possunt, & tanquàm proximiores, & tanquàm agnatæ defunctorum.*

26 *Filij in successionibus, quando nequeant occupare locum matris per repræsentationem.*

27 *Repræsentationis ius in transuersalibus non porrigitur ad vlteriorem gradum à tertio.*

28 *Statutum vocans proximiorem ad successionem alicuius intelligi debet de proximitate vera, non autem de ea, quæ fictè inducitur per repræsentationem, & num. 29.*

30 *Fœminæ non solum possunt retinere denominationem agnationis, & familiæ, sed & eiusdem agnationis dignitatem conseruare.*

31 *Statuti vna pars altera declarat.*

32 *Agnatorum nomine intelligũtur comprehensę, etiam fœminę quæ sunt de agnatione.*

33 *Cessionario competunt omnia iura, quæ competebant cedenti.*

34 *Cessionarius hæreditatis potest cedentis nomine obtinere immissionem illi debitam, & postquam sibi fuerit restituta hæreditas, potest illam retinere.*

35 *Minor in pupillari ætate decedens non potest propriè dici decessisse, sine testamento, sed intestabilis.*

Statutum Vrbeuetanum loquens de successionibus defunctorum ab intestato locum habet, & in successionibus decedentium in pupillari, num. 35. Vbi de ratione remissiuè.

DECISIO CCCXLIX.

ACTVM fuit in hac causa super interpretatione statuti Vrbeuetani, à quo, post lineam descendentium, & agnatorum vsque ad tertium gradum, quibus data fuit certa forma succedendi ab intestato, vocabantur proximiores consanguinei ex latere patris in patrimonio, & in matrimonio, & portione matris

 pro-

proximiores eidem matri: Cum enim mortuo Iosepho de auia montijs ab intestato, quatuor contenderent super illius successione, & introducta coram me causa, peterent omnes sibi concedi immissionem in possessione bonorum eiusdem Iosephi, siue ex interdicto quorum bonorum
1 † quod competere ad fauorem vocati ex statuto, dictum fuit in *Ferrarien. de Tassonis 18. Maij 1630. corā R.P.D. meo Pirouano, in Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram Card. Pamphilio, & in Rauennaten. bonorum 22. Aprilis 1616. coram bo. mem. Vbaldo*: siue ex conditione eiusdem statuti, quod alijs exclusis dabat hanc successionem proximioribus consanguineis cum ea qualitate, vt essent ex latere patris. Ex duobus pendere visa fuit decisio huius dubij, quod hodie proposui super immissione concedenda in possessione bonorum dicti Iosephi; quid scilicet intelligi deberet sub eo nomine proximiorum ex parte patris, quos inuitabat statutum ad paternam hæreditatem defuncti in casu, quo non existeret aliquis ex agnatis intrà tertium gradum; & quibus ex his, qui eandem immissionem petebant, conueniret ea qualitas requisita à statuto.

Et quantùm ad primam inspectionem, à qua dependebat etiam posterioris decisio, quàmuis notio, siue vis, & vsus huius vocis consanguinei, varia sit in iure nostro,
2 † cum possit eadem vox in lata sui significatione continere quamcunque cognationem, siue illa proueniat à masculis, siue à fœminis, quo modo communis vsus loquendi consanguineos appellat, vt tradit *Bartol. in leg. cum quidem, §. quod dicitur num. 1. ff. de acquir. hæredit. Curt. Iun. cons. 46. num. 4. & cons. 5. num. 16. Bero. cons. 95. num. 10. volum. 2.* & pluribus auctoritatibus relatis firmat *Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. num. 35. Tiraqu. de retract. lign. §. 1. glos. 9. num. 4. cum plurib. sequ. Capr. cons. 37.* sicut strictius sumptum idem nomen solis fratribus videtur conuenire, qui solum dici possunt
3 eodem sanguine geniti, † in quo sensu idem nomen vsurpatum reperitur in *auth. de consang. & vterin. & in leg. post consanguineos. ff. de suis, & legit. in princ. & in §. 1. & per glos. in leg. 1. §. post suos, ff. eod. titu. & in lege amita Cod. comm. de successión.* Quod tamen soli agna-
4 ti sub ea appellatione † propriè contineantur fuit Pauli sententia in *leg. Iurisconsultus, §. 1. ff. de gradibus, & Vlpian. in leg. si spurius, ff. vnde cognati*, vt illum textum ponderat *Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. numero 35.* Vbi circumscripto communi vsu dubitat, quæ sit vera hu-
5 ius vocis significatio in iure, & dicit non contineri † in ea cognatos reprobata sententia *Imolæ in leg. cum quidam, §. quod dicitur, ff. de acquiren. hæredit.* quam etiam dicit reiecisse *Aretin. in dict. leg. cum quidam notab. 2. Mandell. cons. 69. num. 2. Bero. eodem. cons. 95. num. 10.* Et in terminis statuti vocantis consanguineos, ità hoc nomen intellexerunt *Cornel. cons. 13. num. 15. lib. 2. & cons. 222. num. 2. lib. 3. Brun. super statuto fœmin. exclus. art. 12. num. 269 Simon de Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib. 3. sol. 11. num. 21.* Quod in casu, de quo agitur, verius visum fuit, tùm propter eam diuisionem patrimo-
6 niorum, ex † qua videbatur quoque distincta, vtraque linea agnationis, & cognationis ex latè deductis per *Bal. cons. 104. lib. 2.* Tum propter aliam qualitatem, quæ fuit etiam ex statuto requisita in his consanguineis qui in patrimonio, & paterna defuncti hæreditate succedere debebant, vt scilicet essent ex latere patris, cum sub ea
7 descriptione non posset venire, † nisi sola eiusdem patris linea; interpretando hanc vocem lineæ, vel quatenùs conuenire potest his solùm, qui ab eodem patre descendunt, prout illam interpretatus fuit *Bald. in consil. 321. lib. 1.* Cum hoc ostendere videatur dictio illa, Ex,
8 per quam significatur † quædam quasi origo, & principium in ipso patre, vt sequendo hoc idem consilium *Baldi* voluerunt *Ias. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat. numero 5. Ruin. cons. 23. num. 5. vers. videndum est, lib. 3. Paris. cons. 20. numero. 38 lib. 3. Menoch. cons. 234. numero 7. & 12.* vel si etiam extendi debeat ad alios transuersales, qui quàmuis non sint ex eadem linea, continentur tamen in ea linea, sub qua est etiam parens, vt non egrediatur illius familiam, & agnationem, cum ea adiectio non solùm restringere possit nomen consangui-
9 nei, sed etiam declarare nomen cognati, † quasi vnum sit expositiuum alterius, vt considerauit *Curt. cons. 5. numero 16. & 21. & cons. 176. numero 6. arg. tit. institut. de legit. agnat. tutela. & de legit. agnat. successione, Ruin. cons. 15. num. 4. & 11. in princip. lib. 3. Grat. cons. 27. num. 24. lib. 1. Gabr. cons. 20. num. 1. lib. 2.* Vbi quod ex eadem adiectione censetur penitùs remota omnis dubitatio, & in proprijs terminis huius statuti Vrbeuetani consuluit *Ang. cons. 99. num. 4. Corn. cons. 224. vol. 2.*

Cùm ergo quæreretur, quibus, ex his, qui dictam immissionem petebant, conueniret hæc qualitas, quam requirebat statutum; excludebantur primò secundùm hanc distinctionem fratres de Testaficcis, qui cum non nisi ex persona Lucretiæ matris Iosephi, & cuius ipsi erant fratres, essent eidem Iosepho coniuncti, non poterant dici
10 illius agnati, † tanquàm positi in aliena familia, iuxtà *text. in §. vltimo, institut. de patr. potest. & in §. 1. institut. de legit. agnat. success.* & in proprijs terminis de auunculo dixit *Bald. consil. 269. numero secundo, volume 3.*
11 *Angel. cons. 263. num. 4.* † quod scilicet respectu nepotis, & filij suæ sororis non sit illi consanguineus, &
12 considerat optimam huius rei rationem, quod † cum auunculus sit ex aliena familia non potest in eo considerari ratio, ex qua videntur moti Statuentes, quod etiam tradit *Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. num. 35.* imò neque dici poterant proximiores eidem Iosepho ex late-
13 re patris, habito respectu ad patrem, † de cuius successione agebatur cum proximitas, quam habebant cum Iosepho, deriuaretur à Lucretia illius matre, quæ in eodem statuto expresè distinguebatur à proximitate, quæ à persona patris causaretur, & ità similia statuta interpretanda esse dixit *Ruin. in adducto consil. 15. numero 18. cum pluribus sequentibus, lib. 3. Mandell. cons. 495. num. 12.*

Neque hæc proximitas requisita à statuto cum ea qualitate, vt essent ex latere patris, poterat intelligi in paritate gradus, sicut contendebant fratres de Testaficcis ea potissimùm ratione, vt quam minimum fieri posset, de-
14 rogaretur dispositioni iuris communis, † ex quo non seruatur hæc differentia agnationis, & cognationis inter pares in gradu, vt in *authent. post fratres, secunda in ordine, Cod. de legitim. hæredibus* & in terminis similium statutorum dicebant idem tenuisse *Castren. cons. 47. lib. 1. Grat. cons. 19. num. 42. & 43. lib. 1. Honded. cons. 1. num. 33. lib. 2. Surd. cons. 316. num. 12. & alij relati per Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 71.* contrarium enim voluit *Bald.* in terminis similis statuti, in quo fiat hæc diuisio bonorum paternorum, & maternorum in *consil. 104. lib. 2.* cum data ea bonorum distinctione censeantur Statuentes constituere voluisse duas soccessionum causas omninò diuersas, & separatas, inter quas
15 non poterat dari hic concursus: nec † in contrarium erat auctoritas *Angeli*, qui ità consuluisse dicebatur super hoc statuto Vrbeuetano *in cons. 99.* cùm solum ibi concludat in fauorem matris, nè illa excluderetur à lu-
16 ctuosa sui filij successione, † in quam partem inclinauit etiam tanquam in partem humaniorem; in concursu
17 verò agnatorum, & cognatorum inter se, † teneat præferri ordinem agnatorum, vt videre est ex numero 5. Quod etiam considerauit *Brun. super statut. fœmin. exclus. artic. 6. num. 163.* & hoc idem visi sunt sensisse *Paris. cons. 20. numero 40. volume 2. Ruin. consil. 15 numero 18. libro 3. Hondedeus consilio 12. numero 6. & 26. libro 1.* & in terminis consuetudinis Neapolitanæ huic statuto omninò similis *Molphes. ad dicta consuetu. parte quarta sub titul. de successión. ab intestat. quæstion. 45. numero 25. & consil. 50. numero 12. & toto eo consil. Ioan. Franciscus à Ponte consil. 61. numero 63.* & consuetudinis Dolanæ, *Criuell. decis. 109. num. 20. & 25.* qui omnes mouentur vna ea ratione, quod propter eam
18 distinctionem patrimoniorum videtur fuisse † mens Statuen-

tuentium, vt bona conseruentur in eadem agnatione & familia, & hanc rationem considerauit *Rota coram Greg. decis. 293. num. 7. & inter recent. decis. 417. num. 4. par. 1.*

Excludebatur secundo loco Galeacius Albericus, qui licet tanquam frater Alphonsæ vxoris Attilij de Auiamontijs cōtenderet se esse proximiorem Iosepho ex parte patris, cum esset idem Ioseph nepos Attilij, & Franciscus pater Iosephi filius eiusdem Attilij, & Alphonsæ, non tamen habebat eam proximitatem, quam requirebat statutum; quod enim proximitas, quam ab Alphonsa deriuabat, Galeacius non posset dici eadem cum illa, quam considerarunt statuentes in casu huius statuti, præter hæc, quæ dicta iam sunt, ex eo prætereà deduci poterat, quia quando sub eo nomine proximiorum ex parte patris intelligi possent vocati descendentes ex fœminis, atque ità etiam cognati, cum agnationis
19 iura † non nisi a patre descendant, vt in § *vulgo. inst. de cognat. success. & in l. Iurisconsultus. §. 1. vers. cognationis origo. ff. de gradibus*, tamen hoc non poterat intelligi, nisi de his, qui ex fœminis agnatis descenderent, in quorum numero sunt filij Amitæ, quæ est patris soror, seù filij sororum aui, aut proaui, quæ Amita magna, aut Proamita dicuntur, non autem de his, qui eidem patri, auo, aut proauo coniuncti sunt per fœminas, cum illis nuptas, vt erat Galeacius, quia hoc casu non solùm non posset dictis descendentibus conuenire nomen agnationis, sed neque etiam dici possent ijdem descendentes ex linea, siue ex parte patris, dùm persona, per quam iunguntur ipsi patri, aut auo, neque erat eis-
20 dem agnata, vt bene † declarat Napodanus super ea constitutione Neapolitañ cuius initium est *si quis vel si qua in rubr. de success. ab intest. in verbo ex parte patris num. 167. Rota decis. 316. numero 1. & 8. parte 1. diuers.*

Neque contrarium poterat colligi ex eodem statuto, quatenùs hos consanguineos, quos voluit succedere in portione bonorum paternorum defuncti ab intestato posuit, post expressam agnatorum vocationem, & in casu in quo ijdem agnati non extarent. Etenim quatuor successionum casus, & gradus apparet consideratos fuisse in eodem statuto. Primo descendentium, in quo voluit, vt masculi fœminis præferri deberent sub ea tamen conditione, vt ijdem masculi fœminas dotare tenerentur. Secundum, in quo solæ fœminæ descendentes superessent, & ab illis voluit excludi tàm agnatos, quàm cognatos. In tertio casu, in quo nulli descendentes extarent siue masculi, siue fœminæ, vocauit agnatos vsque ad tertium gradum, ea etiam adiecta conditione, vt fœminæ in paritate gradus deberent à masculis excludi. Post agnatos verò vsque ad tertium gradum, & in quarto casu vocauit in bonis paternis, & patrimonio defuncti proximiores consanguineos ex parte patris, in matrimonio, seù bonis maternis proximiores consanguineos ex parte matris; vnde licet in tertio casu, & gradu successionum fuerint vocati agnati, non bene infertur, quod eosdem agnatos noluerint comprehendere statuentes in quarto gradu, & capite successionis, dùm in eo vocarunt proximiores consanguineos ex parte patris, cum illis solùm viderentur conuenire verba, quibus vsi sunt, ad quem effectum præter iam dicta considerarunt Domini, quòd non solùm non poterat constitui discrimen aliquod, vtrùm ex statuto vocati es-
21 sent † proximiores ex parte an verò ex linea patris, vt supponit *Bartol. in consil.* 10. quem in hoc sequuti fuerunt *Curt. iun. in sæpius adducto cons. 5. num. 4. Ruin. cons. 23. num. 4. lib. 3.* & reprobat *Castren. in cons. 111. tenuit Rota coram Cardin. Caualer. decis. 9. num. 2.* Sed quod ij, qui in casu huius statuti vocati erant ad bona paterna sub ea descriptione, vt esse deberent ex parte patris, fuerunt oppositi alijs consanguineis ex parte matris, sub quo nomine cum non possent contineri, nisi soli cognati, ità etiam nomine proximorum ex parte patris so-
22 li agnati intelligi poterant, † vt arguit in his terminis idem *Curt. in eodem cons. 5. num. 16. & 21. Rot in Mediolaneñ Iurispatronatus 20. Nouembris 1616. coram R. P. D. meo Pirouano*, & explicando verba huius statuti sensit *Angel. in consil. 99. numer. 5.* Et in hoc visum fuit quod posset postremus hic gradus successionis distingui à superiori, quod scilicet eidem gradui non omnia bona defuncti reseruata fuerint, sed solùm ea bona, quæ idem defunctus haberet à patre, atque etiam, quia qui in eodem gradu futuri erant, non poterant eodem modo excludere matrem, sicut agnati intrà ter-
23 tium gradum, † qui est casus, super quo consuluit. *Angelus in adducto consil. 99.* interprætando hoc idem statutum.

Non poterant tertio loco admitti Flaminius, & Faustus de Mancinis, qui ex persona Portiæ eorum matris se iunctos dicebant Iosepho, cum eadem Portia fuisset soror Hectoris, qui fuit pater Attilij, & proauus eiusdem Iosephi; nam & hæc illorum parentela tanquàm ea, quæ
24 descendebat à fœmina, quæ nupta in aliena familia † eidem familiæ principium fecerat, neque poterat dici, quod haberet qualitates requisitas à statuto, vt habetur *in leg. pronunciatio. in fin. & in leg. familiæ appellatione. §. fœminarum. ff. de verborum significat. & in leg. assumptio. §. filius ff. ad municipal.* quicquid dici posset respectu ip-
25 sius Portiæ, quæ licèt fœmina † potuisset admitti ad hanc Iosephi hæreditatem ex vtroque capite, & tamquam proximior, & tamquam agnata, vt in verbis decidit *textus in leg. consanguinitatis. Cod. de legit. hæred.* & dicetur infra cum agetur de iuribus Flaminiæ, quæ pariter aspirabat ad hanc Iosephi hæreditatem.

Neque in hac successione poterant hi filij iuuari ex persona suæ matris, ità vt quamuis iure proprio exclude-
26 rentur tamquàm alterius agnationis, occupare † tamen possent per repræsentationem illius locum, & gradum, iuxtà *notat. in § cum filius institut. de hæreditat. quæ ab intestat. defer.* Non enim poterat esse locus huic iuri re-
27 præsentationis, tùm quia illud non datur † in transuersalibus in vlteriori gradu à tertio, vt habetur in *authent. post fratres. Cod. de legit. hæreditat.* & declarat præter alios *Angel. in §. reliquum. Authent. de hæredit. & Falcid. num. 6. Menoch. præsumpt. 95. num. 13. lib. 4.* tùm quia in contrarium erat dispositio ipsius statuti, tam dum vocabat proximiores, cum eo casu tradant communiter Doctores non posse attendi, nisi naturalem proximita-
28 tem, † non autem eam quæ ficte inducitur ex repræsentatione, vt apparet, ex relatis per *Couar. pract. quæst. cap. 38. num. 4. Crass. in §. fideicommissum. quæstio. 11. num. 9. Cardin. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. titul. 9. num.* 10. quàm dum apparebat spectatam ab eo fuisse paternam lineam defuncti, vt respondit in his terminis *Gratian. cons. 97. num. 8. lib. 1.* & est generale
29 quando preter † gradum, in quo succeditur, assumi etiam debet altera qualitas, quam habebat persona, quæ repræsentatur, ex ratione considerata per *Bartol. in leg. liberorum, num. 13. ff. de verbor. significat.* quam sequuti fuerunt *Castr. in cons. 47. in 2. dubit. num. 1. Ias. consil. 221. in 2. col. vers. secundò mouetur lib. 2. Soccin. sen. cons. 296. num. 4. lib. 2.*

Vltima inter hos omnes competitores, erat Flaminia de Auiamontijs, quæ erat nepos ex fratre alterius Hectoris senioris, qui fuit auus Hectoris patris Attilij, & sexto gradu distabat à Iosepho: & huic Domini dixerunt dandam esse immissionem, siue ex illius persona Comiti Petro de Auiamontijs, cui eadem Flaminia iura sua cesserat postquàm alijs omnibus exclusis in ipsa solùm verificari poterat ea qualitas, proximioris, quam primo loco requirebat statutum in persona, cui non existentibus agnatis intrà tertium gradum deferebat hæreditatem defuncti, & alteri qualitati, quam etiam requirebat statutum, vt ea proximitas esse deberet ex latere patris, obstare non poterat sola qualitas sexus, dùm
30 per eamdem Flaminiam licet fœminam, † poterat non solùm retineri denominatio agnationis, & familiæ, sed eiusdem agnationis dignitas conseruari, ex cumulatis per *Peregrin. de fideicommis. artic. 22. num.*

34. & art. 14. nu. 37. *Brun. de stat. exclus. fœm. art. 6. num. 75. & 80.* vbi de veriori, & magis communi opinione, & per *Rot. in decis. 587. num. 1. par. 1. & decis. 282. num. 2. par. 2. recent. & coram Greg. decis. 293. num. 7. & 23.* vbi Adden. alias complures referunt. Quod cum generaliter procedat vbicunque materia existimatur indifferens sicut constat esse hanc causam successionis, quæ non magis conuenit masculis, quàm fœminis, clarius etiam fiebat hoc casu ex verbis ipsius statuti, quatenùs in tertio capite, & gradu successionis in quo soli agnati vocabantur, concedebatur prælatio masculis aduersus fœminas; hinc enim colligere licebat, quæ fuerit mens statuentium in hoc quarto gradu successionis, in quo considerati fuerunt omnes alij agnati, qui essent post tertium gradum, dùm in superiori capite, in quo mentio fiebat etiam de agnatis non fuit dubitatum, vtrùm sub ea appellatione venire posset linea fœminina agnatorum, & vna pars
31 statuti † alteram declarare poterat, vt considerauit in his terminis *Baldus* ad effectum scilicet, vt sub nomine
32 agnatorum † intelligantur compræhensæ etiam fœminæ, quæ sint de agnatione in *cons. 97. lib. 5. Soccin. iun. cons. 10. num. 12. volum. 2.* his verò iuribus Flaminiæ, &
33 omnibus illius prærogatiuis, quorum causa † debebatur illi hæc successio, poterat iuuari Comes Petrus, cum ex ea iurium cessione, quam obtinuerat, non abdicauerit à se Flaminia directas actiones, sed solùm illarum exercitium transtulisset in Petrum, ex quo potuit idem nomi-
34 ne ipsius Flaminiæ cedentis obtinere † immissionem illi debitam, sicut ex vtilibus, quas etiam ex eadem cessione fuit consequutus, poterit hanc eandem Iosephi hæreditatem retinere, postquàm illa sibi fuerit restituta, vt declarat *Ang. in leg. si vsusfructus, ff. de nouation. Bart. in l. qui ita 66. §. etiam, n. 2. ff. ad Senat. consult. Trebell. Alexand. in leg. apud Iulianum 11. §. vtrum numero 1. Imol. num. 10. ff. eod. tit. Peregrin. de fideicom. art. 31. nu. 33.* & fuit dictum *in Tiburtina Castrorum 15. Martij 1619. coram bon. memor. Buratto, & in Romana fideicommissi de Guidis 28. Iunij 1630. coram me.*

Neque dubitarunt Domini, vt habere posset locum id statutum in hac Iosephi hæreditate, quia quàmuis loqueretur idem statutum de decedensibus ab intestato, & ipse Ioseph, qui in pupillari ætate decessit, propriè non
35 posset dici † decessisse sine testamento, sed potiùs intestabilis, vt videtur voluisse *I. C. in leg. 1. §. planè, ff. de suis, & legit.* Adhuc tamen in eo locum habebat dispositio ipsius statuti propter rationes, quas considerauit *Bart. in ead. leg. 1. num. 2. & in cons. 141. lib. 1.* in quo respondit super hoc eodem statuto Vrbeuetano, *Angelus*, qui pariter interprætatus fuit hoc statutum in *cons. 99. lib. 2. & cons. 211. num. 4.* & hanc opinionem magis communem & veriorem esse attestati fuerunt *Gabr. cons. 14. nu. 14. & 19. lib. 1. Roman. in cons. 32. num. 4. & in cons. 4. num. 5. Grass. in §. successio ab intestato, quæstio. 1. num. 2. Menoch.* plures referens pro eadem opinione in *consil. 569. num. 12.*

Et ita omnibus informantibus &c.

REVER. P. D. COCCINO DECANO,
Romana De Caualerijs.
Die Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Captatoria dispositio, quæ dicatur, & an valeat. Et an substitutio captatoria non sub conditione, sed sub modo an teneat. Substitutio facta inter agnatos, per modum consilij an dicatur captatoria.

SVMMARIVM.

1 *Captatoria dispositio est à iure reprobata, tàm in institutionibus, quàm in legatis, & fideicommissis, & num. 13.*
2 *Dispositio secunda facta intuitu captatoriæ non sustinetur tanquàm dependens, & consecutiua ad actum improbatum.*
3 *Dispositio, quando clarè dicatur captatoria.*
4 *Dispositio captatoria dicitur, si conferatur omninò in voluntatem alterius, vt puta, instituo te, si Titius voluerit.*
5 *Dispositio dicitur captatoria, si quis mandauerit Titio, vt pro eo testetur, & Titium hæredem instituat.*
6 *Testamentum debet fieri per ipsum testatorem.*
7 *Voluntas, seù dispositio nostra non debet pendere, ab alieno arbitrio.*
8 *Legata, licet non possint pendere ab aliena voluntate, ex alieno tamen arbitrio, quod ad arbitrium boni viri reducitur, pendere possunt.*
9 *Testamentorum iura ab alieno arbitrio pendere non licet.*
10 *Ruin. in consil. 20. num. 6. vol. 2. reprobatur, & nu. 15. & 18. declaratur.*
11 *Captatoria dicitur dispositio, si quis instituat, quem Titius voluerit.*
12 *Captatoria dispositio est, quando quis aliquem instituit, vel substituit, sub spe reciprocæ institutionis, vel substitutionis.*
14 *Substitutio captatoria facta non sub conditione, sed sub modo, an teneat.*
16 *Substitutio facta ad bonum finem, & honestum pro conseruatione familiæ non videtur captatoria.*
17 *Fideicommissum reciprocum, quando duo faciunt, tenet talis dispositio.*
19 *Substitutio inter agnatos facta per modum consilij nō potest dici captatoria, & num. 20.*
20 *Actus, qui respicit publicam vtilitatem, si ab initio sit à iure reprobatus, licet contrauenienes ex aliqua causa excusari possit à pœna, non tamē actus, etiam partium consensus approbatus, valet.*
21 *Actus à iure reprobatus, quando fit, pro non facto, habetur.*

¶ Suprà ad Decisionem 178. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

DECISIO CCCL.

DOMITIVS de Caualerijs de anno 1584. hæredes vniuersales instituit Antonium, Pompeium, & Octauium filios, quos ad inuicem substituit filios, & descendentes Bernardi de Caualerijs. Ità, tamen, quod idem Bernardus in suo testamento similem substitutionem facere deberet in fauorem masculorum ipsius Domitij, & ab ei descendentium, & non alias, aliter, nec alio modo: De anno 1599. dictus Bernardus suum condidit testamentum, in quo hæredes vniuersales instituit Iacobum, Horatium, & Fidericum filios, quos ad inuicem substituit, insertoque tenore testamenti Domitij eisdem modo, & forma, substituit filios, & descendentes

dentes illius, hac tamen adiecta conditione, quod si fortè dispositio, & substitutio facta à Domitio non posset locum habere, & sortiri effectum de iure, quouis modo, & causa in fauorem dictorum filiorum, & descendentium ipsius Bernardi, pariter dicta dispositio, & substitutio facta ab ipso Bernardo in fauorem filiorum, & descendentium dicti Domitij effectum non sortiretur, & pro non facta haberetur. Decesserunt omnes prędicti superstite tantùm D. Octauio de Caualerijs eoque post obitum Federici vltimi ex Bernardi filijs prætendente immissionem vigore substitutionis in dicto testamento Bernardi factæ, Domini censuerunt, illi esse denegandam, quia
1 cum dispositio † Domitij fuerit captatoria, & sic à iure reprobata, tam in institutionibus, quam etiam in legatis, & fideicommissis, vt de institutionibus est *text. in l. captatorias & l. si quis Sempronium, ff. de hæred. instit. l. captatoriæ ff. de leg. 1. l. captatorias, C. de testam. l. vtrum, §. cum quidam, ff. de reb. dub.* & de legatis, & fideicommissis, *est text. in d. leg. captatoriæ, ff. de leg. 1. d. leg. vtrùm, ff. de reb. dub. leg. legatum ff. de leg. 1. gloss. & DD. in l. 1. ff. de leg. 2. leg. nonunquàm, ff. de condit. & demonstr. in fin.* clarè sequitur, quod nec Bernardi dispositio sustinea-
2 tur, siue sequamur opinionem, quod secunda † dispositio facta intuitu captatoriæ non sustineatur tanquam dependens, & consecutiua ad actum improbatum, *leg. non dubium, Codic. de leg. Alex. in leg. cum donationis, num. 2. Cod. de donat.* quo casu res est clara, siue sequamur contrariam sententiam, quod de iure, secunda dispositio teneat, de quibus *R. P. D. meus Duran. in suo tract. de condit. impossib. par. 3. cap. 5. num. 26. & seqq.* & isto etiam casu res est clara, quia Bernardus noluit suam
3 dispositionem valere, si dispositio Domitij corrueret, vt suprà relatum est, ad *text. in leg. fin. ff. de constitut. pecun. Rom. cons. 175. num. 4. Socc. cons. 97. ante finem, vers. ex quibus postremo infertur, lib. 3. Fusar. de substit. quæst. 444. num. 3. & seqq.*

Quod autem dispositio Domitij fuerit captatoria, non potest controuerti; pro cuius inspectionis intelligentia prænotandum est, captatoriam voluntatem tripliciter
4 dici. Primo † si dispositio conferatur omninò in voluntatem alterius vt putà, instituo, si Seius voluerit; talis enim institutio à iure reprobatur, *leg. illa institutio, ff. de hæred. institut. leg. captatorias, Cod. de milit. testam. vbi gloss. in verb. captatorias* communiter recepta, vt dicit *Dec. ibidem num. 5. cum pluribus seqq.* & sub hoc mem-
5 bro includitur etiam dispositio, in qua † quis mandauerit Titio, vt pro eo testetur, & Titium hæredem instituat, *dicta leg. si quis Sempronium, ff. de hæred. institut. Bald. in leg. executorem, num. 4. vers. restat quærere, C. de execut. rei iud. per d. l. illa institutio. Suarez in tractat. de captator. voluntate, num. 3.* & ratio est, quia testamentum
6 † debet fieri per ipsum Testatorem, non per alium; cum testamentum sit nostræ, non alienæ voluntatis iusta sen-
7 tentia, vt in *leg. 1. ff. de Testam.* & voluntas, † seù dispositio non debeat ab alieno pendere arbitrio, *d. l. illa institutio ff. de hæred. inst. Mattienz. lib. 5. tit. 4. l. 1. glos. 1. num. 2. R. P. D. meus Duran. in d. tract. de condit. impossib. par. 3. cap. 5. num 9. vers. quare idem Paulus, Ioan. Deckerus lib. 1. dissertat. 1. num. 7.* In legatis autem licet eorum di-
8 spositio pendere non debeat ab aliena voluntate, † ex alieno tamen arbitrio, quod ad arbitrium boni viri reducitur, pendere potest, vt probat *Padill. in leg. 1. ff. de leg. 2. num. 49.* vbi numeris sequentibus limitat, & licet *Ruin. in consil. 20. num. 6. volum. 2.* teneat quod ista dispositio non sit captatoria, eam tamen vitiosam esse agno-
9 scit, cum non liceat † testamentorum iura ab alieno arbitrio pendere *d. l. illa institutio, ff. de hæred. institut.* & in
10 omnem euentum † *Ruin.* reprobant *Couar. in cap. si tibi, num. 3. vers. qua in re cauendum est à Carolo Ruino, de testam. Mattienz. loco supra allegato, num. 3. ante finem. Fusar. quæst. 503. & seqq.* vbi validissima fundamenta, &
11 Doctorum cumulat. Secundo modo † captatoria dicitur dispositio, si quis instituat quem Titius voluerit, *glos. in d. leg. captatorias, in eodem vers. Cod. de milit. testam. vbi Dec. num. 11. & 12.* & ista est communis sententia.
12 Tertio captatoria dicitur dispositio, quando quis † alium instituit, vel substituit sub spe reciprocæ institutionis, vel substitutionis, vt instituo te hæredem, vel substituo, si me institueris, vel substitueris; hæc est enim est captatoria voluntas. *leg. ille autem, ff. de hæred. instit. glos. & Doctorum communiter in d. leg. captatorias, Cod. de milit. testam.* teste *Dec. ibidem, num. 14. Couar. in d. cap. cum tibi, num. 1. & seqq. de testam.* cum possit Testator alterum decipere reuocando testamentum, ac propterea di-
13 spositio † ista tanquàm captatoria reprobatur, *Castrens. in d. leg. captatorias, num. 4. R. P. D. Duran. in d. tract. de condit. impossib. par. 3. cap. 5. num. 28. ante fin.* vbi de communi testatur, & clarissimè *Fusar. alios allegans dicta quæst. 103. num. 1.* vbi de communi *Io. Deckerius loco allegato.*

In hoc autem postremo casu nos versamur, cum Domitius substituerit filios, & descendentes Bernardi, quatenus ipse similem dispositionem fecerit.

14 Non obstat, quod Domitius non fecit † substitutionem sub conditione, sed sub modo, ideoque dispositio tenet, secundùm sententiam *Ruin. in dict. cons. 20. num. 4. volum. 2. Peregrin. de fideicomm. artic. 33. num. 63. & seqq.* vbi dicit, quod hæc declaratio iuuaret per viam exceptionis, *& cons. 34. num. 3. & seqq. lib. 3.* quia contra *Ruin.* tenent *Couar. in d. cap. cum tibi, num 18. vers. hæc tamen à viro doctissimo. Sarmient. selectarum interpretat. lib. 2. capit. 4. num. 4. & sequentib. Surd. decis. 68. in fin. R. P. D. meus Duran. dict. tract. de condit. impossib. par. 5. cap. 1. num. 20. vsque ad fin. Fusar. de substitutionibus, dict. quæst. 503. num. 32.* & hanc sententiam tenuit *Rota apud Seraphin. decis. 364. in fine,* vbi dicitur quod DD. dixerunt sententiam Couarruuiæ
15 verissimam esse, & quod Ruinus † fallitur in explicatione captatoriæ, quæ *decisio Seraphin.* habetur etiam *par. 1. diuers. decis. 643.*

Neque obstat, quod Domitius ad bonum, & hone-
16 stum finem fecerit dictam substitutionem pro † conseruatione agnationis, & ideò non videtur captatoria, vt in puncto consuluit *Ruin. in dict. cons. 20. num. 10. 11. & 12. lib. 2.* cui neminem contradixisse in hoc adhærendo, dicit *Menochius consilio 1233. num. 7.* quia pro responsione aduertendum est: quod licet verissimum, sit quan-
17 do duo † faciunt fideicommissum reciprocum, dispositionem tenere, vt est *text. in leg. captatorias, ff. de hæred. institut. Bartol. in leg. 1. circa fin. & ibi alij. Doctorum. Cod. de his, qui pro non scrip. habent. Bald. in l. licet. C. de pact. cum alijs per Fusar. d. quæst. 503. num. 25.*
18 Ista tamen conclusio cui *Ruin.* † innititur, procedit quando id fit inter agnatos per modum consilij, non autem per viam captatoriæ, prout fuit factum in casu isto, &
19 in his terminis, quando † scilicet fuit per modum consilij, non autem captatoriæ, potest saluari dictum *Ruin. in sæpius prealleg. cons. 20. num. 11. & Peregrin. in cons. 34. num 2. in fin. lib 5.* dum volunt, quod ex interuallo possit inter duos fieri fideicommissum reciprocum, prout eos allegat *Fusar. loco prealleg num. 26.* si enim quis dicat disposui ad fauorem agnationis, ità quoque disponere debes; nulla adest captio, & propterea ex prędictis dispositio sustinetur, vt benè declarat *Antonius August. emend. lib. 4. cap. 15.*

Denique non obstat, quod cum testamentum Domitij per 30. fere annos pręcedat testamentum Bernardi, clarè patet, quod Domitius noluit decipere Bernardum, prout verè non decipit, cum testamentum non reuocauerit, fueritque in arbitrio Bernardi acceptare, & non acceptare testamentum Domitij, prout illud acceptauit, licet con-
20 ditionaliter, quia in hac materia, † quæ respicit publicam vtilitatem, sufficit quod actus ab initio fuerit à iure reprobatus, quo caso contraueniens, licet ex aliqua causa possit
21 excusari à pœna, non tamen actus etiam partium † consensu approbatus valet, *Feder. de Sen. cons. 85. num. 4* cum tamquàm à iure reprobatus pro non facto habeatur, *d. l. non dubium, C. de leg.*

Et ita conclusum causa ter proposita, matureque discussa.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Iurisdictionis.

Die Mercurij 24. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Ius statuendi super anniuersarijs spectat ad Capitulum; Et quando illud ius pretendi possit à Beneficiatis. Ius se congregandi quare non habeant Beneficiati.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum habet intentionem fundatam statuendi super illis rebus, quæ propriæ Ecclesiæ statum respiciunt, & num. 5.*

2 *Beneficiati non repræsentant capitulum, sed sunt tamquam serui, & ministri Ecclesiæ.*

3 *Ius statuendi super anniuersarijs non spectat ad Beneficiatos, si non doceant ea constare, ex particularibus legatis sibi relictis.*

4 *Legans aliquid Ecclesiæ in genere, censetur potius spectasse fauorem, & cultum Ecclesiæ, quàm particulare interesse illorum de Ecclesia.*

5 *Anniuersariorum administratio communis Beneficiatis, & Capitulo, non infert ad proprietatem ipsorum anniuersariorum in personis Beneficiatorum.*

6 *Ius statuendi supponit liberam in statuente administrationem.*

7 *Obseruantia, aut consuetudo, quæ adducitur pro sola declaratione actus dubij non eget præscriptione.*

8 *Consuetudo interpretatiua cessat, quando ex ea recedi debet ab expressa Iuris dispositione.*

9 *Consuetudo in quo potissimum differat à præscriptione.*

10 *Ius publicum sicuti ex consuetudine constitui debet, ità etiam per eam omnibus acquiritur, sine detrimento certarum personarum.*

11 *Beneficiati, quia ex se vnum corpus non constituunt sed considerantur, vt singuli, habere non possunt ius se congregandi.*

12 *Ius se congregandi competit solum Vniuersitati, & Capitulo.*

13 *Beneficiati non possunt facere Congregationes, quia in hoc versatur interesse Capituli, cui ipsi Beneficiati subiacent.*

14 *Confirmationis gratia propter vitium subreptionis non prodest.*

¶ Supra ad Decisionem 309. coram eodem R. P. D. Verospio.

DECISIO CCCLI.

DVO erant capita sententiæ Rotalis, de cuius confirmatione actum fuit in dubio, quod hodie proposui, sicut duo erant iura, quæ Beneficiati Ecclesiæ Collegiatæ S. Fœlicis asserebant se habere in eadem Ecclesia: Continebatur in primo capite ius statuendi super anniuersarijs, quòd Ius dictum fuit in eadem sententia pertinere ad Abbatem, & Capitulum priuatiuè ad Protectores dicto anniuersariorum, qui nomine Beneficiatorum eadem anniuersaria administrabant: In altero, & secundo capite firmatum fuit aliud ius Abbatis super licentia conceden. Beneficiatis, vt se possent congregare, quàm licentiam ijdem habere asserebant ex duabus concessionibus sibi factis anno 1578. & anno 1581. à Benedicto, & Iacobo Episcopis Gerunden., & illarum cõfirmatione Apostolica sequuta anno 1604.

Et quantum ad primum caput, & ius, quòd Capitulum habere dicebat vnà cum Abbate super eo iure statuendi, non poterat negari, quòd super eodem Iure haberet Ca-
1 pitulum fundatam intentionem, cum in his, quæ † propriæ Ecclesiæ statum respiciunt (vt censeri debebant hæc anniuersaria) sicut iurisdictio erat solius Capituli iuxtà distinctionem *gloss. in cap. constitutionem, §. cęterum num. 3. Felin. in cap cum omnes. num. 10. vers. quartò est aduertendum, de constit.* ità non poterat idem ius pertinere ad
2 Beneficiatos, à quibus Capitulum non † repræsentatur, cum illi tamquam ministri, & serui Ecclesiæ non faciant partem, cum Capitulo, vt dicit *alia gloss. in cap. penult. in verbo assisios. de Cler. non residen.* & ex ea notant. *Abb. in cap. nouit. in princ. de his, quæ fiunt à Prælat. Andr. de Butr. in cap. penult. num. 8. de Cler. non resid. & cons. 51. num. 1. Verall. decis. 84. par. 1. Rot. decis. 16. & decis. 183. num. 1. par. 1. recent.* Et de Ecclesia Gerunden. dictum fuit apud *Cæsar. de Grass. decis. 4. de his, quæ fiunt à maior. par. capit.*

Neque ostendebant Beneficiati, quod ea anniuersaria constarent ex particularibus legatis, quæ fuissent relicta ipsis Beneficiatis, siuè Protectoribus itaut super eisdem anniuersarijs tamquam communibus etiam Beneficiatis
3 cessare † videretur ratio superius considerata, & omnis authoritas Canonicorum, & Abbatis *iuxt. decisionem Vitalin. in Clem. vt hi, qui nu. 14. de ætat. & qualit.* quam sequutus fuit in his terminis *Cæsar. de Grass. d. decis. 4. de his, quæ fiunt à maior. part. capit. Paris. cons. 90. num. 12. lib. 4.* & fuit dictum *in Vicen. legatorum 4. Decembris 1624. & 24 Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino.* Etenim legata, ex quibus eadem anniuersaria constituebantur, quorum aliqua data fuerunt in hac disputatione, non apparebat, quòd fuissent ipsis Beneficiatis ex-
4 presse relicta, sed solum Ecclesiæ in genere, quod † satis erat, vt ipsa Ecclesia dici deberet considerata potius, quàm personæ Beneficiatorum, quia quamuis ea legata fuissent illis nominatim relicta, adhuc censeri deberet spectatus cultus, & fauor ipsius Ecclesiæ, tamquam coniunctus, cum salute animæ eorum, qui eadem legata fecerunt potius quam particulare interesse eorumdem Beneficiatorum, ex rationibus consideratis *per Anchar. in cap. officij, num. 16. Imol. num. 27. Barbat. num. 35. de testam. & per Abbat. in cap. requisisti num. 27. post Gloss. ibi in verbo secus autem, eod. tit. de testam. Petr. de Vbald. in tract. de Canonic. Episc. cap. 7. num. 56. Lapus de portion. Canon. cap. 12. num. 1.* Ex administratione verò eorumdem anniuersariorum, quam Beneficiati habebant communem cum Capitulo, multò minus inferri poterat ad proprietatem dd. anniuersariorum, vt arguebant informantes pro Beneficiatis; Quia sicut consideratum fuit *in decisione facta in hac causa sub die 12. Decembris anni 1622.* * non competebat Capitulo hoc ius statuendi propter administrationem, quam idem haberet dictorum anniuer-
5 sariorum, † cùm ea administratio respiceret solum vsum, & exercitium dictorum legatorum, & potuisset Beneficiatis competere ex causa participationis, quam ipsi habebant super eisdem legatis, vt consideratum fuit *in dicta Vicen. legatorum 4. Decembris 1624. 4. Nouembris 1625. & 25. Februarij 1630. coram R. P. D. meo Merlino,* ip-
6 sum verò ius † statuendi supponeret liberam iurisdictionem apud statuentes, iuxtà notata *per Bart. in leg. omnes*

populi,

populi, in prima quæstione. ff. de iust. & iur. Ias. num. 6. & alios, & dixit in his terminis. *Felin. in cap. ex parte Decani. 33. numer. 1. de rescript. Put. decis. 353. lib. 1. & decis. 191. num. 1. lib. 2.*

Ex hac eadem ratione nihil facere poterat obseruantia, quæ à Beneficiatis adducebatur ad interpretationem dictorum legatorum, dùm ipsa administratio tamquam diuersa à Iure statuendi, nihil ad illius declaratiouem conferre poterat, & ex alio etiam capite videri poterat inutilis eadem obseruantia, quia scilicet illa non ostendebatur le-
7 gitimè præscripta, licet enim † vbicumque obseruantia, aut consuetudo pro sola declaratione adducitur, & ad interpretationem actus dubij, non sit opus præscriptione, & satis sit, quòd ità aliquo tempore obseruatum reperiatur, cùm eadem obseruantia tunc non deducatur, nisi vt ex ea probetur, ac declaretur, quid verè actum fuerit, vt notat *Decius post alios in cap. cùm M. Ferrarien. numer. 26. de constit. & in cap. at si Clerici. num. 75. de Iudic. Aret. cons. 11. num. 4. in fin. Corn cons. 188. num. 11. volum. 4.* Tamen aliud seruatur vbi in iure cautum reperitur contrarium eius, quòd dicitur inductum à consuetudine, quia
8 hoc casu cessat omnis interpretatio, dùm ex eadem † cōsuetudine debet recedi ab expressa iuris dispositione, vt voluit *idem Dec. cons. 11. num. 10. & cons. 14. num. 5. vol. 1. Curt. Sen. cons. 79. num. 3. in fin. Castrens. in leg. hæredes palam. §. si quid. num. 5. de testam. Rot. coram Greg. decis. 162. num. 4. & decis. 112. num. 2. par. 2. recent. ad notata per Gloss. & alios in cap. vltim. in verbo legitimè, de consuetud.* & propriè conueniebant hic, termini præscriptionis, cùm ageretur de auferendo iure statuendi à Capitulo, eoque dando Beneficiatis, quæ differentia considerari solet inter præscriptionem, & consuetudinem, cùm sicut ex
9 consuetudine † ius publicum constitui debet, ità etiam
10 per eam omnibus acquiratur † sine detrimento, aut præiudicio certarum personarum, *vt post Doctores communiter in d. cap. vltim. de consuetud. notat. Aymon. de antiq. temp. par. 4. sect. 1. num. 22. Card. Seraph. decis. 410. numer. 1.* & fuit decisum *in Cordubeñ. Redecimarum 14. Martij 1608. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Et hæ fuerunt rationes, & fundamenta primæ partis huius decisionis, sub qua tamen Domini noluerunt compræhendi ius Beneficiatorum super administratione dictorum anniuersariorum, & ne à statutis, quæ fierent a Capitulo huic Iuri præiudicari posset, In altero, & particulari dubio reseruarunt videre quomodo idem Capitulum de dictis anniuersarijs statuere, aut disponere deberet.

In altero capite super iure se congregandi, ipsius iuris communis dispositio visa fuit esse contraria, & resistebat Beneficiatis, dùm illi non constituebant vnum corpus in
11 Ecclesia, sed solùm poterant considerari tamquam † singuli in eadem Ecclesia, *vt post Gloss. Abb.* notauit *in cap. dilect. de excess. prælat. num. 5. & in cap. nobis num. 8. de iur. patron. Rot. decis. 455. part. 1. diuers.* & fuit decisum nouissimè *in Vicen. Collegij 7. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Motmanno*, neque poterat eis prodesse, quòd vellent ad solum honestum finem in vnum conuenire, & se congregare, quia hæc causa poterat illos excusare à pœna, non autem aliquod ius eis tribuere, ità vt censeantur habere hanc facultatem iure proprio, quæ solùm competit
12 Vniuersitati, & Collegio, vt his † terminis respondit *Aym. cons. 4. num. 14. & 20. Bald. cons. 320. num. 12. vol. 2.* & notatur *in l. 1. ff. de colleg. & corpor illicit. & in leg. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomin. Bald. in leg. nulli. num. 2. Bart. num. 7. ff. eod. tit.* Quæ eò magis procedunt, quando potest considerari alterius præiudicium, aut interesse, ne hæ congregationes fiant, sicut poterat id præiudicium
13 considerari hoc casu respectu Capituli, cui Beneficiati † subiacebant, vt fuit dictum *in Valentina iuris congregandi 23. Ianuarij 1595. coram Card. Pamphilio*, & in alijs relatis *in decisione facta coram Reuerendiss. D. meo Decano 22. Aprilis 1630*, quam sequuta fuit Rota *in d. Vicen. Collegij*. Et de Beneficiatis Ecclesiæ Gerundeñ. dixit *Cæsar de Grassis decis. 4. numer. 14. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit.* Neque pro hac licentia poterat eis deseruire facultas, quam illi ostendebant sibi fuisse datam à duobus Episcopus Gerundę, Benedicto de Toccho anno 1578. & 1581. & à Iacobo Cassadoro anno 1588. quia ius concedendi hanc facultatem spectabat ex sententia Arbitrali ad Abbatem, vt fuit dictum *in adducta decisione 22. Aprilis anno 1630.* In qua decisione præterea responsum fuit ad confirmationem Apostolicā,
14 quam ijdem Beneficiati ostendebant earum duarum cōcessionum, vt non potuerit ex ea præiudicium fieri iuribus Abbatis, & Capituli propter subreptionem gratiæ eiusdem confirmationis.

Et ita, &c.

Coram R. P. D. Coccino Decano, est decis. 321. suprà in hac eadem parte.

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Tridentina Decanatus, & Canonicatus.

Die Veneris 26. Nouembris 1632.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè, quibus concurrentibus danda est immissio, Capitulum fundans se in Statuto Ecclesiæ requirente certam qualitatem in Canonicis, est legitimus contradictor.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè debetur immissio probata reseruatione, possessione defuncti, & Clericatu ipsius subrogati.*
2 *Dignitates primæ in Cathedralibus post Pontificalem sunt reseruatæ.*
3 *Singula singulis referenda sunt.*
4 *Capitulum, quando se fundat in statuto Ecclesiæ requirente certam qualitatem in Canonicis est legitimus contradictor, & non aliàs, & num. 6.*
5 *Attamen onus probandi incapacitatem incumbit ipsi Capitulo.*
7 *Priuilegijs omnibus in contrarium facientibus censetur derogatum, stante clausula, non obstantibus priuilegijs.*

¶ Suprà ad Decisionem 183. coram eodem Reuerendiss. Coccino Decano.

DECISIO CCCLII.

CVM VACAVERIT de mense Septembris vnus ex Canonicatibus insimul cum Decanatu Ecclesiæ Tridentinæ, & Sanctissimus D. N. de illis prouiderit Ioannem Tudeschinum, qui expediuit literas subrogationis gratiosæ ad partes, quæsitum fuit, An ei deberetur immissio, & Domini affirmatiuè responderunt, cum sint iu-
1 stificata tria ad hunc effectum requisita, † reseruatio scilicet, possessio defuncti, & Clericatus impetrantis. *Seraph. decis. 1426. num. 1. Rota in recent. decis. 154. num. 1. par. 1. & 197. num. 1. par. 2.* De possessione defuncti, & Clericatu impetrantis satis constat ex deductis in alia decisione.*

Reseruatio etiam est clara, nam Canonicatus vacauit in mense Septembris, qui est reseruatus vigore concordato-

2 datorum, Decanatus verò est † prima dignitas post Pontificalem, & ideò est reseruata vigore *Extrauag. ad Regimen.* & concordatorum, quæ in hoc sunt conformia regulæ 4. Cancellariæ.

Non obstant latè deducta circa qualitatem nobilitatis requisitæ, quia quicquid sit, an Ioannes Tudeschinus probet istas qualitates, fuerunt datæ huic fundamento plures responsiones, Prima fuit quod respectu Canonicatus ex 18. Canonicis Tridentinis, duodecim debent esse ex Natione Germanica, & sex Itali, vt in Cōstitutione Pauli III. & quicquid dicendum esset de Germanis, de sex Italis in prædicta Constitutione disponitur, quod debeant esse subiecti iurisdictioni Ecclesiæ Tridentinæ, & tres ex istis, Magistri, seù Doctores, vel Licentiati, reliqui verò tres licet nobiles, seù graduati non fuerint, ex bonis tamen parentibus geniti, litterisque, & bonis moribus sint instructi.

Et ideò ex predictis inferebatur, quod cum non sit pro banda nobilitas, quando agitur de Canonicis Italis, ex deductis Ioannes probat, Canonicatum vacare per obitum Itali, seque ipsum Italum esse, & subditum Episcopo, ac Iuris vtriusque Doctorem, vt in priuilegio, quod modo datur in Summario, Quare siue Canonicatus sit ex primis tribus, qui debentur Italis cum qualitate Doctoratus, siue ex tribus secundis, qui non requirunt hanc qualitatem, Ioannes habet intentum, quia non repugnat, quando etiam Canonicatus esset vnus ex tribus secundo loco enumeratis, vt non posset illum obtinere si esset Doctor, imò magis ei debuisset conferri, & hoc etiam innuit Constitutio Pauli Tertij, ibi, *reliqui tres licet nobiles, seu graduati non fuerint.*

Quantùm verò attinet ad Decanatum, nec etiam respectu Italorum requiritur nobilitas, vt colligitur ex dicta Constitutione Pauli Tertij, ibi, *Ac Decanus eiusdem Ecclesiæ ex Germanicis, aut Italis, modo supradicto qua-*
3 *lificatis omninò esse debeat*, cum enim † singula singulis sint referenda. *Aym. consil. 80. num 11.* verba illa, *modo supradicto qualificatis* important quod Germani, qui volunt obtinere Decanatum habeant qualitates in Germanis requisitas, Itali vero habeant qualitates in Italis requisitas, quas habere Ioannem supra ostensum fuit.

Secundò fuit responsum, quod, & si verum sit, quod
4 quando Capitulum se fundat in Statuto † Ecclesiæ requirente certam qualitatem, sit legitimus Contradictor,
5 & non alias, attamen onus probandi † incapacitatem incumbit ipsi Capitulo, vt in causa *Ratisbonen. Canonicatus 23. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, Adden. ad dec. 221. num. 11. san. mem. Gregor. XV. & in causa Meleuitana Coadiutoriæ 27. Nouembris. 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & in causa Basilien. Canonicatus 17. Martij 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto*, in casu autem isto admisso, etiam sine veri præ-
6 iudicio, quod Capitulum possit se † opponere immissioni petitę vigore subrogationis gratiosæ, tantùm abest, quod Capitulum probet suas exceptiones prouenientes ex Indulto Apostolico, quod imò Ioannes ex prædictis plenè probat suam intentionem.

Tertiò fuit responsum, quod in gratia Ioannis adest clausula, *non obstantibus priuilegijs Apostolicis eidem Ecclesiæ, illiusque Superioribus, & personis sub quibusuis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque clausulis, & decretis*, quibus omnibus etiamsi de illis specialis mentio habenda foret Papa derogauit, & propterea per viam
7 derogationis censentur sublata omnia priuilegia, † quæ possent contra prouisionem Apostolicam facere. *Bartol. in Extrauag. ad reprimen. in verb. non obstantibus, num. 11. Ias. cons. 250. num. 9. lib. 3. Ruin. cons. 163. num. 17. & 18. lib. 5. Bero. cons. 147. num. 128. lib. 3. Rol. cons. 67. num. 62. lib. 3. & in puncto fuit resolutum in causa Ratisbonen. Canonicatus 13. Ianuar. 1617. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ità conclusum vtraque parte informante.

* Idest sub die 5. Iulij præteriti est decis. 153. supra in hac eadem parte.

Decisio CCCLII.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurij 15. Decembris 1632.

ARGVMENTVM.

Fideiussor, si soluat pro alio fideiussore, & negligat exigere hoc creditum per 16. annos, intrat Statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. tùm quia iste casus non excipitur in eo, tùm quia statutum precedens idest 157. non loquitur in fideiussore, sed in principali, qui non obstante quauis temporis longinquitate tenetur indemnem seruare fideiussorem pro eo soluemtem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, si per sexdecim annos negligat exigere creditum, attenta dispositione statut. Vrb. lib. 1. capit. 158. presumitur solutum.*

2 *In Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. non fuit præseruata confideiussorum obligatio, & num. 5.*

3 *Fideiussor, si soluerit pro principali non obstante temporis longinquitate, principales, & eorum hæredes cogere potest, ad eum seruandum indemnem, vt habetur in statut. Vrb. lib. 1. cap. 157. & num. 7.*

4 *Debitor principalis tenetur seruare indemnem fideiussorem, & num. 15.*

6 *De Fideiussoribus prouisio, similiter conuenit confideiussoribus cessionem iurium à principali debitore habentibus, cuius cessionis vigore fideiussor debet, & ipse indemnis conseruari, cum censeantur accessisse ratione mutui periculi, & contemplatione.*

8 *Indemnitatis conseruatio determinata à statut. Vrb. lib. 1. cap. 157. quid importet.*

9 *Fideiussor, si agat contra confideiussores tanquam tertius, vigore cessionis de credito sibi factæ, & hoc casu potest agere pro tota summa.*

10 *Et si agat tanquam fideiussor non nisi propria portione dempta potest experiri.*

11 *Fideiussor à confideiussore non debet seruari indemnis,*

12 *Cum teneatur solummodò dempta propria portione residuum soluere.*

13 *Indemnitas indulta à statuto lib. 1. cap. 157. fideiussori aduersus principalem non conuenit eidem fideiussori aduersus alterum fideiussorem non de lucro, sed de communi damno certantem.*

14 *Indemnitas fideiussori ab altero fideiussore pro parte deberi potest.*

16 *Hæreditas iacens tanquam persona ficta, & immaginaria non compræhenditur sub statuto inducente præscriptionem.*

17 *Statutum, quando loquitur de persona puta, quicumque,*

que, &c. tunc persona ficta non compræhenditur nec collegia, Vniuersitates &c. num. 18.

19 *Præscriptio contra hæreditatem iacentem currit, & ista est verior opinio, quando præscriptio est inchoata cum defuncto; aut datus est curator hæreditati, nam tunc hæreditas adita videtur. & num. 20.*

21 *In Statut. Vrb. lib. 1. cap. 158. comprehenditur etiam persona ficta, & quare num. 22.*

23 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 178. loquens de duabus sententijs conformibus executioni mandandis, comprehendit Vniuersitates, & collegia,*

24 *Quia non repugnat proprietati verborum, quin de Collegijs, & Vniuersitate dicantur, & ipsi Ciues.*

25 *Præsumptio solutionis negatiuæ, quando præualeat affirmatiuæ solutionis.*

26 *Probatio extraiudicialis facit semiplenam probationem.*

27 *Solutionis negatiua, ad effectum euitandi statutum Vrb. lib. 1. cap. 158. non sufficit, vt probetur per vnicum testem, sed plenè est probanda.*

28 *Probatio imperfecta non potest impleri, ex illis adminiculis, si illa, quæ in contrarium deducuntur ea conquassent, & in æquiuoca ponant.*

¶ Suprà ad Decisionem 262. coram eodem R.P.D. Pirouano, & infra ad Decisionem 360. coram eodem.

DECISIO CCCLIII.

VISVM fuit Dominis standum esse in decisis sub die 5. Maij 1631. *ex eisdem rationibus, & fundamentis, quia creditum D. Crescentij pro soluto habetur, attenta dispositione statuti Vrbis 158. lib. 1. solutione † præ-
1 sumente, si per sexdecim annos non fuerit, prout non fuit per creditorem petitam, & cum obligatio confideiusso-
2 rum non sit præseruata † in eodem statuto 158. nec excepta in statuto antecedenti 157. per illa verba, & si sol-
3 uerit fideiussor non obstante temporis † longinquitate, similiter principales, & eorum hæredes cogere teneantur; ideò statuti præsumptio semper intrat, cum non versemur
4 inter fideiussorem, & debitorem principalem, cui præstanda est indemnitas per eumdem principalem ex tenore
5 statuti 157. sed inter confideiussores, † pro quibus statuta nihil prouiderunt.

Non obstat, quod prouisio de fideiussoribus similiter conueniat confideiussoribus cessionem iurium à princi-
6 pali debitore habentibus, cuius † cessionis vigore fideiussor debet, & ipse indemnis conseruari, cum censeantur accessisse mutui periculi causa, & contemplatione, *Gabr. cons. 63. num. 14. lib. 2. Rot. in Romana societatis 24. Februarij 1612. coram bon. memor. Cardinali Sacrato, quæ est 17. apud Zacchiam de societat. offic. & dec. 502. num. 1. coram PP. Gregor. XV.*

Quia siue soluens reportet cessionē tanquam tertius, siue tanquam fideiussor, & vigore cessionis agat contra principalem debitorem, aut eius hæredes semper pro tota
7 summa agit non obstante quacumque temporis longitudine; quia debet indemnis à quocumque damno præser-
8 uari etiam à portione propria, cum hoc importet † conseruatio indemnitatis à statuto determinata, *Surd. cons. 150. num. 5. & 6. lib. 1. & Ofasc. decis. 48. num. 8.* si verò agit contra alium fideiussorem, tunc refert quidam an
9 experiatur tanquam tertius, † qui emit creditum, quo casu potest pro tota summa agere, vel tanquam fideius-
10 sor, † & non nisi propria portione dempta expediri potest, & hæc est quæstio, quam examinant supra allegatæ decisiones, & melius discutitur per *Add. in decis. 190. nu. 1. eiusdem PP. Greg. XV.* sed prędicta non pertinent ad casum controuersum, in quo non agitur de fideiussore soluente, & præseruato aduersus principalem, & agente contra eumdem, sed de fideiussore facto creditore propter cessionem reportatam, & vrgente contra confideiusso-
11 rem, à quo non debet conseruari † indemnis, neque ex statuentium intentione, neque ex iuris dispositione, quan-
12 do quidem teneatur † solummodo dempta propria portione residuum soluere, *l. vt fideiussor, ff. de fideiussor, leg. cum alter, C. eodem titulo, Ronchegall. in l. Reos in principio, num. 54. ff. de duobus reis*, & hæc est ratio distinctionis posita in decisione causæ, quæ euitari non potest, ex
13 quo indemnitas à statuto † indulta fideiussori aduersus principalem non conuenit eidem fideiussori aduersus alterum fideiussorem non de lucro; sed de communi dam-
14 no certantem, non dicatur, quod indemnitas etiam † pro parte deberi possit, *Surd. cons. 150. num. 74.* & in ea conueniat altero fideiussori partem suam soluenti, quia vera est conclusio, sed consequentia non tenet inter confide-
15 iussores; sed quidem bene † respectiue contra principalem pro vniuscuiusque indemnitate.

Non obstat, quod si euitari non possit compræhensio ad præsumendam solutionem; adhuc deficiat qualitas à statuto requisita, nempè tempus sexdecim annorū, quod
16 lapsum non est pro tempore iacentis hæreditatis, quæ † hæreditas, tanquam persona ficta, & immaginaria non compræhenditur sub statuto inducente præscriptionem, *Bald. in l. omnes populi, num. 91. ff. de iust. & iur. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 112. num. 47. par. 1.* aduertentes,
17 quando statuta loquuntur de persona, putà † quicumque, & in nostro statuto de verbo, si creditor *Barbat. in addit. ad Bald. in rubr. de success. edict. in litera B. in ver-*
18 *bo secundum decretum*, vt tunc ficta † persona non comprehendatur, prout nec Collegia, & Vniuersitates connumerantur, *Roman. cons. 436. num. 3. Gonzal. ad regul. 8. glos. 37. num. 2. & seq.*

Quia quod contra hæreditatem iacentem currat præ-
19 scriptio, & si aliqui † dubitauerint; verior tamen est opinio illorum, qui tenuerunt præscriptionem currere, *Specul. de præscript. in princip. num. 8. vers. quid si possedi, Bal. & Castr. in l. licet, C. de iure delib. Corn. cons. 97. num. 9. volum. 2. & cons. 60. num. 3. vol. 3. Bouius de præscript. glos. 19. num. 85. Felin. in cap. de quarta, in secunda fallentia, num. 21. eod. tit. de præscrip.* nempè quando præscriptio est
20 inchoata † cum defuncto, aut datus est curator hæreditati, vt hic; nam tunc hæreditas adita videtur, vt expresè dicit *Bald. in cons. 48. in fin. lib. 1.* Secundo, quod hæc hæ-
21 reditas tanquam persona ficta † in statuto 158. sit compræhensa verius etiam Domini existimarunt: quia verba statuti prædicti, quæ dicunt si creditor, non sunt adeò
22 abstracta † à titulo hæreditatis, quin possint illi conuenire; dum non refert, quod plures sint creditores ex persona repræsentata, vel vnus ex persona propria sit creditor, & per hanc rationem statutum 178. lib. 1. loquens de
23 duabus † sententijs conformibus executioni mittendis, compræhendit Vniuersitates, & Collegia: quia non repu-
24 gnat proprietati verborum, quin † de Collegijs, & Vniuersitate dicantur, & ipsi Ciues, *Bartol. in leg. 1. num. 12. ff. de municip. & incol. Gonzal. eadem gloss. 37. num. 41. & idem fuit firmatum in decis. 380. num. 2. par. 1. recent.* in qua decisione aliæ referuntur.

Demum nec impeditur cursus præscriptionis ex mente eiusdem statuti per contrarium præsumptionem præponderantem, ac præualentem desumptam ex depositione vnius testis asserentis Romulum administratorem hæreditatis Salustiæ Cerrinæ cessionariæ, & D. Crescentium sollicitasse Gasparem Garzonium ad soluendam portionem suam vti confideiussorem, qui iunctis alijs admini-
25 culis dicebatur constituere † præsumptionem præualentem negatiuæ solutionis etiam quod interpellatio esset extraiudicalis, *Azeued. ad leg. Hispan. lib. 4. tit. 15. num. 43. lib. 9.*

Quia si de fundamento negatiuæ solutionis ex responsione agendum est, ex quo desumenda sit probatio semiplena

26 plena † extraiudicialis confessionis Gasparis confide-
27 iussoris vnicus testis non sufficit; sed † est plenè proban-
da, *Ant. Gabr. de testibus conclus. 1. in princip. Hieron. Gabr. cons. 40. num. 57. lib. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. nu. 4. de sent. & re iudicat.* & hoc ipsum fuit firmatum etiam in *Rauennaten. Cambij 21. Aprilis 1625. coram D. meo Merlino*; si verò probatio est implenda ex adminiculis ponderatis, & illa non releuant propter concursum alio-
28 rum, quæ in contrarium deducta fuere, ex quibus † priora conquassantur, & in æquiuoco ponuntur, *l. pacta nouissima, Cod. de pactis, Surd. cons. 145. num. 24 cons. 202. num. 1. & cons 230. num. 8.*

Cætera autem, quæ pro restitutione in integrum fuerunt replicata, cum sint eadem priùs deducta, Domini transierunt, cum responsionibus in prima decisione datis. Quare &c.

* Est decisio 346. supra in hac parte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Nullitatis Contractus.

Die Lunæ 10. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Decretum Iudicis ex falsa causa interpositum, corruit. Mater si transeat ad secundas nuptias non potest prętendere legitimam in bonis mortuorum, & quando, & qualiter.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decretum interpositum ex falsa causa est inualidum, & nullum.*

2 *Mater, si de tempore obitus filiorum conuolauerit ad secundas nuptias, ei non debetur legitima,*

3 *Et hoc intellige existentibus alijs filijs de primo matrimonio,*

4 *Et hoc casu mater habebit solum vsufructum in ea, qui vsufructus per eius obitum expirat.*

¶ Supra ad Decisionem 197. coram eodem R.P.D. Dunozetto, & ad Decisionem 242. coram R.P.D. Merlino.

DECISIO CCCLIIII.

CVM decessisset Franciscus Sangallus relictis tribus filijs masculis, & Aurelia fęmina, Plautilla eius Vxor secundò nupsit Thomæ Iusto, qui dictorum filiorum curam suscepit, ac bona administrauit, ex quibus masculis duobus posteà vita functis, & altero in religionem Capucinorum ingresso, sola Aurelia hæres remansit.

Decessit quoque Plautilla, relictis dicta Aurelia ex primo, & alijs filijs ex secundò matrimonio, quos omnes in sola legitima instituit, instituto hærede dicto Thoma Iusto eius secundo viro, qui à dicta Aurelia quietantiam per Instrumentum publicum de administratis extorsit, nec non sibi consignari fecit scuta 60. ex annua responsione scuta 150. dicto Francisco Sangallo eius Patri debita.

Cùm autem Aurelia pro nullitate dicti Instrumenti ab A. C. sententiam reportasset, fuit ab ea appellatum, & causa mihi commissa dubitaui, an dicta sententia sit confirmanda, vel infirmanda; & DD. pro confirmatione responderunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia decretum Iudi-
1 cis, quòd in dicto instrumento interuenit, † fuit interpositum ex falsa causa, & sic illud remansit inualidum, & nullius roboris *l. sed, & si Præses. C. de præd. min. l. 1. §. hac verba, ff. ne fiat ei Bart. in l. iustè. ff. de acquir. posses. Alex. cons. 69. num. 3. lib. 3. Greg. decis. 496. num. 11.*

Falsitas verò causæ satis elucescit, quia fuit suppositum, quòd legitima fratrum Aureliæ vtrinque coniunctorum iam prædefunctorum ab intestato deuenerat ad Plautil-
2 lam Matrem, quòd tamen non subsistit, quia cum † iam ipsa de tempore eorum obitus ad secundas nuptias conuolasset, dicta legitima ipsi non erat amplius debita, exi-
3 stente † dicta Aurelia filia ex primo Viro, vt disponit *text. in leg. fœminæ, §. illud. C. de secundis nupt. §. hinc nos vers. quod si intestatus. Auth. de nupt. Aret. cons. 40. Alex. cons. 6. num. 2. lib. 5. latè Menoch. cons. 237. num. 7. & se-*
4 *quent.* solum enim in hoc casu † habere debebat vsumfructum, qui per illius obitum expirauit *d. leg. fœminæ. C. de secundis nupt. leg. Mater C. ad Tertull. Bald. cons. 340. lib. 4. Crau. cons. 513. & 523.*

Et ita vnà tantum &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Dotis de Paluzzis.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1633.

ARGVMENTVM.

Filij viuentibus parentibus, nullam spem probabilem habent in legitima eis debita post illorum mortem, & quare. Legitimè, & lege approbante ea, quæ iam facta sunt, non sunt amplius retractanda.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri petenti dotem ex bonis fideicommisso subiectis iuxtà dispositionem authent. res quæ Cod. comm. de leg. obstat, quod ipsa habeat aliunde vnde possit dotari.*

2 *Nepti debetur legitima in bonis Auiæ, in locum demortui patris ingressæ.*

3 *Filijs nullum ius competit in bonis parentum viuentium.*

4 *Et hoc propter possibilitatem, quòd filij parentibus præmoriantur.*

5 *Filius viuente parte non potest habere probabilem spem, in eo, quòd sibi debetur pro legitima.*

6 *Legitima, si viuis parentibus filijs deberetur, tale ius qualiter tantùm posset considerari.*

7 *Sub conditione ea, quæ debentur, propter spem illa ad hæredes suos transmitti possunt.*

8 *Filius, si viuente patre decedat, non transmittit legitimam ad suos hæredes.*

9 *Filius, viuis parentibus, si decedat nullum ius etiam conditionaliter ratione legitimæ in illorum ei bonis competit.*

10 *Parentes possibile est, quod ante obitum bona consument, & de illis ad libitum disponant, & sic spes quæ habet filius in legitima post eorum mortem, nullomodo est certa, & quia etiam ipse potest ei præcedere.*

11 *Bonis liberis super venientibus post dotationem effectuatam in bonis fideicommissi, debet fieri reintegratio, contrarium vide num. 15.*

12 *Legitimæ imputatio an admittenda sit, quando mulier consecuta est dotem, post contractum matrimonium, & num. 14.*

13 *Actus constituti ex iusta causa, & lege approbante, non sunt amplius retractandi.*

15 *Effectus statim cessare debet, cessante causa.*

Sed ista regula non procedit in iure iam quæsito, quod etiam cessante existentia causæ, retinetur. num. 16.

¶ Suprà ad Decisionem 240. coram eodem bon. mem. Motmanno.

DECISIO CCCLV.

IN præcedentibus huius causæ disputationibus * fuit resolutum Hieronymæ petenti dotem ex bonis subie-
1 ctis fideicommisso Angeli Senioris Proaui † iuxtà dispositionem *auth. res quæ. Cod. Commu. delegat.* obstare quòd ipsa haberet vnde possit dotari, nempè legitimam ei debitam in bonis matris defunctæ, cum fructibus eiusdem legitimæ, ac censum scutorum duorum millium, & centum. Hodiè prosequendo disputationem super alijs partitis in decisione reseruatis videlicet legitima Victoriæ Auiæ paternæ, quarto dotali, eiusdem Victoriæ per mortem q. Iacobi coniugis ipsi super lucrato, ac censu scutorum 300. ad fauorem hæredum eiusdem Iacobi cõstituto, nec non totæ hæreditate Siluiæ matris, Domini responderunt in huiusmodi dotem imputandum esse censum prædictum scutorum 300. non autem legitimam Victoriæ Auiæ reseruato, vt de quarto dotali, & hæreditate Siluiæ particulariter videretur.

Nam de dicto censu imposito ad fauorem hæredum q. Iacobi prædicti, & sic Angeli eius filij, cui Hieronyma filia, & hæres successit, manifestè constat ex Instrumento publico, de quo apud partes nulla est controuersia.

Quò verò ad legitimam in bonis prædictæ auiæ pater-
2 næ debitam eidem † Hieronymæ in locum demortui patris ingressæ, ideò visum fuit illius rationem non esse habendam in consideratione dotis, de qua agitur, quoniam aui a adhuc viuente nupsit Hieronyma, quo tempo-
3 re nullum † ius ei competebat ad bona parentum viuentium, *l. 1. §. si impubere. ff. de collat. bonor. l. 2. §. interdum ff. de vulgar. l. Papinianus. § quarta autem. ff. de inoff. testam. l. cum quæritur. Cod. eod. tit. Auth. si qua mulier, vbi gloss. & Doct. Codic. de sacrosanct. Eccles.* propter possi-
4 bilitatem, quod filius parenti † præmoriatur, vt ibidem considerat *Bartol. num. 2. sequitur Abb. in cap. in præsentia. num. 58. de probat. Felyn. in capit. Iudæi, il 2. num. 2. de iudæis. Salicet. in l. 2. in fin. num. 286. C. de pact.* vbi
5 sub num. sequenti addit filium † viuente patre non posse habere spem probabilem in eo, quod sibi debetur pro legitima, & allegat dictum *Paul. de Castr. in cons. 32. in*
6 *antiqu. alias 212. lib. 2.* quod † si viuentibus parentibus legitima filijs deberetur, tale ius aliter considerari non
7 posset, nisi tanquam debitum sub conditione † nimirum si parentes ipsis filijs præmorerentur, quodque ea, quæ conditionaliter debentur propter spem ad hæredes suos transmittantur, *§. ex conditionali, inst. de verbor. obligat. & l. conditionales. ff. de verb. significat.* Verùm dum pa-
8 ter viuit, mortuo, † aut de medio sublato filio, legitima ad suos hæredes ab eo non transmittitur, sed locus fit sequenti gradui, vel alijs venientibus ab intestato per *text. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. vir.* eaq; ratione *Castr.* vbi supra concludit verius, & magis pro-
9 priè dici, quod viuis † parentibus nullum ius etiam conditionaliter ratione legitimæ in illorum bonis competat filijs, & auctoritatem Doctorum aliter sententium non posse præualere asserit *Pinell. in l. 1. num. 75. vers. ex numero autem scribentium, Cod. de bon. mat.* ac per aliam
10 rationem dicti iuris exclusiuam quod scilicet † possibile sit parentes ante obitum bona consumere, & de illis pro libitu disponere idem sentit *Aym. in cons. 114. num. 13. & apud Doct.* communem esse sententiam testantur *Vasq. de success. part. 3. lib. 2. §. 20. num. 283. Marant. disput. 10. num. 22. Sual. in thesaur. recept. sent. in verbo, legitima, num. 67. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 1. in princip. & apud eundem Rota decis. 55. num. 22.*

Non obstat, quia sicuti superuenientibus bonis liberis
11 post dotationem † effectuatam in bonis fideicommissi debet fieri reintegratio eiusdem fideicommissi ex bonis, quæ grauato aliunde superuenerunt *Ruin. cons. 137. num. 19. volum. 2. Petr. de fideicom. quæst. 8. num. 461. Peregrin. eod. tit. art. 42. num. 70. & alij Doctores allegati per Fusar. de substit. quæst. 531. num. 53.* ità in præsenti casu admit-
12 tenda sit imputatio legitimæ, † quam mulier consecuta est post contractum matrimonium in dotem. Quia motiuum quoad coniuges non procedit attenta iuris re-
13 gula, quod semel constituta ex iusta causa, & † lege approbante, non sunt retractanda, *cap factum legitimè, de reg. iur.* sed tantummodò locum habet respectu Patris do-
14 tantis † aut filiæ, quæ se ipsam dotauit, vt distinguit *Peregrin. dict. art. 42. num. 70.* Neque ex eo, quod mulieri iam nuptæ bona superuenerunt statim debuit cessare ef-
15 fectus dotis sibi † quæsitæ sub prætextu, quod cessante causa subsidij cesset quoque illius effectus, hæc enim re-
16 gula non procedit in iure iam † quæsito, quod etiam cessante existentia causæ retinetur, *l. cum vxori, Codic. quando dies legat. l. fin. ff. vnde lib. Bald. in leg. filia, ff. de Senator. Tiraq. in tract. cessante causa limit. 11. num. 1.* & in istis terminis *Menoch. lib. 4. præsumpt. 289. num. 198.*

Et ità vtraque, &c.

* Idest sub diebus 14. Ianuarij 1628. & 7. Iunij 1630. coram bon. mem. Card. Virili, & sub die 13. Iunij coram eod. bon. mem. Motmanno. Primæ duæ sunt suprà decisiones 128. & 239. par. 5. recent. altera est decisio 49. in hac eadem parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Prateñ, seù Nullius Parochialis.

Die Veneris 11. Martij 1633.

ARGVMENTVM.

Testamentum carens numero septem testium est inualidum, cum dictus numerus non tantùm pro solemnitate, & probatione requiratur, sed pro forma. Testamenti solemnitas, vt remittatur tempore pestis quid sit necesse. In testamento, vel codicillis nemo potest sibi ipsi adscribere legatum sub pœna, leg. Corneliæ de fals.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ conditionem inferentes pleniorem probationem requirunt.*

2 *Testamentum, quod caret legitimo numero testium, ostendere non potest, quæ fuerit Testatoris voluntas.*

3 Te-

3 *Testium legitimus numerus in testamento non ad solam solemnitatem, aut probationem, sed pro forma requiritur.*

4 *Testamenti solemnitas, & numerus testium in eo requisitus, propter instantem necessitatem calamitosi temporis pestis, censetur remissus.*

5 *Testamenti solemnitas, vt dicatur remissa propter pestem, quid requiratur.*

6 *In Testamentis factis tempore pestis, vt remittatur legitimus numerus testium, quid sit necesse.*

7 *Testamentum tempore pestis factum vt valeat, numerus testium non debet esse minor quinque, secundum veriorem, & magis æquam sententiam, numero 8.*

9 *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus valet, secundum text. in cap. cum esset. de testam.*

10 *Textus in cap. cum esses. de testam. vt locum habeat plura requiruntur, remissiuè.*

11 *In Testamento, vel codicillis nemo potest sibi ipsi legatum adscribere prohibente hoc Senatus Consult. Libonian.*

12 *Legatum sibi adscribens in Testamento, vel Codicillis tenetur pœna l. Corneliæ de Falsis, tamen effugiet eam; si patiatur reijci dictum legatum.*

13 *Legatum potest quis sibi adscribere in Testamento nuncupatiuo. Et quare num. 14. & 15.*

16 *Iuspatronatus non potest alicui relinqui titulo particulari sine confirmatione Ordinarij.*

17 *Iurispatranatus alienationi, vt Episcopus per Vicarium consensisse dicatur constare in primis debet de speciali mandato.*

18 *Clausulæ, si & in quantum, quæ sit virtus.*

19 *Confirmationis natura est, vt semper illa intelligatur facta sine alterius præiudicio.*

20 *Rot. decis. 17. de Iurepatr. in antiq. declaratur, & de veritate conclusionis in ea firmatæ dubitatur, num. 21.*

22 *Heres impugnare non potest factum defuncti.*

DECISIO CCCLVI.

DVBITAVI in hac causa, an esset iustificata gratia Collationis Apostolicæ, quam obtinuerat Paulus Cyprianus, vna cum derogatione medietatis vocum de hoc Beneficio, quod dicitur esse de Iurepatronatus Laycorum, postquàm ad idem Beneficium præsentatus fuerat à Ioāne Cypriano, & Thoma de Medices, & cum in dubio, quod proposui 19. Ianuarij præteriti, Domini restringendo difficultatem mandassent, vt strictè informaretur super pertinentia vocum, quas dicebantur habere Ioannes, & Thomas; Proposito hodie iterùm dubio, contra Paulum responderunt, quod scilicet illius gratia non esset iustificata. Nam quantùm ad vocem, & ius Ioannis super hoc patronatu illam deducebat Paulus ab eo præsentatus ex legato eiusdem vocis facto ipsi Ioanni à q. Bertino de Guardianis, qui in eodem Patronatu dicebatur successisse ex quarta parte, quæ olim probabatur fuisse apud Petrum de Quartuccijs, cum ille eam reliquisset in casu, quo sua descendentia ex linea masculina deficeret, Petro q. Thomæ Lazzari fratri suo Vterino, & illius descendentibus, & ab hoc Petro causam habere diceretur alter Bertinus senior de Guardianis, qui fuit Auus Bertini authoris Cypriani; Quicquid enim dici potest super probatione, siuè pertinentia huius Iurispatronatus, siue etiam quasi possessione aliorum, qui fuerunt antè Bertinum propter clausulam illam, quæ posita legebatur in litteris, & gratia Pauli, vt verificato priùs Iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, posset Ordinarius, cui directæ fuerunt eædem litteræ hanc Ecclesiam Paulo conferre, † cum eadem clausula videretur inferre conditionem, & propterea pleniorem probationem requireret, ex notatis *in l. Lucius, ff. de condition. & demonst. & per Felin. in cap. si constiterit, num. 5. de accusat. & in cap. vltim. num. 33. de presumpt. Decius in rubr. de probation. num.* 154. Visum fuit ex eodem testamento Bertini, in quo legata fuit Ioanni hæc vox, deduci non ius Ioannis, & excludi iustificatio gratiæ Pauli, cum idem Testamentum, tamquam carens legitimo † numero testium, non solum ostendere non posset, quod ea fuerit voluntas Bertini, vt *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* Verùm ex eodem Testamēto numquàm potuerit ea vox transferri in Ioannem de Cyprianis, dùm hic numerus Testium non ad solam solemnitatem, † aut probationem, sed pro forma ipsius Testamenti requirebatur, vt post *Bart. in leg. nemo potest, ff. de legat. 1. & Bald. in leg. cum quis, Cod. de iur. & facti ignor. tenet Couar. in expositione, cap. cum esses, num. 8. de testam. Clar. in §. testamentum, quæst. 56. num.* 2. & fuit dictum, *in decis. 734. num. 8. part. 1. diuers.* quæ decisio attestatur de communi, & veriori opinione.

Neque visum fuit suffragari posse Ioanni de Cyprianis, siuè Paulo ab eo præsentato, vt testamentum Bertini conditum fuerit tempore, quo pestilentia grassabatur in terra Prati, & ab ipso Bertino eadem peste laborante, quę colligi dicebantur ex testibus, qui fuerant examinati in alia causa inter Ioannem de Cyprianis legatarium Bertini, & Mariam illius hæredem; Vt enim ea solemnitas, † & numerus Testium, quæ requiruntur ex dispositione Iuris Ciuilis in testamentis *vt in l. hac consultissima, Cod. de testamen. & in §. sed cum paulatim instit. eod. tit.* remissa censeatur propter necessitatem temporis tam calamitosi, plura requirunt Doctores, vt apparet ex notatis per *Clar. in §. testamentum, quæst. 56 num. 3. Rip. in tracta. de pest. in tit. de priuileg. vltim. volunt.* Primò vt ea lues magna sit, ità † vt non censeatur satis esse sola suspicio contagij, vt inter cęteros aduertit idem *Ripa sub dict. tit. de priuil. vltim. volunt. num.* 10. *in fin. Boer. decis.* 228. *num.* 11. Ad quem effectum Domini considerabant tam ea, quæ colligebantur ex testamento eiusdem Bertini, in quo non solum narrata fuit hæc sola suspicio, verùm etiam quod idem Bertinns in lecto decumberet ex febre, quæ poterant confirmari ex depositione eorumdem Testium, cum ex Summario dato constaret, quod duo ex ijs, qui se dicto testamento subscripserunt, accessissent ad Testatorem tamquàm ad amicum occasione illum visitandi, & quod ibi reperirentur, cum alij duo testes accersiti fuerūt, vt eidem testamento interessent. Secundò requirunt Doctores, † vt maior Testium numerus haberi non possit, vt tenuerunt *Iason. in l. vltim. num. 3. Co. de testam. Alex. consi. 177. num 8. lib. 2. Clar. ead. quæst. 56. num.* 3. Et in hoc poterat etiam considerari tam qualitas terræ Prati, quod inter quatuor pręcipua Italię oppida numerat *Lander Albertus in sua descriptione Italiæ*, & non amplius quàm decem milliaribus distabat à Ciuitate Florentiæ, quàm quod in omnibus testamentis, quæ facta fuerunt eodem Anno 1631. quo decessit Bertinus, semper adhibiti fuerint septem testes, vt constabat ex attestatione data plurium Notariorum eiusdem Oppidi, Tertiò demùm requiritur, quod hic numerus non sit minor quinque testibus, † vt apparet ex notatis per eumdem *Clarum*, qui licet dicat contrariam opinionem esse in iure veriorem, vt Testium numerus neque in tempore pestilentię minui possit, † hanc tamen opinionem, quod quinque requirantur testatur magis æquam, & fuit originalis *Baldus*, vt ipse *Clarus* testatur *in leg. vltim. Cod. de testam.* eamque sequuti fuerunt *Io. Annibal in repetit. leg. nemo potest, num.* 61. *in fine cum alijs sequentibus. ff. de leg. 1. Angel. in §. vlt. Instit. de testam. Dec. consi.* 284. *num. 3. in fin. Rip. sub eod. tit. de priuil. vlt. volunt. num.* 12. *Betran. consil.* 170. *lib.* 1. *part.*

par. 2. num. 1. & 2. Afflict. decis. 25. num. 2. & plures quos refert *Boer. in d. decis. 228. num. 9. & 10. Mascar. de probation. conclus. 1352. num. 23. & Rota apud Put. decis. 382. num. 1.*

Neque potuisset idem testamentum sustineri ex authoritate, *capit. cum esses, de testam.* cum ex forma data
9 in ea Decretali, legitimum † sit testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus, etiam quod nulla pestis in loco deseuiat, vt notarunt, *Beor. in adducta decis. 224. Mascard. eodem conclusione 1352. numer. 27.* Etenim plura requirebantur, vt posset esse locus dispositioni
10 † eius Decretalis, vt apparet ex deductis per eumdem *Boer. in dicta decis. 228. num. 11. & Clar. in §. testamentum quæst. 57.* Et quando idem testamentum sustineretur illius authoritate adhuc dubitari poterat, an valeret legatum huius patronatus, quod in eodem Testamento Bertini relictum fuerat Ioanni Cyptiano; Quia cum manu ipsius Cypriani fuisset con scriptum Testamentum, requirebat particularem subscriptionem Testatoris, qui legatum à se factum in specie confirmaret propter prohibitionem Senatus consultum Liboniani, nè
11 quis possit sibi ipsi adscribere † legatum in Codicillis, vel Testamento, quæ dictante Testatore propria manu conscripserit, *vt in leg. si testator, & ibi Salycet. in princ. Cod. de his qui sibi ascrib. in testam. leg. prima, §. ad testamenta, & ibi glos. in verbo, inter filium, & in leg. diuus §. planè, in verbo, specialiter, ff. ad leg. Corn. de fals. Duran. de art. testand. tit. 6. caut. 1. num. 2.* Adeò vt non aliter possit ignorans effugere pœnam, *leg. Corneliæ*, quæ ab eodem Senatus Consulto, & Diui Claudij edicto ir-
12 rogatur, † quàm si patiatur reijci huiusmodi legatum, vt *in leg. Senatus Consulto, Codic. de his qui sibi adscrib. testam.* notat *glosa in verbo, dederunt, & in dict. leg. si testator in verbo adscripsit, & in leg. Diuus, §. Titius, ff.*
13 *ad leg. Cornel. de fals.* Et licet hanc † dispositionem non habere locum in testamento nuncupatiuo voluerint *Odofred. & Cyn. in dict. leg. 1. §. inter filium, ff. ad leg. Cornel. Specul in tit. de instrum. edition. §. instrumentum, num. 28. versic. quid ergo*, quos refert *Salycetus in d. leg. si testator, num. 4. Alexand. cons. 50. num. 3. lib. 3.* ea scilicet ratione, quia posset, qui sibi in dicto testamento legatum scripsit suam innocentiam probare per Testes,
14 † qui audiuerunt Testatoris voluntatem, quam rationem etiam considerauit *Bald. in d. leg. si testator in fine. Cuman. cons. 79. num. 2. Duran. de art. testam. caut. 1.*
15 *tit. 6. num. 3.* Tamen ea voluntas Testatoris, † & veritas eiusdem legati non aliter probaretur hoc casu, quàm ex scriptura ipsius testamenti, vnde idem omninò dicendum de eo erat, quod de testamento in scriptis, vt post *Cyn. in d. leg. 1. Cod. de his qui sibi adscrib. in testament.* notauit *Bartol. in leg. 1. §. ex illa num. 1. ff. ad leg. Corn. de fals. Salyc. in d. leg. si testator, num. 5. Bald. in d. leg. dictantibus, num. 5. Cod. de testam. Roman. consil. 185. num. 12. & 13. vbi de commun. Duran. dict. cautel. 1. numero 3.*

Præter hanc nullitatem, quæ ex testamento Bertini proueniebat, considerarunt prætereà Domini aliam rationem, vt Cyprianus succedere non potuerit in ea portione, & voce, quam dicebatur habuisse Bertinus super hoc patronatu, cum illa non fuerit relicta Cypriano ex ti-
16 tulo vniuersali institutionis, † sed ex iure particularis legati, quod sine confirmatione Ordinarij fieri non potuit *cap. quod autem, §. cætero, cap. illud, cap nullus Laycus, de Iurepatron.* & notant communiter *Doctores in cap. cum sæculum, & in cap. illud, eodem tit.*

Neque visa fuit remoueri hæc obiectio ex duabus confirmationibus quas Paulus ostendebat huius legati, & vocis relictæ Ioanni de Cyprianis; deducebat enim primò hanc confirmationem ex admissione facta à Vicario suæ præsentationis, cuius nullus poterat esse effectus ex
17 duplici capite, † & quia deficiebat in eodem Vicario mandatum speciale, quod ante omnia necessarium erat, vt per eam admissionem dici posset consensisse alienationi, vt hæc erat iurispatronatus iuxta notata, *in cap. 1. de off. Vicar. lib. 6. & per Calder. cons. 1. eod. tit. Ferrett. cons. 377. numer. 7.* & fuit dictum *in Pistorien. Patronatus 31. Martij 1628. coram R.P.D. meo Merlino*, & quia præter defectum potestatis, neque etiam apparebat de voluntate eiusdem Vicarij recipiendi eam præsentationem, cum non admiserit illum simpliciter, sed cum clausula,
18 si, & in quantum, cuius effectus erat, vt † ea præsentatio censeretur eatenùs admissa, quatenus esset admittenda, vt super eadem clausula notat *Bartol. in leg. si quando, num. 4. Angel. num. 2. Imol. num. 1. ff. de leg. 1. Roland. in leg. 1. num. 17. C. quomodo, & quando Iud.* Et in proprijs terminis præsentationis admissæ cum hac clausula, voluit *Rota apud Cardin. Seraphin. decis. 499. num. 2. & coram Greg. decis. 417. num. 2.*

Altera etiam confirmatio ostendebatur eiusdem Vicarij in exequutionem approbationis factæ, ab Ordinario huius legati, in quo hoc Iuspatronatus relictum fuit Ioanni, sed neque poterat eadem confirmatio valere, quia tempore, quo illa superuenit, aderat præsentatio aliorum patronorum, quæ operabatur, vt confirmatio trahi retrò non posset in præiudicium Tertij, cuius fauore facta fuit præsentatio, cum hæc sit natura confirmationis, vt
19 semper facta intelligatur, † sine alterius præiudicio, *cap. quamuis, capit. si pro te, de rescript.* & notat post alios *Bald. in cap. 1. num. 10. de confirm. vtil. vel inutil. Io. Andr. in cap. sine culpa, num. 2. in 2. princip. quæstion. in solutione ad contraria de regul. Iur. lib. 6. Dec. in cap. vltimo, num. 57. de constitut.* Imò obtinuerat Paulus hanc suam gratiam, in qua derogabatur medietati vocum, quod etiã satis erat, ne posset dici iustificata eadem gratia, cum tempore, quo illa obtenta fuit, non adesset hæc confirmatio, & quod huic consequens erat, non verificaretur, quod Paulus fuisset præsentatus à medietate Patronorum, dum Ioanni, qui eum præsentauerat, adhuc quæsitum non fuerat Iuspatronatus.

20 Neque in contrarium † facere visa fuit authoritas *Rotæ in decis. 17. de Iurepatronatus, in antiqu.* in qua decisum fuit, quod ex consensu Episcopi sequuto confirmari potuit donatio, quam etiam in præiudicium filij hæredis donatoris in casu illius decisionis quidam fecerat patronatus à se possessi, Vnde ex ea inferebatur ad euersionem vtriusque huius fundamenti, quod consideratum fuit pro nullitate huius secundæ confirmationis, & approbationis factæ ab Ordinario; Quia præterquàm de veritate
21 conclusionis firmatæ † in ea decisione visa fuit dubitasse *Rota coram Puteo in decis. 18. lib. 2.* dum dixit contrarium sensisse *Abbatem* in sua disputatione, cui initium est, Augerio, quem cum argumentis, & rationibus in ea disputatione adductis refert; & sequitur *Lambertin. de Iurepatronatus, par. 2. quæstion 1. principal. numer. 17.* Aliam prætereà apparet fuisse rationem eius decisionis, vt considerat *eadem decisio coram Puteo*, quàm sequuta fuit *Rota coram Reuerendissimo Domino meo Decano in vna Pientina Iurispatronatus 23. Maij. 1610. inter recent. par. 2. decis. 337. numer. 7.* quia scilicet tempore, quo superuenit ea confirmatio Ordinarij, nondum venisset casus vacationis, neque filius aliquem præsentasset, cum illud solum in ea decisione statuatur, vt in concursu præsentationis factæ à filio hærede Donatoris, & præsentationis factæ à Donatario, præferri deberet illa Donatarij; Cui rationi addi potest tertia, quæ desumitur ex eadem decisione 17. quod cum Ius filij super eo patronatu proueniret ex dispositione Patris, qui non potuisset venire contra donationem à se factam, eodem modo ne-
22 que potuerit † filius impugnare eamdem donationem, dùm erat sui patris hæres.

Et ità, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Nouarień Decimarum.

Die Veneris 29. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

Tertius admissus ad causam cum clausula, constito de interesse, in statu, & terminis, & sinè retardatione solutionis, quomodo docere debeat de iure suo, & an possit impedire exequutione sententię latæ fauore alterius ex litigantibus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constito de interesse, satis iustificatur ex eo, quod interesse alleganti assistat ius commune super negotio controuerso.*

2 *Clausula, constito de interesse, continet conditionem, cui vt satisfactum dicatur, non requiritur probatio omninò certa, aut necessariò concludens; sed sufficit præambula quædam probatio conducens ad præparationem causæ, & qua summariè, & apparenter doceatur de interesse num. 3. Imò satis est, quod de eo constet sola iuris præsumptione numero 4.*

5 *Clausulæ, sinè retardatione solutionis, quæ sit virtus.*

6 *Tertio venienti iure proprio, & diuerso ad exclusionem duorum simul litigantium, quamuis acta inter eos facta non preiudicent; non tamen licebit exceptione sua impedire, aut differre expeditionem causæ expediendæ fauore vnius litigatoris, qui ius suum probauit, & quare num. 7. & 8.*

9 *Clausula, in statu, & terminis facit, vt quis censeatur admissus ad actus imposterum faciendos, non autem, vt cum eo repeti debeant acta iam facta.*

10 *Item operatur, vt denegata censeatur facultas appellandi, si causa erat in statu, vt non posset esse locus appellationi.*

¶ Suprà ad Decisionem 311. coram eodem R. P. D. Verospio.

DECISIO CCCLVII.

POSTQVAM in hac causa firmatum fuit, vt ad Episcopum Nouariensem spectaret quarta pars decimarum, quæ colligebantur in Territorio Oppidi de Camero, *vt in decisionibus factis coram R.P.D. meo Piroua no sub die 5. Decembris anni 1629.* * *11. Martij anni 1630.* * *& 10. Iunij anni 1630.* * lata fuit sententia fauore Episcopi contra Communitatem, & homines eiusdem Oppidi debitores dictorum decimarum, cuius exequutioni se opposuit Rector Ecclesiæ Parochialis, & deuoluta ad me causa per appellationem interpositam nomine Communitatis, petebat se admitti ad prosequutionem eiusdem causæ; Vnde datum fuit dubium, an constaret de aliquo interesse Rectoris, quod cum hodie coram me proponeretur, Domini responderunt constare de tali illius interesse, vt possit in hoc iudicio appellationis deducere iura, quæ habebat pro consecutione huius decimæ, non retardata exequutione sententię latę fauore eiusdem Episcopi.

Etenim petebat ille admitti ad causam vigore commissionis, quam obtinuerat ex speciali rescripto Signaturæ, quæ signata fuit cum duplici clausula, nimirùm, *constito de interesse eiusdem Rectoris, & sine retardatione solutionis*; pro implemento autem primæ, satis visa fuit esse assi-
1 stentia iuris, quam idem † Rector pro se habebat super decimis, quæ colligebantur intrà fines suæ Parochiæ, vt notatur *in cap. cum contingat, & in cap. cum in tua. de decim. & in cap. significauit. de paroch. & in capit. ad decimas, de restitut. spoliat. lib. 6.* Quia vt diceretur satisfa-
2 ctum conditioni, † quæ continetur sub eadem clausula, non requirebatur probatio, quæ esset omninò certa, aut necessariò concluderet; sed ea dumtaxat, quæ esset pręambula, † & conduceret ad præparationem causæ, &
3 satis erat, vt de eo interesse summariè doceretur, & apparenter, *vt notant Doct. in cap. veniens, vbi Abb. num. 9. Felin. num. 13. & 38. de testib. idem Felin. in cap. cum super, num. 2. de off. delegat. & in cap. cum super, num 13. de sent. & re iudicat. Vant. de nullit. tit. quis dicere possit de nullitat. num. 24. Rot. decis. 1. de rescript. in antiquior per*
4 *Bisignet.* Imò satis erat, si de eo constaret ex † sola iuris præsumptione, *vt fuit dictum in Elnen. Beneficij 1. Iulij 1615. coram Reuerendiss. Seleucien.* & in his terminis de cimarum Parocho competentium in *Taurinen. decimarum 22. Aprilis 1608. coram bon. mem. Manzanedo, & in decis. 193. num. 5. part. 2. recent.*

Vt verò diceretur satisfactum conditioni, quæ continebatur sub alia clausula, vt Rector admitteretur ad prosecutionem huius causæ, *sine retardatione solutionis*, non
5 poterat impediri eiusdem causæ cursus, & effectus sententiæ latæ fauore Episcopi; Ad quem effectum Domini considerarunt, quod licet exceptio, quam Rector proponebat, non respiceret defensionem Communitatis, quam Episcopus obtinuit condemnari ad sibi præstandam partem decimæ, sed veniret ipse Rector iure pro-
6 prio, & diuerso † à iure Communitatis excludendo, tàm Episcopum ab exactione eiusdem decimæ, quàm Communitatem ab illius retentione, quo casu acta facta inter Episcopum, & Communitatem non poterant eidem Rectori præiudicare, vt distinguit, *Bartol. in leg. si pro lusorio iudicio, §. sed & agere causam. ff. de appellat. Bald. in leg. si eo tempore, Cod. de remission. pignor.* quos sequitur *Couar. pract. quæstion. cap. 13. & cap. seq. num. 3.* Tamen pro-
7 pter hanc illius exceptionem non potuisse differri † expeditio causæ fauore Episcopi dùm ille probauerat ius suum aduersus Communitatem, vt tradit *Bartol. in d. leg. si pro lusorio iudicio, §. sed & agere, ff. de appellat. & in l. à Diuo Pio, §. si super reb ff. de re iudic. & notant Doctor. in cap. veniens, 38. de testibus vbi Innoc. & Host. num. 1. Abb. num. 6.* & rationem ibi considerant, quia hoc casu,
8 quo ius tertij † sit diuersum à iure aliorum, nullum fit illi præiudicium in expeditione causæ fauore vnius ex litigantibus, cum non possit sua interesse, vtrùm res super qua litigatur, sit potiùs apud vnum, quàm apud alium, vt considerat *Felin. in dict. cap. veniens, num. 9. Rot. decis. 4. de iudic. in antiqu. Achill. decis. 5. de exception.* & latè, ac pluribus relatis tradit *Couar. in adducto cap. 14. pract. quæst. numer. 4. & cap. 16. in toto eo cap.* & idem suadebat
9 hoc casu alia clausula, † *in statu & terminis*, quæ legebatur in commissione, quam Rector obtinuit, quia illius effectus erat, vt censeretur admissus solum ad actus, qui fieri debebant imposterùm in causa, non autem vt cum eo repeti deberent acta iam facta, & sententia lata fauore Episcopi, vt notat *glos. in c. 2. vt lit. pend. Franc. num. 4. Innoc. in c. cum super, n. 6. de sent. & re iud. & ibi etiam Felin. n. 17. Cassador. decis. 1. nu. 3. de exception. Put. decis. 71. n. 1. lib. 3.* adeòut per admissionem hoc modo concessam
10 † censeatur denegata facultas appellandi, si causa erat in eo statu, vt non posset esse locus eidem appellationi, vt infert *Put. d. decis. 71.* Et ità &c.

* Sunt decisiones 327. 357. par. 5. recent. altera est. 337. supra in hac eadem parte, & plures Decisiones in hac causa, vide ad dictam decisionem 311.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Donationis.

Die Lunæ 6. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Donatio remuneratoria stante statuto Vrbis dicitur læsiua, si vel merita non probentur aliunde, quàm ex instrumento donationis, vel illa non æquent valorem bonorum donatorum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio reciproca nullam de iure solemnitatem exposcit.*
2 *Donatio remuneratoria propriè non est donatio, sed quædam accepti seruitij permutatio.*
3 *Donatio remuneratoria vt fiat, nulla cogit necessitas, sed naturalis ratio impellit.*
4 *Statutum de donatione generaliter loquens non compræhendit donationem ob causam.*
5 *Quid in statuto Vrbis.*
6 *Donare prohibitus propter fraudes, & damna, quæ in donatione contingere possunt, censetur etiam prohibitus facere donationem propter benemerita, cum in his dupliciter errari potest, vel circa eorum æstimationem, vel circa æstimationem rei, quæ donatur.*
7 *Statutum Vrbis requirit probationem meritorum aliunde, quàm ex sola donatoris assertione.*
8 *Donatio ob causam facta à persona non prohibita donare, secundùm communem, non requirit aliam probationem, quam eam, quæ ex sola donatione colligitur, quia quando propter defectum probationem meritorum, non subsisteret, sustineretur tamen in vim iuramenti promissorij in instrumento donationis adiecti.*
9 *Secùs est in terminis statuti Vrbis.*
10 *Instrumento sublato, iuramentum quoque in eo contentum, vt corruat, necesse est.*
11 *Statutum Vrbis non admittit donationes remuneratorias, quatenùs merita sunt inferiora valore bonorum donatorum, & quare num. 12.*
13 *Gratiæ natura non est, vt illa patiatur se coerceri intrà limites seruitij accepti.*
14 *Statutum Vrbis improbans donationes mulierum, & minorum sine certis solemnitatibus faciendas, non inducit solemnitates ad restringendam facultatem donandi propter benemerita, sed vt in eorum excessu habeatur ratio personarum, quæ possint æstimare valorem meritorum.*
15 *Merita, propter quæ fit donatio, secundùm terminos Statuti Vrbis debent esse de preterito non autem de futuro, & quare.*
16 *Gratia postquàm est collata, pro leui re solet haberi.*
17 *Ingratorum infinitus est numerus.*
18 *Læsio considerabilis est in donatione remuneratoria, quando merita ex dispositione statuti sunt æstimanda.*
19 *Seruitia magnæ considerationis sustinere possunt donationem factam ad fauorem personarũ, quæ aliàs seruire tenebantur.*
20 *Meritorum æstimatio Iudicis arbitrio relicta est.*

¶ Infra ad Decisionem 363. coram eodem R.P.D. Verospio.

DECISIO CCCLVIII.

CVM quæreretur in dubio hodiæ per me proposito de validitate donationis, quàm Virginia dicebatur fecisse Liuiæ, ad duas difficultates visum fuit Dominis restringi posse decisionem eiusdem dubij, An scilicet necessariæ fuerint aliquæ solemnitates in hac donatione, quæ in instrumento super ea confecto inter partes dicebatur facta ob causam, & in remunerationem seruitiorum, quæ per ipsam Liuiam exhibita fuerant donatrici, & an probarentur eadem seruitia, quæ fuerunt causa eiusdem donationis.

Et quantùm ad primam difficultatem, siuè validitatem ipsius donationis, poterat de hac quæstione dubitari, vel attenta dispositione iuris communis, vel habita ratione statuti Vrbis, cuius dispositioni subiacebant tàm Virginia, quæ donatione fecit, quàm ipsa Liuia, cui donatum fuit: In primo casu, vbicumque donatio ex sola dispositione iuris communis, legem accipere debeat, est ferè communis omnium sententia, vt nullis solemnitatibus opus sit in donatione reciproca, quam † post *gloss. in leg. Aquilius Regulus. ff. de donatione*, tenuerunt ibi *Bartol. num. 3. Imol. num. 1. Bald. in leg. si donatione, ff. de collation. Ias. in leg. ex hoc iure, num. 53. ff. de iust. & iur. & in leg. mandata. num. 9 ff. de offic. eius*, & alij, qui referuntur per *Tiraquel. in leg. si vnquàm, in verbo donatione largitus, num. 109. C. de reuocand. donat. Clar. in §. donatio quæst. 3. Viu. commun. opinion. lib. 1. opin. 222. num. 2.* qui omnes mouentur vna ea ratione, quod donatio remuneratoria non † sit propriè donatio, sed potiùs quædam permutatio seruitij accepti, quia licèt nulla necessitate ad eam donationem, quis cogi possit, satis tamen est, vt ex naturali ratione ad eam † obligatus videatur, vt considerauit inter cæteros *Alexan cons. 43. nu. 31. lib. 4. Curt. iun. cons. 67. num. 6. par. 1. Natt. cons. 609. num. 38. volum. 4. Couar. in cap. cum in officijs, num. 9. de testam. Card. Mant.* qui de veriori, & magis communi opinione testatur *de tacit & ambig. lib. 13. tit. 2. num. 9. & tit. 15. num. 19.*

Hoc idem senserunt Domini in secundo casu, & de ea donatione, quæ regulis, & dispositioni statuti subiacere debebat ex eadem ratione, quod in statuto generaliter loquente de donatione non possit contineri † donatio ob causam, vt inter cæteros voluerunt *Oldrad. cons. 139. num. 14. Alexand. cons. 43. num. 31. lib. 4. Natt. cons. 609. num. 9 & 38. Becc. cons. 55. num. 19. lib. 1. Put. decis. 416. lib. 1. Carpan. super statut. Mediol. cap. 328. num. 5. par. 1.* & in terminis huius Satuti Romani. *Crescent. decis. 1. de donation. num. 6. Rot. in Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram Cardin. Pamphilio* & nouissime *in vna Romana donationis de Castellanis 17. Martij 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Verùm super hoc statuto aliquando dubitauit Rota, an illud compræhenderet hoc genus donationis † reciprocæ propter rationem, quæ ab eodem statuto considerabatur fraudis, & damni, quod minori, aut meliori con-

tingere posset ex ea donatione; quæ ratio, negari non poterat, quin conueniret etiam donationi remuneratoriæ, & ità decisum fuit *in vna Romana hæreditatis, & paragij dotis 12. Iunij 1615. & in vna Romana nullitatis donationis 4. Maij. 1616. coram bo. mem. Buratto*, imò ma-
6 iori cautione videbatur indigere ea donatio, † quæ facta assereretur ob benemerita, dùm poterat in ea dupliciter errari, & circa æstimationem ipsorum meritorum, & circa æstimationem rei, quæ donatur, vt etiam *Rota* considerauit *in decis. 102. num. 7. par. 2. diuers. & coram Put. decis. 55. numer. 7. lib. 3.* & voluerunt prætereà *Bartol. in cons. 90. num. 2. lib. 1. Cornel. cons. 161. numer. 8. lib. 3. & in cons. 197. num. 11. lib. 4. Mandell. cons. 81. num. 55.* Vnde in hac opinionum, & decisionum diuersitate, quæ ex hoc Tribunali prodierunt ex diuersis causarum, aut factorum circumstantijs, ità visum fuit Dominis posse hanc quæstionem terminari, & componi inter se vtramque sententiam, si nihil constituto super ipsa donatione in vniuersum, sed solùm consideratis, quæ cuiusque controuersiæ propria sunt, attendatur qua ratione in vnaquaque donatione, aut causa euitari possit ratio ipsius statuti, quod fieri posse considerarunt tribus potissimùm concurrentibus.

Et primùm requiri dixerunt, vt hæc merita aliundè pro-
7 bentur, quàm ex sola assertione ipsius donatoris, † quia
8 licet in donatione facta à persona, quæ non sit † prohibita donare, non requiratur alia probatio præter eam, quæ colligitur ex ipsa donatione, vt communem opinionem esse testatur *Clar. in §. donatio. quæst. 3. num. 2. Menoch. cons. 1005. num. 76. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 13. tit. 15. num. 42. Gabr. de donat. conclus. 1. num. 63.* Hoc tamen ideò contingit, quia potest donatio, quam illa fecit, sustineri in vim iuramenti promissorij positi in instrumento eiusdem donationis, quando non subsisterent merita, quorum mentio facta fuerat in eo instrumento, vt considerauit idem *Card. Mantic. d. num. 42. Corn. cons. 104. num. 13. Grat. cons. 63. num. 24. Rip. in respons. prim. de donat. num. 11.* quæ ratio non potest conue-
9 nire ei donationi, quæ ex dispositione statuti certas † solemnitates requirat, si (prout contingit in casu statuti huius Vrbis) in eo tollatur omnis probatio instrumenti, in quo donatio facta sit, cum sublato eodem instrumento,
10 † necesse sit etiam, vt corruat iuramentum, quod in illo continetur, vt fuit doctrina originalis *Bart. in l. omnes populi, num. 25. ff. de iust. & iur.* quam sequuti fuerunt *Abb. in cap. cum contingat. num. 26. Imol. num. 73. de iur. iuran.* & fuit sæpiùs decisum in hoc Tribunali, *vt in d. Romana donationis de Cupis 5. Iunij 1602. coram Card. Pamphil. & in alijs relatis in decis. 153. num. 3. par. 1. recent. & in vna Romana donationis 3. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Bononien. census 5. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Secundò dixerunt requiri, vt merita donatarij non sint inferiora valore bonorum donatorum, cum in ea parte,
11 in qua † eadem bona superabunt quantitatem dictorũ meritorum, retinere debeat donatio nomen puræ, ac sim-
12 plicis † donationis, vt pluribus relatis comprobauit *Cardin. Mantich. de tacit. & ambigui. conuention. lib. 13. tit. 15. num. 28. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, num. 8. C. de reuoc. donat. Cardin. Seraph. decis. 416. num. 20. & decis. 1170. num. 5.* & distinguit hic etiam *Cardin. Mant.* vtrùm ipsa donatio possit per se valere, quàmuis nulla merita præcessissent, An verò sustineri debeat propter sola merita donatarij, ex qua distinctione responderi poterat ad obiectionem, quæ mouetur *à Ti-*
13 *raquell.* quod non hæc videatur esse natura gratiæ, vt se coërceri patiatur intrà limites seruitij accepti, dùm potiùs cum quodam quasi fœnore respondere debet ei, qui primo beneficium dedit, exemplo agrorum fertilium, qui multò plus reddere solent, quam acceperũt, quia æquum
14 est, † vt in hoc meritorum excessu habeatur ratio etiam personarum à quibus illa æstimari possunt, ad quem effectum censeri debent requisitæ huiusmodi solemnitates à statuto non autem ad restringendam aut limitandam facultatem donandi, vt benè, & in proposito considerauit *Ces. de Grass. decis. 2. num. 19. de donat. Rip. in l. si vnquam in 15. quæst. num. 31. Cod. de reuoc. donat.*

Tertiò demùm visum fuit necessarium esse, vt non possit donationi obesse ratio huius statuti, quod illa facta fue-
15 rit ob benemerita, & seruitia, quæ præcesserint, non autem propter ea seruitia, quæ donator sibi polliceatur in futurum ab eo, cui donauit, cuius rei licet plures rationes afferri possent, vna tamen satis erat, quæ magis conuenire visa fuit terminis huius decisionis, quia scilicet faciliùs dubitari potest de læsione in æstimatione dictorum meritorum, quæ pendere debent ex futuro euentu, cum in ea nõ solum haberi deberet ratio personarum, quibus donatur,
16 eo quia nihil leuiùs sit gratia, † postquàm facta est, quam rationem visus est considerasse *Pic.* in terminis huius quæstionis, dum dixit infinitum esse numerum ingratorum
17 *in gloss. 7. num. 36. super cap. 151. stat. Vrb.* † sed etiam ipsius euentus futuri, dum plura contingere possunt, ob quæ non sit permissum donatario dicta seruitia rependere, vt in specie contigit in casu huius donationis, quæ cum contineret vtramque causam videlicet seruitiorum, quæ ipsa donatrix à Liuia receperat, & quæ ab eadem in futurum sperabat, hæc tamen futura seruitia non potuerunt per Liuiam exhiberi donatrici, dùm eadem donatrix non vixit longiori tempore, quàm trium mensium post donationẽ à se factam, & cum his requisitis visum fuit Dominis declarari posse vtrumque sententiam, dum supposita proba-
18 tione, & æqualitate meritorum, † nihil officere posset contraria ratio, quæ colligebatur ex statuto, vt scilicet possibilis esset læsio, etiam in ea donatione, quæ facta esset intuitu, aut contemplatione meritorum, vt in specie considerauit *Rota coram Cæs. de Gras. decis. 2. de donat. & coram Card. Seraphin. decis. 1170. num. 5.*

Hæc autem, quæ ità firmata fuerunt super prima quæstione, & natura donationis in genere, necessaria fuerunt etiam ad declarationem donationis, de qua agebatur in hoc dubbio, quia pluribus modis illa oppugnabatur ab hæredibus Virginiæ; nam præter necessitatem, quam dicebant habuisse eam donationem, vt in illa seruatæ fuissent solemnitates statuti, prætereà negabant, quod extaret alia probatio super meritis donatariæ, præter eam, quæ colligebatur ex instrumento ipsius donationis, & quod eadem merita responderẽt valori bonorum donatorum, vnde vtrumque necessarium fuit statuere, quali scilicet probatione opus esset, vt diceretur constare de dictis meritis, & qualia, & quanta deberent esse eadem merita, vt donationi, de qua quæritur, non videretur conuenire nomen puræ, ac simplicis donationis: & primæ obiectioni visi fuerunt satisfacere testes dati à Liuia, dum deponebant super seruitijs, quæ illa præstitit Virginiæ spatio quinque annorum occasione valetudinis, ex quà non solùm in lecto semper dicto tempore decubuit, sed ità grauata fuit, vt neque ex eodem lecto mouere vnquàm se posset, neque cibum proprijs manibus sumere, qui testes reddebant plenissimam causam suæ scientiæ, quod scilicet pluries illam vidissent in lecto iacentem, & Liuiam, dum illam curabat, & ità inter cæteros asserebant tertius, & quartus testes examinati in prima instantia, & genus seruitiorum, quæ illi narrabant, exhibita fuisse donatrici in infirmitate grauissima, ac molestissima satis esse po-
19 terat ad sustinendam donationem etiam † inter eas personas, quæ ad eadem seruitia ex propria obligatione reuerentur, nimirùm inter patrem, & filium, maritum, & vxorem, sicut post *Dec. in cons. 202. num. 6. & Paris. cons. 90. num. 13. lib. 3.* firmat *Tiraq. in leg. si vnquàm in verbo, donatione largitus, num. 108. C. de reuoc. donat. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 7. par. 2. num. 11.*

Super qualitate meritorum, quæ dicebantur fuisse causa huius donationis, Domini dubitarunt, vtrũ illa dici possent æqualia bonis donatis, tum habita ratione valoris eorumdem bonorum, quæ in ipsa donatione continebantur tùm etiam considerata alia donatione, quam Liuia obtinuerat in summa scutorum ducentorũ, & vltrà à Cinthio nepote ex fratre donatricis propter eamdem cau-

causam seruitiorum, quæ ipsa Liuia præst bat amitæ, & ideò tam ex hoc capite, quàm quia ad futura etiam seruitia visa est respicere donatrix, quæ posteà non recepit. Negarunt quod posset eadem donatio in omni sui parte sustineri; & considerato tempore, quo fuit Liuia occupata in dictis seruitijs, Domini arbitrati fuerunt, quod illa solum confirmari deberet pro scutis trecentum, & quinquaginta, siue pro dimidia parte vnius census, qui eidem Liuiæ donatus fuit à Virginia, & pro omnibus bonis mobilibus, quæ etiam continebantur in eadem donatione, se-
20 quendo in hoc arbitrium, quod relictum est † Iudici in æstimatione dd. meritorum, vt testatur *Clar. in § donatio. quæst. 3. num. 4. Viu. commun. opin. lib. 1. opin. 222 num. 13. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 232. num. 7.* Et ita &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Legioneñ puritatis sanguinis.

Die Lunæ 13. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

Capitulum, si elegerit aliquem in Canonicum, non potest deinde dictam electionem impugnare. Episcopo, de legitima collatione parochialis Ecclesię, attestanti, quando credatur, & quando non. Sanguinis puritas alicuius, quando concludenter dicatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio presumitur canonicè facta.*
2 *Canonici Tridentini, si eligant aliquem in Canonicum, ista electio non indiget superioris confirmatione.*
3 *Canonicatus collatio censetur facta iuxtà formam statuti Ecclesiæ.*
4 *Beneficij collator non potest venire contra factum proprium.*
5 *Quod procedit etiam in eo, qui velit impugnare electionem, ratione formæ non seruatæ.*
6 *Episcopo attestanti de collatione parochialis Ecclesiæ facta præuio concursu, & seruata forma Concilij Tridentini, non est standum.*
7 *Sed hoc intellige verum, quando constat de contrario, veluti si constet concursum habitum fuisse coram duobus tantùm examinatoribus.*
8 *Ad Parochialem Ecclesiam electio, quando est nulla patenter ex defectu formæ, cessat contraria attestatio Episcopi.*
9 *Post electi confirmationem, opponens, an audiatur contra formam electionis, & vide num. 10.*
10 *Anchar. in cap. cum dilecti, num. 1. de elect. quo casu loquatur.*
Compromissarij possunt dare de nullitate personæ electæ, si contra formam compromissi fuerit electa.
11 *Canonicatus collatio, quando fit à Capitulo, debet constare, quinam Canonici erant præsentes.*
12 *Exemplo est standum, si pars aduersa habet in potestate originale, & illud non vult exhibere, & num. 13. vbi de instrumento controuerso inter priuatum, & Canonicos.*
14 *Sanguinis puritas in dubio præsumitur.*
15 *Testes ex quibus probent sanguinis puritatem alicuius, amplia num. 16.*
17 *Testes deponentes de bona fama alicuius, preferuntur contrarium deponentibus.*
18 *Sanguinis puritas benè probari potest per famam.*
19 *Testes deponentes super fama debent exprimere, à quo audiuerunt, & num. 22.*
20 *Filiationis probatio coadiuuari potest ex fide Baptismi, in qua asseritur, quod quis est filius talis, &c.*
21 *Descendentiæ legitima probatio, ex quibus resultet.*
23 *Descendentia, consanguinitas, & parentela probari potest per instrumenta, in quibus de illa enunciatiuè agitur.*
24 *Ad descendentiam probandam statur enunciatiuis personarum coniunctarum, propter scientiam eius rei, quam habere presumuntur.*
25 *Ad Sanguinis puritatem probandam, multum facit, quasi possessio puritatis.*
26 *Testes, qui conuincuntur de mendacio non sunt attendendi.*
27 *Sententiæ iudicialiter, & rigorosè latæ in causa status faciunt ius, quòad omnes.*

¶ Suprà ad Decisionem 289. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, & infrà ad Decisionem 362. coram eodem.

DECISIO CCCLIX.

VACANTE Canonicatu Magistrali Ecclesiæ Legioneñ Capitulum, & Canonici elegerunt D. Ioannem Santander, qui dicti Canonicatus ab eisdem successiuè collationem obtinuit, deinde commissum fuit examen super qualitatibus requisitis à statuto dictæ Ecclesię, de Clericis, nisi ab antiquis, & puris Christianis progenitis recipiendis, quo peracto ei possessionem tradere recusarunt, vnde alijs testibus pro parte electi coram Sedis Apostolicæ Nuncio in illis partibus commorante examinatis, idem electus sententiam suæ puritais declaratoriam reportauit. Hodiè vero in gradu appellationis mihi commissæ, quæsitum fuit An constet de bono iure d. Ioannis, & DD. affirmatiuè responderunt.

Nam ex instrumento publico decretorum Capitularium constat, quod Capitulum primo loco elegit Ioannem, dixitque electionem esse Canonicam, deinde adhibito ministerio Vicarij generalis, qui ex Bulla Leonis X. habet facultatem conferēdi Canonicatum Magistralem, ac Primicerij, per bireti impositionem electo contulit Ca-
1 nonicatum quæ quidem † collatio tanquàm actus perfectus, iuris autem præsumi canonica, *Hostien. in ca. sicut col. 2 de sent. & re iudic. Geminian. in cap. licet Episcopus, num. 12. vers. & sufficit. de prebend. in 6.* quod etiam dixit *Rota in Tridentina Canonicatus 15. Decembris 1603. & 13 Febr. 1604. coram Cardin. Mellino* in terminis electionis ad Canonicatum Ecclesiæ Tridentinæ, quæ non
2 indegebat † Superioris confirmatione, vt testatur *Modern. de reb. benef. lib. 2. quæst. 18. num. 60. cum seqq.* neque ab ipso Capitulo impugnari potest sub prætextu quod non fuerint seruatæ solemnitates in constitutionibus Sixti

Papæ Quarti, & Leonis X. de proponeñ edictis examine
præmitteñ, ac de iuramento Canonicorum eligentium re-
3 quisitæ. Tùm quia actus collationis † censetur factus
iuxtà formam statuti Ecclesiæ, & dictorum constitutio-
num, in quibus concessa est Vicario generali facultas eli-
gendi personam idoneam, & conferendi Canonicatum,
de quo agitur, vt per *Abb. in cons.41. num.2. lib.1. Card.
Zabar cons.118. num.6. Rot. dec.309. in fin. par.1. diuers.*
4 tùm etiam quia collator † contra factum proprium ve-
nire non potest *capit. diuersis fallacijs, cum glos. in verb.
non per te. de cler. coniug. cap. cum non ignores. de preben.
cap. null., & ibi etiam glos. in verb. impugnare. de elect. in
6. vbi Franc. numer.* 1. notat conclusionem procedere
5 etiam in eo, † qui velit impugnare electionem ratione
formæ non seruatæ.

Non obstat, quod attenta forma in dictorum consti-
tutionibus tradita, non sit standum attestationi Canoni-
corum eligentium, quod electio sit canonica quemadmo
6 dùm † Episcopo attestanti de collatione parochialis Ec-
clesiæ facta præuio concursu, & seruata forma Sacri Con
cilij Tridentini stañ. non esse, dixit *Rota in Panormitana
Archipresbyteratus 28. Iunij* 1627. *coram bon. memor.*
7 *Buratto*, quia id procederet si constaret † de contrario,
vt in terminis concursus habiti cum duobus tantùm exa-
minatoribus, *Rota in Panormitana Archipresbyteratus*
dixit per huiusmodi nullitatem patentem ex defectu for-
8 mæ † cessaret contrariam attestationem. Eademque
responsione tollitur aliud obiectum, quod post electi con
9 firmationem audiatur † opponens contra formam ele-
ctionis, quod notat *Ancharan. in cap. cum dilecti. num.* 1.
de elect. cum ex ea lectura in principio manifestum sit di-
10 ctum illius Doctoris † procedere in casu electionis fa-
ctæ per Compromissarios de persona, quæ contra com-
promissi formam electa appareat.

Neque obstat, quod ex dict. electionis instrumento nō
11 constet, quinam Canonici fuerint † in Capitulo præ-
sentes, cum nomina singulorum in ea non legantur à No-
tario expressa *ad not. per Bald. in l.1. sub num. 2. ff. de ma-
gist. conu.* quia instrumentum, de quo agitur non continet
assertionem aliquam Notarij, sed solummodò attestatio-
nem Secretarij ipsius Capituli de actibus Capitularibus
per ipsum in executionem mandati Iudicis extractis, in
quorum primo habentur huiusmodi verba, scilicet hac
prædicta die præfati DD. ad electionem, ex quibus licet
deprehendere singulorum nomina in alia scriptura fuisse
expressa. Cum autem protocollum originale electionis
dicatur, & præsumatur esse in potestate Capituli, & Ca-
12 nonicorum, donec illud † producant, fides exemplo de-
bet adhiberi *Bald. in l. publicati, num.8. Cod. de testam.* &
13 in similibus terminis de instrumento controuerso † in-
ter priuatum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis respon-
dit *Dec. in cons. 36. ante num. 3.*

Cum itaque Ioannes habeat fundatam intentionem
in actu electionis à Capitulo approbatæ, & examinatis
quampluribus testibus satisfecerit statuto Ecclesiæ requi-
14 renti † sanguinis puritatem, pro qua militat iuris præ-
sumptio, *cap. vltim. vbi Felyn. num.1. de presumpt. glos. fin.
in cap. vnic. de scrutin. in ord. fac. Rota coram Greg. XV.
decis. 498. numer. 1. cum alijs sibi per Add. cumulatis* vi-
sum fuit de illius bono iure, quod qualitatem requisitam
non posse dubitari, produxit enim 83. testes quinquage-
narios, & sexagennarios, locique originarios deponentes
de publica voce & fama, & de communi reputatione,
quod ipse ex puro sanguine nulla macula suorum maio-
rum tam per lineam paternam, quàm per lineam mater-
15 nam ascendentium in facto † sit oriundus, quodque à
suis maioribus idem dici audiuerunt, & si contrarium es-
set verum, non potuisset fieri quin ipsi id scirent vidissent,
aut audiuissent. Horum autem testium depositiones con-
cludunt, quod prædictus Ioannes de Santander sit filius
legitimus, & naturalis Alphonsi de Santander Iunioris, &
Catharinæ de Apparitio, quodque dictus Alphonsus pro-
creatus fuit ab Alphonso Seniore, & Francisca de Ouie-
do coniugibus, qui sunt dicti Ioannis aui paterni, & quod
dicta Catharina de Apparitio mater ipsius Ioannis fuit fi-
lia legitima, & naturalis Francisci de Apparitio, ac Luciæ
Garziæ Palomo, qui sunt aui materni eiusdem Ioannis.
Item, quod omnes supranominati ex puris, & antiquis pa
rentibus Christianis fuerunt progeniti; quibus testibus
tanto magis est credeñ, quod 20. alij testes ex parte Ca-
pituli examinati etiam septuagenarij, & octuagenarij ex
16 † nobilioribus, & antiquioribus loci eandem puritatis
famam, & communem existimationem suis depositioni-
bus comprobarunt, & attento potiori numero, ac prero-
17 gatiua famæ † bonæ, de qua attestantur in concursu
aliorum testium Capituli deponeñ. de contrario, sunt præ
ferendi, *leg.3. §.1. & l. ob carmen. §. si testes, cum glos. ff. de
test. Corn. cons. 176. circa fin. vol.4. Put. dec.2. numer. 20.
lib.3.* & in similibus terminis *Gregor. XV. dec. 455. num.
4. Mant. dec. 254. num. 11. & 317. num. 15. Reuerendiss.
D. meus Coccinus Decanus dec. 68. num. 17.* & per famam
18 † sufficienter probari sanguinis puritatem in terminis
eiusdem statuti sæpè dixit *Rot. vt coram Mantic. d. decis.
274. & 317. & coram Greg. alleg. dec. 910. num. 4. & no-
uissimè in Legionen. puritatis 26. Maij 1631. coram D.
meo Queippo.*

Non obstant testes affirmantes, quod d. Mater Ioan-
nis non vocaretur Catharina de Apparitio, sed Cathari-
na de Rupero, ex eo quod huiusmodi cognominis de Ru
pero esset Franciscus illius pater, quàmuis propter serui-
tutem in domo Alphonsi, & Christophori de Apparitio
præstitam assumpsisset posteà cognomen de Apparitio,
quia testes prædicti deponunt de simplici auditu ab alijs
sine expressione nominum eorum à quibus id audiuerūt,
19 † & prætereà conuincuntur de mendacio à testibus pro
Ioanne, deponentibus dictum Franciscum fuisse ex fami-
lia de Apparitijs Oppidi de Olmedo, ac ipsum vti talem
& ab eadem stipite descendentem sese habuisse, ac tra-
ctasse cum alijs suis consanguineis cognominatis de ea-
dem familia de Apparitijs eosque fuisse habitos, & repu-
tatos, tanquàm ex puro sanguine antiquorum Christia-
norum nulla macula infecto genitos, ac ipsum Ioannem
ab eisdem quoque vti consanguineum haberi, & reputa-
ri, cognomen verò de Rupero neque inter ipsos, neque
in toto oppido præfato vllo vnquàm tempore fuisse, vel
esse, aut dici audiuisse.

Similiter de mendacio conuincuntur testes pro parte
eiusdem Capituli examinati, deponentes, quod Lucia
auia materna non fuit cognominata de Garzia, sed de
Barnabe de Palomo, quod cognomen sit familiare He-
bræis, nam alij testes Ioannis affirmant à suis maioribus
audiuisse, quod N. Palomo mater Luciæ, & vxor Antonij
Garziæ Barnabæ eius patris ducebat originem ex loco
Nauas de Oro, quodque tam ibi, quam alibi idest in Op-
pidis S. Mariæ de Nieba, & de Olmedo omnes eiusdem
familiæ de Palomo descendentes fuerunt habiti, & repu-
tati, ac reputantur pro natis ex puro sanguine, parentibus-
que Christianis, & antiquis. Et prætereà dictum Luciæ
matrem vnus ex eisdem testibus Ioannis Septuagenarius,
ac familiæ de Palomo deponit se nouisse, ac vocatam fuis-
se Mariam de Palomo, ac illius patrem fuisse Sebastia-
num de Palomo, quibus adminiculatur attestatio de Ba-
20 ptismate, † eiusdem Mariæ, tanquàm filiæ dicti Seba-
stiani ex libro Baptismatorum d. Oppidi Nauas de Oro.
21 Vnde † resultat sufficiens probatio descendentiæ, vt di-
ctum fuit in *Regien. Prioratus 22. Aprilis 1592. coram bo.
mem. Card. Millino.*

Neque puritatem ex parte Franciscæ de Ouiedo, auiæ
paternæ Ioannis commaculant dd. testes Capituli, dùm
22 sine expressione † à quibus audiuerunt, sed simpliciter,
nullamque sui dicti reddentes rationem deponunt, quod
illa vocaretur Francisca de la Rexia, quodque tanquàm
nata ex Ancilla de genere Maurorum fuerit exposita, iux-
tà domum Mariæ de Ouiedo, quæ ex commiseratione
eandem enutriuit. Quia testes pro parte eiusdem Ioan-
nis producti in eo conueniunt, quod prædicta Francisca
erat neptis Mariæ de Ouiedo, quæ mulier cum esset no-
bilis nupserat Ioanni Troche perpetuo Oppidi de Olme-
do

do Gubernatori, ipsamque Franciscam neptem nuptui tradidit prędicto Alphonso de Santander d. Ioannis, auo paterno tanquam Christiano antiquo, & puri sanguinis, & veritatem harum depositionum confirmat obligatio ipsius Mariæ de tradendo eidem Alphonso dotem dictæ Franciscæ de Ouiedo. Clari autem iuris est descenden-
23 tiam consanguinitatem, † & parentelam probari per instrumenta in quibus de illa enunciatiuè agatur *gloss. in c. senes, in verb. instrumentum, de test. Mascard. de probat. concl.* 411. *num.* 20. maximè attenta persona dict. Mariæ eius amitæ, cuius enunciatiuæ tanquam coniunctæ est de-
24 fereñ propter scientiam, quam † personæ coniunctæ dicuntur habere gradus, & descendentiæ. *Bartol. in l. qui duos, num. 2. de test. Rol. cons. 3, num. 110. lib. 1, Surd. decis. 145. num. vlt.*
25 Accedit quasi possessio puritatis † in qua idem Ioannes docet se existere per attestationes de huiusmodi suæ qualitatis, informationibus captis, & admissi à duobus alijs Collegijs, in quibus idem puritatis recipiendorum inquisitio est requisita.

Nõ obstat, quod idem Ioannes à Collegijs Oxomeñ, & de los Verdes, ac etiam S. Mariæ Magdalenæ non fuerit admissus, cuius rei causam prædicti testes Capituli in suis depositionibus retulerunt ad sanguinis impuritatem,
26 quia huiusmodi depositiones † de mendacio similiter conuincuntur per attestationes ipsorum Collegialium, aliorumque testium, in quibus continetur expressa admissio per beneficium eiusdem Ioannis super puritate, & exclusio refertur ad alias causas, quia ipse scilicet erat, vel ætate adultior, vel opulentior, vel diuersæ nationis, aut Prouinciæ, quàm à statutis, & Constitutionibus eorumdem Collegiorum permitteretur, vel etiam quod relictæ priori oppositione illico, seù ad aliud Collegium opposue rit, quod obtinuit.

Neque obstant testes deponentes de exclusione Hieronymi de Villescusa cognati ex latere materno à Capitulo loci de Olmedo, & de admissione Francisci de Santander fratris germani ipsius Ioannis, quia vtrumque obiectum tollitur ex sententijs pro eorum puritate iudicialiter, & rigorosæ, prolatis, quæ cum sint super statu ad fauo
27 rem dicti Ioannis, & suæ familiæ † ius faciunt inter omnes *l. ingenuum. ff de statut. hom. gloss. in cap. quàmuis, de sent. & de re iudic. cum alijs allegatis per Rot. decis.* 494. *num. 5. part. 1.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurij 27. Iunij 1633.

ARGVMENTVM.

In Hærede, & Administratore hæreditatis cum presumatur iusta causa ignorantiæ, cum succedant in ius alterius, ideò aduersus prescriptionem, datur eis restitutio in integrum. Et aliqua circa ignorantiam iuris. Quadriennium ad petendam restitutionum in integrum, quando ab initio non currat.

SVMMARIVM.

1 *In Hærede, siuè in Administratore hæreditatis, si concurrat iusta causa ignorandi aliquod creditum, aduersus eius prescriptionem, datur eis restitutio in integrum.*
2 *Cessio generalis creditorum facta alicui, omnia credita comprahendit.*
3 *Scientia ad effectum amittendi, id quod suum est, debet esse indubitata, & non velata.*
4 *Et ad hunc effectum non sufficit coniectura simultaneæ habitationis, cum eo, qui verisimiliter certiorare poterat de negotio &c.*
5 *Obliuio, quanto tempore præsumatur etiam in facto proprio.*
6 *In Hærede, & Administratore, cum succedant in iure alterius in eis presumitur iusta ignorantia, ad effectum, vt restituatur in integrum.*
7 *Omissio descriptionis bonorum in inuentario, quando non præsumatur dolosa.*
8 *Ignorantia ex iusta causa præsumitur ratione difficultatis materiæ.*
9 *Achill. decis. 1. de prescript. & Pegn. decisio in Romana Saluiani, quem intellectum diù retinuerunt.*
10 *Iuris dubij ignorantia, seù error solet æquiparari ignorantiæ, & error facti.*
11 *Ignoranti factum alienum, sicuti datur restitutio ob iustam causam ita, & ignoranti ius perplexum, & obscurum.*
12 *Restitutio in integrum, si alicui competebat, & tacuerit per quadriennium, amplius non auditur.*
13 *Restitutio in integrum vbicumque datur ex clausula generali, ob aliquam iustam causam, quadriennium ab initio non currit.*
14 *Et ratio est, quia aliàs esset dare restitutionem ad restitutionem obtinendam.*

¶ Supra ad Decisionem 262. coram eodem R. P. D. Pirouano.

DECISIO CCCLX.

In Decisionibus causæ 5. Maij 1631. * & 15. Decembris 1632. * plura fuerunt firmata; nempè Æquitem Octauianum Crescentium soluisse de anno 1592. totum debitum quorundam societatum officiorum, in quibus coobligati erant Gaspar Garzonius, & Ioannes Lilius, cessione contra omnes obligatos reportata, ac mandato obtento contra Ioannem Baptistam filium, & hæredem dicti Gasparis, nihilque actum fuisse vsque ad annum 1623. secundo obstare D. Crescentio petenti creditum dempta ipsius confideiussoris parte, statutum Vrbis 158. lib. 1. solutionem præsumens lapsis sexdecim annis à dicto anno 1592. vsque annum 1623. Tertiò cursum præscriptionis non fuisse impeditum ob iacentiam hæreditatis Sallustiæ Cerrinæ cessionariæ Æquitis Octauiani, & auctricis D. Crescentij, ac demù 11 aduersus lapsum huius modi temporis sexdecim annorum nullam competere restitutionem in integrum, Hodiè admissa super eisdem noua disputatione, censuerunt Domini competere D. Crescentio restitutionem in integrum, & in hac parte tantùm esse recedendum à decisis.

In facto enim verùm est, quod Æques Octauianus de supradicto anno 1592. soluit commune debitum, & de anno 1605. creditum cessit Salustiæ Cerrinæ eius vxori, quæ decessit de anno 1608. relicto hærede, & hæreditate sub potestate Administratorum, ac demùm ipse Æques Octauianus diem suum clausit de anno 1618. quibus stantibus omnes conueniunt, si concurrat causa in hærede, aut Administratoribus se excusandi à negligentia petendi

1 di † creditum restitutionem in integrum non esse denegandam, *Bart. in l. 2. §. si quis propter, nu. 2. ff. de itin. actuq. priu. Felin. in cap. vigilanti. num. 2. de præscrip. Bald. cons. 48. vers. & tunc aut præscriptio lib. 1. Balb. de prescript. 4. par. quartæ par. principalis, quæst. 29. Rot. decis. 11. num. 10. & 171. post. tract. de Saluian. impress. in 1. editione, & decis. 390. in 2. editione num. 6.*

Et iustam causam ignorantiæ, & negligentiæ visum fuit sufficienter probari ex eo, quod in cessione facta per Æquitem Octauianum Salustiæ vxori suæ, nullum verbum de credito contra Garzonium, & Lilium, & quamuis ces-
2 sio † illa esset generalis, & apta comprehendere creditum prædictum; Attamen ista scientia debebat esse indu-
3 bitata, non autem velata, & implicita † ad effectum præiudicij, *glos. in cap. conuersationi in verbo, sciuerit; de appell. in 6. Becc cons. 57. num. 23. Ostasc. decis. 176. numer. 3. Surd. decis. 216. num. 42. & cons. 150. in fine lib. 1.* nec sufficit coniectura vnica simultaneæ habitationis, cum viro
4 suo cedente; vt verisimiliter † potuerit ab eo certiorari de mandato obtento, & credito non exacto, *Ancharan. cons. 92. num. 2. Bald. de præscript. 4. par. quartæ par. principalis, quæst. 29. num. 8. Menoch. presumpt. 4. lib. 6.* quæ allegantur in prima decisione causæ; quia pugnat cum alia præsumptione, quod sicuti Æques Octauianus ab anno 1592. quo soluit totum debitum, & mandatum obtinuit contra Garzonium siluit, & tacuit per tresdecim annos vsque ad annum 1605. quo contigit cessio; ità potuerit oblitus sui iuris silere, & tacere per triennium vsque ad annum 1608. In quo ipsa Salustia decessit cum minori
5 tempore tresdecim † annorum obliuio præsumatur etiã in facto proprio *glos. Bart. & Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. Crauett. cons. 65. num. 10. Surd. decis. 222. num. 17.* latissimè comprobans; præterea nedùm requiritur scientia, & negligentia in Salustia cessionaria; sed & in hærede, aut administratoribus hæreditatis illius, ex quo ipsa decessit ante completum tempus sexdecim annorum, & præscriptio impleta est de tempore hæredis, & Administratorũ,
6 in quibus † regulariter concurrit iusta causa nempè ignorantia tanquàm succedentes in factum alienum, *leg. qui in alterius locum, de regul. iur.* vbi *Dec. & Cagnol. Rota decis. 300. numer. 7.* apud eundem *tract. de Saluian. in secunda edit. Odd. de restitut. quæst. 8. art. 9. per totam* quorum iusta causa maximè coadiuuatur: quia inuentarium fecerunt mortua Salustia, & in eo diligentes fuerunt in describendis corporibus, & iuribus hæreditarijs nec huiusmodi cre-
7 ditum descripserunt; hanc verò omissionem † non dolosam; sed per ignorantiam ex facto alieno, omnes admittunt, *Surd. decis. 222. num. 14. Rot. decis. 169. num. 3. coram Papa Gregor XV.*

Demùm hæc iusta causa, ex alio suadetur, tam in Salustia, quàm in hærede, & Administratoribus hæreditatis il-
8 lius, † nempe ratione difficultatis materiæ; nam *decisio Achillis prima de præscript. & coram Penia in Romana Saluiani 22. Maij. 1599* vsque in hanc diem, quo declaratæ fuerunt, receperunt eum sensum, statutum non obstare; nedùm, quando fideiussor soluit pro debitore
9 principali, sed etiam quando soluit pro † confideiusso-
10 re; vnde ratione iuris dubij, quod solet † æquiparari errori, & ignorantiæ facti, *Felin. in cap. de quarta, num. 22. de præscript. Put. decis. 118. num. 19. lib. 2. Ostasc. decis. 160. num. 10. Odd. de restit. quæst. 8. art. 8. num. 41.* sicuti igno-
11 ranti factum datur † restitutio ob iustam causam; ita & ignoranti ius perplexum, obscurum, *Odd. eadem quæst. 8. & artic. 8. in fine, Rota decis. 603. num. 14. part. 2. recent.*

Denique non obstat, quod in omnem casum lapsum
12 sit quadriennium ad petendam † restitutionem in integrum, itaut omninò veniat denegandum huiusmodi remedium.

Quia vbicunque datur restitutio in integrum, ex clau-
13 sula generali ob aliquam † iustam causam, quadriennium ab initio non currit, *Soccin. Sen cons. 266. num. 22. lib. 2. Odd. de restit. quæst. 20. art. 5. num. 59.* rationem assignans;
14 quia † aliàs esset dare restitutionem ad restitutionem obtinendam, contra *l. interdum, ff. de minor. & l. primam C. si sep. restit. postul.*

Et ità, &c.

* Prima est decisio 346. suprà in hac eadem parte. * Altera verò est decisio 353. pariter suprà.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien Successionis.

Die Lunæ 14. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Sententia iusta, & valida venit confirmanda, & ex quibus probetur dicta validitas, & iustitia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ iustæ, & validæ, sunt confirmandæ.*
2 *Ex Actorum reuolutione probari solet validitas, vel inualiditas sententiæ.*
3 *Sententiæ iustitia bene ostendi potest ex pluribus decisionibus in causa factis.*
4 *Sorores per masculos fratres, vigore statuti Bononiæ de success. ab intestat. &c. à successione matris sunt exclusæ.*
5 *Pro Sententiarum confirmatione, quando meritò respondere potest, etiam altera parte, tantùm informante.*

¶ Suprà ad Decisionem 232. coram eodem R.P.D. Pirouano.

DECISIO CCCLXI.

CAVSA per binas sententias iam terminata ad fauorem Comitis Ferdinandi Barbatiæ, & in hac tertia instantia iterum examinata, solo Domino Comite informante censuerunt Domini easdem esse confirman-
1 das, † quia validæ, & iustæ ex actis, & deductis proban-
2 tur. De validitate ex reuolutione actorum constat, † ex quibus probari solet negatiua inualiditatis, quæ opponi posset, *Bart. in l. finali, C. de reb. cred. Alcia. presumpt. 16. regul. 3. Hercul. de probat. negatiu. num. 167. & 176. Becc. cons. 40. num. 2.*
3 Iustitia similiter est patens † ex decisionibus in causa factis, in quibus firmatum fuit partibus accerrimè informantibus renunciationem Blancæ matris Comitis Ferdinandi, eidem agenti pro quinta parte ex persona matris ad hæreditatem Comitis Georgij Bentiuoli filij non ob-
4 stare, † nec similiter sorores per masculos fratres vigore statuti Bononiæ *de success. ab intest. ascend. & collateral. lib. 4.* à successione matris fuisse exclusas, & cum hodie contra fundamenta, & rationes vtriusque propositionis, aut data opera non informando nihil fuerit oppositum, aut forsan nihil releuans potuerit opponi, dum omnibus
5 contrarijs clarè, dilucidè, † & concludenter fuit satisfactum, vt ex lectura vltimæ, * & penultimæ * decisionis colligi potest, meritò etiam altera tantùm parte informãte fuit resolutum pro confirmatione sententiarum.

Et ità, &c.

* Vltima est sub die 12. Maij 1633. coram R.P.D. Merlino, penultima est sub die 10. Ianuarij etiam 1633. coram eodẽ; & sunt decisiones 206. & 167. supra in hac eadem parte.

Reue-

REVER. P. D. COCCINO DECANO.

Legionen, Canonicatus Magistralis, & puritatis sanguinis.

Die Veneris 9. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Sanguine purus, quilibet de Iure præsumitur, & quando sanguinis puritas positiuè bene dicatur probata, & quando quis releuetur ab ista positiua probatione. In quasi possessione puritatis sanguinis, quando quis dicatur esse.

SVMMARIVM.

1 *Sanguine purus quilibet secundùm presumptionem iuris censetur.*

2 *Sanguinis puritas positiuè probatur ex publica uoce, & fama.*

3 *Sanguinis puritas si sit probata per publicam vocem, & famam, ista probatio vehementer adminiculatur, si quis sit in quasi possessione puritatis,*

4 *Quæ quasi possessio excusat à positiua probatione.*

5 *In Sanguinis puritate, quasi possessione, quis dicitur esse, si eius maiores functi sint officijs, & muneribus, quæ non nisi puris, & nobilibus demandari solent.*

6 *In quasi possessione sanguinis puritatis quis dicitur esse, si sit admissus ad aliquod Collegium ad quod solùm sanguine puri admittuntur.*

¶ Suprà ad Decisionem 289. coram eodem Reuerendiss. P. D. Coccino Decano.

DECISIO CCCLXII.

CAVSA ista in gradu appellationis mihi commissa dum dubitarem, an sententia Rotalis esset confirmanda vel infirmanda, Domini pro nunc responderunt constare de puritate Ioannis, omisso vt de reliquis videatur.

1 Præfatus enim Ioannes suam ostendit puritatem, nedum præsumptiuè, † ex vulgata scilicet presumptione Iuris, qua quilibet purus esse censetur *ad text. in l. ab ea parte, ff. de probat. & in cap final. de presumptio. Gutierez pract. quæst. lib. 3. quæst. 14. num. 3.* & passim in his terminis admitti Rota, vt apud *Mant. decis. 274. numero 1. &*
2 *307. num. 2. & decis. 182. num. 4. part. 1. recent.* sed etiam † positiuè respectu Ascendentium sui ipsius ex publica voce, & fama. *Mantic. decis. 317. num. 2. sanct. mem. Greg. decis. 98. num. 4. Rot. d. decis. 8. num. 1. & 9. part. 1. recent.* de qua per gradus distinctos concludenter deponunt innumeri testes latè in præcedenti instantia ad firmandam eandem puritatem ponderati coram R. P. D. meo Motmanno in decisione facta sub die 13. Iunij superioris anni. *

3 Quæ quidem publica vox, & fama puritatis vehementer adminiculatur ex eo, quod idem † Ioannes, tàm respectu eorumdemmet suorum ascendentium, ac etiam transuersalium ab eodem originario Ioannis stipite de-
4 scendentium, quàm † sui ipsius, est in quasi possessione puritatis, quæ excusat à positiua probatione, *Mantich. d. decis. 274. num. 3. post. princ. vers. quod multo magis, & d. decis. 317. num. 4. & fuit dictum in Corduben. dimidiæ portionis 11. Februarij 1628. coram R. P. D. meo Durano.*

Respectu quidem Ascendentium, ac aliorum Collateralium Ioannis, vt suprà, deducitur præfata quasi possessio, Quia ijdem, & dicuntur functi officijs, ac muneribus,
5 † quæ non nisi puris, & nobilibus demandari consueuerunt, *Rot. dec. 182 num. 8. par. 1. & decis. 335. num. 4. par. 2. recent. Mantic. d. decis. 317. num. 3. 4. & 9. sanct. memor. Gregor. decis. 498. num. 10. vbi Adden. sub num. 18.* & fuit alibi etiam sæpiùs admissum, vt in *Legionen. Canonicatuum 14. Iunij 1621. coram recol. me. Alphonso Patriarcha Manzanedo, in alia Legionen. puritatis 26. Maij 1631. coram R. P. D. Queippo, & nuper in simili Legionen. puritatis 23. Maij præteriti coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Respectu verò personæ ipsius Ioannis eadem, quasi possessio deducitur ex eo quod ipse fuit receptus in Col-
6 legium Sanctæ Mariæ Magdalenæ Salamantin. † à quo vigore similium Statutorum impuri omninò excluduntur. *Mantic. in dictis decis. 274. num. 2. & decis. 285. num. 4.* prout hæc omnia bene deducuntur ex eijsdemmet testibus puritatis famam, vt suprà concludentibus.

Non obstant in contrarium deducta. Quia cum ad amussim repetantur omnia aliàs opposita coram R. P. D. meo Motmanno, remanent abunde sublata ex responsionibus datis in prædicta Decisione sub die 13. Iunij preteriti, quæ adhuc placuerunt Dominis, ideoque cum aduersarius illas & nihil noui afferat, superfluum est illas trãscribere, &c.

Et ità conclusum parte vtraque informante, &c.

* Est decisio 359. suprà in hac eadem parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Donationis.

Die Veneris 2. Iunij 1634.

ARGVMENTVM.

Donatio remuneratoria, & ob causam nõ requirit aliquas solemnitates, si verè talis sit, neque vitiatur, si eæ solemnitates fuerint requisitæ à contrahentibus, aut non rectè seruatæ; & aliqua traduntur super interpretatione Statuti Vrbis c. 149. 150. & 151. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio remuneratoria secundùm magis communem opinionem non exposcit solemnitates, quæ alias requirerentur in donatione gratuita.*

2 *Statutum Vrbis volens adhiberi certas solemnitates, vt occurratur fraudibus, & simplicitati mulierum & minorum, non habet locum in contractu, in quo læsio considerari nequeat.*

3 *Donatio in se, & intrinsecè lesionem continere dicitur, & à statuto Vrbis connumeratur inter contractus suaptè natura læsiuos.*

4 *Donatio ob causam verè donatio non est.*

5 *Sta-*

5 *Statuti ratione cessante non solùm cessat eius dispositio, sed ab ea ratione statutum interpretationem recipere debet.*

6 *Statuti lex, & effectus dispositionis illius consistere dicitur in ratione in eo expressa.*

7 *Statuti Vrbis fraudibus occurri volentis ratio generalis est, & comprehendit donationes etiam reciprocas, quatenùs mulier, & minor circumueniri possunt in æstimatione meritorum, & æstimatione rei donatæ.*

8 *Donatio læsionem continere nequit, quando merita aliundè probantur, quàm ex assertione contrahentium, illaque inferiora non sint valore bonorum donatorum, & denique non pendeant à futuro euentu, sed iam præstita fuerint.*

9 *Donatio reciproca solemnitates à statuto Vrbis in cæteris contractibus requisitas non exposcit.*

10 *Solemnitas, quam contrahens vult adhiberi, secundùm aliquos dicitur necessaria, & significat illius mentem fuisse, vt noluerit aliter contrahere.*

Sed contrarium veriùs est in iure num. 11. & quare, num. 12.

12 *Actus validitas, quæ pendere debet ex alijs causis, non irritatur ex omissione solemnitatum, vel non seruatarum, vel minus aptè adhibitarum.*

13 *Ratio fundata in sensu corporeo testis, necessariò concludit.*

¶ Suprà ad Decisionem 358. coram eodem R.P.D. Verospio.

DECISIO CCCLXIII.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod hodiè proposui decisionem, quæ facta fuit coram me *sub die 6. Iunij anni proximè præteriti* super validitate donationis, quam Liuia ostendebat sibi factam à Virginia in remunerationem seruitiorum, quæ illi præstiterat, quæ donatio impugnabatur ab hæredibus Virginiæ tanquàm destituta solemnitatibus, quas dicebant fuisse in ea necessarias tàm inspecta dispositione statuti Vrbis, quàm qualitate contractus; & personarum inter quas, ille celebratus fuit: & quia duo fuerunt in ea decisione firmata, ipsa videlicet summa, intrà quam visum fuit hanc donationem confirmari debere, & validitas donationis intrà dictam summam, de horum duorum fundamentorum veritate actum fuit etiam in hoc dubio, cum vtrumque impugnaretur ab hæredibus donatricis, hoc est validitas donationis in summa taxata, & ipsum taxationis arbitrium.

Et quidem rationes, quæ fuerunt consideratæ in decisione, non solùm concludebant validitatem huius donationis, inspecta dispositione iuris communis, secundùm
1 quam † in donatione facta in remunerationem meritorum non requiruntur solemnitates, quæ aliàs fuissent necessariæ, si ageretur de donatione absoluta, & merè gratuita, ex magis communi Doctorum sententia, qualem eam profitentur esse *Clar. in §. donatio quæst. 3. num. 2. Couar. in cap. cum in officijs, num. 9. de testam. Viu. commun. opin. cap. 222. num. 6.* sed etiam concludebant, vt huic donationi non videretur obstare dispositio statuti Vrbis, cuius dispositioni subiacebant tàm donatrix, quàm Liuia donataria, dùm non poterat in ea considerari aliqua læ-
2 sio, † cuius causa requirebantur eæ solemnitates à statuto, vt fuit opinio semper recepta in hoc Tribunali, & patet ex ratione expressa in eodem statuto occurrendi fraudibus, & simplicitati minoris, aut mulierum, prout fuit consideratum in eadem decisione *Crescent. 4. de constit. & coram Put. decis. 158. lib. 1. & decis. 55. numer. 5. lib. 3. Rot. decis. 619. num. 5. par. 2. recent.* Et licet donatio in se,
3 & intrinsecè contineret hanc læsionem, † & ex hoc fuerit illa in specie nominata simul, cum alijs tribus contractibus refutationis, quietationis, & pacti de non petendo, quibus eodem modo videbatur ex propria cuiusque natura inesse eadem læsio; hoc tamen intelligi debebat re-
4 spectu eius donationis, cui verè id nomen † conueniret, qualis non poterat dici donatio ob causam, cum cessante
5 ratione statuti non solùm cessare videretur illius † dispositio, sed ab ea ratione, quæ legis anima dicitur, idem statutum interpretationem recipere deberet, secundùm *Bar. in prohemio ff. in §. hæc autem tria, num. 3. & in l. non du-*
6 *bium num. 10. Cod. de ll.* imò in eadem ratione videbatur consistere lex ipsa, & effectus dispositionis eiusdem statuti, vt habetur in *l. cum ratio ff. de bonis damnat. & in l. nominis ff. de verb. signif.* notat *Abb. in cap. ratio nulla. de præbend. Dec. in cap. secundo requiris num. 4. de appellat.*

Neque visa fuit obstare distinctio, quam faciebant informantes pro hæredibus Virginiæ inter subscriptionem, & insinuationem, quæ duæ solemnitates requiruntur in donationibus factis à minore, aut muliere ex dispositione statuti in *cap. 149. & 150. lib. 1.* & solemnitatem decreti Iudicis, & præsentiæ proximiorum, quas idem statutum requirit *in cap. sequen. 151.* non solum in donatione, sed etiam in alijs contractibus ibi expressis, vt nimirùm respectu duarum priorum solemnitatum, quæ requiruntur in donatione, procedere videantur ea, quæ in donatione præterita obseruata fuerunt circà naturam donationis reciprocæ, non autem respectu posteriorum, quæ communes erant etiam alijs contractibus. Hæc enim distinctio non visa fuit probari, neque auctoritate, neque ratione, quia licet ratio vitandi fraudes, quæ fuit per statutum con-
7 siderata † tanquàm generalis videretur latè patere, & comprehendere etiam donationem reciprocam, dùm poterat in ea minor, aut mulier lædi, tàm in æstimatione meritorum, quàm in æstimatione rei donatæ, vt *in eadem decisione* consideratum fuit, huius tamen læsionis possi-
8 bilitas excludebatur in casu, † quo in donatione concurrent ea, quæ requisita fuerunt *in decisione*, si nimirum probarentur merita aliunde, quàm ex assertione contrahentium, si illa non essent inferiora valore bonorum donatorum, & demùm si non penderent à futuro euentu, sed præstita iàm fuissent donatori, quæ satis visa fuerunt esse pro confirmatione præsentis dubij, cum talis æstimata fuerit donatio facta à Virginia, vt dicetur in secunda parte decisionis super arbitrio in taxatione eiusdem donationis.

Neque poterat hæc distinctio colligi, vel ex decisionibus, quæ datæ fuerunt vel ex auctoritate aliorum Doctorum, cum omnes loquerentur generaliter, neque se restringerent ad solam insinuationem, vel loquerentur in terminis solemnitatis decreti, & cōsensus proximiorum, quæ nominatim requiruntur *in d. cap. 151.* & generaliter hoc firmauit *Rota in causa Romana donationis de Serra-*
9 *no*, vt nimirum † non requirantur aliquæ ex dictis solemnitatibus in donatione reciproca, quæ *decisio est. 2. sub tit. de donat. apud Cæs. de Grass. & in Portuen. bonorum de Columna 16. Octobris 1569. coram Cardin. Seraph. impress. apud eundem decis. 416. sub num. 7. & in 2. par. diuers. decis. 488. sub num. 4. idem Card. Seraph. decis. 1107. num. 4. Put. dec. 416. lib. 1.* & pluribus auctoritatibus adductis *Alexan. cons. 43. nu. 31. lib. 4. Menoch. cons. 1095. num. 26. lib. 11. Natt. cons. 609. num. 38. lib. 4. Becc. cons. 55. num. 19. lib. 1.* in specie verò, & de omissione decreti loquebantur. *Ias. in leg. mandata num. 9. ff. de officio eius. Bero. cons. 61. num. 23. & 33. vol. 1. Viu. com. opinion. cap. 222. num. 2.* & in terminis eiusdem *cap. 151.* apparebat facta decisio *in causa Romana nullitatis donationis 4. Maij 1626. coram bon. mem. Buratto, & in Romana hæreditatis, & paragij dotis coram eodem inter recent. decis. 723. par. 2.* quæ posteriores decisiones non poterant dici in hoc articulo contrariæ decisioni huius causæ, quia licet in vtraque firmatum fuisset, necessarias esse eas solemnitates,

tes, aliam tamen apparet fuisse illatum rationem, quia scilicet donationes, de quibus agebatur, non erant ob causam, sed puræ, non autem quod eædem solemnitates fuissent necessariæ etiam in donatione reciproca.

Neque poterant eædem solemnitates dici necessariæ,
10 eo quia donatrix illas adhibere voluisset, quasi videretur constare de illius animo, aliter non contrahendi, vt existimauit *Abb. in cap. vltimo, de procurat. num. 9. Felyn.* qui pluribus id comprobat *in cap. cum ordinem, de rescript. num. 2.* & de hac voluntate donatricis dicebatur apparere ex ipso instrumento donationis, tàm in prima illius parte, in qua postquam narratæ fuerunt causæ, ex quibus illa dixit se motam fuisse ad eam donationem faciendam, declarauit quod tanquam mulier, & subiecta dispositioni statuti non potuisset contrahere non seruatis solemnitatibus, quæ eodem statuto requirebantur, quàm in parte dispositiua, & reliquo instrumento eiusdem donationis, in qua constat fuisse eas solemnitates aliquo modo seruatas, licet nulliter; contrarium enim veriùs erat in iure, vt
11 non † fuissent eæ solemnitates necessariæ propter solam voluntatem testatricis, vt latè probat *Felyn. in d. cap. cum ordinem, de rescript. sub eod. num. 2.* quia cum validi-
12 tas eius donationis pendere deberet ex alijs causis, † non poterat non valere, eò quia non fuissent seruatæ eæ solemnitates, aut etiam minùs apte adhibitæ fuissent, & notant *Doct. in l. 1. C. de rei vxor act.* & auctoritate eiusdem *text. Ias. in l. vinum. num. 33. ff. si cert. pet. Rip. in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 3. ff. ad Sen. Cons. Trebell. Socc. sen con. 99. num. 5. & cons. 101. num. 20. lib. 4. Roman. cons. 497. nu. 7. Rot. decis. 647. num. 6. par. 2. recent.*

Demùm non visa fuerunt obstare, quæ adducebantur contra arbitrium, quod Rota interposuit in æstimañ. hac donatione; impugnabatur enim idem arbitrium ex duplici ratione, & quia non probarentur merita Liuiæ ex testibus, qui ab illa dati fuerunt, & quia Virginia non vixisset, nisi spatio trium mensium, postquam donationem fecit, cum tamen in ea habita fuisset ratio non solùm præteritorum seruitiorum, sed etiam eorum, quæ sibi in futurum pollicebatur.

Sed quod attinet ad excessum donationis, non poterat illæ deduci, eò quia Liuia non potuisset diutiùs inseruire donatrici, quia ideò illam Rota moderata fuit in scutis tercentum, & quinquaginta ex scutis septingentis, quæ fuerunt donata Liuiæ; neque poterat dici, vt arbitrium, quod in ea moderatione adhibitum fuit, contineret excessum, considerata, tam qualitate seruitiorum, quæ Liuia ante donationem præstiterat donatrici, tam illius infirmitate, ac senectute, ex quibus eadem non potuisset diutiùs viuere, aut longiori tempore indigere opera, & cura Liuiæ. Quod verò attinet ad testes non visa fuit posse negari probatio, quæ ex illis desumebatur, cum essent & plures numero, & ratio, quam ijdem adducebant, quod scilicet viderent Virginiam decumbentem in lecto, ac Liuiam illi
13 inseruientem, videretur necessariò † concludere, tanquam fundata in sensu corporeo, ex notatis *per gloss. in l. solam. Cod. de testibus,* & tradit *Innoc. in cap. cum causam, num. 3. eod. tit. Specul. in tit. de test. §. nunc tractandum, nu. 14. Bart. in tract. de test. num. 13.*

Et ita &c.

F I N I S.

IN-

INDEX DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ IN HOC VOLVMINE ADDITARVM

QVÆ ALLEGANTVR IN IPSIS DECISIONIBVS IN EISDEM CAVSIS FACTARVM.

IN-



INDEX ARGUMENTORUM DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ QUÆ IN PRÆSENTI VOLUMINE CONTINENTUR

VNA CVM INDICE CAVSARVM. PRO VT IN VOLVMINE IACENT.

a

pudiauerit, nequaquam poterit eius hæres ad illud aspirare, & latè tractatur de validitate istius renunciationis.

Singularis est ista decisio, prout cæteræ aliæ huius reuerendissimi, Doctissimi, & Eruditissimi, Romani Areopagi, Decani, & Splendoris, cuius nobilissimum ingenium ità ad summum peruenit, vt mirabile sit dictu, in tantũ quod non minus iste obstupescere facit, quàm antea acutissimus ille Papinianus faciebat.

Elnen. Eremitorij. *Veneris 7. Februarij* 1631. MERLINO decis. 13.

Argumentum.

Mors alicuius, ex quo remaneat iustificata. Beneficium Ecclesiasticum, vt quis validè impetret, quid probare grauetur, Beneficij vltimus status, quando semper veniat attendendus, & quando id fallat.

Romana Laudemij. *Lunæ* 10. *Februarij* 1631. GHISILERIO decis. 14.

Argumentum.

In hac Decisione latè discutitur, & firmatur, quod quando contractus non est emphyteuticus, sed locatio ad lõgum tempus, Laudemium non debetur ob illius alienationem, cum Laudemium soluatur ex ipsa natura contractus emphyteutici, & aliud est emphyteusis, & aliud locatio ad longum tempus.

Cæsaraugustana Præeminentiarum. *Veneris* 14. *Februarij*. 1631. COCCINO decis. 15.

Argumentum.

Connexitatis natura, quæ sit. Obligatus aliquem recipere honorificè, qualiter ista receptio sit facienda. In præeminentiarum materia valdè attenditur consuetudo.

Cæsaraugustana Vicariæ. *Veneris* 14. *Februarij*. 1631. GHISILERIO decis. 16.

Argumentum.

Vnio, qualiter sufficienter possit probari. Ecclesia Parochialis, si vniatur cum alia Ecclesia, quando prouidenda est de rectore, non est locus concursui, sed Prælatus Ecclesiæ vnitæ debet nominare, & instituere dictum Rectorem absque alio concursu.

Romana Simulationis Contractus. *Veneris* 14. *Februarij*. 1631. DVNOZETTO decis. 17.

Argumentum.

Contractus, quando dicatur simulatus, pactum de retrouendendo quando minuat valorem rei venditæ in tertia parte, & quando contrarium verum sit.

Taruisina Feudi. *Veneris* 14. *Februarij*. 1631. QVEIPO decisio 18.

Argumentum.

Remissoria denegatur, quando articuli omnes sunt irreuelãtes, prout etiam denegatur in alijs casibus, de quibus in summarijs.

Mediolanen Decimarum. *Lunæ* 17. *Februarij*. 1631. MERLINO decis. 19.

Argumentum.

Papa, si alicui liberè concesserit decimas cuiusdam loci, & hoc fecerit in recompensationem laborum, & vt eum resarciret de expensis, & oneribus ab eo passis, ad effectum iura vsurpata alicuius Ecclesiæ recuperandi, si moriatur ante exactionem dictarum decimarum, an illæ spectent ad eius hæredem.

Argentina Coadiutoriæ. *Veneris* 21. *Februarij*. 1631. GHISILERIO. decis. 20.

Argumentum.

In Coadiutoriæ gratia narrata, ex quibus benè dicantur iustificata, & præsertim, quando ad effectum eam impetrandi dicatur, quod interuenerit consensus capituli, & reijciũtur non nullæ exceptiones circa validitatem examinis testium &c.

Ianuen Parochialis. *Veneris* 21. *Februarij* 1631. COCCINO. Decis. 21.

Argumentum.

Ecclesia Parochialis, quando est Curata, deputatio Curati, ad quem spectet. Ecclesia quando præsumatur Regularis.

Camarinen. Hæreditatis. *Veneris* 21. *Februarij* 1631. MERLINO. decis. 22.

Argumentum.

Institutus post mortem vsufructuarij, censetur purè, & liberè institutus, ità quod potest hæreditatem transmittere, licèt præcedat vsufructuario, & solùm durante vita vsufructuarij suspenditur ei petitio vsusfructus, in gratiam, & vtilitatem eiusdem vsufructuarij.

Rota secuta est pluries hanc singularem decisionem, & præsertim eam canonizauit *coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano in Romana Bonorum* 4. *Iulij* 1631. Vbi testatur, quod præsens Decisio est doctissima, more solito huius Auditoris.

Nouarien. Decimarum. *Mercurij* 26. *Februarij*. 1631. PIROVANO. decis. 23.

Argumentum.

Decimarum quota, vt præscribatur, quid sit necessarium, & an ista quota possit minui consuetudine, aut præscriptione. Præscriptionis principium est ipsa possessio.

Romana Assecurationis Nauis *Mercurij* 26. *Februarij* 1631. GHISILERIO. decis. 24.

Argumentum.

Assecuratio nauium, si sit promissa verbis generalibus, & in forma amplissima, tunc assecuratores tenentur ad omne risicum, & periculum, per quod impediri possit transportatio mercium ad locum conuentum, quod multò magis habet locum, quando casus infortunij specialiter expressus, euenerit.

Romana Domus. *Mercurij* 26. *Februarij* 1631. MERLINO. decis. 25.

Argumentum.

Ad deuolutionem, & caducitatem agens, quid probare granetur. Emphyteusis quando sit transitoria ad hæredes extraneos, etiamsi sit ecclesiastica. Alienans bona emphyteutica, irrequisito Domino directo, quod non incurrat in caducitatem.

Romana Mutui, seu Pecuniaria. *Veneris* 14. *Martij*. 1631. MERLINO. decis. 26.

Argumentum.

Obligatio carcerati ad fauorem illius, qui carcerationem procurauit, quando sustineatur, & quando nullius sit momenti. Iudex, Officialis, vel Baro an possint contrahere cum carcerato, & quid cum subdito in plena libertate constituto.

Confirmata fuit à Rota ista decisio, in hac eadem causa sub *die* 27. *Iunij eiusdem anni* 1631. *coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano*, vbi præsens hæc decisio R. P. D. Merlini tanquam doctissima, & elegantissima extollitur &c.

Et vt ingenuè loquar, Omnes ferè huius Celeberrimi Auditoris, fœcondissimum, & felicissimum illud ingenium, singularem doctrinam, mirabilem eruditionem, & mellifluam quandam suauitatem, summa cum dignitate, copulatam admirantur, & mirificè obseruant. O Vir summo dignus honore.

Basilien. Canonicatus. *Lunæ* 17. *Martij* 1631. DVNOZETTO. decis. 27.

Argumentum.

Literæ Apostolicæ, vt habeant executionem paratam, quid requiratur, in Ecclesia receptitia non datur vacatio, nec potest fieri resignatio, & si fiat in manibus Papæ, quando sustineatur.

Sabinen. Beneficij. *Die Lunæ* 24. *Martij* 1631. VEROSPIO. decis. 28.

Argumentum.

Agitur de reseruatione Beneficiorum vacantium apud Sedem, scilicet qualiter, & quibus casibus habeat locum ista reseruatio.

Cæsaraugustana Distributionum. *Veneris* 28. *Martij* 1631. VEROSPIO. decis. 29.

Argumentum.

Constitutiones Fundamentales Apostolicæ alicuius Ecclesiæ omnino attendendæ sunt. Portiones duplicatas, quis prætendere non potest, si vnicum tantum habeat officium, & alia de quibus in summarijs.

Augustana Decimarum. *Veneris* 28. *Martij* 1631. CARD. VBALDO. decis. 30.

Argu-

Argu-

Romana

Argu-

Ar-

Cor-

Cortonen.Plebaniæ.*Veneris 1.Iunij 1633.* GHISILERIO. decis.228.

Argumentum.

Decretum, quando sit infirmandum. Papa est Ordinarius Ordinariorum. Supplicatio sola, quando probet absque litteris. Dilatio, quando incipiat currere.

Romana Assecurationis.*Veneris 1. Iulij 1633.* MERLINO decis. 229.

Argumentum.

Contractus assecurationis mercium,& illius iustitia, cum in totum,& per totum consistat in incertitudine, & in alea fortunæ, ideo æquum,& conueniens est,quod dictus cõtractus minimè sustineatur,data scientia,vel eius verisimili notitia interitus mercium, de tempore, quo petita fuit assecuratio,&c. Singularis est decisio.

Ianuen. Parrochialis.*Veneris 1. Iulij 1633.* COCCINO. decis.230.

Argumentum.

Congrua debetur Vicario,seu Rectori exercenti curam animarum,& ista, quanta esse debeat.

Ianuen. Separationis Thori. *Lunæ 4. Iulij 1633.* COCCINO.decis.231.

Argumentum.

Maritus si conueniatur ab vxore ad dotis restitutionem, quãdo gaudeat priuilegio, deducto ne egeat, & quando illo spolietur.

Bononien. Successionis.*Lunæ 14.Nouembris 1633.* PIROVANO.decis.232.

Argumentum.

Filia renuncians bonis,& hæreditati maternæ qualiter intelligatur facta d. renunciatio. Renunciationes,qualiter sint intelligendæ Aequalitas,vt seruetur inter fratres,& sorores iura semper inclinant,itaut hoc casu plura permittuntur, quæ alias non permitterentur. Et aliqua circa Statut. Bonon.lib.4.de success. ab intest.

Arboren. Canonicatus. *Mercurij 16. Nouembris 1633.* MERLINO. decis.233.

Argumentum.

Beneficij possessio,quæ sit manutenibilis. Possessio Canonicatus ad hoc,vt sit manutenibilis,requiritur,quod sit capta capitulariter,& ad hoc vt dicatur capta capitulariter, quid requiratur. Possessio instrumentalis, quando non sit manutenibilis, sicuti nec etiam possessio capta auctoritate Iudicis.

Vlixbonen. Iuris nominandi, vel eligen. Concionatorem. *Mercurij 16. Nouembris 1633.* MERLINO.decis.234.

Argumentum.

Concionatorem eligendi ius,seu potestas non est pœnes Parochum,aut alium quemcunque, sed benè priuatè pœnes Episcopum,cuius occasione,ad id comprobandũ, firmis, optimisque fundamentis,ex pluribus à sacra pagina petitis testimonijs, sacrosanctis Conciliorum decretis, Summorum Põtificum rescriptis & Sanctorũ Patrum, Theologorum, Canonistarum & Legistarum sententijs,& non minus egregiè,& doctissimè prout est perpetuum, tã excelsi Auditoris,quàm indubitanter,& clarissimè demõstratur,quod Episcopi sunt adstricti, & tenentur ad prædicationis onus in sua Diœcesi, ità vt Episcoporum proprium munus sit, prædicatio, aliàs appellandi sunt canes muti nõ valentes latrare,&c. Item pariter habetur,quod etiam Parochus tenetur prædicare in sua Ecclesia,quod pariter multis auctoritatibus corroboratur, & quid si sit impeditus. Aurea est decisio.

Bononien. Fideicommissi de Glauarinis.*Sabbati 26.Nouẽbris 1633.* In Rota Martiniana GHISILERIO.decis.235.

Argumentum.

Proximior de familia si sit exclusus à legato particulari, ex hoc non infertur, quod cẽseatur ẽt exclusus à substitutione vniuersali facta à Testatore ad fauorem proximiorũ.

Verulana Fideicõmissi. *Sabbati 26.Nouembr. 1633.* In Rota Martiniana. MERLINO.decis. 236.

Argumentum.

Bonorum identitas, quando concludenter per testes probetur. Et ad illam probandam, quot demonstrationes sufficiant. Confinis, an sit idem,quàm res confinata.

Romana Quarti Dotalis. *Sabbati 26. Nouembris. 1633.* In Rota Martiniana. DVNOZETTO.decis.237.

Argumentum.

Mulier prætendens lucrum dotale vigore Statut. Vrb.lib. 1. c.131. debet concludenter probare qualitatem ad hunc effectum à Statuto requisitam, scilicet matrimonij consummationem. Lucrum dotale non debetur,quando matrimonium est nullum ob impotentiam perpetuam.

Ferrarien. Restitutionis Dotis. *Sabbati 26.Nouembr. 1633.* In Rota Martiniana. MERLINO. decis.238.

Argumentum.

Statutum loci contrahentium, vel loci vbi celebratur contractus, quale sit attendendum, declaratur. Magistralis est decisio.

Ianuen. separationis Thori. *Lunæ 28. Nouembris 1633.* PIROVANO. decis.239.

Argumentum.

Ad Thori separationem deuenitur, vel ex magna,& frequẽti sæuitia viri,vel ex adulterio alterius coniugum,vel ex capitalibus,& grauissimis inimicitijs inter eos,subortis. Et vide plura circa probationem istarum causarum.

Romana prætensæ Dotis.*Veneris 2.Decembris 1633.* MOTMANO.decis.240.

Argumentum.

Lucrũ dotale debitũ vxori in bonis defuncti mariti, vigore alicuius statuti,an imputetur in eius dotem, declaratur.

Ianuen. Abbatiæ. *Veneris 2. Decembris 1633.* PIROVANO.decis.241.

Argumentum.

In materia Iuspatronatus, quale tempus habeat vim immemorabilis. Negligens, sibi imputet, si aliquid in tempore non expediuit. Diligentiæ in reuoluendis registris Datariæ pro aliquid inquirendo,qualiter concedatur. Negatiua existentiæ scripturarum in Vrbe confectarum ante annum 1527.non probatur ex diligentijs,& quare.

Romana Nullitatis Contractus.*Lunæ 5. Decembris. 1633.* MERLINO.decis.242.

Argumentum.

Falsitas causæ in contractibus, quid operetur. Mater transiẽs ad secunda vota,quid amittat. Rationes vt dicantur benè redditæ,quid sit necessarium,& alia circa text. in l.fœminæ.C.de secund.nupt.

Meliten. seu Portugalien. *Die Lunæ 5. Decembris 1633.* PANZIROLO.decis.243.

Argumentum.

Testibus, quando adhibeatur fides, si non reddant rationẽ suæ depositionis, & alia circa hanc materiam depositionum testium.

Asculana Societatis. *Lunæ 5.Decemb. 1633.* DVNOZETTO.decis.244.

Argumentum.

Pecuniaria socij, licèt in dubio præsumatur propria, tamen hoc non procedit si concurrant plura adminicula, & præsumptiones, de quibus hic in decisione, quæ suadeant, quod sit socialis.

Cæsaraugustana Camerariæ. *Veneris 9. Decembris 1633.* PIROVANO.decis.245.

Argumentum.

Subrogato gratiosè, vt concedatur immissio quid probare debeat. Reseruationes Apostolicæ,quæ beneficia capiãt, & quæ non. Et alia circa beneficia manualia.

Meliten. Nauis. *Die Lunæ 12. Decembris. 1633.* MERLINO. decis.246.

Argumentum.

Socius tenetur insolidum ex rebus gestis ab altero socio, Consocij obligantur insolidum ex contractu Institoris. Et vide plura circa hanc materiam.

Romana Testamenti. *Lunæ 12. Decembris 1633.* MOTMANO.decis.247.

Argumentum.

Testamentum primum, si habeat clausulam derogatoriam ad sequentia, vt per aliud testamentum cunseatur illi derogatum, quid sit necessarium.

Vrbe-

ARGVMENTORVM FINIS.



INDEX RERVM, ET MATERIARVM LOCVPLETISSIMVS. SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONVM A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

Acce-

post

ADEMPTIO.

ADIECTIVVM.

ADIMPLEMENTVM.

ADITIO.

ADIVDICATIO.

ADMINICVLVM.

A L A P A.

ALIENATIO RERVM ECCLESIASTICAR.

Vide infra in verb. Bona Ecclesiastica.

ALIENATIO IN PROPHANIS.

Auum

B

BANNITVS.

BAPTISMVS.

BARO.

BASILICA.

BENEMERITA.

BENEFICIATVS.

Benefi-

de Be-

BENEPLACITVM.

BONA ECCLESIASTICA.

Bona

B R E V E.

B V L L A.

C

C A D V C I T A S.

C A L V M N I A.

C A M B I A.

Citatio

Clau-

Clausu-

à com-

conce-

CONFINIS.

CONFIRMATIO.

clausula

CONSTITVTIO.

CONSVETVDO.

Cre-

Da-

DIGNITAS.

DILATIO.

DILIGENTIA.

DISMEMBRATIO.

DISPENSATIO.

E

EBRIETAS.

ECCLESIA.

vt est

EDICTVM.

ELECTIO.

EFFECTVS.

Effectum

Emphy-

FIDES.

FILIATIO.

FILIA.

istam

FILIVS.

in Filio,

Filio

FINIS.

FOEMINA.

FORENSIS.

FVNDATIO.

FVNDVS.

G

GARAMANTAE POPVLI.

GEMINATIO.

GENVS.

GRA-

GRATIA.

GRAVAMEN.

GRAVATVS.

H

HAEREDITAS.

HAERES.

HOMO.

Homi-

I

IDENTITAS.

IGNORANTIA.

ILLA-

INTENTIO.

INTERDICTVM.

INTERESSE.

coram

IVSPATRONATVS.

Iure

ad Iu-

L E G I T I M A.

LEGITIMATIO.

LIBER.

Quod

Literæ

L O C A.

L O C A T I O.

LO-

MANVTENTIO.

MATERIA.

MATRIMONIVM.

Minor

M V T A T I O.

M V T V V M.

MV-

Nego-

NOTITIA.

NOVATIO.

NVLLITAS.

ex

ad

Patri

Pœnæ,

posses-

posses-

POSSESSOR.

POSSESSORIVM.

PRAESCRIPTIO.

PRAESENTATIO.

PROCESSVS.

PROCVRATOR.

Procu-

PRODVCTIO.

PROFESSIO.

PROHIBITIO.

Prohi-

proui-

RENOVATIO.

RENVNCIATIO.

REPRÆSENTATIO.

Rerum

REVO-

Senten-

SIMI-

STIPVLATIO.

STYLVS.

SVBREPTIO.

SVBROGATIO.

SVBROGATVS.

SVBSTITVTIO.

TESTATOR.

Testes,

THORI SEPARATIO.

TREBELLIANICA.

TRIBVTVM.

TVTELA.

TVTOR.

V

VACATIO.

VALIDITAS.

VALOR.

VARIATIO.

VASSALLVS.

VENDITIO.

VERITAS.

VICARIVS.

INDEX DECLARATIONVM
DIVERSORVM CAPITVLORVM
VARIARVM CONSTITVTIONVM
Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum Decisionum, & Doctorum, quæ in hoc Volumine continentur.

CAPITVLA.

CONSTITVTIONES.

q ante

REGVLÆ CANCELLARIÆ.

LEGES.

DECISIONES.

DOCTORES.

A

B

cautela

P

R

S

T

V

FINIS.